
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
25 K
18



THEODOSII RVBEI
PRIVERNATIS I. C. ROMANI
SINGVLARIA
EX SACRAE ROTAE ROMANAE
DECISIONIBVS SELECTA
EX QVORVM SEX PARTIBVS
POSTERIORES QVINQVE HOC SECVNDO VOLVMINE CONTINENTVR.

SECVNDA ex quibus est circa STYLVM, & OBSERVANTIAM huius Sacri Tribunalis, prout seruat in diuersis materijs.

TERTIA circa DOCTORES. In qua ipsorum sententiæ à Rota approbatæ, vel reprobatæ habentur.

QVARTA circa varia PRACTICABILIA Ecclesiastica.

QVINTA circa LEGVM, & Glosarum intellectus ex Vtroquè Iure.

SEXTA deniquè circa diuersorum STATVTORVM interpretationem.

Accesserunt ADDITIONES ad Primam Partem in eius fine appositæ.

AD S. D. N. VRBANVM VIII. PONT. MAX.

CVM EIVSDEM PRIVILEGIO AD ANNOS VIGINTI.



ROMÆ, Ex Typographia Vaticana. M. DC. XXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Episcopus Nouariensis.

VIdi ad me transmissum à Reuerendissimo Patre Fr. Nicolao Riccardio Sacri Palatij Apostolici Magistro laboriosum, ingeniosumquè simul opus Perillustr. & Excell. D. Theodosij Rubei Priuernatis I. C. Romani, vigili cura excerptum ex Sacræ Romanæ Rotæ Decisionibus, in quo cum nihil repererim, quod Catholicæ fidei, bonisuè moribus aduersetur, censeo impressione dignum, vt tanti labores fiant communes ijs omnibus, qui in iure aliquid certi scire desiderant, quiduè in iudicando sequantur. Hac die tertia Aprilis 1633.

Antonius Niger ex Arce Annoni Aſlen. dioceſ. I. C. *manu propria*

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Palatij Apostolici Magister.

SANCTISSIMO
ET BEATISSIMO
PATRI
ET DOMINO NOSTRO
VRBANO VIII.
PONT. MAX.

THEODOSIVS RVBEVS PRIVERNAS FÆL.



SAPIENS ille, qui tanta eminentia Sapientiæ ex ore Altissimi fuit sublimatus, vt nullus eum præcesserit, nec fuerit posteà secutus, Salomonem dico, qui meritò Sapientiæ Magister appellari potest, Sapientis studium, & occupationem inter alia, quod Te non latet BEATISSIME PATER, illis verbis ita descripsit, Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & narrationem virorum nominatorum conseruabit. In indagatione, videlicet, sapientiæ antiquorum, eorum nimirum, qui prædecesserunt. Et in rememoratione eorum, quæ dicuntur à viris nominatis, qui adhuc extant superstites. Quasi vno verbo diceret, quod Sapiens versatur circa Sapientiam ab antiquis & modernis traditam. Et de antiquitate in specie dicitur Iob. 12. quod in antiquis est Sapientia, & in multo tempore prudentia. Et Sapien. 13. laudatur opus manus antiquæ. Nec antiquis moderni sunt inferiores, qui & illorum, & propria obseruarunt. Hoc ego præcepto instructus, imitando pro viribus hanc Sapientiæ diligentiam in legali disciplina, antiquorum, & modernorum Sacræ Rotæ Auditorum sententias in eorum Decisionibus solidis fundamentis firmatas sub nomine SINGVLARIVM in sex Partes disposui, quarum prima, quæ continet eiusdem Rotæ Decisiones concordantes, & declaratas, habetur in Primo Volumine horum Singularium, sub Tui nominis

patrocinio in initio Pontificatus edito, Quinque verò posteriores in præsenti Volumine habentur, quæ sunt circa Stylum, & Obseruantiam Rotæ in diuersis materijs. Circa doctrinas approbatas, & reprobatas à Rota. Circa varia practicabilia Ecclesiastica. Circa I. V. Legum, & Capitulorum intellectus. Et deniquè circa Statutorum interpretationem, omnia ex Rotæ placitis diligentissimè, & qua potui fidelitate deprompta. Hanc huius Sapientiæ, siue doctrinę Sapientum exquisitionem, & eorumdem narrationis conseruationem ex huius Apostolici Tribunalis penu selectas eidem S. T. ex qua desumuntur offero, & dico, pro complemento præsentis studij, & laboris, necnon adimplemento promissionis in dicto primo Volumine factæ: Quod sicut sereno vultu suscipere Sanctitas Tua dignata fuit, ita, & hoc Secundum à primo non dissimile læta etiam facie excipere non dedignetur, eòq; libentius ab alijs recipietur, si te viderint B. P. hoc meum munusculum, singularis meæ in Te obseruantiæ argumentum ea humanitate amplecti, qua me, meaq; tueri semper consueuisti, quod & si pro tua benignitate ita fore mihi persuaderem, tamen æquum est me pro hoc impetrando, vel precibus apud te magnopere contendere. Cæterum pro hoc tertio meorum laborum fructu S. T. dicato, tertiam nunc ad Tuos Sanctiss. Pedes prostratus expeto Benedictionem, Magnam enim Apostolicis Benedictionibus inesse vim, testatur de se Cardinalis Baronius in dedicatoria secundi Tomi Annalium ad fel. rec. Sixtum Quintum, quippè quibus (quæ sunt eius verba) mox diuinus fauor adspiret; earumdemquè virtute (quod in me sum expertus) quæ arida terra est, aquis exundet, & quæ sterilis, frugum vbertate lætetur. Qua Benedictione copiosè à Tua Beatitudine impertita, idem qui cæpit in nobis opus commune, & vtile cunctis Iudicibus, & causidicis, multorum remanentium Voluminum eiusdem materiæ, ipse perficiet, confirmabit, solidabitquè, vt subiungit ibidem Baronius. Vale BEATISSIME PATER Benedicendo vnà mecum, & familiæ meæ, quæ assiduè orat, Deumq; sincerè pro tua incolumitate precatur.



IL-

ILLVSTR. ET REVERENDISSIMIS PP. DD. MEIS.

IO. BAPTISTÆ COCCINO DECANO.
PHILIPPO PIROVANO.
CLEMENTI MERLINO.
AMATO DVNOZETTO.
FRANCISCO MARIÆ GHISLERIO.
HIERONYMO VEROSPIO.
CORNELIO HENRICO MOTMANNO.
IOANNI IACOBO PANZIROLO.
ALEXANDRO BVCCABELLÆ.
FRANCISCO MARIÆ MACCHIAVELLO.
PETRO CARILLO.
FRANCISCO DE ROIAS.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ AVDITORIBVS.



THEODOSIVS RVBEVS FAEL.




E Sacræ Rotæ Decisionibus Illustr. & Reuerendissimi Patres, circa quarum materias versamur, vt ex multis pauca dicamus, præsertim earum vtilitatem concernentia, quæ ad tria capita breuiter reduxit omni laude dignus Ludouicus Gomesius Episcopus Sarnensis, & eiusdem Rotæ olim Auditor, doctissimus, cum antiquorum Sapientia sit exquirenda, vt iam audiuimus ex Salamone in præcedenti Dedicatoria ad S. D. N. VRBANVM OCTAVVM: Dicit autem Sarnensis in simili dedicatoria in Regulis Cancellariæ ad fel. rec. Paulum Tertium, quod in dicto suo opere plusquàm quingentæ continentur Rotæ Decisiones suo tempore collectæ, quas Reipublicæ vtiles ex triplici capite asserit. Primò, quia per eas causarum patroni, cæteriquè causidici instruuntur. Secundò, quia Ecclesiastici Ordinis Iudices quid agere debeant, admonentur. Tertiò, quia tamquàm adhibitis luminibus, litium tenebris fugatis, Christianæ Reipublicæ status roboratur. Ad quæ tria capita reduci possunt quæcumquè publicam pacem, & tranquillum Reipublicæ Statum concernunt. Vt propterea ad sedandas lites, & controuersias à Christiani gregis Summis Pontificibus ex diuersis Mundi partibus Italia, Germania, Hispania, Gallia doctissimi viri conuocentur, quod in nullo alio Iudicum consessu, quod sciam, seruatur, id quod in rebus grauissimis ab Ecclesia fieri non est nouum, vt ex S. Ambros. in Epist. 83. ad Episcopos per Æmiliam constitutos. Vbi asserit, quod Sacrum Concilium Nicenum in institutione Paschalis

ſolemnitatis congregauit in calculi ratione peritiſſimos. Et hac noſtra ætate fel. rec. Gregorius XIII. pro eadem ſolemnitate iam collapſa, & anno reſtituendo, non ſolum Imperatorem, Reges, Reſpubl. cæteroſquè Principes, ſed etiam huius diſciplinæ vbicumquè exiſtentes Mathematicos, & Aſtronomos conſuluit, eis imponendo, vt toto animo, omniquè cura in dicta cauſa incumberent, vt apparet in Calendario Gregoriano ad ipſos tranſmiſſo Anno 1577. à prædicto Gregorio.

Cum ergo tantæ ſint vtilitatis huius Sacri Tribunalis Deciſiones à tot peritiſſimis ex diuerſis Orbis partibus ſelectiſsimis Iudicibus, longo labore, & ſtudio per multas diſputationes ex communi eorum conſenſu terminatæ, non eſt mirum, quod magna diligentia exquirantur, non ſolum antiquæ, ſed etiam modernæ, iuxtà prædictum Salomonis conſilium.

Et multis omiſsis ne longior ſim, ſufficiat ſolum referre verba Doctiſsimi Surdi in conſil.403. in fine, vbi ſic habet. Et in præſenti cauſa Sacrum illud Auditorium (loquitur autem de Rota Romana) ſui ipſius excellentiam ſuperaſſe videtur: adeò vt earum Deciſionum lectione numquàm exſatiari poſsim, tanta in eis grauitas, tàm reſoluta doctrina, tàm firma ſcientia cum verborum pondere, emicat.

In quarum ſtudio cum non paucos meæ ætatis annos impenderim; maximè id ſuadente bo.me. Cardinali Seraphino Oliuario Razzalio huius Sacri Auditorij vti antiquiſsimo ita & doctiſſimo, ex cuius diuturna familiaritate, & quotidiana conuerſatione plus me didiciſſe profiteor, quàm ex multorum annorum ſtudio, cum adeò fælici eſſet memoriæ dono ornatus, vt abſquè vllo repertorio cunctis ex tempore dubijs ſatisfaceret, vt propterea ſæpè ſæpius omnes eius Deciſiones doctiſsimas perluſtrando multa ex eis notauerim, quas notas cum vidiſſet fel. rec. Paulus V. in dictis eius Deciſionibus Francfurti impreſſas, probauit, vt apparet in deſuper conceſſo Priuilegio horum Rotæ Singularium, quod poſteà confirmauit, & auxit S.D.N. VRBANVS OCTAVVS, vbi commemorat meas lucubrationes in his ſtudijs longo labore ſuperatas, quæ nunc ex ipſis Deciſionibus ſelegi Singularia Vobis etiam omni laude, & Reuerentia digniſsimi Patres dico, & offero: Et quem, cum dilecto filio meo Paulo diligentiſsimo Rotæ Deciſionum collectore, vt omnes benè noſtis, veſtrorum ſtudiorum, & integritatis fidos præcones habetis, eoſdem ſub veſtro patrocinio, & protectione recipere, & conſeruare non dedignentur, præſertim cum non nobis ſolum, ſed publicæ etiam vtilitati ſedulò inuigilemus, vt ex Gomeſio dictum eſt. Valete omnes; & vt proſpera cuncta vobis ex voto ſuccedant, toto, & ſincero corde Deum precamur.



VR-

VRBANVS PAPA OCTAVVS.



OTV PROPRIO, &c. Aliàs, ſicut nobis innoteſcit, per fel. rec. Paulum PP. V. prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd dilectus filius Theodoſius Rubeus Clericus Priuernas Terracineñ Diœceſis, & Cubicularius Apoſtolicus, ac tunc eiuſdem Pauli prædeceſſoris familiaris, & continuus cõmenſalis, ſpatio pluriũ annorũ circà Deciſiones Rotæ Romanæ à diuerſis illius Auditoribus emanatas diligenter inſudauerat, ex eiſq; ingentem notabilium, & exemplarium Concluſionum numerũ deprompſerat, & Concluſiones ipſas in plura Obſeruationum Rotalium Volumina, cum diuerſarum Quæſtionum à Doctoribus diſputatarum ad ſingulas materias additione redegerat; necnon etiam multas alias eiuſdem Rotæ Deciſiones, alias ſcilicet concordantes, alias verò declaratas, quaſdam autem reuocatas, in vnum compilauerat, ac demum pleraſq; alias Deciſiones varijs Annotationibus, quemadmodum in Deciſionibus Seraphini videre eſt, illuſtrauerat, & omnia huiuſmodi Volumina, & Opera ad publicam, & præſertim Iuris ſtudioſorum commoditatem, & vtilitatẽ imprimi facere intendebat, in hoc verò non ſolum multum laboris, ſed etiam graues ſumptus, & expenſas fecerat, & deinceps facturus erat, verùm dubitabat, ne aliqui ex alieno opere lucrum quærentes Volumina, & opera huiuſmodi poſtquàm in lucem prodijſſent, in magnum ſui præiudicium, typis mandari facere præſumerent, idem Paulus prædeceſſor prædicti Theodoſij indemnitati, vt par erat, ea in parte prouidere, eumq; intuitu, & contemplatione tot laborum, & ſumptuum ſuorum ſpecialis gratiæ fauore proſequi volens, eidem Theodoſio, pro ſe, ac hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumq; vt ad *Quindecim Annos*, à Voluminum, & Operum prædictorum non ſolum prima, ſed etiam cum Additionibus, & Annotationibus vlteriori impreſſione numerandos, nemo prorſus tàm in ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, & immediatè ſubiecto, quàm alibi vbicumq; citrà, & vltrà montes prædicta, & quælibet alia ab ipſo Theodoſio deinceps durante tempore *Quindecim Annorum* huiuſmodi etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem edenda Volumina, & Opera in toto, vel parte etiam cum Additionibus, & Annotationibus, aut aliter quomodolibet ſine ſpeciali Theodoſij, eiuſq; hæredum, & ſucceſſorum eorumdem, vel ab eis Ius habentium licentia in ſcriptis habita imprimere, aut ab alio, vel alijs imprimi facere, ſeu impreſſa vendere, aut venalia habere, proponere, aut aliter edere, vel diuulgare, aut, vt ſuprà vſuproprio habere, vel tenere poſſit, authoritate Apoſtolica conceſſit, & indulſit, ac omnibus, & ſingulis Typographis, Bibliopolis, ac librorum impreſſoribus, alijſq; quibuſuis perſonis tàm ſuæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ditioni in tẽporalibus mediatè, vel immediatè ſubiectis, quàm non ſubiectis, ac in quibuſcumq; Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & locis conſtitutis ſub *excommunicationis maioris latæ ſententiæ*, à qua contrauenientes, niſi à Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo conſtituti, abſolui nequirent, & in ſua, & dictæ Sedis ditione prædicta, etiam ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, pœnis, toties quoties contrauentum fuerit ipſo facto, & abſq; declaratione vlla incurreñ, ac pro vna Theodoſio, eiuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, ac Ius ab eis habentibus huiuſmodi, pro altera verò medietatibus Cameræ Apoſtolicæ applicandis, & irremiſſibiliter exigendis, nè, durante tempore quindecim annorum huiuſmodi Volumina, & Opera prædicta in toto, vel in parte, cum Additionibus, & Annotationibus, aut aliter quomodolibet, abſq; ſpeciali Theodoſij eiuſq; hæredum, & ſucceſſorum, ac Ius ab eis habentium prædicta licentia in ſcriptis habita, imprimere, vel imprimi facere, aut venalia habere, proponere, ſeu aliter edere, aut diuulgare, vel etiam pro vſu proprio tenere quoquomodo auderent, ſeu præſumerent diſtrictus inhibuit: Mandans præterea vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſq; Eccleſiarum, & locorum etiam regularium Prælatis, & in dicta ditione ſua etiã Legatis, & Vicelegatis dictæ Sedis, eiuſq; ditionis Gubernatoribus, vt quoties pro Theodoſij, & hæredum, ac ſucceſſorum, Iuſq; ab eis habentium prædicta parte requiſiti forent, vel eorum aliquis requiſitus foret, eiſdem efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes præmiſſa omnia in ſuis quiſq; Eccleſijs, & Iuriſdictionibus, ad omnẽ Theodoſij, & hæredum, ac ſucceſſorum, iuſq; ab eis habentium prædictorum requiſitionem, contrà inobedientes, & rebelles, per cenſuras Eccleſiaſticas ſæpiùs aggrauando, ſeruata tamen forma Concilij Tridentini, aliaq; opportuna Iuris, & facti remedia authoritate Apoſtolica exequerentur, inuocato adhoc, ſi opus foret, brachij ſecularis auxilio, prout in cedula Motus proprij deſuper expediti, cuius ſolam ſignaturam dictus Paulus prædeceſſor ſufficere, & vbiquè fidem facere in Iudicio, & extrà illud voluit, pleniùs continetur. CVM autem ea, quæ à Sede Apoſtolica approbantur, & confirmantur etiamſi ab ea proceſſerint, & emanarint, firmiùs ſubſiſtere, & meliùs ab omnibus obſeruari ſoleant. NOS igitur eiuſdem Pauli prædeceſſoris veſtigijs circà præmiſſa inherere, & dicti Theodoſij aſſiduè ad publicam vtilitatem, non ſine maximo ſuo incommodo, & in præſenti laborantis, vt apparet ex Singularibus Sacri Palatij Apoſtolici nuper editis, & nobis dicatis, indemnitati, & commodis conſulere

ſulere

sulere volentes, Motu simili, & ex certa scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine concessionem, indultum, inhibitionem, & mandatum prædictum, aliaq; omnia, & singula in dicta cedula contenta, cum omnibus, & singulis indè secutis, & sequendis, authoritate Apostolica tenore præsentium, ad *Quindecim Annos* prædictos approbamus, & confirmamus, ac etiam innouamus, & de nouo concedimus. illisq; inuiolabilis Apost. firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm Iuris, quàm facti, ac solemnitatum quarumcumq; de vsu, Iure, vel consuetudine, vel aliter quomodolibet requisitarum, vel necessariarum, & quosuis alios etiam quantumuis substantiales defectus, siqui desuper quomodolibet interuenerint, in eisdē supplemus. Prætereàq; dictos quindecim annos, qui adhuc durant, ad alios *Quinque Annos* à fine ipsorum quindecim Annorum computandos, quibus durantibus nemo prorsus tàm in statu Ecclesiastico mediatè, & immediatè subiecto, quàm alibi vbicumq; citrà, & vltrà montes prædicta, & quælibet alia ab ipso Theodosio, etiam in alijs scientijs, & disciplinis in lucem edenda Volumina, & Opera, in toto, vel parte, etiam cum Additionibus, & Annotationibus, aut aliter quoquomodo, sine speciali Theodosij, eiusq; hæredum, & successorum, vel ab eis Ius habentium, licentia in scriptis habita, imprimere, vel ab alio, vel alijs imprimi facere, seu impressa vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter edere, aut euulgare, seu etiam pro vsu proprio habere, vel tenere possit, omnesq; & singuli Typographi, Bibliopolæ, & librorum Impressores, aliæq; personæ S.R.E. ditioni mediatè, vel immediatè subiectæ, alijq; in quibuscumq; Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & locis vltrà, & citrà montes constituti, durante *Quinque Annorum* huiusmodi tempore, Volumina, & Opera prædicta in toto, vel parte quoquomodo sine speciali Theodosij, eiusq; hæredum, & successorum, ac Ius, & causam ab eis habentium, licentia in scriptis habita huiusmodi, imprimere, vel imprimi facere, aut venalia habere, proponere, edere, vel euulgare, aut etiam pro vsu proprio tenere præsumentes, *excommunicationis maioris latæ sententiæ*, à qua nonnisi à dicto Rom. Pont. præterquàm in mortis articulo constituti, absolui nequeant, & in dictæ Sedis ditione existen. etiam sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, pœnis toties quoties contrauentum fuerit, ipso facto, & absq; declaratione incurrendis, ac pro vna Theodosio eiusq; hæredibus, & successoribus, Iusq; ab eis habentibus huiusmodi, pro altera verò medietatibus Cam. Apost. applicandis, & irremissibiliter exigendis, vt præfertur, incurrant, & incurrere censeantur, Motu pari *prorogamus*, extendimus, & ampliamus; DECERNENTES concessionem, indultum, inhibitionem, mandatum, aliaq; omnia in dicta cedula contenta, ac prorogationem, extensionē, & ampliationem huiusmodi, durante eorumdem *Quindecim, & Quinque Annorum* spatio validas, & efficaces, ac valida, & efficacia esse, & forè, ac ab omnibus, & singulis Typographis, Bibliopolis, & librorū Impressoribus, alijsq; quibusuis personis tàm nostræ S.R.E. ditioni in temporalibus mediatè, vel immediatè subiectis, ac in quibuscumq; Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Diœcesibus constitutis, vltrà, & citrà montes, & in qualibet Mundi parte sub pœnis in eadem cedula contentis pro contraenientes ipso facto, & absq; alia declaratione incurrendis firmiter, & inuiolabiliter obseruari, & adimpleri debere, ab illisq; durantibus *Quindecim, & Quinque* respectiuè *Annis* prædictis, nullatenus quocumq; prætextu, colore, vel ingenio recedi, aut resiliri posse: Sicq; per quoscumq; Iudices, &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæq; Sedis Nuncios, sublata, &c. Iudicari, &c, debere. Irritumq; &c. decernere, non obstantibus præmissis, ac omnibus, & singulis, quæ in dicta cedula concessa sunt non obstan. cæterisquè contrarijs quibuscumquè cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio M.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. Et quod dictæ cedulæ, & indè secutorum quorumcumq; tenorum etiam veriores, ac dat. haben. pro expressis seu in toto, vel parte exprimi possint in literis. Et de approbatione, confirmatione, innouatione, concessione, roboris adiectione, defectuum suppletione, prorogatione, extensione, ampliatione, decreto, alijsq; præmissis, vt suprà in forma gratiosa, in literis latissimè exten. Et quod præmissorum omnium, & singulorum, etiam denominationem, qualitatum, nuncupat. aliorumq; necessariorum maior, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis, simul, vel ad partem, ac per breue nostrum, seu officium minoris gratiæ expedien, seu si dicto Theodosio videbitur sola præsentis nostri Motus proprij signatura sufficiat, *& vbiq; fidem faciat in Romana Curia, & extrà eam, regula quacumq; contraria non obstante, & quia difficilè foret præsentem nostrum Motum proprium ad quælibet loca deferri, cum decreto quod illius transumptis etiam in Voluminibus, & Operibus ipsius impressis eadem in Iudicio, & extrà fides vbiq; adhibeatur quæ ipsis præsentibus, & literis desuper conficiendis huiusmodi adhiberetur si forent exhibita, vel ostensa; Et ne de præmissis aliquis ignorantiam prætendere possit, quod præsens Motus proprius in Acie Campi Floræ, & in Valuis Cancellariæ Apostolicæ affigi, & ibidē per Affixionē publicari debeat, & quod sic affixus, & in ipsis operibus impressus insertus perindè arctet omnes quos tāgit, ac si eisdem personaliter intimatus foret.* Fiat M.


Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem duodecimo Kalendas Octobris Anno Secundo.

Anno à Natiuitate Domini 1624. Indict. 7. Pontificatus Sanctissimi D.N.D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno eius Secundo, die verò 28. mensis Nouembris retroscriptæ literæ affixæ fuerunt in Acie Campi Floris, atque in Valuis Cancellariæ Apostolicæ per me Brandimartem Latinum S.D.N. Curs. *Octauius Spada Mag. Curs.*

Registrata lib. 2. Secret. fol. 109. Remigius. C. Perinus.

Cum hæc Secundi Tomi Singularium Rotæ impressio facta fuerit impensis Auctoris, non fuit necessaria licentia in scriptis Typographo iuxtà suprascriptum Motum proprium S. D. N. Vrbani VIII. Vnde in hac impressione cessant pœna, de quibus in dicto Motu proprio.

VR-



VRBANI VIII. Pontif. Max. Motu proprio præmisso, Placuit hoc loco alium etiam Imperialem Motum proprium, & singularis beneuolentiæ munificentiam RVDOLPHI II. Imperatoris, Naturalitatis, Nobilitatis Sacri Romani Imperij, & Armorum insignium concessionẽ, & confirmationem, his scriptis testatam relinquere, erga Auctorem, eiusq; Antiquam Familiam Rubeam de Priuerno Antiquissima Volscorum Metropoli. Quod Imperiale Priuilegium, vt alios etiam quinquè Auctoris fratres de tempore concessionis viuentes comprehenderet, fuit expeditum in persona bo. mem. Petri Rubei eorum patris. Eo tempore, quò Auctor Pragæ commorabatur Anno 1591. & 1592. Et quoddam Opusculum ex Mathematicis disciplinis desumptum ipsi Imperatori, quibus maximè delectabatur, dicasset. De quo Motu proprio aliquid etiam tetigimus in Additionibus ad Primum Volumen Singularium Rotæ fol. 15. col. 1. & 2. Tenor autem Imperialis Diplomatis, cuius originale apud ipsum Auctorẽ asseruatur, est qui sequitur.

RVDOLPHVS SECVNDVS
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
ELECTVS ROMANORVM IMPERATOR
SEMPER AVGVSTVS.

AC Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Morauiæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac Superioris, & inferioris Silesiæ, VVirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueuiæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landtgrauius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij Burgouiæ, ac Superioris, & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclauonicę, Portus Naonis, & Salinarũ, &c. FIDELI nobis PETRO RVBEO Priuernati gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum. FVIT à multis iam sæculis laudatissima maiorum nostrorum Romanorum Imperatorum, ac Regum gloriosissimorum consuetudo, vt quos, vel honesta generis origine claros, vel vitæ, morumquè integritate conspicuos, tùm verò egregijs in patriam, & Rempublicam meritis probatos, aut alio quopiam virtutis genere præditos animaduerterent, eosdem munificentia sua ornandos, extollendosquè præ cæteris susciperent. Id verò non solum hanc ob causam, vt ij virtutis suæ beneficio condignos ab Imperiali culmine honores se adeptos esse intelligerent, sed & posteri eorum, vel inde domesticæ laudis tuendæ, propagandæquè desiderio excitati, ad paria virtutis, & gloriæ capessendæ conamina totis viribus, plenoq; cursu contenderent. VNDE & NOS DEI Optimi Maximi nutu, ac prouidentia in sublimi Imperialis solij fastigio collocati nihil vnquàm prius, antiquiusuè ducimus, quàm præclara antecessorum nostrorum vestigia, cùm in alijs, tùm verò hac ipsa in parte firmiter sequi, ac bonos quoquè viros præsertim eos, quos præter natalium decus

exi-

eximia vitæ, morumquè integritas, tum verò ſpectata in nos, Sacrumquè Romanum Imperium, & Inclytam noſtram Auſtriæ Domum ſinceræ fidei, & obſeruantiæ deuotio commendatos, & gratos reddit, fauore, & gratia iugiter amplecti, eorumquè commodis iuuandis quauis occaſione clementer adeſſe: exploratum quippè habentes, id non minus ad Rempubl. fouendam, quàm Imperatoriæ dignitatis, ac amplitudinis ſplendorem magis illuſtrandum pertinere, vel ea ratione nos etiam honeſtæ cupiditatis igniculis mortalium animis à natura inſitis, quibus aliàs accenſi ad pulcherrima quæuis exercitia ſpontè feruntur, fomitem addiderimus, virtutemquè perpetuò quopiam Cæſareæ noſtræ beneficentiæ genere poſteritatis memoriæ ita commendauerimus, vt immortalitatis præmio fruatur. HINC eſt, quod cum fide digna relatione acceperimus, te ſupradictum PETRVM RVBEVM non modo bonis, ac ijs parentibus ortum eſſe, qui de Diuis anteceſſoribus noſtris, Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ipſoquè Sacro Romano Imperio, quauis occaſione præclarè mereri ſtuduerint, verum etiam ijs cùm ingenij, tùm fortunæ dotibus præditum, quæ honeſtam, & claram originem tuam magnoperè exornent, atquè commendant, Tùm autem à Iuuentute tua nihil vnquàm te prius, aut potius habuiſſe, quàm vt maiorum tuorum exemplo fidem æquè tuam Principi, ac patriæ debitam, gratis obſequijs ſpectatam redderes. Hanc verò optimam animi tui intentionem hactenus vbicumquè res tulit, ita comprobaſſe, vt ſingularem virtutis tuæ laudem merueris. Quin & eò nos induxeris, vt minimè dubitemus, te deinceps quoquè non ſolum in eo quo cæpiſti de nobis, ac eodem Sacro Imperio, Inclytaquè noſtra Auſtriæ domo benemerendi officio conſtanter perſtiturum, ſed etiam maioribus id ipſum obſequijs magis magiſquè comprobaturum, nec minus tuis quoquè omnibus pares ad eamdem virtutis aleam experiundam ſtimulos adhibiturum eſſe. NOS ſanè prætermittere haud potuimus, quin & tibi propenſam animi viciſſim noſtri affectionem peculiari quopiam, ac tali quidem munificentiæ noſtræ pignore, quod & qualitatibus tuis, conueniat, & tibi, poſteriſquè tuis perpetuò honori, ac ornamento ſit, cognitam atquè teſtatam relinqueremus. QVAPROPTER Motu proprio, ex certa ſcientia, ac animo benè deliberato, dequè Cæſareæ noſtræ poteſtatis plenitudine, te ſupradictum PETRVM RVBEVM, omneſquè liberos, hæredes, poſteros, ac deſcendentes tuos legitimo ex matrimonio natos, ac naſcituros in infinitum maſculos pariter, & fæminas in numerum, cœtum, conſortium, ſtatum, gradum, ac dignitatem noſtrorum, & Sacri Imperij, aliorumquè Regnorum, ac ditionum noſtrarum hæreditariarum Nobilium aſſumimus, extollimus, & aggregamus. Voſquè omnes, ac ſingulos iuxtà ſortis humanæ qualitatem Nobiles, & tamquàm de nobili genere, domo, ac familia procreatos, dicimus ac nominamus, atquè adeò ab vniuerſis, & ſingulis, cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ exiſtant, pro veris Nobilibus dici, nominari, haberi, reputariquè volumus. DECERNENTES quod vbiquè locorum, & terrarum tàm in iudicijs, quàm extrà in rebus ſpiritualibus, ac temporalibus, Eccleſiaſticis, & prophanis quibuſcumquè, necnon in omnibus, & ſingulis actibus, & exercitijs, poſſitis ac valeatis, ijſdem honoribus, officijs, iuribus, libertatibus, gratijs, & beneficijs vti, frui, potiri, atquè gaudere, quibus alij noſtri, ac Sacri Romani Imperij, aut aliorum Regnorum, ac Dominiorum noſtrorum hæreditariorum veri Nobiles à quatuor auis paternis, ac maternis geniti, vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent quomodolibet conſuetudine, vel de iure. VT autem perpetuum huius Nobilitatis extet teſtimonium, eoquè pleniore beneficio decorata clarius in oculos hominum reſideat, eadem authoritate noſtra Cæſarea tibi PETRO RVBEO, omnibuſquè liberis, hæredibus, poſteris, ac deſcendentibus tuis legitimis vtriuſquè ſexus natis, atquè naſcituris in infinitum, hæc quæ ſequuntur Armorum inſignia clementer dedimus, conceſſimus, & elargiti ſumus, ſicut vigore præſentium damus, concedimus, atquè elargimur. SCVTVM videlicet per tranſuerſum in duas partes æquales, trabe candida, ſiue argentea, tribus roſis rubeis inſigni ſit diuiſum, vt inferior cerulea, vel azurea Leonem referat à baſi croceum, vel aureum. Qui in dextram conuerſus, poſterioribus pedibus diductis inſiſtat, anterioruminquè ſiniſtro nonnihil depreſſo, dextro autem eleuato, necnon cauda in dorſum longè reflexa, rictuquè hiante, & lingua rubea exorta raptum præſeferat. Superior verò Scuti pars crocea, vel aurea repreſentet Aquilam nigram, quæ & ipſa dextrorſum conuerſa pedibus anterioribus diuaricatis inſiſtat, cauda latè explicata, alis item expanſis, roſtro aperto, ac lingua inde rubea extenſa, capitequè Corona aurea redimito ad plauſum quaſi compoſita. SCVTO innitatur galea aperta, Ternearia quæ vulgò dicitur, ornata Diademate aureo ſuper impoſito, phaleriſquè, ſeu Lacinijs ab vtroquè latere, à dextero quidem croceis, vel aureis, ac ceruleis, ſiue azureis, à ſiniſtro autem rubeis, & candidis, ſeu argenteis mixtim circumfuſis, molliterquè defluentibus. E cuius cono binæ exurgant alæ Aquilinæ, dextra quidem nigra, ſiniſtra verò candida, vel argentea pinnis

inuj-



inuicem auerſis. In quorum medio pubetenus emineat alius Leo aureus, qui pari modo ad dexteram conuerſus, ſiniſtroquè anteriorum pedum demiſſo, dextero autem ſublato tres roſas itidem rubeas fronde, & folijs vireſcentibus conſpicuas, teneat, reliqua corporis parte ſimilis illi, qui inferius habetur, prout hæc omnia in medio huius noſtri Diplomatis coloribus ſuis ingenioſius depicta, ac viſui obiecta, apparent VOLENTES, ac firmiter decernentes, quod tu antenominate PETRE RVBEE, omneſquè liberi, hæredes, poſteri, ac deſcendentes tui ex Legitimo thoro orti, atquè orituri in infinitum vt ſuprà, maſculi, ac fæminæ, iam deſcripta Armorum, & Nobilitatis inſignia ex hoc perpetuo poſt hac tempore in omnibus, ac ſingulis honeſtis, & decentibus actibus, exercitijs, atquè expeditionibus tàm ſerio, quàm ioco in haſtilibus ludis, ſeu haſtatorum dimicationibus, pedeſtribus, vel equeſtribus, in bellis, duellis, ſingularibus certaminibus, & quibuſcumquè pugnis, eminus, cominus, in ſcutis, bannerijs, vexillis, tentorijs, cenotaphijs, ſepulchris, monumentis, clenodijs, annulis, monilibus, ſigillis, ædificijs, parietibur, feneſtris, oſtijs, lacunaribus, tapetibus, ac ſupellectilibus quibuſcumquè, tàm in rebus ſpiritualibus, quàm temporalibus, & mixtis omnibus in locis pro rei neceſſitate, & voluntatis veſtræ arbitrio, aliorum Nobilium armigerorum more, liberè, & abſquè vllo impedimento habere, geſtare, ac deferre, iiſdemquè vti quouis modo poſſitis, ac valeatis. APTI quoquè ſitis, & idonei ad ineundum, ac recipiendum omnes gratias, libertates, exemptiones, feuda, priuilegia, vacationes à muneribus, & oneribus quibuſcumquè realibus, perſonalibus, ſiue mixtis, ad vtendum deniquè ſingulis iuribus, quibus cæteri à nobis, & Sacr. Rom. Imper. huiuſmodi ornamentis inſigniti, & feudorum capaces, atquè participes vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, conſuetudine, vel de iure. MANDAMVS itaquè firmiter omnibus, & ſingulis Electoribus, alijſquè Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, Aduocatis, Præfectis, Procuratoribus, Officialibus, Quæſtoribus, Ciuium magiſtris, Iudicibus, Conſulibus Regum, Heroaldis, & Caduceatoribus, ac omnibus deniquè noſtris, & Sacri Romani Imperij, Regnorum, & Dominiorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis, & fidelibus dilectis cuiuſcumquè ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ exiſtant, vt te ſupranominatum PETRVM RVBEVM, omneſquè liberos, hæredes, ac deſcendentes tuos legitimos, tàm maſculos, quàm fæminas perpetua ſucceſſione ſupraſcriptis, Nobilitatis, & Armorum inſignibus, vniuerſiſquè, ac ſingulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus,

indul-

indultis, honoribus, dignitatibus, & iuribus eo, quo in ſuperioribus habentur modo pacificè, quietè, & ſine omni impedimento, aut moleſtia vti, frui, potiri, & gaudere ſinant, atquè ab alijs id pariter fieri curent. SI quis autem præſens Edictum noſtrum tranſgredi, vel auſu temerario violare conatus fuerit, is præter grauiſſimam noſtram, ac Sacri Romani Imperij indignationem, Quinquaginta Marcharnm auri mulctam Fiſco, ſeu Ærario noſtro Imperiali, ac iniuriam paſſi, vel paſſorum vſibus ex æquo pendendam, ſe nouerit ipſo facto incurſurum. HARVM teſtimonio literarum manu propria ſubſcriptarum, ac ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Arce noſtra Regia Pragæ die ſeptima menſis Iunij. ANNO DOMINI Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo Secundo. Regnorum noſtrorum Romani decimo ſeptimo. Hungarici vigeſimo, & Bohemici itidem decimo ſeptimo.

Rudolphus.

Locus † Sigilli Cæſarei cum
cordulis aureis.

Iacobus Curtius
à Senfftenau.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ
M.tis proprium.

Coll. M.

A. Bench.

Nobilitatio, & Armorum conceſſio pro
Petro Rubeo Priuernate.

A tergo.

...Io. Lanhardgln Cris.



THEO-

THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS I. C. ROMANI SINGVLARIVM

Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decis. Selectorum PARS SECVNDA.

De Stylo, & Obseruantia huius Sacri Tribunalis.

PROÆMIVM.



SEPTEMNALI iam absoluto silentio, vt in calce Superioris Primæ Partis dicebamus, ad Sacræ ROTÆ Romanæ fores assiduè vigilando, & ad eius ostij postes obseruando, inchoatum à nobis SINGVLARIVM opus prosequimur, Practicarum Iuris Vtriusq; Cõclusionum ex præfatæ Rotæ Decisionibus Selectarũ. Præmissa in primo Volumine Prima Parte, quæ continet Decisiones concordantes, & etiam ab ipsa Rota declaratas, vel reuocatas.

SECVNDA Pars opportunè sequitur circa Stylum, & Obseruantiam huius Sacri Tribunalis, nimirum, quando in ipsis Decisionibus dicitur, Quod ita Rota seruat. Vel, Ita Rota de stylo tenet, vel, Ita fuit pluries resolutũ, vel alia similia verba in decisione exprimuntur. Et hoc in diuersis materijs, quas ordine Alphabetico in fine præsentis Voluminis disposuimus, prout etiam ibidem reliquarũ Partium Indicem subiecimus.

TERTIA Pars succedit circa Doctores, eorum sententias à Rota approbatas, declaratas, vel reprobatas, continens, Doctoribus eadem Alphabetica serie ordinatis.

QVARTA Pars varia Practicabilia Ecclesiastica exhibet etiam ex Rotæ promptuario desumpta, vt de Alienationibus rerũ Ecclesiasticarum, & etiam in prophanis. De Breuibus Apostolicis. De Clausulis vsquè ad numerum 850. quæ ad Ecclesiastica deseruiunt, & ad prophana. Addita sunt duo nostra Consilia siue Responsa, quorum alterum est de Præcedentia Parochorum in funeralibus quoad Canonicos, & Beneficiatos, cum responsione Apologetica pro ipsius Consilij defensione. Alterum est de præcedentia Prothonotariorum Apostolicorum de numero participantium, vnà cum Decreto Sacræ Congregationis Rituum. Vbi in fine loco sigilli habetur Decisio coràm Card. Sacrato de præcedentia inter Archidiaconum, & Archipresbyterum. Et ibidem remissiuè habetur ex Steph. Grat. de præcedentia inter Vicarium Episcopi, & Archidiaconum, & Archipresbyterum, cum Voto R.P.D. Episcopi Lauretani.

QVINTA Pars habet intellectus ad varias leges, & textus Ciuilis, & Canonici Iuris, necnon diuersarum Glosarum ex eiusdem Rotæ decisionibus desumptos. Alphabetico similiter ordine distributos.

SEXTA, & Vltima Pars continet explicationem, & interpretationem Statutorum in genere, & in specie, non solum Almæ Vrbis, sed etiam diuersorum aliarum Ciuitatum, & locorum Alphabetica serie digestorum.

INDEX omnium istarum quinque vltimarum Partium quoad præcipua earum capita habetur in fine præsentis Voluminis. Quem sequitur postea Index locupletissimus Materiarum, & verborum post illum præcipuarum materiarum in hoc secundò Volumine contentarum.

ADDITIONEM, siue Appendicem ad Primum Volumen multarum notabilium, & vetè Singularium materiarum in fine reposuimus, quæ ad libitum tàm in primi, quàm in posterioris Voluminis fine reponi potest.

Illud etiam, Benigne Lector, hoc loco non omittendum putauimus, quod à multis studiosis audiuimus, omissis etiam personis in summis dignitatibus constitutis, quod hæ nostræ qualescumq; vigiliæ, non modicam vtilitatem omnibus personis, non solum in præsenti, sed & in perpetuum sint allaturæ, prout paulò superius diximus ex Sarnense in Dedicatoria Epistola ad fel. rec. Paulum Tertium ad Regulas Cancellariæ. Vbi de vtilitate Decisionum Rotæ: Quod per eas causarum patroni, cæterique causidici instruantur, Ecclesiastici ordinis Iudices, quid agere debeant, admonentur. Et tamquàm adhibitis luminibus, litium tenebris fugatis, Christianæ Reipublicæ Status roboratur. Quarum Decisionum vtilitas ampliari maximè videtur ex præsentibus lucubrationibus, ex Decisionibus ab ipsa Rota, vel confirmatis, vel declaratis, quæ est materia nostri Primi Voluminis, & Primæ Partis Singularium, cui alias in Additionibus similes Decisiones adiecimus, cum dies diei eructet verbum, Extenditur vlterius ipsarum Decisionum vtilitas ex contentis in præsenti Secundo Volumine quinque posteriores Partes continente, vt iam diximus quas non est necesse repetere.

Nec est curandum de illorum sententia, quod multi hos nostros labores sibi appropriant, tacito Auctoris nomine, & sic sine ipsius Auctoris debito honore. Quia Auctoris finis vltimatus non est, nec esse debet vanus populi fumus, & gloriola ad modicum parens, sed principaliter super lucratio talentorum à Deo personis creditorum, vt fusè diximus ad Lectorem in Primo Volumine, nec ab hominibus, sed à Deo qui videt in abscondito, est retributio expectanda.

ADDIMVS vlterius, quod licet non solum à multis, sed ab omnibus communiter desideretur, vt his nostris studijs adderentur etiam pro extensum decisiones in eis citatæ. Tamen huic desiderio non ita facilè satisfieri potest propter immensam Decisionum molem, vt omnibus est manifestum. Ideò meritò abstinuimus non solum à labore, sed etiam immodicis impensis in impressione erogandis.

Sufficit autem nobis fideliter citasse decisiones in materijs occurrentibus, vnà cum conclusionibus in eis contentis ad effectum de quo agitur.

Quæ expensarum superefluentia est etiam causa, cur plura quàm octo Volumina Obseruationum Practicarum Conclusionum Vtriusquè Iuris à Rota approbatarum, etiam cum licentia imprimendi de mandato fel. rec. Gregorij XV. expedita ex multarum Decisionum millibus Antiquarum, Modernarum, Impressarum, & Manuscriptarum in obscuro posita, lumen non aspiciant, vt etiam aliàs diximus.

Atquè hæc Proæmij loco dicta sufficiant.

DE AVDITORIBVS
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Quoad Personas, Nomina, & Dignitatem.



E Sacræ Rotæ Romanæ Stylo, & inueterata in diuersis materijs, & causis Obseruantia acturi in hac Secunda Parte Singularium ex eiusdem Rotæ Decisionibus Selectorum iuxtà initio à nobis ordinem, & seriem propositam, satis hoc loco opportunum videtur, huius Sacri Tribunalis olim solum Auditores, nunc verò & Iudices, recensere aliquos, nimirum, ex multis, cum non omnium, sed paucorum notitia habeatur, à quibus talis stylus emanauit, & Obseruantia. Et posteà aliqua breuiter circa eorũ officium recensere.

De Anno 1376. Auditores, qui eo tempore in Rota sedebant, enumerantur à R. P. D. Roberto Horbort Alemano tunc Auditore, & Compilatore voluminis Nouarum, & Antiquarum Rotæ Decisionum, vt habetur in principio dicti Voluminis.

De Anno 1472. nominantur Auditores à Sixto Quarto in Bulla reductionis Auditorum Rotæ Romanæ ad numerũ duodecim, sub Dat. Prid. Idus Martij 1472. incip. Romani Pontificis. Est Constit. 2. eiusdem Sixti. in nouo Bullario fol. 333. col. 1.

Curauimus vlterius aliquos Auditores expiscari ex libro R. P. F. Alphonsi Ciacconij viri doctissimi, & reconditarum antiquitatum obseruantissimi nouiter recuso de Vitis, & Gestis Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium. In quo præter duos ad Summi Pontificatus apicem nostris temporibus assumptos, Clementem Octauum, & Gregorium Decimum quintũ, alios etiam tres Papæ Capellanos hâc Petri Cathedram ascẽdisse comperimus, vt suo loco paulò infrà dicemus.

Nomina ergo Rotæ Auditorum hæc sunt, quæ sequuntur.

Recollecta ex præfato Compilatore Decisionum.

Ex Bulla Sixti Quarti.

Ex Vitis, & Gestis Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium, & etiam ex alijs Doctoribus. Et quia aliquando citari solent Decisiones sub nomine dignitatis Auditorum; ideò ponemus qui fuerunt Summi Pontifices, Cardinales, Episcopi, Archiepiscopi, vel Patriarchæ. Vltimo annotabimus aliquos, qui in eadem Rota Decani fuerunt, cum aliquando Decisiones citentur, etiam sub nomine Decanorum, vt sciri possit, qui fuerint Decani de tempore è itate decisionis.

Crucis † signum ostẽdit illos Auditores fuisse posteà creatos Cardinales. Cruces † † duæ significant eos Auditores ad Summum Pontificatum electos.

Ex Compilatore Decisionum Rotæ Nouarum, Antiquarum, & Antiquiorum.

Anno 1376. in Rota sedebant infrascripti RR. PP. DD.

1 Robertus de Stratonesi.
2 Arnoldus Terrenus.
3 Gailardus de Noua Ecclesia.
4 Ioannes de Dayrolis.
5 Nicolaus de Cremona.
6 Petrus Cambonis.
7 Ægidius Bellamera.
8 Bertrandus de Alano.
9 Ioannes de Amelia.
10 Guilelmus Horborth, qui fuit Compilator dictarum Decisionum.
11 Bertrandus Episcopus Pamphitoneñ, qui ex Rotæ Auditore fuerat factus Auditor Contradictarum. Istis addi possunt.
12 † Bernardus de Bisignetto posteà S. R. E. Cardinalium, & Thomas Fastolus Compilatorius Decisionum Antiquiorum.

Ex Bulla Sixti Quarti.

Anno 1472. Hi erant Auditores Rotæ.

13 Gaspar de Zarano Sacri Palatij Apostolici Decanus.
14 Ioannes de Cosa Episcopus Calaguritanus Locumtenens Rotæ.
15 Io. de Cæsatinis.
16 Ludouicus de Ludouisijs.
17 Ioannes de Caetanis.
18 Antonius de Grassis.
19 Fantinus de Valle.
20 Io. Franciscus Pauinus.
21 Matthæus de Porta.
22 Nicolaus de Vbaldis.
23 Gabriel de Cantarenis.
24 Bartholomæus de Bellencinis.
25 Nicolaus de Edam.
26 † Petrus de Ferrera.

Ex Libro Alphonsi Ciaconij.

De Vitis, & Gestis Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium.

27 † Hugo Vicecomes Pisanus Paschalis Secundi Capellanus, Presbyter Cardinalis SS. Duodecim Apostolorum ab ipso Paschali ob virtutem, & animi magnitudinem creatus Anno Domini 1105. In dicto libro fol. 451. col. 3. Est in ordine Cardinalium à Paschali creatorum 43.

28 † Saxo Comes Signiæ Anagninus, Hernicus, Campanus ex eiusdem Paschalis Secundi Scriptore, & Capellano ab eodem creatus Presbyter Cardinalis S. Stephani in Cælio monte fol. 452. num. 44.

29 † Petrus Gerardescus ex Comitibus Donaritici de Natalio, nobilis Pisanus ex eiusdem Papæ Paschalis Sriptore, & Capellano Presbyter Cardinalis S. Susannæ ab eodem Paschali creatus. Ibidem nu. 46.

30 † † Hugolinus Comes Anagninus patruelis fratris Papæ Innocentij Tertij filius, & Capellanus, De anno 1198. mense Decembri ab Innocentio Tertio creatus Cardinalis Sancti Eustachij, post Episcopus. Ostiensis, & Veliternus. Fol. 639. col. 1.

PONTIFEX MAXIMVS vltimò creatus, & vocatus GREGORIVS IX. Anno Domini 1227. 13. Kal. Aprilis. Sedit Annos 14. mense 5. dies decem. Fol.671. Decretales Epistolas adunauit,& quinq; libris digessit, Raymundi de Penna forti vsus adminiculo, quem sibi administrũ delegerat. d.fol.639.c.1.

31 † Nicolaus Comes Anagninus præfati Gregorij Noni Subdiaconus, & Capellanus, ab eo Cardinalis S. Marcelli creatus, & Legatus in Armeniam missus de Anno 1228. mense Decembri. Fol.679. col.1.

32 † M. Petrus de Collemedio Gallus, olim Honorij Tertij, & Gregorij Noni Capellanus ex Archiepiscopo Rothomagensi Episcopus Cardinalis Albanus ab Innocentio Quarto creatus in Concilio Generali Lugdunense cum alijs duodecim. Obijt anno 1253. sub eodem Innocentio. Fol.694. col.2. in fin.

33 † Gotifredus Castilioneus Mediolanensis, ex Subdiacono, & Capellano Honorij Tertij Cardinalis S.Hadriani creatus ab Innocentio Quarto in Concilio Generali Lugdunense, vt de præcedenti M. Petro de Collemedio dictum est. Fol.697.col.1. nu.8.

34 † Octauianus Vbaldinus Florentinus, ex Canonico, & Procuratore Ecclesiæ Bononiensis creatus Cardinalis S.Mariæ in Via lata ab eodem Innocentio Quarto, cuius posteà indignationem incurrit, ita vt si supτauixisset, eum Cardinalatus honore priuaturum fuisse, fama publica erat, quod Imperatori nimium studuisset, quod morte Pontificis euasit. Obijt mense Martio 1272. sub Gregorio Decimo.Fol.697. col.1. num.9.

Additio ad Ciaconum supplet, quod iste Octauianus Vbaldinus non solum erat Canonicus Bononień, sed & eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus, & Gregorij Subdiaconus, & Capellanus, in Episcopum Bononiensem à Canonicis electus fuit, annum trigesimum nondũ attingebat; Posteà à dicto Innocentio Quarto Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via lata factus Episcopatum deposuit. Hæc ibi cum alijs.

35 † † Simon de Bria Campanus, Senonensis,Gallus, Pepæ Capellanus, ex Thesaurario Ecclesiæ Metropolitanæ S.Martini Turonensis Presbyter Cardinalis S. Cæciliæ creatus ab Vrbano Quarto Anno 1261. Fol.720. num.10.

PONTIFEX MAXIMVS posteà creatus Ann.1281. MARTINVS SECVNDVS dictus QVARTVS, fuit appellatus, extractis prius à Conclaui duobus Cardinalibus, qui electioni ne fieret, resistebant. Fol.769. Cuius extat aurea illa sententia, cum germanus eius frater aliquando ad eum accessisset, vt ei de tanto honore gratularetur, simulquè multa ab eo obtinere sperans, eum confestim paucis muneribus donatum, domum redire iussit, affirmans, BONA ECCLESIÆ, QVÆ SVA NON ESSENT, SE NOLLE SINE RATIONE DONARE. Obijt Perusij 4. Kalend. Aprilis. Anno 1285.

35 † M. F. Bentiuenga, de Bentiuenghis de Aqua Sparta Tudertinæ Diocæsis Vmber Ordinis Minorũ Capellanus, & Confessor Papæ Nicolai Tertij ex Episcopo Tudertino, Episcopus Cardinalis Albanus, & Maior Pænitentiarius à dicto Nicolao creatus Anno 1278. 3.Idus Martij. Obijt Tudenti 7.Kalend. Aprilis 1289. Fol.761. col.1. nu.3.

36 † Bernardus de Languissello Gallus, Papæ Clementis Quarti Capellanus, ex Archiepiscopo Arelatensi Episcopus Cardinalis Portuensis à Martino Papa Secundo, dictus Quartus, creatus Anno 1281. Fol.772.

37 † Napolio Vrsinus Romanus de Monte Iordano ex Subdiacono Apostolico, Papæ Capellano, & Canonico Parisiensi à Nicolao Quarto Diaconus Cardinalis S.Hadriani creatus Anno 1288. Fol.786. nu.5.

38 † Franciscus Caietanus Anagninus, Bonifacij Octaui fratris Iofredi filius ex Capellano Apostolico, & Ecclesiæ Thesaurario ab eodem Bonifacio creatus Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Cosmedin. Anno 1298. Fol.805. nu.5.

39 † Berengarius Stedelli Vasco Gallus Papæ Capellanus à Clemente Papa V. creatus Presbyter Cardinalis SS. Nerei, & Achillei Tit. Fasciolæ, posteà Episcopus Tusculanus. Anno 1305. Qui Bonifacio Octauo in sexti Decretalium editione præsto fuit, cum esset in Legum facultate versatissimus. Fol.835. num.2.

40 † Guillelmus de Mandagoso Gallus, ab eodem Clemente V. creatus Cardinalis, & fuit Episcopus Prænestinus, de Anno 1312. Et cum esset in vtroquè Iure peritissimus Bonifacium Octauum in Sexti editione subleuauit, sicut & Berengarius Stedelli. Fol.838. & 839.

41 † Bernardus de Castaneto Gallus, à Ioanne XXI. dicto XXII. de Anno 1316. creatus Cardinalis S.Rufinæ. Sub Gregorio Decimo fuit Papæ Capellanus, & generalis Palatij Apostolici Auditor. Moritur circa Annum Domini 1326. Fol.856. nu.1.

42 † Aegidius Isalnij Bellamera de Monte acuto Gallus, Legum, & Decretorum Doctor Auditor Sacri Palatij. De Anno 1361. ab Innocentio Sexto creatus Cardinalis SS. Syluestri, & Martini in Montibus tit. Equitij. posteà Cardinalis Tusculanus. Obijt Auenione Non.Decemb.Anno 1378.Fol.916.nu.8.

43 † Bartholomæus Mezzauacca Bononiensis ex Auditore Rotæ Episcopus Reatinus, & Presbyter Cardinalis S.Marcelli ab Vrbano Sexto creatus de Anno 1388. A quo etiam Cardinea Purpura priuatus, posteà fuit à Bonifacio Nono restitutus. Fol.977.nu.12.

44 † Petrus Soracenacus Gallus Auditor Rotæ ex Archiepiscopo Ebredunensi Pseudo Cardinalis à Clemente Septimo Antipapa tit. S. Calisti. Posteà Episcopus Sabinus. Fol.1007. num.3.

45 † Cosmatus Melioratus Vrbani VI. Capellanus à Bonifatio Nono Anno 1389. creatus Cardinalis S.Crucis in Hierusalem. Fol.1023. nu.3.

PONTIFEX MAXIMVS post Bonifatium Nonum in eius locum in schismate suffectus Anno 1404. 16.Kalend. Nouembris. vocatus INNOCENTIVS SEPTIMVS iureiurando adactus, vt in Ecclesiæ vnitate tuenda, etiam cum Pontificatus depositione operam daret. Fol.1036.

46 † Ioannes Aegidij Normandus Gallus V.I.Doctor, Præpositus Leodiensis Auditor Rotę. Ab Innocentio Septimo Anno 1405. Cardinalis Diaconus SS. Cosmæ, & Damiano creatur. Fol.1043.

47 † Branda Castellio Mediolanensis Episcopus Placentinus Auditor Rotæ. A Ioanne XXII. Anno 1411. creatus Cardinalis tit. S. Clementis. Obijt Anno 1443. 5. Septembris. Fol.1088.

48 † Ioannes Carauagial Hispanus electus Episcopus Placentinus Rotæ Auditor, & Vrbis Gubernator. Ab Eugenio Quarto de Anno 1446. creatus Cardinalis tit. S. Angeli in foro Piscium. Obijt Romæ 8. Idus De-

Decembris. Anno 1469. sepultus ad S. Marcellum. Fol. 1139. & 1140. num. 27.

49 FR. Nicolaus Tudescus Auditor Rotæ Archiepiscopus Panormitanus, patria Catanien. De Anno 1440. à Felice Quarto dicto Quinto Antipapa Presbyter Pseudo Cardinalis. Lucerna iuris appellatus. Obijt Panormi anno 1445. sepultus in Cathedrali. Fol. 1168. num. 16.

50 ✝ Ioannes de Meua, ciuis, & Episcopus Zamorensis, Hispanus, Auditor Rotæ, à Calisto Tertio Presbyter Cardinalis SS. Aquilæ, & Priscæ creatus anno 1456. Obijt Romæ 13. Octobris 1467. iacet in Ecclesia S. Iacobi Hispanorum. Fol. 1196. nu. 5.

51 ✝ Berardus Herulus Narniensis Episcopus Spoletanus, Auditor Rotæ, A Pio Secundo de anno 1460. Presbyter Cardinalis S. Sabinæ creatur. Obijt 3. Non. Aprilis. anno 1479. iacet in Basilica S. Petri. Fol. 1207. num. 2.

51 ij. ✝ Petrus Ferreri Hispanus, à Pio Secundo Rotæ Auditor factus, à Paulo Secundo Tirasonen Ecclesiæ Præsul, à Sixto Quarto Presbyter Cardinalis Tituli S. Sixti creatus, de anno 1475. Et exacto primo Purpuræ anno obijt Romæ, sepultus in Ecclesia S. Mariæ suprà Mineruam. Fol. 1259. nu. 13.

Hic etiam vltimo loco annumeratur inter Rotæ Auditores in Bulla Sixti Quarti, de quibus suprà diximus.

52. ✝ Ioannes Antonius de S. Georgio Placentinus, Præpositus Mediolani, Episcopus Alexandrinus, Auditor Rotæ. Ab Alexandro Sexto anno 1493. Presbyter Cardinalis Tit. SS. Nerei, & Achillei creatus. Post multa, quæ doctissimè scripsit obijt Romæ anno 1529. iacet in Aede S. Celsi. Fol. 1326. nu. 3.

GVIDOBON. posteà *in vna Romana Canonicatus S. Mariæ Maioris die 27. Octobris 1553.* ipso proponente bis, & tertiò, causam inter Alexandrum Guidottum, prouisum per obitum, & Petrumpaulum Gualterium habentem creationem in Canonicum fuit tentum, quod Regula reuocatoria gratiarum præuentiuarum per Iulium Tertium edita, quæ generaliter omnes prædictas gratias reuocabat non facta in specie mentione de erectione in Canonicatum, quod nihilominus illam comprehendebat, Quia Domini, vt ibi dicitur, habuerunt huiusmodi regulam reducentem ad ius commune, & tollendum obstaculum ordinarijs prouisionibus pro fauorabili, & consequenter extendenda.

ANNOTATIO.

Ex hac posteriori decisione videtur illa prior reuocari, vt Regula reuocatoria tamquam fauorabilis, & sic extendenda comprehendat huiusmodi gratias præuentiuas, cum sit dicta regula fauorabilis.

Fol.322. *col.* 1. *post lineam septimam*. Addc.

¶ GVIDOBON. *decis.49. incip. Voluerunt Domini. in manuscript.* vbi dicitur, quod licet aliàs Rota *coràm Vestano in vna Tullen. Canonicatus, & prabenda*
1 *die* 11. *Martij* 1551. tenuerit † morbum caducum non facere aliquem inhabilem ipso iure ad beneficia.
2 † Tamen quod regressus datus illi, qui dicto morbo laborabat, de quo nulla fuerat facta mentio Papæ, quod esset ipso iure nullus, qui si fuisset expressus, reddidisset sine dubio difficiliorem Papam ad conce-
3 dendum dictum regressum. † Quæ ratio in gratiosis facit gratiam nullam ipso iure, ad not. per omnes *in cap. postulasti. & in cap. super literis. de rescript.* Præsertim in literis ad vacatura, qualis est regressus, vt per *Felin. in cap. inquisitionis. nu.* 7. *col.* 2. *vers. sed ad limitationem. de accusat. & in cap.* 2. *col.* 3. *de rescript. per consil. Calder.* 20. *de preb. &* 4. *de accusat.*

DECLARATVR ista decis. à Rota, vt subdit ibidem *Guidob. decis.*50. *incip. In vna Burgen. à Rota in Burgen. de Velerado coràm Ant. August.* 24. *Martij*
4 1553. † Quod quando is, qui tali morbo caduco laborat, si talis defectus non est scandalosus, tunc non reddit talem inhabilem ad beneficia, cum possit ad ordines promoueri, si sine baculo potest altari deseruire per *G..... in cap. si quis in infirmitate.* 55. *dist.*

Fol. eodem 322. *post Guidobon. decis.*49. Adde.

¶ GVIDOBON. *decis.*51. *incip. Erat præsupposita. in manuscript.* vbi dicitur, quod stante consuetudine, quod clerici possent testari de fructibus beneficiorū, de illis censetur disposuisse, licet eos non expressisset, sed solum dixisset, quod disponebat de omnibus, & quibuscumque bonis, & rebus ad se spectantibus, & vbicumque existentibus. Super qua decisione, & conclusione. Vide, quæ habentur *Part.* 3. *ad Iason consi.*75. *incip. Non videtur dubitandum. lib.*3.

Fol.346. *col.* 2. *in med.* Adde. Declaratur ista decisio à Rota *coràm R.P.D. Pirouano in Sipontina, seu nullius pensionis. Vener.*24. *Ianuarij* 1614. *nu.*4. *est decis.*508. *in Recent. part.*2. *incip.* D. *Fabritius.* vbi d. *nu.*4. dicitur, quod licet pensionarius non acquirat quasi possessionem ex solutionibus factis àb Administratoribus, Sindicis, & vsufructuarijs, cum non possideant ad hunc effectum; Tamen quod secus est, quando solutio facta est à reseruatario fructuum cum facultate eos propria auctoritate percipiendi. Quia in illis Administratoribus, Syndicis, & similibus benè procedit, quod non infertur præiudicium ei, cuius nomine soluitur, nisi eo sciente, & patiente, vt inde colligatur præsumptum mandatum. *Cassad. decis.*3. *nu.*4. *de procur.* Secus verò contrà eum, cuius consensus in solutione non est requirendus, nec mandatū est expectandum propter sufficientem mandatarij auctoritatem, videlicet percipiēdi fructus propria auctoritate.

Fol.354. *col.* 2. *in princ. post Mobed. decis.*8. *de rescript.* Adde. Idem replicat idem *Mobed. decis.*4. *num.*3. *qui fil. sint legit.* vbi quod Rota solita est sequi. *Innoc. in cap. super literis. de rescript. reiecta Cassad. decis.*10. *de prabend. & decis.*28. *&* 29.

Fol.355. ad Mohed. *col.* 1. *ante §. Mobed. decis.* 1. *de renunc.* Adde.

¶ MOHED. *in ead. decis.*2. *de consuetud. in fin. & in decis.*3. *de testam. incip. Hareditatis, & bonorum.* In quibus *in fin.* dicitur, quod filia ingrediens Monasterium non debet minus consequi quàm si nuberet, licet contrarium disposuerit testator.

DECLARANTVR istæ decisiones à Rota *coràm R.P.D. Pirouano decis.*480. *nu.*9. *in Recent. part.*2. vt procedant in casu, quando conditio respicit actum recedendi ab Ordine sacro, vt erat Subdiaconatus (vt dicit *Mobed. d. decis.*3. *de testam. in princip.* vel Diaconatus, vt dicit *Put.* in compilatione eiusdem decis. quæ erat *coràm Ioanne Paulo decis.* 87. *lib.*2. *incip. In vna Barchinonen.*) pro conseruatione medietatis hæreditatis, quæ aliàs non poterat conseruari, & consequenter tendebat in odium illius Ordinis.

Vltrà quod Rota valdè dubitabat, ne illæ decisiones essent ex mente Rotæ extensæ, quia *Put.* qui eandem extendit decisionem *d. decis.*87. *lib.*2. nullum verbum fecerat de ista conclusione firmata à *Mobed. in d. decis.*3. *de testam. in fin.*

Fol. eod. *col.* 2. *in med. post Mobed. decis.*12. *de renunc.* Adde. *Mobed. decis.*7. *eod. tit. de renunc. incip. Circa intellectum.*

Reuocara fuit ista decisio à Rota, vt per eundem *Mobed. decis.*27. *eod. tit. incip. Licet suprà. vers. Tamen postea.*

Fol.356. *col.* 2. *in med. post Mobed. decis.*2. *de transact.* Adde. Ista eadem decisio fuit cum ampliori doctrinatum dote compilata ab *Accorabon. decis.*22. *lib.*1. *in manuscript. incip. Clemens Septimus.*

Fol.357. *col.* 1. *in med. post §. Sequitur hanc decisionem.* Adde. Sequitur secundò eandem decis. *Rota coràm Cotta in Nolana Primicetiatus. Ven.* 30. *Aprilis* 1563. *incip. An appellatio.* vbi præter *Mobed.* hic allegantur *Iaf. & alij in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.*

Fol.361. *col.* 2. *in fin. post §. Sequitur quintò.* Adde. Sequitur sextò eandem decis. *Rota coràm Card. Pamphilio Sen. in Pampilonen. Parochialis de Ecebari. Luna* 5. *Nouembris* 1584. *incip. Fuit resolutum possessionem. Est decis.*4. *in lib.*1. *in manuscript.* vbi quod possessio capta vigore prorogationis gratiosæ in ius defuncti, etiam quoad possessionem, non est attentata, quia non est noua possessio, sed illamet defuncti cōtinuata.

Sequitur septimò easdem decis. *Rota coràm Decano Pegna in Parmen. beneficij Sācti Nicolai de Tolentino. Veneris* 21. *Aprilis* 1589. *incip. Vacante beneficio. est decis.*17. *in eius lib.* 1. *in manuscript.* vbi quod ita sæpè fuit in Rota decisum in eadem facti specie, & multis in ea adductis, & decisionibus allegatis.

Fol.364. *col.* 2. *post §. Sequitur secundò.* Adde.

SEQVITVR Tertiò eandem decis. *Mobed. & Put. decis.*142. *in nou. lib.*1. *incip. Fuit dubitatum coràm Rainaldo.* quæ ambæ sunt in eadem causa, & eadem est decis. *Put.* 6. *de probat. Rota coràm Cotta in Leodien. Canonicatus S. Bartholomai. Luna* 22. *Iunij* 1562. *Est decis.*7. *in eius lib. in manuscript. incip. Conclusum constare.* vbi dicitur, quod ad effectum, vt quis incidat in pœnam Regulæ de publicand. & sic ad effectum amissionis iuris quæsiti, non sufficit quod sit scientia, siue notum in loco, sed oportet quod sit legitimè probata, & sic clara.

Nec obstare, quod ea quæ sunt publica in loco ius præsumat scire. *Mobed. decis.*1. *de præscript.* quia vbi agitur de amissione iuris quæsiti non satisfacit præsumpta, sed requiritur clara scientia.

Neque etiam obstare *cap. illud. de cleric. excomm. ministr.* Quia ibi non tractabatur de amissione iuris quæsiti, sed ad hoc, vt abstineret se à diuinis: Cum in his tractetur, de fauore animæ, & tutius sit abstinere.

SEQVITVR Quartò hanc decis. *Rota coràm Cotta in Mediolanen. matrimonij. Lunæ 22. Martij 1574. incip. An in casu. Est decis. 423. in eius lib. in manuscr.* vbi dicitur, quod quando obiectiuè datur de re aliqua, vt in casu decisionis erat de professione Religionis Ordinis Hierosolymitani in materia matrimoniali, tunc plena requiritur probatio, nec sufficit præsumptiua. Et assignatur ratio, quia regulare est, quod quando agitur de amissione alicuius iuris, requiruntur probationes plenæ ad *Mobed. hic.* allegatur etiam *Put. decis. 403. lib. 1.* quam non inuenio, quæ hoc dicat.

DECLARATVR tamen ibid. à Rota coràm Cotta ista conclusio, quod non excludantur præsumptiones legis, & hominis, & sint vehementes, & vrgentes. *Aym. cons. 73. Dicendum videtur. num. 19. & seq.* Et videri potest Annotatio *Seracc. ad dictum cons. nu. 19. & seq.*

Fol. 365. *col. 1. in princ. ante S. concordat etiam.* Adde. Vbi etiam dicitur, quod sententia, quæ non iustificatur ex actis, est iniusta, nec debet exequi etiam quod principaliter non agatur de eius executione, sed per indirectum; quàm sequitur Rota *coràm Cotta in Romana vinea. Lunæ 11. Martij 1577. est decis. 523. in eius lib. in manuscript. incip. Quia vtraque pars.*

Fol. eod. 365. *col. 2. ante Mobed. decis. 2. de fid. instrum.* Adde.

¶ MOHED. *decis. 1. de fid. instrum. incip. In causa Cracouien. aliàs 33.* vbi dicitur, quod copia reperta in actis facit fidem, probata amissione.

SEQVITVR hanc decis. *Rota coràm Cotta in Tyburtina Castri Sambuci. Ven. 15. Aprilis 1573. Est decis. 452. in eius lib. in manuscrip. incip. An ex productis.* vbi fuit dictum constare de legitima executione citationis, licet non reperiretur originale dictæ citationis. Quia stante excidio Vrbis, & facta diligentia de reperiendo originali in Curia, nulloq; reperto, & quia præsupponebatur, quod in partibus nullum remansisset originale de executionibus citationum, quod extractus in quo erat extensa copia citationis, licet esset copia, cum reperiretur in actis, quod faceret fidè omisso originali ad *Mobed. hic. & Felin. in c. quoniam contrà. nu. 30. vers. sextò quæro. de probat.* Maximè accedente obseruantia subsecuta ex cumulatis ab *Aym. cons. 274. nu. 7.* Ac alijs etiam coniecturis, verisimilitudinibus, circumstantijs, & adminiculis ex quibus resultat plena probatio. *Aym. cons. 73.*

CONTRARIVM in eadem causa coram eodem Cotta fuerat resolutum *sub die Vener. 28. Maij 1574. incip. An in casu. Est decis. 429. in cod. eius lib. in manuscript.* vbi fuerat dictum, non constare de legitima executione citationis, quia licet notario crederetur de executione reproducta, quod tamen non crederetur ei de tenore ad *Felin. in d. cap. quoniam contrà. col. penult. vers. hanc conclusionem limita. de probat.* Nam si non constabat de tenore, non erat possibile dicere, quod citatio fuisset legitimè executa, iuxtà formam decreti dictæ citationis. A quibus fuit recessum ex supradictis.

Fol. 366. *col. 2. in princ. post S. Vide, quæ diximus.* Adde. *Mobed. decis. 2. de præscript. incip. Fuit dubium in Rota.* ista decisio, quæ est coràm Thomà de Thanis refertur etiam à *Puteo decis. 127. aliàs 124. in nou. lib. 2. incip. Fuit resolutum in vna.* cum in ea dicitur iuri petendi supplementum legitimæ non præscribi quinquennio, vt voluit Bart. sed spatio 30. annorum, sicut omnes aliæ actiones personales.

SEQVITVR hanc decisionem à *Mobed. & Put.* relatam Rota *in vna Romana census de Celsis. Ven. 17. Decemb. 1610. coràm Sanctiss. Ludouisio, est decis. 489. inter eius impress. incip. Resolutum fuit hæredibus,* quę etiam habetur *inter Recent. par. 2. decis. 419.* vbi *nu. 8.* de petitione supplementi legitimæ dicitur non esse differentiam inter filium, & hæredem, reprobata opinione Angeli, qui meritò reprehenditur à *Ias.* vt in locis ibi relatis.

Vide, quæ notauimus *Part. 3. ad Bart. in l. si quis filium. 34. ff. de inoffic. testam.*

Fol. 368. *col. 2. in princ. post S. Declaratur ista decisio à Rota.* Adde. Et quis dicatur casus insolitus, vt excusetur qui promisit, & se obligauit ad casus fortuitos, habetur per *Fab. Accorambon. decis. 39. incip. Propter casum fortuitum. part. 2.* Quæ concordat cum his, quæ dicuntur hic à *Mobed. nu. 3. post Soccin.* hic allegatum. Et nos notauimus *Part. 5. ad l. si merces. 28. S. vis maior. ff. locat.*

Fol. 370. *col. 1. in princ. ante Mobed. decis. 5. de testam.* Adde. *Mobed. decis. 3. de testam. incip. Hæreditatis, & bonorum.* vide notata suprà ad eundem *Mobed. in decis. 1. & 2. de consuetud.* in secunda Annotatione, vbi habes declarationem Ro. æ ex R.P.D. Pirouano.

Fol. 373. *col. 2. in princ. ante S. Et vide, & quæ diximus.* Adde. Sequitur secundò eandè decis. *Rota in Recent. part. 2. decis. 475. num. 1. incip. Fuit die 17. Februarij.* vbi quod sustineretur collatio facta ab Episcopo, de beneficio Iurispatronatus, tamquàm de libero, stante quasi possessione conferendi per vnicum actum præcedentem, vbi etiam *nu. 4.* habes quando proprietas præfertur possessioni.

Fol. 379. *col. 2. in med. post S. Et licet, vt dicitur.* Adde. Sequitur secundò eadem decis. *Rota in Asten. pensionis. Merc. 11. Martij 1615. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. num. 9. Est decis. 356. incip. Placuit Dominis. part. 2. in Recent.* vbi quod Dataria non seruat amplius dictam Constitut. Clement. VII.

Fol. 382. *col. 2. in fin. post Oradin. decis. 506.* Adde.

¶ ORADIN. *decis. 571. lib. 2. in manuscript. Calaguritana decimarum de Azofrà. Mercurij 4. Iulij 1571. incip. An stante.*

SEQVITVR hanc decis. *Rota in Hispalen. decimarum. Vener 11. Aprilis 1567. coràm Card. Seraphino. est in impress. decis. 18. incip. Fuit tentū.* Quod decimarum possessio in toto territorio comprehèdat etiam decimas nouaIiū postea ruptorum per *c. commissum, & c. contingat. de decim. Couarr. pract. quæst. cap. 37. num. 5.* & hoc procedit non data alterius possessione. Nota quod à Seraphino in dicta decis. non citatur tempus dictæ decisionis coràm Decano Oradino, & in ista decis. non habetur id, ad quod à Seraphino citatur, sed posuimus hoc loco, quia est in eadē causa.

Fol. 388. *col. 2. post decis. 71. Orani.* Adde.

¶ ORAN. *decis. 85. lib. 1. in manuscript. Pampilonen. matrimonij, Veneris 5. Aprilis 1585. incip. Omnibus, vt credebant.* vbi dicitur, circa medium; non esse habendam rationem. *Couarr. super 4. Decretal. part. 2. cap. 8. S. 8. nu. 13. vers. Ex quibus.* volentis, † quod si

1 Papa

Papa in dispensatione matrimonij dat licentiam remanendi in matrimonio contracto, nō dici de radice matrimonij, quasi non sit dispensatio validans matrimonium à principio.

SEQVITVR hanc decis. *Rota coràm Seraphino decis. 1121. nu. 3. incip. Fuit aliàs.* vbi similiter fuit reprobata dicta distinctio *Couarr. vbi suprà.*

SEQVITVR Secundò eandem cōclusionem nulla facta mentione, quod viderim, dictæ decisionis, Rota *in Hispalen. legitimitatis. Lunæ 11. Maij 1615. coràm Reuerendiss. Manzanedo. incip. Cum ista causa. Est decis. 687. in Recent. part. 2.* vbi *num. 12. vsquè ad 16.* fusè reprobat dictam opinionem *Couarr.* & etiam *Thom. Sanch.* qui eum sequitur. *de matrim. lib. 8. disput. 7. nu. 25. §. at credo.* Et dicit contrariam opinio-
2 nem esse tenendam, † quod in casu ibi proposito ad validitatem primi matrimonij cōtracti de facto stante dispensatione in radice non requiratur nouus consensus, sed sufficiat ille primus cum affectu maritali præstitus; ex quo solo cessante prohibitione iuris positiui matrimonium verum, & validum inducitur, per text. *in cap. cum locum, & in cap. apud. & c. tuæ. de spons.* cum alijs ibi adductis.

Fol. 390. *col. 1. in fin. post §. super isto antiquo.* Addatur *decis. Orani 148. lib. 1.* quæ habetur in secundo Indice fol. 725. col. 1. in princ.

Fol. 396. *col. 2. in princ. post §. Reuocantur ab hac decisione.* Adde. Confirmatur etiam *d. decis. Orani à Rota coràm Cardin. Pamphilio Sen. in Romana supplementi legitimæ 23. Iunij 1597.*

Fol. 407. *col. 1. in princ. post §. Oran. decis. 236. lib. 2.* Adde. Confirmata fuit posteà ista decisio in hac eadem causa *coràm Cardin. Seraphin. decis. 1072. incip. Domini steterunt in decisis.* vbi allegantur decisiones concordantes, & approbatur Glosator Reg. Cancell. & dicitur quod *Sarnens. quæst. 18.* super ista Regul. multum se inuoluit, licet ipse dicat, quod Glosator se inuoluit.

Fol. eod. *col. 1. in princ. post §. Declaratur ista decisio.* Adde. Vide *D. Melchior. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 32. incip. Videndum est. num. 117. §. educitur quintò. & nu. seqq.* vbi citatur hoc nostrum singulare.

Fol. 410. *col. 1. in med. post §. Alia vide in nostris.* Adde. Sequitur secundò hanc decisionem *Rota coràm Reuerendiss. Manzanedo decis. 136. incip. Cum in decisione. nu. 9. & 10. in Recent. part. 1.* vbi de interpretatione indulti. *& coràm Card. Lancellotto decis. 196. Post factas decisiones. ead. part. 1. nu. 7.* vbi de interpretatione statuti. Et facit decisio *Reuerendissimi Coccini Decani decis. 203. Maior pars. num. 15.* vbi quod non admittitur obseruantia contrà literas Apostolicas clarè disponentes.

Hoc eodem folio 410. diximus, quod bon. mem. Franciscus Oranus Leodiensis Rotæ Auditor decessit Romæ xiiij. Kal. Augusti M. D. XCIX.

Ipso vita functo, cum hic Rotæ locus spectaret ad nominationem Imperatoris, cum eo tempore RODVLPHVS II. Romanorum Imperator Inuictissimus regnaret. hanc nominandi facultatem commisit Eminentiss. & Reuerendiss. Ludouico Cardinali Madrutio. Cumquè eidem Cardinali posteà rescripsisset, si nominatio de futuro Auditore Rotæ non erat executa, non alium nisi me Theodosium Rubeum Priuernatem nominaret; Et cum vno, vel altero præcedenti die à receptis literis, præfatus Cardinalis nominasset D. Hermannum Ortembergum, Imperatoris affectio effectu caruit. Cui immortales agendo gratias, præsens hoc gratitudinis testimonium in perpetuum extare volui; non solum prædictæ beneuolæ voluntatis, sed etiam Priuilegij amplissimi nostræ Familiæ concessio Anno 1592. cum Pragæ commorarer, & eidem dicassem Opusculum ex Mathematicis disciplinis desumptum, connumerādo bo. me. patrem meū Petrum Rubeum Priuernatem cum omnibus filijs hæredibus posteris, & descendentibus ex legitimo matrimonio natis, & nasciturisin infinitum, masculis pariter & fœminis, in numerum, cætum, consortium, statum, gradum, ac dignitatem, *vt sunt præcisa verba ipsius Priuilegij,* Nostrorum, & Sacri Imperij, aliorumquè Regnorum, ac ditionum nostrarum hæreditariatum, Nobilium assumimus, extollimus, & aggregamus, &c. Cum facultate etiam ad ineundum, & recipiendùm omnes gratias, libertates, exemptiones, feuda, priuilegia, vacationes à muneribus, & oneribus quibuscumquè, &c. & ad vtendum singulis iuribus, quibus cæteri Romani Imperij Nobiles vtuntur, fruuntur, & gaudent, &c. Cum Armorum insignibus, & in specie Aquilæ Nigræ concessione, vt fusè in desuper expedito literarū testimonio manu propria dicti Rudolphi subscriptarum, ac sigilli Cæsarei appensione munitarum. sub Datum in Arce Regia Pragæ die septima mensis Iunij. Anni. Millesimi Quingentesimi. Nonagesimi Secundi. Tenor dicti Priuilegij per extensum, & Armorum prædictorum insignia habentur post principium secundi Voluminis.

Fol. 412. *col. 1. in med. post §. Et quod dispositio.* Adde. *Accoramb. decis. 37. incip. Erant latæ duæ sententiæ. part. 1.* vbi quod sententia sine actis probat excipiendo, secus si peteretur earum executio. Quam decis. allegat, & sequitur *Rot. diuers. part. 2. decis. 143. incip. Domini dixerunt iura. nu. 6. & 7.*

DECLARATVR à Rota *coràm Buratto in Recent. part. 2. decis. 639. incip. Informantes. nu. 2.* Et nos notauimus infrà *Part. 2. inter Stylos, & Obseruantias Rotæ. circa Sententias. §. 1. Rota vti supremum Tribunal. in vers. limitatur secundò iste stylus.*

Fol. eod. *col. 2. in fin. post §. Et vide, quæ super eadem.* Adde. *Achill. decis. 34. aliàs 18. de rescript. incip. Commissa causa.*

Vide, quæ diximus ad *Put. decis. 422. lib. 1. per tot.* vbi eadem conclusio habetur. *& num. 5.* fit mentio *Achill.*

Vide etiam, quæ diximus ad *Rot. 17. de dol. & contum. in nou.* quæ decisio ab *Achill.* extenditur, eo tamen non annuente.

Fol. 413. *col. 1. in princ.* Adde. *Arigon. in Mediolanen. bonorū 14. Ianuarij 1596.* Cum dicit, quod singularis successor in casu euictionis potest agere contrà primū venditorem, si primus emptor fuit stipulatus non solum pro se, sed etiam pro successoribus.

DECLARATVR à Rota *coràm Reuerendiss. Manzanedo in Meliten. nauis 11. Ianuarij 1613. incip. Fuit confirmata. habetur inter Recent. p. 2. decis. 422. in fin. nu. 4.* Quod dicta decisio non est intelligenda, quod primus emptor possit agere pro euictione secuta in persona successoris antequàm à dicto successore molestetur, quia hoc in ea decisione non dicitur.

Quod etiam replicatur in eadem causa *Meliten. Nauis. Lunæ 5. Maij 1614. corā Card. Pamphilio. nu. 5.*

incip. Dixerunt Domini sententiam. habetur inter Recent. decis.589. post prim.

Fol.eod.413. col.2. *ante §. Blanchett. in Bonouien. hereditatis*. Adde.

¶ BLANCHETT. *in Bonouien. fideicommissi de S. Petro 29. Aprilis, & 27. Nouembris 1587.* vbi distinguit

1 † inter hæredem creditorem de tempore successionis, & aditionis hæreditatis: & illum hæredem, qui post aditionem soluit de suo, legata, vel alia debita hæreditaria.

2 Nam † primò casu postquàm hæres adiuit hæreditatem confunduntur actiones, per quam confusionem omnis actio, & obligatio extinguitur. *l. Stichum. §. aditio.* vbi etiam notatur. *ff. de solut.* censetur sibi statim satisfecisse per fictam, & imaginariam solutionem. *l. si ei cui.* in illis verbis, *tamquàm ipsa hæredi tas hæredi soluerit. ff. de enict.*

3 Secundò verò casu, † quando hæres de tempore aditionis non erat creditor, sed posteà factus est, soluendo de suo debita hæreditaria, cessat talis imaginaria solutio, quia hæres nullum damnum sentire potest per aditionem cessante periculo amissionis crediti, & actionis per dictam confusionem ex aditione resultantem.

SEQVITVR hanc decis. *Rota in Bononien. de Bonsignoribus. Vener.20. Nouembris 1615. coràm Cardin. Caualerio. incip. Cum in alijs. Est decis.780. part.2. in*

4 *Recent.* vbi † iuxtà suprascriptam distinctionem hæredis creditoris, quod hæres grauatus restituere, si sit creditor hæreditatis post aditam hæreditatem occasione redemptionis bonorum ad hæreditatem spectantium, potest retinere bona hæreditaria donec à fideicommissario fuerit satisfactus de pecunijs prodictorum bonorum redemptione erogatis. Quod maximè *ibid. nu.4.* fuit dictum procedere quando non constat, quod hæres sit cum benef. leg. & inuent.

Fol.414. *col.2. in princ. post §. Adde, quod hic.* Adde. *Blanchett. in Esina dotis. die 5. Iunij 1595.*

Vide, quæ ad hanc decis. diximus *Part. 3. ad Castrens. in l. si cum dotem. 23. nu.12. ff. solut. matrim.* quæ secuta est Rota *in d. Esina dotis.* vbi etiam declaratur *Honded. qui cons.16. incip. Statutum Ciuitatis Esij.* qui in eadem causa consuluerat.

Fol.415. *col.2. in med. post §. Plura vide ex quibus.* Adde. *Blanchett. in Maurien. officij pænitentiariæ 21. Iunij 1591.*

REPROBATVR à Rota. Vide infrà *Part.2. de stylo Rotæ circa Acta. §. 4. Rota excusat ex capite irreleuantiæ. vers. Reprobata in d. Illerden.*

Fol.416. *col.2. in med. post §. Et post hāc decisionē.* Adde.

¶ BLANCHET. *in Regien. bonorum 23. Iunij 1578.*

SEQVITVR hanc decis. *Rota in Vratislauien. matrimonij. Veneris 27. Nouembris 1609. coràm Card. Caualerio. est in Recent. decis.198. nu.3. part.1.* Quod confessio procuratoris, quæ de sui natura non præiudicaret, quando est verisimilis attenditur, & sic bene inseruit pro adminiculo. *Dec. cons.96. nu.3. vers. nec obstat. Aym. cons.202. nu.48.*

Fol.eod.416. *col.2. in fin. post §. Confirmata fuit.* Adde.

¶ BLANCHETT. *in Romana Societatis. Lunæ 5. Iunij 1577. incip. Domini ad tollendas. Est decis.321. parte. 1. diuersor. Et Cantucc. in Romana census 27. Iunij 1580. incip. Licet agentes. Est decis.132. diuers.*

1 *part.2.* In quibus decis. dicitur, † quod causa semel effecta appellabilis sẽper debet manere appellabilis.

DECLARANTVR istæ decis. à Rota *in Anconitana assecurationis. Lunæ 1. Iulij 1602. incip. Iam fuerat resolutum. Est decis.78. inter eius impress.* vbi *in fin.* dicitur, quod pro intelligentia dictarum Deci-

2 sionum Domini distinguebat, quod aut erat † vulnerata obligatio Cameralis, putà, quia Iudex absoluerat ab impetitis, & quod hoc casu causa semel effecta appellabilis semper remanebat appellabilis, prout erat casus illius decisionis, cum obligatio Cameralis, vt ibi dicitur *nu.1.* esset vulnerata per decretum A.C. cum actori appellare licuisset, debebat etiam licere ipsi reo à contraria sententia reuocatoria decreti appellare.

3 Aut iudex † pronunciauerat super inualiditate decreti iam relaxati vigore dictæ obligationis: Et quod ista pronunciatio non vulnerat obligationem, sed solum ipsum decretum, & ideò quod hoc casu potest procedi executiuè. Et quod ita loquantur dictæ decisiones. Vide intellectum ad hanc decis. *in Anconitana assecurationis coràm Coccino Decano.* Ad ipsum Coccinum suo loco.

Fol.420. *col.1. in med. post §. Nequè hoc casu.* Adde. Et eum sequitur *Orau. decis.86. lib.3. in manuscript. Mediolanen. emphyteusis. Sabbati 23. Ianuarij 1599. incip. Restricta fuit disputatio. in fin.* vt notauimus ad *Tegnam decis.135. lib.2. est in d. Placētiā Capellaniæ.*

Fol.425. *col.1. in med. post §. Nequè hoc casu.* Adde.

¶ CANTVC. *in Montis Falisci hæreditatis. die 19. Martij 1584. incip. Dubitant 19. Martij. Est decis.780. part.1. diuers.*

1 Cum *num.3.* dicitur, quod † statuta non possunt condere immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, & condita non valent sine confirmatione Apostolica.

SEQVITVR hanc decis. *Rota coràm Seraphino decis.1004. incip. Fuit resolutum cessionem.* vt etiam ad Seraphinum suo loco notauimus.

SEQVITVR Secundò eandem decis. *Rota coràm Sanctiss. Ludouisio in Romana dotis de Triuelijs. Lunæ 19. Iunij 1606. incip. Domini dixerunt statuta. est inter eius impress. decis.76.* vbi *nu.8.* allegatur dicta decisio Montis Falisci sub nomine Seraphini, cum ipse Seraphinus, vt dictum est alleget eam *in d. decis.1004. nu.8.* sub nomine Cantuccij, quæ innominata *est inter decis. diuers. d. decis.780.* Cum ferè omnes illæ decis. innominatæ sint coràm Cantuccio, & patet ex Diarijs Rotæ.

2 CVM autem in † eadem *decis. Cantucij nu.8.* dicitur statutum exclusiuum fœminarum propter masculos esse odiosum odio irrationabili. ex ibi allegatis, & loquitur dicta decisio, quando fœminæ excluduntur non à descendentibus masculis, sed à transuersalibus.

3 REPROBATVR ista † decis. à Rota *in Rauennaten. bonorum. Lunæ 9. Februarij 1615. corā Vbaldo. est decis.644. part. 2. in Recent.* vbi *num.2.* dicitur, quod stante ratione statuti conseruationis agnationis contrarium fuit resolutū in terminis Statuti Rauennatis, *in causa Rauennaten. hæreditatis 14. Aprilis 1606. coràm Cardin. Pamphilio*, & quod fuerat latè comprobatum *in vna Nucerina bonorū 29. Maij 1602. coràm Card. Sacrato.*

Vltrà quod *d. decis.780. part.1. diuers.* fuerat ordinatum, vt reuideretur *in causa Montis Falisci fideicommissi 13. Iunij 1614. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.*

Idem

Idem fuerat etiam anteà resolutum in eadem causa non facta mentione *d. decis. 780. coràm eod. Vbaldo. Luna 16. Decembris 1613. nu. 8.* multis alijs allegatis. *Est in Recent. decis. 548. incip. Mortua ab intestato. part. 1.*

Fol. 426. *col. 1. in med. post §. Sequitur secundò eandem.* Addc. *Cantucc. in Romana census 27. Iunij 1580. incip. Licet agentes. est decis. 132. diuers. part. 2.*

DECLARATVR à Rota, vt videri potest *in §. Blanchett. in Romana Societatis. Luna 5. Iunij 1577.*

Fol. 427. *col. 1. in princ. post §. Sequitur hanc decisionem.* Adde. Sequitur secundò hanc decis. *Rota coràm Card. Cauaier. decis. 553. incip. Dubitatum fuit an cedula. num. 3.* vbi de recognitione testamenti ad pias causas, prout *in d. Romana de Mazzaolis.*

Fol. eod. *col. 2. in fin. post §. sequntus sum eandem.* Adde. *Cantucc. in Sabinen. Castrorum. Luna 17. Aprilis 1581. incip. Domini dixerunt iura. est decis. 143. diuers. p. 2.* vbi *nu. 6. & 7.* dicitur, quod sententia sine actis probat excipiendo.

DECLARATVR à Rota *in Recent. p. 2. decis. 639. nu. 2. incip. Informantes, vt etiam notauimus. part. 2. circa Styl. & Obseruant. Rota circa sententias. in §. 1. Rota vti supremum Tribunal. vers. limitatur secundò.*

Fol. 428. *col. 1. in med. post §. Sequitur hanc decisionem Rota.* Adde. Vide plures concordàtes decisiones ad hanc *decis. Cantuccij. p. 5. ad l. si diuersa. C. de transact. à nu. 1. ad 4.* vbi etiam defenditur dicta decisio Cantuccij, vt etiam notaui in Addit. hic paulò infrà posita.

Fol. eod. *col. 1. in fin. post §. decisio ista, si hodie.* Adde. Annotationem.

ANNOTATIO.

Licet super ista decisione Tirasonen̄ coràm Cantuccio fuerit aliquantulum dubitatū coràm Gypsio, vt dictum est, & notauit Rota *coràm Sanctiss. Ludouisio decis. 271. Dubitaui an constet. nu. 16.* ea tamen, vt ibidem dicitur, fuit bonis rationibus confirmata *coràm Card. Millino in vna Ariminen. transactionis 13. Iunij 1601.* quæ decisio habetur apud recollectas à *Farinac. impress. Lugduni. de anno 1612. est in ordine decis. 737.* vt etiam notauimus infrà *Part. 5. ad l. si diuersa. C. de transact. à nu. 1. in fine. vsq; ad 5. fol. 564. col. 1. & 2.* Quod aduertere volui, ne quid censeatur detractum dictæ decisioni, quæ vt dixi, fuit pluries à Rota amplexa in alijs causis.

Fol. 429. *col. 1. in princip.* Adde.

¶ CAVAL. *in Camerinen. fideicommissi. Veneris 14. Decembris 1607. incip. De anno 1558. est inter eius impress. decis. 13.* vbi Rota voluit *nu. 5.* quod quando quis emit nomine suo, & alterius absentis notario etiam pro illo alio stipulante, non acquirit ille alius possessionem, nec dominium rei emptæ sine illius ratificatione iuxtà magis communem opinionem, de qua *Menoch. cons. 733. nu. 20. lib. 8.*

RECESSIT posteà Rota ab hàc resolutione in eadem causa coràm eodem *sub die Luna 17. Maij 1610. incip. Cum aliàs. Est in impress. decis. 100.* vbi *num. 1.* dicitur, quod licet Thomas non fuisset præsens instrumento emptionis factæ per Andream, tamen quod Domini putabant cōstare de sufficienti ratificatione, ex pluribus ibi adductis, & quod sufficiebat actualis, & tacita ratificatio, vt ibi *num. 6.* Et sic Rota non recessit à conclusione suprà firmata secundum magis communem opinionem, sed ab applicatione dictæ conclusionis ad factum. Quæ resolutio fuit facta iuxtà ea, quæ scripsimus in hac eadem causa sub *die 29. Aprilis 1610.*

Fol. eod. 429. *col. 1. in fin. ante decis. in Zamoren. pecuniaria.* Adde.

¶ CAVALER. *in Vrbeuetana bonorum de Sauinis. Ven. 14. Iunij 1613. incip. Cum de anno. est decis. 465. part. 2. in Recent.* vbi *num. 3.* dicitur, gratiam restitutionis fuisse liberè in supplicatione concessam, posteà verò fuisse per Officiales, qui literas in forma Breuis extenderant per additionem clausulæ, factam conditionalem, videlicet, dummodo Franciscus pacem obtineat, & interim exulet. In qua discrepantia dicitur *nu. 4.* esse attendēdam supplicationem tamquàm matricem. *Rebuff. in prax. de reform. & correction. Bull. nu. 2. Caputaq. decis. 65. nu. 6. part. 1.*

DECLARATVR ista decisio à Rota *in Ferrarien. bonorum. Luna 15. Iunij 1615. coràm Vbaldo. incip. Contrà sententias. Est decis. 730. part. 2. in Recent.* vbi *nu. 5.* dicitur præfatam decis. procedere quando supplicatio contrariatur literis, cum gratia esset libera, vel modalis, vt *in d. decis.* dicitur *nu. 3.* in literis verò esset conditionalis. Secus verò est quando in literis clausulæ non alterant in substantia gratiam contentam in supplications, quia tunc debent attendi literę, cum non contrarientur supplicationi.

Vide in hac materia, quæ diximus suprà ad *Achill. decis. 281. aliàs 18. de prab.* vbi multa congessimus circa hanc discordantiam supplicationis, & literarū. *& num. 6.* etiam adduximus hanc decis. *coràm Card. Caualerio.*

Fol. eod. 429. *col. 2. in fin. Ad decisiones Coccini primò loco.* Adde.

¶ COCCIN. *in Anconitana assecurationis. Lunæ 1. Iulij 1602. incip. Iam fuerat resolutum. Et inter eius*
1 *impress. est decis. 78.* † Quod stante obligatione Camerali quādo vni parti licuit appellare debet licere, & alteri, ita vt non possit procedi amplius executiuè.

DECLARATVR ista decis. à Rota *in Ventta donationis. Vener. 30. Ianuarij 1615. coràm Buratto. incip. Informantes. est decis. 639. in Recent. part. 2.* vbi *num. 4.* dicitur. Primò quod ista decisio procedit,
2 † quando sententia vulnerans obligationem Cameralem est valida, aliàs non attenditur si non iustificatur
3 ex actis. † Secundò quod procedit in eodem iudicio, licet mutata instantia, prout in ea legitur *nu. 10.* secus in diuerso iudicio, in quo cessat ratio illa æqualitatis
4 seruandæ. † Tertiò quod dicta decisio loquitur in sententia lata in meritis, non autem ex mera contumacia, & in ea quæ est nulla, non autem sine actis, quæ sunt valdè diuersæ.

Fol. 432. *col. 1. ante med. post §. Sequitur secundò eandē.* Adde. Sequitur tertiò eandem conclusionem *Rota in Romana Vicariæ. Luna 8. Nouembris 1621. coràm eod. Reuerendiss. Coccino Decano. incip. Sancta mem. Pius Quintus.* vt habes infrà ad *Thom. Fastol. in dub. 25. num. 3.*

Fol. eod. 432. *col. 2. in med. post §. Et quia in hoc casu.* Adde.

¶ COCCIN. *in Miranden. pensionis. Luna 7. Maij 1612. incip. Placuit R. P. D. est inter Recent. part. 2.*
1 *decis. 392.* Cum *nu. 1.* & per totū dicitur, † hæredem pensionatij non posse agere pro terminis decursis in vita pensionarij contrà mercatorē qui se obligauerat

soluere liberè, & absquè alia exceptione non expe-
2 ditis literis dictæ pensionis, cum ei obstaret † Reg.26. Cancellariæ de non iudicando, iuxtà formam supplicationis. *Cassad. decis.1. de Regul. Mohed. decis.3. de rescript.* & in terminis pensionis dicit *Gig. de pension.*
3 *quæst.34. nu.12.* † vbi etiam subditur, quod licet dicta Regula non procedat, quando pensionarius est in possessione exigendi, & sic in possessorio retinendæ. Tamen quod secus est in hærede, qui non dicitur in possessione absquè apprehensione iuxtà opionem quam Rota seruat, prout sæpius fuit resolutum.

DECLARATVR ista decisio à Rota in eadem causa *Miranden. pensionis*. Mercurij 27. Maij 1613. *corã eod. Reuerendiß. Coccino Decano. est inter Recent. part.2. decis.446. incip. Licet conclusiones.* Quod quæ
4 dicta sunt in supradicta decisione procedunt † in iudicio ordinario, non autem in executiuò; Et quod propterea Rota recesserat à prædicta decisione, quia agebatur via executiua, cum causa penderet coràm A. C. cuius Locumtenenti placuit Rotam consulere, & sic causa non pendebat in Rota nisi pro modum
5 consultationis, † & A. C. inter, & contrà mercatores summariè, & simpliciter, & sola facti veritate inspecta, & manu regia absquè obseruatione termino-
6 rum potest procedere. † Vnde stante clausula, manu regia censetur data facultas procedendi de facto, & sine vllo iuris ordine, vt per *Natt. in Clement. Sæpè. §. non sic tamen. vers. visis suprascriptis. nu.95. Marant. in Specul. de ordin. iudic. part.4. dist.9. num.8.*
7 † & in puncto, quod possit procedi executiuè absquè vlla sententia dicit. *Bart. in extrauag. Ad reprimendũ. in verb. figura. in fin.* vbi dicit, quod ille, qui habet facultatem procedendi sine strepitu, & figura iudi-
8 cij, potest nulla data † sententia iubere capi res, & distrahi, licet hoc sit magis de natura executionis, quàm condemnationis, quia talia ante ius ciuile manu regia expediebantur.

Et propterea non obstare dictã in Reg.26. Cancell. quia cum vigore facultatum A.C. & personæ, contrà
9 quam agebatur, executiuè esset procedendum, † Iudex non condemnabat, sed præcipiebat debitori, vt
10 solueret. Et hoc ea ratione, † quia quando instrumentum habet executionem paratam debitor habetur pro condemnato ad *Castr. consil.319. col.2. post*
11 *princip. vers. & hoc ideò. lib.1.* † vbi quod in iudicijs ordinarijs præcedit cognitio, & sequitur executio, in executiuis verò è conuerso, quod idem etiam sentit *Bart. loc. cit.*

Fol.433. *col.1. in med. in fine decis. Finett.* Adde. *Finett. in Viterbien. rescissionis contractus. die 8. Iulij 1569.* cum dicit, quod postquàm sententia fuit confirmata, non est amplius agendum de nullitate, sed est videndum de bono iure.

DECLARATVR à Rota *coràm Reuerendiss. Coccino Decano, vt in Recent. part.2. decis.474. incip. Domini dixerunt non intrare. nu.7. & 8.* quod talis decisio intelligenda est si secunda sententia transitum fecit in iudicatum. Et licet decisio Finetti dicat, quod post confirmationem sententię non est amplius agendum de nullitate, sed videndum de bono iure. Quæ cognitio super bono iure repugnat rei iudicatæ, hoc enim est regulariter verum, sed non habet locum in Rota, quæ numquàm exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi gustata eorum iustitia. *Put. decis.401. lib.1.* vt est tritum in Rota.

Fol.436. *col.1. in med. post §. Sequitur hanc decis. Rota.* Adde. *Lancellott. Iun. in Romana fideiussionis.* De qua in fine secundi Indicis. Vbi impressa habetur in primò volumine Singularium. fol.745. Et ibi in secunda columna post *§. Recessit.* Adde.

SEQVITVR tertiò eandem decis. *Rota coràm Gregorio XV. decis.554. incip. Hiero. Frangipanius.* Licet non applicaretur casui ibi proposito, quia fuerat à fideiussore, vt ibi dicitur *nu.2.* promissa redditio rationis, quæ continet, vt reliquum restituatur, vt ibi fusè dicitur. Et sic per hanc decisionem limitatur decisio Card. Lancellotti.

Fol.441. *col.1. post lineam octauam.* Adde.

¶ MANZANED. *in Romana domus* 28. Maij 1608. Quod emphyteosis acquisita pro masculis, & fæminis copulatiuè, insimul copulatiuè succedant, etiam stante statuto exclusiuo fæminarũ stantibus masculis.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis.583. Fuerat resolutum. nu.11. vers. ad decisionẽ.* Quod in dicta decisione non fuerat actum principaliter super isto articulo, sed incidenter. Et insuper quod apparebat in illo casu, acquirentem noluisse conformare se cum dispositione statuti facti ad fauorẽ agnationis, cum ab initio emphyteosis fuisset acquisita pro fæmina, vt dicitur in eadem causa fuisse declaratum 24. *Febr.* 1612. *corã Reuerendiss. Coccino Decano.*

Super ista materia videnda est *d. decis.583. Caualerij. & decis.555. Domus controuersæ.* quæ sunt in eadem causa. In quibus latè comprobatur doctr. Bart. *in l. vt iuris iurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. & in consf.60. Quæstio ita habet. nu.1. lib.1.* vt notauimus ☞ *Part.2. Obseruat. circa Emphyt. §.3. Rota sequitur illam opinionem tamquàm receptissimam, quando emphyteusis, &c.* Et etiam *Part.6. ad Statut. Vrb. lib.1. cap.145. §. Ampliatur secundò dictum statutum.*

Fol.443. *col.1. in princ. post §. vlterius reuocata fuerunt.* Adde. *Millin. in Romana hæreditatis della Porta 24. Nouembris 1595.* Quod non est locus purgationi moræ, quando ius partis est effectum deterius, ob talem moram, atquè ita vbi pars est in damno.

DECLARATVR ista decisio à Rota *in Romana vineæ. Veneris 3. Aprilis 1598. coràm Orano. est decis.24. in eius lib.3. in manuscript. incip.* Domini *resoluerunt venditionem.* Quod procedit dicta decisio, quando pars non esset parata interesse, & damnum per dictam moram passum resarcire.

Fol.450. *col.1. in fin. post Card. Pamphil. Sen. in Romana Capellaniæ.* Adde. Hæc decisio est reuocatoria pensionis in eadem causa coràm eodem *Merc.* 19. *Martij* 1586. vt post *Gonzal. ad Regul.8. Cancell. §.5. nu.77. in nou. impreß.* dixit Rota *in Recent. part.2. decis.635. num.2. in fin. incip. Andreas.*

Fol.451. *col.1. post princip.* Adde.

¶ PAMPHIL. SEN. *in Romana census. Lunæ 29. Nouembris 1593. incip. Fuit resolutum non deberi.* quæ decisio habetur apud *Marches. de commission. in tit. de commiss. appellat. ab oblig. Camer. §.2. in decis. nu.27.* & apud *Statil. de Saluian. decis.212.* & apud *Ludou. Cenc. de consil. decis.283.*

Vbi dicitur, quod non currunt amplius fructus census à die suscepti mandati pro restitutione sortis principalis, quia tunc sors cedit in debitum, ita vt non possint amplius peti fructus citrà vitium vsuræ, *cap. plerique. 14. quæst.3. Couarr. variar. resolut. lib.3. cap.1. sub nu.1.*

Non

Non enim se compatiuntur, vt census duret, & sit in potestate emptoris repetere sortem principalem. Vnde post relaxatum mãdatum statim census dicitur resolutus: etiam quod non concurrat actus retrouenditionis, quia res venit ad casum à quo non potest incipere, maximè stante mandato Iudicis, cuius factum reputatur factũ partis. *l. si ob causam. C. de euict.*

Quod maximè procedit stante receptione pecuniarum ad computum sortis principalis, ex qua resultat emptorem voluisse vti facultate, & extinxisse censum non solum pro rata pecuniarum habitarum, sed etiam pro tota summa, cum aliàs parte inuita non possit census pro parte extingui. ad *l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur.* Et etiam quando mandatum est pro tota summa, ex quo verisimili mente Iudicis, & ipsius emptoris census, contractus habitus fuit pro indiuiso, & sic in totum resolutus, ad *l. prædium. ff. de arbitr. Bart. in l. egregiè. §. illud. sub nu. 4. ff. de fideiuss.*

SEQVITVR hanc decis. Rota *in alia Romana census. Vener. 6. Februarij 1615. coràm Reuerendiss. Manzanedo. incip. Domina Clarix. nu. 3. est in Recent. decis. 642. part. 2.* vbi dicitur, quod post relaxatum mandatum pro sorte principali census, erat contractus ipse resolutus, maximè cum interuenisset receptio pecuniarum vltrà fructus decursos.

DECLARATVR ista decis. à Rota *in Romana Saluinni interdicti. Vener. 25. Iunij 1602. coràm Litta. incip. Fuit resolutum censum. num. 4. est in Recent. decis. 56. part. 1.* Quod dicta decisio procedat non quia fuerat relaxatum mandatum pro fructibus, & sorte principali, sed quia fuerat vlterius processum ad restitutionem ipsius sortis, seu partis ipsius. Et quod ideò, & iure meritò fuerat pro extinctione eo casu pronunciatum ratione indiuiduitatis ipsius census, & iuramenti: quia dum venditor census restituit emptori pretium, seu partem illius in necessarium antecedens, recedere voluisse videtur à censu. ad *text. in l. illud. ff. de acquir. hæred.*

Eodem modo potest declarari decis. illa *in Romana census coràm Reuerendiss. Manzanedo.* in qua etiam vltrà mandatum executiuum pro fructibus, & sorte principali ipsius census, interuenerat solutio pecuniarum vltrà fructus debitos, & sic pro parte sortis principalis.

Fol. 453. *col. 2. ad Robuster. in princip.* Adde.

¶ ROBVSTER. *in Albanen. pretij Ciuitatis Lauiniæ 27. Maij 1569.*

SEQVITVR hanc decis. *Rota coràm Cotta in Romana vineæ. Mercur. 10. Maij 1570. incip. An stantibus. Est decis. 288. in eius lib. in manuscript.* in qua dicitur, quod per obligationem Cameralem videtur renunciatum exceptioni excussionis.

Fol. 455. *col. 1. in princip. ante §. Declarationem.* Adde.

SEQVITVR hanc decis. *Rota coràm Buratto in Fauentina fideicommissi de Castellanis. Lunæ 6. Aprilis 1615. incip. Domini resoluerunt pro Castora. nu. 2. & seq. est decis. 681. in Recent. part. 2.* vbi *nu. 2.* dicit, quod in fideicommissis proximitas (circumscriptis coniecturis in contrarium) grauati, & non grauantis est attendenda. Et multos ibi cumulat de communiori, & veriori testantes. Eandemquè opinionem vti veriorem, & magis communem dicit, quod passim sequitur Rota, vt in hac *decis. 72. coràm Robusterio.* sed etiam *in decis. 22. incip. Eadem die. nu. 3 lib. 3. p. 3. diuers.* licet in ea cõtrariam fuerit secuta opinionem, quia constabat de voluntate testatoris, qui in pluribus locis vocauerat proximiorem suum tantum. *Et in Romana legitima de Vrsinis 24. Maij 1585. coràm Card. Blanchetto. Et in Romana fideicommissi de Serlupis 23. Februarij 1601. coràm Iusto.* Et quod procedit sine difficultate, quando is qui se vocatum prætendit in fideicommisso est filius, vel descendens ipsius grauati. *Mantic. lib. 8. tit. 12. nu. 30. in fin. vers. sed hæc sententia. de coniect. vlt. vol.*

Et maximè concurrentibus coniecturis, vt hic *nu. 4. & in d. decis. 72. coràm Robusterio. nu. etiam 4.*

Fol. 456. *col. 1. in princip. post §. Sequitur hanc decisionem Rota in Toletana.* Adde. Aliqua etiam cumulauimus infrà *Part. 2. circa Styl. & Obseruat. Rotæ. in §. 1. circa Pensiones. vers. Rota perpetuò seruat opinionem quod illegitimus, &c.*

Fol. eod. *col. 2. in fin. post §. Sequitur hanc decis. Rotæ in Parmen.* Adde.

¶ ROBVSTER. *in Regien. S. Martini 12. Iunij 1579. incip. Duæ dispositiones. est decis. 578. diuers. part. 1.* licet ibi sit innominata.

Non est decisio, sed Votum Robusterij, contrà quod tenuit Rota *coràm Card. Blanchetto in Calaguritana beneficij SS. Iacobi, & Andreæ 17. Maij 1593.* de qua per *Mareso. var. resol. lib. 2. cap. 39. nu. 1. & 13.* in eo quod dicitur in dicto Voto *num. 3.* in tertia difficultate, quod decretum irritans appositum in constitutione Papæ liget, etiam ignorantes ante publicationem. Et quod *Cassad. & Put. per Robust.* allegati solùm dicunt quod decretum irritans ligat ignorantes, sed non dicunt quod quando est appositum in lege, seu constitutione liget ante publicationem. Et *Bursatt.* allegatus per *Robuster.* se correxit *cons. 200. nu. 109.* vbi clarè concludit quod non liget, nisi post publicationem quasi decretum tanquàm accessorium reguletur ab ipsa constitutione. Prout hæc notauit *doctiss. Gratian. discept. for. cap. 631. incip. Condemnatur in sententia. sub nu. 14. 15. & 16. lib. 4.* & conuincitur quod non sit decisio, sed votum, quia vtitur verbo primæ personæ dicendo. Et teneo ex his, quæ diximus ad *Seraph. decis. 210. in Romana compromissi.*

Fol. 459. *col. 2. in med. post §. Vide notata ad Bubal.* Adde.

¶ RVBEVS *in Nullius beneficij della Monda. die 1. Decembris 1578.* vbi dicitur, stante antiquitate instrumenti vltrà centum annos, non requiri aliquam probationem Notariatus, neque recognitionem manus, sed sufficere quod scriptura habeat faciem publici instrumenti.

SEQVITVR hanc decis. *Rota in Mediolanen. decimarum. Merc. 10. Decembr. 1614. coràm Andrea. incip. Domini steterunt in decisis. est decis. 613. in Recent. part. 2.* vbi *nu. 3.* dicitur, quod hanc decis. sequuta fuit Rota *in Ferrarien. bonorum, seu Palatij 3. Iulij 1602. coràm Card. Millino. Et in Farfen. territorij 20. Martij 1607. coràm Decano Pegna: & tradit Put. decis. 151. aliàs 146. in nou. impress. lib. 1.* vbi etiam nos notauimus. *Et Rota decis. 52. duplicata in decis. 54. part. 1. diuers.*

AD LECTOREM.

OPportuna hoc loco se offert occasio referendi, quod accidit tempore R. P. D. Ioannis Baptistæ Rubei Rotæ Decani, de cuius Decisionibus in præsenti agimus. Cum enim quadam die defatigatus ex

longa

longa causidicorum audientia audiuisset adhuc duos superesse, vnum togatum, & alium sine toga, iussit, vt togato pateret accessus, alio non informante dimisso: Quod iste ægrè ferens, quasi togæ honorem prætulisset, abijt tristis, & ita contristatus domum petijt, & cum sibi imperare non potuisset, currenti calamo hos contrà togam sequentes Italico idiomate versus eructando conscripsit, & ipsa die in vespertina hora audientiæ eosdem dicto R.P.D. Rubeo obtulit. Qui admirans iuuenis ingenij efficacem promptitudinem, tanti eum posteà fecit, vt inter suos intimos familiares receperit.

Iste iuuenis vocabatur Porphirius Felicianus, cuius vitæ breue compendium ad me à persona fide digna transmissum, placuit ijsdem verbis hic inserere.

Porfirio Feliciano fù da Gualdo luogo vicino à Nocera nell'Vmbria, e nella Diocese pur di Nocera sotto il gouerno di Perugia. Venne à Roma in bassa fortuna, e col tempo seruì l'Eccellentissima Signora D. Olimpia Aldobrandina, e successiuamente entrò à seruigij del Cardinal Lanfranco Secretario di Stato della fel. mem. di Papa Paolo Quinto. Poi per la morte del detto Cardinal Lanfranco fù fatto Secretario di Stato in capite, e poi Vescouo di Foligni, sendo anco stato in concetto più d'vna volta d'esser promosso al Cardinalato dal medesimo Pontefice, doppò la morte del quale si ritirò à Foligni, e morì in detta Città sott'il Pōtificato di Papa Vrbano Ottauo, doppò hauer dato alle stampe vn Volume di Poesie Liriche, nelle quali professò d'esser seguace del Petrarca, e di Monsignor della Casa, premendo nella purità della lingua, e dolcezza dello stilo più che nella viuacità de concetti.

Seguono li detti versi contra la toga.

Monsignor mio non sò, s'vna brauata
Farrete alla mia Musa, che sen viene
Ad informarue senz'esser togata.
Io già gl'hò detto, che la Ruota tiene
Per ferma conclusion, che non si possa
Senza toga, dir cosa che stia bene.
Ella non par che curi, e già s'è mossa;
Frenate l'ardir suo, di pallidetta
Fatela Monsignor diuentar rossa.
Tener più non la posso, ch'à staffetta
Se ne viene à prouar con argomenti,
Che la toga non è cosa perfetta.
Quand'Iddio creò il Cielo, e gl'elementi
Formato ch'hebbe l'huom di propria mano
Volendolo addobbar di vestimenti.
Con quell'alto saper, ch'ingegno humano
Non può capire, ancorche peregrino,
D'vna pelle gli fè mezo gabano.
Hor s'egli ch'era il gran mastro diuino
Lasciò la toga, & fecegli altra veste
E' segno, che non vale vn bagattino.
E gl'inuentor delle toghe pretèste
Ch'hauessero saputo stò secreto
Odiate l'hauerian come la peste.
Gl'hebrei ch'hebbero vn tempo del discreto
Non si posero mai la toga adosso
Per non venir contr'il diuin decreto.
Nè d'hauer letto ricordarmi posso,
Che giudicata sia per cosa buona
Se ben la brama alcun più ch'il can l'osso.
Trà gl'Egitij, è Caldei non fù persona,
Che di portar la toga hauesse voglia
Ne men trà Greci d'essa si ragiona.
Sol da Romani par, che si raccoglia
L'inuention di lei, ma vn che volle
Lodarla, n'hebbe pentimento, e doglia.
Iam cedant arma togæ, ecco l'estolle,
Ma ne vien giudicato vn' arrogante
E l'odio, è l'ira contrà lui ne bolle.
Quel Talete Milesio, quel Biante
Socrate, e gl'altri Saui non fur visti
Portar già mai la toga da pedante.
Platon all'hor, ch'à piedi à Athene gisti
Per sì longo camin per vdir solo
Vn che fama di dotto hauer sentisti,
S'hauesti hauuto ò toga, ò ferraiuolo
Non ci saresti in vint'otto anni giunto,
Pure in cappetta v'arriuasti à volo.
Poco sal' hebbe, chi pigliò l'assunto
Di toghe, e non sarria la mal vsanza
Se prima in Ruota disputaua vn punto.
Di quest'error accorta s'è la Franza,
Che l'hà deposte, e prima le bramaua
Più che di brodo grasso empir la panza.
Pallade quella Dea, che studiaua,
Non fù mai vista con la toga à torno
¶ ROTA *decis. 882. in antiq. aliàs 87. de rescrip. quæ est fin. incip. Nota quod vbi gratia.* vbi dicitur, quod gratia signata à Papa, non expirat Papa decedente ante literarum expeditionem. Et si impetrans moriatur literis non expeditis, beneficium dicitur vacare per obitum illius, & non eo modo quo prius.

SEQVITVR hanc decis. Rota, vt per *Cassad. decis. 8. incip. Quamuis ad canonizationem. num. 8. & 9. de restit. spoliat.* vbi dicitur quoad secundam partem, hanc decisionem esse in Practica firma in Palatio.

SEQVITVR easdem decis. *Rota in Elboren. fructuum. Vener. 20. Martij 1615. coram Andrea. nu. 8. est in Recent. part. 2. decis. 665. incip. Cum olim.* vbi etiam allegantur duæ similes *decis. diuers. 40. incip. Coràm Prospero. lib. 2. part. 3. Et ead. par. 3. lib. 3. decis. 1919. incip. Differentia est inter Rotam.* licet Cancellaria teneat contrarium, quod non vacet per obitum, sed eo modo quo prius.

Fol. 586. *col. 2. ante Rot. decis. 8. de procurat.* Adde.

¶ ROTA *decis. 13. in antiq. aliàs 1. de procurat. incip. Nota quod gesta.* Quod ratificari possunt gesta per non procuratorem ante sententiam à domino; secus post, nisi in ipsius domini præiudicium.

DECISIO ista est in viridi obseruantia, vt inquit *Cassador. decis. 40. super Regul. incip. Introducta erat lis. num. 2.* non obstante, vt ipse subdit, quod *Felin. in cap. causam quæ. de iudic. nu. 9.* post adductas varias opiniones, communiorem opinionem dicat esse contra Rotam, à qua nullo modo recedendum in consulendo, & iudicando. Et hanc decis. ibidem *Cassad.* confirmat à fortiori per *decis. 10. eod. tit. de procurat. in antiq.* quod post conclusionem in causa, non possunt ratificari gesta per non procuratorem, nisi in præiudicium ratificãtis. Et fusè dicta decisio à Cassad. ibi comprobatur, & tollitur ratio tenentium contrà Rotam. Et idem *Cassad. decis. vnic. de empt. & vendit. incip. Contrà venditionem. nu. 6.* adducit hanc *decis. 1. de procurat. in antiq.* ad propositum, quod non est nouum, quod Palatium in Rota, & Signatura quandoque tenet contrà communem, quando opinio contraria communi est æquior, prout in casu dictæ decisionis, quicquid contrà hanc decis. dicat *Capr. Regul. 58. num. 21.*

SEQVITVR eandem decis. *Aufrer. ad Capell. Tolos. decis. 125. incip. Item fuit quæsitum, an talis religiosus. & Aym. consil. 108. incip. In ista causa. num. 1. in fin.*

Fol. eod. 576. *col. 2. post Rot. decis. 104. in antiq.* Adde.

¶ ROTA *decis. 131. in antiq. aliàs 9. de procurat. incip. Nota quod non valet.* Quod non valet mandatum procuræ à Capitulo factum, nisi specificatis nominibus Capitularium, aut nisi esset appositum sigillum Capituli.

DECLARATVR ista decis. à Rota *coram Guidobon. decis. 162. & fin. in manuscript. incip. Hispalen. decimarum.* vbi præter *d. decis. 9. de procurat.* allegabantur etiam *Anchar. & Imol. in cap. quanto. de his,*

qua

quæ fil. à præl. fine consens. capit. Dec. in cap. cum omnes. in fin. de constit. Aym. cons. 33. nu. 3. Quod dicta specificatio Capitularium requiratur quādo mandatum fuit factum sub nomine Canonicorum, quod posset in duobus verificari, vt dicit *Aym. vbi suprà.* Secus quando mandatum fuit factum sub nomine collectiuo Capituli, quod non potest verificari, nisi in maiori parte.

Fol. 587. *col. 1. ad Rot. decis. 248. post §. Declaratur ista decisio.* Adde.

DECLARATVR Secundò ista decisio à Rota, vt per *Guidobon. decis. 127. in manuscript. incip. Proponente R. P. D. Antonin Augustino.* vt non procedat quando ante sententiam fuisset oppositum contra procuratorem de defectu mandati, & quod non esset legitimæ personæ. per *consil. Bald. 122. col. 1. lib. 3. & Alex. cons. 72. nu. 10. lib. 5. Aym. cons.* 108. Et quod hoc etiam fuerat dictum in alia causa.

Fol. eod. 587. *col. 2. in princip. post §. & quod eandem decis.* Adde. Vide pro materia huius decisionis, quæ diximus suprà ad Lancellott. *Sen. decis.* 118. *in Cremonen. pensionis. præsertim in §. Declaratur.* vbi habes limitationem. Et etiam, quæ diximus ad *Put. decis. 151. lib. 3.*

Fol. 589. *col. 2. in fin. post §. Vide, quæ super hac.* Adde, *Rot. decis. 525. aliàs 24. de probat. in antiq. incip. Nota quod sufficit.* Vide ampliationem Rotæ ad hanc *decis. ad not. suprà. ad Rot. decis. 125. in nou. aliàs 3. de conceß. præb.*

Fol. 590. *col. 2. in fin. post Rot. decis. 148. in antiq.* Adde.

¶ ROTA *decis. 367. in antiq. aliàs 37. de testib.* vbi dicitur, quod remissoria non conceditur ante litem contestatam, etiam ex causa, vt quando testes sunt valetudinarij. Quam decis. sequitur *Felin. in cap. quoniam frequenter. col. 5. §. adde etiam. vt lit. non context. & Vestr. in sua praxi lib. 6. cap. fin. num. 6.*

DECLARATVR ista decisio à Rota *coràm Rubeo in Romana prætensæ portionis officij Secretariatus. Mercur. 7. Februarij 1560. Est decis. 116. in eius lib. in manuscript. incip. An in casu.* Quod remissoria est concedenda, etiam quod formiter lis non fuerit contestata, ad quod satis dicitur sufficere præsentatio commissionis, citatio ad dicendum contra, & responsio rei per generalia contrà.

Quod etiam videtur de mente collectoris *in d. decis. 37. de testib. in nou.* cum subdit, melius esset quod expiraret potestas Auditoris per dictam remissionem, quàm si causa perderetur propter defectum probationis. Quod etiam aduertunt *Felin. & Vestr. vbi suprà citati in decis. Rubei.*

Fol. 590. *col. 2. ad Rotam decis. 856. in antiq. aliàs 41. de probat.* Adde.

SEQVITVR Secundò hanc decis. *Rota coràm Cardin. Blanchetto in Romana, seu nullius pecuniaria. Vener. 4. Iunij 1593. incip. Domini concorditer. Et in eadem coràm eodem. Ven. 19. Nouembris 1593. incip. Fuit resolutum hæredibus. Illa est decis. 90. ista est decis. 91. lib. 3. in meis manuscript.* vbi dicitur in priori decis. quod licet beneficiatus in vita assimiletur vsufructuario, tamen in morte comparatur vsuario ex *glos. in d. cap. præsenti. de offic. ordin. in 6. in verb. reseruari. Rot hac decis. 41. de probat. in antiq. & Put. decis. 306. lib. 2. incip. Ioannes Valles.* Quibus additur non obstare *Alex. cons. 15. in 3. dub. lib. 2. & Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 15. nu. 12.* Quia Alex. loquitur in casu, in quo Beneficiatus habebat amplissimam testandi facultatem. Couarr. verò æquiparat beneficiatum vsufructuario contrà prædicta.

Et propterea in dicto beneficiato in morte non applicari textum *in l. defuncta. ff. de vsufr.* qui loquitur in vsufructuario, & eius hæredibus.

Idem etiam replicatur in alia superius citata decis. coràm Blanchetto.

SEQVITVR Tertiò eandem conclusionem *Rota coràm Cardin. Seraphin. decis. 594. Proposui iterum. nu. 7. 8. 9. & 19.* vbi *d. nu. 19.* idem replicat de *d. l. defuncta,* de qua dictum est paulò superius.

Fol. 592. *col. 2. in med. post §. Declaratur ista decisio.* Adde.

¶ ROTA *decis. 168. in antiq. aliàs 3. de reb. Eccles. non alienan. in fin. §. In oppositum.* Quod non valet vnio facta à Capitulo ipsi Capitulo cum non possit præstare auctoritatem vnioni, quæ fit ad eius vtilitatem.

SEQVITVR hanc decisionem *Rota in Perusina beneficij. Vener. 9. Maetij 1607. coram Decano Pegna. est decis. 474. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Informante Nicolao.* vbi quod in tali vnione, quæ fit ex decreto Concilij Tridētini sess. 24. cap. 15. de reform. requiritur auctoritas Papæ, aliàs corruit ex defectu potestatis.

SEQVITVR Secundò vtramquè decis. *Rota in Sabinen. vnionis. Lunæ 16. Iunij 1614. coràm R. P. D. Pirouano. est in Recent. decis. 565. incip. Vicarius.* vbi *in fin.* dicitur, quod ita intellexit, etiam Sacra Congregatio Concilij, vt refert *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. glos. 57. num. 25.*

Fol. 593. *col. 2. ante Rot. decis. 875. vel melius 873.* cum sit ita corrigenda. Ista Additio est proponenda *Rot. decis. 575.*

¶ ROTA *decis. 255. in antiq. aliàs 5. de Iurepatron. incip. Nota quod.*

NON SERVATVR hodie ista decisio à Rota, vt dicitur *in Seguntina dimidiarum annatarum. Lunæ 5. Maij 1561. coram Rubeo. Est decis. 197. in eius lib. in manuscript. incip. An stante.*

Fol. eod. 593. *col. 2. ante Rot. decis.* 873. Adde.

¶ ROTA *decis. 575. in antiq. alias 14. de Iurepatron. incip. Vtrum sicut præsentatus.* Quod collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione conferendi, sicut & præsentatio valet.

SEQVITVR hanc decis. *Rota in Papien. Iurispatronatus. Veneris 8. Martij 1613. coram Reuerendiss. Manzanedo. num. 1. incip. Fuit die 17. Februarij. est in Recent. par. 2. decis. 535.* vbi fuit dictum, validam fuisse collationem beneficij Iurispatronatus factam ab Episcopo tamquàm de libero, stante quasi possessione conferendi illud beneficium vti liberum per collationem vnicam anteà factam, per quam acquiritur quasi possessio. *Rip. in cap. cum Ecclesiâ Sutrina. num. 91. de caus. poss. & propr.*

QVÆ quasi possessio est attendenda ad effectum validitatis collationis. *cap. consultationibus de Iurepatr. Abb. nu. 9. ibid. Rot. hac decis. 14. vers. sed omnes. Put. decis. 206. quæ in nou. est decis. 200. lib. 1. incip. Coràm D. Marsicano.*

Stante præsertim bona fide Episcopi ex iuris assistentia causata, qua omnia beneficia præsumuntur libera. Et scientia patronorumq; resultante ex effectuatione collationis per 30. annos. Et non ageretur

de mutatione status beneficij, sed de sola quasi possessione conferendi, quæ est modici præiudicij, nec semper duratura.

Nequè obstare, vt dicitur *nu.4.* quod stante proprietate beneficij quod erat de Iurepatronatus non esse propterea attendendam quasi possessionem. Primò quia probationes Iurispatronatus fuerunt factæ post dictam collationem, & propterea non irritatur tanquam facta ab existente in quasi possessione. *Rot. decis.167. Domini cum duobus.nu.10. part.2. diuers.* Secundò quia de Iurepatronatus non constabat per confessionem partis, vel per rem iudicatam, prout requiritur ad effectum, vt proprietas præferatur possessioni. *Rot. decis.269. Dubitatum fuit vtrum Iuspatronatus. nu.6. & 7. diuers. part.2.* Nequè per publicum instrumentum, *vt in Lucana Iurispatronatus. Lunæ 23. Ianuarij 1612. incip.* Die 22. *Martij. coràm Decano Pegua. est decis.297. in eius lib.6. in manuscript.* vbi more suo quæstionem examinat per quatuor conclusiones.

SEQVITVR Secundò eandem decis. *Rota in Paduana prioratus. Veneris 5. Decembris 1614. coràm R.P.D. Pirouano. est in Recent. part.2. decis.608. incip. Existimarunt* Domini. *num.10. in fin. & 12.* vbi quod sustinetur collatio facta ab Episcopo in materia alternatiuæ stante obseruantia vltrà decem annos, & bona fide collationis, quæ valida reputabatur ex resolutionibus Rotalibus, etiam quod ex post Palatio placuerit nouus intellectus datus *in decis. Sulmonen. Alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Card. Lancellotto. ex hac decis. Rot. 14. de Iurepatr. in antiq.*

SEQVITVR Tertiò eandem decis. *Rota in Imolen. Iurispatronatus. Veneris 7. Iunij 1577. coram Cantuccio. Est decis.167. incip.* Domini *cum duobus. diuers. part.2.* vbi *nu.9.* dicitur, quod collatio facta ab Episcopo, qui erat in quasi possessione conferendi, sustinetur, cum de eo tempore patroni non essent in quasi possessione præsentandi ad *Menoch. consil.90. num.124. Et num.14.* dicitur promissa procedere si fuit processum ad institutionem antequàm constaret de proprietate Iurispatronatus: at secus si prius constiterit de proprietate, quia tunc proprietas absorbet causam possessionis. *cap. cum dilectus. de caus. poss. & propr.* prout erat in casu decisionis, vt dicitur in fine, vbi quod constabat de proprietate Iurispatronatus ante collationem. Et vide suprà *in fin. primæ sequelæ. §. Nequè obstare, vt dicitur nu.4.*

Fol.594. *col.1. in princip. ante Rota decis.718.* Adde.

¶ ROTA *decis.875. in antiq. aliàs 1. siue vnic. de hæretic. incip. Accusatus de hæresi.* Quod hæreticus accusatus, si negat se talia hæreticalia dixisse, vel credidisse de quibus accusatur: & asserat se credere, & credidisse, quod credit Ecclesia, & per testes, vel aliter conuincatur illa hæreticalia dixisse, prædicasse, & se illis credere asseruisse, vt hæreticus, & impænitens condemnari, & brachio sæculari tradi debet.

REPREHENDITVR ista decisio à *Boer. decis.341. incip. Et ista quæstio.* vbi *num.4. in vers. quæ quidem iura.* habet ista formalia verba. *Quæ quidem iura Domini de Rota, & alij suprà pro prima parte allegati non viderunt, & si viderint non allegant, nec illis respondent, & respondere (salua illorum pace) nescirent.*

RIGOROSAM dicitur esse hanc Rotæ sententiam. *Iul. Clar. inhærendo prædictæ Boer. decis. in prax. crim. in §. hæresis. nu.9. vers. Et nota in hoc proposito.* vbi in fine remittit se determinationi S. Matris Ecclesiæ, eamq; receptam testatur ex *Simanc. de hæret. cap.47. num.20.*

DEFENDITVR contrà *Boer. & Clar.* ista decisio à *Io. de Roias de hæret. part.1. nu.69. & seq. & part.2. assert.30. num.278. Et in d. 1. part. num.71. vers. & etiam contrà eam.* dicit Boer. esse sibi contrarium, cum iuxtà hanc decis. tenuisset *in decis.343. incip. Et videtur. in princ.* Et subdit *nu.72.* quod *Boer. & Clar.* in hoc verè allucinantur, & maxima cum ratione merentur reprehendi. Et post multa iura, & Doctores allegatos concludit *num.82.* præsentem decisionem esse iuri, & rationi consonam. Et deniquè *num.84.* dicit quinquè esse necessaria ad hoc, vt hæc Rotæ decisio procedat, quæ possunt apud eum videri.

ANNOTATIO.

In meo Codice, & in alijs duobus diuersorum impressionum decisionum Boerij *in d. decis.341.* nullibi allegatur ista Rota *decis.875.* licet ipsa dicat, quod fuerit allegata in prima parte decisionis. allegatur tamen *in d. decis.343. in princip.*

Fol.595. *col.2. post §. Sequitur secundò.* Adde.

SEQVITVR Tertiò eandem decisionem *Rota coràm Guidobono decis.36. in eius libr. in manuscript. incip. Dubitarunt Domini.* vbi dicitur, quod Annæ Vrsinæ agenti contrà Victoriam Marchionissam pro recuperatione bonorum paternorum à dicta Victoria possessorum, debebantur alimenta, & sumptus litis. per *d. l. si instituta. §. inofficioso. ff. de inoffic. testam. & not. per Doct. in cap. ex parte. de accusat. & in l. fin. C. de ordin. cognit. & Afflict. d. decis.10. Guid. Pap. decis.561. incip. Si quis contrà. Aym. cons.164. incip. Nobilis* Domina *Catharina.*

Fol.596. *col.1. in princip. post §. Declaratur primò.* Adde.

DECLARATVR Tertiò ista conclusio, *& d. l. si instituta. §. de inofficioso.* à Rota *in Anconitana censuum. Vener. 26. Iunij 1615. coram Cardin. Sacrato. incip. Fuit resolutum danda. Est decis.748. part.2. in*
10 *Recent.* vbi *nu.2.* † dicitur præsumptionem boni iuris colligi non solum ex prima sententia fauorabili, vt dicitur *in d. §. de inofficioso.* ibi, *egerat, & obtinuerat.* Sed etiam si post primam fauorabilem fuisset lata secunda reuocatoria primæ, & posteà tertia fauorabilis, reuocatoria secundæ, & confirmatoria primæ, & sic duo funiculi magis ligant ad not. *in cap.1. de*
11 *tregu. & pac.* cum alijs per *Surd. cons.31. nu.6.* † Et additur quod ista tertia sit attendenda propter præsumptionem, quæ oritur ex longiori causæ discussione. *l.2. C. de sent. ex breuic. recit.* ibi, *sed deliberatione habita.* cum alijs ibidem adductis.

DECLARATVR Quartò dicta conclusio, *& l. si instituta.* à Rota *in d. Anconitana coram Card. Sacrato.*
12 *nu.5.* † vt procedat etiam quando non agitur ad vniuersitatem bonorum, vel ad maiorem partem, quicquid dixerit *Surd. de aliment. tit.1. quæst.120. nu.14.*
13 *ex Lup. ibid. alleg.* † Quia causa ob quam præstantur ista alimenta, & sumptus litis, non videtur consistere in eo, quod agatur magis ad vnam rem, quam ad aliam de cuius boni iuris præsumptione constat, ne cogatur ob impotentiam litem deserere. *Ita in cap. ex*
14 *parte. 11. & cap. olim. 26. de accusat.* dantur † alimenta ei, qui sine dubio non agit ad vniuersitatem bonorum.

Et

Et licet *text. in d. l. si institata*. ponat casum in
15 quo agebatur de vniuersitate bonorum, † quod non
loquatur limitatè, nequè pro ratione decisionis con-
siderat hanc circumstantiam quod agebatur ad vni-
uersitatem bonorum, sed tantum inopiam actoris ibi,
placuit propter inopiam actoris. Quam inopiam
etiam ponderat *l. fin. C. de ordin. cognit. & text. in*
d. cap. ex parte. & cap. olim. de accusat. Lup. etiam à
Surd. allegat. solum inculcat præsumptionem boni
iuris, non autem distinguit an agatur ad vniuersa,
vel particularia bona.

ANNOTATIO.


COLLIGITVR ex *d. l. si institata. §. de inofficioso*
testamento. ff. de inoffic. testam. quæ alimenta, &
sumptus litis decernit pauperi fouenti bonum ius,
16 † quotidiana illa Rotæ obseruantia, quod ad effe-
ctum, vt quis possit consequi alimenta, & sumptus
litis à colligitante debent illa duo concurrere, præ-
sumptio, videlicet, boni iuris, & paupertas, de
quibus per *Couarr. pract. quæst. cap. 6. nu. 6. Angel. cons. 245. nu. 4. in fin. vers. præterea. Riminald. Iun. consil. 255. num. 2. vol. 3. Rota in d. Anconitana censuum coràm Card. Sacrato. nu. 1.* vbi allegantur aliæ decisiones. Idem dixit Rota *in Hortana domus. Luna 25. Octobris 1604. coràm Sanctiss. Ladouisio. est inter eius impress. decis. 189. incip. Prætendens. num. 1. & ibi bona Addit. in litera A.*

Et stante hac ampliatione *d. l. si institata*. ex dictæ Rotæ stylo, & obseruantia confirmantur, quæ dicta sunt suprà *num. 4.* ex Seraphino, quod reus expensarum onus subire cogitur, apparente bono iure, & paupertate agentis.

Fol. 743. *col. 2. in med. post §. Recessit postea*. Adde. Sequitur tertiò eandem decisionem *Rota coràm Sanctiss. Ladouisio decis. 554. incip. Hieronymus de Frangipanibus.* licet non applicaretur casui ibi proposito, quia fuerat à fideiussore, vt ibi dicitur *num. 2.* promissa redditio rationis, quæ continet, vt reliquum restituatur, vt fusè in dicta decisione habetur.

FINIS

Additionum ad Primam Partem Singularium Sacræ Rotæ Romanæ.



INDEX

Duplex Materiarum in Additionibus contentarum ordine Alphabetico dispositus. Et foliorum Primæ Partis Singularium, ad quæ sunt factæ Additiones.

De-

Decreto irritanti licet non solus Papa possit vti, sed etiam Ordinarius, & Legatus de latere, tamen non ligat ignorantes, nisi solius Papæ. ad *Cassad. decis. 3. incip. Supposito. de decret. in reseruat.* vbi *in fin.* quod nec decretum inferioris ligat ignorantes, secundum magis communem opinionem *in Addit. ad fol. 277. el 2.*

Decretum irritans positum in reseruatione Papali inficit titulum, & possessionem, ac propterea agenti spolio ad restitutionem possessionis denegatur restitutio. Part. I. ad *Rot. decis. 16. aliàs 3. de restit. spoliat. in nou. nu. 1. in Addit. ad fol. 274. el 2.* & intellige prout in sequentibus numeris. In quibus etiam habetur differentia inter decretum positum super certo beneficio, & super expectatiua, vel in prouisione de vacante. *nu. 3. & 4.* Et quod idem procedit in literis accessus, regressus, & coadiutoriæ. *nu. 5.*

Decretum irritans, positum in indulto Cardinalis facit vt Papæ prouisio de beneficijs comprehensis in dicto indulto sit nulla. Vide *in vers. Indultum Cardinalis operatur quod prouisio.*

Decretum irritans, quando liget ignorantes. Ad *Robuster. fol. 458. col. 1. in princip.*

Derogatio regulæ de iure quæsito requiritur in commissionibus manu Papæ signatis lite pendente. Vide suprà *in vers. in Commissionibus manu Papæ.*

pro non Desertione causæ Rota semper inclinat. Ad *Cassador. fol. 290. col. 1. in princ.*

Dominium, neque possessio acquiritur absenti pro quo notarius fuit stipulatus, nisi accedat illius ratificatio. Vide *in vers. Emptio facta nomine proprio.*

E

in Ecclesiæ præiudicium Prælato, quando sit credendum. Vide infrà *in verb. Prælato licet non sit.*

in Electione, & præsentatione procedit dispositio. *cap. si electio. de elect. in 6.* Vide *in vers. c. si electio, 26. de elect. in 6.*

Emphyteusis si fuit acquisita pro masculis, & fæminis copulatiuè, in ea masculi, & fæminæ non simul, sed ordine successiuo veniunt, videlicet fæminæ deficientibus masculis; quando in eo loco viget statutum exclusiuum fæminarum stantibus masculis, quia acquirentes censentur se conformare voluisse iuxtà dispositionem statutorum, nisi apertè constet quod noluerunt stare dictæ dispositioni statutariæ, vt quando emphyteusis fuit ab initio acquisita pro fæmina. Part. I. *in Addit. ad Manzaned. in Romana domus 28. Maij 1608.* vbi habes remissiuè ad *Card. Caualer. decis. 555. & decis. 583. fol. 441. col. 1. in princ.*

Emptio facta nomine proprio, & absenti notario pro eo stipulante, non operatur quod absenti acquiratur possessio, neque dominium absque ratificatione saltem actuali, & tacita. Ad Caualer. *in Camerinen. fideicommissi 14. Decembris 1607. Ad fol. 429. col. 1. in princip.*

Executio trium conformium non impeditur per restitutionem in integrum. Vide *in vers. Cautio iuratoria sufficit.*

Executio sententiæ non impeditur à legitimo contradictore, etiam contumace. Vide infrà *in vers. Sententiæ executio non impeditur.*

Executio quando possit fieri contrà intrusum lite pendente. Vide *in vers. contrà intrusum lite pendente.*

F

Fideicommissum absolutum resultat ad fauorem familiæ, & agnationis ex prohibitione alienationis immobilium pro perpetua conseruatione in eius familia. Ad *Aldobrandin. post decis. in Foroliuien. fideicommissi. pag. 2. col. 4.* licet non sint signati numeri foliorum.

Fructus Societatis ea dissoluta, an debeantur loco damnorum, & interesse. Ad *Cott. fol. 308. col. 1. in princip.*

G

Gratia ante expeditas literas, cuius respectu dicatur res quædam in formis. Ad *decis. Nou. fol. 583. col. 1. in fin.*

Gratiam expectatiuam habens, ad duo, tria, in tali diocæsi, an talis gratia intelligatur distributiuè, vel collectiuè, ad *Cassad. decis. 1. & 2. de concess. præbend. in §. Declarantur ista decisiones. fol. 293. colum. 1. princip.*

Gratia est surreptitia, quando non fuit facta mentio præsentationis ad beneficium alteri factæ, etiam quod institutio subsecuta fuerit nulla. Vide *in versic. Præsentato etiam secuta institutione.*

I

Ignorantes, quando liget decretum irritans. Ad *Robuster fol. 458. col. 1. in princ.*

Ignorantes licet ligentur decreto irritanti Papæ, non tamen decreto irritanti Legati de latere, neque Ordinarij. Vide *in vers. Decreto irritanti licet non solus Papa.*

Indultum Cardinalis operatur quod prouisio Papæ de beneficio comprehenso in indulto sit nulla propter decretum irritans, ad *Cassad. decis. 1. de restit. spoliat. in §. Sequitur secundò. in Addit. ad fol. 282. el 2.*

Inhibitio siue iusta, siue iniusta semper est timenda, & ideò attentata post inhibitionem Rotalem reuocantur non discusso articulo, an fuerit canonica, vel non. ad *Rot. decis. 412. in nou. aliàs 58. de appellat. fol. 582. col. 1. in med.*

in Institutione facienda post præsentationem seruandæ sunt solemnitates affixionis edictorum. *iuxtà cap. fin. de elect. in 6. Ad Bellamer. decis. 619. incip. Cap. fin. de elect. in 6. In Addit. ad fol. 248. el 3. nu. 3.*

Instrumentum in forma Cameræ quādo dicatur habere executionem paratam, & qualiter, & quando hoc procedat. Ad *Pegnam decis. 225. lib. 6. in Addit. ad fol. 496. col. 1.*

contra Intrusum lite pendente potest fieri executio, & quando. Ad *Cresc. decis. 19. de sent. & re iud. in Addit. ad fol. 115.*

Iudex quando habet causam pro conclusa, debet parti intimare hoc decretum. Ad *Pegn. fol. 489. col. 2. in princip.*

de non Iure actoris non dicitur constare iuxtà Rotæ obseruantiam, nisi per confessionem partis, vel per rem iudicatam. Ad *Rot. decis. 16. aliàs 3. de restit. spoliat. in nou. nu. 6. in Addit. ad fol. 574. el 2.*

ad Iuspatronatus præsenti qui sint præferendi. Vide *in vers. Præsentato à maiori parte habentium vnā vocem.*

in Iurispatronatus materia in petitorio de non iure patroni non potest dici constare, quandiu de eo potest doceri. Ad *Ant. August. fol. 243. col. 1. in med.*

Ius

non facta mentione dictæ præsentationis, gratia fit nulla. Ad *Bellam. decis.619. nu.4. 5. & 6. in Addit. ad fol.248. el 3.*

Præsentato à maiori parte habentium vnam vocem non præfertur præsentatus ab habente aliam vocem, & minori parte alterius vocis. Ad *Cassad. decis.2. de Iurepatr. fol.294. col.1. in fin.*

Præsentatione quæritur ius præsentato, etiam quod secuta fuerit institutio nulla. Vide *in vers. Præsentatio etiam secuta institutione.*

in Præsentatione etiam habet locum. *cap. fin. de elect. in 6. ad Put. fol.551. col.1. in fin.*

in Præsentatione etiam locum habet dispositio. *c. quoniam electione. fin. de elect. in 6.* Vide *in d. cap. quoniam electione. de elect. in 6. in Addit. ad fol.248. el 2.*

Procurator ante acceptationem mandati non potest substituere, quod declaratur. Ad *Put. fol.571. col.2. in med.*

Procurator vti alicuius, si quis fuerit citatus, & sic vti talis approbatus, non potest amplius opponi, quod non sit procurator. Ad *Seraphin. fol.124. col.2. post princip.*

non Procuratoris gesta possunt à domino ratificari ante sententiam, secus post nisi in ipsius domini præiudicium. Ad *Rot. decis.1. de procurat. in antiq. fol.586. col.2. post med.*

Procuratoris mandatum censetur reuocatum per cessionem litis. Ad *Cassad. fol.289. col.2. in med.*

Procuratoris mors Domino est intimanda, non tamen idem est de absente. Ad *Bellam. fol.246. col.2. in fin.*

Procurator quando non dicatur reuocatus per mortem ciuilem constituentis. Ad *Rot. decis.376. aliàs 28. de procurat. in nou. in limitat.2. & 3. ad fol.572.*

à Procuratore obtenta sententia quando sustineatur, & quando non. Vide *in vers. Sententia licet sit valida obtenta à procuratore, &c.*

Prouisio Papæ valet non data acceptatione expectantis infrà mensem. Ad *Cassad. decis.2. de decret. in reseru. fol.277. col.1. in princ. Et ad Rot. decis.17. de preb. in nou. fol.583. col.1. in princ.*

Prouisio beneficij facta à Papa. Vide *in vers. Indultum Cardinalis operatur quod prouisio.*

Q

QVindemnia, quando non debeantur. Ad *Seraphin. fol.124. col.2. in princ.*

R

RAtificatio requiritur absentis, quando notarius fuit pro eo stipulatus, vt ei acquiratur possessio, & dominium. Vide *in vers. Emptio facta nomine proprio.*

Rationis redditio continet, vt reliquatum restituatur. Ad *Lancellott. fol.743. col.2. in med.*

Regressus nouus, quando datur, sufficit verificatio narratorum. Ad *Ant. Aug. fol.245. col.2. in princ.*

Remissoria potest concedi ad probanda, quæ non consistunt in scripturis, cessante calumnia propter testes examinatos, & spolia. ad *Cassad. fol.280. col.1. in med.*

Remissoria non conceditur ante litis contestationem, & qualiter adhunc effectum lis dicatur contestata. Ad *Rot. decis.367. in antiq. aliàs 37. de testib. in Addit. ad fol.590. col.2. in fin.*

Restitutio in integrum contra tres conformes non impedit executionem dictarum sententiarum, & si is qui sententias obtinuit est pauper sufficit cautio iuratoria. Vide *in vers. Cautio iuratoria sufficit.*

Rota, & Signatura quandoque tenent contra communem, quando contraria opinio est æquior. Ad *Rot. decis.1. de procurat. in antiq. fol.586. col.2. in fin.*

S

SCriptura reperta inter prothocolla Notarij sumunt robur, & supplementum à loco in quo fuit reperta. Ad *Aldobrand. in Romana donationis. pag.4. col.1.* licet numeri foliorum non sint signati.

Sententiæ executio non impeditur a legitimo contradictore, etiam contumace. Ad *Seraphin. fol.60. col.1. in med.*

Sententiarum trium conformium executio non retardatur per restitutionem in integrum, & de cautione pauperis. Vide *in vers. Cautio iuratoria sufficit.*

Sententia licet sit valida obtenta à procuratore de cuius mandato non cōstabat si posteà constet de sufficienti mandato. Tamen hoc non procedit, quando ante sententiam fuisset contra procuratorem appositum de defectu mandati, vel quod non esset persona legitima. Part.I. ad *Rot. decis.248. aliàs 19. de procurat. in antiq. in §. Declaratur secundò. in Addit. ad fol.587. il primo.*

Sententia, quando sit indiuidua, ita vt non possit pro parte valere, & pro parte secus. Ad *Put. fol.539. col.1. in med.*

Sententia, quæ non iustificatur ex actis est iniusta. Ad *Mohed. fol.365. col.1. in princ.*

Sententia sine actis probat excipiendo. Ad *Accoramb. fol.412. col.1. in med. & ad Cantucc. fol.427. col.2. in fin.*

Societas Officij, durantibus 15. diebus disdictæ dicitur durare. Ad *Put. fol.559. col.1. in princip.*

Societatis Officij fructus, an debeantur loco damnorum, & interesse. Ad *Cott. fol.308. col.1. in princip.*

per Solutionem non acquiritur quasi possessio, si sit facta metu censurarum stante protestatione, secus si non adsit. Ad *Achill. fol.145. col.2. in med.*

Spoliato denegatur restitutio ad possessionem beneficij reseruati stante decreto in eo apposito, quod inficit titulum, & possessionem. Et hoc qualiter intelligat. Vide *in versic. Decretum irritans positum in reseruatione Papali.*

Successor singularis in casu euictionis potest agere cōtra primum venditorem, si primus emptor fuit stipulatus non solum pro se, sed etiam pro successoribus. Ad *Arigon. fol.413. col.1. in princip.*

Subrogatus in litem, eodem iure vti debet. Ad *Ant. Aug. fol.243. col.2. in princip.*

Substantia eius, quod agitur, non autem verba sunt attendenda. Ad *Achill. fol.143. col.2. in princ. §. Dixit etiam. in fin.*

Supplicatio est titulus. Ad *Cassiador. fol.285. colum.2. in med.*

Supplicatio quando sit attendenda, & non literæ. Ad *Cæsar de Grass. decis.47. num.7. fol.261. col.2. post princip.*

T

TAciturnitas modicæ quantitatis fructuum indebitè perceptorum reddit gratiam subreptitiam. Ad *Put. fol.561. col.1. in princip.*

de

FINIS

Indicis Additionum ad Primam Partem Singularium Sacræ Rotæ Romanæ.

REGESTVM.

A B C.

Omnes sunt Terniones.



ROMÆ,

Ex Typographia Vaticana.

M. DC. XXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

THEODOSII RVBEI
PRIVERNATIS I. C. ROMANI
SINGVLARIVM
Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decis. Selectorum
PARS SECVNDA.
De Stylo, & Obseruantia huius Sacri Tribunalis.
PROŒMIVM.



EPTEMNALI iam absoluto silentio, vt in calce Superioris Primæ Partis dicebamus, ad Sacræ ROTÆ Romanæ fores assiduè vigilando, & ad eius ostij postes obseruando, inchoatum à nobis SINGVLARIVM opus prosequimur, Practicarum Iuris Vtriusq; Cõclusionum ex præfatæ Rotæ Decisionibus Selectarũ. Præmissa in primo Volumine Prima Parte, quæ continet Decisiones concordantes, & etiam ab ipsa Rota declaratas, vel reuocatas.

SECVNDA Pars opportunè sequitur circa Stylum, & Obseruantiam huius Sacri Tribunalis, nimirum, quando in ipsis Decisionibus dicitur, Quod ita Rota seruat. Vel, Ita Rota de stylo tenet, vel, Ita fuit pluries resolutũ, vel alia similia verba in decisione exprimuntur. Et hoc in diuersis materijs, quas ordine Alphabetico in fine præsentis Voluminis disposuimus, prout etiam ibidem reliquarũ Partium Indicem subiecimus.

TERTIA Pars succedit circa Doctores, eorum sententias à Rota approbatas, declaratas, vel reprobatas, continens, Doctoribus eadem Alphabetica serie ordinatis.

QVARTA Pars varia Practicabilia Ecclesiastica exhibet etiam ex Rotæ promptuario desumpta, vt de Alienationibus rerũ Ecclesiasticarum, & etiam in prophanis. De Breuibus Apostolicis. De Clausulis vsquè ad numerum 850. quæ ad Ecclesiastica deseruiunt, & ad prophana. Addita sunt duo nostra Consilia siue Responsa, quorum alterum est de Pręcedentia Parochorum in funeralibus quoad Canonicos, & Beneficiatos, cum responsione Apologetica pro ipsius Consilij defensione. Alterum est de præcedentia Prothonotariorum Apostolicorum de numero participantium, vnà cum Decreto Sacræ Congregationis Rituum. Vbi in fine loco sigilli habetur Decisio coràm Card. Sacrato de præcedentia inter Archidiaconum, & Archipresbyterum. Et ibidem remissiuè habetur ex Steph. Grat. de præcedentia inter Vicarium Episcopi, & Archidiaconum, & Archipresbyterum, cum Voto R.P.D. Episcopi Lauretani.

QVINTA Pars habet intellectus ad varias leges, & textus Ciuilis, & Canonici Iuris, necnon diuersarum Glosarum ex eiusdem Rotæ decisionibus desumptos. Alphabetico similiter ordine distributos.

SEXTA, & Vltima Pars continet explicationem, & interpretationem Statutorum in genere, & in specie, non solum Almæ Vrbis, sed etiam diuersorum aliarum Ciuitatum, & locorum Alphabetica serie digestorum.

INDEX omnium istarum quinquè vltimarum Partium quoad præcipua earum capita habetur in fine præsentis Voluminis. Quem sequitur posteà Index locupletissimus Materiarum, & verborum post illum præcipuarum materiarum in hoc secundò Volumine contentarum.

ADDITIONEM, siue Appendicem ad Primum Volumen multarum notabilium, & verè Singularium materiarum in fine reposuimus, quæ ad libitum tàm in primi, quàm in posterioris Voluminis fine reponi potest.

Illud etiam, Benigne Lector, hoc loco non omittendum putauimus, quod à multis studiosis audiuimus, omissis etiam personis in summis dignitatibus constitutis, quod hæ nostræ qualescumq; vigiliæ, non modicam vtilitatem omnibus personis, non solum in præsenti, sed & in perpetuum sint allaturæ, prout paulò superius diximus ex Sarnense in Dedicatoria Epistola ad fel. rec. Paulum Tertium ad Regulas Cancellariæ. Vbi de vtilitate Decisionum Rotæ: Quod per eas causarum patroni, cæteriquè causidici instruantur, Ecclesiastici ordinis Iudices, quid agere debeant, admonentur. Et tamquàm adhibitis luminibus, litium tenebris fugatis, Christianæ Reipublicæ Status roboratur. Quarum Decisionum vtilitas ampliari maximè videtur ex præsentibus lucubrationibus, ex Decisionibus ab ipsa Rota, vel confirmatis, vel declaratis, quæ est materia nostri Primi Voluminis, & Primæ Partis Singularium, cui alias in Additionibus similes Decisiones adiecimus, cum dies diei eructet verbum, Extenditur vlterius ipsarum Decisionum vtilitas ex contentis in præsenti Secundo Volumine quinquè posteriores Partes continente, vt iam diximus quas non est necesse repetere.

Nec est curandum de illorum sententia, quod multi hos nostros labores sibi appropriant, tacito Auctoris nomine, & sic sine ipsius Auctoris debito honore. Quia Auctoris finis vltimatus non est, nec esse debet vanus populi fumus, & gloriola ad modicum parens, sed principaliter superlucratio talentorum à Deo personis creditorum, vt fusè diximus ad Lectorem in Primo Volumine, nec ab hominibus, sed à Deo qui videt in abscondito, est retributio expectanda.

ADDIMVS vlterius, quod licet non solum à multis, sed ab omnibus communiter desideretur, vt his nostris studijs adderentur etiam pro extensum decisiones in eis citatæ. Tamen huic desiderio non ita facilè satisfieri potest propter immensam Decisionum molem, vt omnibus est manifestum. Ideò meritò abstinuimus non solum à labore, sed etiam immodicis impensis in impressione erogandis.

Sufficit autem nobis fideliter citasse decisiones in materijs occurrentibus, vnà cum conclusionibus in eis contentis ad effectum de quo agitur.

Quæ expensarum superefluentia est etiam causa, cur plura quàm octo Volumina Obseruationum Practicarum Conclusionum Vtriusquè Iuris à Rota approbatarum, etiam cum licentia imprimendi de mandato fel. rec. Gregorij XV. expedita ex multarum Decisionum millibus Antiquarum, Modernarum, Impressarum, & Manuscriptarum in obscuro posita, lumen non aspiciant, vt etiam aliàs diximus.

Atquè hæc Proæmij loco dicta sufficiant.

DE AVDITORIBVS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Quoad Personas, Nomina, & Dignitatem.



De Sacræ Rotæ Romanæ Stylo, & inueterata in diuersis materijs, & causis Obseruantia acturi in hac Secunda Parte Singularium ex eiusdem Rotæ Decisionibus Selectorum iuxtà initio à nobis ordinem, & seriem propositam, satis hoc loco opportunum videtur, huius Sacri Tribunalis olim solum Auditores, nunc verò & Iudices, recensere aliquos, nimirum, ex multis, cum non omnium, sed paucorum notitia habeatur, à quibus talis stylus emanauit, & Obseruantia. Et posteà aliqua breuiter circa eorũ officium recensere.

De Anno 1376. Auditores, qui eo tempore in Rota sedebant, enumerantur à R. P. D. Roberto Horbort Alemano tunc Auditore, & Compilatore voluminis Nouarum, & Antiquarum Rotæ Decisionum, vt habetur in principio dicti Voluminis.

De Anno 1472. nominantur Auditores à Sixto Quarto in Bulla reductionis Auditorum Rotæ Romanæ ad numerũ duodecim, sub Dat. Prid. Idus Martij 1472. incip. Romani Pontificis. Est Constit. 2. eiusdem Sixti. in nouo Bullario fol. 333. col. 1.

Curauimus vlterius aliquos Auditores expiscari ex libro R. P. F. Alphonsi Ciacconij viri doctissimi, & reconditarum antiquitatum obseruantissimi nouiter recuso de Vitis, & Gestis Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium. In quo præter duos ad Summi Pontificatus apicem nostris temporibus assumptos, Clementem Octauum, & Gregorium Decimum quintũ, alios etiam tres Papæ Capellanos hâc Petri Cathedram ascẽdisse comperimus, vt suo loco paulò infrà dicemus.

Nomina ergo Rotæ Auditorum hæc sunt, quæ sequuntur.

Recollecta ex præfato Compilatore Decisionum.

Ex Bulla Sixti Quarti.

Ex Vitis, & Gestis Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium, & etiam ex alijs Doctoribus. Et quia aliquando citari solent Decisiones sub nomine dignitatis Auditorum; ideò ponemus qui fuerunt Summi Pontifices, Cardinales, Episcopi, Archiepiscopi, vel Patriarchæ. Vltimo annotabimus aliquos, qui in eadem Rota Decani fuerunt, cum aliquando Decisiones citentur, etiam sub nomine Decanorum, vt sciri possit, qui fuerint Decani de tempore citatæ decisionis.

Crucis † signum ostẽdit illos Auditores fuisse posteà creatos Cardinales. Cruces † † duæ significant eos Auditores ad Summum Pontificatum electos.

Ex Compilatore Decisionum Rotæ Nouarum, Antiquarum, & Antiquiorum.

Anno 1376. in Rota sedebant infrascripti RR. PP. DD.

1 Robertus de Stratonesi.
2 Arnoldus Terrenus.
3 Gailardus de Noua Ecclesia.
4 Ioannes de Dayrolis.
5 Nicolaus de Cremona.
6 Petrus Cambonis.
7 Ægidius Bellamera.
8 Bertrandus de Alano.
9 Ioannes de Amelia.
10 Guilelmus Horborth, qui fuit Compilator dictarum Decisionum.
11 Bertrandus Episcopus Pamphitonesi, qui ex Rotæ Auditore fuerat factus Auditor Contradictarum.
Istis addi possunt.
12 † Bernardus de Bisignetto posteà S. R. E. Cardinalium, & Thomas Fastolus Compilatorius Decisionum Antiquiorum.

Ex Bulla Sixti Quarti.

Anno 1472. Hi erant Auditores Rotæ.

13 Gaspar de Zarano Sacri Palatij Apostolici Decanus.
14 Ioannes de Cosa Episcopus Calaguritanus Locumtenens Rotæ.
15 Io. de Cæsarinis.
16 Ludouicus de Ludouisijs.
17 Ioannes de Caetanis.
18 Antonius de Grassis.
19 Fantinus de Valle.
20 Io. Franciscus Pauinus.
21 Matthæus de Porta.
22 Nicolaus de Vbaldis.
23 Gabriel de Cantarenis.
24 Bartholomæus de Bellencinis.
25 Nicolaus de Edam.
26 † Petrus de Ferrera.

Ex Libro Alphonsi Ciaconij. De Vitis, & Gestis Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium.

27 † Hugo Vicecomes Pisanus Paschalis Secundi Capellanus, Presbyter Cardinalis SS. Duodecim Apostolorum ab ipso Paschali ob virtutem, & animi magnitudinem creatus Anno Domini 1105. In dicto libro fol. 451. col. 3. Est in ordine Cardinalium à Paschali creatorum 43.

28 † Saxo Comes Signiæ Anagninus, Hernicus, Campanus ex eiusdem Paschalis Secundi Scriptore, & Capellano ab eodem creatus Presbyter Cardinalis S. Stephani in Cælio monte fol. 452. num. 44.

29 † Petrus Gerardescus ex Comitibus Donaritici de Natalio, nobilis Pisanus ex eiusdem Papæ Paschalis Sriptore, & Capellano Presbyter Cardinalis S. Susannæ ab eodem Paschali creatus. Ibidem nu. 46.

30 † † Hugolinus Comes Anagninus patruelis fratris Papæ Innocentij Tertij filius, & Capellanus, De anno 1198. mense Decembri ab Innocentio Tertio creatus Cardinalis Sancti Eustachij, post Episcopus Ostiensis, & Veliternus. Fol. 639. col. 1.

PONTIFEX MAXIMVS vltimò creatus, & vocatus GREGORIVS IX. Anno Domini 1227. 12. Kal. Aprilis. Sedit Annos 14. mense 5. dies decem. Fol.671. Decretales Epistolas adunauit, & quinq; libris digessit, Raymundi de Penna forti vsus adminiculo, quem sibi adminiſtrũ delegerat. d.fol.639.c.1.

31 † Nicolaus Comes Anagninus præfati Gregorij Noni Subdiaconus, & Capellanus, ab eo Cardinalis S. Marcelli creatus, & Legatus in Armeniam missus de Anno 1228. mense Decembri. Fol.679. col.1.

32 † M. Petrus de Collemedio Gallus, olim Honorij Tertij, & Gregorij Noni Capellanus ex Archiepiscopo Rothomagensi Episcopus Cardinalis Albanus ab Innocentio Quarto creatus in Concilio Generali Lugdunense cum alijs duodecim. Obijt anno 1253. sub eodem Innocentio. Fol.694. col.2. in fin.

33 † Gotifredus Castilioneus Mediolanensis, ex Subdiacono, & Capellano Honorij Tertij Cardinalis S.Hadriani creatus ab Innocentio Quarto in Concilio Generali Lugdunense, vt de præcedenti M. Petro de Collemedio dictum est. Fol.697. col.1. nu.8.

34 † Octauianus Vbaldinus Florentinus, ex Canonico, & Procuratore Ecclesiæ Bononiensis creatus Cardinalis S. Mariæ in Via lata ab eodem Innocentio Quarto, cuius postea indignationem incurrit, ita vt si supra uixisset, eum Cardinalatus honore priuaturum fuisse, fama publica erat, quod Imperatori nimium studuisset, quod morte Pontificis euasit. Obijt mense Martio 1272. sub Gregorio Decimo. Fol.697. col.1. num.9.

Additio ad Ciaconum supplet, quod iste Octauianus Vbaldinus non solum erat Canonicus Bononien, sed & eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus, & Gregorij Subdiaconus, & Capellanus, in Episcopum Bononiensem à Canonicis electus fuit, annum trigesimum nondũ attingebat; Postea à dicto Innocentio Quarto Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via lata factus Episcopatum deposuit. Hæc ibi cum alijs.

35 † † Simon de Bria Campanus, Senonensis, Gallus, Papæ Capellanus, ex Thesaurario Ecclesiæ Metropolitanæ S.Martini Turonensis Presbyter Cardinalis S. Cæciliæ creatus ab Vrbano Quarto Anno 1261. Fol.710. num.10.

PONTIFEX MAXIMVS postea creatus Anno 1281. MARTINVS SECVNDVS dictus QVARTVS, fuit appellatus, extractis prius à Conclaui duobus Cardinalibus, qui electioni ne fieret, resistebant. Fol.769. Cuius extat aurea illa sententia, cum germanus eius frater aliquando ad eum accessisset, vt ei de tanto honore gratularetur, simulque multa ab eo obtinere sperans, cum confestim paucis muneribus donatum, domum redire iussit, affirmans, BONA ECCLESIÆ, QVÆ SVA NON ESSENT, SE NOLLE SINE RATIONE DONARE. Obijt Perusij 4. Kalend. Aprilis. Anno 1285.

35 † M.F. Bentiuenga, de Bentiuenghis de Aquasparta Tudertinæ Diocesis Vmber Ordinis Minorũ Capellanus, & Confessor Papæ Nicolai Tertij ex Episcopo Tudertino, Episcopus Cardinalis Albanus, & Maior Pænitentiarius à dicto Nicolao creatus Anno 1278. 3. Idus Martij. Obijt Tudenti 7. Kalend. Aprilis 1289. Fol.761. col.1. nu.3.

36 † Bernardus de Languissello Gallus, Papæ Clementis Quarti Capellanus, ex Archiepiscopo Arelatensi Episcopus Cardinalis Portuensis à Martino Papa Secundo dictus Quartus, creatus Anno 1281. Fol.772.

37 † Napolio Vrsinus Romanus de Monte Iordano ex Subdiacono Apostolico, Papæ Capellano, & Canonico Parisiensi à Nicolao Quarto Diaconus Cardinalis S.Hadriani creatus Anno 1288. Fol.786. nu.5.

38 † Franciscus Caietanus Anagninus, Bonifacij Octaui fratris Iofredi filius ex Capellano Apostolico, & Ecclesiæ Thesaurario ab eodem Bonifacio creatus Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Cosmedin. Anno 1298. Fol.805. nu.5.

39 † Berengarius Stedelli Vasco Gallus Papæ Capellanus à Clemente Papa V. creatus Presbyter Cardinalis SS. Nerei; & Achillei Tit. Fasciolæ, postea Episcopus Tusculanus. Anno 1305. Qui Bonifacio Octauo in sexti Decretalium editione præsto fuit, cum esset in Legum facultate versatissimus. Fol.835. num.2.

40 † Guillelmus de Mandagoso Gallus, ab eodem Clemente V. creatus Cardinalis, & fuit Episcopus Prænestinus, de Anno 1312. Et cum esset in vtroque Iure peritissimus Bonifacium Octauum in Sexti editione subleuauit, sicut & Berengarius Stedelli. Fol.838. & 839.

41 † Bernardus de Castaneto Gallus, à Ioanne XXI. dicto XXII. de Anno 1316. creatus Cardinalis S. Rufinæ. Sub Gregorio Decimo fuit Papæ Capellanus, & generalis Palatij Apostolici Auditor. Moritur circa Annum Domini 1326. Fol.855. nu.1.

42 † Aegidius Isalnij Bellamera de Monte acuto Gallus, Legum, & Decretorum Doctor Auditor Sacri Palatij. De Anno 1361. ab Innocentio Sexto creatus Cardinalis SS. Syluestri, & Martini in Montibus tit. Equitij. postea Cardinalis Tusculanus. Obijt Auenione Non. Decemb. Anno 1378. Fol.916. nu.8.

43 † Bartholomæus Mezzauacca Bononiensis ex Auditore Rotæ Episcopus Reatinus, & Presbyter Cardinalis S.Marcelli ab Vrbano Sexto creatus de Anno 1388. A quo etiam Cardinea Purpura priuatus, postea fuit à Bonifacio Nono restitutus. Fol.977. nu.12.

44 † Petrus Soracenacus Gallus Auditor Rotæ ex Archiepiscopo Ebredunen Pseudo Cardinalis à Clemente Septimo Antipapa tit. S. Calisti. Postea Episcopus Sabinus. Fol.1007. num.3.

45 † Cosmatus Melioratus Vrbani VI. Capellanus à Bonifatio Nono. Anno 1389. creatus Cardinalis S.Crucis in Hierusalem. Fol.1023. nu.3.

PONTIFEX MAXIMVS post Bonifatium Nonum in eius locum in schismate suffectus Anno 1404. 16. Kalend. Nouembris. vocatus INNOCENTIVS SEPTIMVS iureiurando adactus, vt in Ecclesiæ vnitate tuenda, etiam cum Pontificatus depositione operam daret. Fol.1036.

46 † Ioannes Aegidij Normandus Gallus V.I. Doctor, Præpositus Leodiensis Auditor Rotæ. Ab Innocentio Septimo Anno 1405. Cardinalis Diaconus SS. Cosmæ, & Damiano creatur. Fol.1043.

47 † Branda Castellio Mediolanensis Episcopus Placentinus Auditor Rotæ. A Ioanne XXII. Anno 1411. creatus Cardinalis tit. S. Clementis. Obijt Anno 1443. 5. Septembris. Fol.1088.

48 † Ioannes Carauagial Hispanus electus Episcopus Placentinus Rotæ Auditor, & Vrbis Gubernator. Ab Eugenio Quarto de Anno 1446. creatus Cardinalis tit. S. Angeli in foro Piscium. Obijt Romæ 8. Idus De-

Decembris. Anno 1469. sepultus ad S. Marcellum. Fol.1139. & 1140. num.27.

49 FR. Nicolaus Tudescus Auditor Rotæ Archiepiscopus Panormitanus, patria Cataniens. De Anno 1440. à Felice Quarto dicto Quinto Antipapa Presbyter Pseudo Cardinalis. Lucerna iuris appellatus. Obijt Panormi anno 1445. sepultus in Cathedrali. Fol.1168. num.16.

50 † Ioannes de Meua, ciuis, & Episcopus Zamorensis, Hispanus, Auditor Rotæ, à Calisto Tertio Presbyter Cardinalis SS. Aquilæ, & Priscæ creatus anno 1456. Obijt Romæ 13. Octobris 1467. iacet in Ecclesia S. Iacobi Hispanorum. Fol. 1196. nu.5.

51 † Berardus Herulus Narniensis Episcopus Spoletanus, Auditor Rotæ, A Pio Secundo de anno 1460. Presbyter Cardinalis S. Sabinæ creatur. Obijt 3. Non. Aprilis. anno 1479. iacet in Basilica S. Petri. Fol.1207. num.2.

51 ij. † Petrus Ferreti Hispanus, à Pio Secundo Rotæ Auditor factus, à Paulo Secundo Tirasonen Ecclesiæ *Præsul*, à Sixto Quarto Presbyter Cardinalis Tituli S. *Sixti* creatus, de anno 1475. Et exacto primo Purpuræ anno obijt Romæ, sepultus in Ecclesia S. Mariæ suprà Mineruam. Fol. 1259. nu.13.

Hic etiam vltimo loco annumeratur inter Rotæ Auditores in Bulla Sixti Quarti, de quibus suprà diximus.

52 † Ioannes Antonius de S. Georgio Placentinus, Præpositus Mediolani, Episcopus Alexandrinus, Auditor Rotæ. Ab Alexandro Sexto anno 1493. Presbyter Cardinalis Tit. SS. Nerei, & Achillei creatus. Post multa, quæ doctissimè scripsit obijt Romæ anno 1529. iacet in Aede S. Celsi. Fol.1326. nu.3.

53 † Antonius Triultius Mediolanensis, Episcopus Comensis, Auditor Rotæ. Ab Alexandro Sexto anno 1500. Presbyter Cardinalis Tit. S. Anastasiæ creatus. Obijt Romæ 15. Kal. Aprilis. anno 1508. in Pontificatu Iulij Secundi sepultus in Ecclesia S. Mariæ de Populo. Fol.1336. nu.29.

54 † Ioannes Stephanus Ferrerius Vercellensis Auditor Rotæ Episcopus Bononiensis. Ab Alexandro Sexto anno 1502. creatus Cardinalis SS. Sergij, & Bacchi. iacet in Ecclesiæ Sancti Clementis Romæ. Fol.1339. num.34.

Franciscus Remolinus Illerdensis, ab Alexandro Sexto anno 1503. creatus Cardinalis. Fol.1339.n.36.

Hic fuit Auditor Rotæ Illerdensis, & non potuit esse Auditor Rotæ Romanæ, quia Iudex in selectos animaduerterat, vt ex Garimbert. lib.5. cap.2. refert Andreas Victorellus. ibi in Addit. ad Ciaconum. Et ad ostendendã Romanæ Rotę ciuilitatem, ideò istius mentionem fecimus, non quod in Auditorum Rotæ Romanæ albo adscribere voluerimus, nisi fortè ex sola eius inefficaci voluntate.

Et non solum ex hoc capite, sed etiam ex illegitimis natalibus ab hoc Venerabilium Patrum numero excluduntur, prout de facto fuerunt exclusi, vt per *Sarnens. de Trienn. quæst. 2. post princ.* vbi ex Nicolao de Vbaldis refert hoc non solum seruari in Sacro Cardinalium Collegio, vt non hac labe polluatur, sed etiam in Sacro Rotæ Auditorio, quod exemplificatur ex quodam habente à Paulo Secundo mandatum ad Auditoratum, & in Philippo Decio aliàs doctissimo. Tertium exemplum adducit D. Melch. Loterius in suo nõ minus erudito, quàm docto Tract. de re Benefic. in Apparatu. num.139. vbi ex quodam Diario manuscripto refert, idem tempore Sixti Quarti seruatum fuisse, & quod Auditores eousquè restiterunt dicto Pontifici & fulminanti, & vincula mini tanti, vt deserto Auditorio clàm se in fugam proripuerint, qua animorum constantia fracta Sixti voluntate, quidam Antonius ad Auditoratum mandatum habens, suo temerario desiderio frustratus fuerit.

Prout etiam cessante doctrinæ præstantia ab hoc Patrum numero excluduntur communis famæ homines.

A quo inueterato, laudabili, & ineuitabili Rotæ instituto non fuit dispensatus aliorum Doctor, & Magister Felinus, qui per viginti annos in publicis Gymnasijs fuerat professus, vt ipsemet refert *in cap. venerabilis. num.49. circa fin. vers. & ideò doctorati. de except.* In cuius examine Io. Ant. à S. Georgio, dictus Præpositus Alexandrinus, etiam Rotæ Auditor, vt superius diximus num.52. posteà Cardinalis, formauit sexaginta argumenta desumpta ex textibus, & glosis, quibus pari memoria, & doctrina ipse Felinus satisfecit, vt est Additio ad dictum Præpositum in proœmi Decreti in princip. vt etiam notauit dictus D. Loterius. vbi suprà num.132. licet ipse dicat quod Felinus fecerit dicta argumenta contrà Præpositum.

Nec omittimus, quod M. Mantua de Viris Illustribus ad Felinum dicit fuisse factum Rotæ Auditorem à Sixto Quarto, non ab Innocentio Octauo, vt male scribit *Io. Fichard. in Vitis Recent. Iurisconsult.*

Ex quibus cessat limitatio Decij *in cap. ex parte. nu.9. vers. si tamen. de appellat.* quod Doctor valdè excellens, & supremus deberet admitti absquè vllo examine ad Rotæ Auditorium.

Auditores ROTÆ ab Anno 1508.

55 ¶ Io. Cerretanus Romanus.
56 † Dominicus de Iacobatijs Cardin. à Leone X.
57 Conradus Manlius Mediolanen.
58 Petrus Andreas Bambarus Imolen.
59 Nicolaus Piccolomineus Senen.
60 Raynaldus Petrutius Senen.
61 Fabius Accorambonus de Augubio. Decanus Rotæ ab anno 1550. vsquè ad mensem Iulij 1559. quo est mortuus.
62 Pomponius Cotta Mediolanen Episcopus Nouarien Creatus Episcopus Nouarien à Gregorio XIII. Vener. 18. Aprilis 1577.
63 Gaspar Vicecomes Mediolanen 16. Iunij 1578. Episcopus Nouarien 5. Nouembris 1584. cum retentione officij ad beneplacitum. Deinde 28. eiusdem eodem anno translatus ad Archiepiscopatum Mediolanen cum retentione, recessit die 14. Iunij 1585.
64 † Flaminius Platus Mediolanen die 7. Februarij 1586. creatus Cardinalis 6. Martij 1591. à Gregorio XIV. Obijt 2. Nouembris 1613.
65 Alexander Litta Mediolanen die 20. Aprilis 1592. Obijt Romæ 30. Septembris 1606.
66 Bernardinus Scottus Mediolanen die 11. Maj 1607. Obijt Pragæ 28. Iulij 1608.
67 Philippus Pirouanus Mediolanen die 8. Februarij 1610.

68 ¶ Franciscus Briuius Venetus Episcopus Ceneten.
69 Io. Staphileus Episcopus Sibenicen.

70 Siluester Darius Luceñ.
71 Peregrinus Fabius Bononieñ Episcopus Vestanus.
72 † Gabriel Paleottus Bononieñ. Receptus in Collegio Cardinalium à Pio IV. die 12. Martij 1565.
73 Petrus Guicciardinus Florentinus.
74 Bonsignorus Finettus Seneñ.
75 † Laurentius Blanchettus Bononieñ. die 15. Decembris 1575. A Clemente VIII. Cardinalis. Merc. 5. Iunij 1596.
76 † Horatius Lancellottus Romanus 24. Martij 1597. Regens Sacræ Pænitentiariæ. Die 14. Octobris 1609. Creatus Cardinalis à Paulo V. Mercurij 17. Augusti 1611. Obijt 9. Decembris 1620.
77 † Fabritius Verospius Romanus die 25. Iunij 1612. Datarius Sacræ Pænitentiariæ 3. Octobris 1617. Abijt Nuncius extraordinarius in Germaniam die 13. Martij 1619. Redijt 5. Nouembris eiusdem anni. Abijt denuò Nuntius extraordinarius in Germaniam missus à S. D. N. Gregor. XV. die 16. Ianuarij 1622. Redijt die 27. Nouembris eiusdem anni. Factus à S.D.N. Vrbano Octauo Perusiæ, & Vmbriæ Gubernator die 27. Octobris 1623. Cardinalis creatus ab eodem Vrbano die 30. Augusti 1627.
78 Hieronymus Verospius Romanus die 27. Martij 1628. Fabritij Cardinalis Nepos.

79 ¶ Matthæus de Vbaldis Perusinus Episcopus Nucerinus.
80 † Iacobus Simonetta Mediolaneñ Episcopus Pisaureñ Cardinalis à Paulo III.
81 Io. Paulus Ptolomæus Ferrarieñ.
82 Hieronymus Nouatus Mediolanensis.
83 † Paulus Aemilius Verallus Romanus Episcopus Caputaqueñ, qui primò habuit Archiepiscopatum Rossaneñ. Diem suum obijt die 9. Martij 1577. Requiescat in pace.
84 Marcellus Bubalus Romanus 9. Decembris 1577. Diem suum obijt die 6. Martij 1591.
85 † Pompeus Arigonius Romanus 20. Decemb. 1591. à Clemente VIII. Cardinalis creatus. 5. Iulij 1596. Obijt Neapoli 4. Aprilis 1616.
86 Dionisius Ratta Bononiensis die 2. Maij 1597. Obijt die 6. Nouembris eiusdem anni Romæ.
87 † Franciscus Sacratus Ferrarieñ die 25. Iunij 1599. Archiepiscopus Damascenus die 5. Nouembris 1612. à S.D. N. Paulo V. Datarius S. D. N. Gregorij XV. 11. Februarij 1621. Cardinalis ab eod. Gregorio XV. 19. Aprilis 1621. Die 6. Septembris 1623. Obijt.
88 Clemens Merlinus Foroliuieñ ciuis Ferrarieñ die 26. Nouembris 1621. Datarius à S. D. N. Gregorij XV. 26. Februarij 1623. Datarius Sacræ Pænitentiariæ 30. Augusti 1627.

89 ¶ † Petrus de Accolitis Aretinus Episcopus Anconitanus Cardinalis à Iulio II.
90 Guglielmus Cassadorus Hispanus Episcopus Algarieñ.
91 Ludouicus Gomesius Hispanus Episcopus Sarneñ.
92 Antonius Augustinus Hispanus Episcopus Aliphanus, Posteà de anno 1561. ad Ecclesiam Illerden. non potuit habere retentionem officij Auditoratus, ideò vacauit, & in omnem euentum cessit officio liberè in manibus S.D.N. Pij Papæ Quarti, postea translatus ad Archiepiscopatum Tarraconeñ.
93 Christophorus Robusterius de Samaut Tarraconeñ Hispanus 9. Decembris 1562. Promotus ad Episcopatum Orioleñ 17. Augusti 1587. cum retentione officij Rotæ ad beneplacitum in Concistorio, Decessit 27. Ianuarij 1588.
94 Franciscus Penia Hispanus 14. Octobris 1588. successit in locum R.P.D. Christophori Robusterij. Obijt 21. Augusti 1612. dum esset Decanus Rotæ.
95 Martinus Andreas Hispanus Valentinus die 3. Martij 1614. Obijt Romæ die 20. Iulij 1619.
96 Balthassar Sebastianus Nauarrus Hispanus ex Aragonia 12. Octobris 1621.
97 Paulus Duran Hispanus ex Catalonia 9. Martij 1625. Episcopus Vrgellen. factus die 9. Ianu. 1634.
98 Franciscus de Roias Hispanus. die 10. Dec. 1635.

99 ¶ Antonius de Grassis Bononieñ.
100 † Achilles de Grassis Bononieñ Episcopus Ciuitatis Castelli Cardinalis à Iulio II.
101 Paulus de Rubeis de Carino.
102 Paulus Capizuccus Romanus Episcopus Neocastrensis.
103 Thomas de Tanis Pistorieñ.
104 Achilles de Grassis Bononieñ Episcopus Montis Flasconeñ.
105 † Io. Aldobrandinus Florentinus, qui à S. D. N. Pio V. electus fuit in Episcopatu Imoleñ, & cum decreto quod officium Auditoratus vacaret, locum dedit D. Hyppolito Aldobrandino eius fratri. Posteà die 17. Maij 1570. creatus fuit Cardinalis à Pio V. Idem Io. Aldobrandinus.
106 † † Hyppolitus Aldobrandinus Anno 1570. de mense Martij Datarius Sixti V. Pont. Max. 17. Maij 1585. Cardinalis ab eodem 18. Decembris 1585. Creatus Summus Pontifex 30. Ianuarij 1592. vocatus Clemens Octauus.
107 † Franciscus Mantica Vtinensis 10. Decembris 1586. successit in locum Illustrissimi Cardinalis Aldobrandini, Et die 5. Iunij 1596. ab eodem Clemente Cardinalis creatus.
108 Camillus Peregrinus Veronensis 9. Iunij 1597. Obijt Ferrariæ die... Augusti 1598.
109 Io. Baptista Coccinus Venetus die 13. Martij 1600. Obtinuit Signaturam per Concessum die 11. Septembris 1606. à S. D. N. Paulo V. Regens Sacræ Pænitentiariæ 13. Septembris 1611. à S. D. N. Paulo V. Decanus post obitum Peniæ die 21. Augusti 1612.

110 ¶ Petrus Ferrera.
111 † Reuerendissimus D. Antonius de Monte Florentinus Archiepiscopus Sipontinus Cardinalis à Iulio II. & Auditor Cameræ.
112 Nicolaus de Aretio.
113 Conradus della Volta Bononieñ.
114 Io. Maria Catalanus Regieñ.
115 M. Antonius Marescottus Bononieñ.
116 † Sebastianus Pighinus Regieñ Archiepiscopus Sipontinus. Cardinalis à Iulio III.
117 Iulius Oradinus Perusinus Decanus Anno 1559. & 1564. vsquè ad annum 1573.
118 Franciscus Cantuccius Perusinus Primus Episcopus Lauretanus à Sixto V. Pont. Max. 24. Martij 1586. vacauit locus. Obijt 25. Nouembris eodem anno.
119 Neapolio Comitulus Perusinus mense Ianu. 1587. Episcopus Perusinus à Gregorio XIV. die 20. Iulij 1591. vacauit locus.

120 Fran-

120 Franciscus della Penna Perusinus 27. Nouembris 1592. Diem suum obijt die 18. Maij 1593.
121 Alexander Iustus Collensis 23. Martij 1594. Regens Sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ sub die 11. Iunij 1604. Obijt die 13. Octobris hor. 6. noct. 1609.
122 Franciscus Vbaldus Perusinus. Lunæ 15. Octobris 1610. Obtinuit Signaturam per Concessum die 13. Septembris 1611. à S. D. N. Paulo V. Obijt 17. Martij 1626.
123 † Benedictus Vbaldus Perusinus, Merc. 3. Decembris 1626. Die 28. Nouembris 1633. à S. D. N. Vrbano VIII. Cardinalis creatus.
124 Franciscus Maria Machiauellus Florentinus. die 2. Iunij 1634.

125 ¶ Matthæus de Porta.
126 Iacobus Dragatius.
127 R.P.D. Io. Vannneccius Luceñ.
128 Vgo de Spina.
129 Christophorus Panigarola Mediolaneñ.
130 Io. Mohedanus Hispanus Episcopus Raualleñ.
131 Didacus de Deza, Episcopus Camarieñ, & per promotionem ad Episcopatum fuit decretum per S.D.N. Paulum IV. officium Auditoratus vacare.
132 Gaspar de Chiroga Hispanus Canonicus Toletanus cessit D. Francisco Sarmiento sub Pio V. Eius Francisci locus vacauit de anno 1571. vt dicit Oradinus ad dictum annum 1571. 1. Octobris. inter eius Decisiones in Cathalogo Auditorum illius temporis.
133 Gregorius Brauo Hispanus 1585. obijt 2. Decembris 1590.
134 D. Andreas Fernandez de Corduba Hispanus 14. Martij 1593. promotus ad Ecclesiam Paceñ. die... Octobris 1602.
135 Alphonsus Manzanedus de Chinones Hispanus 29. Nouembris 1604. Patriarcha Hierosolymitanus. Merc. 26. Octobris 1622. à S. D. N. Gregor. XV. obijt 13. Nouembris 1627.
136 Io. Queipo Dellano Hispan. die 12. Ianuar. 1629.
137 Petrus Carillus Hispan. die 28. Iunij 1634.

138 ¶ Guglielmus de Perreria. Hic plures Sanctorum effigies in marmore albo incisas, & eleuatas in aliquibus Ecclesijs deuotionis causa collocauit, vt in Ecclesia S. Mariæ Maioris, S. Laurentij extra muros in Agro Verano. S. Mariæ de Populo vbi sepultus iacet de Anno 14....
139 Marianus de Bartolinis.
140 Bartholomæus de Perrasancta.
141 Petrus Vorsius Brabantinus Episcopus Aqueñ.
142 Io. Baptista Vidobonus Terdoneñ.
143 Alexander Iunius Antuerpieñ.
144 Gaspar Gropperius Germanus Anno 1560. Fuit declaratus locus ipsius vacans à S. D. N. Greg. XIII. Pontif. Max. quia per plures annos absens sæpius interpellatus redire recusauit de mense Octobris 1579.
145 Franciscus Oranus Leodieñ de Anno 1581. obijt Romæ 13. Kalend. Augusti 1599.
146 Hermannus Ortembergus Nouiomagus die 11. Decembris 1600. Episcopus Attrebateñ. Merc. 24. Nouembris 1610. cum retentione Auditoratus ad beneplacitum Sanctissimi, obijt mense Maij 1629. in Ciuitate Attrebateñ.
147 Io. Baptista Remboldus Augustanus die 26. Februarij 1614. obijt 15. Nou. in nocte sequenti 1626.
148 Cornelius Henricus Motmannus Leodieñ die 1. Decembris 1628.

149 ¶ Felinus Sandeus.
150 Antonius Corsettus.
151 Benedictus Adam Gallus Thesauſ. Rotâ.
152 Martinus Spinosa Salamañ.
153 † Marcellus Crescentius Romanus Episcopus Marsicanus, & Card. creatus à Paulo III. 1542.
154 † Prosper de S. Cruce Romanus Episcopus Chisaneñ Cardin. creatus à Pio IV. sub die 12. Martij 1565. Nuntius etiam fuit Apostolicæ Sedis apud Serenissimam Regem Romanorum, & ob eius optimas virtutes, & acutissimum ingenium in 22. suæ ætatis anno Aduocationis, & in 27. ad Auditoratus officia fuit promotus, vt testatur *Papazzon. ad decis. 18. in fin. de rescript. in nouis.*
155 † Scipio Lancellottus Romanus de Anno 1566. creatus Cardinalis, Lunæ 12. Decembris 1583.
156 † Hieronymus Pamphilius Romanus sub die 4. Iunij 1584. Regens Sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ sub die 1. Octobris 1593. Cardinalis creatus 9. Iunij 1604. à S.D N. Clemente Octauo.
157 † Io. Baptista Pamphilius Romanus sub die 20. Decembris 1604. Consultor Canonista Sacræ Pœnitentiariæ sub die 20. Septembris 1616. Nuntius in Regno Neapoli à S. D. N. Greg. XV. de mense Martij 1621. Patriarcha Antiochenus. à S.D.N. Vrbano Octauo 19. Ianuarij 1626. & Nuntius Hispaniarum, ab eodem S.D.N. Vrbano Creatus Cardinalis ab eodem Vrbano 30. Augusti 1627. publicatus verò die 19. Nouembris 1629. ab eodem Vrbano.
158 Io. Iacobus Panzirolus Romanus. die 24. Ianuarij 1633.

159 ¶ Hieronymus Porcarius Romanus.
160 Mercurius de Vipera Beneuentanus.
161 Nicolaus Aragonia Siculus Episcopus Bossaneñ.
162 † Iacobus de Puteo Nicieñ Archiepiscopus Bareñ. Cardinalis à Iulio III. anno 1551. 3. Kal. Ianuarij.
163 Federicus Cantuccius Bononieñ Episcopus Caniatoneñ & Genneñ, qui cessit officio Auditoratus in fauorem D. Iacobi Grati eius ex sorore germana nepotis, & S. D. N. admisit dictam resignationem in fauorem prædicti ab Anno 1561. deinde ad paucos dies obijt resignans, quia valdè laborabat grauissima infirmitate.
164 Iacobus Gratus Bononieñ. obijt de mense Augusti 1569. vt notat R.P.D. Oradinus in suis decisionibus hoc anno.
165 Alphonsus Binarinus anno 1570. fuit promotus ad Episcopatum Reatinum sine retentione officij Auditoratus de anno 1572.
166 Cæsar de Grassis Bononieñ anno 1577. de mense Februarij Propositus fuit electus in Canonicum Sācti Petri de Vrbe, & renunciauit propter infirmitatem Auditoratui. 4. Augusti 1581. fuit electus in locum suum Io. Romeus Bercaecia Bononieñ, qui ante admissionem decessit in Hispania in Portugallio.
167 Petrus Franciscus Gypsius Bononieñ die 23. Iunij 1581. obijt Romæ anno 1599.
168 †† Alexander Ludouisius 17. Aprilis 1600. Archiepiscopus Bonoñ die 2. Aprilis 1612. cum retentione Auditoratus ad beneplacitum S.D.N. Pauli V. Cardinalis ab eodē 19. Septembr. 1616. Creatus Summus Pon-

Pontifex Maximus 9. Februarij 1621. vocatus Gregorius XV. Obijt Sabbato 8. Iulij 1623. hor. 21.

169 Matthæus Burattus Bononieñ 18. Aprilis 1613. Obijt Martis. 16. Martij 1627. Romæ hor. 17.

170 Franciscus Maria Ghislerius Bononieñ 15. Decembris 1627.

171 † Io. Antonius Alexandrinus Cardinalis, dictus à S. Georgio.

172 Antonius Bons Hispanus.

173 Io. Antonius Triuultius Mediolaneñ.

174 Laurentius Petrutius Florentinus.

175 Io. Clerici Brito.

176 † Io. Suauius Remanus Tolosanus Cardinalis à Pio IV.

177 Io. Baptista Rota Pedemontanus.

178 † Seraphinus Oliuarius Razzalius Lugduneñ 26. Nouembris 1565. Promotus 26. Augusti 1602. ad Patriarchatum Ecclesiæ Alexandrinæ, & obtinuerat prius Signaturam per Concessum, Promotus ad Cardinalatum à S. D. N. Clemente Octauo die 9. Iunij 1604. Obijt 10. Februarij 1609.

179 † Dionysius de Marquemontio Parisinus 4. Februarij 1605. Archiepiscopus Lugduneñ die 5. Noūẽbris 1612. à S.D.N. Paulo V. Cardinalis à S.D.N. Vrbano Octauo 19. Ianuarij 1626. Obijt die 17. Maij 1613.

180 Guglielmus Dunozet Neuernensis die 17. Maij 1613. Archiepiscopus Seleuceñ. Mercur. 17. Martij 1621. à S. D.N. Gregorio XV. Vicelegatus Aueniōneñ, & existens in Gallia liberè resignauit in manibus Vrbani Octaui 23. Maij 1626. Obijt in eodem loco 20. Nouembris 1626.

181 Amatus Dunozet 15. Ianuarij 1627.

182 ¶ Andreas Basignana.

183 Io. Regandius Sleuieñ.

184 Bartholomæus Bologninus Bononieñ.

185 † Laurentius Campegius Bononieñ. Cardinalis à Leone X. Pont. Max.

186 Camillus Baglionus Perusinus.

187 † Hieronymus Verallus Romanus Archiepiscopus Rossaneñ. Cardinalis à Paulo III. Pont. Max.

188 † Io. Antonius Capizuccus. Cardinalis à Paulo IV. Pontifice Maximo.

189 Io. Baptista de Rubeis ingressus de anno 1556. de mense Iunij. Decanus de anno 1562. & de anno 1574. Obijt de anno 1590. successit Seraphinus in Decanatu.

190 † Io. Garsia Millinus Romanus 21. Iunij 1591. & obtinuit Signaturam per Concesśũ die 11. Iunij 1604. à S.D.N. Clemente VIII. Idem 3. Iunij. fuit creatus à Paulo Papa V. Archiepiscopus Rhodieñ cum retentione Auditoratus, & ab eodem Paulo V. missus Nuntius in Hispaniam. Creatus ab eodem S. D. N. Paulo V. Cardinalis 11. Septembris 1606. Obijt Lunæ 1. Octobris 1629.

191 † Iacobus Caualerius Romanus 26. Martij 1607. Datarius S.D.N. Vrbani Octaui 15. Septembris 1623. Ab eodem Vrbano Octauo Cardinalis 1626. Obijt Tybure hora prima noctis 1629. die 29. Ianuarij.

192 † Lucas Antonius Virilis Romanus 22. Iunij 1626. Vicepræfectus Signaturæ Iustitiæ, & Cardinalis à S. D. N. Vrbano Octauo, Creatus 19. Nouembris 1629.

193 Alexander Buccabella Romanus. Die 11. Aprilis 1633.

Auditores Rotæ ex attestatione Doctorum.

Possent suprascriptis multi alij subiungi, eos ex Decisionibus, & Doctoribus recolligendo, sed quia laboriosum potius esset, quàm vllius vtilitatis, ideò libenter omittimus.

Solum autem dicimus, quod *Paul. de Castr. consil. 281. incip. In causa. nu. 1. vsquè ad 3. lib. 1.* Quinq; enumerat, qui suo tempore in hoc Sacro Tribunali sedebant, videlicet.

194 D. Florentinum.

195 D. de Columna.

196 D. Iacobum de Camplo.

197 D. de Vrsinis.

198 D. S. Marci. Qui erant Auditores vltrà annum Domini 1400. cum ipse Castrens. diem suum obierit anno 1437. vt testatur *Forster. in Histor. Iur. Ciu. inter I. C. de anno* 1400. *vsquè ad* 1500. Quibus adduntur sequentes.

199 Franciscus Lauredanus Venetus, fuit Auditor Rotæ. vt per *Bellam. cons. 29. nu. 20. incip. Supposito tali facto.*

200 Bernardus de Nouodamno fuit Rotæ Auditor. teste *Oldrad. cons. 226. in fin.*

201 Thomas Anglicus de Sabaudia, fuit electus Rotæ Auditor de anno 1480. de mense Septembris tempore Vrbani VI. Pontif. sui Anno 3. vt habetur *in fin. decis. 5. de elect. in nou. incip. Ex hoc surrexit.*

202 Iacobus Leonissa Patauinus, quod à Martino Papa V. anno 1460. & 1466. post alia exactor, & Capellanus suus perpetuus fuerit electus, vt dicit *M. Mantua ad d. Iacobum.*

203 Raymundus Barchinoneñ Capellanus Papæ, prout in proæmio Decretalium. & not. *M. Mantua ad eundem Raymundum.*

204 Ludouicus Romanus Auditor Rotæ, testatur *Mobed. decis. 18. de restit. spoliat. ante fin.* Idem confirmat *Horatius Mandos. ad consil. Roman. in proæmio.* Obijt trigesimo suæ ætatis anno, Domini verò 1439. teste *Valent. Forster. in Histor. Iur. Ciuil. Roman. ad Ludouicum Pontanum.*

205 Bertrandus de Mediolano fuit Auditor Rotæ, teste *Oldrad. in cons. 304. incip. Infrascripta allegationes. post princip.*

206 Oldradus de Ponte, etiam ipse fuit Rotæ Auditor, ex *Valent. Forster. in Histor. Iur. Ciuil. Roman. inter I.C. de anno* 1300.

207 Bernardus Cōpostellanus Innocentij Papę Quarti familiaris, & Capellanus, ex *Abbat. Trithemio de Scriptor. Ecclesiast.*

208 Guglielmus Durandus Speculator nuncupatus, Auditor fuit Rotæ, qui posteà fuit promotus ad Episcopatum Mimalensem. Auctor est Quintilianus Mandosius *in Formul. 1. commiss. causæ super Benef. in verb. Seu illorum Locumtenentibus. in vers. olim ad Episcopatus.*

☞ Omnes hic annotati Rotæ Auditores sunt numero 208. quibus si addatur D. Thomas Fastolus, positus cum Bisignetto in eodem numero 12. erunt Auditores numero 209.

SVMMI PONTIFICES
Ex Rotæ Auditoribus electi.

GREGORIVS IX. Anno 1227. De quo suprà Numero 30.
MARTINVS II. dictus IV. Anno 1281. De quo suprà Num. 31.
INNOCENTIVS VII. Anno 1404. De quo suprà Num. 45.
CLEMENS VIII. Anno 1592. De quo suprà Num. 105.
GREGORIVS XV. Anno 1621. De quo suprà Num. 108.

Quos duplici †† notatos inter Auditores suprà enumeratos inuenies. CARDINALES ex Rotæ Auditoribus creati. Hos nominatim recensere superfluum visum est, ex superius enumeratis habes numero sexaginta quatuor vnica † Cruce signatos.

Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi Rotæ Locumtenentes nostris temporibus.

Patriarcha Alexandrinus. Ab Anno 1602. die 26. Augusti.
† Seraphinus Oliuarius Razzalius. Posteà Cardinalis. Suprà Num. 178.
Patriarcha Antiochenus. Ab Anno 1626. die 19. Ianuarij.
† Io. Baptista Pamphilius. Posteà Cardinalis. Suprà Num. 157.
Patriarcha Hierosolymitanus. Ab Anno 1622. die 26. Octobris.
Alphonsus Manzanedo. Suprà Num. 135.

Archiepiscopi.

†† Archiepiscopus Bononien. Die 2. Aprilis 1612.
Alexander Ludouisius. Posteà Gregorius XV. Suprà Num. 158.
Archiepiscopus Damascenus. Die 5. Nouembris 1612.
† Franciscus Sacratus. Suprà Num. 87.
Archiepiscopus Lugdunen. Die 5. Nouembris 1612.
† Dionysius de Marquemontio. Suprà Num. 179.
Archiepiscopus Rhodien. Die 3. Iunij ......
† Io. Garsia Millinus. Suprà Num. 190.
Archiepiscopus Seleucien. Die 17. Martij 1621.
Guglielmus Dunozet. Suprà Num. 172.

Episcopi.

Episcopus Atrebaten. Die 24. Nouembris 1610.
Hermannus Ortembergus. Suprà Num. 146.
Episcopus Chisanen. Die.........
† Prosper Santacrucius. Suprà Num. 154.
primus Episcopus Laureranus. 24. Martij 1586.
Franciscus Cantuccius. Suprà Num. 118.
Episcopus Oriolen. Ab anno 1587. 17. Augusti.
Christophorus Robusterius. Suprà Num. 93.
Episcopus Pacen. Die.... Octobris 1602.
Andreas Fernandez Corduba. Suprà Num. 134.
Episcopus Perusinus. Die 20. Iulij 1591.
Neapolio Comitulus. Suprà Num. 119.
Episcopus Vestanus. Die ....
Peregrinus Fabius Bononiensis. Suprà Num. 71.
Episcopus Vrgellen.
Paulus Hispanus Duranus Hispanus. Suprà Num. 97.

DE.

DECANI
Sacræ Rotæ Romanæ.

DE Anno 1472.
R.P.D. Gaspar de Zerano.
De quo suprà Numero 13.
Ab Anno . . . . . . vsquè ad Annum 1551.
Iacobus de Puteo Niciefi.
De quo suprà Num.162.
Ab Anno 1551. vsquè ad 1559.
Fabius Accorambonus Eugubinus.
De quo suprà Num.61.
Ab Anno 1559. vsquè ad annum 1573.
Iulius Oradinus Perusinus.
De quo suprà Num.117.
Ab Anno 1562. & posteà de anno 1574. vsquè ad annum 1590.
Io. Baptista de Rubeis Romanus.
De quo suprà Num.189.
Ab Anno 1590. vsquè ad annum 1602. 26. Augusti.
† Seraphinus Oliuarius Razzalius Lugdunensis.
De quo suprà Num.178.
Ab Anno 1602. vsq; ad annum 1604. 9. Iunij.
† Hieronymus Pamphilius Romanus.
De quo suprà Num.156.
Ab Anno 1604. vsq; ad annum 1612. 21. Augusti.
Franciscus Pegna Hispanus.
De quo suprà Num.34.
Ab Anno 1612. vsq; in præsentem annum 1637.
D. Io. Baptista Coccinus Venetus.
De quo quo suprà Num.109.

Multi etiam alij leguntur huius Sacri Tribunalis Decani, sed quia nobis est ignotum de quo tempore, consultò eos omisimus, inter quos numerantur.

Io. Paulus Ptolomæus Rotæ Decanus, vt testatur *Ant. Mar. Papazonus ad decis.1. de rescript. in nou. num.12. in fin. Et ad decis.15. eod. tit. num.2.*
De quo suprà Num.81.
& *Octauian. Vestr. in sua Praxi. lib.2. cap.17. de Capellan. Sum. Pontif.*
Paulus de Capizucchis Rotæ Decanus. Idem *Papazon. ad decis.34. de rescript. in nou. num.4.*
De quo suprà Num.102.
M. Antonius Marescottus Bononiensis Rotæ Decanus. Idem *Papazon. ad decis.9. num.6. in fin. de procurat. in nou.*
De quo suprà Num.115.



INDEX Alphabeticus cognominum Omnium supradictorum Sacræ Rotæ Romanæ Auditorum.

Cum annotatione numerorum, qui in eorum ordine sunt superius dispositi.

Do-

De

De Auditoribus Rotæ, circa eorum officium, & iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ cōstituunt vnum corpus, & vnum tribunal.*

2 *Cappellanus Papæ probatur per inscriptionem à Camerario de ordine Papæ factam, & non per testes, nisi probetur non posse haberi talem inscriptionem.*

3 *Coauditorum consensus iuxta Innocentianam, sufficit quod sit tacitus.*

4 *Auditor Rotæ, licet ex se non possit expedire causam, tamen non tenetur dubia superflua proponere.*

5 *Auditores Rotæ solent personaliter se conferre ad examinādos testes in partibus, in causis grauibus*

6 *Auditor potest subscribere sententiam latam ab alio Auditore.*


7 *Auditor Rotæ est iudex ordinarius & non expirat eius iurisdictio per promotionem ad Cardinalatum, sed remanet penes Coauditores.*

8 *Auditor Rotæ potest facere prouisionem beneficij. Et quando subintret locum executoris dati in literis.*

9 *Auditor Rotæ ponens potest inclinare ad faciendum maiorem partem votorum.*

10 *Auditores Rotæ quādo non inueniuntur Innocētiana.*

Hucusque de nominibus, & personis Auditorum breuiter egimus, nunc breuissimè pauca ex multis subijciemus circa eorum officium.

§. 1. 
AVDITORES Rotæ Romanæ cōstituunt vnum corpus, quod dicitur Rotæ tribunal coram quo pendent lites, & causæ in eo cōmissæ, licet ratione commodioris expeditionis fiāt distributiones particulares, ad *Clem. Auditor. de rescrip. Rota in Legionen. Canonicatus 25. Octob. 1574. coram Aldobrandino, qui fuit postea Clemens VIII. & in Aurien. Canonicatus 4. Martij 1577. coram Seraphino.* vbi propterea fuit dictum gratiam si neutri directam ad Lancellottum, licet fuerit præsentata Seraphino non propterea non adesse iurisdictionem, *& in Burgen. Maioricatus 19. Decemb. 1588. coram Comitulo.* Vbi quod compulsoriales à Rota emanatæ, licet directæ fuerint in primo iudicio ab vno Auditore, nihilominus seruiūt in iudicio restitutionis, quod est prosecutio primi iudicij. *Put. decis. 51. lib. 2. &* coram alio Auditore, quia idem est tribunal. *Caputaq. decis. 172. nu. 3. & 4. par. 1. Guidob. decis. 77.*

§. 2. ROTA seruat, quod aliquis sit cappellanus Papæ, qui sunt Auditores Rotę, probetur per inscriptionem à Camerario de ordine Papę factam, nec admittitur quis ad probandum hoc per testes, tamquam calumniosus, nisi probet se non posse habere fidem de tali inscriptione. *apud Aegid. Bellam. decis. 616. in fin. incip. Licet cappell. & coram Gypſ. in vna Foroliuien. S. Lazari, Lunæ 28. Ianuarij 1591. quæ est decis. 103. in eius lib. 1. manuscript. incip. Resolutum fuit gratiam.* Vbi etiam idem dictum fuit in probatione Subcollectoris.

§. 3. ROTÆ stylus est, quod consensus Coauditorum, qui iuxta Innocentianam debet accedere, vt iurisdictio remaneat penes Auditorem, cui prius commissio fuit præsentata, hodie sufficit quod sit tacitus, nec requiritur expressus. *Caſſad. decis. 1. de rescript. & decis. 1. de constitut.* vbi quod ita fuit seruatum suo tempore, & antea.

§. 4. ROTÆ *Auditor*, licet secundum Bullam fel. rec. Pij Quarti, non possit de per se causam expedire inconsultis Dominis, tamen d. Bulla non inducit necessitatem proponendi dubia superflua, & difficultate carentia, ita dictum fuit in *Anconitana Bonorum. Vener. 12. Ianuar. 1607. coram bo. me. Manzaned. quæ est decis. 14. inter impress. penes Marchesi. de Commiss. to. 2. fol. 159. incip. Dubitaui an sententia, nu. 3.* & allegatur *decis. in causa Gerunden. Augumenti 30. Martij 1607. coram Cardin. Lancellott. Iun.*

§. 5. ROTA maiorum suorum morem sequendo, solent *Auditores* personaliter se conferre ad examinandos testes in partibus, in causis ponderosis, & grauibus. *Rot. in vna Neapolitana illegitimitatis. Vener. 18. Maij 1607. coram Decan. Pegn. est decis. 491. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Vtraque parte informante.* vbi testatur de tali more Rotæ. Auditores Rotæ an habeant instructionem de alijs causis coram alijs pendētibus, & an de communi consilio feratur sententia. *Vide infra in hac part. in verb. Sententia. §. 10. in Rota. quando sententia fertur.*

§. 6. Sententia lata per vnum Auditorem Rotæ, potest per alium vigore commissionis generalis subscribi, etiam parte non citata. Maximè quando ab Auditore defuncto fuerunt decretæ, & relaxatæ executoriales ante subscriptionem sententiæ, quia nihilominus sunt validæ: quæ subscriptio non potest fieri ab alijs iudicibus, puta à successore Gubernatoris Vrbis. *vide infra hac eadem par. verb. sententia. §. 15. incip. Rot. tenet prout fuit cōclusū.*

§. 7. Auditor Rotæ est iudex ordinarius, & eius cōmissio deseruit solum pro distributione causarum. *Rota in Zamoren. beneficij de Morales. Lunæ 4. Iunij 1593. coram Orano.*

Et si Auditor promoueatur ad Cardinalatum, non propterea expirat iurisdictio, cum remaneat penes Coauditores. *Rot. decis. 9. de rescript. in antiq.* & fuit dictum in *Burgen. S. Sepulchri bonorum. Mercurij 28. Maij 1597. coram eodem Orano.* Vbi, quod non expirat iurisdictio iudicis remissoriæ, licet Auditor promoueatur ad Cardinalatum.

§. 8. Auditor Rotæ potest seruatis seruandis facere prouisionem, quamuis gratia sit directa Ordinario, in forma Dignum; & hoc fit secundum stylum Cancellariæ. Et vbi lis est in Rota introducta, Auditor subintrat locum executoris dati in literis. *Rota in Legionen. canonicatus 25. Octob. 1574. coram Sanctiss. Aldobrandino. Et in Calceaten. Canonicatus 7. Octobr. 1588. coram Card. Seraph. est decis. 833. incip. Rotæ Auditorem. & coram Card. Mantic. decis. 122.* Fuit decisum. vbi *nu. 2.* dicitur, quod facultas data executori speciali, intelligitur data cumulatiuè, non priuatiuè.

§. 9. Auditor Rotæ ponens, ad faciendum maiorem

partem votorum, potest inclinare. *Caput aq. decis. 110. Intimatio mutationis. nu. 2. par. 2.*

§. 10. Auditores Rotæ non iuuantur Innocentiana, quando causæ sunt eis cõmissæ vti Prælatis, & extra Rotam, cum illa suffragetur solum Rotæ Auditoribus. *Crescent. decis. 230. alias 3. de offic. deleg. & coràm Orano in Mutinen. nullitatis. Vener. 26. Iunij 1592.* Vbi hoc dicitur in materia restitutionis in integrum.

Stylus, & Obseruantia Rotæ Romanæ in genere.

S V M M A R I V M.

1 *Stylus Rotæ, eiusq. Decisiones antiquæ seruari debent, & ab eius Auditoribus, & quomodo ab eis cedendum ex Bullis reformationum Pij Quarti, & Pauli Quinti.*

2 *Stylus, & obseruantia Rotæ Romanæ est attendenda, & iuxtà illam sunt causæ decidendæ, maximè in interpretatione literarum Apostolicarum.*

3 *Rotæ Romanæ auctoritati præualet ratio, & veritas fulcita melioribus rationibus, ita vt ipsa suas reuocet Decisiones.*

4 *Rota non solum facit communem, sed præualet communi opinioni. Et aliquando tenet contra communem, quando alia est æquior communi.*

5 *Rotæ stylus quid sit.*

6 *Stylus Rotæ seruatur in causis pendentibus in Rota, non autem in his, quæ pendent extra Rotam.*

7 *Stylus Rotæ, quando est exorbitans à iure communi non est extendendus, sed coarctandus. Item quando est contra communem; quia Rota solet abhorrere rigorem.*

8 *Rota aliquando consulit Dominos de Pænitẽtiaria.*

9 *Rota aliquando consulit Abbreuiatores, & aliquando tenuit contra eorum votum.*

10 *Rota aliquando sumit informationem in scriptis dè stylo Cancellariæ in rebus dubijs. Et consulit eius expeditores. Et sequitur dicta Cancellaria stylum. Et remittit literas ad expeditores ad corrigendum.*

11 *Rota aliquando consulit Expeditores literarum Cameræ antequam statuat literas esse corrigendas.*

12 *Rota remittit partes ad Congreg. Concilij antequàm videat an Decretum Concilij habeat locum in casu occurrenti.*

§. 1. PIVS QVARTVS in Bulla Reformationis Rotæ Romanæ. incip. *In trono iustitiæ*, sub Dat. Romæ, *Ann. 1561. 6. Kalend. Ianuar. Ann. 3. Est 44. in Bull. tom. 2. fol. 58. col. 2.* in §. 12. *Item Decanus, & alij Auditores præsertim antiquiores, attendant, ne aliquod non solum contra ius, sed nec etiam contra stylũ, & Decisiones Antiquas factas in Rota, quæ impressæ habentur, quoquomodò decidatur, etiam prætextu æquitatis in iure non scriptæ, nisi maxima cum ratione, & discussione, omnibus votis, seu saltem illorum duabus tertijs partibus, aliter faciendum esse iudicauerit.*

REPLICATVR ijsdem verbis ista particula *Bulla Pij Quarti à Paulo V. in Constit. seu Bulla 71. alias 44. in dicto Bullario tom. 3. fol. 264. col. 2. Reformationis Tribunalium Almæ Vrbis in §. 5. qui est de Auditorio Rotæ. num. 18. incip. Item Decanus.*

§. 2. ROTÆ Romanæ stylus, & Obseruantia est attendenda, & iuxtà illam sunt causæ decidendæ, & terminandæ, ita vt non sint ab alijs Tribunalibus exempla quærenda, aut quicquam à testibus petendum, cum stylus, & obseruantia Curiæ Romanæ debeant omnibus alijs præferri *iuxta not. per Glos. in c. cum olim. in verb. Anglicanis Ecclesijs. de consuet. & in c. vnic. in verb. docuit. de Sum. Trinit. & fid. Cathol.* Maxime si agatur de interpretatione literarum Apostolicarum, vt in casu allegandæ infra decisionis, vbi agebatur de interpretatione Statuti Ecclesiæ Toletanæ super puritate sanguinis confirmati à Sede Apostolica, à qua confirmatione robur recipit, vt propterea attendenda sit interpretatio data in Curia per Delegatos Apostolicos, illaque omnibus alijs præualere debeat. *cap. cum venissent, cum ibi notat. de iudic.* Ita dixit *Rota in Toletana Canonicatus Ven. 13. Nouembr. 1609. coram Card. Lancellotto, est in recent. decis. 196. num. 1. par. 1.* Vbi de stylo, & obseruantia dicti Statuti Toletani, quod eodem modo Rota quinquaginta annis retrò ita tenuit, & allegantur ibi num. 4. plures decisiones ab anno 1561. Et propterea ibi Rota denegauit remissoriam ad prabendum obseruantiam Statuti in Hispania. Idem quoad stylum, & obseruantiam Rotæ attendendam fuit postea in eadem causa confirmatum. *Ven. 11. Decemb. 1609. coràm eodem. est in recent. decis. 204. part. 1. & Lunæ 11. Ianuar. 1610. est in recent. decis. 212. eadem par. 1. coràm eodem bb. me. Card. Lancellotto Iuniore.* cuius anima requiescat in pace, qui hodie cum hæc scribimus *Mercur. 9. Decemb. 1620 desijt* esse in humanis ætatis suæ Anno 49. meus olim cum Francisco eius germano fratre in humanioribus literis condiscipulus.

A N N O T A T I O.

Optimè confirmari videntur, quæ hic de Rotæ Romanæ stylo, & obseruantia dicuntur *à Iustiniano in §. quam formam, qui est fin. Instit. de satisdat.* quod omnes prouinciæ sequi debent formam in satisdationibus ibi præscriptam, eiusq; obseruantiam, prout earum caput, & Regia Vrbs seruabat.

An Decisiones Rotæ sint necessariæ, & possint adduci ad decisiones causarum videatur *Mascard. de probation. vol. 1. conclus. 384. incip. Decisiones Rotæ. per tot.*

De auctoritate Rotæ in suis decisionibus *Cardin. Tusc. tom. 6. in litera R. conclus. 368. Doctiss. D. Gratian. disceptat. forens. cap. 266. incip. Possessionem à num. 22. ad 26. vbi alius cumulat. Et in addit. ad suas Decis. Marchiæ decis. 128. num. 7. quæ additio incipit: Quem stylum Romanum. Et nouissimè D. meus Melch. Lotther. de re benefic. lib. 1. in apparatu à num. 63. & seq.*

Multa alia possent cumulari circa huius supremi Tribunalis auctoritatem, à quibus consultò abstinuimus cum esset velle Soli lucem addere.

§. 3. RO-

§. 3. ROTÆ Romanæ auctoritas licet plurimum semper valuerit, præualere tamen debet ratio, & veritas fulcita multis non cōtemnendis auctoritatibus, ita vt ipsa suas etiā decisiones reuocet, vt fecit in illa ardua quæstione remedij *can. reintegranda 3. quæst. 1. coram Seraphino in Nullius, seu Mediolanen. remedij reintegrandæ 17. Maij 1600.* Vnde satis audacter videtur loquutus *Cef. Cōtard. in repet. l. vnic. in 2. limit. §. 4. num. 25. si de moment. poss. fuer. appell.* cum dixit, facilius esse clauam de manu Herculis extorquere, quàm antiquam Rotæ opinionem circa dicti canonis præscriptionem deijcere: quod etiam à scribendo deterruit prima facie *Menochium vt ipsemet testatur conf. 1050. num. 1. lib. 11.* Vbi plurimum Rotæ deferendo *nu. 38.* reprehendit *Gallef. qui lib. 3. de exercit. Iurisper. num. 56.* scriptum reliquit, iniquissimam esse Rotæ opinionem in dicto remedio.

IDEM etiam fecit in interpretatione Regulæ de Alternatiua Episcoporum antiquando antiquū sensum, longo tempore obseruatum à Palatio vsque ad nouam declarationem à Rota emanatam, de qua *in Sulmonen. Alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Cardin. Lancellotto.* Et de qua in decisione *coram R. P. D. meo Pirouano in Paduana Prioratus Vener. 5. Decembr. 1614. est in recent. p. 2. decis. 608. incip. Existimarunt Domini. præsertim. num. 5. 7. & 10. & ferè per tot.*

Super Rotæ opinionum varietate potest videri *Cassad. decis. 9. n. 15. de caus. poss. & propr. Sarnens. quæst. 53. num. 9. ibi.* Et ideò solet dici. de triennio.

§. 4. ROTÆ opinio facit communem opinionem. *Sarn. in prohem. regul. Canc. quæst. 2. vers. quartò pro ista parte, Rota in Romana fructuū Portarum Mercur. 20. Nouembr. 1585. coram Gypsio.*

Et in ROTA, & in Signatura non est nouum, vt inquit, *Cassad. decis. 1. siue vnica. de empt. & vendit. incip. Contrà venditionem num. 6.* quod quandoque teneant contra communem, quando contraria opinio communi est æquior, prout est casus *dictæ decisionis Cassadori*, vbi in principio Rota tenuit cōtra communem opinionem Legistarum, & Canonistarum, quod venditio iurata, & cum claus. Sciens &c. si venditor est læsus vltrà dimidiam iusti prætij potest rescindi ex *l. 2. C. de rescind. vendit.* Quæ decisio fuit etiam recollecta à *Simonett. decis. 66. incip. An si sit magna læsio.* vbi ipse dicit, quod non approbauit dictam Rotæ resolutionem.

Et idem *Cassad. d. decis. vnic. num. 6.* exemplificat in casu decis. 1. de procurat. in antiq. contra quem est etiam communior opinio. *ita ibi Cassad.*

Et plura, quod opinio Rotę præualeat communi vide *apud Cæuall. in Specul. comm. opin. contra communes in prohem. à nu. 25. vsque ad 29.* quibus se subscribit *Steph. Gratian. disceptat. forens. cap. 104. num. 56. & cap. 266. incip. Possessionem. à num. 21.* vbi habentur Rotæ Romanæ laudes ex diuersis Auctoribus.

§. 5. ROTÆ stylus est quoddam ius, licet veniat ex facto, vt habetur in *Rota decis. 16. de consuetud. in antiq. incip. Nota, quod Stylus.* Et stylus Curiæ est lex, & tamquam talis est seruandus, *Caputaq. decis. 88. aliàs 9. de resignat. num. 5. par. 3. & decis. 331. aliàs 4. de valor. num. 2. eadem par. 3.* addo *Gigant. de pens. quæst. 16. in fin.* vbi de stylo Rotæ Romanæ.

§. 6. ROTÆ stylus seruatur in causis pendentibus in Rota, non autē in causis pendētibus extrà Rotam. Et ita dictum fuisse coram *Caputaq. in vna Romana Status de Columna. adixit Rota in Parmeñ Status corā Decano Rubeo Vener. 10. April. 1562. Est dec. 271. in eius lib. in manuscr. incip. Stante, q.*

§. 7. ROTÆ stylus, quando est exorbitans à iure communi non est extendendus, sed coarctandus; vt dicitur *in Placentina bonorum Vener. 8. Febr. 1585. coram Seraphino.*

Item quando est contra communem, *vt per Achill. decis. 33. num. 3. & per Cresc. decis. 4. n. 2. de procurat.*

ROTA solet abhorrere rigorem, *Achill. dec. 2. de testam. in fin.* vbi quod nimis rigorosum videtur propter defectum verbi, peremptoriè, annullare inuentarium.

ANNOTATIO.

Licèt suprà §. 2. in princip. dictum sit quod Rotæ stylus, & obseruantia est attendenda, & iuxtà illam sint causæ decidendæ, & terminandę, ita vt non sint ab alijs Tribunalibus exempla quęrenda, &c. Non tamen dedignatur Rota pro casuum occurrentia consulere. & capere informationem ab alijs Tribunalibus vt patet ex infrascriptis, & alijs qua possent cumulari.

§. 8. ROTA consulit interdum Dominos de Pœnitentiaria, vt per *Achill. de Grass. decis. 17. aliàs 1. de rescript. nu. 5.* Vbi dubitabatur, an sustineretur professio emissa in manibus Canonici, cum literæ Pœnitentiariæ darent facultatem emittendi professionem in manibus Antistitis, vel alterius cuiuscumq; in Ecclesiastica dignitate constituti, & fuit responsum affirmatiuè; Quod etiam nos posuimus in illo nostro *Responso de precedentia Prothonotariorum num. 35. 36. & 37.*

§. 9. ROTA aliquando consulit Abbreuiatores in negocijs supplices libellos continentibus. vt habetur *coram Paleott. decis. 592. Quærebatur an ius num. 5. in fin. in nouiss. diuers. par. 3. lib. 3.*

ROTA aliquando etiam tenuit contra votum Abbreuiatorum, vt per *Mohed. decis. 4. de fid. instrum. num. 3.*

Item in materia beneficij affecti, vel non affecti, vt habetur inf. in verb. Beneficium. §. Rota obseruat, & successiuè obseruari num. 2.

§. 10. ROTA solet consulere, & capere informationem in scriptis de stylo Cancellariæ Apostolicæ in rebus dubijs. *Vrbeuetana Monasterij die 21. Nouemb. 1558. coram Fabio Accorambono.* Et mandet aliquando consuli expeditores eiusdem Cancellariæ, vt *coram Grato in Astoricen. pensionis 4. Decemb. 1566.*

Et sequitur stylum Cancellariæ, vt ex cassationibus in supplicatione arguat denegationem petitorum, *Rota coram Card. Seraphino decis. 683. num. 2. incip. Domini visis.*

Et remittit literas ad expeditores ad corrigendum Rota corā Pegna in *Turulen. pensionis Ven. 15. Decemb. 1595. est decis. 65. in eius lib. 3. in manuscript. incip. In literis dispensationis*, vbi allegatur *Alphons. Sot. antiq. glosat. ad reg. 37. Can-*

cell. circa med. qui testatur de hac practica tàm in Rota, quàm in Cancellaria.

§. 11. ROTA consulit expeditores literarum Cameræ, antequàm statuat literas esse corrigendas, vt *coram Cardin. Paleotto in vna Hispalen. beneficij de Moran. 28. Nouemb. 1557. est decis. 466. lib. 3. par. 3. diuers.*

§. 12. ROTA remittit partes ad impetrandum licentiam à Sacra Congregatione Concilij, antequam videat, an decretum Concilij procedat in casu tunc proposito, *Card. Seraph. decis. 456. Fuit resolutum constare. in fin.*

Absolutio à Censuris.

SVMMARIVM.

1. & 2. *Absoluere solet Rota à censuris illatis in partibus absque causæ cognitione. A censuris verò illatis in Curia secus.*

3 *Absolutio à censuris semel, etiam nulliter obtenta, semper sustinetur, nec danda reintrusio absque causæ cognitione.*

§. 1. ROTA ex inueterato stylo solet sine causæ cognitione concedere absolutionem ad cautelam à censuris, absque eo quod remittat ad Ordinarium, à quo fuerunt latæ, *Rota in Toletana iurisdictionis Lunæ 11. Ianuarij 1616. in princip. coram Buratto, est decis. 699. Part. 1. in Recent.*

§. 2. ROTA licet semper soleat absoluere à cēsuris in partibus, quando est commissa causa appellationis, & nullitatum in Rota ad cautelam, tamen à censuris in Curia non datur absolutio, nisi aliter constet de nullitate, *Put. decis. 41. lib. 1.*

§. 3. ROTA sæpe approbauit illam cōmunem sententiam, quod absolutio ab excommunicatione semel licet nulliter obtenta semper sustineatur, nec dāda sit noua reintrusio sine causę cognitione *Rota in vna Placentina fideiussionis Ven. 22. Maij 1592. coram Decano, Pegn. est dec. 26. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini in ista causa*, vbi testatur de ista communi sententia sæpe à Rota approbata, & allegat *Rota dec. 7. de sentent. excom. alias 399. incip. Si pronuntietur. in non. & Verall. decis. 1. par. 1. num. 1. incip. Absolutio data.*

Absolutio à Iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à iuramento semper est petenda in omni casu contrauentionis instrumenti iurati.*

2 *Absolutio à iuramento si non sit petita licet Rota soleat repellere agentes, tamen sustinetur sententia, quando pars aduersa nō opposuit de periurio.*

3 *Absolutio à iuramēto semper est necessaria, nisi per sententiā constet de enormissima læsione, aliàs in quacūq; parte iudicij potest opponi de iuramēto.*

§. 1. ROTA ordinat semper, quod in omni casu contrauentionis instrumenti iurati petatur absolutio à iuramento, *Cott. in Tiburtina Castri S. Poli 8. Nouembris 1563. est decis. 62. in eius lib. in manuscript. incip. An pro validitate. & in eadem 26. Maij 1564. est decis. 96. in eodem lib. incip. An pro validitate iudicij.*

§. 2. ROTA licet soleat repellere agentes non obtenta prius absolutione à iuramentis, sustinetur tamen sententia quando pars aduersa non opposuit de periurio *Rota in Mediolanen. affictus Merc. 20. Maii 1587. coram Orano.*

☞ *Plura pro hac cōclusione vide in nostris Obseruat ex Rot. Rom. in verb. Absolutio Obser. circa Absolutionē à iuramento. §. 5. incip. Absolutio à iuramētis.*

§. 3. ROTÆ stylus est, quod absolutio à iuramento semper est necessaria, nisi constet de enormissima læsione per sententiam, *Rota coràm Reuerendissimo P. D. Coccino Decano decis. 268. num. 4. incip. Fuit resolutū Marco*, vbi testatur quod Rota ita seruat, & præsertim *coràm Oriolen. in causa Tirasonen. Decimarum 8. Octobr. 1576. est decis. 102. inter impress. diuers. par. 1. incip. Conclusum fuit remissoriam, Et coràm Bubalo in vna Romana legitimæ de Vrsinis 20. Maij 1588. & corā fel. rec. Greg. XV. in causa Signina Castrorū 26. Iun. 1602. est decis. 64. in eius impress. incip. Domini concorditer. & coràm Reuerendissimo Colossen. in vna Nepesina laudi 10. Decembr. 1604.* Aliàs in quacumq; parte iudicij potest opponi de iuramento, *vt per Loffred. cons. 12. num. 27. & 34.*

Acta.

SVMMARIVM.

1 *Actorum integra trāsportatio, & processus integer in dubio præsumitur, nisi contrarium ostendatur, & habētur pro transportatis stāte impedimento partis per recursum ad Curiam sæcularem.*

2 *Acta diuersæ causæ, & iudicij non sunt transportanda, etiam si multum conferrent ad causam.*

3 *Actorum transportatio primæ instantiæ, quando non est necessaria.*

4 *Actorum irreleuantium transportatio non est necessaria.*

5 *Acta in causa criminali coram* A. C. *faciunt fidem in causa ciuili in Rota.*

6 *Actorum copiam petens, debet etiam accipere instrumentum continens litis pendentiam.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod in dubio præsumatur integra Actorum transportatio, & processus integer, nisi contrarium ostendatur, *Rota in vna Veneta Illegitimitatis, Vener. 2. Maij 1597. coram Decano. Pegn. est decis. 28. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Rota vtraque parte informante.* vbi testatur de tali stylo Palatij, & ita tenuit in *causa Calaguritana Beneficij de Narbaza die 13. Ianuarij 1595. coram Corduba est decis. 20. in eius lib. in manuscript. incip. In causa Calaguritana, quæ alias est sub titulo de fid. instrument.* in qua dicitur, quod qui impugnat non adesse omnia acta teneatur hoc probare, quo non probante processus integer præsumatur, *idem dictum fuit in alia Placētina Cappellæ die 7. Iunij 1596. coram Litta, & in vna Senogallien. Syluæ Vener. 24. Maij 7577. coram Cotta, est decis. 64. inter impress. diuersor. par. 1. num. 4. incip. Fuit resolutum, ex sententia,* Ita etiam sensit *Rota coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 59. num. 1. Dubitaui an acta, vbi Beltramin. in addit. in litera A. alias decis. adducit*, & testatur etiam ita pluries tenuisse Rotam.

Et

Et habentur pro transportatis stante impedimento per recursum ad Curiam sæcularem, *Rota coram R. P. D. Pirouano in Pampilonen. attentatorum Mercurij 1. Iulij 1615. est in recent. Decis. 751. pro Nicolao par. 2. num. 2.* Vbi quod idem fuerat dictum *in Calaguritana Beneficij 11. Febr. 1608. coram Cardin. Pamphilio Iuniore.*

§. 2. in ROTA sæpius fuit resolutum, quod *Acta* diuersæ causæ, & iudicij non sunt transportanda, nec de iure, nec ex dispositione Sacri Concilij Tridentini, *Rota coram felic. recordat. Gregor. XV. decis. 55. num. 1. & 2. incip. Domina Artimisia*, vbi testatur, quod sic sæpius fuit resolutum, & præsertim *in causa Oscen. Indulti 27. Nouembris 1598. coram Orano, est decis. 76. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Pronunciatum fuerat. & in causa Casenaten. de Caeciaguerris 15. Ianuar. 1599. coram Litta, & in vna Valentina Baronia coram Ottombergo*, Et hoc habet locum, etiam si acta illius iudicij multum conferant, ac causam de qua agitur, vt fuit dictum *in causa Romana depositi 5. Iunij 1690. coram R. P. D. Coccino Decano, quæ est decis. 1. inter eius impress.* & alias decisiones referunt *Adden. ad d. decis. Gregor. XV. in litera A. vbi pro recent. lege inter nouiss.*

§. 3. ROTA sæpe sensit, quod *Actorum* transporta-
1 tio primæ instantiæ † non fit necessaria, quando inchoatur nouum iudicium, & processus prout in prima *Rota in vna Farfen. Bonorum, Lunæ 7. Maij 1607. coram Decan. Pegn. est decis. 485. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Vtraque parte informante, vers. Nec placuit*, vbi dicit sic sæpe sensisse Rotam.

2 Aliàs autem † ob non integram actorum prioris instantiæ transportationem coram Iudice ad quem, sententia redderetur nulla, *Rota decis. 107. num. 1. par. 4. diuers. incip. Domini dixerunt non esse*, vbi, quod sic in pluribus causis fuit dictum.

§. 4. ROTA excusat ex capite irreleuantiæ non transportationem *Actus* irreleuantis, & ex eo aliàs censuit intrare arbitriū pro sanatione nullitatis nō trāsportationis actorum: quod & videtur æquitati consonum, nec præsumitur, quod lex exposcens actorum transportationem intellexerit de superfluis, & non releuantibus, *in Illerden. Portionis Lunæ 16. Iunij 1614. coram Reuerendissimo Manzanedo. incip. Proposui dubium. nu. 5. est in recent. par. 2. decis. 564.*

2 Vbi quod ita † aliàs dixit, *Rot. in vna Albanen. beneficiorum 4. Nouembr. 1609. coram Lancellotto, & in alia Placentina Parochialis de Malpartiba Mercur. 4. Maij (non Martij vt ibi dicitur) coram fel. mem. Ludouisio, quæ inter eius impress. est decis. 501. incip. Cum Michael.*

3 Reprobata *in d. Illerden.* † decisione alias facta *coram Cardin. Blanchetto in Maurieen. Officij Pænitentiariæ 21. Iunij 1591.* vbi fuerat dictum irrelevantiam actus non esse admittendam pro excusatione non transportationis illius, quia cum transportatio esset introducta à lege non poterat omitti, nec excusari per irreleuantiam.

§. 5 ROTA seruat, quod acta facta in causa criminali coram A.C. & Vicario Vrbis faciunt fidem in causa ciuili in Rota, *vt fuit dictum coram Rubeo, in vna Assisien. donationis, Lunæ 24. Maij 1568. incip. Stante depositione: est decis. 471. in eius libro in manuscript. & in eadem coram eodem sub die Veneris 25. Iunij 1568. incip. Præsupposito, quod alias est decis. 479. in eod. lib.*

§. 6. in ROTA talis est receptus stylus, quod, qui vult sibi copiam fieri *Actorum*, debeat accipere, simul cum illis, quæ desiderat habere, instrumentum continens litis pendentiam in Rota, *Decan. Pegn. in Palentin. Pratensæ Illegitimitatis, Lunæ 17. Aprilis 1589. quæ est decis. 16. in eius lib. 1. in manuscrip. incip. Nicolaus Farien*, vbi affirmat de hoc recepto stylo.

Actor.

SVMMARIVM.

1 *Actor non dicitur, qui committit causā iactationis, & molestationis, sed reus.*

2 *Actor postquam fundauit suam intentionem, debet reus concludenter suam exceptionem probare, & non præsumptiue.*

§. 1. ROTA seruat illam opinionē, quod quando quis committit causam iactationis, & molestationis, tunc licet ipse committat causam, non tamen dicitur, quod sit *actor*, sed reus, vt de magis 1 communi testatur, *Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 18. num. 3. & seq. Rota in vna Parmen. Castri Colentii, Lunæ 17. Februarii 1578. coram Bubalo, est dec. 3. in eius lib. in manuscript. incip. Fuit per Dominos resolutum, vers. nec obstat*, vbi testatur Rotam talem seruare opinionem.

Et vide in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in Obseruat. circa Leges ad l. diffamari, C. de ingen. manumiss. & in Obseruāt. circa Commissiones Obseru. circa Miscellanea, §. 9. incip. Committens causam, & in Obseruat. de iactationibus, §. 1. super iactationibus.

§. 2. in ROTA sæpe fuit tantum, quod postquam actor suam intentionem fundauit, *reus* tenetur etiam suam plenè, & concludenter probare, non præsumptiuè tantum, ita dixit *Rota in decis. 267. num. 6. part. 4. diuers. incip. Dubio proposito, &* allegatur *decis. in causa Perusinu bonorum de Galeaz. 12. Decemb. 1597. coram Card. Seraph. est decis. 1249. in eius impress. incip. Resolutum fuit non esse.*

Actus.

SVMMARIVM.

1 *Actus aliqui iudiciales facti in præsentia procuratorum, si postea sequantur verba continuatiua aliorum actuum, præsumuntur ipsi actus facti cum eadem præsentia.*

2 *Actus facti eadem die, loco, & testibus sunt correspectiui.*

3 *Actus vt sustineatur admittitur æquipollentia.*

§. 1. ROTÆ Obseruantia est, q. *Actus* aliqui iudiciales facti præsētib. procuratorib. si postea sequantur verba cōtinuatiua aliorum actuum, præsumantur & ipsi actus facti cum interuentu eorūdem procuratorum, *Cardin. Seraphin. decis. 932. nu. 12. incip. Constituta fuerat.* vbi habetur, quod

ita pluries fuit in Rota resolutum, & allegatur *dec. in vna Cæsaraugustana de Tauste* . . . . . . *coram* Cantuccio, *& in Conchen Decimarum sub die* 17. *Iunij* 1585. *coram Cardinali Blanchetto.*

§. 2. ROTA tenet opinionem, quod *Actus* facti eisdem die, loco, & testibus sunt correspectiui, *Crescent. decis.* 1. *de Simon. Mobed. decis.* 3. *eod. tit.* vbi explicatur, quando dicantur correspectiui ad euitandum simoniam, *Put. dec.* 440. *lib.* 1. *&* 171. *&* 490. *lib.* 2. *&* 214. *in fin. lib.* 3. *Peregr.* 81. *Ciuitatis Castelli donationis* 28. *Aprilis* 1578. *coram Cardinali Seraphino. Militen. pensionis* 18. *Martij* 1602. *coram eodem*, vbi de promissione pensionis, & stipulatione pensionis *sub eodem die. In Bononien. de Budriolis* 13. *Ianuarij* 1576. *coram eodem*, vbi de correspectiuitate testamenti.

☞ *Vide in Obseruat. in verb. Actus, obseruat. circa correspectiuitatem, vbi habentur plures* §§.

§. 3. ROTA admittit *æquipollentiam*, quando agitur de sustinendo *Actu*, putà, si tutor non iurauit iuxta formam, §. *fin. in Auth. vt ij qui oblig. se hab. perhib.* sed obligauit se ad omnia, quæ de iure tenetur, & ex forma statutorum, stante ista æquipollentia, quam in hac materia Rota admittit, tutoris constitutio dicitur legitima, ita habetur in *Firman. bonorũ Veneris* 29. *Aprilis* 1583. *coram* Card. *Seraphino*, & super hoc ibi canonizatur *Consil. Alex.* 80. *num.* 14. *lib.* 5. *post Fabium decis.* 18. *in eius lib.* 2. vt notauimus *sup. Part.* 1. *ad d. Fab. Accoramb. decis.* 18. *lib.* 2.

Ægidiana.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum in causis fori Ecclesiastici.*

2 *De Aegidiana dari potest in prima, & secunda instantia.*

§. 1. In ROTA sæpissimè fuit dictum, quod *Aegidiana* non habet locum in causis fori Ecclesiastici, *Rota coram bo. mem. Card. Marcomont. in causa Romana separationis Thori, Vener.* 2. *Decemb.* 1605. *incip. Quoniam istos Coniuges. est dec.* 14. *in eius lib. in manuscript.* vbi attestatur, quod sic sæpissimè fuit dictum in Rota.

☞ Vide late materiam istam *sup. pars* 1. *ad Card. Seraphin. decis.* 424. *fol.* 65. *col.* 1. *in med.*

☞ *Et in nostr. Obseruat. ex Rot. Romana in verbo Appellatio Obseruat. à quibus actibus, & in quibus causis liceat appellare, & Obseruat. Aegidiana quando locus sit.*

☞ Et in *nostr. Singul. ex* Rot. Roman. *infra* 6. *par. circa Statut. in titulo de Aegidiana.*

§. 2. ¶. in ROTA fuit semper tentũ, quod potest dari de *Aegidiana* tã in prima, quàm in secunda instantia, vt dicitur *in vna Veliterna confinium coram Fabio, est decis.* 201. *num.* 2. *par.* 3. *lib.* 2. *in nouiss. diuersor.*

Ætas.

SVMMARIVM.

1 *Aetatis defectus vbi opponitur, Auditores ex aspectu corporis solent iudicare.*

2 *De Aetatis probatione ex doctrina Bartoli.*

§. 1. ROTA seruat, quod si in aliqua causa commissa alicui Auditori Sacri Palatij, opponatur contra aliquem, quod non habeat ætatem sufficientem ad beneficium curatum, tunc Auditor causæ præsentat illum coràm Dominis Auditoribus, vt videant illum, vt possit habere consilia ab eis per aspectum corporis, *iuxta cap. puberes, de desponsi. impub.* Rota *decis.* 14. *de except. in antiq. incip. Sciendum est*, vbi testatur, quod Rota ita seruat.

§. 2. ROTA tenet, & seruat *doctr. Bart. in l. de ætate, ff. de minor. num.* 10. quod in probando ætatẽ per aspectum, sint detrahendi decem anni, *Verall. decis.* 312. *alias* 2. *n.* 1. *par.* 1. *incip. Aetas* 70. vbi de hoc testatur referendo ad hoc *decis. in causa Tullen. de Castineto* 10. *Decemb.* 1551. *coram Prospero, &* 11. *mensis Ianuarij* 1552. *coram eodem Prospero.*

Et qualiter procedat ista doctrina Bartoli, vide Rot. *coram fe. rec. Gregor. XV.* 290. *num.* 11. licet *fuerit.*

Alienatio rerum Ecclesiasticarum.

SVMMARIVM.

1 *in Alienatione rerum Ecclesiæ non præsumantur interuenisse solemnitates requisitæ, si non adfuit tempus sufficiens,*

2 *Beneplacitum apostolicum in alienatione rei Ecclesiasticæ præsumitur, maxime stante scientia Papæ, & cursu longissimi temporis.*

3 *in Alienatione rerum Ecclesiasticarum non est probandus vsus extrauagantium Ambitiosa contra Mobedanum.*

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod ad hoc, vt præsumatur in *Alienatione* rerũ Ecclesiasticarũ interuenisse solemnitates ad hunc effectum requisitas, necessè est, vt adsit cursus temporis sufficiẽs ad inducendam talem præsumptionem, *Rot. dec.* 596. *num.* 1. *in fin. par.* 4. *diuers. incip. Domini vna tantum parte.* vbi testatur, quod sic pluries tenuit Rota.

§. 2. ROTA seruat, quod in *Alienatione rei* Ecclesiasticæ præsumatur beneplacitum Apostolicum ex cursu temporis, maxime stante scientia Papæ, & obseruantia longissimi temporis, etiam quod talis solemnitas non fuerit enunciata, iuxta communem sententiam, quam Rotam perpetuo obseruare testatur *Card. Seraph. decis.* 1042. *Causa fuit, num.* 2. *&* 3. vbi etiam declaratur decis. Orani, quæ videtur requirere enunciationem, cuius etiam nos meminimus sup. *Par.* 1. *ad Oran. decis.* 113. *lib.* 1. *fol.* 389. *col.* 1. *in fin.*

☞ Et ne sæpius eadem frustrà repetere cogamur, vide quæ diximus supra *Par.* 1. *ad Cottam decis.* 463. *in Lunen. Sarzanen. Terrarum, fol.* 308. *col.* 1 *in fin. & ad Put. decis.* 365. *nu.* 3. *&* 7. *lib.* 2. *fol.* 553. *col.* 1.

☞ Plura etiam habes in nostris *Obseruat. ex Rota* Romana *in verb. Alienatio rerum Ecclesiasticarum in Compendio alienationis num.* 110. *incip. Beneplacitum Sedis Apostolicæ, & pluribus numeris sequentibus.*

§. 3. ROTA non seruat *decis. Mobed.* 6. *alias* 1. *de* con-

constitution, incip. Fuit determinatum, dicentis probandum esse vsum *extrauag. Ambitiosæ Pauli II.* super *alienatione* bonorũ Ecclesiasticorũ, cum vsu recepta esse præsumatur, & neganti vsum onus probãdi incũbere, *Rota in vna Brixien. Locationis Lunæ* 5. *Decemb.* 1594. *coram Decan. Pegn. est decis.* 215. *in eius lib.* 2. *in manuscript. incip. Durantes de Durantijs*, vbi testatur, Rotam non seruare talem decisionem.

Vide plura circa inobseruantiam huius decis. sup. in prima Part. ad eamdem decis. Mohed. fol. 353. *col.* 1. *in fine.*

Alienatio in prophanis.

S V M M A R I V M.

1 *Alienationis prohibitio facta per fideicommissum, declaratur, & restringitur ab illo.*

§. 1. in ROTA pluries canonizatum fuit *cons. Dec.* 636. *num.* 7. *& seqq. incip. Prima facie*, vbi dicit, quod *alienationis* prohibitio facta per fideicommissum, recipit declarationem, & restrictionem à dicto fideicommisso, ita dictum fuit *coram Reuerendissimo P. D. Coccin. Decan. decis.* 495. *nu.* 3. *incip. Domini dixerunt Tibertum.*

Vide quæ diximus *latè inf. part.* 3. *circa Doctores ad Dec. in supradict. consil.* 635.

Alimenta.

S V M M A R I V M.

1 *in Alimentorũ materia Rota non procedit rigorosè.*
2 *pro Alimentis, & vestitu clerico quãuis infimo Rota non assignat minus quam scuta* 24. *auri de Camera.*
3 *Alimenta, & sumptus litis sunt subministranda collitiganti concurrentibus paupertate, & præsumptione boni iuris.*
4 *Alimenta solet Rota præbere filio litigãti super hæreditate patris.*
5 *Alimenta præstantur spurijs, tàm pro substentatione, quàm pro litibus.*
6 *Alimenta viduæ præstita, vt non computentur in fortem principalem dotis, quæ requirantur.*
7 *Alimenta relicta à testatore, vbi sint præstanda.*

§. 1. ROTA in materia alimentorum non procedit rigorosè, & per iuris apices sed probata paupertate sine exercitio ipsa decernit, *Rota coram Cardin. Seraphin. decis.* 41. *Domini dixerunt, quod per testes num.* 2.

§. 2. ROTA clerico quamuis infimo pro necessarijs ad victum, & vestitu non assignat minus scutis 24. auri de Camera *Rota in Romana maiusculatus die* 9. *Iun.* 1589. *coram Comitulo*, Idem habetur infrà in *verb. Clericus*, §. 1. *Rota cuiuis Clerico.*

§. 3. ROTA quotidie seruat, quod prætendens sibi subministrari sumptus litis ab aduersario, duo habet necesse probare paupertatem, & præsumptionem boni iuris pro se, *Aret. in cap. si qui testium col.* 3. *in* 2. *&* 3. *conclus. de testib. Couarr. pract. quæst. cap.* 6. *sub num.* 5. *& seq. Cræsc. decis.* 8. *de iudic. Seraph. decis.* 426. *incip. Dubitatum fuit, an deberentur. sequitur Sanctissimus Ludouisius decis.* 189. *Prætendens. in princip. & sequitur Gaualer. decis.* 554. *num.* 1. *incip. Dictum fuit alimenta*, & fusè Rota *decis.* 748. *fuit resolutum danda in recent. par.* 2.

Et Addit. ad d. decis. Ludouisij in litera A, multas congerit pro ista conclusione decisiones concordantes, & pro declaratione eiusdem conclusionis.

Alia etiam notauimus in nostris *Obseruat. ex Rota Romana in verb. Alimenta, obseru. circa alimenta, & sumptus litis.*

§. 4. ROTA solet præbere alimenta filio litiganti super hæreditate patris, nisi talis filius sit penitus incapax, vel nisi legatum ei relictum sit simpliciter, quando est filius naturalis, quia tunc cessaret effectus Bullæ Leonis editæ ad fauorem filiorum naturalium. Ita dixit *Rota coram Groppeio in vna Rom. hæreditatis alimentorum Vener.* 19. *Iunij* 1562. *incip. Præsupposito, est dec.* 126. *in eius lib. in manuscript.*

Vide plura in materia alimentorum præter ea, quæ diximus in Obseruationibus ex Rota Romana, notata sup. *Par. prima circa decisiones ad Bisignett. sine decis. antiquior. decis.* 2. *de iudic. incip. Vtrum filius agens fol.* 555. *col.* 1. Et ea quæ sunt ad dictum singulare addita.

§. 5 ROTA solet præbere alimenta spurijs, tam pro substentatione eorum corporum, quam etiam litium, *Romana alimentorum Vener.* 19. *Iunij* 1562. *coram Gropp. est dec.* 126. *in eius lib. in manuscrip. incip. Præsupposito.*

§. 6. ROTA non tenet illam opinionem, quod *Alimenta* præstita viduæ non computentur in fortem principalem dotis, nisi duo copulatiuè concurrãt, videlicet, eius inopia, ita vt aliunde non habeat alimenta, & quòd fecerit diligentiam pro dote effectualiter habenda, *Rot. in Romana fructuum dotis, diè Lunæ* 27. *Februarij* 1606. *coram Decan. Pegn. est decis.* 399. *in eius lib.* 5. *in manuscript. incip. Contracto matrimonio*, vbi de hoc testatur, & sequendo refert *Afflict. dec.* 284. *& Thesaur.* 43. *num.* 2. *& dec. coram Cardin. Mantica in vna Spoletana vsusfructus* 13. *Iunij* 1589. *& coram Litta in vna Romana, seu Cesenaten. fructuum dotis* 23. *Iunij* 1603.

§. 7. ROTA sequitur illam opinionem, quod quando alimẽta sunt relicta alicui à testatore, sunt præstanda in domicilio hæredis, & non in domicilio alimentandi. ita dixit *Rota in decis.* 678. *num.* 4. *par.* 4. *diuers. incip. Cum Sixtus V.* Et allegatur *decis. in causa Fulginaten. Primogenituræ.* 18. *Aprilis* 1595. *coram Litta.*

Alternatiua Episcoporum.

S V M M A R I V M.

1 *In Alternatiua Episcoporum requiritur acceptatio, nec ipso iure censetur acceptatio.*
2 *Alternatiua non capit beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli: cum declaratione tamen.*

ROTA seruat, quod ipso iure acceptatio *Alternatiua* Episcoporum non censeatur, sed requiratur acceptatio, ne Episcopi postea habeant occasionem

nem negandi, vel affirmandi, Rot. *in vna Astoricen. Archidiaconatus 11. Decembris 1566. coram Decan. Oradin. est decis. 89. in eius lib. 2. incip. Præsupposita regula*. vbi testatur de tali obseruantia Rotæ.

Acceptatio Alternatiuæ qualiter fiat. Vide in nostr. *Obseruat. ex* Rota *Romana in verb. Alternatiua. Obseru. circa Acceptationem.* §. 1. *incip. Alternatiua acceptio*. Vbi plura habes in ista materia.

§. 1. ROTA in pluribus causis dixit, quod *Alternatiua* non capit beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli. *Rota coràm fel. record. Gregor. XV. decis. 314. num. 4. incip. Pro Iacobo informante*. Vbi dicitur, quod sic in pluribus causis tenuit Rota.

Declara tamen, quod Alternatiua etiam intel-
2. ligitur comprahensa in concordia inita cum Episcopo, & Capitulo, quando fuit conuentum, vt Episcopus posset solus conferre in mensibus ordinarij. Rota *in Tirasonen Canonicatus. Lunæ 29. Martij 1610. coràm* Card. *Caualerio. Est in recent. decis. 232. nu. 8. Parte prima. Et inter suas impressa est decis. 97. incip. Vacante per obitum*.

Apostoli.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus pendente termino præfixo ad dandum, vel recipiendum* apostolos, *valet*.

§. 1. ROTA tenet illam communem opinionem, quod pendente termino præfixo à Iudice, vel à Iure ad dandum, vel recipiendum *Apostolos* processus factus pendente illo termino validus sit. *Card. Lancellott. Senior in suis decis. select. in tit. de appellat. decis. 5. in princip. incip. Inclinatum fuit pro validitate*. Vbi Rota refert, & sequitur *decis. Bellamer. 621. incip. Processus factus, & decis. 19. alias 128. num. 1. de appellat. in nouis, incip. Si Iudex procedat*.

Vide quæ diximus *inf. in hac parte. in verb. Sententia.* §. 15. *in Rota cũ dubitaret* R.P.D. *Pegn.*

Vide *supra In prim. nostra parte ad dictã decis. Bellamer. 621. fol. 248. col. 2. post med.*

Appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio fieri debet coràm Iudice, & non coràm Notario per dimissionem schedulæ in actis penes ipsum Notarium.*

2 *Appellatio licet debeat fieri coràm Iudice, non coràm Notario, vt dictum est in §. præcedenti, tamen* Rotæ, *& Curiæ stylus seruat, vt in absentia Notarij causæ, quilibet rogari possit de appellatione ad referendum.*

3 *ad* Appellandum *verus contumax admittitur intrà decendium computandos à die prolationis sententiæ non à die scientiæ.*

4 *Appellatio à decreto de manutenendo non suspendit eius effectum, & executionem, tàm de iure Ciuili, quàm de iure Canonico.*

5 *Appellatio in dubio non censetur deserta, debet tamen causa esse rationabilis, vt hic explicatur.*

6 *Appellatio non datur ad effectum suspensiuum à decreto de exequendo, præsertim quando in decreto nihil plus continetur, quàm in mandato.*

7 *Appellari potest à relatione examinatorum.*

8 *Appellanti datur biennium ad prosequendum, & finiendum, dummodo infrà annũ aliquis actus fiat.*

§. 1. ROTÆ, & aliorum Vrbis Tribunalium stylus est, attestantibus primarijs Curiæ Procuratoribus, quod *Appellatio* fiat, & fieri debeat coràm Iudice, & non coràm Notario per dimissionem schedulæ penes ipsum Notarium, prout de Iure Ciuili, & Canonico requiritur. *l. 1. §. dies. ff. quand. appell. sit.* canonizata. *in cap. biduum 2. quæst. 6. cap. vt debitus. de appellat. cap. cordi. eod. tit. lib. 6. Clem. 1. eod. tit. glos. in cap. appellatio. in verb. Iudici.* & ibi post alios *Franc. sub num. 3. eod. tit. cum alijs per Mandos. in addit. ad Lap. allegat. 38. in verb. In præsentia*. Et ità fuit dictum *in Salernitana Contributionis. Lunæ 12. Maij 1614. coràm Dunozetto. est decis. 595. in Recent. par. 1. incip. Domini censuerunt constare. num. 1. & 2.* Quæ decisio fuit postea confirmata *coràm eodem Ven. 14. Nouembris 1614. incip. Proposito dubio. est in* Recent. *par. 2. decis. 594. incip. Proposito dubio. num. 2.* Vbi etiam addit, quod non placeret Dominis hunc stylum laudabilem iuri consonum immutari, & quod esset res periculosi exempli, si Notarijs facultas darent recipiendi appellationes interiectas in absentia iudicum.

Vbi etiam num. 3. Declarant doctrina *Bald. in Auth. quæ supplicatio. num. 3. C. de precib. Imper. offer.* Vt procedat quando non potest haberi præsentia iudicis. Vt in §. sequenti.

Ad idem Rot. *coràm Manzanedo. decis. 722. incip. Constare de re iudicata. nu. 2. in* Recent. *p. 3.*

§. 2. ROTÆ, & Curiæ stylus seruat, quod in absentia Notarij causæ, potest quilibet rogari de Appellatione ad referendum, cum non sufficiat dimissio schedulæ appellationis apud Notarium causæ, cum appellatio fieri debeat coràm Iudice, & non coràm Notario, prout de iure requiritur *cap. vt debitus. §. de appellat. cap. cordi. eod. tit. lib. 6. Vestr. in prax. cap. 3. num. 27. & 57. lib. 7.* Rota *in Salernitana Contributionis. Lunæ 12. Maij 1614. num. 1. & 2. coràm Dunozetto.* vt est dictum in §. præcedenti.

§. 3. ROTA obseruat de stylo, quod verus contumax ad *Appellandum* admittatur infra decendium computandum à die prolationis sententiæ, non autem à die scientiæ. *Rota decis. 364. alias 16. in fin. de dol. & contum. in nou. incip. Cum iura clamitent.* quam referunt & sequuntur *Card. in Clem. 1. sub num. 15. propè fin. vers.* Curia Ro*mana. eod. tit. & Felyn. in cap. 1. sub nu. 7. vers. vnum etiam scias. vt lit. non contest. & in cap. quod ad consultationem. nu. 28. de sent. & re iudic.* Vt dicitur *in* Valentina Canonicatus, *& Sacristiæ. Lunæ 15. Iunij 1615. coràm Buratto. incip. commissa mihi. Est decis. 728. par. 2. in* Recent. *nu. 5. vbi in fin.* dicitur ita etiam fuisse coràm ipso resolutum *in vna Broianẽ beneficij 6. Iunij 1614.*

§. 4. in ROTA quotidie practicatur quod *Appellatio* à decreto de manutenendo non suspendit eius effe-

effectum, & executionem, quod probatur ea ratione concludentissima, quia hoc decretum trahit secum executionem, vt benè aduertit *Menoch. in retinend. remed. vltim. num.57.* quod decretum quantum spectat ad iudicem nunquam transit in iudicatum, vt non possit retractari. Rota *in Valentina decimarum 23. Octobris 1598. coràm Card. Seraphino.* Vbi quod ita fuit perpetuo obseruatum. Idem dicitur post hanc *decis. in Aquilegień pensionis. Ven. 21. Maij 1610. nu.7. coràm Manzanedo. est decis.287. in* Recent. *par.2.* Vbi quod idem fuit dictum *in Seguntina* Canonicatus. *23. Ianuarij 1610. coràm* Caualerio. *& in Bergomeń præbeminentiarum. 16. Iunij 1606. coràm eodem Manzanedo.* Vbi refertur *Dec.* attestans de communi. *cons.8. nu.5.* Et quod procedit non solum de iure Ciuili per *l. vnic.* C. *si de moment. poss.* sed etiam de iure Canonico. *per text. in c. fin.* §. *de possessione. 2. quæst.6.* Vbi canonizatur. *d. l. vnic.* & tradit latè *Benintend. decis.79. nu.6.* quicquid dixerit *glos. in cap. cùm ad sedem. vers. interdictum. circa fin. de restit. spoliat.* quod de iure Canonico à quocunque grauamine datur appellatio, *& Afflict.* qui de communi testatur *decis. 269. nu.1.* Quia contrarium est verius, vt dictum est, & habetur in *d. Aquilegień.*

§. 5. ROTA solet in dubio iudicare pro non desertione Appellationis. *per Doctrin. Pauli de Castro in l.1. nu.3. in fin. ff. vt quis caut.* vt refert Cassad. *decis.8. num.10. in fin. de appellat. incip. Appellauerat quidam.* quia in re dubia existente, per inclinationem in hanc partem nihil detrahitur de iuribus partium, immo videtur tẽdere ad illorum vtilitatem, & maiorem veritatis indagationem, subiungit tamen idem Auditor in fine, quod vtilis esset in hoc articulo Principis declaratio, quæ tamen declaratio *Vestr. in sua prax. lib.7. c.3. n.27. in med.* non videtur necessaria post quam res est vsu tot annorum, & suprema istius Auditorij auctoritate pro non desertione declarata. Quam opinionem secuta est etiam *in vna* Romana *expensarum Mercurij 20. Februarij 1619. num.3. coram Card. Caualerio incip.* Resolutum *fuit, constare, quæ est decis. 495. inter eius impress.* vbi dicitur. quod hoc habet locum, quando in termino citationis ad sentẽtiam pars comparuit coram Iudice in vltimo momento decendij, & non inuenit Iudicem, & non quando in termino primæ citationis ad sententiam, pars appellauit coram Iudice sub illo termino, & postea emanauit alia citatio ad sententiã, sub cuius termino fuit pronũtiatum, & in hoc termino pars non comparuit coram Iudice, sed appellationem interposuit coram Notario, nam tunc nõ habet locum ista opinio Rotæ & etiam in his terminis loquitur *Cassador. in d. decis. & Vestr. in supra citat. loco. num.27. in princip.* Idem habetur coràm Card. *Mant. decis.128. nu.4. incip. Placuit DD.* qui testatur quod Rota semper in hanc sententiam procliuior est.

§. 6. ROTÆ obseruantia est, quod à decreto de exequendo non detur Appellatio, ad effectum suspensiuum. *l. ab executore. ff. de appell. l. ab executione.* C. *quorum appell. non accip.* Rot. *in Regień. S. Thoma 10. Decembr. 1576. coram Robusterio, quæ est relata inter impressas diuers. 100. num.13. par.1. incip. Ex nouem Votantibus, & in Fauentina de Pasijs 28. Nouembris 1603. coràm* Coccino Decano. *incip. Alphonsus, & Iulius.* Card. *Caualer. decis.312. num.2. incip. Promiserat Antonius.* Præsertim cum in decreto nihil plus continetur, quam in mandato. *Roma. cons.45. nu.3. incip. Super eo quod. & dicitur in d.* Regień. *nu.15. & in vna Mantuana Bonorum 17. Ianuarij 1611. coràm* Vbald. *& in d. decis. Caualer. num.3.*

§. 7. in ROTA sæpius fuit decisum, quod quis Appellare potest à relatione examinatorum. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.515. num.2. incip. Michael Ruiz.* Vbi testatur, quod sic sæpius fuit decisum in Rota, & signanter *in Calaguritana de Oliuari 28. Ianuarij 1604. coràm Decan. Pegn. & in Calaguritana Beneficij de Haro 8. Iunij 1607. coràm Card. Lancellott. & in Calaguritana Beneficij de Turre 15. Februarij 1610. coràm Ortemberg.* Vide *ibi Beltramin. in addit. in litera* A. vbi hoc declarat, qualiter procedat.

☞ Plura circa hanc materiam examinatorum habes *Part.4. ad Concil. Trident. sess.24. cap.18. de reformat.*

§. 8. ROTÆ stylus est, quod *Appellanti* detur biennium ad prosequendum, & finiendum, dummodo infrà annum aliquis actus fiat, prout seruatur, & ponit *Fastol. dub.37.* per desertionem verò biennij, triennium dari, dicit se non vidisse *Cassidor. decis.6. de appellat. num.8. & fuit dictum coràm Fabio, vt in decis.181. lib.2. par.3. diuers.* Vbi corrigendus est error cum pro biennio ponat triennium. & fuit etiam dictum *in vna Tudeń beneficij de Zabagon. Ven. 4. Decembris 1587. coràm Orano.*

Arbitrium.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium, quando intret pro sananda nullitate examinis testium.*

§. 1. ROTA quotidie seruat, quod Arbitrium intrat pro sananda nullitate examinis testium, quando hinc inde sunt data interrogatoria. *Rot. coram fel. rec. Gregor. XV. decis.466. num.1. incip. Domini fuerunt concordes.* vbi dicitur, quod sic quotidie Rota seruat, & adhoc plures cumulantur decisiones. prout etiam latè facit *Beltram. in addit. in litera* A. *num.11.*

☞ Idem notauimus sup. in *I. Part. ad Card. Seraphin. decis.43. fol.45. col.1. post princip.* Vbi habes, quod sic procedit de æquitate, & stylo Rotæ.

Argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum non valet à iurisdictione temporali ad terminos Ecclesiarum.*

§. 1. in ROTA fuit pluries resolutum, quod in materia Ecclesiastica non valeat *Argumentum* à iurisdictione temporali ad terminos Ecclesiarum. *Card. Seraphin. decis.1422. nu.17. incip. Fuit dubitatum circumscripta.* vbi de hoc affirmat. Idem dictum fuit *in causa Burgeń iurisdictio-*

dictionis S. Ioannis. 4. Decemb. 1595 coram Orano, est decis. 313. in eius lib. 2. in manuscript. incipit, Contendebat. D. Abbas.

Articuli.

SVMMARIVM.

1 Articuli admittuntur de stylo Rotæ non obstantibus pluribus dilationibus. Item non obstante irreleuantia, quando examinantur in Curia, secus si petatur remissoria. Item non obstante publicatione testium.

2 Articulo vno, vel altero releuante, alij non difficulter admitti solent.

§. 1. ROTA non seruat, † quod Articuli non admittantur quando plures fuerunt datæ dilationes, vt in vna Regien. emissionis professionis Lunæ 5. Martij 1561. coram Gropperio, incip. An articuli. Est decis. 22. in eius lib. in manuscrip.

2 Vbi † etiam dicitur, quod articuli admittuntur non obstante irreleuantia, quando examen fit in Curia, & hoc ex stylo Rotæ, si verò petatur remissoria, tunc datur dubium super releuantia.

3 Insuper † quod articuli admittuntur nō obstante publicatione testium ex not. per Felin. in c. fraternitatis. num. 5. de testib. Circa quod Vide sup. Part. I. ad Put. decis. 219. lib. 2. fol. 549. col. 1. in prim. impress.

§. 2. ROTA sæpè censuit, quod dato vno, vel altero Articulo releuante, alij non difficulter admitti soleant. Rot. in causa Perusina fideicommissi de Pigazinis. Lunæ 3. Iulij 1606. coram Decan. Pegn. est decis. 447. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Propter ægritudinem. vbi affirmat. quod iste est vsitatus stylus, & sic sæpe Rota censuerit, & præsertim in causa Tudertina Prioratus die 15. Decembris 1595. coram ipsomet Pegn. est decis. 66. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Domini dixerunt.

Assertio.

SVMMARIVM.

1 Assertio auctoris probat contra omnes habentes causam ab eo.

§. 1. in ROTA sæpius fuit dictum, quod Assertio auctoris probat contra omnes habentes causam ab eo. Rota coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 172. nu. 1. incip. Domini censuerunt constare. in qua testatur, sic sæpius fuisse dictum in Rota, & præsertim in vna Fauentina bonorum. de Nicolutijs 15. Ian. 1582. coram Card. Seraph. quæ inter impress. est decis. 553. incipit, Quantum ad priorem.

Attentata.

SVMMARIVM.

1 Attentata dicuntur omnia gesta post inhibitionem.

2 Attentata est possessio capta vigore executorialium, & restituenda à sequestratoribus. Et qualiter hoc procedat.

3 Attentata non est possessio, si subrogatus gratiosè propria auctoritate, etiam lite pendente capit possessionem.

4 Attentata si commissa sint intra decem dies appellationis reuocantur etiam lite deserta, sed si post decem dies sit facta, secus obseruatur.

5 Attentata ex officio Iudicis possunt reuocari, possessionem sequestrando, absque eo, quod possessio restituatur notoriè ius non habenti.

6 Attentata qualiter possint reuocari post, & ante lapsum fatalium.

7 Attentata licet ad instantiam partis de cuius non iure constat sint reuocanda, reuocantur tamen ex officio, & res de qua agitur sequestratur.

8 Attentata purgari possunt mediante legitima cessione in Rota, quamuis fuerit alibi commissa.

9 in Attentatorum purgatione Rota, quid seruet.

§. 1. in ROTA talis viget stylus, quod Attētata omnia illa dicantur, quæ sunt gesta post inhibitionem. Achill. de Graff. decis. 255. alias 29. de appellat. nu. 1. incip. Attentata, ex stylo, quod ita fuit dictum in vna Valentina de Pobla coram ipso, & in fin. decis. additur ratio dicti styli: quia si sumus in Curia facilè est adire Principem pro remedio, si vero essemus in partibus, tunc non esset aperiēda via inferioribus iudicandi super inhibitionibus Superiorum, quia facilē negligerentur. Idem etiam tentum fuit coram Gypsio in vna Perusina Legati Mercurij 30. Octobr. 1585. est decis. 170. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Collegium Bartolinum.

Vide circa hoc in Prima nostra part. ad supradictam decis. Achill. de Graffis fol. 141. col. 2. post princip.

§. 2. ROTÆ stylus est, † quod si quis vigore executorialium capit possessionem, dicatur attentasse, quia debet seruare quatuor terminos, ad not. per Felin. in cap. ad probandum. num. 6. de re iudic. Ita Crescent. decis. 1. de sequestr. possess. & fruct. vbi num. 2. habetur mitigatio istius styli, quando Iudex mandat possessionem restitui, vt ibi per eū, ad effectum, vt attentata dicantur purgata.

Et ante Cresc. testatur de hoc stylo Cassador. decis. 6. incip. Gratia surrogationis. nu. 10. de caus.

2 possess. & propriet. Vbi dicit, † quod de stylo Rotæ, qui in omnibus causis fuerat obseruatus, debent intimari executoriales parti, & reproduci intimatio Auditori in Rota, ac seruari quatuor termini, de quibus Felin. d. cap. ad probandum.

De eodem stylo firmatur coram Oradino in vna Toletana Matrimonij Ven. 8. Nouemb. 1555. incip. Ego dubitaui. est decis. 509. lib. 1. in eius manuscrip.

3 Vbi fuit dictum, † præfatum stylum habere locum etiam quod in executorialibus in §. Ceterum. essēt dati executores, nam requirebatur intimatio eiusq; reproductio, vt moderaretur inhibitio, vel reformaretur commissio, & hoc est consuetius, & vsitatius, & vigore reformationis, moderari inhibitio, & facta moderatione ꝓcedi ad executionē.

Et in eadem causa fuit particulariter dubitatū coram eodē Oradino sub die Lunæ 9. Decem. 1555. incip. Licet in alia positione. Est decis. 510. in eius lib. 1. pariter in manuscrip. An vigore clausulę, Ceterum, posita in executorialibus potuerit procedi coràm subdelegato ad excōmunicationem ob nō paritionem dictarum literarum. In quo dubio,

4 Domini valdè dubitarunt. † Quia vna pars tenebat

bat se pro stylo, quod tam pro expensis, quàm pro possessione executoriales debebant reproduci in Curia, sicut indistinctè loquitur *Felin. in d. cap. ad probandum*. Alij intelligebant illum, quoad possessionem tantum capiendam, ex ijs quæ dicit *Cassad. d. decis. 6.* Et propterea nihil fuit firmatū. Nec in eius libris aliquid aliud inuenio super hoc fuisse resolutum.

Harum decisionum cum hoc stylo sub alijs diebus mentionem fecit *Lancellot. de attentat. lit. pend. part. 2. cap. 4. num. 307. & 308.*

Super eodem stylo habetur *in Tullen. Præpositurae 5. April. Lunæ 13. Iun. 1611. incip. Quamuis regula. coram Pirouano. Est decis. 339. part. 1. in* Recent. Meminit eiusdem styli *Rota coram Buratto in Calaguritana beneficij. Merc. 4. Feb. 1615. incip. Latis duabus. num. 3. Est decis. 641. part. 2. in* Recent.

DECLARATUR iste stylus à Rota coràm *Gypsio in vna Asten. Sedis. Vener. 13. Maij 1588. incip. D. Præpositus. Est decis. 12. in eius lib. 1. in*
5 *manuscript.* † Quod præfata reproductio, non requiritur, quando pars consensit, quia tunc cessat officium Iudicis. Hanc declarationē. *Vide Part. I. borum singularium Rotæ Romanæ ad Cassidor. d. decis. 6. de caus. poss. & propr. Est in fol. 281. col. 2. post princ. §. Declaratur secundò. in prim. impress.*

§. 3. in ROTA sæpe fuit decisum, quod *Attentata* non dicitur possessio, si subrogatus gratiosè intrat possessionem propria auctoritate, etiam lite pendente. *Rota coram Mohed. decis. 11. num. 1. vt lit. pend. incip. Fuit resolutum magnam.* & dictum fuit *coram Decan. Pegn. in causa Parmeñ Beneficij de Tolentino Vener. 21. Aprilis 1589. Vacante beneficio. est decis. 17. in eius lib. 1. in manuscript.*

Vide quæ diximus infra in hac parte *in verb. Subrogatus. §. 1. Rotæ obseruantia est, quod in subrogatione.*

§. 4. ROTA passim seruat illam distinctionem, quod si *Attentata* commissa sint intra decem dies ad appellandum, reuocantur etiam lite deserta per viam nullitatis, si verò post decem dies sint commissa non reuocantur lite deserta, sed obstat res iudicata. *Cæsar de Graffis decis. 108. alias 2. de appellationib. num. 5. incip. Domini dixerunt constare.* Vbi Rota refert, & sequitur *decis. in vna Calaguritana beneficij de Burgo 7. Maij 1574. coram Card. Seraph. est decis. 229. in impress. incip. Domini distinxerunt.*

§. 5. ROTÆ stylus est, quod *Attentata* ex officio Iudicis possint reuocari sequestrando possessionem, absque eo quod possessio restituatur notoriè ius non habenti. *Cassidor. decis. 3. num. 6. incip. Petens restitutionem. de restitut. spoliat.* vbi allegatur *decis. 2. de restitut. spoliat. in antiq. incip. Nota quod vbi agitur. Idem dictum fuit coram Sanctis. Ludouis. decis. 91. in princip. incip. Domini dixerunt constare. & coram Card. Platt. in vna* Mediolaneñ *Parochialis 22. Iunij 1587. (non die 27. vt mendosè in d. decis. Ludouis. habetur) est decis. 31. in eius lib. in manuscript. incip. Iterum proposui causam. & coram Gyps. in vna Arimineñ Canonicatus, & præbendæ 29. Octobr. 1593. est decis. 12. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Resolutum fuit esse locum. & coram eod. Gyps. in vna Broianeñ. Præcedentiæ. Lunæ 27. Iunij 1594. est decis. 33. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Conclusum fuit. vna tantum parte. & coram eod. in vna Vrgellen. Archidiaconatus Ven. 24. Nouembris 1581. est decis. 226. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Conclusum fuit possessionem.* Vbi dicitur, quod præfatus Rotæ stylus procedit etiam in possessione attentata post interpositam appellationem extraiudicialem, cum hæc causet attentata. *Innocent. in cap. cum nobis. num. 2. de elect.*

Alia vide *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Sequestrum. Obseruat. circa sequestrum in possessione per tot.*

§. 6. ROTA tenet, † quod *Attentata* possunt reuo-
1 cari, post lapsum fatalium. Quod procedit, quando nullus actus factus est, ex quo possit præsumi renuntiatio: Nam tunc verum est, quod licet non possint reuocari attentata, cum hoc remedium requirat continuam assistentiam litis *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. de attent. appell. pend. ampliat. 1. num. 20.* Secus autem vbi cadit renunciatio, quia eo casu pars exclusa est etiam à nullitatis remedio. *Rota coram Orano. in Pampiloneñ beneficij de Aya. Vener. 26. Ianuarij 1590. incip. Domini cum præsupposito. Est decis. 19. in eius lib. 2. in manuscript.*

2 Et † pro pleniori intelligentia reuocationis attentatorum, notanda est distinctio, quam Rota passim seruat, & secuta est coram *Card. Seraphin. decis. 229. incip. Domini distinxerunt.* eamq; refert & sequitur *Cæs. de Graff. decis. 2. de appellat. num. 5. incip. Domini dixerunt.* Quod aut perpetrata sunt intrà decem dies datos ad appellandum, quamuis non sit appellatum, & tunc reuocantur etiam lite deserta, non quidem per viam attentatorum, sed per viam nullitatis, aut sunt commissa post dictos decem dies, & sic post terminum datum ad appellandum, & tunc non reuocantur lite deserta, sed obstat res iudicata, quo casu procedit decis. *Rot. 1. de appellat. in nouis. Cres. decis. 140. Put. 21. vt lit. pend.*

Et in materia reuocationis attentatorum intrà decem dies datos ad appellandum *Sanctis. Lud. decis. 339. Fuit resolutum non constare. num. 4.* vbi citantur decisiones concordantes, & ibi bona Additio in litera B.

Eandem distinctionem repetit, & approbat Rota *coram eod. Ludouisio decis. 513. incip. Pro informante. num. 3.*

§. 7. ROTA seruat, quod *Attentata* licet ad instantiam partis de cuius non Iure constat, sint reuocanda, reuocantur tamen ex officio, & res de qua agitur ponitur sub sequestro. *Rot. coram Guidob. decis. 104. in eius lib. manuscript. incip. Fuit tent.* In qua restatur, quod hoc Rot. sæpissimè obseruauit, & præsertim *in vna Vlixboneñ. Quartanaria 30. Octobr. 1553. coram Romano. & in decis. 2. alias 14. de restitut. spoliat. in nouis. incip. Fuit dubitatum vtrum. & coram Cassador. in decis. 3. de restitut. spoliat. in princip. incip. Petens restitutionem. Mil. in verb. Attentata lite pendente numquam veniunt reuocanda.* Et istud idem ait, quod fuit prius tentum *coram* Vestano 11. *Martij 1552. in vna Salamantina Abbatiæ.*

§. 8. ROTA seruat, quod *Attentatorum* purgatio me-

mediante legitima cessione fieri possit in Rota, quamuis alibi fuerit commissa. *Greg. XV. fel. rec. decis. 486. num. 3. incip. Domini non dubitabant. vbi dicit, quod ita etiam seruatum fuit in vna Calaguritana de Ausero 2. Decembris 1605. coram* Coccino *Decano, & in vna Toletana de Pastrana 22. Ian. 1608. coram Pamphilio. & in vna Burgen.* Visitationis *de Couarruuias 23.* Martij *1609. coram* Pirouano, *& in vna Tirasonen. legati 19. Iunij 1610. coram* Caualer. *& sæpius in alijs.*

§. 9. ROTA in purgatione Attentatorum, & spolij quid seruet, Vide quæ notauimus à Part. I. *ad Seraph. decis. 655. quæ est in Hispalen. beneficij. in vers.* Nota cum *ex Mohed. fol. 76. col. 1. Et in ead. Part. I. ad Achill. 249. fol. 141. col. 1. & 2.*

☞ Et Part. 3. circa Doct. ad *Bald. in c. conquerēte. nu. 1. vers. in textu ibi, integriet. de restit. spoliat.*

Beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Beneficialis quando dicatur causa, & quando prophana.*

2 *Beneficialis causa vbi de possessione agitur, an tractari possit corām* Iudice *seculari.*

3 *Beneficium simplex præsumitur, nisi aliud ex Statuto,* Consuetudine, *vel Priuilegio caueatur.*

4 *Beneficium in dubio præsumitur esse simplex.*

5 *Beneficia manualia sine causa amoueri possūt, dummodo absit malitia, & causa odij.*

6 *Beneficiatus litigans cum Ecclesia tenetur concurrere ad expensas litis, quando lis respicit vtilitatem Ecclesiæ, secus si aliter.*

7 *Dignitatum collatio in Cathedrali est communis inter Episcopum, & Capitulum.*

8 *Beneficij collatio ab Episcopo facienda quando incipiat currere tempus conferendi.*

9 *Beneficium conferendi habens quasi possessionem, vt commodo illius priuetur, necessè est, vt de eius scientia, & patientia constet.*

10 *impetrans Beneficium certo modo, putà, per resignationem, cum clausula, vel alio, quocumque modo vacauerit, tunc vigore dictæ clausulæ venit omnis alius modus vacandi.*

11 *Beneficium impetrans per obitum non tenetur iustificare titulum sui prædecessoris, si in pacifica possessione decesserit per triēnium secus si in lite.*

12 *Beneficium impetrans sub his verbis,* Quod vt asseris, vel vt asseritur, *quomodo oneret, vel releuet ab onere probandi narrata.*

13 *de Beneficij priuatione, quando agitur propter aliquod delictum, requiritur plena probatio, etiam si agatur ciuiliter.*

14 *Beneficij prouisionem licet Legati, & priuilegiati possint facere sine testibus, tamen Rota non solet eis stare in concursu prouisionis Apostolicæ.*

15 *Beneficij prouisio à* Papa *non facta mentione de derogatione gratiæ expectatiuæ valet, si præcedat acceptationem, sed habet tacitam conditionem, videlicet, si expectans infrà mensem non acceptauerit.*

16 *Beneficium quando dicatur vacare per obitum contra* Cancellariam.

17 *Beneficium ipso iure vacat per assecutionem secundi incompatibilis.*

18 *Beneficia, & pensiones, vt vacent per promotionem, quæ requirantur.*

19 *Beneficia vacantia per obitum* Prothonotariorum *à Legatis creatorum sunt reseruata.*

20 *Beneficium narrans vacare alternatiuè, sufficit vnum modum iustificare.*

21 *Beneficium resignans potest ante extensionem parui consensus, & paruæ datæ se pœnitere, & alteri resignare.*

22 *Beneficia, quando resignantur per permutationem, tunc sunt omnia seruanda contenta in Constitut.* Pij *V. super mod. publicand. resignationes.*

23 *Beneficij valor probatur leuioribus probationibus.*

24 *Valor Beneficij in gratijs expectatiuis licet antiquitus præsumeretur, tamen hodie debet articulari, & probari.*

25 *Beneficiorum valor probatur per decem annos, & non quinque.*

26 *in Valoris iustificatione admittitur sexta pars vltra expressum in literis.*

27 *Beneficij excessum valoris opponens debet illum plene, & concludenter probare.*

28 *Beneficij vnio facta ad vitam à* Papa *vnà cum prouisione, non reddit beneficium affectum, & dissoluta vnione per cessum, vel decessum potest Ordinarius de eo disponere; secus in vnione de per se facta sine prouisione, quia beneficium fit affectum. Et discordat in hoc* Parcus *à* Rota.

29 *Vnio beneficiorum non dicitur effectuata nisi sequuta possessione.*

30 Verba *(plura beneficia) verificantur in tot beneficijs, quot opus fuerit.*

31 *Inhabilitas ad obtinendum beneficium non inducitur ex perceptione fructuum duorum beneficiorum incompatibilium.*

32 *Beneficij resignatio, quando abdicet ius à resignante, & quando non.*

§. 1. ROTÆ stylus vulgaris est, quod dimetiunt ius ex parte actoris in dijudicando, an causa sit super titulo *Beneficij*, & sic beneficialis, vel prophana. Rota in *Mediolanen. beneficij Lunæ 1. Iunij 1592. coram Card. Seraph. est in impress. decis. 990. num. 4. par. 1.*

§. 2. ROTÆ stylus est, quod causa possessionis beneficij, non possit agitari coram Iudice seculari, cum possessio sit connexa cum proprietate spirituali. Rota *in causa* Romana *Domus ad S. Augustinum die 19. Ianuar. 1611. coram* R. P. D. Coccino. *quæ est decis. 305. inter impress. penes Farinac. post 2. tom. consil. incip. Domini post maturam. nu. 7.* Vbi affirmatur, quod Rota semper approbauit illam opinionem. & fuit sæpissimè resolutum. & signanter *in causa Oscen. Canonicatus 1. Decemb. 1595. corā Pegn. Decan. est decis. 62. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Vtraque parte.*

§. 3. in ROTA sæpius fuit dictū, quod beneficium in dubio præsumitur simplex. *Rot. coram Bellam. decis. 676. incip. Contumax. & coram Oradin. in vna Calaguritana Congruarum 16. Nouemb. 1571. quæ est decis. 560. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Stante resolutione facta.* Quas decis. refert. & sequitur *Rot. coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 175. nu. 3. incip. Fuit conclusum beneficium.* vbi etiam dicitur, quod sic sæpius in alijs causis in Rota fuit reso-

resolutum. Quod ibi limitatur, nisi aliud ex statuto, consuetudine, vel Priuilegio caueatur. *Innocent. in cap. clerici. de cler. non resid.* & ita alias sensit Rota *in Recent. par. 2. decis. 375. sub nu. 2. incip. Fuit resolutum pro confirmatione.*

§. 4. ROTA sæpius declarauit, quod in dubio *Beneficia* præsumantur simplicia. R*ota in vna* Valentiñ *Beneficij de Ontiñent. Lunæ* 15. *Decembris* 1597. *coram Pegn. Decan. est decis.* 79. *in eius lib.* 4. *in manuscript. incip.* R*ota censuit gratiam.* vbi affirmat quod Rota ita sæpe declarauit, & præsertim *in vna Maceratẽ Parochialis die* 14. *Martij* 1575. *coram Cardin. Lancellott. Senior.*

§. 5. ROTA sequitur illam opinionem, vt *in Beneficijs manualibus* amotio fieri possit etiam absque causa, *Card. Caualer. decis.* 72. *nu.* 4. *in fin. incip. Capitulum.* Quam tamen opinionem cum hac conditione amplectitur, nempè, si non subsit aliqua causa malitiæ, & præsumptio odij. *vt in ead. decis. num.* 5. *Card. in Clem.* 1. §. *præmissa. vers. ego puto. & ibi Imol. num.* 44. *vers. D. Antonius creditor. Franc. in cap. cum singula. nu.* 5. *de præb. in* 6. *& habetur etiam in vna* Aquilana *Prioratus. Vener.* 16. *Martij* 1584. *quæ est* 778. *inter impreß. diuers. part.* 1. *Incip. Dubitaui in causa. quæ decis. est coram* Cantuccio, *licet ibi innominata prostet.*

§. 6. ROTA semper sequuta fuit illam distinctionem, in materia quando *Beneficiatus* litigat cum Ecclesia, an teneatur ad contributionem expensarum: quod aut lis respicit vtilitatem, & interesse Ecclesiæ, & tunc fieri debet expensis Communibus Ecclesiæ, & per consequens ex bursa communi, aut nullum versatur interesse Ecclesiæ, sed potius priuatum personarum, & tunc expensæ non sunt faciendæ de communi. *Rot. decis.* 138. *sub num.* 1. *par.* 1. *in Recent. incip. Domini censuerunt non esse,* & quod Rota semper sit sequuta hanc distinctionem testatur *Beltram. in addit. ad fel. rec. Gregor. XV. decis.* 263. *in litera* A. *num.* 7. & ad hoc adducit plures decisiones.

☞ Vide etiam, quæ diximus circa hanc materiam inf. Parte III. circa Doctores *in* §. *Bart. in l. ab omnibus.* §. *si Titio. ff. de legat.* 1.

§. 7. ROTA tenet illam opinionem tamquàm tutiorem, & communiorem, quod collatio dignitatum in Ecclesia Cathedrali soleat esse communis inter Episcopum, & Capitulum. *Rot. coram Card. Caualer. decis.* 238. *num.* 1. *incip.* R*esolutum fuit non constare. Caßad. decis.* 22. *sub num.* 2. *de præbend. incip. Variæ reperiuntur. cap. cum Ecclesia Vulterrana, vbi gloss. in verb. postulauit. vers. Dico de iure communi, de elect. Rota in vna Carthaginẽ dimidiæ portionis. Ven.* 17. *Martij* 1584. *coram Gypſ. incip. Domini resoluerunt possessionem.* R*ebuff. cons.* 60. *colum.* 2. *vers. & licet varia.* Vbi dicit opinionem hanc inualuisse, tamen potest induci diuersa, vel contraria consuetudo, *vt in d. c. cum Ecclesia Vulterrana in fin. Cassador. d. nu.* 2. R*ebuff. vers. quod tamen fallit. & dictum fuit in vna Maioricen. Sacristia* 26. *Iunij, &* 16. *Decemb.* 1602. *coram Card. Pamphil.*

§. 8. ROTA tenet opinionem, quod licet tempus *Conferendi* beneficia ab Episcopo nõ currat à die vacationis, sed à die scientiæ, tamen Rota amplectitur eam opinionem, quod currat ab eo tẽpore, quo Episcopus facultatem cõferendi scire potuit, vel debuit. *Rot. decis.* 13. *de iurepatr. in antiquit. aliàs* 556. *& decis.* 6. *eodem tit. in nou. aliàs* 263. *Bisignett. decis.* 7. *de probat. & fuit dictum in vna Burgen. Canonicatus* 27. *Martij* 1583. *coram Bubalo. & in Maceraten. beneficij* 1. *Iunij* 1594. *coram Litta.*

Et per hac opinione plures cumulat *Garſ. de benef. part.* 10. *cap.* 2. *nu.* 27. *incip. Intelligi autem.*

§. 9. ROTA sæpè tenuit, quod quando quis est in quasi possessione conferendi certum *Beneficium*, vt commodo illius priuetur ex collatione facta per alium, requiritur, quod constet de scientia, & patientia illius. ita dictum fuit in *decis.* 750. *nu.* 3. *part.* 4. *diuersor. incip. Fuit resolutum beneficium,* & allegatur *decisio. in causa Cremonensi Pensionis coram Card. Lancellotto.*

§. 10. ROTA seruat opinionem tãquam tutiorem & eligẽdam, & hactenus in Rota seruatam, quod impetrans *Beneficium* certo modo cum clausula, vel alio quocumque modo vacet: quod tunc venit omnis alius modus vacandi propter dictam clausulam, & hoc secundum *Io. And. in cap. susceptum. de rescript. in* 6. Et ita dicit R*ot. decis.* 2. *de rescript. in fin. incip. Si mandetur. in nou.* Ad quam decis. Vide quæ notauimus P*art.* I. *fol.* 567. *col.* 1. *in fin.* Vbi habes Concordantes.

§. 11. ROTÆ stylus est, quod impetrans *Beneficiũ* per obitum non teneatur iustificare titulũ sui prædecessoris. qui iuxtà *allegat. Lapi.* 89. decessit in pacifica possessione per triennium, secus si in lite. *Caßad. decis.* 2. *in fin. de cauſ. poßeß. & propriet. incip. Lapus allegat.* attestans hoc esse in viridi obseruãtia, & allegatur *decis. Bellamer.* 112. *in princ. incip. Subrogatus tenetur.* dicens idem de subrogato in lite, & in ius. *Idem dictum fuit coram Gypsio in vna Gerunden.* P*ræcentoriæ Lunæ* 4. *Maij* 1592. *est decis.* 119. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Michael. & coràm Oradino in vna* Astren. *Præpositura Domus Dei. Est decis.* 1. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Dubitarunt Domini.*

§. 12. ROTÆ stylus est, quod impetranti *Beneficium* sub his verbis, *Quod, vt asseris, de iurepatronatus laicorum existit.* incumbet onus probandi, quod sit ex præscriptione, vel consuetudine, & sic quod non ex fundatione, vel dotatione, aliàs prouisio absque derogatione, & absque patronorum consensu esset nulla. Secùs vero si dicatur. *Quod beneficium, vt asseritur de iurepatronatus laicorũ,* vel per alia verba æquipollentia. *Caßad. decis.* 4. *de probat. incip. Hactenus obseruatum est. in princ. & num.* 8. *&* 9. *Rot. coram* Reuerendiss. Comitulo *in vna* Aquilana Iurispatronatus Veneris 17. Iunij 1588. *est decis.* 29. *in eius lib. in manuscript. incip. Fuit resolutum Ludouicum, & corã Card. Seraph. decis.* 388. *incip. Dubitaui. an sententia. num.* 3. Vbi etiam allegatur *decis.* 60. *num.* 3. *incip. Nota quod vbi alicui. &* 67. *eodem tit. de rescript. in antiq. & Bisognet. decis.* 6. *de præben. incip.* Papa *confert. num.* 3.

☞ Vide supra *in* I. P*arte ad d. decis. Cassador.* 4. *de probat. fol.* 288. *col.* 2. *circa med.*

§. 13. ROTA amplectitur illam sententiam in multis causis, quod quando tractatur de probando aliquod delictum, ad effectum priuationis alicuius

Beneficij ipso iure impositæ, vel imponēdæ, necessaria sit plena, & concludens probatio, etiamsi ciuiliter ageretur, vt quādo sumus in crimine Simoniæ, vsuræ, concubinatus, &c. Rot. *in vna Tullen. Monasterij S. Mansueti Lunæ 27. Ianuar. 1597. coram Decan.* Pegn. *est decis. 6. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Vtraque parte informante. versic. Rursus pronunciauit.* vbi testatur, quod in multis causis Rota amplexa fuit istam sententiam, *vt in causa Firmana Capellaniæ die 7. Maij 1582. vers. effectuatio non obstat. coràm fel. rec. Clem. VIII. tunc* Rotæ Auditore. *& in vna Tullen.* Parochialis *die 28. Maij 1593. coràm Card. Seraphino. est decis. 1029. in impress. incip. Fuit resolutum Simoniam. & in causa* Calaguritana Confidētiæ *die 25.* Iunij 1593. *coràm* Card. Pamphil. Senior. *& aliàs sæpè.*

§. 14. ROTA non consueuit stare prouisioni factæ à Legatis, & priuilegiatis, qui possunt *Beneficia* conferre sine testibus, & hoc in concursu prouisi Apostolici, propter præsumptionem antidatæ, quæ præsumptio tollitur per aliam prouisionem eiusdem diei, quæ habet testes, qua præsumptione sublata vtraque prouisio est bona. ita *Mohed. decis. 2. Tudertin.* Parochialis. *de offic. delegat. post med.*

§. 15 ROTÆ Obseruantia est, † quod in collatio-
1 ne Papali non est facienda mentio expectatiuæ, vt
attestatur *Cassador. decis. 3. num. 3. de præbend.*
prout est *decis.* Rot. 17. *Licet de more. de præbend.*
in nou. & Accoramb. *decis. 26.* Vacante Canonica-
2 *tu. part. 2.* † Vbi dicitur esse aduertendum, quod
non adeò valet prouisio Papæ, vt subsistat contra
expectantem, & præferatur ei, qui acceptauit, &
3 prouisus extitit infrà mensem, ea ratione, † quia
prouisio licet valeat, tamen intelligitur habere in
se tacitam conditionem, videlicet, si expectans in-
frà mensem non acceptauerit, prout declarat Cas-
4 *sador. decis. 1. & 2. de decret. in reseruat.* † Quod
non est in Ordinario, cuius prouisio est nulla ipso
iure à principio, & numquàm reuiuiscit, etiamsi
expectans deinde numquàm acceptauerit, vt per
eumdem *d. decis. 1. & 5. de concess. præbend.* Licet
posset expressè derogando gratię expectatiuę Pa-
pa facere, vt prouiso sua præualeret.
5 Et dicitur *in fin. decis.* † quod Rota tenet *d. de-*
cis. 2. Cassad. de decret. & Rot. *d. decis. 17. de præ-*
bend. in nou. non habità consideratione *d. decis. 5.*
Cassad. de concess. præbend. num. 2. quæ vult re-
quiri clausulas per quas in talis beneficij proui-
6 sione præiudicetur expectantibus. † Quia huius-
modi clausulæ communiter ex stylo subintelli-
guntur, vt per *Franc. in cap. postquàm. col. 2. de*
præbend. in 6. Card. *cons. 61. in fin.* Rot. *d. decis. 17.*
de præbend. in nou.

§. 16. ROTA tenet contra Cancellariam, quod *Beneficium* dicitur vacare per obitum illius, qui solum habet supplicationem signatā literis non expeditis Rota *decis. vlt. incip. Nota quod vbi gratia. nu. 4. de rescript. in antiq.* Quę est in practica firma in Palatio, *vt ait* Cassad. *decis. 8. incip. Quamuis ad canonizationē. n. 9. de restit. spol.* Et idē traditur in Rot. *Diuers. decis. 40. incip.* Corā Prospero. *lib. 2. part. 3.* Et eadem *part. 3. lib. 3. decis. 1919. incipit, Differētia est inter Rotam.* Et in *Elboren. fructuum* Vener. 20. Martij 1615. *coram Andrea. incip. Cum olim. est in* Recent. *part. 2. decis. 665. num. 8.*

§. 17. ROTA sæpius dixit, quod *Beneficium* ipso iure vacat, per assecutionem secundi incompatibilis. *Rot. decis. 559. num. 1. part. 4. diuers. incip. Factum est tale.* Vbi dicitur, quod sic fuit dictum in pluribus causis, & præsertim coràm *Orano in causa Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembris 1585. est decis. 118. in eius lib. 1. in manuscript. incip.* Cum *resolutione. & coràm* Card. *Seraph. in causa Tamorensi* Canonicatus *12. Ianuarij 1598. est decis. 1256. in eius impress. incip. Fuit resolutum satis.* In qua pariter testatur, quod ita sæpius fuit in Rota decisum.

Vide, quæ diximus *sup.* Part. I. *ad* Card. *Lācell. Sen. decis. 79. in eius select. fol. 343. col. 2. in med.*

§. 18. ROTA tenet, quod *Beneficia*, & pensiones, vt vacent per promotionem, requiratur consecratio, & adeptio possessionis illius dignitatis. *Seraphin. decis. 110. in princip. incip. In duabus præcedentibus*, quæ decisio postea fuit confirmata in eadem causa *sub die 7. May 1571. coram* Scipione *Lancellotto. incip. Beneficia, & pensiones*, & prædictæ decisiones declarantur à Rota in causa *Placentina Canonicatus, & præbendæ sub die Veneris 20. Martij 1610. coràm* Card. *Horatio Lancellot. incip. Cum Canonicatus, & præbenda.* quæ decisio postea latè fuit confirmata *sub die 26. Martij 1613. coram Reuerendiss.* Coccino *Decano. qua habetur inter Recent. decis. 475. part. 1.*

Et nota, quod est delenda illa additio *in fin. decis. Caputaquen. 401. part. 2. alias 3. de procurat. incip. Promotus ad Episcopatum ibi.* (Ad hoc vt beneficia promoti ad Episcopatum vacent sufficit, vel quod sit consecratus, seu per ipsum steterit, vel quod possessionem Episcopatus adeptus fuerit) vt dicitur in *d. decis.* Seraph. *110. & in ead. causa coram Scipion. Lancell. de qua sup.* Nam cū dicta decisio facta fuerit corā Fabio Decan. ostēsa in Rota originali decisione ipsius Fabij, nulla in ea addetur mentio dictæ Additionis.

Vide fusius circa hanc materiam *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Episcopus. Obseruat. circa Episcopum Translatum, & promotum. §. 1. Episcopi translati ad aliam Ecclesiam, & §. 6. Episcopi promoti.*

§. 19. ROTA semper tenuit, quod *Beneficia* vacantia per obitum Prothonotariorum à Legatis creatorum sunt reseruata. ita dixit Rot. *coram* R. P. D. Coccino *Decano decis. 349. num. 1. incip. Domini resoluerunt, gratiam.* Et allegatur *decis. in causa Astoricen.* de los Payos *19. Decembr. 1588. coràm Reuerendiss. Perusino.*

§. 20. ROTA pluries dixit, quod si quis narret, quod beneficium vacat duobus modis alternatiuè, sufficit, quod alterum tantum iustificet. *Rot. coram* R. P. D. *Coccino Decano decis. 139. num. 1. incip. Domini resoluerunt gratiam.* Vbi post relatas nonnullas decisiones testatur, quod sic alias sæpius dixit Rota.

§. 21. ROTÆ, Romanæq; Cur. stylus est, quod ante extensionem parui consensus, & paruæ datæ possit resignans *Beneficium* mutare voluntatem, & alteri resignare. *Card. Lancell. decis. 2. de resignat. benefic. incip. Gabriel obtinens. est decis. 155. inter*

eius

eius decis. select. manuscript. Et decis. 157. num. 2. incip. Intimationem. Et decis. 158. in fin. incip. Resignatio est valida. inter easdem decis. Idem dixit Rot. in vna Cordaben. dimidia Portionis coràm Decan. Oradia. est decis. 195. lib. 1. in manuscript. incip. Ego dubitaui. Et dicitur *in d. decis. Lancell.* 156. quod ex eodem stylo non obstante supplicatione est licita pœnitentia. & allegatur *decis. 15. de renunc. corã Puteo. incip. Porrectio. & decis. 17. eod. tit. incip. Porrectio supplicationis. & decis. 189. aliàs 28. de renunciat. in princip. coram Mohedan. incip. Dubium fuit positum.*

Nonnulla alia circa hanc materiam habes *sup. ad I. Part. ad Lancellot. decis. 155. inter eius selectas in manuscript. fol. 330. col. 2. in princ.*

§. 22. in ROTA fuit pluries resolutũ, quod quãdo resignantur *Beneficia* per permutationem, tunc etiam omnia cõtenta in Constitutione Pij Quinti super mod. publicand. sunt seruanda, nec sufficit quod sit capta possessio beneficij. *Rot. in vna Barchinen. Capellaniæ Lunæ 24. Nouembr. 1578. coram Bubalo. est decis. 41. in eius lib. in manuscript. incipit, Fuit conclusum Constitutionem. ante fin.* vbi affirmat ita pluries fuisse resolutum in Rota.

§. 23. ROTA in probatione valoris *Beneficiorum* contẽtatur leuioribus probationibus, vt dicitur *in Legionen. præstimonij Lunæ 21. Iunij 1593. coràm Corduba.* Plura *Vide in nostris Obseruat. ex Rota Romana in Regula de Valore.*

§. 24. ROTA licet olim teneret, quod valor in expectatiuis præsumeretur, *Rot. in antiq. decis. 292. Bellam. decis. 132. & 302.* Tamen hodie tenetur verificare, quia forma expectatiuarum hodie est diuersa ab antiqua *Accoramb. decis. 32. lib. 1. in manuscript. incip. Die 28. Ianuarij.*

§. 25. ROTÆ obseruantia est, quod ad probãdum communem valorem beneficiorum, opus sit illum probare per decem annos ante, & non quinque. *Guidobon. decis. 25. in eius manuscript. incipit, In vna coram D. Augustino.* vbi affirmat, quod ista est communis doctrina omnium *in l. precia. ff. ad l. Falcid.* & Rotæ obseruantia.

Vide fusius *inf. materiam istam Par. 3. ad Sarnens. in Regul. de valor. exprimen. quæst. vlt.*

§. 26. ROTA solet in caus. *Beneficij* ex benignitate ad substinendam gratiam admittere sextum partem, vltra summam narratam in literis. *Rot. coram Fabio in vna Calagaritana Archidiaconatus 28. Februar. 1547. num. 3. in med. incip. Eadem die, in causa. quæ est decis. 64. par. 3. lib. 3. inter impress. diuersor. Oran. in Casalen. Parochialis. Vener. 17. Maij 1591. incip. Fuit resolutum. & dictam fuit coràm Card. Caual. decis. 373. nu. 3. incip. Falsa fuit resolutio. & in vna Leodien. Canonicatus 27. Febr. 1612. coràm Reuerendiss. Damasceno.*

§. 27. ROTÆ stylus est, quod opponens excessum *Valoris* beneficij, debeat illum plenè, & concludenter probare. *Comitulus in vna Foroliuien. Primiceriatus Ven. 21. Maii 1590. nu. 2. est decis. 104. in eius lib. in manuscript. incip. Conclusum fuit ex deductis.* Vbi allegatur *Caputaq. decis. 280. incip. Opponens de malo valore. num. 1. part. 2.* Vbi redditur talis ratio, quia hoc casu agitur de probatione fraudis, & fraus est concludenter probanda. *argument. l. fin. C. de probat.* Allegatur etiam *Caputaq. decis. 387. incip. Processus factus. eadem par. 2. & decis. 60. incip. Remissoria sine fumo. p. 3. & Paleott. decis. 134.* Et quod iste sit stylus Palatij testatur *Sarnen. in Regula de valore. quæst. vlt.* Agitur enim hoc casu de inclusione iuris illius, qui opponit. *Rota in d. decis. Comituli, in qua citatur decis. Put. 24. num. 5. lib. 1. incip. Fuit dubitatum in vna Asturicen.* Quia & is, qui impetrauit ob non expressionem veri valoris includit ius suum, & nihilominus excessum probare tenetur eo modo, quem exigit vsus Rotæ cum suis requisitis.

§. 28. ROTA obseruat, & successiuè obseruari vidisse testatur *Simonett. decis. 90. & vlt. in suo lib.*
1 *in manuscrip. incip. Quæsitum est.* † Quod *Beneficium* non sit affectum, & de eo potest Ordinarius disponere, quando post prouisionem vniuit ad vitam alicuius; sed si non facta prouisione vniuit, quod tunc beneficium fiat affectum, tunc solus Papa prouideat, & Ordinarius non potest de eo
2 disponere. † Et subdit ibi *Simonett.* quod in hoc Rota dissentit à Parco Abbreuiatorum: Qui consultus volebat, quod vacaret eo modo quo prius, & si prius vacabat in partibus, Ordinarius posset de eo disponere. Tamen quod Rota contrarium obseruauit, & ita successiuè, vt diximus, attestatur, in Palatio obseruari.

Ista decisio à *Simonett. compilata est in vna Redonen. cuius etiã meminit Cassad. decis. 2. de Vnion. post princip.* & in fin. ponit qualiter Rota, & Parcus possint reduci ad concordiam.

§. 29. ROTA sæpè opinionem secuta est *Alphonsi Soto antiqui Glosat. Regul. Cancell. ad Regul. 11. in 2. col.* dicentis, quod *Vnio* non dicitur sortiri effectum, nisi sequuta possessione, vt per *Accoramb. decis. 20. incip. Resolutum fuit. lib. 1.* Et notauimus fusius *Part. 3. ad Alphons. Sot. in d. Regul. 11.*

§. 30. ROTÆ obseruantia est, quod *Verba* (plura beneficia) verificentur in tot beneficijs, quot opus fuerit. *Iacob. Simonett. in tractat. de reseruat. benefic. quæst. 66. nu. 8.* vbi testatur, quod sic in Rota suo tempore semper obseruatum sit. Idem testatur Rota *coràm Guidobon. decis. 26. in eius manuscript. incip. Alphonsus Dian.* vbi etiam refertur, & sequitur *decis. in causa Zamoren. Canonicatus, & præbenda. coràm Chisanen.*

Vide fusius *Par. 3. ad Bald. cons. 342. incip. Super dicto pacto. lib. 5. vbi Rota reprobauit Bald. in d. consil.*

§. 31. ROTA seruat, quod inhabilitas ad obtinendum *Beneficium* non inducatur ex perceptione fructuum duorum beneficiorum incompatibilium, non obstante, quod contrarium seruet *Cancellar. fel. rec. Greg. XV. decis. 13. num. 7. incip. Gratiam Caroli.* in qua Rota affirmat, quod ita seruatur, & refert, & sequitur *decis. 3. de except. aliàs 326. in antiq. incip. Nota quod non admittitur.*

§. 32. ROTA in pluribus causis secuta est. *Abb. doctrinam in cap. cum pridem. in fin. de pact.* vbi dicit, quod quãdo quis renunciat beneficio, vt aliud assequatur, si illud, aliud non potest habere, non censetur à se abdicare ius, sed potest vti iure suo pristino. vt per *Accorambon. decis. 37. in manuscript. lib. 1. Resignauerat.*

Vide, quæ diximus *inf. Part. 3. circa Doctores. ad Abb. in d. cap. cum pridem.*

Beneplacitum Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum, quando est reseruatum cum clausula (non alias) debet interuenire, etiamsi non sit necessarium, sed secus si non adest dicta clausula.*

2 *Beneplacitum Apostolicum supplet defectum solemnitatis, & non causæ.*

§. 1. in ROTA fuit sæpius dictum, quod *Beneplacitum* Apostolicum, quando est reseruatum, cum clausula (non alias &c.) debet interuenire, etiamsi alioquin non esset necessarium. *Rot. coram* Cardin.*Tamphil.Sen. in causa* Comeñ. *Locationis* 10. *Maij* 1600. quam decis. refert, & sequitur *Rot. coram fel. rec. Greg.XV. decis.*192. *num.*1.*incip.Proposui dubium.* Vbi etiam dicitur, quod sic sæpius dictum fuit in alijs causis. Vide *ibi Beltramin.in litera* A. *num.*3. qui non nonnullas decisiones refert. Sed quando non adest prædicta clausula, tunc si non est de iure necessarium Beneplacitum Apostolicum, potest omitti. ita dixit R*ota coram Cardin. Seraph. decis.*1027. *nu.*7. *incip. Fuit dubitatum, an alienatio. & decis.*519. *num.*3. *par.*1. *diuers. incip. Fuit resolutum, quod Dominus.* Et quod ita sæpius fuit decisum in Rota testatur *Beltramin. in supradict. loco in fin.*

§. 2. ROTA sequitur *consil. Abb.* 41. *lib.*2. *incip. In causa, quæ vertitur.* In quo dicit, quod *Beneplacitum Apostolicum* supplet defectũ solemnitatis, & non causæ. *Rot. coram* R. P. D. *Coccino Decan. decis.*391. *nu.*2. *incip. Fratres de Vigerijs.* Vbi dicitur quod Rota sequitur dictum consil.

☞ Vide quæ diximus *sup.Part.I. ad Card.Seraph. decis.*508. *num.*2. *fol.*70. *col.*1. *in med.*

Bona.

SVMMARIVM.

1 *Bona in dubio præsumuntur allodialia, etiamsi sint intra fines feudi.*

§. 1. in ROTA receptissimum est, quod *Bona* in dubio potius præsumantur allodialia, quam feudalia. *Comitul. in vna Calaguritana Liquidationis Oblationum. Lunæ* 25. *Iunij* 1590. *est decis.*109. *in eius lib. in manuscript. incip. Vigesima quinta.* §. *Cum in dubio.* vbi testatur de tali receptissima opinione in Rota. Idem etiam dictum *in causa Asteñ. Feudi de Solario. Vener.*27. *Aprilis* 1584. *coram Bubal. est decis.*223. *in eius lib. in manuscript. incip. Illustrissimus q. Dominus.* vbi dicitur quod bona præsumantur allodialia, etiamsi sint constituta intra fines feudi. Et nec obstat illa opinio, quod ex verbis prægnantibus inuestituræ, & ex possessione præsumantur bona esse allodialia: quia procedere posset, vbi in inuestitura exprimerentur bona in particulari cum suis finibus, secus si generice exprimantur, quia illa expressio generalis non fundat intentionem, nisi melius probetur, quod bona in particulari sint comprehensa, vt benè in his terminis deducit *Brun.conf.*1. *nu.*2. *&* 3. quem sequuntur *Natt.conf.*114. *nu.*29. *incip. Non est dubium, & cons.*120. *num.* 1. *incip. Magnificè Domine. Aym.cons.*54. *sub num.*9. *Quæritur primo. & consil.*253. *Responsiones. Boss. in pract. criminal. tot. tit. de* Principe. *n.*253. *circa fin.* Roland. *cons.*82. *num.*10. Vbi de communi. *& num.*14. *& seqq. lib.*2. *Multiplici ex capite, & cons.*98. *num.*16. *&* 25. *libr.*3. *Viso, & perlecto.* vbi asserit contra Albam. extare communem *Doctorum Scholam.* & de communi testatur *Decius cons.*33. *num.*13. *lib.*1. vbi inijt, quod ab ea nemo discrepat quando adsunt intra fines alia bona ad particulares spectantia. Et hoc maximè dicẽdum erit, stantibus illis verbis, ad ipsius partes spectañ. vt ponderat *Aym. dicto cons.*54. *num.*9. *in fin. & cons.*293. *nu.*4. *in fin.& nu.*5. Roland. *d. cons.*82. *num.*18. *lib.*2. *& in causa* R*omana Census. Veneris* 23. *Iunij* 1586. *coràm Orano. est decis.* 169. *in eius lib. in manuscript. incip. Domini firmarunt regulam.* in qua habetur, quod hoc procedit etiamsi bona sint sita intra fines feudi, & inuestitura sit generalis cum pratis, terris, & reprobatur opinio contrarium tenentium. *Idem habetur in vna Asteñ bonorum. Vener.* 17.*Februarij* 1595. *coram eod. Oran. est decis.*269. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. In vna Asteñ.*

☞ Vide alias concordantes decisiones *sup. ad Primam Partem ad decis. Bubal. in dicta causa Asteñ Feudi. inter singularia diuersorum. fol.*418. *col.*2. *in med.*

Breue Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ non mãdatur executioni, nisi præcedente iustificatione.*

2 *Breuia, quando non fundantur super reseruatione, cessat eorum executio.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Breue* de capienda possessione nomine Cameræ executioni non mandetur nisi de sufficienti illius iustificatione doceatur. *Gyps. in vna Burgeñ Præstimonij Lunæ* 24. *Octobris* 1588. *est decis.*50. *in eius lib.*1. *in manuscript. incip. Licet regulariter.* Vbi testatur de tali stylo Palatij.

§. 2. in ROTA sæpe fuit decisum, quod *Breuia*, quando non fundantur super reseruatione, cessat eorum executio. ita dixit Rota *in vna Pampiloneñ. Parochialis de Azagra. Mercurij* 27. *Iunij* 1601. *coram Cordub. sub titul. de rescript. est decis.* 270. *in eius lib. in manuscript. incip. Sæpe fuit resolutum. in princip.* vbi Rota refert, & sequitur *decis. diuersorum* 145. *in manuscript. incip. Die* 14. *Nouembris, & decis.*238. *incip. Coram Domino* R*ubeo. Idem dictũ fuit in causa Gerundeñ. Beneficij. Mercur.* 31. *Maij* 1600. *coram eod. Cordub. sub tit. de conceß. præbend. est decis.* 242. *in eius lib. in manuscript. incip. Fuit prouisus Iacobus.*

☞ Plura circa Breuia Apostolica, Vide in *nostris Obser. ex* Rota R*omana in verb. Breue Apostolicũ.*

Caducitas.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas, quæ non fuit declarata in vita defuncti, non potest declarari post eius mortem contra successorem.*

§. 1. RO-

§. 1. ROTA tenet illam opinionem, quod si *Caducitas* non sit declarata in vita defuncti, non possit post eius mortem declarari contra successorem. *Rot. coram fel. record. Gregor. XV. decis. 529. nu. 17. incip. Fuit in Rota Martiniana.* Vbi *Beltramin. in Annot. in litera E.* testatur, quod Rota tenet hanc opinionē. & allegat *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. num. 34. & decis. Cassador. 2. de locat. & conduct. incip. Apertissimi Iuris.*

Nonnullos casus in quibus cessat ista cōclusio, vide *in d. decis. Gregor. post. d. num. 17. & etiam ibi in Annot.*

Cambia.

SVMMARIVM.

1 *Cambia currunt etiam contra decoctum.*

§. 1. in 1 ROTA numquam fuit decisum, quod *Cambia* non currant contra decoctum. *Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 1434. in fin. incip. Quæsitum fuit an D. Ioannes.*

Vbi debet corrigi summarium, quod contrarium summat.

Capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum constituunt soli Canonici, & non Portionarij, & quando secus.*

2 *Capitulum non potest statuere in respicientibus statum Ecclesiæ sine interuentu Episcopi.*

§. 1.
1 ROTA sæpius approbauit, etiam de iure communi, quod † *Capitulum* constituunt soli Canonici, & non Portionarij, *iuxta doctrinam Compostell. in cap. 1. nu. 4. vers. numquid Portionarij. de elect.* Vbi dicit Romanam Curiam ita seruare, & hanc opinionem Doct. communiter sequuntur. *Et Rota vt in decis. Verall. 84. part. 1. cum alijs adductis in Abulen. Iurisdictionis. 6. Februarij, & 17. Aprilis 1589. coram Card. Pamphilio. & in Gerunden. iuris interessendi in Capitulo 11. Decembris 1609. coram Decano Coccino. Et in Hispalen. Præminentiarum. 4. Iunij 1612. coram Eminentiss. Pamphilio. Et in Calciaten. Cuniudicum 25. Februarij 1611. coram Ortembergo. Et in eadem coram Andrea Luna 1. Iunij 1615. num. 2. Est in Recent. decis. 708. parte 2.* In qua præsens conclusio annotatur.

AMPLIATVR, *vt ibid. num. 6.* quod ad effectum essendi de Capitulo non sufficit, † quod Portionarij in quibusdam, vel in omnibus actibus haberint votum in Capitulo *iuxta doctrinā Gemin. in cap. fin. de præbend. in 6.* Et quod ita declarauit S. Congregatio Concil. Interpretum *in d. causa Abulen. Iurisdictionis*, & sequuta est Rota *in d. Abulen. coram Cardin. Pamphilio.*

LIMITATVR communiter *d. conclusio*, vt ha-
3 betur *in d. decis. Calciaten. num. 6.* † Vt non procedat vbi statuto, vel consuetudine aliter cauetur, scilicet, Portionarios esse de Capitulo. vt tradit *Compostell. vbi sup. vers. & hoc est verum.* Et quod auctoritatibus *Doct. & Rota* resolutionibus fuit firmatū *in d. decis. Calciaten. corā Ortembergo. Et in Calaguritana fructuum 1. Iunij 1583. coram Bubalo, est decis. 178. in eius lib. in manuscript.* Et in *Corduben. Iurisdictionis 17. Iunij 1596. coram Orano.*

4 Prout etiam dicitur, quod licet † Decanus, & aliæ Dignitates non sint de Capitulo. Tamen secus vbi statutum, vel consuetudo Ecclesiæ disponit, quod censeantur esse de Capitulo. *Abb. in cap. cum inter vniuersas. not. 1. in cap. auditis. num. 3. notab. 3. de elect.* Et quod fuit dictum *in Calaguritana iuris votandi 27. Februarij 1595. coram Orano. & in alia Calaguritana Iurisdictionis 8. Decembris 1599. coram Iusto.*

§. 2. ROTA tenet quod *Capitulum* non possit aliquid statuere in respicientibus statum Ecclesiæ absque interuentu, & auctoritate Episcopi. *iuxta gloss. communiter receptam. in verb. statutum. in cap. 2. de verb. signif. in 6. Innoc. in cap. cum omnes. num. 1. vbi Abb. num. 4. Ant. de Butr. nu. 45. Felin. num. 9. Bero. nu. 36. & 46. de constit. Abb. in cap. cum consuetudinis. nu. 4. de consuetud. Cald. cons. 2. num. 1. de constitut. incip. An Capitulum Ecclesiæ. Oldrad. cons. 131. incip. Quidam habens. Ferret. cons. 186. de commun. Capi. concl. 1. Rot. in vna Hispalen. Cantoriæ de Ossura. Ven. 3. Decembris 1599. coram Litta. nu. 1. est decis. 21. in Recent. part. 2. incip. Vacauit in Ecclesia.* vbi allegatur *decis. in Illerden. statuti 3. Decembr. 1593. coram Cordub. incip. Die Veneris. & in ead. Mercur. 19. Martij 1597. coram eod. incip. Dubitaui super. sunt decis. 5. & 110. in eius lib. in manuscript.*

Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales quando comprehendantur sub dispositione generali.*

§. 1.
1 ROTA non indistinctè admittit illam conclusionem, † quod Cardinales nō veniant sub generali dispositione, cum habeat plures declarationes & limitationes, vt dixit *Rota coram Remboldo in Firmana Pensionis. Ven. 26. Februarij 1625. incip. Inter alias pensiones. post princip. in §. Nec obstat quod in dictis facultatibus. Et in eadem corām eadem sub die Ven. 23. Ianuar. 1626. incip. Domini steterunt in decisis. in princ. §. Multi etiam dantur casus.* Quæ duæ decisiones vnà cū alijs duabus in eadem causa *coram R.P.D. Durano impressa circumferuntur.*

In quibus dicitur hoc apparere ex infinitis propemodum decisionibus, quæ possent adduci, quarum plures refert *Sarn. in proemio Regul. Cancell. quæst. 4.* vbi *num. 7.* refert ita fuisse iudicatum *in*
2 *vna Valentina Archidiaconatus corā ipso,* † quod sub indulto concesso Archiepiscopo Valentino, comprehendebantur personæ Cardinalium habentium beneficium in Diocæsi Leodien. eiusque sententiam fuisse per alias duas confirmatam.

Et ita etiam refert *num. 8.* fuisse conclusum in Caurien. Canonicatus, & præbendæ, in qua fuerat
3 dictum, † in priuilegio concesso Clero Hispaniæ per Leonem X. de reuocandis regressibus sine consensu concessis, comprehendi etiam Cardinales habentes similes regressus, etiam quod illos habuissent ex causa onerosa.

4 Cardinales † comprehendi in generali dispositione etiam odiosa post *Archid. Io: And. & alios in cap. si nemo deinceps. de elect. in 6. tenuit Rota coram Mohed. decis. 23. de renunc. incip. Cum magna deliberatione, & studio, & insuper disputatione*. Vbi in specie fuit dictum quod Cardinales subiacent Regulæ de Publicandis Resignationibus. *Et in fin.* habetur quod Rota non sequitur *consil. Anchar. dicentis contrarium cons. 297. nec consil. Roman. 498. neq; d. dictr. Felin. in cap. cum in iure. sub num. 6. de offic. delegat.*

Et quod *Io: Monach.* qui fuit auctor contrariæ opinionis *in cap. 1. de Scismatic. in 6. num. 1.* ipsemet se retractauit *in extrauag. 1. sup. gloss. in verb. Clericus. de sentent. excommunic. in communibus.*

5 † Vbi dicit non esse sibi credendum de opinione, quam tenuit *in d. cap. 1.* quia cum esset Cardinalis fuit deceptus propria passione. Et quod eamdem sententiam sequitur *Felin. in cap. ad aures. sub num. 11. de rescript. Gemin. in d. cap. 1. de Scismatic.* & post alios per eū relatos *Gambar. de offic. legat. lib. 4. num. 145.*

6 † Vbi quod ista est veritas, nisi quando daretur casus specialitatis in Cardinalibus. *Ruin. cons. 4. num. 19. lib. 5.* Vbi quod rationes *Anchar.* non sunt efficaces, & quod ista est verior opinio. *Ferrett. cons. 314. num. 11.*

7 † Vbi quod de iure, & secundum practicatam opinionem Cardinales comprehenduntur sub generalibus derogationibus.

Alios etiam addit Rota *in d. Firmana pensionis coram Durano Luna 8. Martij 1627. incip. Fuit post sæpius. paulò post princip. in §. Ex quibus succedit.*

8 Et in specie, † quod in facultate transferendi pensiones, quas soluunt Cardinales comprehendantur ipsi Cardinales fusè fuit resolutum in dicta Firmana in quatuor decisionibus duabus corā Remboldo, & duabus coram Durano præsertim vigore facultatum concessarum à Sixto V. Cardinali Montalto eius pronepoti, pro transferendis pensionibus, etiam quod præesse super fructibus Mensæ Archiepiscopalis Firmanæ solueretur à Cardinali B ndino reseruatario fructuum d. mensæ Archiepiscopalis. In quibus decisionibus fusè præsens conclusio demonstratur.

9 Idem etiam fuisse † resolutum in eisdem terminis minus fauorabilibus respectu translatariorum contra Cardinalem S. Cæciliæ *in vna Capuana Pensionis coram Sanctiss. Ludouisio*, in qua non fuit extensa decisio, quia Cardinalis audita sententia Rotæ acquieuit, & soluit, dicitur *in dicta Firmana Pensionis coram Durano. sub die 8. Martij 1627. in fin.*

10 Cardinales † nō comprehenduntur in dispositione *extrauag. iniunctæ. 2. de elect. neq;* Regul. 2. Cancellar. vt notauimus *Parte I. ad Accoramb. decis. 7. incip. Valdè fuit dubitatū par. 1. nu. 2. & 3.*

11 Cardinales comprehenduntur † sub Regula reuocatoria facultatum percipiendi pretium officiorum Rom. Cur. pro tempore vacantium in toto, vel in parte, &c. vt fuit dictum *coram Cotta in Romana Officij Camerariatus Luna 9. Maij 1569. incip. An concessio. Est decis. 261. in eius lib. in manuscript.*

Vbi Rota ita resoluit pro Illustrissimo Cardinali Alexandrino, contra hæredes, & creditores Cardin. Vitellij Camerarij, qui soluto pretio septuaginta millium scutorum auri in auro obtinuerat à Pio Quarto superuiuentiam per octo annos, superueniente postea d. Regula reuocatoria facultatum percipiendi pretia officiorum facta à fel. rec. Pio Quinto, Rota resoluit sub d. reuocatione comprehēdi etiam Cardinales, cum nondū essent transacti dicti octo anni. Quia Regula in eo quod disponebat comprehendebat Cardinales propter vniuersalitatem verborum, & geminationem, ac expressionem plurium casuum requirentium specialem expressionem. Et quia si Regula poterat dici odiosa, quod plures tenebant, quod non posset considerari odium irrationale, in eo quod disponit. Et quod aliqui tenebant, quod licet esset odiosa, & exorbitans comprehenderentur tamen Cardinales ex rationibus suprascriptis, quæ fuerant in anteriori decisione in eadē causa addictæ, & non fuerat capta resolutio sub *die Veneris 29. Aprilis eiusdem anni 1569. incip. Præsupposita Regula. est in d. eius lib. Cottæ decis. 259. in manuscrip.*

12 Vbi potissima ratio fuerat considerata, † quia Regula vtebatur verbis vniuersalibus, videlicet, quarumcumque personarum, &c. sub quibus verbis generalibus comprehenduntur Cardinales tamquam sub Constitutione generali, *iuxta consil. Gemin. 65. incip. Discutiam quodlibet dubium. nu. 19. 20. & 21.* quod *consil.* dicit Rota non fuisse allegatum. Et quod colligitur ex dictis *per Sarn. in d. proœm. Regul. Cancell. quæst. 4. sub nu. 2. in fin.* Additur vlterius, quod licet nō deessent, qui huic rationi non acquiescerent: quia Regulæ Cancellariæ sunt omnes saltim præter ius commune, & pro maiori parte exorbitantes, & quantumlibet

13 generales non comprehendunt † Cardinales secundum communem opinionem, vt per *Gig. de pension. quæst. 9. nu. 7. & 8. & in quæst. 59. nu. 13. & 14. & in fin.* Vbi dicit hanc esse communem opinionem.

Et quod fuit responsum per tenētes opinionem contrariā, quod Reg. Cancell. etiam exorbitantes,

14 si sunt generalibus verbis conceptæ † ligant Cardinales, vt per *Felin. in cap. ad aures. num. 12.* vbi dicit ita sæpe iudicatum in Rota, & rationes, quæ

15 allegantur pro tenentibus, † quod Cardinales non ligentur, non sunt concludentes, sed tantum persuasiuæ. vt dicit *Ruin. in cons. 4. Proponitur. col. pennlt. num. 19. col. 5.*

16 Quod etiam † Cardinales ligentur statutis Vrbis. *vt de cap. 83. lib. 1. dicitur in Romana executionis mandati seu adimplementi Vener. 25. Iunij 1593. coram Card. Mantic. incip. Illustriss. D. Alexander. est inter eius imoress. decis. 238.* vbi de apoca manu Cardinalis subscripta, quod habeat vim publici instrumenti, & quod habeat executionem paratam.

17 In tantum † quod si obligatio esset contracta antequam quis esset Cardinalis, per superuenientem dignitatem talis obligatio non dissoluitur. vt per eumdem *Cardin. Manticam decis. 230. incip. Extra Rotam. nu. 4.* & sequitur Rota post *Ferrett. consil. 314. num. 11. & seq. in d. Firmana pensionis coram Remboldo. Vener. 26. Februarij 1625. post princip. in §. neque ex mutatione personæ.*

Cau-

Causa.

SVMMARIVM.

1 *in Causit difficilibut, qui sit Rota stylus.*

2 *in Causis, in quibus materia non caret probabili difficultate, Rota solet ordinare, quod causa concordetur.*

3 *in Causis, quæ proponuntur in abstracto, Rota non solet proponere dubia, vel decidere.*

4 *Causa, quod non sit deserta, solet semper in dubio Rota inclinare.*

5 *in Causa non concluditur, nisi in actu ferendæ sententiæ.*

6 *Causa, vt cognoscatur an sit super titulo, & sic an sit beneficialis, vel prophana, solitum est metiri ius ex parte actoris.*

7 *Causa possessoria rei spiritualis, vel quasi per Iudices seculares non possunt cognosci, nec decidi.*

8 *Causa omnis dicitur prophana, excepta ea, quæ est super titulo, ad effectum remissoriæ.*

9 *Causæ cognitio non transfertur in exequutores.*

§. 1. ROTA de stylo seruat in *Causis* difficilibus, & quæ pluries propositæ ob discrepantia Dominorum suffragia non potuerũt resolui, quod iniungit Ponenti, vt faciat discursum super dictis causis, vbi recensentur vtriusque partis rationes, & potiora fundamẽta, vt iterum causa proposita, Domini possint de iure dicendo, & vnicuique incorruptè tribuendo, deliberare, ita testatur de hoc stylo *bon. mem. Compater meus Decanus. Pegna in quodam discursu causæ in Bononien. Legati 11. Maij 1612. qui inter eius decisionis habetur. n. 326. lib. 5. in eius manuscript.* super quo ipso vita functo, eique subrogato *R. P. D. meo Pamphilio,* emanauit *decis. 450. p. 1. in* Recent. *repetita decis. 428. par. 2. in d. Recent.*

§. 2. ROTA solet ordinare, quod *Causa* concordetur, quando materia non caret probabili difficultate contra vtramque partem. *vt in Anconitana Vinea 1. Iul. 1583. coram* Card. *Seraph. & in Narnien. Legati* Ven. 18. April. 1572. Quantum ad primam. *num. 3. coràm eodem.*

Et quod consueuerit cogere partes ad concordiam quando hinc inde fuit diuersæ opiniones dicitur *in* Conchen. *fructuum* Vener. 29. Maij 1562. *coram Gropperio.*

§. 3. ROTA non solet in *Causit*, quæ proponuntur in abstracto dubia proponere, vel decidere. R*ot. in causa Spoletana Bonorum Ven. 20. Decembris 1591. corã Decano. Pegn. est 196. in eius lib. 1. in manuscript. incip. In hac causa.* vbi de hoc testatur. Idem fuit dictum *in vna Recanaten. Hæreditatis Mercur. 27. Ianuarij 1610. coram eodem. est decis. 142. in eius lib. 6. pariter in manuscrip. incip. Cum die 28. Aprilis.* vbi dicit, quod Rota non cõsueuit dubia disputare in abstracto more Metaphisico, sed solum in concreto, secundum circumstantias factorum, & causarum, quæ proponuntur.

§. 4. ROTA in dubio semper inclinat pro non desertione *Causæ Cassad. decis. 4. De more. de appell. in fin. Accorambon. decis. 29. Pendente lite. p. 2. Cordub. in Mediolanen. simulationis contractus 12. Iunij 1596. est decis. 69. in eius lib. in manuscript. incip. Quia D. Io. Baptista. in fin.*

§. 5. ROTÆ stylus est, quod in *Causa* non concludatur, nisi in actu ferendæ sententiæ. *Rot. in vna Syracusana quartæ. Vener. 20. Iunij 1586. coram Card. Plat. est decis. 6. in eius lib. in manuscr. incip. Propositu dubium,* vbi de stylo tali Rota testatur.

§. 6. in ROTA tritum est, quod ad iudicandum, an *Causa* sit super titulo, & sic an sit beneficialis, vel prophana, dimetiatur ius ex parte actoris. *Cardin. Seraphin. decis. 990. num. 4. incip. Fuit resolutum reuocandum. vbi attestatur.* quod hoc sit tritum in Rota. Idem dicitur *in vna Aprutina Beneficij 21. Mar. 1611. coram* Card. *Marquemontio. num. 1. & seq. est decis. 306. in* Recent. *par. 1. incip. Non dubitarunt Domini. & coram* Coccino *Decano 452. num. 7. incip. Fuit resolutum Ecclesiæ.* vbi dicitur, quod pluries in Rota fuit canonizatum *cõs. Guid. Pap. 629. incip. Supra quæstione. vers. Alia verò ratio.* qui tenet hanc opinionem.

§. 7. ROTA, & Romana Curia Canonistarum sententiã velut periculosam semper respuerunt, quod *Causa* possessoriæ rei spiritualis, vel quasi spiritualis per Iudiees seculares cognosci, & decidi possint, cum Rota sæpe iudicauerit causas possessorias beneficiorum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum ad forum Ecclesiasticum saltem ratione personarum pertinere. Rot. *in vna Oscen. Canonicatus* Vener. 1. *Decemb.* 1595. *coram Decano. Pegn. est decis. 60. in eius lib. 3, in manuscript. incip.* Capitulum *Ecclesiæ. vers. Sed respondebatur.* (quam *decis.* si impressam desideras habes *sup. ad I. Part.* cum non nullis alijs in ista materia. circa *decis. eiusdem Pegn. in fin. fol. 498. col. 2. in med.*) *in qua decis. affirmatur,* quod Romana Curia, & Rota semper respuit dictam sententiam: & sæpè iudicauerit contrarium, *vt coram Put. decis. 361. incip. Fuit dubitatum. lib. 1. & coram* Comitulo *in vna Oueten. Sacristiæ, siue sit discursus,* qui absq; die, & anno prostat. & est inter suas *decis.* ordine 14. *incip. In vna Oueten. Sacristia.*

Vide, quæ notauimus *sup. ad I. Part. in eadem decis. Put. 361. fol. 540. col. 2. in med.*

§. 8. ROTA reputat omnes *Causas* prophanas ad effectum remissoriæ etiamsi causæ sint spirituales, exceptijs beneficialibus, quæ super titulo beneficij commissæ sunt. Rota *in vna Oueten. Abbatissatus Lunæ 7. Nouemb.* 1552. *coram Episcopo Montisflasconen.* Caputaquen. *decis. 99. num. 1. part. 1. incip. Causæ omnes.* Card. Caualer. *decis. 258. n. 2. incip. Resolutum fuit dandam.* vbi affirmatur, de tali obseruantia Rotæ. Idem etiã testatur *Beltram. in addit. ad decis. Greg. XV. decis. 174. incip. Fuit conclusum pro remissoria. in litera* A. *vers. generaliter omnes causæ.* vbi latè firmat prædictam Rote obseruantiam.

§. 9. ROTA numquam solet transferre cognitionem *Causæ* in exequutores. *Rota coram Card. Seraphin. decis. 656. num. 1. incip. Domini dixerunt ex hactenus.*

Cautio.

SVMMARIVM.

1 *Cautiones vel assecurationes lite pendente non admittuntur.*

2 *Cautio de repræsentando aliquem non expirat lata sententia, & durat in causa appellationis.*

§. 1. in

§. 1. in ROTA pluries fuit decisum, quod *Cautiones*, vel assecurationes lite pendente non admittantur. *Rot. in vna Romana participationis affictus Luna* 22. *April.* 1613. *coram Pirouano. est decis.* 478. *in Recent. part.* 2. *incip. Domini venerunt in illam sententiam.* vbi dicitur Rotam sic pluries decidisse. Idem dictũ fuit *coram Decan. Pegn. in vna Veneta pecuniaria Ven.* 17. *Iunij* 1605. *est decis.* 357. *in eius lib.* 5. *in manuscript. incip. Cum per plures decisiones*, in qua affirmat, quod Rota non consueuit cogere eum, qui pro exequutione instat ad præstandam cautionem, nisi quando non est soluendo, vel dilapidat bona. & referendo sequitur *Rot. decis.* 435. *alias* 6. *incip. Fuit dubitatum de restit. in integr. in nou. vers. propterea præstatio dictæ cautionis. & Vestr. lib.* 8. *introduct. cap.* 3. *num.* 15. *ibi, immò non consueuit Palatium.*

☞ Vide alias decisiones concordantes in hac materia *Par.* 1. *ad d. decis. Pegn. fol.* 493. *col.* 2. *in fin.*

§. 2. ROTA non tenet illam opinionẽ, quod *Cautio* de repræsentando expiret lata sententia, nec duret in causa appellationis, sed contrariam *Bald. in l. Greca.* §. *& post. ff. de fideius. Rot. in vna Romana Computorum Mercurij* 6. *Nouembr.* 1596. *corã Decano. Pegn. est decis.* 129. *in eius lib.* 3. *in manuscript. incip. Monitus fuit. vers. Cum vero.* vbi testatur, quod Rota tenet opinionem contrariam, quod etiam dictum fuit *coram Aegid. decis.* 353. *incip. Cautiones præstitæ.* & fuit decisum *in vna Romana fideiussionis die* 24. *Ianuarij* 1594. *coram Card. Arigonio.*

Quod tamen intellige, quando in cautione non fuit expressum nomen Auditoris, quia alias secus, vt dicitur *in alleg. decis.* 353. *Aegid.*

Cedula Bancharia.

SVMMARIVM.

1 *Cedula bancharia habet vim solutionis.*

§. 1. in ROTA pluries fuit dictum, quod *Cedula* bancharia habet vim solutionis. *Rot. in causa Romana census Luna* 18. *Martij* 1602. *coram bon. mem. Iusto. quæ est decis.* 132. *inter impressi penes Cenc. in tract. de Censib. incip. Domini steterunt, in decisis. nu.* 1. vbi testatur, sic sæpius fuisse dictum in Rota.

☞ Vide quæ diximus *sup. Part. I. ad Card. Lancell. Sen. in causa Bononien. Pecuniaria* 13. *Ianuar.* 1591. *fol.* 345. *col.* 1. *in med.* Vbi habes, quæ requirantur, ad hoc, vt habeat, vim solutionis.

Censuræ.

SVMMARIVM.

1 *Censurarum declaratio non conceditur, quãdo præsumitur, quod sint contemnendæ.*

2 *Censurarum nullitatis negotium est prius cognoscẽdum, & postea datur dubium super principali negocio.*

3 *Censuras de nullitate arguẽs, tenetur ipsa acta producere.*

4 *à Censuris in partibus absoluitur ad cautelã, quando causa appellationis, & nullitatum est commissa.*

5 *à Censuris latis in partibus, etiam sine causa cognitione absoluitur.*

§. 1. ROTA consueta est tunc denegare declarationem *Censurarum* quando præsumitur, quod sint contemnendæ, vt solet contingere in quibusdam terris Sedi Apostolicæ non admodum benè affectis, ne Sedis Apostolicæ vilescat Auctoritas, & illi contra quos proceditur deteriores, & obstinatiores reddantur *Rot. coram Decan. Pegn. in causa Monasterien. Iuris Pascendi. Merc.* 5. *Iulij* 1589. *est decis.* 45. *in eius lib.* 1. *in manuscr. incip. Super iure pascendi.* vbi attestatur de prædicta Rotæ consuetudine.

☞ Idem notauimus *inf. in hac Par. in verb. Declaratorias.* §. 3. Rota non consueuit concedere.

§. 2. ROTÆ stylus est, quod negocium nullitatis *Censurarum* sit prius cognoscendum, & postea detur dubium super principali negocio. *Rot. in vna Giennen. portionis Merc.* 17. *Maij* 1559. *coram Decan. Oradin. est decis.* 252. *in eius lib.* 1. *incip. Super memorialibus.* vbi testatur de tali stylo Rotæ.

§. 3. ROTA in materia *Censurarum* requirit, quod acta producantur à prætendente censurarum nullitatem, non autem à producente sententiam, licet secus in alijs materijs. *Put. decis.* 65. *lib.* 1. *Rota in Salamãtina censurarũ* 11. *Decẽb.* 1595. *corã Seraph.*

§. 4. ROTA semper solet absoluere à *Censuris* in partibus, quando est commissa causa appellationis, & nullitatũ in Rota ad cautelã. *Put. decis.* 41. *num.* 1. *lib.* 2. *incip. Fuit dictum in vna.* vbi allegatur *decis. corã eod. in vna Terraconen.* 12. *Nouemb.* 1540. *Ita etiã testatur Ant. August. in suis repert. impress. in tit. de absolut. num.* 2.

☞ Idem habes *sup. in verb. Absolutio à censuris.* §. 1. & 2.

§. 5. ROTA solet absoluere à *Censuris* latis in partibus, etiam sine causæ cognitione. *Rot. in Placentina fructuum Vener.* 13. *Iunij* 1608. *coram Dec an. Pegn. est decis.* 36. *in eius lib.* 6. *in manuscr. incip. In hac causa.* vbi testatur de tali Rotæ obseruãtia. vt videre est *corãm Puteo decis.* 41. *lib.* 2. *incipit, Fuit dictum. & corãm Cæsar. de Grass. decis.* 1. *incip. Resoluerunt. de sent. excommunic. & Rota decis.* 8. *incip. Si quis. num.* 2. *de sent. excom. in nou.*

☞ Idem habes *sup. in verb. Absolutio à censuris.* §. 1. *Rota ex inueterato stylo. & etiam* §. 2. *Rota semper solet.*

Census.

SVMMARIVM.

1 *Census absque instrumento probatur ex diuturna illius solutione.*

2 *Census extinctio, requirit actum retrosimilem scilicet actualem numerationem pecuniæ.*

3 *in Census venditione numeratio pecuniæ, est necessarium requisitum.*

4 *Census censetur impositus super ea parte rei, quæ libera est, dummodo sit capax.*

5 *Census super re emphyteutica validè imponitur, si non sit expressè prohibita hypotecatio.*

6 *Census impositus super bonis perpetuo fideicommisso subiectis, non valet.*

7 *in Censu nõ est locus recuperationi sortis principalis, si est impositus super re fideicõmisso subiecta, si sit libera tãta pars, quæ superet valorẽ census.*

8 *Census si nullus declaretur, obligatio etiam Cameralis, cuius vigore agitur, vulneratur.*

§. 1. RO-

§. 1. ROTA sequitur illam opinionem, quod *Census* probatur ex diuturna solutione absq; instrumento, ita dictum fuit in Rota *coram bo. me. Buratt. in causa Foroliuiensis Census* 14. *Iun.* 1613. *quæ est decis.* 96. *inter impress. penès Cenc. in tractat. de Censib. incip.* Cum *Paulus, & Iacobus. num.* 26.

§. 2. ROTA sæpius in multis causis dixit, quod census extinctio requirat actum retrosimilem, videlicet, actualem numerationem pecuniæ. *fel. record. Gregor. XV. decis.* 156. *nu.* 3. *incip. Domini vnanimiter censuerunt.* vbi Rota testatur, quod sæpius in alijs causis fuit dictum, & signanter *in vna Romana census apothecarum* 28. *Iunij* 1574 *coram Card. Lancell. & in alia Romana cēsus* 3. *Iul.* 1589. *coram Bubalo. Idem dictum in causa Romana census* 20. *Febr.* 1612. *coram* Card. *Pamphil. Iunior.*

Pro hac conclusione multas cumulat *decisiones Cencius de Censibus* Par. 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 1. *n.* 14.

§. 3. ROTA semper pro vera præsupponit illam opinionem, quod numeratio pecuniæ est necessarium requisitum in venditione *census*, ita dictum fuit in Rota *in causa Romana* Prætij Palatij *Luna* 15. *Ianuar.* 1607. *coràm bona mem. Iusto. quæ est decis.* 80. *inter impress. penès Cēc. in tract. de Cēsib. incip. Fuit controuersia extra Rota. num.* 5. Et allegatur *decis. in causa Bononien. Census* 24. *Aprilis* 1600. *coràm* Cardin. *Pamphil. Sem. & decis. in causa Romana* Census 11. *Decemb.* 1602. *coram Cardinali Sacrato.*

§. 4. ROTA sæpius tenuit, quod *Census* censetur impositus, super ea parte rei, quæ libera est, dummodo sit capax. *Rot. coràm fel. record. Greg. XV. decis.* 256. *num.* 1. *incip. Domini respectu censuum.* vbi testatur, quod sic Rota sæpius tenuit, & præsertim *in vna Perusina Fideicōmissi* 26. *Febr.* 1586. *coràm Orano, & in vna Romana Census de Palutijs* 20. *Decemb.* 1606. *coràm Card. Sacrato.* in qua allegatur *alia Romana Cēsus de Cincijs coram Decano.* qui de eo tempore erat *bon. mem. Franciscus Pegna.*

§. 5. in ROTA pluries fuit decisum, quod *Census* validè imponitur super bonis emphyteuticis, quãdo in illorum concessione non fuit expresse prohibita hypothecatio. *Rota in causa Beneuentana Census Luna* 26. *Maij* 1614. *coram* Card. *Pamphil. Iunior. quæ est decis.* 76. *inter impress. penès Cenc. in tractat. de Censib. incip. Domini censuerunt non probari.* vbi testatur, quod sic sæpè fuit resolutum in Rota. & allegatur *decis. in causa Romana Census* 17. *Maij* 1600. *coram bon. mem. Iusto.*

§. 6. ROTA pluries resoluit, quod quando bona, super quibus imponitur *Census*, sunt fideicommisso perpetuę prohibitioni alienationis subiecta, non valet contractus, & emptor potest rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad restituendum pretium. *Rot. decis.* 827. *num.* 1. *part.* 4. *diuers. incip. Imposuerat Dominus Comes.* vbi dicitur, quod sic sæpè fuit dictum in Rota.

Vide, quæ diximus *sup. Part.* 1. *ad Caputaquen. decis.* 17. *lib.* 1. *fol.* 264. *col.* 2. *in princ. & ad Card. Seraphin. decis.* 321. *fol.* 57. *col.* 2. *in fin.*

§. 7. in ROTA pluries fuit dictum, quod non sit locus recuperationi sortis principalis in contractu *Census*, licet sit impositus super aliqua re fideicōmisso subiecta, si tanta pars sit libera, quæ longè superet valorem census. *Rot. decis.* 342. *post princ. part.* 4. *diuers. incip. Domini dimissa discussione.* vbi dicitur, quod sic sæpius fuit resolutum, & præsertim *in illa Romana Census de Cincijs* 17. *Aprilis* 1600. *coram bon. mem. Pegn. Decan.*

Vide, quæ diximus *sup. Par.* 1. *ad Card. Seraph. in decis.* 787. *num.* 11. *fol.* 2. *col.* 2. *post med.*

§. 8. ROTA sæpius dixit, quod si census est declaratus nullus, ita per consequens remanet vulnerata ipsa obligatio Cameralis, cuius vigore agitur. *Rot. decis.* 55. *num.* 1. *part.* 4. *diuers. incip. Domini informantibus.* vbi testatur, quod sic in pluribus causis fuit resolutū in Rota. & præsertim *in causa Romana* Census 27. *Iunij* 1580. *coram* Cantucc. *& in Firmana Pensionis* 14. *Decemb.* 1592. *coram bon. mem.* Card. *Mellin.*

Citatio.

SVMMARIVM.

1 *Citatio saltem per proclama facienda est contra interesse putantes.*
2 *de Citatione vt constet, requiritur eam factam esse, per Notarium.*
3 *Citationis negatiua non probatur, nisi sit productus integer processus.*
4 *Citatio nulliter executa non sanatur, si compareat procurator generalis.*
5 *Citans aliquem tamquam procuratorem, videtur eum tamquam verum procuratorem approbare.*
6 *Citatio ad videndum iurare testes non requiritur in loco examinis, quando semel facta fuit in loco decretæ remissoriæ.*
7 *Citatio pro singulis diebus, & horis tamquam incerta non valet.*
8 *Citationis publicatio in valuis tempore diuinorum non valet, secus si addatur, quod multitudo intrabat, & exhibat.*
9 *Citatio ad videndum collationari, & corrigi est necessaria.*

§. 1. ROTA perpetuò obseruauit, vt saltem fiat *Citatio* per proclama contra interesse putantes. *Put. decis.* 91. *&* 236. *num.* 3. *lib.* 3. *Achill. decis.* 3. *de re iud.* & de perpetua Rotæ obseruantia dicitur *coram* Card. *Seraph. decis.* 1241. *num.* 1. *Cum in hoc iudicio.*

Et stante dicta citatione dicitur satisfactum illi, qui de tempore sententiæ habebat ius considerabile, vt non possit opponere, quod non fuit citatus, ad tradita per *Bart. in extrauag. Ad reprimendum. in vers. Edictum. Felin. in cap. fin. de maior. & obed. Curt. cons.* 23. *sub num.* 8. Et fuit dictum *coram* Comitulo *in Burgen. Maioricatus vlt. Ian.* 1590. *& coràm R. P. D. Coccino Decano decis.* 449. *num.* 3. *incip. De validitate prima.* vbi pariter habes, quod Rota seruat hanc opinionem.

§. 2. ROTA solet requirere, ad hoc, vt constet de *Citatione* opus sit, quod per Notarium sit facta. *Rota in vna Gebennen. prætensi matrimonij Luna* 30. *Octob.* 1570. *corā Decan. Oradin. est decis.* 468. *in eius lib.* 2. *in manuscript. incip. Quia huiusmodi causa. vers. secundò dubitaui, vbi de hoc testatur.*

§. 3. in ROTA pluries fuit resolutum, quod *Citationis* negatiua non probetur, nisi antea integer processus

mediante legitima cessione fieri possit in Rota, quamuis alibi fuerit commissa. *Greg. XV. fel. rec. decis. 486. num. 3. incip. Domini non dubitabant. vbi dicit, quod ita etiam seruatum fuit in vna Calaguritana de Ausero 2. Decembris 1605. coram* Coccino *Decano, & in vna Toletana de Pastrana 22. Ian.* 1608. *coram Pamphilio. & in vna Burgen Visitationis de Couarulias 23. Martij 1609. coram* Pirouano, *& in vna Tirasonen legati 19. Iunij 1610. coram Caualer. & sæpius in alijs.*

§. 9. ROTA in purgatione *Attentatorum*, & spolij quid seruet, Vide quæ notauimus à Part. I. *ad Seraph. decis. 655. quæ est in Hispalen beneficij. in vers.* Nota cum *ex Mohed. fol. 76. col. 1. Et in ead. Part. I. ad Achill. 249. fol. 141. col. 1. & 2.*

Et Part. 3. circa Doct. ad *Bald. in c. conquerẽte. nu. 1. vers. in textu ibi, integriet. de restit. spoliat.*

Beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Beneficialis quando dicatur causa, & quando prophana.*

2 *Beneficialis causa vbi de possessione agitur, an tractari possit coràm* Iudice *seculari.*

3 *Beneficium simplex præsumitur, nisi aliud ex Statuto,* Consuetudine, *vel* Priuilegio *caueatur.*

4 *Beneficium in dubio præsumitur esse simplex.*

5 *Beneficia manualia sine causa amoueri possũt, dummodo absit malitia, & causa odij.*

6 *Beneficiatus litigans cum Ecclesia tenetur concurrere ad expensas litis, quando lis respicit vtilitatem Ecclesiæ, secus si aliter.*

7 *Dignitatum collatio in Cathedrali est communis inter Episcopum, &* Capitulum.

8 *Beneficij collatio ab Episcopo facienda quando incipiat currere tempus conferendi.*

9 *Beneficium conferendi habens quasi possessionem, vt commodo illius priuetur, necessè est, vt de eius scientia, & patientia constet.*

10 *impetrans Beneficium certo modo, putà, per resignationem, cum clausula, vel alio, quocumque modo vacauerit, tunc vigore dictæ clausulæ venit omnis alius modus vacandi.*

11 *Beneficium impetrans per obitum non tenetur iustificare titulum sui prædecessoris, si in pacifica possessione decesserit per triẽnium secus si in lite.*

12 *Beneficium impetrans sub his verbis,* Quod vt asseris, vel vt asseritur, *quomodo oneret, vel releuet ab onere probandi narrata.*

13 *de Beneficij priuatione, quando agitur propter aliquod delictum, requiritur plena probatio, etiam si agatur ciuiliter.*

14 *Beneficij prouisionem licet Legati, & priuilegiati possint facere sine testibus, tamen* Rota *non solet eis stare in concursu prouisionis Apostolicæ.*

15 *Beneficij prouisio à* Papa *non facta mentione de derogatione gratiæ expectatiuæ valet, si præcedat acceptationem, sed habet tacitam conditionem, videlicet, si expectans infrà mensem non acceptauerit.*

16 *Beneficium quando dicatur vacare per obitum contra* Cancellariam.

17 *Beneficium ipso iure vacat per assecutionem secundi incompatibilis.*

18 *Beneficia, & pensiones, vt vacent per promotionem, quæ requirantur.*

19 *Beneficia vacantia per obitum* Prothonotariorum *à Legatis creatorum sunt reseruata.*

20 *Beneficium narrans vacare alternatiuè, sufficit vnum modum iustificare.*

21 *Beneficium resignans potest ante extensionem parui consensus, & parua data se pœnitere, & alteri resignare.*

22 *Beneficia, quando resignantur per permutationem, tunc sunt omnia seruanda contenta in Constitut.* Pij *V. super mod. publicand. resignationes.*

23 *Beneficij valor probatur leuioribus probationibus.*

24 *Valor Beneficij in gratijs expectatiuis licet antiquitus præsumeretur, tamen hodie debet articulari, & probari.*

25 *Beneficiorum valor probatur per decem annos, & & non quinque.*

26 *in Valoris iustificatione admittitur sexta pars vltra expressum in literis.*

27 *Beneficij excessum valoris opponens debet illum plene, & concludenter probare.*

28 *Beneficij vnio facta ad vitam à* Papa *vnà cum prouisione, non reddit beneficium affectum, & dissoluta vnione per cessum, vel decessum potest Ordinarius de eo disponere; secus in vnione de per se facta sine prouisione, quia beneficium fit affectum. Et discordat in hoc* Parcus *à* Rota.

29 *Vnio beneficiorum non dicitur effectuata nisi sequuta possessione.*

30 Verba *(plura beneficia) verificantur in tot beneficijs, quot opus fuerit.*

31 *Inhabilitas ad obtinendum beneficium non inducitur ex perceptione fructuum duorum beneficiorum incompatibilium.*

32 *Beneficij resignatio, quando abdicet ius à resignante, & quando non.*

§. 1. ROTÆ stylus vulgaris est, quod dimetiunt ius ex parte actoris in dijudicando, an causa sit super titulo *Beneficij*, & sic beneficialis, vel prophana. *Rota in Mediolanen. beneficij Lunæ 1. Iunij 1592. coram* Card. *Seraph. est in impress. decis. 990. num. 4. par. 1.*

§. 2. ROTÆ stylus est, quod causa possessionis beneficij, non possit agitari coram Iudice seculari, cum possessio sit connexa cum proprietate spirituali. *Rota in causa* Romana *Domus ad S. Augustinum die 19. Ianuar. 1611. coram* R.P.D. *Coccino. quæ est decis. 305. inter impress. penes Farinac. post 2. tom. consil. incip. Domini post maturam. nu. 7.* Vbi affirmatur, quod Rota semper approbauit illam opinionem. & fuit sæpissimè resolutum. & signanter *in causa Oscen.* *Canonicatus 1. Decemb. 1595. corã* Pegu. *Decan. est decis. 62. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Vtraque parte.*

§. 3. in ROTA sæpius fuit dictũ, quod beneficium in dubio præsumitur simplex. *Rot. coram Bellam. decis. 676. incip. Contumax. & coram Oradin. in vna Calaguritana Congruarum 16. Nouemb. 1571. quæ est decis. 560. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Stante resolutione facta.* Quas decis. refert. & sequitur *Rot. coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 175. nu. 3. incip. Fuit conclusum beneficium.* vbi etiam dicitur, quod sic sæpius in alijs causis in Rota fuit

reso-

resolutum. Quod ibi limitatur, nisi aliud ex statuto, consuetudine, vel Priuilegio caueatur. *Innocent. in cap. clerici. de cler. non resid.* & ita alias sensit Rota *in* Recent. *par.2. decis.375. sub nu.2. incip. Fuit resolutum pro confirmatione.*

§. 4. ROTA sæpius declarauit, quod in dubio *Beneficia* præsumantur simplicia. Rota *in vna Valentiñ Beneficij de Ontiñent. Lunæ 15. Decembris 1597. coram Pegn. Decan. est decis. 79. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Rota censuit gratiam.* vbi affirmat quod Rota ita sæpe declarauit, & præsertim *in vna Macerateñ Parochialis die 14. Martij 1575. coram* Cardin. *Lancellott. Senior.*

§. 5. ROTA sequitur illam opinionem, vt *in Beneficijs manualibus* amotio fieri possit etiam absque causa, *Card. Caualer. decis. 72. nu. 4. in fin. incip. Capitulum.* Quam tamen opinionem cum hac conditione amplectitur, nempè, si non subsit aliqua causa malitiæ, & præsumptio odij. *vt in ead. decis. num. 5. Card. in Clem. 1. §. præmissa. vers. ego puto. & ibi Imol. num. 44. vers. D. Antonius creditor. Franc. in cap. cum singula. nu. 5. de preb. in 6. & habetur etiam in vna* Aquilana Prioratus. *Vener. 16. Martij 1584. quæ est* 778. *inter impreß. diuers. part. 1. incip. Dubitaui in causa. quæ decis. est coram* Cantuccio, *licet ibi innominata prostet.*

§. 6. ROTA semper sequuta fuit illam distinctionem, in materia quando *Beneficiatus* litigat cum Ecclesia, an teneatur ad contributionem expensarum: quod aut lis respicit vtilitatem, & interesse Ecclesiæ, & tunc fieri debet expensis Communibus Ecclesiæ, & per consequens ex bursa communi, aut nullum versatur interesse Ecclesiæ, sed potius priuatum personarum, & tunc expensæ non sunt faciendæ de communi. *Rot. decis. 138. sub num. 1. par. 1. in Recent. incip. Domini censuerunt non esse,* & quod Rota semper sit sequuta hanc distinctionem testatur *Beltram. in addit. ad fel. rec. Gregor. XV. decis. 263. in litera* A. *num. 7.* & ad hoc adducit plures decisiones.

☞ Vide etiam, quæ diximus circa hanc materiam inf. Parte III. circa Doctores *in* §. *Bart. in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de legat. 1.*

§. 7. ROTA tenet illam opinionem tamquàm tutiorem, & communiorem, quod collatio dignitatum in Ecclesia Cathedrali soleat esse communis inter Episcopum, & Capitulum. *Rot. coram Card. Caualer. decis. 238. num. 1. incip. Resolutum fuit non constare. Caßad. decis. 22. sub num. 2. de præbend. incip. Variæ reperiuntur. cap. cum Ecclesia Vulterrana, vbi gloss. in verb. postulauit. vers. Dico de iure communi, de elect. Rota in vna Carthagineñ dimidiæ portionis. Ven. 17. Martij 1584. coram Gyps. incip. Domini resoluerunt possessionem. Rebuff. cons. 60. colum. 2. vers. & licet varia.* Vbi dicit opinionem hanc inualuisse, tamen potest induci diuersa, vel contraria consuetudo, *vt in d. c. cum Ecclesia Vulterrana. in fin. Cassador. d. nu. 2. Rebuff. vers. quod tamen fallit. & dictum fuit in vna Maioricen. Sacristiæ 26. Iunij, & 16. Decemb. 1602. coram Card. Pamphil.*

§. 8. ROTA tenet opinionem, quod licet tempus Conferendi beneficia ab Episcopo nō currat à die vacationis, sed à die scientiæ, tamen Rota amplectitur eam opinionem, quod currat ab eo tēpore, quo Episcopus facultatem cōferendi scire potuit, vel debuit. *Rot. decis. 13. de iurepatr. in antiquit. aliàs 556. & decis. 6. eodem tit. in nou. aliàs 263. Bisignett. decis. 7. de probat. & fuit dictum in vna Burgen. Canonicatus 27. Martij 1583. coram Bubalo. & in* Maceraten. *benefcij 1.* Iunij *1594. coram Litta.*

Et per hac opinione plures cumulat *Garf. de benef. part. 10. cap. 2. nu. 27. incip. Intelligi autem.*

§. 9. ROTA sæpè tenuit, quod quando quis est in quasi possessione conferendi certum *Beneficium*, vt commodo illius priuetur ex collatione facta per alium, requiritur, quod constet de scientia, & patientia illius. ita dictum fuit in *decis. 750. nu. 3. part. 4. diuersor. incip. Fuit resolutum beneficium,* & allegatur *decisio. in causa Cremonensi Pensionis coram Card. Lancellotto.*

§. 10. ROTA seruat opinionem tāquam tutiorem & eligēdam, & hactenus in Rota seruatam, quod impetrans *Beneficium* certo modo cum clausula, vel alio quocumque modo vacet: quod tunc venit omnis alius modus vacandi propter dictam clausulam, & hoc secundum *Io. And. in cap. susceptum. de rescript. in 6.* Et ita dicit Rot. *decis. 2. de rescript. in fin. incip. Si mandetur. in nou.* Ad quam decis. Vide quæ notauimus *Part. I. fol. 567. col. 1. in fin.* Vbi habes Concordantes.

§. 11. ROTÆ stylus est, quod impetrans *Beneficiū* per obitum non teneatur iustificare titulū sui prædecessoris. qui iuxtà *allegat. Lapi. 89.* decessit in pacifica possessione per triennium, secus si in lite. *Caßad. decis. 2. in fin. de caus. poßeß. & propriet. incip. Lapus allegat.* attestans hoc esse in viridi obseruātia, & allegatur *decis. Bellamer. 112. in princ. incip. Subrogatus tenetur.* dicens idem de subrogato in lite, & in ius. *Idem dictum fuit coram Gypsio in vna Gerunden.* Præcentoriæ *Lunæ 4. Maij 1592. est decis. 119. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Michael. & coràm Oradino in vna Astren. Præpositura Domus Dei. Est decis. 1. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Dubitarunt Domini.*

§. 12. ROTÆ stylus est, quod impetranti *Beneficium* sub his verbis, *Quod, vt asseris, de iurepatronatus laicorum existit.* incumbet onus probandi, quod sit ex præscriptione, vel consuetudine, & sic quod non ex fundatione, vel dotatione, aliàs prouisio absque derogatione, & absque patronorum consensu esset nulla. Secùs vero si dicatur. *Quod beneficium, vt asseritur de iurepatronatus laicorū,* vel per alia verba æquipollentia. *Caßad. decis. 4. de probat. incip. Hactenus obseruatum est. in princ. & num. 8. & 9. Rot. coram* Reuerendist. Comitulo *in vna* Aquilana Iurispatronatus Veneris 17. Iunij 1588. *est decis. 29. in eius lib. in manuscript. incip. Fuit resolutum Ludouicum, & corā Card. Seraph. decis. 388. incip. Dubitaui. an sententia. num. 3.* Vbi etiam allegatur *decis. 60. num. 3. incip. Nota quod vbi alicui. & 67. eodem tit. de rescript. in antiq. & Bisognet. decis. 6. de praben. incip. Papa confert. num. 3.*

☞ Vide supra *in* I. *Parte ad d. decis. Cassador. 4. de probat. fol. 288. col. 2. circa med.*

§. 13. ROTA amplectitur illam sententiam in multis causis, quod quando tractatur de probando aliquod delictum, ad effectum priuationis alicuius

Beneficij ipso iure impositæ, vel imponēdæ, necessaria sit plena, & concludens probatio, etiamsi ciuiliter ageretur, vt quādo fumus in crimine Simoniæ, vsuræ, concubinatus,&c. *Rot. in vna Tullen. Monasterij S.Mansueti Lunæ 17. Ianuar. 1597. coram Decan. Pegn. est decis.6. in eius lib.4. in manuscript. incip. Vtraque parte informante. versic. Rursus pronunciauit.* vbi testatur, quod in multis causis Rota amplexa fuit istam sententiam, *vt in causa Firmana Capellaniæ die 7. Maij 1582. vers. effectuatio non obstat. corām fel. rec. Clem.* VIII. tunc Rota Auditore. *& in vna Tullen. Parochialis die 28. Maij 1593. corām Card. Seraphino. est decis.1029. in impress. incip. Fuit resolutum Simoniam. & in causa Calagnritana Confidētiæ die 25. Iunij 1593. corām Card. Pamphil. Senior. & aliās sæpè.*

§. 14. ROTA non consueuit stare prouisioni factæ à Legatis, & priuilegiatis, qui possunt *Beneficia* conferre sine testibus, & hoc in concursu prouisi Apostolici, propter præsumptionem antidatæ, quæ præsumptio tollitur per aliam prouisionem eiusdem diei, quæ habet testes, qua præsumptione sublata vtraque prouisio est bona. *ita Mohed. decis.2. Tudertin. Parochialis. de offic.delegat. post med.*

§. 15 ROTÆ Obseruantia est, † quod in collatio-
1 ne Papali non est faciendā mentio expectatiuæ, vt attestatur *Cassador. decis.3. num.3. de præbend.* prout est *decis. Rot. 17. Licet de more. de præbend. in nou. & Accoramb. decis.26. Vacante Canonica-*
2 *tu. part.2.* † Vbi dicitur esse aduertendum, quod non adeò valet prouisio Papæ, vt subsistat contra expectantem, & præferatur ei, qui acceptauit, &
3 prouisus extitit infrà mensem, ea ratione, † quia prouisio licet valeat, tamen intelligitur habere in se tacitam conditionem, videlicet, si expectans infrà mensem non acceptauerit, prout declarat *Cas-*
4 *sador. decis.1. & 2. de decret. in reseruat.* † Quod non est in Ordinario, cuius prouisio est nulla ipso iure à principio, & numquam reuiuiscit, etiamsi expectans deinde numquàm acceptauerit, vt per eundem *d. decis.1. & 5. de concess. præbend.* Licet posset expressè derogando gratiæ expectatiuæ Papa facere, vt prouiso sua præualeret.
5 Et dicitur *in fin. decis.* † quod Rota tenet *d. decis.2. Cassad. de decret. & Rot. d. decis.17. de præbend. in nou.* non habitā consideratione *d. decis.5. Cassad. de concess. prabend. num.2.* quæ vult requiri clausulas per quas in talis beneficij proui-
6 sione præiudicetur expectantibus. † Quia huiusmodi clausulæ communiter ex stylo subintelliguntur, vt per *Franc. in cap. postquàm. col.2. de præbend. in 6. Card. consil.61. in fin. Rot. d. decis.17. de præbend. in nou.*

§. 16. ROTA tenet contra Cancellariam, quod *Beneficium* dicitur vacare per obitum illius, qui solum habet supplicationem signatā literis non expeditis *Rota decis. vlt. incip. Nota quod vbi gratia. nu.4. de rescript. in antiq.* Quę est in practica firma in Palatio, *vt ait Cassad. decis.8. incip. Quamuis ad canonizationē. n.9. de restit. spol.* Et idē traditur in *Rot. Diuers. decis.40. incip. Corā Prospero. lib.2. part.3.* Et eadem *part.3. lib.3. decis.1919. incipit. Differētia est inter Rotam.* Et in *Elboren. fructuum Vener. 20. Martij 1615. coram Andrea. incip. Cum olim. est in Recent. part.2. decis.665. num.8.*

§. 17. ROTA sæpius dixit, quod *Beneficium* ipso iure vacat, per assecutionem secundi incompatibilis. *Rot. decis.559. num.1. part.4. diuers. incip. Factum est tale.* Vbi dicitur, quod sic fuit dictum in pluribus causis, & præsertim *coràm Orano in causa Salamantina dimidia portionis 11. Decembris 1585. est decis.118. in eius lib.1. in manuscript. incip. Cum resolutione. & corām Card. Seraph. in causa Tamorensi Canonicatus 12. Ianuarij 1598. est decis. 1256. in eius impress. incip. Fuit resolutum satis.* In qua pariter testatur, quod ita sæpius fuit in Rota decisum.

Vide, quæ diximus *sup. Part.I. ad Card. Lācell. Sen. decis.79. in eius select. fol.343. col.2. in med.*

§. 18. ROTA tenet, quod *Beneficia*, & pensiones, vt vacent per promotionem, requiratur consecratio, & adeptio possessionis illius dignitatis. *Seraphin. decis.1110. in princip. incip. In duabus præcedentibus,* quæ decisio postea fuit confirmata in eadem causa *sub die 7. Maij 1571. coram Scipione Lancellotto. incip. Beneficia, & pensiones*, & prædictæ decisiones declarantur à Rota in causa *Placentina Canonicatus, & præbendæ sub die Veneris 20. Martij 1610. corām Card. Horatio Lancellot. incip. Cum Canonicatus, & præbenda.* quæ decisio postea latè fuit confirmata *sub die 26. Martij 1613. coram Reuerendiss. Coccino Decano. quæ habetur inter Recent. decis.475. part.1.*

Et nota, quod est delenda illa additio *in fin. decis. Caputaquen. 401. part.2. alias 2. de procurat. incip. Promotus ad Episcopatum ibi.* (Ad hoc vt beneficia promoti ad Episcopatum vacent sufficit, vel quod sit consecratus, seu per ipsum steterit, vel quod possessionem Episcopatus adeptus fuerit) vt dicitur in *d. decis. Seraph. 1110. & in ead. causa coram Scipion. Lancell. de qua sup.* Nam cū dicta decisio facta fuerit corā Fabio Decan. ostēsa in Rota originali decisione ipsius Fabij, nulla in ea adderat mentio dictæ Additionis.

Vide fusius circa hanc materiam *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Episcopus. Obseruat. circa Episcopum Translatum, & promotum. §.1. Episcopi translati ad aliam Ecclesiam, & §.6. Episcopi promoti.*

§. 19. ROTA semper tenuit, quod *Beneficia* vacantia per obitum Prothonotariorum à Legatis creatorum sunt reseruata. ita dixit *Rot. coram* R.P.D. *Coccino Decano decis.349. num.1. incip. Domini resolnerunt, gratiam.* Et allegatur *decis. in causa Astoricen. de los Payos 19. Decembr. 1588. corām Reuerendiss. Perusino.*

§. 20. ROTA pluries dixit, quod si quis narret, quod beneficium vacat duobus modis alternatiuè, sufficit, quod alterum tantum iustificet. *Rot. coram* R. P. D. *Coccino Decano decis.139. num.1. incip. Domini resoluerunt gratiam.* Vbi post relatas nonnullas decisiones testatur, quod sic aliās sæpius dixit Rota.

§. 21. ROTÆ, Romanæq; Cur. stylus est, quod ante extensionem parui consensus, & paruæ datæ possit resignans *Beneficium* mutare voluntatem, & alteri resignare. *Card. Lancell. decis.2. de resignat. benefic. incip. Gabriel obtinens. est decis.156. inter eius*

eius decis. select. manuscript. Et decis. 157. *num.* 2. *incip. Intimationem. Et decis.* 158. *in fin. incip. Resignatio est valida. inter easdem decis. Idem dixit Rot. in vna Corduben. dimidiæ Portionis coràm Decan. Oradin. est decis.* 195. *lib.* 1. *in manuscript. incip. Ego dubitaui.* Et dicitur *in d. decis. Lancell.* 156. quod ex eodem stylo non obstante supplicatione est licita pœnitentia. & allegatur *decis.* 15. *de renunc. corā Puteo. incip. Porrectio. & decis.* 17. *eod. tit. incip. Porrectio supplicationis. & decis.* 189. *alias* 28. *de renunciat. in princip. coram Mohedan. incip. Dubium fuit positum.*

Nonnulla alia circa hanc materiam habes *sup. ad I. Part. ad Lancellot. decis.* 155. *inter eius selectas in manuscript. fol.* 350. *col.* 2. *in princ.*

§. 22. in ROTA fuit pluries resolutū, quod quādo resignantur *Beneficia* per permutationem, tunc etiam omnia cōtenta in Constitutione Pij Quinti super mod. publicand. sunt seruanda, nec sufficit quod sit capta possessio beneficij. *Rot. in vna Barchinen. Capellaniæ Lunæ* 24. *Nouembr.* 1578. *coram Bubalo. est decis.* 41. *in eius lib. in manuscript. incipit, Fuit conclusum Constitutionem. ante fin.* vbi affirmat ita pluries fuisse resolutum in Rota.

§. 23. ROTA in probatione valoris *Beneficiorum* contētatur leuioribus probationibus, vt dicitur *in Legionen. præstimonij Lunæ* 21. *Iunij* 1593. *coràm Corduba.* Plura *Vide in nostris Obseruat. ex Rota Romana in Regula de Valore.*

§. 24. ROTA licet olim teneret, quod valor in expectatiuis præsumeretur, *Rot. in antiq. decis.* 292. *Bellam. decis.* 132. *&* 302. Tamen hodie tenetur verificare, quia forma expectatiuarum hodie est diuersa ab antiqua *Accoramb. decis.* 32. *lib.* 1. *in manuscript. incip. Die* 28. *Ianuarij.*

§. 25. ROTÆ obseruantia est, quod ad probādum communem valorem beneficiorum, opus sit illum probare per decem annos ante, & non quinque. *Guidobon. decis.* 25. *in eius manuscript. incipit, In vna coram D. Augustino.* vbi affirmat, quod ista est communis doctrina omnium *in l. precia. ff. ad l. Falcid.* & Rotæ obseruantia.

Vide fusius *inf. materiam istam Par.* 3. *ad Sarnens. in Regul. de valor. exprimen. quæst. vlt.*

§. 26. ROTA solet in causa *Beneficij* ex benignitate ad substinendam gratiam admittere sextam partem, vltra summam narratam in literis. *Rot. coram Fabio in vna Calagurritana Archidiaconatus* 28. *Februar.* 1547. *num.* 3. *in med. incip. Eadem die, in causa. quæ est decis.* 64. *par.* 3. *lib.* 3. *inter impress. diuersor. Oran. in Casalen. Parochialis. Vener.* 17. *Maij* 1591. *incip. Fuit resolutum. & dictum fuit coràm Card. Caual. decis.* 373. *nu.* 3. *incip. Facta fuit resolutio. & in vna Leodien. Canonicatus* 27. *Febr.* 1611. *coràm Reuerendiss. Damasceno.*

§. 27. ROTÆ stylus est, quod opponens excessum *Valoris* beneficij, debeat illum plenè, & concludenter probare. *Comitulus in vna Foroliuien. Primiceriatus Ven.* 21. *Maij* 1590. *nu.* 2. *est decis.* 104. *in eius lib. in manuscript. incip. Conclusum fuit ex deductis.* Vbi allegatur *Caputaq. decis.* 280. *incip. Opponens de malo valore. num.* 1. *part.* 2. Vbi redditur talis ratio, quia hoc casu agitur de probatione fraudis, & fraus est concludenter probanda. *argument. l. fin. C. de probat.* Allegatur etiam *Caputaq. decis.* 387. *incip. Processus factus. eadem par.* 2. *& decis.* 60. *incip. Remissoria sine fumo. p.* 3. *& Paleott. decis.* 134. Et quod iste sit stylus Palatij testatur *Sarnen. in Regula de valore. quæst. vlt.* Agitur enim hoc casu de inclusione iuris illius, qui opponit. *Rota in d. decis. Comituli, in qua citatur decis. Put.* 24. *num.* 5. *lib.* 1. *incip. Fuit dubitatum in vna Astoricen.* Quia & is, qui impetrauit ob non expressionem veri valoris includit ius suum, & nihilominus excessum probare tenetur eo modo, quem exigit vsus Rotæ cum suis requisitis.

§. 28. ROTA obseruat, & successiuè obseruari vidisse testatur *Simonett. decis.* 90. *& vlt. in suo lib.*
1 *In manuscript. incip. Quæsitum est.* † Quod *Beneficium* non sit affectum, & de eo potest Ordinarius disponere, quando post prouisionem vniuit ad vitam alicuius; sed si non facta prouisione vniuit, quod tunc beneficium fiat affectum, tunc solus Papa prouideat, & Ordinarius non potest de eo
2 disponere. † Et subdit ibi *Simonett.* quod in hoc Rota dissentit à Parco Abbreuiatorum: Qui consultus volebat, quod vacaret eo modo quo prius, & si prius vacabat in partibus, Ordinarius posset de eo disponere. Tamen quod Rota contrarium obseruauit, & ita successiuè, vt diximus, attestatur, in Palatio obseruari.

Ista decisio à *Simonett. compilata est in vna Redonen. cuius etiā meminit Cassad. decis.* 2. *de Vmon. post princip.* & in fin. ponit qualiter Rota, & Parcus possint reduci ad concordiam.

§. 29. ROTA sæpè opinionem secuta est *Alphonsi Soto antiqui Glosat. Regul. Cancell. ad Regul.* 11. *in* 2. *col.* dicentis, quod *Vnio* non dicitur sortiri effectum, nisi sequuta possessione, vt per *Accoramb. decis.* 20. *incip. Resolutum fuit. lib.* 1. Et notauimus fusius *Part.* 3. *ad Alphons. Sot. in d. Regul.* 11.

§. 30. ROTÆ obseruantia est, quod *Verba* (plura beneficia) verificentur in tot beneficijs, quot opus fuerit. *Iacob. Simonett. in tractat. de reseruat. benefic. quæst.* 66. *nu.* 8. vbi testatur, quod sic in Rota suo tempore semper obseruatum sit. Idem testatur Rota *coràm Guidobon. decis.* 26. *in eius manuscript. incip. Alphonsus Dian.* vbi etiam refertur, & sequitur *decis. in causa Zamoren. Canonicatus, & præbendæ. coràm Chisanen.*

Vide fusius *Par.* 3. *ad Bald. consi.* 342. *incip. Super dicto puncto. lib.* 5. *vbi Rota reprobauit Bald. in d. consil.*

§. 31. ROTA seruat, quod inhabilitas ad obtinendum *Beneficium* non inducatur ex perceptione fructuum duorum beneficiorum incompatibilium, non obstante, quod contrarium seruet *Cancellar. fel. rec. Greg. XV. decis.* 13. *num.* 7. *incip. Gratiam Caroli.* in qua Rota affirmat, quod ita seruatur, & refert, & sequitur *decis.* 3. *de except. aliàs* 326. *in antiq. incip. Nota quod non admittitur.*

§. 32. ROTA in pluribus causis secuta est. *Abb. doctrinam in cap. cum pridem. in fin. de pact.* vbi dicit, quod quādo quis renunciat beneficio, vt aliud assequatur, si illud, aliud non potest habere, non censetur à se abdicare ius, sed potest vti iure suo pristino. vt per *Accorambon. decis.* 37. *in manuscript. lib.* 1. *Resignauerat.*

Vide, quæ diximus *inf. Part.* 3. *circa Doctores. ad Abb. in d. cap. cum pridem.*

Beneplacitum Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum* Apostolicum, *quando est reseruatum cum clausula (non alias) debet interuenire, etiamsi non sit necessarium, sed secus si non adest dicta clausula.*

2 *Beneplacitum* Apostolicum *supplet defectum solemnitatis, & non causæ.*

§. 1. in ROTA fuit sæpius dictum, quod *Beneplacitum* Apostolicum, quando est reseruatum, cum clausula (non alias &c.) debet interuenire, etiamsi alioquin non esset necessarium. Rot. *coràm* Cardin. *Tamphil.Sen. in causa* Comeñ. *Locationis* 10. *Maij* 1600. quam decis. refert, & sequitur Rot. *coram fel. rec. Greg. XV. decis.*192. *num.*1. *incip. Proposui dubium.* Vbi etiam dicitur, quod sic sæpius dictum fuit in alijs causis. Vide *ibi Beltramin. in litera* A. *num.*3. qui non nonnullas decisiones refert. Sed quando non adest prædicta clausula, tunc si non est de iure necessarium Beneplacitum Apostolicum, potest omitti. ita dixit R*ota coram* Cardin. *Seraph. decis.*1027. *nu.*7. *incip. Fuit dubitatum, an alienatio. & decis.*519. *num.*3. *par.*1. *diuers. incip. Fuit resolutum, quod Dominus.* Et quod ita sæpius fuit decisum in Rota testatur *Beltramin. in supradict. loco in fin.*

§. 2. ROTA sequitur *consil. Abb.* 41. *lib.*2. *incip. In causa, quæ vertitur.* In quo dicit, quod *Beneplacitum* Apostolioum supp et defectũ solemnitatis, & non causæ. Rot. *coram* R. P. D. *Coccino Decan. decis.*391. *nu.*2. *incip. Fratres de Vigerijs.* Vbi dicitur quod Rota sequitur dictum consil.

Vide quæ diximus *sup. Part.* I. *ad* Card. *Seraph. decis.*508. *num.*2. *fol.*70. *col.*1. *in med.*

Bona.

SVMMARIVM.

1 *Bona in dubio præsumuntur allodialia, etiamsi sint intra fines feudi.*

§. 1. in ROTA receptissimum est, quod *Bona* in dubio potius præsumantur allodialia, quam feudalia. *Comitul. in vna Calaguritana Liquidationis Oblationum. Lunæ* 25. *Iunij* 1590. *est decis.*109. *in eius lib. in manuscript. incip. Vigesima quinta.* §. *Cum in dubio.* vbi testatur de tali receptissima opinione in Rota. Idem etiam dictum *in causa Asteñ. Feudi de Solario. Vener.*27. *Aprilis* 1584. *coram Bubal. est decis.*223. *in eius lib. in manuscript. incip. Illustrissimus q. Dominus.* vbi dicitur quod bona præsumantur allodialia, etiamsi sint constituta intra fines feudi. Et nec obstat illa opinio, quod ex verbis prægnantibus inuestituræ, & ex possessione præsumantur bona esse allodialia: quia procedere posset, vbi in inuestitura exprimerentur bona in particulari cum suis finibus, secus si generice exprimantur, quia illa expressio generalis non fundat intentionem, nisi melius probetur, quod bona in particulari sint comprehensa, vt benè in his terminis deducit *Brun. cons.*1. *nu.*2. *&* 3. quem sequuntur *Natt. cons.*114. *nu.*29. *incip. Non est dubium, & cons.* 120. *num.* 1. *incip. Magnificè Domine.* Aym. *cons.*54. *sub num.*9. *Quæritur primo. & consil.*253. *Responsiones. Boss. in pract. criminal. tot. tit. de Principe. n.*253. *circa fin.* Roland. *cons.*82. *num.*10. Vbi de communi. *& num.*14. *& seqq. lib.*2. *Multiplici ex capite, & cons.*98. *num.*16. *&* 25. *libr.*3. *Viso, & perlecto.* vbi asserit contra Albam. extare communem *Doctorum Scholam.* & de communi testatur *Decius cons.*33. *num.*13. *lib.*1. vbi inijt, quod ab ea nemo discrepat quando adsunt intra fines alia bona ad particulares spectantia. Et hoc maximè dicẽdum erit, stantibus illis verbis, ad ipsius partes spectañ. vt ponderat Aym. *dicto cons.*54. *num.*9. *in fin. & cons.*293. *nu.*4. *in fin. & nu.*5. Roland. *d. cons.*82. *num.*18. *lib.*2. *& in causa* Romana *Census. Veneris* 23. *Iunij* 1586. *coràm Orano. est decis.* 169. *in eius lib. in manuscript. incip. Domini firmarunt regulam.* in qua habetur, quod hoc procedit etiamsi bona sint sita intra fines feudi, & inuestitura sit generalis cum pratis, terris, & reprobatur opinio contrarium tenentium. *Idem habetur in vna* Asteñ *bonorum. Vener.* 17. *Februarij* 1595. *coram eod. Oran. est decis.*269. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. In vna Asteñ.*

Vide alias concordantes decisiones *sup. ad Primam* Partem *ad decis. Bubal. in dicta causa Asteñ Feudi. inter singularia diuersorum. fol.*418. *col.*2. *in med.*

Breue Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ non mãdatur executioni, nisi præcedente iustificatione.*

2 *Breuia, quando non fundantur super reseruatione, cessat eorum executio.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Breue* de capienda possessione nomine Cameræ executioni non mandetur nisi de sufficienti illius iustificatione doceatur. *Gyps. in vna Burgeñ Præstimonij Lunæ* 24. *Octobris* 1588. *est decis.*50. *in eius lib.*1. *in manuscript. incip. Licet regulariter.* Vbi testatur de tali stylo Palatij.

§. 2. in ROTA sæpe fuit decisum, quod *Breuia,* quando non fundantur super reseruatione, cessat eorum executio. ita dixit Rota *in vna Pampiloneñ. Parochialis de Azagra. Mercurij* 27. *Iunij* 1601. *coram Cordub. sub titul. de rescript. est decis.* 270. *in eius lib. in manuscript. incip. Sæpe fuit resolutum. in princip.* vbi Rota refert, & sequitur *decis. diuersorum* 145. *in manuscript. incip. Die* 14. *Nouembris, & decis.* 238. *incip. Coram Domino* Rubeo. *Idem dictũ fuit in causa Gerundeñ. Beneficij. Mercur.* 31. *Maij* 1600. *coram eod. Cordub. sub tit. de conceß. præbend. est decis.* 242. *in eius lib. in manuscript. incip. Fuit prouisus Iacobus.*

Plura circa Breuia Apostolica, Vide in *nostris Obser. ex* Rota Romana *in verb. Breue* Apostolicũ.

Caducitas.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas, quæ non fuit declarata in vita defuncti, non potest declarari post eius mortem contra successorem.*

§. 1. RO.

§. 1. ROTA tenet illam opinionem, quod si *Caducitas* non sit declarata in vita defuncti, non possit post eius mortem declarari contra successorem. *Rot. coram fel. record. Gregor. XV. decis.529. nu.17. incip. Fuit in* Rota *Martiniana*. Vbi *Beltramin. in Annot. in litera E.* testatur, quod Rota tenet hanc opinionē. & allegat *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.22.tit.27.num.34. & decis. Cassador. 2. de locat. & conduct. incip. Apertissimi Iuris*.

Nonnullos casus in quibus cessat ista cōclusio, vide *in d. decis. Gregor. post. d. num.17. & etiam ibi in Annot.*

Cambia.

SVMMARIVM.

1 *Cambia currunt etiam contra decoctum.*

§. 1. in ROTA numquam fuit decisum, quod *Cambia* non currant contra decoctum. Rota *coram Cardin. Seraphin. decis.1434. in fin. incip. Quæsitum fuit. an D. Ioannes.*

Vbi debet corrigi summarium, quod contrarium summat.

Capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum constituunt soli Canonici, & non Portionarij, & quando secus.*

2 *Capitulum non potest statuere in respicientibus statum Ecclesiæ sine interuentu Episcopi.*

§. 1. ROTA sæpius approbauit, etiam de iure
1 communi, quod † *Capitulum* constituunt soli Canonici, & non Portionarij, *iuxta doctrinam Compostell. in cap.1. nu.4. vers. numquid Portionarij. de elect.* Vbi dicit Romanam Curiam ita seruare, & hanc opinionem Doct. communiter sequuntur. *Et Rota vt in decis. Verall. 84. part.1. cum alijs adductis in Abuleñ Iurisdictionis. 6. Februarij, & 17. Aprilis 1589. coram Card. Pamphilio. & in Gerundeñ iuris interessendi in Capitulo 11. Decembris 1609. coram Decano Coccino. Et in Hispaleñ Præeminentiarum. 4. Iunij 1612. coram Eminentiss. Pamphilio. Et in Calciateñ Coniudicum 25. Februarij 1611. coram Ortembergo. Et in eadem coram Andrea Luna 1. Iunij 1615. num.2. Est in* Recent. *decis.708. parte 2.* In qua præsens conclusio annotatur.

AMPLIATVR, *vt ibid. num.6.* quod ad effe-
2 ctum essendi de Capitulo non sufficit, † quod Portionarij in quibusdam, vel in omnibus actibus habuerint votum in Capitulo *iuxtà doctrinā Gemin. in cap. fin. de præbend. in 6.* Et quod ita declarauit S. Congregatio Concil. Interpretum *in d. causa Abuleñ Iurisdictionis*, & sequuta est Rota *in d. Abuleñ coram Cardin. Pamphilio.*

LIMITATVR communiter *d. conclusio*, vt ha-
3 betur *in d. decis. Calciateñ num.6.* † Vt non procedat vbi statuto, vel consuetudine aliter cauetur, scilicet, Portionarios esse de Capitulo. vt tradit *Compostell. vbi sup. vers. & hoc est verum.* Et quod auctoritatibus *Doct. & Rotæ* resolutionibus fuit firmatū *in d. decis. Calciateñ corā Ortembergo. Et in Calaguritana fructuum 1. Iunij 1583. coram Bubalo, est decis. 178. in eius lib. in manuscript.* Et in Cordubeñ *Iurisdictionis* 17. *Iunij* 1596. *coram Orano.*

4 Prout etiam dicitur, quod licet † Decanus, & aliæ Dignitates non sunt de Capitulo. Tamen secus vbi statutum, vel consuetudo Ecclesiæ disponit, quod censeantur esse de Capitulo. *Abb. in cap. cum inter vniuersas. not.1. in cap. auditis. num.3. notab. 3. de elect.* Et quod fuit dictum *in Calaguritana iuris votandi 27. Februarij 1595. coram Orano. & in alia Calaguritana Iurisdictionis* 8. *Decembris* 1599. *coram Iusto.*

§. 2. ROTA tenet quod *Capitulum* non possit aliquid statuere in respicientibus statum Ecclesiæ absque interuentu, & auctoritate Episcopi. *iuxta gloss. communiter receptam. in verb. statutum. in cap.2. de verb. signif. in 6. Innoc. in cap. cum omnes. num.1. vbi Abb. num.4.* Ant. *de Butr. nu.45. Felin. num.9. Bero. nu.36. & 46. de constit.* Abb. *in cap. cum consuetudinis. nu.4. de consuetud. Cald. cons. 2. num. 1. de constitut. incip.* An *Capitulum Ecclesiæ. Oldrad. cons.131. incip. Quidam habens. Ferret. cons.186. de commun. Capi. concl. 1.* Rot. *in vna Hispaleñ Cantoria de Ossura.* Ven.3. *Decembris 1599. coram Litta. nu.1. est decis.21. in Recent. part. 2. incip.* Vacauit *in Ecclesia.* vbi allegatur *decis. in Illerdeñ statuti 3. Decembr. 1593. coram* Cordub. *incip. Die* Veneris. *& in ead.* Mercur. *19.* Martij *1597. coram eod. incip. Dubitaui super. sunt decis. 5. & 110. in eius lib. in manuscript.*

Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales quando comprehendantur sub dispositione generali.*

§. 1. ROTA non indistinctè admittit illam con-
1 clusionem, † quod Cardinales nō veniant sub generali dispositione, cum habeat plures declarationes & limitationes, vt dixit Rota *coram* Remboldo *in Firmana Pensionis. Ven. 26. Februarij 1625. incip. Inter alias pensiones. post princip. in §. Nec obstat quod in dictis facultatibus. Et in eadem coràm eadem sub die Ven. 23. Ianuar. 1626. incip. Domini steterunt in decisis. in princ. §. Multi etiam dantur casus.* Quæ duæ decisiones vnà cū alijs duabus in eadem causa *coram* R.P.D. *Durano impressæ circumferuntur.*

In quibus dicitur hoc apparere ex infinitis propemodum decisionibus, quæ possent adduci, quarum plures refert *Sarn. in proemio* Regul. *Cancell. quæst.4.* vbi *num.7.* refert ita fuisse iudicatum *in*
2 *vna Valentina Archidiaconatus corā ipso,* † quod sub indulto concesso Archiepiscopo Valentino, comprehendebantur personæ Cardinalium habentium beneficium in Diocæsi Leodieñ, eiusque sententiam fuisse per alias duas confirmatam.

Et ita etiam refert *num.8.* fuisse conclusum in Caurieñ Canonicatus, & præbendæ, in qua fuerat
3 dictum, † in priuilegio concesso Clero Hispaniæ per Leonem X. de reuocandis regressibus sine consensu concessis, comprehendi etiam Cardinales habentes similes regressus, etiam quod illos habuissent ex causa onerosa.

4 Cardinales † comprehendi in generali dispositione etiam odiosa post *Archid. Io: And. & alios in cap. si nemo deinceps. de elect. in 6. tenuit Rota coram Mohed. decis.23. de renunc. incip. Cum magna deliberatione, & studio, & insuper disputatione.* Vbi in specie fuit dictum quod Cardinales subiacent Regulæ de Publicandis Resignationibus. Et *in fin.* habetur quod Rota non sequitur *consil. Anchar. dicentis contrarium cons.297. nec consil.* Roman. 498. *neq; doctr. Felin. in cap. cum in iure. sub num.6. de offic. delegat.*

Et quod *Io: Monach.* qui fuit auctor contrariæ opinionis *in cap.1. de Scismatic. in 6. num.1.* ipsemet se retractauit *in extrauag. 1. sup. gloss. in verb. Clericus. de sentent. excommunic. in com-*
5 *munibus.* † Vbi dicit non esse sibi credendum de opinione, quam tenuit *in d. cap.1.* quia cum esset Cardinalis fuit deceptus propria passione. Et quod eamdem sententiam sequitur *Felin. in cap. ad aures. sub num.11. de rescript. Gemin. in d. cap.1. de Scismatic.* & post alios per eũ relatos *Gambar.*
6 *de offic. legat. lib.4. num.145.* † Vbi quod ista est veritas, nisi quando daretur casus specialitatis in Cardinalibus. *Ruin. cons. 4. num.19. lib.5.* Vbi quod rationes *Anchar.* non sunt efficaces, & quod ista est verior opinio. *Ferrett. cons.314. num.11.*
7 † Vbi quod de iure, & secundum practicatam opinionem Cardinales comprehenduntur sub generalibus derogationibus.

Alios etiam addit Rota *in d. Firmana pensionis coram Durano Lunæ* 8. Martij 1627. *incip. Fuit post sæpius. paulò post princip. in* §. *Ex quibus succedit.*

8 Et in specie, † quod in facultate transferendi pensiones, quas soluunt Cardinales comprehenduntur ipsi Cardinales fusè fuit resolutum in dicta Firmana in quatuor decisionibus duabus corã Remboldo, & duabus coram Durano præsertim vigore facultatum concessarum à Sixto V. Cardinali Montalto eius pronepoti, pro transferendis pensionibus, etiam quod præesse super fructibus Mensæ Archiepiscopalis Firmanæ solueretur à Cardinali B[...]ndino reseruatario fructuum d. mensæ Archiepiscopalis. In quibus decisionibus fusè præsens conclusio demonstratur.

9 Idem etiam fuisse † resolutum in eisdem terminis minus fauorabilibus respectu translatariorum contra Cardinalem S. Cæciliæ *in vna Capuana Pensionis coram Sanctiss. Ludouisio*, in qua non fuit extensa decisio, quia Cardinalis audita sententia Rotæ acquieuit, & soluit, dicitur *in dicta Firmana Pensionis coram Durano. sub die* 8. Martij 1627. *in fin.*

10 Cardinales † nõ comprehenduntur in dispositione *extrauag. iniunctæ.2. de elect. neq;* Regul.2. *Cancellar.* vt notauimus *Parte I. ad Accoramb. decis.7. incip. Valdè fuit dubitatũ par.1. nu.2. & 3.*

11 Cardinales comprehenduntur † sub Regula reuocatoria facultatum percipiendi pretium officiorum Rom. Cur. pro tempore vacantium in toto, vel in parte, &c. vt fuit dictum *coram Cotta in Romana Officij Camerariatus Lunæ 9. Maij* 1569. *incip. An concessio. Est decis.261. in eius lib. in manuscript.*

Vbi Rota ita resoluit pro Illustrissimo Cardinali Alexandrino, contra hæredes, & creditores Cardin. Vitellij Camerarij, qui soluto pretio septuaginta millium scutorum auri in auro obtinuerat à Pio Quarto superuinentiam per octo annos, superueniente postea d. Regula reuocatoria facultatum percipiendi pretia officiorum facta à fel. rec. Pio Quinto, Rota resoluit sub d. reuocatione comprehẽdi etiam Cardinales, cum nondũ essent transacti dicti octo anni. Quia Regula in eo quod disponebat comprehendebat Cardinales propter vniuersalitatem verborum, & geminationem, ac expressionem plurium casuum requirentium specialem expressionem. Et quia si Regula poterat dici odiosa, quod plures tenebant, quod non posset considerari odium irrationale, in eo quod disponit. Et quod aliqui tenebant, quod licet esset odiosa, & exorbitans comprehenderentur tamen Cardinales ex rationibus suprascriptis, quæ fuerant in anteriori decisione in eadẽ causa adductæ, & non fuerat capta resolutio sub *die Veneris 29. Aprilis eiusdem anni* 1569. *incip. Præsupposita Regula. est in d. eius lib. Cottæ decis.259. in manuscrip.*
12 Vbi potissima ratio fuerat considerata, † quia Regula vtebatur verbis vniuersalibus, videlicet, quarumcumque personarum, &c. sub quibus verbis generalibus comprehenduntur Cardinales tamquam sub Constitutione generali, *iuxta consil. Gemin. 65. incip. Discutiam quodlibet dubium. nu.19. 20. & 21.* quod *consil.* dicit Rota non fuisse allegatum. Et quod colligitur ex dictis *per Sarn. in d. proæm. Regul. Cancell. quæst.4. sub nu.2. in fin.* Additur vlterius, quod licet nõ deessent, qui huic rationi non acquiescerent: quia Regulæ Cancellariæ sunt omnes saltim præter ius commune, & pro maiori parte exorbitantes, & quantumlibet
13 generales non comprehendunt † Cardinales secundum communem opinionem, vt per *Gig. de pension. quæst.9. nu.7. & 8. & in quæst.59. nu.13. & 14. & in fin.* Vbi dicit hanc esse communem opinionem.

Et quod fuit responsum per tenẽtes opinionem contrariã, quod Reg. Cancell. etiam exorbitantes,
14 si sunt generalibus verbis conceptæ † ligant Cardinales, vt per *Felin. in cap. ad aures. num.12.* vbi dicit ita sæpè iudicatum in Rota, & rationes, quæ
15 allegantur pro tenentibus, † quod Cardinales non ligentur, non sunt concludentes, sed tantum persuasiuæ. vt dicit *Ruin. in cons.4. Proponitur. col. penult. num.19. col.5.*

16 Quod etiam † Cardinales ligentur statutis Vrbis. *vt de cap.83. lib.1. dicitur in Romana executionis mandati seu adimplementi Vener.* 25. Iunij 1593. *coram Card. Mantic. incip. Illustriss. D. Alexander. est inter eius impress. decis.238.* vbi de apoca manu Cardinalis subscripta, quod habeat vim publici instrumenti, & quod habeat executionem paratam.

17 In tantum † quod si obligatio esset contracta antequam quis esset Cardinalis, per superuenientem dignitatem talis obligatio non dissoluitur. vt per eumdem *Cardin. Manticam decis.230. incip. Extrà Rotam. nu.4.* & sequitur Rota post *Ferrett. cons.314. num.11. & seq. in d. Firmana pensionis coram Remboldo. Vener. 26. Februarij 1625. post princip. in §. neque ex mutatione personæ.*

Cau-

Causa.

SVMMARIVM.

1 in Causis difficilibus, qui sit Rotæ stylus.
2 in Causis, in quibus materia non caret probabili difficultate, Rota solet ordinare, quod causa concordetur.
3 in Causis, quæ proponuntur in abstracto, Rota non solet proponere dubia, vel decidere.
4 Causa, quod non sit deserta, solet semper in dubio Rota inclinare.
5 in Causa non concluditur, nisi in actu ferendæ sententiæ.
6 Causa, vt cognoscatur an sit super titulo, & sic an sit beneficialis, vel prophana, solitum est metiri ius ex parte actoris.
7 Causæ possessoria rei spiritualis, vel quasi per Iudices seculares non possunt cognosci, nec decidi.
8 Causa omnis dicitur prophana, excepta ea, quæ est super titulo, ad effectum remissoriæ.
9 Causæ cognitio non transfertur in exequutores.

§. 1. ROTA de stylo seruat in Causis difficilibus, & quæ pluries proposita ob discrepantia Dominorum suffragia non potuerūt resolui, quod iniungit Ponenti, vt faciat discursum super dictis causis, vbi recensentur vtriusque partis rationes, & potiora fundamēta, vt iterum causa proposita, Domini possint de iure dicendo, & vnicuique incorruptè tribuendo, deliberare, ita testatur de hoc stylo bon. mem. Compater meus Decanus. Pegna in quodam discursu causæ in Bononien. Legati 11. Maij 1612. qui inter eius decisiones habetur. n. 326. lib. 5. in eius manuscript. super quo ipso vita functo, eique subrogato R. P. D. meo Pamphilio, emanauit decis. 450. p. 1. in Recent. repetita decis. 428. par. 2. in d. Recent.

§. 2. ROTA solet ordinare, quod Causa concordetur, quando materia non caret probabili difficultate contra vtramque partem. vt in Anconitana Vineæ 1. Iul. 1583. coram Card. Seraph. & in Narnien. Legati Ven. 18. April. 1572. Quantum ad primam. num. 3. coram eodem.

Et quod consueuerit cogere partes ad concordiam quando hinc inde sunt diuersæ opiniones dicitur in Conchen. fructuum Vener. 29. Maij 1562. coram Gropperio.

§. 3. ROTA non solet in Causis, quæ proponuntur in abstracto dubia proponere, vel decidere. Rot. in causa Spoletana Bonorum Ven. 20. Decembris 1591. corā Decano. Pegn. est 196. in eius lib. 1. in manuscript. incip. In hac causa. vbi de hoc testatur. Idem fuit dictum in vna Recanaten. Hereditatis Mercur. 27. Ianuarij 1610. coram eodem. est decis. 142. in eius lib. 6. pariter in manuscrip. incip. Cum die 28. Aprilis. vbi dicit, quod Rota non cōsueuit dubia disputare in abstracto more Metaphisico, sed solum in concreto, secundum circumstantias factorum, & causarum, quæ proponuntur.

§. 4. ROTA in dubio semper inclinat pro non desertione Causæ Cassad. decis. 4. De more. de appell. in fin. Accorambon. decis. 29. Pendente lite. p. 2. Cordub. in Mediolanen. simulationis contractus 12. Iunij 1596. est decis. 69. in eius lib. in manuscript. incip. Quia D. Io. Baptista. in fin.

§. 5. ROTÆ stylus est, quod in Causa non concluditur, nisi in actu ferendæ sententiæ. Rot. in vna Syracusana quarta. Vener. 20. Iunij 1586. coram Card. Plat. est decis. 6. in eius lib. in manuscr. incip. Propositu dubitum, vbi de stylo tali Rota testatur.

§. 6. In ROTA tritum est, quod ad iudicandum, an Causa sit super titulo, & sic an sit beneficialis, vel prophana, dimetiatur ius ex parte actoris. Cardin. Seraphin. decis. 990. num. 4. incip. Fuit resolutum reuocandum. vbi attestatur. quod hoc sit tritum in Rota. Idem dicitur in vna Aprutina Beneficij 21. Mar. 1611. coram Card. Marquemontio. num. 1. & seq. est decis. 306. in Recent. par. 1. incip. Non dubitarunt Domini. & coram Coccino Decis. 452. num. 7. incip. Fuit resolutum Ecclesiæ. vbi dicitur, quod pluries in Rota fuit canonizatum cōs. Guid. Pap. 629. incip. Supra quæstione. vers. Alia verò ratio. qui tenet hanc opinionem.

§. 7. ROTA, & Romana Curia Canonistarum sententiā velut periculosam semper respuerunt, quod Causæ possessoriæ rei spiritualis, vel quasi spiritualis per Iudices seculares cognosci, & decidi possint, cum Rota sæpe iudicauerit causas possessorias beneficiorum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum ad forum Ecclesiasticum saltem ratione personarum pertinere. Rot. in vna Oscen. Canonicatus Vener. 1. Decemb. 1595. coram Decano. Pegn. est decis. 60. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Capitulum Ecclesiæ. vers. Sed respondebatur. (quam decis. si impressam desideras habes sup. ad I. Part. cum non nullis alijs in ista materia. circa decis. eiusdem Pegn. in fin. fol. 498. col. 2. in med.) in qua decis. affirmatur, quod Romana Curia, & Rota semper respuit dictam sententiam, & sæpè iudicauerit contrarium, vt coram Put. decis. 361. incip. Fuit dubitatum. lib. 1. & coram Comitulo in vna Oueten. Sacristiæ, siue sit discursus, qui absq; die, & anno prostat. & est inter suas decis. ordine 14. incip. In vna Oueten. Sacristiæ.

Vide, quæ in tantum sup. ad I. Part. in eadem decis. Put. 361. fol. 540. col. 2. in med.

§. 8. ROTA reputat omnes Causas prophanas ad effectum remissoriæ etiamsi causæ sint spirituales, exceptis beneficialibus, quæ super titulo beneficij commissæ sunt. Rota in vna Oueten. Abbatissatus Lunæ 7. Nouemb. 1552. coram Episcopo Montisfiasconen. Caputaquen. decis. 99. num. 1. part. 1. incip. Causæ omnes. Card. Cauaier. decis. 258. n. 2. incip. Resolutum fuit dandam. vbi affirmatur, de tali obseruantia Rotæ. Idem etiā testatur Beltram. in addit. ad decis. Greg. XV. decis. 174. incip. Fuit conclusum pro remissoria. in litera A. vers. generaliter omnes causæ. vbi latè firmat prædictam Rotæ obseruantiam.

§. 9. ROTA numquam solet transferre cognitionem Causæ in exequutores. Rota coram Card. Seraphin. decis. 656. num. 1. incip. Domini dixerunt ex hactenus.

Cautio.

SVMMARIVM.

1 Cautiones vel assecurationes lite pendente non admittuntur.
2 Cautio de repræsentando aliquem non expirat lata sententia, & durat in causa appellationis.

§. 1. in

§. 1. in ROTA pluries fuit decisum, quod *Cautiones*, vel affecurationes lite pendente non admittantur. *Rot. in vna Romana participationis affictus Luna 22. April. 1613. coram Pirouano. est decis. 478. in Recent. part. 2. incip. Domini venerunt in illam sententiam.* vbi dicitur Rotam sic pluries decidisse. Idem dictū fuit *coram Decan. Pegn. in vna Veneta pecuniaria Ven. 17. Iunij 1605. est decis. 357. in eius lib. 5. in manuscripe. incip. Cum per plures decisiones,* in qua affirmat, quod Rota non consueuit cogere eum, qui pro exequutione instat ad præstandam cautionem, nisi quando non est soluendo, vel dilapidat bona. & referendo sequitur *Rot. decis. 435. alias 6. incip. Fuit dubitatum de restit. in integr. in non. vers. propterea præstatio dictæ cautionis. & Vestr. lib. 8. introduct. cap. 3. num. 15. ibi, immò non consueuit Palatinum.*

Vide alias decisiones concordantes in hac materia *Par. I. ad d. decis. Pegn. fol. 493. col. 2. in fin.*

§. 2. ROTA non tenet illam opinionē, quod *Cautio* de repræsentando expiret lata sententia, nec duret in causa appellationis, sed contrariam *Bald. in l. Græca. §. & post. ff. de fideiuss. Rot. in vna Romana Computorum Mercurij 6. Nouembr. 1596. corā Decano. Pegn. est decis. 129. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Monitus fuit. vers. Cum vero.* vbi testatur, quod Rota tenet opinionem contrariam, quod etiam dictum fuit *coram Aegid. decis. 353. incip. Cautiones præstita.* & fuit decisum *in vna Romana fideiussionis die 24. Ianuarij 1594. coram Card. Arigonio.*

Quod tamen intellige, quando in cautione non fuit expressum nomen Auditoris, quia alias secus, vt dicitur *in alleg. decis. 353. Aegid.*

Cedula Bancharia.

SVMMARIVM.

1 *Cedula banchariа habet vim solutionis.*

§. 1. in ROTA pluries fuit dictum, quod *Cedula* bancharia habet vim solutionis. *Rot. in causa Romana census Luna 18. Martij 1602. coram bon. mem. Iusto. quæ est decis. 132. inter impressas penes Cenc. in tract. de Censib. incip. Domini steterunt, in decisis. nu. 1.* vbi testatur, sic sæpius fuisse dictum in Rota.

Vide quæ diximus *sup. Part. I. ad Card. Lancell. Sen. in causa Bononien. Pecuniaria 13. Ianuar. 1591. fol. 345. col. 1. in med.* Vbi habes, quæ requirantur, ad hoc, vt habeat, vim solutionis.

Censuræ.

SVMMARIVM.

1 *Censurarum declaratio non conceditur, quādo præsumitur, quod sint contemnendæ.*

2 *Censurarum nullitatis negotium est prius cognoscēdum, & postea datur dubium super principali negocio.*

3 *Censuras de nullitate arguēs, tenetur ipsa acta producere.*

4 *à Censuris in partibus absoluitur ad cautelā, quando causa appellationis, & nullitatum est commissa.*

5 *à Censuris latis in partibus, etiam sine causæ cognitione absoluitur.*

§. 1. ROTA consueta est tunc denegare declarationem *Censurarum* quando præsumitur, quod sint contemnendæ, vt solet contingere in quibusdam terris Sedi Apostolicæ non admodum benè affectis, ne Sedis Apostolicæ vilescat Auctoritas, & illi contra quos proceditur deteriores, & obstinatiores reddantur *Rot. coram Decan. Pegn. in causa Monasterien. Iuris Pascendi. Merc. 5. Iulij 1589. est decis. 45. in eius lib. 1. in manuscr. incip. Super iure pascendi.* vbi attestatur de prædicta Rotæ consuetudine.

Idem notauimus *inf. in hac Par. in verb. Declaratorias. §. 3.* Rota non consueuit concedere.

§. 2. ROTÆ stylus est, quod negocium nullitatis *Censurarum* sit prius cognoscendum, & postea detur dubium super principali negocio. *Rot. in vna Gieunen. portionis Merc. 17. Maij 1559. coram Decan. Oradin. est decis. 252. in eius lib. 1. incip. Super memorialibus.* vbi testatur de tali stylo Rotæ.

§. 3. ROTA in materia *Censurarum* requirit, quod acta producantur à prætendente censuratum nullitatem, non autem à producente sententiam, licet secus in alijs materijs. *Put. decis. 65. lib. 1. Rota in Salamātina censurarū 11. Decēb. 1595. corā Seraph.*

§. 4. ROTA semper solet absoluere à *Censuris* in partibus, quando est commissa causa appellationis, & nullitatū in Rota ad cautelā. *Put. decis. 41. num. 1. lib. 2. incip. Fuit dictum in vna.* vbi allegatur *decis. corā eod. in vna Terraconen. 12. Nouemb. 1540. Ita etiā testatur Ant. August. in suis repert. impress. in tit. de absolut. num. 2.*

Idem habes *sup. in verb. Absolutio à censuris. §. 1. & 2.*

§. 5. ROTA solet absoluere à *Censuris* latis in partibus, etiam sine causæ cognitione. *Rot. in Placcentina fructuum Vener. 13. Iunij 1608. coram Decan. Pegn. est decis. 36. in eius lib. 6. in manuscr. incip. In hac causa.* vbi testatur de tali Rotæ obseruātia. vt videre est *coràm Puteo decis. 41. lib. 2. incipit, Fuit dictum. & coràm Cæsar. de Grass. decis. 1. incip. Resoluerunt. de sent. excommunic. & Rota decis. 8. incip. Si quis. num. 2. de sent. excom. in non.*

Idem habes *sup. in verb. Absolutio à censuris. §. 1. Rota ex inueterato stylo. & etiam §. 2. Rota semper solet.*

Census.

SVMMARIVM.

1 *Census absque instrumento probatur ex diuturna illius solutione.*

2 *Census extinctio, requirit actum retrosimilem scilicet actualem numerationem pecuniæ.*

3 *in Census venditione numeratio pecuniæ, est necessarium requisitum.*

4 *Census censetur impositus super ea parte rei, quæ libera est, dummodo sit capax.*

5 *Census super re emphyteutica validè imponitur, si non sit expressè prohibita hypotecatio.*

6 *Census impositus super bonis perpetuo fideicommisso subiectis, non valet.*

7 *in Censu nō est locus recuperationi sortis principalis, si est impositus super re fideicōmisso subiecta, si sit libera tāta pars, quæ superet valorē census.*

8 *Census si nullus declaretur, obligatio etiam Cameralis, cuius vigore agitur, vulneratur.*

§. 1. RO-

§. 1. ROTA sequitur illam opinionem, quod Census probatur ex diuturna solutione absq; instrumento, ita dictum fuit in Rota coram bo. me. Buratt. in causa Foroliuiensis Census 14. Iun. 1613. quæ est decis. 96. inter impress. penès Cenc. in tractat. de Censib. incip. Cum Paulus, & Iacobus. num. 26.

§. 2. ROTA sæpius in multis causis dixit, quod census extinctio requirat actum retrosimilem, videlicet, actualem numerationem pecuniæ. fel. record. Gregor. XV. decis. 156. nu. 3. incip. Domini vnanimiter censuerunt. vbi Rota testatur, quod sæpius in alijs causis fuit dictum, & signanter in vna Romana census apothecarum 28. Iunij 1574 coram Card. Lancell. & in alia Romana cẽsus 3. Iul. 1589. coram Bubalo. Idem dictum in causa Romana census 20. Febr. 1612. coram Card. Pamphil. Iunior.

Pro hac conclusione multas cumulat decisiones Cencius de Censibus Par. 3. cap. 1. q. 3. art. 1. n. 14.

§. 3. ROTA semper pro vera præsupponit illam opinionem, quod numeratio pecuniæ est necessarium requisitum in venditione census, ita dictum fuit in Rota in causa Romana Prætij Palatij Lunæ 15. Ianuar. 1607. coràm bonæ mem. Iusto. quæ est decis. 80. inter impress. penès Cẽc. in tract. de Cẽsib. incip. Fuit controuersia extra Rota. num. 5. Et allegatur decis. in causa Bononien. Census 24. Aprilis 1600. coràm Cardin. Pamphil. Sen. & decis. in causa Romana Census 11. Decemb. 1602. coram Cardinali Sacrato.

§. 4. ROTA sæpius tenuit, quod Census censetur impositus, super ea parte rei, quæ libera est, dummodo sit capax. Cor. coràm fel. record. Greg. XV. decis. 256. num. 1. incip. Domini respectu censuum. vbi testatur, quod sic Rota sæpius tenuit, & præsertim in vna Perusina Fideicõmissi 26. Febr. 1586. coràm Orano, & in vna Romana Census de Palutijs 20. Decemb. 1606. coràm Card. Sacrato. in qua allegatur alia Romana Cẽsus de Cincijs coram Decano. qui de eo tempore erat bon. mem. Franciscus Pegna.

§. 5. in ROTA pluries fuit decisum, quod Census validè imponitur super bonis emphyteuticis, quãdo in illorum concessione non fuit expresse prohibita hypothecatio. Rota in causa Beneuentana Census Lunæ 26. Maij 1614. coram Card. Pamphil. Iunior. quæ est decis. 76. inter impress. penès Cenc. in tractat. de Censib. incip. Domini censuerunt non probari. vbi testatur, quod sic sæpè fuit resolutum in Rota. & allegatur decis. in causa Romana Census 17. Maij 1600. coram bon. mem. Iusto.

§. 6. ROTA pluries resoluit, quod quando bona, super quibus imponitur Census, sunt fideicommisso perpetuę prohibitioni alienationis subiecta, non valet contractus, & emptor potest rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad restituendum pretium. Rot. decis. 827. num. 1. part. 4. diuers. incip. Imposuerat Dominus Comes. vbi dicitur, quod sic sæpe fuit dictum in Rota.

Vide, quæ diximus sup. Part. 1. ad Caputaquen. decis. 17. lib. 1. fol. 264. col. 2. in princ. & ad Card. Seraphin. decis. 321. fol. 57. col. 2. in fin.

§. 7. in ROTA pluries fuit dictum, quod non sit locus recuperationi sortis principalis in contractu Census, licet sit impositus super aliqua re fideicõmisso subiecta, si tanta pars sit libera, quæ longè superet valorem census. Rot. decis. 342. post princ. part. 4. diuers. incip. Domini dimissa discussione. vbi dicitur, quod sic sæpius fuit resolutum, & præsertim in illa Romana Census de Cincijs 17. Aprilis 1600. coram bon. mem. Pegn. Decan.

Vide, quæ diximus sup. Par. 1. ad Card. Seraph. in decis. 787. num. 11. fol. 2. col. 2. post med.

§. 8. ROTA sæpius dixit, quod si census est declaratus nullus, ita per consequens remanet vulnerata ipsa obligatio Cameralis, cuius vigore agitur. Rot. decis. 55. num. 1. part. 4. diuers. incip. Domini informantibus. vbi testatur, quod sic in pluribus causis fuit resolutũ in Rota. & præsertim in causa Romana Census 27. Iunij 1580. coram Cantucc. & in Firmana Pensionis 14. Decemb. 1592. coram bon. mem. Card. Mellin.

Citatio.

SVMMARIVM.

1 *Citatio saltem per proclama facienda est contra interesse putantes.*

2 *de Citatione vt constet, requiritur eam factam esse, per Notarium.*

3 *Citationis negatiua non probatur, nisi sit productus integer processus.*

4 *Citatio nulliter executa non sanatur, si compareat procurator generalis.*

5 *Citans aliquem tamquam procuratorem, videtur eum tamquam verum procuratorem approbare.*

6 *Citatio ad videndum iurare testes non requiritur in loco examinis, quando semel facta fuit in loco decreta remissoria.*

7 *Citatio pro singulis diebus, & horis tamquam incerta non valet.*

8 *Citationis publicatio in valuis tempore diuinorum non valet, secus si addatur, quod multitudo intraba., & exhibat.*

9 *Citatio ad videndum collationari, & corrigi est necessaria.*

§. 1. ROTA perpetuò obseruauit, vt saltem fiat Citatio per proclama contra interesse putantes. Put. decis. 91. & 236. num. 3. lib. 3. Achill. decis. 3. de re iud. & de perpetua Rotæ obseruantia dicitur coram Card. Seraph. decis. 1241. num. 1. Cum in hoc iudicio.

Et stãte dicta citatione dicitur satisfactum illi, qui de tempore sententiæ habebat ius considerabile, vt non possit opponere, quod non fuit citatus, ad tradita per Bart. in extrauag. Ad reprimendum. in vers. Edictum. Felin. in cap. fin. de maior. & obed. Curt. cons. 23. sub num. 8. Et fuit dictum coram Comitulo in Burgen. Maioricasus vlt. Ian. 1590. & coràm R. P. D. Coccino Decano decis. 449. num. 3. incip. De validitate primæ. vbi pariter habes, quod Rota seruat hanc opinionem.

§. 2. ROTA solet requirere, ad hoc, vt constet de Citatione opus sit, quod per Notarium sit facta. Rota in vna Gebennen. prætensi matrimonij Lunæ 30. Octob. 1570. corã Decan. Oradin. est decis. 468. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Quia huiusmodi causa. vers. secundò dubitaui, vbi de hoc testatur.

§. 3. in ROTA pluries fuit resolutum, quod Citationis negatiua non probetur, nisi antea integer processus

cessus sit productus. *Card. Seraphin. decis.* 1307. *num.* 3. *incip. Fuit resolutum non constare.* vbi de hoc attestatur. quam *decis.* postea secuta est in *causa Meliuitana Emphyteusis. Lunæ* 11. *Maij* 1615. *num.* 4. *coram Dunozet. est decis.* 684. *in Recent. par.* 2. *incip. Domini censuerunt non constare.* vbi etiam refertur *decis.* 636. *nu.* 5. *part.* 1. *diuers. incip. Conclusum pro validitate.* Idem dictum fuit *in vna Augusten Hospitalis. Lunæ* 21. *Februarij* 1611. *coram Vbaldo. nu.* 7. *est decis.* 293. *in Recent. part.* 1. *incip. Fuit lata sententia.*

§. 4. in ROTA pluries fuit decisum, quod si procurator generalis compareat, hoc non sufficiat ad sanandam *Citationem* nulliter executam. *Cordub. in vna Cauden. deuolutionis. Mercurij* 23. *Martij* 1598. *sub titulo de sent. & re iud. est decis.* 8. *in eius lib. in manuscript. incip. Die* 23. *Martij.* §. *neque obstat.* vbi dicitur, quod sic pluries fuit decisum, referendo ad hoc *Lancellott.* 2. *par. cap.* 4. *de attentat. lit. pendent. num.* 121. *&* 122.

Idem notauimus inf. *in hac part. in verb. Procurator.* §. 10. *in Rota fuit pluries decisum.*

§. 5. ROTA pluries tenuit, quod citans aliquem tamquam procuratorem, videtur eum tamquam verum procuratorem approbare, *Rota coram R. P. D. Coccino Decan. decis.* 61. *nu.* 3. *incip. Fuit resolutum coram me.* vbi dicitur, quod ita pluries fuit resolutum in Rota. & refert, & sequitur *Mohed. decis. vnic. num.* 4. *de regular. incip. Causa nullitatis, & Card. Seraph. decis.* 933. *nu.* 3. *incip. Fuit resolutum sine difficultate.* In qua pariter testatur, quod sic fuit in infinitis causis in Rota resolutum.

§. 6. ROTA sæpius resoluit, quod *Citatio* ad videndum iurare testes nō requiratur in loco examinis, vbi semel facta est in loco decretæ remissoriæ. *Cardin. Seraphin. decis.* 1010. *nu.* 3. *incip. Ex quatuor examinibus.* vbi affirmatur, quod Rota sic sæpius resoluit. in qua etiam sequendo, refertur *decis. in causa* Calaguritana *Oblationum Lunæ* 26. *Martij* 1590. *coram Comitul. est decis.* 96. *in eius lib. in manuscript. incip. Validitatem examinis. & in causa Toletana de Salzedon,* 16. *Februar.* 1590. *coram Decano Pegn. est decis.* 84. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Domini censuerunt. & in causa Legionen. Sancti Facundi* 19. *Martij eiusdem anni. coram* Card. *Pamphil. Senior.*

§. 7. ROTA semper secuta est consilium *Bald.* 268. *incip. Factum est tale. vers. item nullo modo. col.* 1. vbi dicitur quod *Citatio* pro singulis horis, & diebus tamquam incerta nullius est roboris. *Mohed. decis.* 170. *aliàs* 4. *de testibus. num.* 3. *incip. Inter Dominos.* vbi de hoc affirmat: quam decisionem postea sequitur *Ant. August. in suo epit. in tit. de dol. & contumac. nu.* 24. vbi pariter sequitur *Put. decis.* 37. *de iudic. incip. Locus debet exprimi.* Idem dictum fuit *in vna Lunen. Sarzanen. Hæreditatis* 29. *Nouembris* 1574. *coram Scipion.* Card. *Lancellott. est inter eius selectas decis.* 2. *de testib. incip. Testium examen. in manuscript.* vbi dicitur, citationem factā pro singulis diebus, & horis habere speciem seruitutis, & propterea esse nullam. Ita etiam fuit dictum *coràm sanct. mem: Gregor. XV. decis.* 71. *n.* 3. *incip. Processum vltimo loco.* Et vide *Beltram. in addit. nu.* 9. qui ad hoc pluria allegat.

Quam conclusionem limita, vt dicit *Ant. August. in supra citato loco.* nisi infrà paucos dies.

Idem etiam habes *Part.* 3. *in* §. *Bald. cons.* 268. *Factum tale est. lib.* 1.

§. 8. ROTA pluries secuta fuit illam definitionem, quod si Notarius dicat, quod publicauit *Citationem* in valuis tempore diuinorum non valeat; quia multitudo tunc non manet apud valuas, sed intra Ecclesiam: si tamen Notarius diceret quod tempore illo multi intrabant, & exhibant tunc habetur pro bona. *Crescent. decis.* 69. *alias* 5. *de dol. & contumac. per tot. incip. Executionem citationis.* vbi testatur, quod ita pluries hanc definitionem secuti fuerunt: quam decisionem postea sequitur *Ant. August. in suo epit. eod. tit. de dol. & contumac. num.* 14. Idem etiam dictum fuit *coram Cardin. Seraphin. decis.* 236. *incip. Fuit resolutum. num.* 2.

Vide etiam sup. ad Primam Partem ad *decis. Put.* 168. *in nouis* 164. *incip. Citatio per edictum. lib.* 2. *fol.* 547. *col.* 1. *in med.*

Plura pariter habes *in nostr. Obseruat. ex Rota* Romana *in verb.* Regul. Cancell. *Obseruat. circa regul. de publicand. tam in prima, quam in secunda.*

§. 7. in ROTA sæpius fuit resolutum, quod *Citatio* ad videndum collationari, & corrigi est necessaria. *Rot. coràm Cordub. in causa Leodien. Census.* 1. *Iulij* 1596. *incip. In causa Leodien. est decis.* 76. *in eius lib. in manuscript.* vbi testatur, quod ita sæpius fuit resolutum, & præsertim *coràm Gypf. in causa Siracusana quartæ. Vener.* 29. *Maij* 1592. *incip. Circa primam. est decis.* 263. *in eius lib.* 1. *in manuscript. & coram Cardin. Pamphil. Senior. in causa Legionen. Prestimoniorum* 28. *Ianuar.* 1594. *& coram Decan. in causa Valentina Capellaniæ* 12. *Iunij* 1592.

Et ista citatio non suppletur, per illam ad videndum reproduci Iura compulsata, & pro illorum fide, & authenticatione videndū recognosci: quia nihilominus necessaria est vltima citatio ad videndum collationari, ita dixit Rota *in d. decis. Cordub.* §. *Quæ citatio.*

Clausula.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ generales positæ in clausulis exequutiuis, non alterant dispositionem.*

2 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*

3 *Clausula (contradictores) intelligitur de contradictoribus de facto, & non de iure.*

4 *Clausula (dummodo remaneant centum pro Rectore) apposita in resignatione pensionis est plene probanda.*

5 *Clausula,* & alias omni meliori modo, *propter illam coniunctionem (&) semper auget alios modos vltra expressos, & non stat restrictiuè, prout staret sine copula (&).*

6 *Clausula, ex certa scientia, & similes operantur tantum circa ea, quæ sunt iuris non autem ea quæ sunt facti.*

7 *Clausula, habita, vel non habita possessione posita in reseruatione pensionis non extenditur vltra duos, vel tres annos, vbi subest iusta causa.*

8 *Clau-*

8 *Clausula (prout de iure) apposita in corpore alicuius gratiæ, restringit tantum verba præcedentia, non autem totam commissionem.*

9 *Clausula, litis statum, posita in commissione facit censeri, quod sit facta mentio litis,*

10 *Clausula, non obstantibus priuilegijs, quorum tenores, &c. derogat omnibus priuilegijs habentibus clausulas derogatorias, ac si essent expressa.*

11 *Clausula, pari eo breui, non continet expensas.*

12 *Clausula, quorum tenores quid operetur.*

13 *Clausula (refectis expensis) in commissione posita non admittit obligationem.*

14 *Clausula, releuans, &c. habet vim fideiussionis, de iudicatum soluendo, tàm in prima, quàm in alijs instantijs.*

15 *Clausulæ exequutiuæ declarant qualis fuerit mens disponentis.*

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod *Clausulæ* generales positæ in clausulis exequutiuis, non alterant dispositionem. *Rot. coràm R.P.D. Coccin. Decan. decis. 349. num. 7. incip. Domini resolnerunt, gratiam.* vbi testatur, sic pluries fuisse resolutum in Rota.

§. 2. in ROTA pluries fuit dictum, quod *Clausula* in fine posita refertur ad omnia præcedentia. *Rot. coràm R.P.D. Coccino Decan. decis. 166. n. 2. incip. Dubitaui, an filij.* vbi testatur, quod sic sæpius fuit resolutum in Rota, vt coràm *Card. Pamph. Senior. in causa Placentina Euictionis 16. Ianuarij 1589.*

Vide latissime conclusionem istam, cum suius ampliationibus, & limitationibus, *in nostr. Obseruat. ex Rot. Roman. in verb. Clausula. la 2. Obseruat. prima.*

§. 3. in ROTA fuit pluries resolutũ, quod *Clausula* (contradictores) intelligatur de contradictoribus de facto, & non de iure R.P.D. *Coccin. Decan. in vna Calaguritana Beneficij Vener. 2. Maij 1608. quæ est decis. 407. in impress. num. 5. incip. Fuit resolutum, quod licet.* vbi Rot. testatur sic pluries fuisse resolutum. & referendo sequitur *Lancellott. de attent. app. pend. limitat. 8. num. 41.*

§. 4. ROTA passim firmat, quod *Clausula (dummodo remaneant centum pro Rectore)* in resignatione pensionis apposita, requiratur, quod probetur per plenas, & concludentes probationes. *Rot. coràm Card. Pamph. Senior. in causa Oppiden. Pensionis Luna 3. Iunij 1585. est decis. 24. in eius lib. in manuscript. incip. Dixerunt Domini,* vbi affirmat sic Rotam passim firmare. & præsertim *coràm Mohed. decis. 148. quæ est decis. 3. de testib. incip. Augustinus, & coràm Card. Lancell. Senior. in causa Clusin. Pensionis 9. Decembr. 1573. & coram Gregor. XV. decis. 57. num. 2. Domini dixerunt, sententiam. vbi etiam, quod sic sæpius fuit resolutum.*

Vide multa circa hanc clausulã *sup. ad I. Par. ad Crescent. decis. 17. de rescrip. fol. 309. col. 2. in med.*

Et in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Beneficium. Obseruat. circa Pensiones. vbi multa notabilia per plures §§.

§. 5. ROTA passim tenet, quod *Clausula* (& alias omni meliori modo) huiusmodi clausula, quando ei est adiuncta copula (& aliàs) semper augeat alios modos vltra expressos, & non stet restrictiuè nisi quãdo apponitur simpliciter sine copula (&) *Cas. de Grass. decis. 12. aliàs 1. de elect. nu. 4. incip. Fuit resolutum, quod si.* vbi testatur quod ita Rota passim teneat: in qua etiam refertur. & sequitur *decis. 1. Acchil. de clausul. & decis. in causa* Romana *50. millium coram Aldobrandino.* & aliàs etiam fuisse tentum affirmat, *in vna Oxomen.* Portionis *coràm Vestano* 20. Iunij 1548. Idem dictum fuit *coram sanct. mem. Gregor.* XV. *decis. 207. incip. Fuit concordi Dominorum. nu. 4.* vbi pariter attestatur, quod Rota ita passim teneat. quam decisionem postea sequitur *Rot. in vna Viterbien. fideicõmissi Ven.* 10. Maij 1613. *sub nu. 23. coràm* Reuerendiss. *Manzanedo. est decis. 487. part. 1. in* Recent.

§. 6. ROTÆ obseruantia est, quod *Clausula* ex certa scientia, & similes operentur tantum circa ea, quæ sunt iuris, non autem circa ea, quæ sunt facti. *Card. Seraphin. decis. 268. num. 5. incip. Causa fuit diligenter.* vbi testatur, quod Palatium ita indistinctè teneat, & allegatur ad hoc *Curt. Sen. cons. 49. nu. 34. Soccin. Iun. cons. 77. n. 105. lib. 1. Roland. cons. 7. nu. 105. lib. 3. incip. Quoniam rei satis.* in quo multos alios cumulant.

§. 7. ROTÆ obseruantia est, quod *Clausula*, habita, vel non habita possessione, posita in reseruatione pensionis non extendatur vltra duos, vel tres annos, vbi subest iusta causa. *Card. Seraph. dec. 66. num. 2. incip. Laurentius de Lerma.* vbi affirmat, quod sępius à Rota ita interpretata sit huiusmodi clausula, & allegatur ad hoc *Antonius Augustinus 705. lib. 3. & decis. in vna* Conuenarum de Cordellas *coràm Decano Oradino Mercur.* 13. Iunij *1565. est decis. 188. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Præsupposito.*

Vide *sup. ad* I. *Par. ad d. decis. Oradin. fol. 374. col. 2. in fin. & insuper.*

Vide *in nostr. Obseru. ex Rot. Rom. circa Pensiones,* §. 8. *incip. Pensio si fuerit.* Et etiam *in verb. Clausula. la 2. Obseruat. 296.* vbi habes quando procedat ista interpretatio ex Rot. benignitate.

§. 8. in ROTA aliquando fuit facta fides de inueterato Signaturæ stylo, vt quotiescumque *Clausula* (prout de iure) apponitur in corpore alicuius gratiæ respiciens aliquod capitulum, vel partem alicuius gratiæ, illud solum restringit, non autem totam commissionem. Vbi verò, vel in fine clausularum si adsunt, vel in fine ipsius gratiæ apponitur, semper restringit totam gratiam. *Rot. in Romana S. Thomæ Luna 4. Febr.* 1608. *coràm Scott. est decis. 16. in eius lib. incip. Emanauerat à fel. rec.* Pio *V. & in Arimin. Castror. seu rescissionis Ven.* 18. *Maij* 1590. *coràm* Card. *Seraph. est decis. 922. in impress. incip. Fuit resolutum* Illustrissimos.

Multa circa hanc clausulam *vide in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb.* Claus. *Obseruat. circa clausulam (prout iuris) vbi per multos* §§.

§. 9. ROTA sæpius resoluit, quod quãdo *Clausula*, litis statũ, &c. adest in cõmissione, censetur factam esse sufficientem mentionem litis. *Rot. coram* Reuerendissimo *P.D.* Cocc. *Decan. decis. 263. num. 7. incipit. Fuit resolum gratiam.* vbi testatur, sic sæpius fuisse resolutum in Rota. & allegatur *Acchil. de Grass. decis. 9. de rescript. incip.* Commissio *in qua. & Put. decis. 2. eod. tit. incip. Postea in eadem causa. &* Card. *Seraph. in vna Zamoren. fructuum 12. Nouemb.* 1584.

§. 10. RO-

§. 10. ROTÆ stylus est, quod per *Clausulam* non obstantibus priuilegijs, quorum tenores, censeatur derogatum omnibus priuilegijs habentibus clausulas derogatorias, non aliter ac si illa fuissent ad verbum expressa. *Mohedan. decis. 20. alids 1. de rescript. in qua Adden. in litera A. attestatur, quod iste est communis stylus Rotæ. referendo decis. 492. p. 3. lib. 3. Diuers. incip. Ecclesia Monasterien.*

§. 11. in ROTA sæpius fuit resolutum, quod *Clausula*, parito breui, non continet expensas. *Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 36. num. 4. incip.* Capitulum *Vrgellen.* vbi testatur, quod ita sæpius fuit resolutum in Rota, & signãter *in causa Pampilonen. Beneficij 28. Iunij 1587. coràm Card. Blanchett. & in* Carthaginen. *Fructuum 28. Decemb. 1586. coràm* Robuster. *& coràm Card.* Seraph. *decis. 1218. incip. Fuit dubitatum super.* Idem dictum *in* Recent. *part. 2. decis. 319. in fin. incip. Fuit visum* Dominis. vbi pariter affirmatur, quod ita sæpius fuit resolutum.

§. 12. ROTA sequitur *Butr. cons. 2. in Clausula* quorum tenores, quæ operatur quod non requiratur expressa mentio contrariorũ *Rota in* Vindunen. *Canonicatus 10. Aprilis 1581. coram Card. Seraph. & in vna Nullius de Stepa.* Ven. 13. Martij *1587. coràm Pamphil. Sen. est decis. 97. in eius lib. in manuscript.*

§. 13. in ROTA sæpissimè fuit dictũ, quod *Clausula* (resectis expensis) in commissione posita nõ admittit oblationem. Rot. *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 392. num. 9. incip. Constat de re iudicata.* vbi affirmatur, quod sic sæpissimè fuit dictum in Rota.

☞ Plura circa hanc *Clausulam notauimus in nostr. Obseruat. ex Rot. Roman. in verb.* Clausula. *là 2. Obseruat. circa* Clausulam *resectis expensis. per plures §§.*

§. 14. ROTÆ stylus est, quod *Clausula*, releuans, apposita in mandato procuræ, habet vim fideiussionis de iudicatum soluendo, & hæc satisdatio non tantum intelligitur data in instantia pendente, sed etiam in alijs instantijs. *Rot. coràm R. P. D.* Coecino *Decano decis. 319. num. 5. incip. Fuit resolutum sententiam.* vbi testatur, quod Rota seruat hanc opinionem æquiorem. & refert, & sequitur *decis. 353. Bellam. incip.* Cautiones *facta.* Verall. *decis. 67. lib. 2. in manuscript. Cæsar de Graß. decis. 2. num. 7. de locat. incip. Placuit Dominis sententiam. &* Cott. *decis. 4.* Et hanc opinionem sequuti sunt *Parlamentum Burdegalen. vt per Bero. decis. 315. nu. 1. incip. Et quoad secundam. & Consilium Neapolitanum, vt per Vincent. de Franc. decis. 320. part. 2. incip. In decisione 208. & Senatus Parisien. vt testatur Thesaur. decis. 202. num. 5. incip. Fideiussor quidem.*

☞ Vide quæ diximus *in nostr. Obseruat. ex Rot. Roman. in verb.* Clausula. *la 2. Obseruat. 562.*

§. 15. ROTA sæpius voluit, quod *Clausula* executiuæ, licet non amplient dispositionem, declarant tamen qualis fuerit mens disponentis. *Rot. coràm bo: mem: Card.* Sacrato *decis. 216. num. 2. par. 1. posthum.* vbi testatur, quod sic sæpius fuit dictum in Rota, & allegantur nonnullæ decisiones.

Clericus.

SVMMARIVM.

1 *Clerico pro victu, & vestitu Rota non assignat minus quam ducatos viginti quatuor auri.*

2 *Clericatus illegitimi qualiter probetur, cum non sufficiat communis reputatio, & requiratur dispensatio, & de quo tempore, & à qua persona possit dispensari.*

§. 1. ROTA cuiuis *Clerico* quamuis infimo, pro necessarijs ad victum, & vestitum non assignat minus viginti quatuor scutis auri de Camera, *vt fuit dictum coràm* Comitulo *in vna Lucana Mainsculatus* Ven. *9. Iunij 1589. num. 3. incip.* Apud Dominos. *Est decis. 62. in eius lib. in manuscript.* vbi dicitur, quod ita testatur. *Caßador. decis. 6. nu. 56. de appellat.*

☞ Idem habes *suprà in verb.* Alimenta. §. 2. *Rota clerico, &c.*

§. 2. ROTA sæpè tenuit, quod in illegitimo non
1 sufficit probatio † *Clericatus* per communem reputationem, vt per *Accorambon. decis. 21. incip. Ad probandum. lib. 1.* Nam dicta probatio per testes deponentes de communi reputatione licet regulariter
2 admittatur. † Tamen secus est in illegitimo, quia opus est, quod probetur dispensatio, quæ non præsumitur nisi ex tractu longissimi temporis, alias esset quodammodo promotus per saltum, & sic non valeret *Gomin. cons. 91.*
3 Et in tantum requiritur † dispensatio, quod non sufficit producere instrumentum matrimonij postea contracti, vt sic tamquàm legitimus non requireretur dispensatio. Quia non sufficit, quando datur de clericatu ante contractum matrimonium, quia non potuit valere sine dispensatione, & statim in beneficio
4 fuit ius quæsitum parti. † Licet autem legitimatio retrotrahatur ad tempus natiuitatis, vt per *Bart. in l. Gallus. §. Et quid si tantum. de liber. & posthum.* Tamen nõ debet retrotrahi in præiudicium illorum, quibus est ius quæsitum. *vt ibid. per omnes Doct.* nec potuit reualidari actus iste nullus.
Nec deniq; dispensatio producta releuabat, quia
5 fuerat † ordinatus ab Episcopo non suo, & dispensatus de potestate ordinaria dicti Episcopi non sui; Cum haberet quidem licentiam ab Episcopo dioecesano ad ordines, non autem ad dispensandum, & ille dispensauerit sua auctoritate ordinaria, & hoc non
6 poterat de iure, † neque in generali mandato venit potestas dispensandi. *Castrens. consil. 348. volum. 1. Calder. cons. 3. de offic.* Vicar.
DECLARAVIT aliàs hanc conclusionem, & obseruantiam. *Rota coràm Guidob. decis. 131. incip.*
7 *Licet in præbendis.* † Quod in iudicio possessorio restitutorio sufficit illegitimum probare clericatum
8 per communem reputationem: † & quod actus illegitimus non tenetur dare literas sui clericatus. Vt
☞ & notauimus infrà. *circa Habilitates. §. 1. Rota seruat passim in probandis habilitatibus. num. 4.*

Commissio.

SVMMARIVM.

1 *in Commissione, quando æquè principaliter fuit commissa causa nullitatis, & appellationis, iuxtà Rotæ Stylum, vna deserta alia etiam est deserta.*

2 *Commissio vltimo loco præsentata dat facultatem simpliciter inhibendi.*

3 *Commissio non dicitur communis ante executionem citationis ad dicendum contra.*

4 *Com-*

4 *Commissiones per non verum procuratorem impetratæ non valent, nisi fuerint per principalem tacitè, vel expressè approbatæ.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod in *Commissione* nullitatis, & appellationis æque principaliter continente, deserta vna sit deserta alia, quod videtur contra communem, vt per *Franc. in cap. dilecto. quæst. 58. de appellat.* contrà quem semper fuisse seruatum dicitur *in decis. 33. Achill. num. 1.* vbi *num. 3.* quod iste stylus contrà communem non est extendendus, prout fuit ibi tentum, quod deserta appellatione non esset desertum negotium principale, cum ambo simul essent commissa.

§. 2. ROTA de stylo non solet denegare inhibitionem, quando *Commissio* est vltimo loco præsentata. *Rot. in vna Calaguritana, & Calciateñ. Iurisdictionis. Lunæ 22. Iunij 1579. coràm Bubal. est decis. 84. in eius libr. in manuscript. incip. Domini resoluerunt esse inhibendum. in princip.* vbi testatur de tali stylo Rotæ: prout etiam fuit dictum *in causa Gadiceñ. pro Capitulo contra Episcopum, coràm Card. Lancell. Sen.*

§. 3. ROTA tenet, quod *Commissio* non fit facta communis ante executionem citationis, & ideò impetrans potest se pœnitere, nec aduersarius eo inuito potest ea vti. *Hostiens. in cap. ex conquæstione col. 2. in princ. vers. tu verò dicas. Imol. post Innoc. & alios. num. 2. de restit. spoliat. Aretin. cons. 33. nu. 3. vers. ad 3. Franc. in cap. interposita. §. ille denique. nu. 11. & 12. de appell. Felin. in rubr. de rescript. nu. 3. post Bald. in l. 1. C. vt lit. pendent. dicens communiorem opinionem.* Rot. *in vna* Romana *Pecuniaria de Guicciardinis* Vener. *19. Nouembr. 1610. coràm Pirouano num. 1. & 2. est decis. 317. in* Recent. *part. 2. incip. Commissionem.* vbi allegatur *decis. in vna Salamantina pensionis. coràm Bubalo 13. Ianuarij 1584. est decis. 202. in eius lib. in manuscr. & est impressa apud Marches. tom. 1. fol. 172. incip. Fuit resolutum R. D. Episcopum. & decis. in vna Mutineñ. Canonicatus 23. Iunij 1600. coràm Cardin. Pamphil. & decis. in vna Siracusana 1. Decembris 1603. & 26. Martij 1604. coràm Ortembergo. Et fuit etiam dictum coràm felic. record. Gregor. XV. decis. 552. incip. Fuit dictum sententiam. In qua dicitur num. 2. quod postquam est præsentata efficiatur communis. & Addit. in litera B. in hac decis.* dicit quod Rota passim seruat quod commissio non efficitur communis, nisi pars aduersa sit citata vbi latè declarat hanc materiam.

☞ Vide suprà *Part. I. ad* Rot. *decis. 340. aliàs 61. de appellat. in nou. vbi notauimus. fol. 582. col. 1.*

§. 4. ROTÆ stylus est, quod *Commissiones* sine speciali mandato impetratæ per nō procuratorem non valeant. *apud Aegid. Bellam. decis. 582. nu. 1. incip. Licet vsus Palatij.* Qui styllus intelligendus est secundū eamdem *decis.* si per illum, cuius nomine fuerint impetratæ, postea comprobatæ fuerint tacitè, vel expresse, puta quia earum vigore illi postmodum processerint. *per l. licet. ff. de iud. & cap. nonnulli. extra de rescriptis.*

☞ Vide quæ diximus *sup. Part. I. ad d. decis. 582. & 583. fol. 247. col. 2. in med.*

Conductio.

SVMMARIVM.

1 *Conductori non est facienda remissio affictus, quando quantitas percepta in alijs annis, potest resarciri damnum acceptum in præcedentibus annis.*

§. 1. ROTA solita est tenere illam opinionem, quod ad obtinendam remissionem affictus *Conductor* non habeat iustam causam, quando quantitas percepta in alijs annis potest reparare læsionem, seu damnum passum in præcedentibus annis. *Rot. in vna Anagnina Molendini Mercurij 10. Maij 1600. coràm Decan. Pegn. est decis. 29. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Super dubio reseruato.* vbi dicit quod Rota solita est tenere hanc opinionem, & tenuit in multis causis, & signanter *in causa Romana affictus Casalis 8. Februarij 1593. coràm Gyps. est decis. 147. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Conduxerat Illustris. & rursus in causa Romana remissionis affictus 14. Martij 1594. coràm Litta, & in causa Iterameñ. Affictus 11. Decembris 1596. coràm eod. & in causa Romana remissionis affictus 19. Iunij 1598. coràm Corduba, est decis. 171. in eius lib. in manuscript. incip. In resolutionibus factis.*

☞ Vide in Obseruat. *in verb. Remissio mercedis per totum.*

Confessio.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis, quando probet.*
2 *Confessio extraiudicialis de æquitate Canonica plenè probat.*
3 *Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares.*
4 *Confessio partis attenditur, quando plura adminicula cum ea concurrunt.*
5 *Confessiones de recepto concurrentibus adminiculis probant possessionem.*
6 *Confessio procuratoris quando à principali reuocari potest.*
7 *Confessio procuratoris quando noceat domino, & quando non.*

§. 1. ROTA seruat sententiam, quod *Confessio* extraiudicialis probat, quando emanauit ad effectum probandi, non autem ad effectum obligandi, putà, ad effectum probandi contractum fuisse factum, non autem ad faciendum contractum. *iuxtà decis. Bellam. decis. 690. confessio omissa. sub num. 8. in vers. in extraiudicialibus verò. sequitur* Rota *in* Ragusina *matrimonij Mercur. 10. Nouembr. 1577. coràm Robusterio. est decis. 121. nu. 29. part. 1. diuers. Et in* Parisieñ *Pecuniaria Ven. 30. Martij 1612. & Ven. 16. Decēbris eiusdem anni corā* Reuerendiss. *Decano Coccino. vt in* Recent. *decis. 398. nu. 2. & 433. nu. 2. p. 1.*

☞ *Alia circa hanc conclusionem. Vide in* Part. I. *in decis. Bellamera decis. 690. Confessio omissa. fol. 250. col. 1.*

§. 2. ROTA semper solita fuit seruare illam sententiam, quod *Confessio* extraiudicialis de æquitate Canonica plenè probat. ita habetur *coràm* R. P. D. *Coccino Decano decis. 170. num. 10. incip. Fuit resolutum Ferdinandum.* sic etiā fuit dictū *coràm Put. decis. 11. nu. 3. lib. 2. incip. Die 27. Aprilis. & coràm Cantucc. in causa Hispaleñ. Iuris votandi 16. Martij 1575.*

§. 3. ROTÆ stylus est, quod *Confessio* extraiudicialis non probetur per testes singulares. Rot. *decis. 350. num. 8. in fin. par. 4. diuers. incip. In prima propositione.* vbi dicitur, quod hanc communem opinionem.

nionem sequitur Rota. & allegatur *Put. decis. 3. de probat. incip. Licet testes singulares.*

§. 4. ROTA in aliquibus causis tenuit, quod *Confessio* partis attendatur, quando plura adminicula cum ea concurrunt. *Rot. in causa Romana Palatij de Ioachinis. Lunæ 25. Nouembris 1571. coràm Decano Oradino. est decis. 564. in eius libr. 2. in manuscript. incip. Præsupposito* quod, vbi attestatur Rotam in similibus terminis ita tenuisse. & refert. *Achill. decis. 1. de confess. incip. Confessio mulieris.*

§. 5. in ROTA tritum est, quod *Confessiones* de recepto concurrentibus adminiculis probant possessionem. ita fuit dictum *coràm R. P. D. Coccino Decano. decis. 261. num. 3. in fin. incip. Domini omisso.*

§. 6. ROTÆ stylus est, vt *Confessio* procuratoris possit reuocari à principali non docto de errore. *Bellamer. decis. 692. Erronea. in fine. Rot. decis. 19. de procur. & 2. de confess. in nou.* Quod tamen non procedit si principalis comparendo in iudicio saltem tacitè ratificauit gesta per procuratorem. *Aut. August. decis. 283.* Minusque quando est lata sententia. *l. error. C. de iur. & fact. ignor. Caputaquen. decis. 192. part. 1. Rota in Mediolanen fructuum. Vener. 16. Maij 1590. coràm Gypsio. est decis. 132. in eius lib. 1. in manuscript.*

Et vide quæ diximus *Part. I. ad Rot. decis. 260. aliàs 19. de procur. in nou. præsertim in Addition.*

§. 7. Et quod *Confessio* procuratoris per se primò, & principaliter, non incidenter facta, non noceat Domino, post *Castr. in l. non solum. num. 2. de procurat. Aegid. decis. 104. Factum, seu confessio. nu. 3. Felin. in cap. 1. nu. 14. & seq. vt lit. non contest.* fuit dictum *coràm Sanctiss. Ludouis. decis. 407. Causa iterum. num. 3.*

Quod tamen intelligitur de confessione voluntaria, vt post *Alex. cons. 130. nu. 6. lib. 4. Paris. cons. 115. num. 21. & seq. lib 1.* dixit *Rota coràm ead. Ludouis. decis. 375. Conclusum fuit. num. 5. Et coràm Buratto decis. 768. in Recent. parte 2. num. 5. Et coràm eod. Ludouis. decis. 460. Visum fuit.* In his duabus vltimis decisionibus declaratur, quę dicatur voluntaria procuratoris confessio, nimirum, licet facta in iudicio, cum ab eius arbitrio nullo præcedente iussu iudicis processit, ad *Alex. cons. 222. num. 16. lib. 2. Paris. d. cons. 115. nu. 21. lib. 1. Menoch. cons. 31. num. 40.* Idem etiam de voluntaria confessione quando Domino non præiudicet dixit. *Rot. coràm eod. Ludouis. decis. 467. Placuit Rotæ. nu. 11. Seraph. decis. 674. Domini nolunt. num. 2.*

Si tamen est adminiculata, & fulcitur coniecturis, tunc talis confessio præiudicat. *Ludouis. decis. 506. Rota censuit. num. 6.* vbi allegatur decisio Seraphini, quam non inuenio, sed bene hoc dicit *Seraph. decis. 634. Dubitatum fuit. nu. 3. vers. in contrariū tamen.*

Quod dictum est, etiam non docto de errore posse tales confessiones reuocari, LIMITA nisi principalis obtinuisset, vel illis fuisset vsus in iudicio. *Addit. ad Ludouis. decis. 270. Resolutum fuit in litera C.*

Confessarius.

SVMMARIVM.

1 *Confessariorum dictis multum solet deferri.*

§. 1. ROTA multum solet deferri dictis *Confessariorum. Pegu. Decan. in causa Veneta prætensæ Illegitimitatis. Vener. 4. Decembris 1598. est decis. 155. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Post habitas disputationes.* vbi de hoc affirmat, & referendo sequitur *decis. in causa Toletana professionis. Ven. 15. Decembris 1595. coràm Card. Seraph. est decis. 1166. in impress. incip. Fuit dubitatum, an metus.*

Confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia requirit plenam, & concludentem probationem, etiamsi ciuiliter agatur.*

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod quando agitur de crimine *Confidentiæ*, etiamsi ciuiliter tractetur, requiritur plena, & concludens probatio. *Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 238. num. 1. incip. Cum fuissem in hac causa.* vbi testatur, quod sic sæpius Rota dixit, & signāter *corā fel. rec. Clem. VIII. in vna Firmana Capellaniæ die 7. Maij 1582. & corā Card. Pamphil. Sen. in causa Imolen. Confidentiæ 23. Ianuarij 1595. & coràm Litta in alia Aretina Confidentiæ 24. Februarij 1592.* Et vide ibi *Beltramin. in addit. ad d. decis. Greg. in litera A. num. 13.* qui aliàs decisiones cumulat, & hanc materiam declarat, & limitat.

Vide quæ diximus, circà probationem cōfidentiæ *sup. Par. I. ad d. dec. Firmana Capellaniæ. fol. 3. col. 1. in princip.* Licet numeri paginarum non sint signati. & *ad Seraph. decis. 1029. fol. 100. col. 2. in princip.* vbi habes de probatione simoniæ.

Confirmatio.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio Apostolica contrà formam rescripti obtenta, nulla est.*

§. 1. ROTA pluries dixit, quod *Confirmatio* Apostolica contra formam rescripti obtenta, nulla est. *Rot. decis. 224. num. 5. par. 4. diuers. incip. Fuit iterum causa proposita.* vbi dicitur, quod ita sæpius fuit resolutum.

Congrua.

SVMMARIVM.

1 *Congrua non debetur Rectoribus, & Vicarijs, qui personaliter non resident, & curam non exercent.*

§. 1. in ROTA sæpissimè fuit resolutum, quod *Congrua* portio non debeatur Rectoribus, & Vicarijs, qui personaliter non resident, & curam non exercent. *cap. extirpanda. §. si verò. de prædend. & ita sentit Rebuff. in tractat. congruæ portionis q. 68. Card. Mantica decis. 250. num. 2. in fin. incip. Altero tantum, quæ est decis. 7. in Recent. part. 2.* vbi Rota refert, & sequitur *decis. in vna Calaguritana cōgruarū die 16. Nouemb. 1571. coràm Decano Oradin. est decis. 560. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Stante resolutione facta.*

Consensus.

SVMMARIVM.

1 *Consensus Coauditorum, hodie sufficit quod sit tacitus, nec requiritur alius expressus.*
2 *Consensus in materia beneficij debet præstari in Cancellaria, vel Camera, vel per cedulam Cardinalis distinctè, & formaliter.*

§. 1. RO-

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Consensus* Coauditorum, qui iuxta constitutionem Innocentiæ nam debet accedere, vt iurisdictio remaneat penès Auditorem, cui prius fuit presẽtata commissio, hodie sufficit quid sit tacitus, nec requiritur expressus. *Cassad. decis. 5. nu. 1. de rescript. decisio 1. de consit.* attestans ita seruatum fuisse suo tempore, & antea.

§. 2. ROTÆ stylus est, quod *Consensus* in materia beneficij debeat præstari in Cancellaria, vel Camera, vel per cedulam distinctè, & formaliter. *Rot. in causa Placentin. de Lozar. Mercur. 16. Octobr. 1555. coràm Decan. Oradin. est decis. 359. in eius lib. 1. in manuscript.* vbi de hoc testatur.

Consilium Regium.

SVMMARIVM.

1 *Recurrens ad Consilium Regium ne citetur, habet pro citato.*

§. 1. ROTA solet facere interpretationem cõtra recurrentem ad *Consilium* Regium, putà ne citetur, quia habetur pro citato, cum præstetur ab ipsis impedimentum. *cap. quoniã frequenter. §. porro, vbi glos. in verb. impedit. ext. vt lit. non contest. Card. in Clement. causam quæst. 13. de elect. cum alijs per Tiraquel. de retract lignag. §. 1. glos. 1. num. 102. & §. 2. glos. 1. num. 9. Rot. apud Card. Seraph. decis. 1044. num. 3. incip. Domini recesserunt à resolutione.*

Consuetudo:

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo immemorabilis non probatur, quando constat de initio.*
2 *de Consuetudine doctori attestanti, non creditur.*
3 *Consuetudo semel probata, probat etiam inter alios.*

§. 1. in ROTA notum est, & frequenti vsu receptũ, quod *Consuetudo* immemorabilis non probetur quando de initio constat. *Rot. in vna Cerrien. Decimarum Lunæ 22. Apr. 1602. coràm Decan. Pegn. est decis. 163. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Die 27. Iunij 1501.* vbi testatur de frequẽti vsu huius Tribunalis recepto.

§. 2. ROTA seruat, quod non credatur Doctori attestanti de *Consuetudine*. *vt per Mohed. decis. 209. & 276. aliàs 2. & 3. de consuetud. & fuit dictum in Cauallicen. iuris collectandi 9. Martij 16. Maij, & 27. Iunij 1583. coràm Card. Lancell. Senior, & in Parmen. Status 14. Aprilis 1600. coràm Card. Seraphino. Et vide fusius infrà in verb. Doctor. §. 1. Rota tenet, quod non creditur.*

§. 3. in ROTA de stylo receptum est, quod quando semel probata est *Consuetudo*, etiam inter alios, non egeat alia probatione. *Rot. in vna Narnien. Dotis Lunæ 13. Maij 1591. coràm Decan. Pegn. est decis. 147. incip. Vxorem duxerat. in eius lib. 1. in manuscript.* vbi affirmat, quod dictum fuit *coràm Pereg. decis. 51. lib. 1. & decis. 83. lib. 2.* quod sic de stylo fuerit receptum. Idem etiam dictum fuit *in vna Mediolanen. fructuum Lunæ 9. Martij 1592. coràm Oran. est decis. 128. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Dubitatũ fuit.*

Contractus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus solo consensu perficitur, nec requiritur scriptura.*
2 *Contractus censetur potius censualis, quàm emphyteoticus.*
3 *Contractu principali annullato, annullatur etiam accessoria fideiussorum obligatio.*

§. 1. in ROTA perpetuò amplexa fuit illa opinio quod *Contractus* solo partium consensu perficiatur, nec ad eius substantiam requiratur scriptura. *Card. Seraph. decis. 854. num. 3. incip. Fuit dubitatum.* in qua Rota affirmat, quod ita semper seruatum fuit, non obstante quicquid dicat *Castren. in l. eum re. num. 3. C. de transact. vt per Pereger. decis. 34. in vna Placentina lib. 1. Put. decis. 43. incipit, Contractus lib. 3.*

§. 2. ROTA semper tenuit, quod in dubio *Contractus* censeatur censualis non emphyteoticus. *Vide infrà Par. 3. in §. Afflictus. decis. 129. incipit, Comes S. Angeli. num. 2.*

§. 3. ROTA intelligit doctrinam *Bart. in l. cum lex. 47. ff. de fideiuss.* quod annullato *Contractu* principalis, annulletur obligatio fideiussoris, quando nullitas est propter defectum formæ, quæ facit *Contractum* ab initio non valere, quia tunc non habet, vbi cõsistat obligatio accessoria. ita dictum fuit *in causa Tudertin. Census Veuer. 26. Maij 1600. coràm Iusto. est decis. 153. inter impress. penès Fariuac. post 2. tom. consil. incip. Dubitaui, an mandatum. num. 3.*

Copia.

Vide infrà in verb. Sumptum.

Curator.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus ad lites non cauet, quod procedit tàm in Summarijs, quàm in Ordinarijs.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Curator* datus ad lites non caueat, qui stylus fundatur in opinione *Speculat. in tit. de curat. §. vt autem. Achil. de Graff. decis. 89. aliàs decis. 1. de Iudic.* vbi dicitur quod propterea dicit *Bertran. cõs. 281. vol. 3. in nou.* quod curator datus ad lites, numquàm vidit hoc seruari in parlamentis. Ideo fuit declaratum hoc procedere tàm in Summarijs, quàm in Ordinarijs. *Et licet in fin. d. decis. Acchil.* quæratur, an idem etiam seruetur in prophanis, vel inter Romanos stãte Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 49. in nou.* & quamquam dicat, quod *Rota in vna Romana hæreditatis coràm Puteo. de anno 1548.* nihil resoluit, sed quod Domini magis inclinabant, quod valeret sine cautione.

Damna, & Interesse.

SVMMARIVM.

1 *Damna, & interesse concludenter probantur per instrumenta Societatum.*
2 *Damna, & interesse petenti incumbit onus probandi se illa passum fuisse, & ob quam causam petit.*

§. 1. ROTÆ obseruantia est, quod *Damna*, & interesse probentur concludenter per instrumenta Societatum. *Cardin. Seraphin. decis. 935. num. 4. incip. Fuit resolutum in casu.* vbi dicitur, quod Rota hoc perpetuo admisit. & allegatur *dec. in causa Romana Vineæ de Brunis sub die 8. Iunij 1587. coràm Cardd. Blanchett. & Bubalo.*

§. 2. ROTÆ opinio est, quod petenti *Damna*, & interesse incumbat onus probãdi se illa passum fuisse, & ob quam causam petit damna, & interesse. *Coccin. Decan. decis. 498. num. 2. incip. Cum Domini de Oricellarijs.* vbi Rota reprobat *Ruin. consil. 104. nn. 6. lib. 1.* & refert, & sequitur *decis. in causa Romana Cambiorum de Gradis 15. May 1592. coràm Card. Millino, & in causa Romana de Zaberijs 7. Aprilis 1581. coràm Cantnec. & in causa Romana Vineæ de Brunis 2. Decembr. 1591. corã Orano. est decis. 117. in eius lib. 2. in manuscript. incip. In vna Romana Vinea.*

Datio in diem.

SVMMARIVM.

1 *Dare aliquid in diem, quando hoc Rota iubet alicui, quid in hoc seruet.*

§. 1. ROTA perpetuò seruat, quando aliquid iubet *Dari* in diem, quod detur in causam declarandam per Rotam. ita fuit dictum *coràm Reuerendissimo D. Coccino Decano in vna Ianuen. Fructuum Dotis Lunæ 15. Maij 1634. Dubitaui an, & quam summam.*

Debitor.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non liberatur a solutione dans literas cambij creditori, nisi cum effectu interuenerit solutio.*

2 *Debitor vigore iuramenti tenetur soluere, & postea si prætendit indebitum, repetere.*

§. 1. ROTA tenet, quod *Debitor* non liberetur à solutione dans literas cambij creditori, nisi cum effectu interuenerit solutio. *iuxt. doctr. Salicet. in l. Filius. num. 2. vers. sed dubitari potest. ff. ad Macedon. Castren. in l. si debitorem. nu. 3. ff. de nouat. Cagnol. in l. singularia. in prima lectur. num. 161. vers. Non obstat. ff. si cert. petat.* reprobata *doctr. Bart. in d. l. singularia Rot. coràm Remboldo in vna Romana literarum Cambij, Lunæ 1. Iunij 1615. est decis. 679. in* Recent. *part. 1. num. 2. incip. Domini Errera.* vbi dicitur quod ita sæpè, & sæpissime in Rota resolutum fuerit. & signanter *in vna Bononien. Pecuniaria 15. Ianuarij 1581. coràm Card. Lancellott. (non ann. 1551. vt mendosè ibi legitur) est decis. 98. in eius decis. select. in manuscrip. incip. Gnainus depofuerat. & in vna Veneta Literarum Cambij 22. 1583. coràm Gypſ. est decis. 274. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Verificatis nonnullis. & in vna Romana Literarum Cambij 3. & 12. Maij 1595. corã eod. Gyps. est decis. 166. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Ex rationibus deductis.*

§. 2. ROTA non sequitur *doctr. Bart. in l. qui solidum. de legat. 2.* Sed contrariam amplectitur de qua per eumdẽ *Bart. in l. 1. §. si stipulanti. de verb. oblig.* nimirum, quod *Debitor* vigore iuramẽti tenetur soluere, deinde si prætendit indebitum, repetere. *c. debitores. de iureiur. Put. decis. 63. Dubitani. lib. 1. vt fuit resolutum in Bononien. Locationis 26. Octob. 1551. coràm Ant. Ang. & in vna Romana Pecuniaria 21. Nouemb. 1554. coràm Fantuccio, & in Romana rescissionis contractus 19. Ianuar. 1575. coràm Cardinali Seraphino.*

Decanus.

SVMMARIVM.

1 *Decanatus possessio si non est capta capitulariter, non conceditur manutentio.*

§. 1. ROTA seruat illam opinionẽ, quod *possessio Decanatus* non est manutenibilis, quando possessio non fuit capta capitulariter. *Rota in vna Placentina Decanatus Lunæ 4. Decembr. 1600. coràm Pegn. Decan. est decis. 68. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Proposui dubium.* vbi dicit, quod Rota seruat hanc opinionem. & sequendo refert. *Cassad. decis. 8. de caus. possess. & propriet. incip. Vt legitima sit.*

Decimæ.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum materia censetur prophana ad effectum remissoriæ.*

2 *super Decimis transactio est nulla, facta sine beneplacito Apostolico, etiam quod agatur, quod decimæ remaneant penès possessorem.*

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod *Decimarum* materia censeatur prophana ad effectum remissoriæ. *fel. rec. Gregor. XV. decis. 174. in princ. vbi Beltramin. in addit. in litera A. affirmat.* quod ita Rota sæpius dixit. allegando ad hoc *Put. decis. 324. in fin. lib. 2. incip. Die 26. Noueb. & Manzaned. in causa Legionen. Decimarum Vener. 22. Maij 1615. est decis. 677. part. 1. in Recent. in princ. incip. Fuit conclusum dandam. & Cardinal. Pamphil. Iunior. in causa Valentina Decimarum de Gandia 23. Februarij 1607.* Idem etiam sensit Rota antea *in ead. Valentina Decimarum 23. Febr. 1601. coràm Card. Pamph. Senior.*

§. 2. ROTA seruat, quod transactio super *Decimis* sit nulla, si est facta sine beneplacito Apostolico, etiã quod agatur, quod decimæ remaneant penès possessorem. *Rot. coràm R. P. D. Coccin. Decan. decis. 362. num. 3. incip. Rota censuit, Remissoriam.* vbi dicitur quod sic pluries fuit firmatum in Rota, & allegatur *Caputaq. decis. 106. num. 1. & 6. par. 1. incip. Cessio iuris. & decis. 318. p. 3. incip. Transactio, siue cessio.* Ita etiam fuit resolutum *coràm eod. Coccin. decis. 301. num. 1. incip. Dubitani, an Monachis.* vbi plures decisiones cumulantur.

Declaratoriæ literæ.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur, seruatis solitis terminis ad docendum de paritione, & non docto, quod etiam seruatur in mandato de manutenendo.*

2 *Declaratoria non requiritur in facto notorio, ad euitandum circuitum.*

3 *Declaratorias non solet Rota concedere, quando præsumitur quod Censuræ sint contemmendæ.*

§. 1. ROTÆ stylus est, vt seruatis quatuor terminis solitis ad docendum de paritione, & non docto detur *Declaratoria. Felin. in c. ad probandum. num. 6. de re iud. Cassador. decis. 6. nu. 10. de caus. possess. & propriet. incip. Causa subrogationis. Mohed. decis. 1. in princ. de sent. excommunici. incip. Præminẽtiarum causa. Card. Caualer. decis. 364. n. 1.* Quem stylum Rota seruat etiam in mãdato de manutenendo. *vt in vna Vicen. Prioratus 19. Mar. 1610. coràm Pamphilio.* Et in specie in mandato de manutenendo

tenendo dandam esse declaratoriam *dictum fuit in Brixien. Clericatus 26. Ianuarij 1598. coràm Orano. incip. Domini tenuerunt mandatum. & in Alucrien. Beneficij 17. Iunij 1609. coràm eod. Pamphilio. & in Cremonen. Pensionis 28. Maij 1612. coràm Vbald. Idē Caual. in d. num. 1. & in alia Auximana Vnionis 26. Aprilis 1619. num. 4. incip. Postquam in hac die. coràm eod. quæ est decis. 50. in eius impress.*

§. 2. ROTÆ stylus est, quod quando sumus in facto notorio, ad euitandum circuitum, tunc *Declaratoria* non requiratur. ita dixit *Rot. in vna Mantuana Bonorū Lunæ 1. Decemb. 1578. coràm Bubal. est decis. 44. in eius lib. in manuscript. incip. Galeottus Pedocha. vers. Ad secundā pariter.* & fuit etiam dictum *coràm Oradin. Decan. in vna Romana Vinearum 20. Iunij 1572. est decis. 619. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Præsupposito testamento. vers. Dñi dixerunt.* in qua Rota pariter testatur de tali stylo, quod etiam testatum reliquit *Gales. de obligat. in form. Cam. in tit. de liquid. num. 15.*

§. 3. ROTA non consueuit concedere literas *Declaratorias*, quādo præsumitur quod consunæ sint contemnendæ, vt solet contingere in quibusdam Terris Sedi Apostolicæ nō admodum benè affectis. Et hoc, ne Sed. Apostolicæ vilescat auctoritas, & illi contrà quos proceditur deteriores, & obstinationes reddātur. Ita dixit, & fecit *Rota coràm Pegna in vna Monasterien. iuris pascendi Merc. 5. Iulij 1589. incipit. Super iure pascendi. Est decis. 45. in eius lib. 1. in manuscript. incip.* vbi stante tali denegatione declaratoriæ, fuerunt prorogata fatalia parti aduersæ, ne ex eorum lapsu ius eius periret.

Idem notauimus *sup. in verb. §. 1. Rota consueta est, tunc denegare.*

Decretum Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis interpositum in contractu minoris, facit quod causa expressa præsumatur vera, donec aliud probetur.*

2 *Decretum Iudicis debet esse iustum ad hoc, vt possessio acquiratur, non eiectis colonis.*

§. 1. ROTA in pluribus causis tenuit, quod causa expressa in contractu minoris, in quo interuenit *Decretum* iudicis præsumitur vera, donec non probetur falsa. *Rota coràm Cardin. Pamphil. Iunior. in causa Romana Saluiani Interdicti 15. Decembris 1614. & coràm bon. mem. Manzaned. in alia Romana Saluiani 20. Maij 1613.* & quod ita in pluribus causis tenuit Rota. attestatur *Beltramin. in annot. ad fel. rec. Gregor. XV. decis. 406. incip. Fabius, & Virginius. in litera C. num. 20.*

§. 2. ROTÆ obseruantia est, quod *Decretum* Iudicis debeat esse iustum ad hoc, vt possessio acquiratur non eiectis colonis. *argument. l. iuste possidet. de acquir. possess. Card. Lancellot. Senior. decis. 3. de possess. inter eius decis. select. in manuscript. incip. Decretum Iudicis.* Vbi Rota refert. & sequitur *decis. in vna Romana Domus ad imaginem Pontis coràm eod. Lancellott.* in qua etiam Rota testatur, quod in pluribus causis ita tentum fuerit. idem fuit dictum *in vna Senogalien. Prædij. Mercur. 4. Iulij 1582. coràm Bubal. est decis. 142. in eius lib. in manuscript. incip. Domini dixerunt executionem.*

Decretum Irritans.

SVMMARIVM.

1 *In Decretis irritantibus, admittitur interpretatio à Iure communi.*

2 *Decretum irritans, & clausula sublata, &c. faciunt quod possessio antea capta sit infecta, & non manutenibilis.*

§. 1. ROTA semper in *Decretis* irritantibus admittit interpretationem à iure communi, vt non habeant locum, quando quis non fouet bonū ius, tunc enim potest cognoscere bonam fidem. *Rot. in vna Corduben. Cappellania Lunæ 10. Iunij 1596. coràm Cordub. sub titul. de decret. irraut. & præbend. est decis. 62. in eius lib. in manuscript. incip. In causa Corduben. vers. Cum difficultate.* vbi testatur de tali perpetua obseruantia Rotæ, & allegatur *decis. coràm Decan. in vna Palentina Pensionis 1562.*

§. 2. in ROTA fuit pluries resolutum, quod *Decretum* irritans, & clausula sublata, &c. positæ in aliqua constitutione operantur quod possessio capta ante emanatam talem constitutionem sit infecta, & non manutenibilis. *Rot. coràm Card. Pamphil. Senior. in causa Asculana Pensionis. Ven. 7. Februarij 1586. incip. Domini vnanimiter. in fin. est decis. 46. in eius lib. in manuscript.* vbi testatur sic pluries fuisse resolutum in Rota.

Depositum.

SVMMARIVM.

1 *Depositum, vt releuet debet esse purum, adeò quod creditor ad libitum possit exigere illud.*

§. 1. ROTA sæpissimè resoluit, quod *Depositum* ad hoc vt suffragetur, vt quis non teneatur ad solutionem fructuum censuum, debet esse purum, & sine aliqua cōditione, ac tale, quod ad sui libitum possit creditor illud exigere. *fel. record. Gregor. XV. decis. 505. num. 9. incip. Resolutum fuit depositum.* vbi dicit quod sic sæpissimè fuit resolutum, & signanter *in vna Bononien. bonorum de Gambarinis. 4. Nouembris 1580. coràm fel. rec. Clement. VIII. & in Romana census 2. Aprilis 1607. & 3. Iunij 1608. coràm Reuerendiss. Manzanedo.* Idem dictum fuit *in causa Ianuen. Census. Ven. 29. Nouembr. 1613. coràm Dunozet. quæ est decis. 488. in Recent. par. 2. incip. Dòmini dixerunt, mandatum num. 5.* vbi Rota refert, & sequitur *decis. in causa Farsen. pecuniaria. Vener. 19. Decembris 1602. (non autem 1609. vt ibi mendosè legitur) coràm eod. Gregor. XV. est decis. 146. in impress. incip. Fuit vnanimi.*

Derogatio.

SVMMARIVM.

1 *In Derogationibus requiritur clausula, quorum tenores.*

§. 1. iuxtà ROTÆ stylum infinitæ *Derogationes* remanent in efficaces, quando in eis nō apponitur clausula, quorum tenores. quę aliàs essent efficaces. *Card. Seraphin. decis. 291. Fuit resolutum indultum. num. 9. post Gozad. cons. 9. num. 27.*

Deuolutio.

S V M M A R I V M.

1 *Deuolutio, vt habeat locum, opus est docere de dominio, & sufficienter non probatur ex solutione Laudemij, vel annuæ responsionis.*

§. 1. ROTA tenet, quod ad hoc, vt habeat locum *Deuolutio*, necessarium est prius docere de dominio prætendentis deuolutionem. *Rot. coràm Seraphin. decis. 1453. in princip. incip. Domini censuerunt non fuisse factum.* In qua allegatur *decis. in Romana Vineæ 22. Iunij 1592. coràm Orano, quæ est decis. 156. in eius manuscript. lib. 2. & in Foroliuien. Parochialis 3. Iunij 1588. coràm cod. & est decis. 348. lib. 1. in eius manuscript. & in Romana Domus 11. Maij 1592. coràm Cardin. Mellino. & in alia Romana prætensæ deuolutionis Domorum 13. Nouembr. 1596. coràm Litta. & in Romana Vineæ 22. Martij 1602. coràm cod.* vbi canonizantur aliæ decisiones similes. Sed hoc casu nõ sufficit probari dominium ex recognitione, & solutione Laudemij, & responsione annua, seu canone, quia ista non sufficiunt ad absolutam dominij probationem. *Rot. in d. decis. Seraph. 1453. num. 1. in med.* cum illa tantum faciant ad effectum exigendæ responsionis, seu canonis. vt in specie dictum fuit *in d. Romano Vineæ. coràm Orano.*

Dilatio.

S V M M A R I V M.

1 *Citato legitimè in partibus non conceduntur dilationes, secus verò è contrà.*

2 *Dilationes, siue prorogationes malitiosè à procuratoribus extortas solet Rota reuocare absque alia citatione.*

§. 1. ROTA numquàm solet, quando est aliquis in partibus legitimè citatus, ei mandare, aut concedere *Dilationes*, secus autem esset, si citatio fuisset nulliter f. ct*a. Put. decis. 43. & in nou. 41. in fin. incip. In vna Oxonien. lib. 1.* in qua Rota attestatur de tali consuetudine.

§. 2. ROTA solet reuocare *Dilationes*, siue prorogationes malitiosè extortas à procuratoribus sine alia citatione. *Franc. in cap. si is cui. de offic. deleg. in 6. Cassador. decis. 9. nu. 2. Gabr. de dilat. concl. 1. nu. 14. Mohed. decis. 198. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 1. in fin. Lancell. de attent. part. 2. cap. 7. num. 26. & 27.* quæ enim calumniosè ex actis apparent sine partis citatione tacitè per processum ad vlteriora reuocantur, ne detur occasio multiplicandi sententias, & lites, vltra quod si ex actis verè apparet de calumnia, non potest parti competere aliqua defensio, ac propterea frustratoria esset citatio. vt per *Gabriel. conclus. 1. num. 348. in 16. limitat. & num. 484. in 90. limitat. Rota in Orioleñ Decimarum 26. Martij 1590. coràm Orano.*

Diligentiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Diligentiarũ exceptionem, quando Rota nõ admittat.*

§. 1. ROTA non admittit exceptionem *Diligentiarum*, quando loca sunt insolita ad custodiam scripturarum cõcernentium grauissimum interesse Sedis Apostolicæ destinata, prout sunt ea, quæ seruantur in Arce S. Angeli. it i dixit *Rot. coràm Reuerendiss. P. D. Pirouano in vna Romana Præpositura 17. Martij 1634.*

Dispensatio.

S V M M A R I V M.

1 *Dispensatio ad quæcumque beneficia comprehendit etiam beneficia curata, & Cathedrales.*

2 *Dispensatio probatur per testes.*

§. 1. in ROTA sæpius fuit dictum, quod licet in *Dispensatione* non veniant beneficia curata, & Cathedrales, tamen si dispensatio fiat ad quæcumq; beneficia, illa comprehenduntur. *Rot. coràm Card. Lancellott. Senior. in causa Cæsaraugustana Pensionis. Veuer. 18. Iunij 1610. quæ est decis. 294. inter impress. penes Farinac. post 2. tom. consil. incip. Per contractum matrimonij. num. 3.*

§. 2. de ROTÆ stylo admittuntur probationes per testes ad probandam *Dispensationem*, vt attestatur *Soccin. cons. 60. nu. 14. lib. 1. Rota in Cusentina prætensæ confidentiæ Lunæ 4. Februar. 1591. coràm Orano.*

Doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Doctori attestanti de consuetudine non statur.*

§. 1. ROTA tenet, quod non creditur *Doctori* attestanti aliquid esse de consuetudine, quia hoc consistit in facto, & Doctori non est data facultas asserẽdi ea, quæ sunt facti, sed interpretandi iura, *Mohed. decis. 2. & 3. de consuetud.* reprobata opinione. *Bart. & Castr. in l. de quibus. de legib. vt per Mohed. d. decis. 3.* Quod etiam notauimus *in I. Par. Singul. ad Mohed. d. decis. 2. & 3. fol. 355. col. 1.* Vbi adduximus concludentes *decis. Lancellotti Sen. Seraphin. & Gypsius.*

Quibus adde *Sanctiss. Ludouis. decis. 274. incip. Prætendebatur. nu. 5. vbi Addit. in littera D.* allegat aliàs decisiones, videlicet, *Camerineñ Spolij 4. Iunij 1610. coràm Card. Sacrato. & Papieñ. & Placcutina feudorum 4. Iunij 1597. coràm Litta.* Et adducit quoddam temperamentum huius opinionis. *ex Sard. & Gabriel.* Quod etiam attentat *Addit. ad Mohed. d. decis. 2. de consuetud.* Idem dictum fuit *coràm Card. Sraph. decis. 1349. num. 5. incip. Fuit conclusum processum.* in qua affirmat. quod ita Rota seruat, allegando *supradict. decis. 2. Mohed. & coràm R. P. D. Coccino Decano in vna Intercamneñ. Pecuniaria 23. Iunij 1603. nu. 27. incip. Pendente huiusmodi. est decis. 123. in eius lib. in impress.* & huius conclusionis aliud temperamentum habetur *coràm cod. Decan. Coccin. in causa Barchinoneñ fructuum 10. Decemb. 1610. nu. 4. est decis. 376. incip. Cum ageretur in eod. lib. in impress.* vbi Rota refert, & sequitur *decis. in vna Palentina Fructuum 26. Februarij 1570. coràm Illustriss. Lancellot.* Idem dictum fuit *coràm Cardin. Mantica decis. 357. num. 6. incip. Conclusum fuit non probari.*

Dominium.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium ad effectum reiuindicationis non probatur per solutiones, & instrumenta locationum.*

§. 1. RO-

§. 1. ROTA sæpè approbauit *decis. Caputaquen. 280. alias 2. par. 1. incip. Dominiũ quando agitur.* vbi dicitur, quod *Dominium* ad effectum rei vindicationis non benè probetur ex instrumentis locationum, solutionibus, & alijs confessionibus, & adminiculis. *Rot. in vna Romana deuolutionis Vineæ Lunæ 17. Martij 1603. corã Decan. Pegn. est decis. 223. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Hanc vineam*, vbi testatur de tali sæpè approbatione. *vt in Romana Vineæ 13. Nouembr. 1596. coràm Litta, & in Romana Deuolutionis Vineæ 13. Nouemb. 1602. coràm Card. Seraph. est decis. 1453. in impress. incip. Domini resoluerunt.* Quam tamen *decis. Caputaquen.* decl. 12, vt dixit Rota *in vna Ariminen. Bonorum 4. Februarij 1611. coràm Cardin. Marquemont. est decis. 290. in Recent. part. 1.* Idem dictum fuit *in vna Romana Vineæ Lunæ 32. Iunij 1592. coràm Orano. est decis. 156. lib. 2. in manuscript. incip. Domini resoluerunt.*

Vide, quæ diximus *Part. 1. ad decis. 280. Caputaquen. fol. 255. col. 2. circà med.*

Vide etiam *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Dominium. Obseru. circa Probationem.* §. 1.

Donatio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, si fiat ad hoc, vt donans alatur, non eget insinuatione.*

§. 1. in ROTA pluries fuit resolutum, quod *Donatio, si fiat ad hoc*, vt donans alatur, cum ista donatio non sit simplex, sed ob causam non eget insinuatione. *Rota coràm R. P. D. Coccino Decano decis. 433. num. 7. vers. Et in terminis. incip. Licet Domini admittant.* vbi testatur, sic sæpè dixisse Rotam. & allegatur *decis. in causa Romana Viridarij 23. Februarij 1590. coràm bon. mem. Orano. est decis. 19. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini resoluerunt, donationem.*

Dos.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis recepta, quando probet veram numerationem.*

2 *in Dote principali quando aliquid statutum est, intelligitur etiam statutum in eius augmento.*

3 *Dotis lucrum debitum per statutum, habet etiam locum in dote promissa.*

§. 1. ROTA sæpè resoluit, quod confessio *Dotis* receptæ probat veram numerationem, quando constat de promissione præcedenti. *Rot. in vna Perusina Dotis 9. Iunij 1614. coràm bon. mem. Vbaldo.* vbi dicitur, quod sic sæpè in pluribus causis in Rota fuit resolutum. ita etiã testatur *Beltram. in annot. ad decis. 491. fel. rec. Greg. XV. in litera C. num. 12.* & ad hoc non nullas cumulat decisiones.

§. 2. ROTA sæpius inclinauit in illam sententiam, quod quãdo statutum est aliquid in Dote principali, tacitè etiam intelligitur statutum in eius augmento *R. P. D. Decan. Coccin. decis. 457. post num. 3. incip. Domini resoluerunt fructus.* vbi Rota sequendo refert *decis. in causa Romana fructuum dotis 17. Aprilis 1600. coràm Card. Millin. & decis. in causa Romana dotis de Maximis 3. Martij 1606. coràm Card. Pamphilio. Iunior.*

§. 3. ROTA tenet, quod lucrum *Dotis*, quod debetur per statutum, non solum habeat locum tamen dote data, quam in dote promissa. *fel. rec. Greg. XV. decis. 204. num. 22. incip. Contra laudum.* vbi dicitur, quod Rota ita tenet. & allegatur *Arbil. decis. 13. de constitut. incip. Dote promissa. in princ. & Seraph. decis. 248. in princ. incip. Fuit resolutum.* Idem dictũ fuit *in vna Asculana Dotis 9. Martij 1603. coràm Card. Sacrato.* vbi fuit dictũ hanc opinionem habere locum, etiamsi Statutum vtatur verbo, remaneat, etsi loquatur de dote data, & ita etiam tenuit Rota *in vna Senegallien. dotis 13. Ian. 1608. coràm Cardin. Pamphil. Iunior. & coràm eodem Greg. XV. decis. 21. num. 1. incip. Laurentius Carpinius. & coràm Peregrino in vna Clusin. dotis 12. Ianuarij 1598.*

Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ læsionem in aliquo contractu alleganti, incumbit onus probandi.*

§. 1. ROTA in pluribus causis resoluit, quod si aliquis dicat, *Ecclesiam* læsam esse in aliquo contractu, ei incumbat onus probandi. *Rot. in causa Romana Census Mercur. 2. Decemb. 1609. corã bon. mem. Manzanedo, quæ est decis. 30. inter impressas penès Cenc. in tractat. de Censib. incip. Institutis hæredibus. num. 4.* vbi affirmatur, quod sic sæpius fuit resolutum in Rota, & præsertim *coràm bon. mem. Card. Pamphil. Sen. in causa Mediolanensi Bonorum 10. Ian. 1591.*

Emphyteusis.

SVMMARIVM.

1 *in Emphyteusi acquirens primus potest præiudicare vocatis, quando iste primus id acquisiuit mediante pecunia.*

2 *Emphyteusis concessio facta alicui ad tertiam ipsius generationem comprehendit etiam pronepotes.*

3 *Emphyteusi concessa pro masculis, & fœminis stante statuto exclusiuo fœminarum, masculi prius succedunt, & illis deficientibus fœminæ.*

§. 1. ROTA tenet illam opinionẽ, quod primus acquirens in materia *Emphyteusis* possit præiudicare vocatis. *Card. Sacratus in vna Bononien. de Bouijs 19. Nouemb. 1612. in princ. est decis. 438. in Recent. p. 1. incip. Fuit resolutum prædium.* vbi Rota refert, & sequitur *decis. in Romana de Grescis 4. Februarij 1605. coràm Litta, & decis. in causa Romanæ Bonorum de Lilio 7. Februar. (non 2. vt ibi mendosè legitur) 1582. coràm Card. Seraph. quæ est decis. 559. num. 19. incip. Dum tractarem. in impress. & in Romana Emphyteusis coràm Card. Caual. Lunæ 12. Nouembris 1612. est decis. 219. nu. 16. incip. De anno 1546. in impress. quæ decis. est etiam registrata in Recent. Part. 1. decis. 435. num. 13.* Idem etiam fuit tentum *in vna Romana Domus 28. Iunij 1613. coràm Decan. Coccin. & in decis. 398. in princ. incip. Episcopus Ciuitatis. coràm eod. Card. Caualer.* in qua affirmat, quod ita pluries tenuit Rota. Et quod Rota teneat hanc opinionem testatur *etiam Addent. ad Sanctiss. Ludouis. decis. 529. nu. 23. vbi post relatas nonnullas decis. addit.* quod ista opinio Rotæ habet locum, quando primus acquirens id habuit mediante pecunia,

nia, secus si ex mera liberalitate concedentis, quia tunc non potest praeiudicare comprehensis iuxta distinctionem de qua per *Surd. decis. 290. num. 2. incip. Episcopus Arriuabenus.* & expressè secuta fuit Rot. *in Viterbien. Castrorū 14. Decemb. 1616. coràm Card. Sacrat. Et tentum in d.* Romana *Emphyteusis fuit coràm eodem Caualer. ibi ex causa onerosa.*

§. 2. ROTÆ opinio est, quod *Emphyteusis* alicui vsque ad tertiam ipsius generationem concessi comprehendat etiam pronepotes. *Sanctiss. Ludouis. decis. 522. num. 1. incip.* Placuit D. *decisio*, in qua Rota canonizat *decis.* Card. *Seraph.* in illa eadē causa facta *sub die 24.* Maij 1600. *est decis. 1362. in impress. incip. Fuerunt factae.* Et in *d. decis. Ludouis.* multae cumulantur *decis.* super hoc puncto factae. & idem dictum fuit *in vna* Romana *Domorum 25. Maij 1616. corā* Vbal. vbi dicitur, quod etiam hoc procedat, non obstante, quod in inuestituris antiquis, nō adesset dictio, *ipsius.* Quam etiam opinionem latè sequuti sunt *Card. Caualer. &* Reuerendiss. *Manzaned. in eorum voto decisiuo in causa Senogallien. Castrorum inter Sereniss. Vrbini Duce, & D.Marchionem de* Ruere. Et ab hac opinione tamquàm magis vera, magisque communi, & à Rota toties approbata non est in iudicando recedendum. *Vt inquit Addit. in d. decis. Sanctiss. Ludouis. in litera* A. *in fin.*

Eadē habes *in vna* A*ssisien. Emphyteusis Merc. 27. Iun. 1629. incip.* Vsque de anno *coràm R. P. D. Merlino impressa in folijs volantibus. Et in eadem causa coràm eodem* Merc. 18. Martij 1630.

☞ Plura si desideras in hac materia *Vide suprà 1. Part. ad decis. Card. Seraph. 1362. nu. 2. & ad Caputaquen. decis. 18. par. 2. & ad Pegn. decis. 25. lib. 2.*

§. 3. ROTA sequitur illam opinionem, tamquàm receptissimam, quando *Emphyteusis* cōcessa est tàm pro masculis, quàm pro foeminis, si statutum adsit in Ciuitate exclusiuum foeminarum, masculi prius succedant, & illis deficiētibus foeminae. *Bart. in cons. 60. num. 1. lib. 1.* Angel. *cons. 184. col. 1. in fin. vers. Idem est. Anchar. cons. 125. num. 2. Corn. cons. 37. num. 2. lib. 3. & cons. 42. sub num. 8. lib. 4.* vbi respondet *Bald.* qui cōtrarium tenuit *in l. liberti, libertaeq. C. de oper. libert. & in Auth. si quis ruinas.* C. *de sacros. Eccles.* sequitur etiam *Bart. Alex. cons. 44. num. 20. vers. secundò praesuppono. lib. 1. Imol. in cap. potuit. nu. 67. vers. Item aduerte de locato. Rip. in l. haeredes. §. cum ita. n. 76. vers. hinc etiam. ff. ad Trebell. Aldobran. cons. 5. nu. 33. lib. 1.* Valasc. *de iure Emphyt. quaest. 41. nu. 40. Peregr. de fideicommiss. art. 17. nu. 24. Calers. de Emphyt. lib. 2. q. 14. num. 36. & 41. de communi Clar. in §. Emphyteusis. q. 32. vers. sed pone.* Rota in *in vna* Romana *Domus S. Ludouici 27. Nouemb. 1600. coràm* Penia *Decano. incip. Proposita haec causa. quae est decis. 67. lib. 5. in eius manuscript. & In* Romana *Emphyteusis 18. Maij 1601. coràm Coccino Decano. incip. Dubitaui an Sulpitiae. quae est decis. 32. inter eius impress. & in* Romana *Domus 25. Iunij 1615. coràm Card. Sacrato.* Quas decisiones refert, necnon sequitur *Rot. coràm Card. Caualer. in vna Romana Domorum Lunae* 8. *Martij 1621. num. 1. incip. Domus controuersae. quae est decis. 555. inter eius impress. vbi nu. 2.* dicit, quod illa opinio *Bald. & Salic.* reprobatur, qui distingunt inter Emphyteusim haereditariam, & ex pacto, & prouidentia, cum dictum *Bart. in l. iuris iurandi. §. si liberi. num. 5. ff. de oper. libert.* indistinctè procedat in qualibet Emphyteusi, siue sit haereditaria siue ex pacto, & prouidentia. *Honded. cons. 13. num. 19. & 30. lib. 1.* Roland. *cons. 68. num. 55. vers. vlt. imò Non obstat. lib. 1.* & à dicta distinctione cauendum esse monet V*alasc. d. quaest. 41. num. 4. in fin.*

Quae *decis. Card. Caualer. fuit postea in eadē causa coràm eod. confirmata. est decis. 583. Fuerat resolutū.* vbi pluribus auctoritatibus *Doct. &* Rot*a adductis* Rota stetit in decisis per *doctr. Bart. coràm Bald. & contra Bald. & Salicet.*

☞ Idem habes *inf. Par. 6. circà Statuta. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 145. nu. 22. incip. Amplia secundò.*

Enunciatiuae.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua vnica non probat.*
2 *Enunciatiuae duae vltrà centum annos habent vim famae, & probatur in antiquis.*

§. 1. ROTA saepius in pluribus causis tenuit, quod *Enunciatiua* vnica non probet. *Rota corā fel. rec. Greg. XV. decis. 77. num. 7.* Proposui *dubium.* vbi de hoc testatur, & refert *decis. in causa Sabinen. Confinium 17. Octob. 1577. coràm Card. Blanchetto.* Ita etiam Rota dixit *coràm eod. Greg. decis. 407. nu. 1. Causa iterum* in qua etiam affirmat, quod sic saepius resoluit Rota. vbi praeter *d. decis. Sabinen.* alias etiam allegat, & dicit, quod hoc maximè procedit, quando enunciatiua est moderna. *Aym. de antiq. temp. part. 1. §. 1. num. 7. & 9.* & ita pariter fuit dictum *in vna Farsen. Territorij 20. Iunij 1608. coram Decan. Pegn. est decis. 39. in eius lib. 6. in manuscript. incip. Farsen Territorij.* & sic saepissime in alijs. vt dicitur *in d. decis. Greg. nu. 2.* Et ibi vide *Beltramin. in addit. in litera* A. *num. 6.* vbi ait, quod enunciatiua vnica non probat, etiamsi sit antiqua, & ad hoc plura adducit, ac materiam istam breuiter declarat.

§. 2. in ROTA saepè fuit decisum, quod duae *Enunciatiuae* antiquae vltrà centum annos habent vim famae, & probant in antiquis. *Rota in causa* Meliten. *Habitus, seu Probationum Lunae 17. Decembr. 1607. coram Card. Lancellot. Iunior. est decis. 248. inter impress. penès Farinac. post 2. tom. consil. Incip.* De nobilitate *familiae. num. 3.* vbi de hoc testatur, & allegatur *decis. 1. Cassador. de probation. incip. Pertinentia collationi.*

Episcopus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam in tota sua diaecesi, & absque probatione possessionis, est manutenendus.*
2 *Episcopus est manutenendus in possessione iurisdictionis etiam contra praetēdentes immemorabilem.*
3 *Episcopis nō tribuitur priuilegiū vigore alternatiuae.*
4 *in Episcopo residendi animus non conuincitur per necesse ex corporali residentia.*
5 *Episcopus promouendo non subiectum imprimit caracterem, sed executio ordinis suspenditur.*

§. 1. in ROTA saepe fuit decisum, quod *Episcopus* habeat intentionem fundatam de iure communi propter eiusdem iuris assistentiam, & absq; probatione competat manutentio in tota eius prouincia. *Rot. in vna* Montis Regalis *Iurisdictionis. Mercurij 4. Nouembris 1598. coràm Decan. Pegn. est decis. 146.*

decis. 146. *in eius lib.* 4. *in manuscript. incip. Vtraque parte.* vbi testatur quod in Rota ita sæpe fuerit decisum, & præsertim *in causa Bononien.* S. *Petronij. Ven.* 28. *Aprilis* 1595. *coràm* Card. *Mantica. est decis.* 322. *in eius lib. in impress. num.* 2. *incip.* Conclusum *fuit. & in vna Veronen. Iurisdictionis* 21. *Martij* 1596. *coràm* Cardin. *Pamphil. Senior.* Idem etiam fuit dictum *in causa Salamantina iurisdictionis. die* 18. *April.* 1581. *coràm Lauretano. & in causa Valentina Iurisdictionis de Zatina* 9. Aprilis 1590. *coràm Bubalo.* quæ decis. fuit postea confirmata *sub die* 20. *Maij* 1591. *coràm* Card. *Seraph. est decis.* 948. *in eius lib. in impress. incip.* Domini *steterunt in resolutis. num.* 1. *& in causa Burgen. de* Castro *Xeriz. Lunæ* 16. Decembris 1594. *coràm eodem Seraphino. est decis.* 1104. *pariter in impress. incip.* Domini *censuerunt. num.* 1. Vide *Beltramin. ad fel. record. Gregor. XV. decis.* 312. *in litera* A. *num.* 4.

§. 2. ROTA perpetuò amplexa est decisionem Sacr. Congreg. Concilij, quod *Episcopus* est manutenendus in possessione Iurisdictionis etiam cõtra prætendentes immemorabilem donec illa plenè probetur propter assistentiam iuris communis. *cap. conquerente. & ibi Doct. de offic. ordin.* Rota *in Taurinen. Decimarum* 1. *Iulij* 1602. *coràm Card. Seraph.* & facit *decisio in Veronen Iurisdictionis* 18. Martij 1596. *coràm Card.* Pamphil. *& decisio* Marsicana Iurisdictionis 20. Maij 1588. *coràm* Comitulo.

§. 3. ROTA interpretatur *Episcopis* nõ tribui vllum priuilegium vigore alternatiuæ, sed solum remoueri impedimentum. vt per C*assador. de prabend. decis.* 8. *num.* 5. Cresc. *decis.* 195. Mohed. 54. Put. *decis.* 488. *lib.* 2. quos referendo sequitur R*ota in Carpentorasten. Prioratus.* 8. *February* 1588. *coràm* Comitulo.

§. 4. in ROTA fuit sæpius dictum, quod residendi animus in *Episcopo* non conuincitur per necesse ex
1 corporali residentia. † ita testatur R*ota coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.* 144. *num.* 4. *incip.* Domini *censuerunt non esse.* Et ideò ad hoc probandum remissoria denegatur, cum per hanc causam nõ detur fumus
2 sufficiens, † & maximè in hac materia beneficiali, in qua numquàm conceditur remissoria sine fumo. *Mandos. in prax. Commiss. form.* 19. *in verb. remissoria, vers. non tamen.* vbi testatur de communi, & ineuitabili stylo Rotæ. & ita post eum affirmauit *Beltramin. in addit. ad supradict. decis. Gregor. vers. Primo non conceditur.* vbi etiam tradit requisita ad hoc, vt remissoria in beneficialibus concedatur.

§. 5. ROTA tenet, quod *Episcopus* promouendo non subditum imprimat caracterem, sed executio ordinis suspendatur. R*ot. in causa Lucana de Orbiciano Lunæ* 28. *Iunij* 1568. *coràm* Decan. *Oradin. est decis.* 262. *in eius lib.* 2. *incip.* Stante *supplicatione.* vbi testatur ita Rotam seruasse in pluribus causis, & latè fuisse dictũ *in vna* Cenaten. *Canonicatus & præbenda. coràm* Cott. *die* Vener. 4. *Decembris* 1562. *est decis.* 13. *in eius lib. in manuscript. incip. An prouisio.*

Executio.

SVMMARIVM.

1 *Executio literarum Apostolicarum conceditur in possessorio ad instar l. fin. C. de edic. Diui Adr. toll.*
2 *Executio dicitur cepta post relaxationem executorialium.*
3 *in Executione, & subbastatione excessus etiam minimus sufficit, ad hoc, vt in totum sint nulla.*
4 *Executio quando facienda est in Ecclesia Parochiali cum ibi Rector teneatur residere.*
5 *in Executores non solet Rota transferre cognitionem causæ.*
6 *Executio olim non admittebatur attenta qualitate personarum, hodie secus.*

§. 1. in ROTA fuit sæpius dictum, quod *Executio* literarum Apostolicarum conceditur in possessorio ad instar. *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. Rot. coràm fel. rec. Gregor.* XV. *decis.* 435. *num.* 15. *incip. Sebastiano non esse dandam.* vbi testatur, quod sic sæpius fuit dictum in Rota. Sic etiã fuit resolutum *coram Comitul. decis.* 54. *in eius lib. in manuscript. incip. Domini dixerunt esse dandum.* vbi allegatur Mohed. *decis.* 206. *aliàs* 5. *de dol. & contum. num.* 1. *in fin. incip. Diu fuit disputata. & decis.* 331. *aliàs* 13. *eod. tit. incip. Responsum fuit per Dominos.* quas decisiones Rota passim sequitur teste *Comitul. in supradict. decis.*

§. 2. ROTÆ inueteratus est stylus, quod *Executio* dicatur cępta post relaxationẽ executorialium, licet Signatura teneat non censeri cęptam executionem, nisi post captionem pignorum. R*ot. in vna* Romana *Pecuniaria de Spinolis. Vener.* 14. *Nouembr.* 1608. *& die* Vener. 16. I*anuarij* 1609. *coràm Decan. Pegn. est decis.* 71. *in eius lib.* 6. *in manuscript. incip.* D. Delia *Spinola.* vbi testatur de tali inueterato stylo Rotæ. & ita fuit dictum *in vna* Carthaginen. *Decanatus* 18. D*ecembris* 1587. *coràm Bubalo.* quæ frequenter ad hoc allegari solet. *& in causa Perusina Bonorum de Seraphinis.* 10. *Maij* 1600. *corã Cordub. est decis.* 245. *in eius lib. in manuscript. incip.* Commi*ssa causa.* vbi etiam testatur ita passim Rotam obseruare. & ad hoc aliæ decisiones allegantur. vide *Beltramin. in addit. ad decis.* 458. *fel. rec. Gregor.* XV. *incip.* Pro D. *Antonio. in litera* A. *num.* 10. *in med.*

§. 3. in ROTA sæpe fuit dictũ, quod excessus etiam minimus sufficit ad effectum, vt *Executio* & subhastatio sint in totum nullæ. Rot. *in* R*omana de Zappis* 1. *Februar.* 1585. *coràm Cantucc. & in Assisien. nullitatis subbastationis* 17. May 1596. *coràm Card. Blanchett. & in* Romana *Spolij de* Maluicinis *coràm* Iusto. *& in* A*sculana Legitimæ* 24. *Nouembris* 1595. *coràm Orano.* & ita post has decisiones dixit R*ota coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.* 198. *nu.* 1. *incip. Fuit resolutum esse locum.* vbi *Beltramin.* post relatas nonnullas alias decisiones testatur, quod ita sæpe in alijs decisionibos fuit dictum in Rota, & hanc materiam declarat, qualiter procedat.

§. 4. ROTA tenet, quod quãdo agitur de Parochiali ex quo Rector ibi tenetur residere de iure, sufficiat, quod *Executio* fiat in d. Parochiali tantùm. *Crescent. decis.* 200. *aliàs* 8. *de dol. & contumac. post num.* 3. *incip. Citatio executa.* vbi dicitur, quod Rot. ita tenet, & allegatur *decis.* 523. *in antiq. vel* 83. *de appell.*

§. 5. ROTA non solet transferre cognitionem causæ in *Executores* sententiæ. R*ot. coràm Seraphino decis.* 656. *Domini dixerunt ex hactenus deductis.*

§. 6. in ROTA talis vigebat stylus, quod attenta qualitate personarum *Executio* non admittebatur, vt dicitur *in decis. Io: Paul.* 65. *& testatur Ant. August. in suo epitm. in titulo de oblig. Camer. num.* 4. *in med.*

Sed prædictus stylus est hodie ANTIQVATVS, vt apparet *ex decis. in causa Romana executionis de Anguillaria Vener. 4. Martij 1592. coràm Orano. est decis. 127. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Illustrissima Domina. in med.*

Executio requirens altiorẽ indaginem quando retardetur. vide *Part. I. ad Ant. August. in supradict. epit. fol. 146. col. 2. in fin.*

Expensæ.

SVMMARIVM.

1 *Iusta causa litigandi non excusat ab expensis in Rota, licet secus sit de Iure communi.*
2 *in Expensis semper est facienda condemnatio.*
3 *ad Expensarum refectionem non tenetur ille qui vna omissa via, aliam aggreditur, quando à principio fuit omne ius deductum.*
4 *Expensæ illiquidæ factæ in Curia liquidantur pro tribus instantijs ad ducat. 20.*
5 *Expensæ modicæ, & magnæ qualiter probentur, & quæ sint magnæ, & modicæ.*

§. 1. ROTA semper cõdemnat succumbentem in *Expensis*, licet ille iustam causam litigandi habuerit, siue non, quia numquàm in Rota causa litigandi condemnatum ab expensis excusat. *Gomes. in reg. de annal. quæst. 41. post princip.* quem sequitur *Ant. August. in repert. in tit. de expens. nu. 1.* Quamuis de Iure communi aliter seruetur, cum iusta causa litigandi excuset quem ab expensis. *§. oportet Auth. de iudic. l. qui solidum. §. etiam. ff. de legat. 2. Menoch. qui plures cumulat de arbitr. iud. casu 177. incip. Calumniatorum. num. 1. Surd. cons. 142. incip. Regulariter. num. 6. Seraphin. decis. 38. incip. Resolutum fuit, quod si Dominus.* Nec obstat statutum Vrbis *lib. 1. cap. 194.* quod victus victori condemnetur in expensis etiam stante iusta causa litigandi. Quia vt patet ex lectura dicti statuti, illud procedit tantum in foro Capitolino, vt dixit *Rota in vna Romana Vineæ, siue Saluiani interdicti coràm Ortembergo 12. Iunij 1609. ante fin. incip. Bartholomæus Rana.*

Vide inf. Part. 5. circa leges. *ad l. terminato 3. ff. de expens. & sumpt. lit.*

§. 2. ROTÆ stylus est, vt semper fiat condemnatio in *Expensis* etiam quod sententia reformetur in summa, nec propterea posterior ista sententia dicitur difformis alteri. *Caputaquen. decis. 45. lib. 1. Couarr. pract. quæst. 25. num. 5.* Rota in *Romana successionis de Iustis. Vener. 23. Maij 1597. coràm Orano.*

§. 3. ROTÆ stylus est, quod qui vna omissa via aliã aggreditur, non teneatur ad refectionẽ *Expensarum*, quando à principio fuit omne ius deductum. *Cardin. Seraphin. decis. 630. num. 5. incip. Fuit dubitatum, an Domina Lucretia.* vbi attestantur quod Rota hoc passim obseruat. Idem dictum fuit *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 270. nu. 6. incip. Resolutum fuit Petro Antonio. & coràm Litta in vna Corduben. Præstimoniorum 27. Februarij 1606. & in ead. causa 7. Aprilis eod. anno coràm eod. & coràm eod. Gregor. decis. 488. num. 3. incip. Cum Petrus Antonius.* vbi etiam dicitur, quod ita Rota seruat quotidie.

§. 4. ROTÆ stylus est, quod quando *Expensæ* factæ in Curia sunt illiquidæ, tunc liquidentur pro tribus instantijs ad ducatum viginti. *Rota in vna Leodien. fructuum, & expensarum. Vener. 29. Aprilis 1583. coram Bubal. est decis. 181. in eius lib. in manuscript. incip. Domini dixerunt instrumentum. in fin.* vbi testatur talem esse stylum Rotæ.

§. 5. ROTA sequitur illam distinctionem ad probandas *Expensas* modicas, & magnas, nam aut sunt modicæ, & tunc probãtur ex libris, & assertione administratoris, maximè si sint verisimiles, aut sunt magnæ, & tunc aliundè sunt iustificandæ. *Rot. coram bo. me. Card. Sacrauo in causa* Romana *de Montorijs 17. Maij 1608.* & quod Rota sequatur hanc distinctionem testatur *Beltramin. in annot. ad fel. rec. Greg. XV. decis. 475. incip. Dubitaui, an sit. in litera A. num. 11.* Et hæc conclusio procedit etiamsi expẽsæ modicæ simul coarceruatæ facerent notabilem quantitatem. *Rota decis. 283. sub num. 3. part. 1. in Recent. incip. Visum fuit non constare.* Quæ dicantur expensæ modicæ, & maximè hoc est Iudici arbitrarium ex rei, actus, & personæ qualitate. Vide *reliqua in supradict. annot. Beltramin.*

Expreßio.

SVMMARIVM.

1 *Expreßio per relationẽ sufficit, vt actus sustineatur.*

§. 1. ROTA admittit, quod *Expreßio* facta per relationem, quando agitur de actu substinendo admittatur expressio generalis per æquipollentiam. *Card. Seraph. decis. 616. num. 5. incip. Iterum proposui causam.* vbi de hoc testatur.

Vide sup. *in verb. Actus. in §. 3. Rota admittit æquipollentiam.*

Extrauagans.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagantes licet impressæ, & notoriæ, debent produci, alioquin sententiæ contra eas latæ valent, & tenent.*

§. 1. ROTÆ vsus est, quod *Extrauagantes* licet impressæ, & notoriæ, debent nihilominus produci, alioquin sententiæ contra eas latæ valent, & tenent. *Simonett. decis. 59. in manuscript. incip. In vna Vilneñ.* Et fusè super eadem *decis. vide Cassad. super Regul. Cancell. decis. 12. incip. Obtinui in vna. per tot. vbi fusè contra Alex. & Felin.*

Extremum.

SVMMARIVM.

1 & 2 *Extremum primum ad effectum constituendi aliquem in poßeßione debet plenè probari.*
3 *Extremum secundum probatur per substentationem litis cum adminiculis.*

§. 1. ROTA de stylo requirit plenas, & indubitatas probationes in materiæ constituendi aliquem in quasi possessione ad effectũ primi extremi. *Regieñ Pensionis 28. Martij 1576. coràm Card. Seraphino.* vbi agitur de quasi possessione exigẽdi pensiones. *Est decis. 292. in impreß.* Idem fuit dictum *in Vidruneñ Abbatiæ Ven. 27. Nouemb. 1615. coràm Buratto. incip. Dictum fuit spolium. Est decis. 768. p. 2. in Recent. num. 7. post Caputaq. decis. 328. in princip. par. 2. Put. decis. 75. nu. 2. & 4. lib. 3. in nouiß. & decis. 165. nu. 1. & decis. 337. par. 2. diuers.* Cardin. *Caualer. decis. 240. Domini dixerunt. num. 1.* vbi quod idem

idem fuit dictum *in Mediolaneñ Decimarum* 18. *Octobris* 1581. *coràm Cantucci*.

§. 2. ROTA de stylo requirit, quod primũ *Extremum* probetur plenè per plures probationes. *Sarnens. de infirm. resign. quæst.*36. *Caputaq. decis.*368. *&* 370. *part.*2. & fuit dictum *in Cesenateñ Spolij bonorũ* Ven. 21. *Aprilis* 1589. *coràm Card. Plato. est decis.*130. *in eius lib. incip.* In *hac causa*. Et vide *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana in verb. Extrema. obser. vnic. circa Missellanea. à nu.*4. *vsque ad nu.*10.

§. 3. ROTA passim seruat, quod substératio litis cum adminiculis, sufficiat ad probandum secundum *Extremum* in spolio, vt dicitur *in Cesenateñ Spolij. Lunæ* 25. *Maij* 1592. *coràm Cardin. Mantica. num.* 1. *est decis.*181. *in impressis*. vbi quod ita etiam fuerat dictum *in Regieñ bonorum* 17. *Decembris* 1576. *&* 14. *Aprilis* 1578. *coràm Card. Blanchetto*.

Factum.

SVMMARIVM.

1 *Factum alienum promittens, liberatur adhibendo omnem diligentiam, non obstante iuramento.*

2 *Factum præsumitur ab eo factũ, qui facere tenetur.*

§. 1. in ROTA sæpius fuit firmata illa receptissima conclusio, quod promittens *Factum* alienum adhibendo omnem diligentiam, liberetur, minimè obstante iuramento. *Beltramin. in addit. ad decis. Gregor.* XV. 241. *incip.* Mandatum *A. C. in litera B. num.*8. vbi testatur de ista receptissima conclusione, & sæpius in Rota approbata. & refert *decis. in causa* Anconitan Pecuniaria. *Ven.*27. *Iunij* 1614. *corã Buratt. quæ decis. impressa habetur penes Zacch. de oblig. Cameral.* 38. *incip.* Mandatum A. C. *num.*2. vbi latissimè hoc firmatur. *& decis. in vna Perusina Dotis.* 5. *Decembris* 1607. *coràm Ortemberg. quæ pariter est impressa penes* Marchesi. *tom.*2. *fol.*588. *incip.* Proximè *in hac causa*. *Reliqua ibi per te videre poteris vbi fusè habes materiam istam.*

§. 2. ROTA sæpius resoluit, quod dicatur constare de iurepatronatus ad fauorem hæredum, quando reperitur in testamento ordinatum, quod aliqua Capella, vel Ecclesia construatur, vel dotetur, & postea reperitur edificata, vel dotata. *Beltramin. in addit. ad decis. fel. rec. Gregor.* XV. 250. *incip. Fuit resolutum constare. in litera* A. *num.*8. *vers. & hinc*. vbi testatur, quod sic Rota sæpius resoluit. & signanter *in vna Senc̃n Beneficij* 18. *Maij* 1586. *coràm Litta. & in Salamantina Cappellaniæ* 17. *Iunij* 1605. *coràm Ortembergo. & in Argentina iurispatronatus* 4. *Februarij* 1609. *coràm nunc Card.* Pamphil. *Iunior.*

Fama.

SVMMARIVM.

1 *Fama si habet originem à personis maleuolis, vel inimicis non probat.*

2 *Fama probatur per testes dicentes publicè audiuisse.*

§. 1. ROTA profitetur illam opinionem, quod *Fama* non probet, si habeat originem à personis maleuolis, vel inimicis, nam tunc tamquàm vana populi vox spernenda est. *Rot. in vna Tulleñ Monasterij S. Mansueti Lunæ* 27. *Ianuar.* 1597. *corã Decan. Pegn. est decis.* 6. *in eius lib.* 4. *in manuscript. incip.* V*traque parte*. vbi testatur, quod Rota talem profitetur opinionem. vt videre est *coràm* Achill. *de Grass. decis.*321. *aliàs est* 8. *num.*3. *de iurepatr. incip.* Alia *tamen vice. & coràm ipsomet Pegn. in causa Calaguritana confidentiæ. Lunæ* 14. *Decembris* 1592. *est decis.*72. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. Franciscus Ximenez. vers. Quantum attinet ad famam.* Nam ista opinio optima ratione munita est, quia cum fama succedat loco accusationis. *cap. qualiter, & quando de accusat.* sicut enim non adhiberetur fides accusatori, vel denunciatori maleuolo, ita nec ei famæ credendum est, quæ vel à maleuolis fuit orta, aut incertum est, an à talibus originem traxerit. vt dicit *Rota in d. Tulleñ. Monasterij coràm Pegn.*

§. 2. ROTA seruat, quod *Fama* publica probetur per testes dicentes, ita publicè audiuisse. *Rot. coràm Caputaquen. decis.*289. *incip. Testes si dicant. par.*3. *& coràm Cassador. decis.*3. *de probat. incip.* Ad *hoc vt testes. num.*4. vbi approbatur *Bald. in cap. per tuas. de probat. & in cap. præterea. de testib.* qui tenet hanc opinionem, & reprobatur *Bart. in l. de minore. §. tormenta, aliàs §. plurimum. ff. de quæst.* qui requirit, quod specificent à quibus audiuerunt, vel à maiori parte populi.

Quod fusius vide sup. *Part.* I. *ad d. decis. Cassad. fol.*288. *col.*1. *post princip.* vbi habes plures *decis.* concordantes. *& in nostris Obseruat. ex Rot. Rom. vt habes ibi in fin. remissiuè.*

Fatalia.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia non currunt tempore Sedis vacantis.*

§. 1. ROTÆ stylus est, vt *Fatalia* non currant tempore Sedis vacantis. *Paleott. decis.*38. & fuit dictum *in Hispaleñ Decimarum de Tribussena* 24. *Ianuarij* 1586. *coràm Orano.*

Feudum.

SVMMARIVM.

1 *in Feudo hæreditario descendens succedit, si non adiuit, dummodo non repudiauerit, nec stet per eum, quin sit hæres.*

§. 1. ROTÆ obseruantia est, quod si *Feudum* acceptum sit pro se, filijs, & hæredibus, licet requiratur quod filij, & hæredes succedant, prout dicitur *in l. et iusiurandum §. libere ff. de oper. libert.* tamen sufficit, quod non remaneat per filios quin sint hæredes. *Gyps. in vna Camerineñ. Domus Ven.*4. *Iunij* 1593. *in med. est decis.*56. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. Canonici, & Capitulum.* vbi Rota refert, & sequitur *Bald. in cap.*1. *an agnati. in vsib. feud. Dec. cons.*208. *in fin. Caputaquen. decis.*64. *num.*8. *Put. decis.*390. *& in nou.* 380. *lib.*1. *incip. Cum feudum. in qua habetur, quod non obstat quicquid dicat. Brun. cons.*40. *col.*2. *& Curt.* Iun. *cons.*138. *col.*5. *& sequen. & cons.*155. *colum.*2. *& seqq.* Idem habetur apud eundem *Put. decis.*1. *de feud. incip. Feudo hæreditario.* vbi Rota sequendo refert *decis. in causa Paduana Feudi* 4. *Nouembr.* 1542. *coràm Marescotto.*

Fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius possidens sine vitio, an sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem per hæredem petitam.*

2 Alie-

2 *Alienationis prohibitio, quando facta est sub vno verborum contextu, & factæ sunt substitutiones, tunc verba prohibitionis non extenduntur vltrà personas nominatas.*
3 *Fideicommissario conceditur immissio pro indiuiso, nō obstāte detractione legitimæ, vel Trebellianicæ.*
4 *Fideicommissarius non tenetur probare contrauentionem hæredis per sententiam declaratoriam, ad euitandum circuitum in similibus causis.*
5 *Fideicommissarius non potest impedire immissionem hæredis, si non doceat in continenti de iure suo.*

§. 1. in ROTA in pluribus causis fuit perpetuò decisum, quod *Fideicommissarius* possidens sine vitio non sit legitimus cōtradictor ad impediendam possessionem per hæredem petitam, quando est aliquid detrahendum, putà legitima, sed tunc mittit hæredem in possessionem, donec detractio facta fuerit. *Ias. in l. non est dubium. circa princ. C. de leg. Rip. in l. 1. num. 24. ff. quorum bonor. Ruin. cons. 31. nu. 2. lib. 2. Grat. cons. 149. num. 3. lib. 2.* Rota in *Romana, seu Ianueñ fideicom nissi. Vener. 1. Decembris 1589. & postea Lunæ 19. Februar. 1590. coram Card. Plato.* vbi quod idem fuit tentum *coràm* Robusterio *in* Romana Casalis S. Matthiæ. *& coram* Card. *Seraphino in* Romana *Casalis de Anguillaria. Lunæ 16.* Ianuarij 1589. & fuit etiam dictum *in Romana de Salamonibus Lunæ 14. Nouembris 1575. coram eod. Seraphino. & in Romana de Capizucchis Lunæ 10. Aprilis 1606. coram Card. Lancellott.*

§. 2. ROTA passim sequitur *Dec. in cons. 636.* quod quando sub vno verborum contextu facta est prohibitio alienationis, & factæ substitutiones, verba prohibitionis non sunt extendenda vltrà personas nominatas, quicquid dixerit *Petra de fideic. probibit. quæst. 6. in princip.* Et licet enim ipse d. opinionem impugnet, asserens cōtrariam esse magis cōmunem, tamen fallitur, & hanc opinionem, & *Dec. cons. 636.* passim sequitur, vt dicitur *in Faneñ bonorum. Lunæ 5. Iunij 1589. coram Cardin. Seraphino. & in* Romana *fideicommissi de* Miccinellis *10. Iunij 1602. in fin. coràm eod.* Plura infrà *Part. 3. ad Dec. d. consil.*

§. 3. ROTA seruat opinionē vti valdè æquam, quod cōcedit immissionem *Fideicommissario* pro indiuiso, non obstāte detractione legitimæ, vel Trebellianicæ. vt dicitur *in Forolinieñ fideicommissi. Lunæ 16. Iunij 1614. coràm Buratto. est inter Recent. part. 2. decis. 562. incip. Conclusum fuit pro nō attentatis.* vbi *n. 5.* dicitur quod ita fuit dictum *in Interamneñ de Paradisijs 1. Iulij 1607. coram Cardin. Pamphilio. & in Cæsenateñ de Aldinis 24. Iunij 1611. coràm Reuerendiss. P. D. Decano Coccino.*

§. 4. ROTÆ stylus est, quod *Fideicommissarius* non teneatur probare contrauentionem hæredis per sententiam declaratoriam, & hoc Rota admittit ad euitādum circuitum in similibus causis. *Decan. Oradin. decis. 619. in eius lib. 2. in manuscript. in causa Romana Vinearum Ven. 20. Iunij 1572. incip. Præsupposito testamento.* Idem dictum fuit *coràm Bubalo in vna Mantuana Bonorum Lunæ 1. Decemb. 1578. ante fin. est decis. 44. in eius lib. in manuscript. incip. Galeottus* Pedocha. & quod talis sit stylus Palatij testatū etiam reliquit *Calef. de oblig. in form. Camer. in tit. de liquid. num. 15.*

Vide quæ diximus sup. *Part. I. ad decis. Oradin. fol. 383. & etiam inf. Part. 5. circa Leges ad l. fin. edicti. C. de edict. Diui Adrian. toll.*

§. 5. ROTA seruat doctrinam *Bart. in l. fin. num. 22. C. de edic. Diu. Adrian. toll. & Dec. in d. l. nu. 48.* vbi dicunt, quod fideicommissarius non potest impedire immissionem hæredis, si non doceat in continenti de iure suo. *Rot. coràm Card. Pamphil. Sen. in causa Fauentina Fideicommissi de Pasijs. Merc. 29. Aprilis 1587. incip. In hac causa Fauentina. est decis. 103. in eius lib. in manuscript.* vbi testatur quod Rota ita seruat, & ita etiam fuit resolutum *in vna* Romana *Casalis coràm Robusterio de anno 1573.*

Vide quæ diximus inf. *Part. 3. circa Doctores, ad Bart. & ad Dec. in d. l. fin. Edicto.*

Filius.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione, an censeantur vocati.*
2 *Filiatio ad effectum successionis probatur leuioribus probationibus.*
3 *Filius subintrat in locum patris defuncti in fideicommisso.*
4 *Filij spurij etiam à clericis sunt alendi.*

§. 1. ROTA in illa controuersissima quæstione, an *Filij* in conditione positi censeantur vocati, licet communis opinio sit contrà *Bart. in l. Centurio. de vulgar. & pupill.* quod ex solo grauamine non resultat vocatio, concurrentibus tamen alijs etiā coniecturis tantum, vera est opinio. *Bart.* & eam Rota sequitur cum innumeris Doct. relatis *per Modern. Aquilanos.* qui diligenter hunc articulum integro tractatu examinarunt. *lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 8. Decian. cons. 44. nu. 57. lib. 3. Mantic. de coniect. lib. 8. cap. 1. nu. 32. in fin. & lib. 11. cap. 3. num. 26.* Rota *in Bononien. de Felicinis Lunæ 18. Februarij 1591. coràm Seraphino.*

§. 2. ROTA pluries admisit, quod ad iustificandam *Filiationem* ad effectum successionis sufficiant leuiores probationes. ita dixit *Rota in* Romana *de Catalanis. Merc. 27. Nouemb. 1630. coràm* R. P. D. *Merlino. incip. Domini dixerunt constare. est impress. in folijs volātibus. & in Romana de* Iauellis *13. Nouemb. 1613. & in* Romana *de Bonellis 13. Febr. 1617. corā Vbald.*

Vide fusè, quæ diximus infrà *Part. 3. circa Doctores. in §. Gemin. cons. 27. num. 10.*

§. 3. ROTA tenet illam opinionem, quod *Filij* subintrent in loco patris defuncti in casu fideicommissi. *iuxtà* DD. *allegatos per Gabr. concl. 3. nu. 3. de fideicomm. Card. Mantica de coniectur. lib. 8. tit. 9. num. 3. Hieron. Gabr. dicens opinionem verissimam, & receptissimam cons. 86. sub num. 9. incip. Vt vera solutio lib. 1. Idem cons. 121. num 17. incip. Ludouicus instituit. cod. lib. 1.* Marian. Soccin. Iun. inquit hoc communiter teneri *in cons. 116. vol. 1. nu. 9. incip. Non potest negari. Rot. in Cesenateñ. Hæreditatis Lunæ 12. Februar. 1596. corā Orano. est decis. 326. in eius lib. 2. manuscript. incip. Censuerunt Domini in causa.* vbi dicit, quod licet aliquo casu possit habere locum dispositio. *l. fin. §. tale pactum. ff. de pact.* in hoc cessat, quando est verisimile, quod si testator de hoc interrogatus fuisset, nullo modo hoc negasset, vt in casu illius decisionis.

Filiæ fœminæ, licet sint exclusæ à statuto ab hæreditate paterna data eis congrua dote, faciunt tamen

tamen partem in legitima ad fauorem fratrum. Vide infrà *in verb. Legitima*. §. 2. Rota sæpius secuta est illam opinionem, quod filiæ fœminæ.

§. 4. in ROTA sæpè fuit discussa illa decisio *in causa Romana bonorum de Perusinis die 29. Ianuarij 1580. coràm Robuster.* quod Clerici etiam teneantur alere *Filios* spurios. *Rot. in vna Bononien. Alimentorum die Lunæ 28. Martij 1594. coràm Decano Pegna. est decis. 166. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Tempore fel. rec.* vbi testatur, quod sæpè discutitur ista decisio in Rota, quam sententiam tenuerunt etiam *Nauarr. in tractat. de spol. Cleric. §. 19. nu. 10. & 11. & Bursat. consi. 255. num. 16. lib. 3.*

Forensis.

S V M M A R I V M.

1 *Forensis non potest allegari suspectus de fuga, nec cogi ad præstandam cautionem, quando possidet immobilia in loco originis, nec post contractum deteriorauit conditionem suam, & an habeat locum in possidente mobilia.*

§. 1. ROTA sæpè amplexa est illam opinionẽ, quod *Forensis* non possit allegari suspectus de fuga, & consequenter nec cogi ad præstandam cautionem, quando possidet immobilia in loco originis, nec post contractum deteriorauit notabiliter conditionem suam. *Dec. cons. 75. col. fin. vers. octauo, & vlt. incipit, Pro tenui facultate. Natt. cons. 130. num. 15.* & tradunt communiter scribentes *in l. sciendum. §. 1. ff. de his, qui satisd. cog.* Quod etiam habet locum in possidente mobilia magni valoris, & nomina debitorum, vt dicunt communiter *DD. in d. l. sciendum. & ibi Bart. nu. 5. & Ias. nu. 3. in 1. & 2. limitat. Decan. Pegna in vna Veneta pecuniaria die Vener. 27. Iunij 1605. ante fin. est decis. 357. lib. 5. in manuscrip. incip. Cum per plures decisiones.* vbi dicitur, quod sæpè hãc opinionem Rota amplexa fuit, & signanter *in causa Romana Palatij die 28. Martij 1588. coràm Cardin. Blanchett. & in causa Toletana Pensionis 15. Martij 1599. coràm eod. Pena. est decis. 174. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Petebat Didacus.* Idem etiam dictũ fuit *in vna Foroliuien. Nullitatis Obligationis Lunæ 20. Maij 1613. coràm Card. Sacrato. est decis. 490. in Recent. par. 1. num. 5. incip. Informante tantum.*

Frater.

S V M M A R I V M.

1 *Fraternitas probatur per nominationem patris, quod talis, & talis sint sui filij.*

§. 1. ROTA pluries admisit illam probationem, quod per nominationem patris, quod talis, & talis sint sui filij, probetur *Fraternitas* inter eos. *Card. Seraph. decis. 1282. nu. 2. incip. Fuit dubitatum, an constet.* in qua Rota affirmat, quod pluries fuerit admissa ista probatio. & signanter *in causa Romana à Bordesia 10. Decẽb. 1575. coràm Sãctiss. Aldobrand. quæ est impress. inter nouiss. diuers. 238. part. 1. incip. Defuncto ab intestato. & in vna Romana hæreditatis de Stoch. 29. Ianuar. 1591. coràm Cardin. Pamphilio. Senior. & in vna Perusina Bonorum 1. Februar. 1584. coràm Card. Plato.*

Fraus.

S V M M A R I V M.

1 *Fraus præsumpta transfert onus probandi in illum, qui se fundat in actu, de quo fraus præsumitur, sed hoc non seruat Rota.*

§. 1. ROTA non amplectitur opinionem *Archidiac. in c. in memoria. num. 13. 19. distinct.* Quod fraus præsumpta transfert onus probandi in illum, qui se fundat in actu, de quo fraus præsumitur. ita dixit *Rota coràm R. P. D. Coccin. Decan. decis. 107. num. 5. incip. Placuit Dominis.*

Fructus.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus qualiter liquidãdi sint in spolio, stante clausula. Parito breui, si pars negligat liquidare.*
2 *in Fructuum liquidatione, admittuntur testes singulares.*
3 *Fructuum liquidatio quomodo probanda sit.*
4 *Fructuum liquidatio est faciẽda in mediocri summa, quando deponunt testes de maxima, media, & minima.*
5 *Fructus aliquando liquidantur ad id quod solitum erat percipi.*
6 *in Fructibus perceptis fit condemnatio à die latæ sententiæ.*
7 *Fructus debentur à die motæ litis.*
8 *in Fructibus condemnatur quilibet à die motæ litis in spolio, vel reseruatis à die intrusionis. Idem in regressu, vel coadiutoria.*
9 *Fructuum æstimatio computanda non est secundum quantitatem collectã tribus proximioribus annis.*
10 *ex Fructuum exactione per plures annos resultat iustificatio sufficiens tituli.*

§. 1. ROTÆ practica est, stante clausula, Parito breui, quod petens procedi ad vlteriora liquidet ipse *Fructus*, qui ante omnia sunt restituendi, cum iurisdictio sit cõditionalis, vel impetretur commissio, quòd profigatur aduersario terminus ad liquidandum, quo elapso procedatur in negocio principali, quod fortè concederetur, vbi constaret de calumnia liquidare negligentis. *Rota in Hispalen. beneficij Ven. 24. Febr. 1584. num. 4. coràm Card. Seraph. est decis. 655. in eius impress.*

Idem sequendo hanc decis. dicitur in purgatione Spolij, *in Perusina Spolij Mercur. 4. Iulij 1612. coràm Pamphilio. num. 6. est in Recent. decis. 431. par. 2.* vbi post liquidationem fuerat factum depositum, quia pars recusauerat summam liquidatam recipere. vt fuit dictum *in Bononien. pecuniaria 17. Iunij 1605. coràm Card. Ludouisio.*

§. 2. ROTA seruat, quod in liquidatione *Fructuum* admittãtur testes singulares cũ hæc sit difficilis probationis. *Natt. cons. 510. num. 7. lib. 3. Azbil. decis. 5. de fruct.* & propterea eius verificatio remittitur arbitrio Iudicis, qui potest admittere testes de credulitate, & singulares *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expens. Card. cons. 301. in fin. lib. 2.* quibus data concurrentia alicuius coniecturæ debet parti impertiri iuramentum in supplementum *Bald. in l. si fundum. in fin. C. de rei vendic. Natt. cons. 536. num. 5. Rota in Romana liquidationis fructuum Lunæ 26. Octobris 1592. coràm Orano.*

§. 3. ROTA non sequitur *decis. Verall. 30. incip. Fructus percepti. part. 2.* dicentis *Fructus* esse benè, & concludenter liquidandos, & testes ad effectum, vt benè concludant debent deponere de vera non veri-

 simi-

ſimili, & præſumpta perceptione, quia in hac materia, quæ eſt difficilis probationis plerumque recurritur ad arbitrium Iudicis regulatum tamen, & menſuratum. *Rot. in vna Cernien. Decimarum Luna 24. Ianuarij 1605. coràm Decan. Pegn. eſt deciſ. 343. in eius lib. 5. in manuſcript. incip. Dubitaui ad quam.* vbi dicitur Rotam non ſequi talem deciſ.

Vide, quæ diximus *ſup. Par. I. ad d. deciſ. Verall. 267. col. 2. in princip.*

§. 4. ROTÆ ſtylus eſt, quod *Fructuum* liquidatio ſit facienda in mediocri ſumma, quando teſtes deponunt de maxima, media, & minima. *Rot. in vna Perusina Beneficij Luna 1. Martij* 1610. *coràm Decan. Pegn. eſt deciſ. 151. in eius lib. 6. in manuſcript. incip. Vtraque parte informante. verſ. Demum reſpectu. in fin.* vbi teſtatur de tali ſtylo Rotæ. quod etiam affirmat *Caputaquen. deciſ. 161. aliàs 1. de liquidat. incip. Liquidatio fructuum, ibi.* in Rota obſeruatur.

§. 5. ROTA aliquando liquidauit *Fructus* ad id quod ſolitum erat præcipi non conſtito aliàs de vera perceptione, & eorum quantitate, cum nemo præſumatur in re ſua negligens, & quod ſua iactare velit, teſtatur fuiſſe ita reſolutum *in Romana quinquaginta millium coràm Sanctiſſ. Aldobrandino. Rota in Carthaginen. Decimarum 15. Iunij 1601. coràm Seraph.*

§. 6. ROTÆ ſtylus eſt, vt fiat condemnatio in *Fructibus* præceptis à die latæ ſententiæ. *Rota in Nucerina affictus Luna 24. Ianuarij 1569. coràm Cardinali Seraphino.*

§. 7. ROTA ſeruat opinionem, quod poſſeſſor bonæ fidei nõ teneatur reſtituere *Fructus* induſtriales ante litem motam perceptos in iudicio particulari, quatenus eſt factus locupletior. *Aegid. in cap. grauis. nu. 40. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. in nou. Verall. deciſ. 28. part. 2.* & fusè fuit etiam diſputatum & deciſum *in Romana fructuum portarum. Mercur. 20. Nouembris 1585. coram Gypſio.* vbi quod Domini dixerunt, non fieri hodie in Rota condemnationem niſi in fructibus poſt litem conteſtatam perceptа, & quod propterea non eſt recedendum à dicto ſtylo Rotæ.

De quo vide fusè *in noſtr. Obſeru. ex Rota Romana in verb. Fructus. Obſeru. circa Reſtitutionem. §. 6. Fructus induſtriales ante motam litem. num.* 8. Idem fuit dictum *coràm Sanctiſſ. Ludouiſio deciſ. 74. incip. Fuit concluſum fructus. in princip.* & ibi bona Additio. Et de ſtylo Rotæ etiam atteſtatur *Cardin. Seraph. deciſ. 1469. Domini inclinabant. in fin.*

Et diximus ſup. *Part. I. ad Ludouiſium in Mediolanen liquidationis fructuum. Ven. 8. Nouembr. 1602. fol. 22. col. 1. qua in impreſſ. Ludouiſij eſt illa deciſ. 74. de qua ſupra.*

§. 8. ROTÆ ſtylus eſt, vt omnes condemnentur in *Fructibus* à die motæ litis in ſpolio, vel reſeruatis à die intruſionis. *Ant. Auguſt. in ſuis repert. impreſſ. ex Rot. Rom. in tit. de fructibus, & litis. expenſ. nu. 1. qui allegat ad hoc Io: Paul. 36. 120.* Vbi etiam teſtatur quod idem ſeruatur in regreſſu, & coadiutoria. *Caſſador. deciſ. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num. 2. incip. Quoniam decretum.*

§. 9. ROTA non admittit illam practicam, quod æſtimatio *Fructuum* computanda ſit, ſecundum quãtitatem collectam tribus proximioribus annis. *Rota in vna Concheñ. Fructuum 5. Iulij 1591. coràm Pegn. Decan. eſt deciſ. 176. in eius lib. 1. in manuſcript. incip. In iſta Concheñ.* vbi habetur quod Rota nõ admittit talem practicam *ex traditis per Gomeſ. in reg. de valor. quæſt. 12.*

§. 10. ROTÆ obſeruantia eſt, quod ex exactione *Fructuum* per pluries annos reſultet iuſtificatio tituli ſufficiens. *Card. Seraph. deciſ. 1293. nu. 2. incip. Domini cenſuerunt gratiam.* Vbi quod ita fuit reſolutum in pluribus cauſis. *& in ſpecie in Bononieñ Penſionis 13. Maij 1593. coràm Card. Millino.*

Gratia.

SVMMARIVM.

1 *ad Gratiæ iuſtificationem ſufficit ſemiplena probatio, & qualiter hoc intelligatur.*

2 *Gratiæ iuſtificatio præſumitur ſpatio 30. annorum.*

3 *Gratia Apoſtolica non niſi per ſcripturam probatur.*

4 *Gratia an cenſeatur impetrata ab eo, cuius nomine cantat.*

5 *Gratia in forma, dignum, requirens exequutionem eſt pura.*

6 *Gratia, ſi neutri, non dat titulum coloratum, cum ſit conditionalis.*

7 *Gratia (ſi neutri) quoad non ius, ſatis iuſtificatur ex reuolutione, & inſpectione actorum.*

8 *Gratia principali vitiata, corruunt omnes aliæ clauſulæ acceſſoriæ.*

§. 1. ROTÆ ſtylus eſt, quod ad probandam iuſtificationem *Gratiæ* ſufficiat ſemiplena probatio. *Bellamer. deciſ. 113. per tot. incip. Magiſtratus in artibus, & deciſ. 14. incip. Renuntians liti. & deciſ. 683. incip. Quamquàm de appellat. Cæſar de Graſſ. deciſ. 2. aliàs 91. de except. num. 1. incip. Fuit dictum tres oppoſitiones.* vbi Rota refert, & ſequitur ſupradictas *deciſ.* & dicitur, quod hoc tritum eſt in Rota. Idem dictum fuit *in vna Iacen. Portionis Lunæ 24. Ianuar. 1594. coràm Gypſio, eſt deciſ. 92. in eius lib. 2. in manuſcript. incip. In eadem concluſum fuit.* Qui ſtylus vindicat ſibi locum in his gratijs in quibus intentio Papæ ad ſic concedendum principaliter non fundatur. vt teſtatur R*ot. in vna Caſalen. ſeu nullius Præpoſituræ 21. Aprilis 1597. coràm eod. Gypſ. eſt deciſ. 64. in eius lib. 2. in manuſcript. incip. Poſtquàm Rota. in med.* in qua dicitur, ita ſæpe fuiſſe reſolutum. Idem dictum fuit *in Zamoren. Beneficij de Morales 2. Iunij 1595. coràm Cordub.* Cum pluries.

Plura *vide in noſtr. Obſeru. ex Rot. Rom. in verb. Gratia. Obſeruat. circa Iuſtificationem. §. 2. incip. Gratiæ narratiua, & §. 5. incip. Ad Gratiæ narratiuam, & per tot. dict. Obſeru.*

§. 2. ROTÆ generalis eſt illa obſeruantia, quod iuſtificatio *Gratiæ* ex tempore non præſumatur, niſi ſpatio 30. annorum. R*ota coràm fel. rec. Gregor. XV. deciſ. 57. in ſuis deciſionibus impreſſ. incip. Domini dixerunt ſententiam.* In qua allegatur *deciſ. in vna Lucana Decanatus coràm fel. record. Clemente VIII.* canonizata in pluribus deciſionibus relatis *in Burgeñ. Penſionis 15. Decembris 1596. coràm Penia Decano. quæ eſt deciſ. 147. lib. 3. in eius manuſcript. incip. Reſeruauerat fel. record.* allegatur etiã *deciſ. in vna Brixien. Penſionis 28. Nouembris 1594. coràm Card. Millino. & deciſ. in Laudien. Penſionis 29. Martij 1599. coràm eod. Decano, quæ eſt deciſ. 178. lib. 4. in ſuis manuſcript. incip.* Anno 1578.

§. 3. ROTÆ ſtylus eſt, quod *Gratia* Apoſtolica aliter,

quam

quàm per scripturam probari non possit. *Comitul. in causa Florentina* Parochialis 26. Iunij 1589. *est decis.67. in eius lib.in manuscript.nu.3. incip.Quamuis die.* vbi affirmatur, quod talis est in hoc casu stylus Palatij. & allegatur *Card. in probem.Clement.§.hæc sane. & Bellincin. in tractat. de charitatiu. subsidio. quæst.100. num.9.*

§. 4. ROTA indistinctè non amplectitur opinionem *Oldrad. in cons. 136. num.5.* quod *Gratia* censeatur impetrata ab eo, cuius nomine cantat, nisi concurrentibus alijs adminiculis, veluti, quando versamur in re, quæ de facili non solet concedi, sicuti prouisio per obitũ, & hoc etiam, quando pars est præsens, &c. *Card. Seraphin. decis.560. num.1. incip. Quamuis in confirmatione.* vbi de hoc attestatur, & allegatur *Sarnens. in regul.de annal.quæst.32.Guidob.decis.84. incip.Successor in beneficio.* & ita procedit *decis. Ant. August.120.aliàs 121.lib.3.* ibi enim erant expeditæ literæ, & gratia erat cõcessa motu proprio, & gratis, & ita etiam procedit *decis. Io: Paul.* 77. Nec obstat quod Rota aliàs contrarium tenuerit. *vt coràm eod. Seraph. decis.856.num.4. incip. Fuit dubitatum, an constet.* quia ibi non aderat modica expensa, & poterat generare præiudicium alicuius, nam modica expensa, & cessatio præiudicij faciunt præsumptionem, quod gratia sit impetrata ab eo cuius nomine cãtat. vt dicitur *in d. decis. Seraph. 560. d. num.1.*

§. 5. ROTÆ stylus est, quod *Gratia* in forma Dignũ est pura, licet requirat exequutionem. *Rot. coràm* R.P.D. *Coccino Decano. decis.347. nu.4. incip.Rota censuit, Cosmo.* vbi dicitur quod Rota seruat hanc opinionem, & refert, & sequitur *decis. coràm Card. Pamphilio Senior. in vna Burgen. Canonicatus* 28. *Aprilis* 1597.

§. 6. ROTA pluries resoluit, quod *Gratia* si neutri non dat titulum coloratum, quia est conditionalis. *Rota coràm Cotta in Salamantina Canonicatus, & prabenda. Lunæ* 8. *Februarij* 1563. *Est decis.21.in eius lib. in manuscript. incip. An* Ioannes. *longè post med. in §. Quo verò ad secundum partem.* vbi dicitur, quod ex dicta gratia non potest quis sibi mutare causam possessionis, quia non data vacatione beneficij, nec purificata conditione nõ potest dici iusta causa, cum non habeat prouisionem, neque titulum aliquem: Et licet mandatum de prouidendo det titulum coloratum in spolio, tamen quod gratia si neutri non dat talem titulum. Et licet titulus lite pendente acquisitus suffragetur possessori, vt possit inferre quæstionem dominij. *Bart. in l. cogi. C. de petit. hæred.* & quod ex titulo inutili, & inualido acquiritur possessio. Quia, vt ibi dicitur, hoc est verum quando titulus est purus, & habet in se prouisionem simplicem, putà nouam prouisionem etiam subreptitiam & inualidã, quæ sufficeret, sed non sic in gratia si neutri, quia est conditionalis.

§. 7. ROTA in pluribus causis resoluit, quod *Gratia* (si neutri) quoad non ius satis iustificatur ex reuolutione, & inspectione actorum. *Rota coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 84. num.6. in fin. incip. Gratiam si neutri.* vbi testatur, quod sic in pluribus causis fuit resolutum, & præsertim *in vna Fesulana* Præceptoriæ. 27. *Ianuarij* 1563. *coràm* Robusterio.

Vide quæ diximus sup. *Part.1. ad d. decis.Gregorij XV. fol.4. col.2. in med.*

§. 8. in ROTA sæpe fuit dictum, quod quando *Gratia* principalis vitiatur, tunc omnes aliæ clausulæ accessoriæ corruant. *Rota in vna Colonien. Canonicatus.* Ven.18.Martij 1611. *corã Decan.Pegn.est decis.241. in eius lib.6. in manuscript. incip. Super petitione. vers. Nec suffragabatur.* vbi testatur, quod ita sæpe fuit in Rota dictũ, & signanter *coràm Put.decis.400. incip. In vna Salamantina. lib. 1. & coràm Cardin. Pamph.Senior. in causa Bononien.Canonicatus die* 19. *Februarij* 1590. *& coràm Card.Platt.in vna Mediolanen. Præpositura. die* 16. *Febr.*1590. *est decis.162. in eius lib.in manuscript.incip.Fuit resolutũ gratiam.*

Habilitas.

SVMMARIVM.

1 *Habilitates probantur per testes singulares.*

§. 1. ROTA seruat passim, quod in probandis
1 † *Habilitatibus* sufficiat semiplena probatio. *Guidobon. decis.11. Ias. cons. 77. lib.3.* cum sint modici præiuditij. Rota *in Monasterien.Canonicatus*
2 *Lunæ* 24. *Martij* 1572. *coràm Card.Seraphino.* † vbi etiam dicitur quod similis probatio, vti de re modici præiudicij, sufficit cum agitur de admissione in aliquo Collegio *ad Alciat. cons.42.incip. Vera est conclusio. in princip. lib.2. tom.1.* & quod fuit originalis doctrina *Bald.in l. eam quam. nu.8.C.de fideicom.*

Quam tamen conclusionem, & Rotæ obseruantiam. Eadem Rota *coràm Guidob. decis.131. in ma-*
3 *nuscript. incip. Licet in probandis.* † declarauit non procedere in materia obiectiua; neque in eo, qui patitur defectum natalium, qui debet probare suum Clericatum per literas. *Sarnens. Regul. de Annal. quæst.58.* Et subdit *Guidob.* quod nihilominus Rota *in Barchinonen.* Præpositura *coràm ipso. die* 18. *De-*
4 *cembris* 1550. voluit, † quod in iudicio possessorio restitutorio sufficeret illegitimum probare Clericatũ per communem reputationem. Et quod actor illegitimus non teneretur dare literas sui Clericatus.

Et vide etiam suprà *hac eadem Part.2.in verb. Clericos.* §.2. *Rota sæpè tenuit quod in illegitimo. num.7. & 8.*

Hæres:

SVMMARIVM.

1 *Hæredibus, quando est adiecta illa dictio,* quibuscũque, *facit, vt etiam hæredes extranei comprehendantur.*
2 *Hæredi contrà fideicommissarios datur immissio, quando venit aliquid detrahendum.*
3 *Hæres non tenetur imputare fructus in debitum, nisi hoc expresse testator dixerit.*

§. 1. ROTA passim tenet, quod quãdo dictio, *quibuscumque,* est adiecta *Hæredibus,* faciat, vt etiam hæredes extranei comprehendantur. *Aym. cons.227. num.10. incip. Iaffredus Regis.Tiraquell. de retract. lignag. §.1. glos.7. num.21. Rota coràm Card.Seraph.decis.325.num.8.incip. Fuit dubitatum cum præsupposito.* vbi dicitur, quod ita Rota passim tenet, & hoc latissimè fuit dictum in causa *Faren. Pensionis* 14. *Aprilis* 1578. *coràm Aldobrand.* Nam illa dictio, *quibuscumque*, est vniuersalis, & omnia comprehendit etiam ea, quæ alias non venirent. Idẽ *Aym. cons.294. num.1. incip. Verba transactionis. Sarnens. in regul. de triennal. quæst.2.nu.3. post glos. in Clem.1. de decim.*

E 2 §. 2. in

§. 2. in ROTA perpetuò fuit decisum, quod *Heredi* detur immissio contra fideicommiss.rios, quando venit aliquid detrahendum. *Card. Seraph. decis. 850. nu. 1. incip. Illustrissima Domina.* Quam decis. Rota postea secuta fuit *in causa Romana, seu Iannen. fideicommissi Vener. 1. Decemb. 1589. coràm Card. Platt. est decis. 145. in eius lib. in manuscript. incip. Conuenerunt,* vbi testatur Rotam ita perpetuò seruare.

§. 3. ROTA tenet, quod *Hæres* nō teneatur imputare fructus in debitum, nisi testator hoc expressè dixerit. *Bubal. in vna Romana fideicommissi Lunæ 23. Maij 1583. est decis. 176. in eius lib. in manuscript. incipit Domini, quoad primam. in fin.* vbi dicitur, quod hanc opinionem vti veriorem etiam tenuit Rota *in vna Romana de Incoronatis Vener. 28. Iunii 1577. coràm sanct. mem. Aldobrand. quæ est inter impress. diuers. decis. 680. part. 1. incip. Quia prima pars. num. 2.*

Et vide, quæ in hac eadem *decis. Bubali notauimus Par. 3. ad Castrens. in l. quod de bonis. §. quod anus. ad l. Falcid.*

Et quæ notauimus ad *decis. Aldobrandin. sup. Part. 1. ad Aldobr. in d. decis.*

Hierosolymitani Milites.

SVMMARIVM.

1 *Hierosolymitani Milites, cum sint verè Religiosi, non habent testandi facultatem.*

§. 1. ROTA sæpius resoluit, quod Milites *Hierosolymitani*, † cum sint verè Religiosi, non habent testandi facultatem. *Rota coràm felic. record. Gregor. XV. decis. 105. num. 1. incip. Domini perstiterunt.* Vbi testatur, quod sic Rota sæpius resoluit.

2 † Quæ conclusio procedit, vt ibi dicitur *nu. 2.* etiam si Milites non sint claustrales, sed professi Cōmendæ, & propterea haberent velle, & nolle. *glos. in c. 2. in vers. Religiosus. de testam. in 6.* quia hoc non procedit in his Militibus, vt per *Mohed. decis. 10. de caus. possess. & propriet. incip. Præcepteria.* Et quod hoc

3 procedit non solum de bonis, † quæ ad ipsos peruenerunt intuitu suæ Religionis, sed etiam de bonis patrimonialibus, & aliundè quæsitis, *Rota coram eod. Gregor. decis. 87. num. 1. incip. Contrà sententiam.* vbi *Beltram. in addit. in litera A.* adducit plures decisiones ad confirmationem, quod isti Milites sunt verè, & propriè Religiosi, ac quod de eis est iudicandum vti de ceteris Regularibus professis, cum emittant tria vota, nēpè Castitatis, Paupertatis, & Obedięti.

Hypoteca.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca quantumuis generalis, non comprehendit bona emphyteotica prohibita alienari.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Hypoteca* quantumuis generalis non comprehendat bona emphyteotica expressè prohibita alienari, vel hypotecari. *Coccin. decan. in vna Romana Saluatij interdicti Lunæ 10. Decemb. 1607. incip. Cum inueteratus Rotæ stylus sit. quæ est decis. 53. in meis manuscript. diuers. fol. 52.* vbi Rota refert, & sequitur *Seraph. dec. 1290. nu. 5. incip. Prætendit Dominus Franciscus. & Card. Lancellot. Senior. in vna Romana Domorum 3. Iunij 1577. quæ habetur inter impress. diuers. lib. 1. dec. 426.* Idem dictū fuit *in vna Romana de Mancllis Lunæ 2. Iunij 1586. coràm Orano. incip. Quamuis in probāda. est decis. 163. in eius lib. 1. in manuscript.* Quę decisio in ea lem causa fuit confirmata *Coràm Gyps. sub die Mercur. 23. Nouemb. 1592. incip. Illustriss. Vrbis Senator. est decis. 156. in lib. 2. Gypsij in manuscript. & in causa Camerinen. Domus Veuer. 4. Iunij 1595. corā eod. est decis. 56. in eod lib. 2. in manuscript. incip. Canonici, & Capitulum. & in causa Romana Domus, & emphyteusis Lunæ 6. Martij 1595. coràm Card. Pamphil. Senior. incip. Fuit resolutum domum. in fin. est decis. 149. lib. 3. diuers.*

Identitas.

SVMMARIVM.

1 *Identitas probatur ex leuioribus probationibus, & etiam ex coniecturis. Secùs verò in fideicommisso, vt habes in sequenti §.*

2 *Identitas in fideicommisso non simpliciter probatur ex qualitate, & possessione successorum, nisi alia concurrant.*

§. 1. in ROTA fuit sæpius dictum, quod *Identitas* probatur ex leuioribus probationibus, & etiam ex coniecturis. *Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 172. num. 6. incip. Domini censuerunt constare.* vbi affirmat. quod sic sæpius fuit dictum in Rota. *Et coràm Card. Seraph. decis. 462. nu. 8. incip. Proposui in concursu.* in qua dicitur, quod hoc maximè procedit in antiquis, in quibus sufficiunt leuiores probationes. *Cassador. decis. 3. num. 2. de procurat. incip. Lata erat sententia.* Aliis decisiones concordantes habes *apud Beltram. in addit. ad d. decis. Gregor. in litera D. num. 10.*

§. 2. ROTA tenet, quod in materia fideicommissi simpliciter, & indistinctè probatio *Identitatis* non admittatur ex qualitate, & possessione successorum, nisi alia concurrant. *Rot. decis. 706. sub num. 2. par. 2. in Recent. part. 2. incip. Fuit resolutum constare.* vbi dicitur, quod sic Rota tenet. ita etiam affirmauit *Beltramin. in annot. ad decis. 575. fel. rec. Greg. XV. in litera C. num. 11. vers. Verum in materia.*

Illegitimus.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus fit capax pensionis, si efficitur Clericus, vel multò magis si Sacerdos.*

2 *Illegitimus debet probare plenè suum clericatum, non per quasi possessionem.*

§. 1. ROTA sæpè censuit, quod si *Illegitimus* fit Clericus, vel multò magis si Sacerdos, efficiatur capax pensionis. *Rot. in Burgen. Pensionis Lunæ 16. Decemb. 1596. coràm Decan. Pegn. est decis. 147. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Reseruauerat. vers. Non placuit Dominis,* vbi testatur, quod Rota sic sæpè censuit, & in primis *in causa Veneta Pensionis 10. Decemb. 1572. coràm Robuster. & in vna Cæsaraugustana Pensionis 19. Februarij 1590. coràm Gyps. est decis. 81. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Fuit resolutum sententiam.* Idem dictum fuit *coràm Card. Seraph. decis. 1264. incip. Fuit conclusum per Dominos. num. 2. & coràm Buratt. in vna Meliten. Pensionis Merc. 14. Maij 1614. num. 3. est in Recent. decis. 549. part. 2. incip. Assignata per defunctum.* in qua firmat, quod perpetuò Rot. hanc opinionem seruauit.

vt

vt in vna Legionen. Pensionis 10. Octob. 1577. coràm eod. & habetur inter impress. diuers. decis. 425. part. 1. incip. Nihil resolutum. vbi pariter habes, quod ista est opinio Rotæ. Et vide eamdem conclusionem infrà in verb. Pensio. §. 1. Rota perpetuò seruat.

§. 2. ROTÆ obseruantia est, quod quando agitur de probatione clericatus Illegitimi requiratur plena probatio, non per quasi possessionem. Rot. in Seguntina Canonicatus Mercur. 4. Nouemb. 1562. coràm Decan. Oradin. est decis. 451. in eius lib. 1. in manuscr. incip. Ante deducta, vbi testatur de tali Obseruantia Rotæ. Idem dictum coràm Accorambon. Decan. decis. 2. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Ad probandum sum. in qua pariter attestatur Rotam sæpè tenuisse, quod in illegitimo non sufficiat probatio clericatus per communem reputationem.

Impedimentum.

SVMMARIVM.

1 Impeditus aliquid facere excusatur.

2 Impedimentorum tempora sunt deducenda in computatione anni dati in regula de Annali ad finiendam causam.

§. 1. 1 ROTA pluries fuit resolutum, quod impeditus aliquid facere excusetur, & maximè quando Impedimentum prouenit ex parte aduersa. Sanctiss. Ludouis. decis. 341. num. 2. incip. Informante tantum. vbi Beltramin. in addit. in litera A. testatur, quod sic pluries in similibus materijs Rota resoluit, haberi pro facto, quando quis fuit impeditus facere. & refert decis. in Ciuiten. habitas 19. Decemb. 1608. coràm Manzanedo. Idem dixit Rota in decis. 6. de consuetud. in antiquior. incip. Duo sunt.

§. 2. ROTA in pluribus causis dixit, quod tempora Impedimentorum sunt deducenda in computatione anni dati in regula de annali ad finiendam causam. Rota coràm fel. record. Gregor. XV. decis. 372. nu. 5. incip. Rota censuit. vbi testatur, quod sic in pluribus causis Rota dixit. & allegatur Sarneus. super hac regul. de annali quæst. 14. 17. & 78. ac Peregrin. decis. 98. & ita etiam fuit dictum in causa Hispalen. Beneficiorum 10. Ianuarij 1603. coràm Iusto. Vide Beltramin. ad d. decis. Gregor. in addit. in litera B. nu. 8. vbi dicit, quod etiam dicta tempora impedimentorum sunt subducenda in materia appellationis.

Indultum.

SVMMARIVM.

1 Indulta comprehendunt beneficia etiam reseruata.

§. 1. 1 ROTA maiorum vestigijs inhærendo censet Indulta comprehendere beneficia, etiam reseruata. Rota in vna Burgen. Fructuum cum dimidio. Vener. 28. Nouembr. 1608. coràm Decan. Pegn. est decis. 56. in eius lib. 6. in manuscript. incip. In hac causa die 28. Aprilis. vers. Quod attinet. vbi testatur Rotam hoc casu moribus maiorum inhærere, & licet olim die 29. Maij 1570. coràm Binarino tunc Rotæ Auditore, in simili causa Burgen. Fructuum, fuerit dubitatum, an priuilegium comprehenderet beneficia reseruata, & tunc nihil fuerit firmatum, quia Domini variè sentiebant; nihilominus die 19. Iunij eiusdem anni causa iterum proposita, cum alij ex Dominis mutassent opinionem, propter illam exceptionem sine præiudicio Iurium Cameræ, & propter generalitatem verborum pro maiori parte resoluerunt. Priuilegium capere bona reseruata, quam decisionem postea Rota amplexa est, coràm Cardin. Millino sub die 8. Decembris 1604.

Inhibitio.

SVMMARIVM.

1 Inhibitio siue iusta, siue iniusta semper est timenda & quare.

2 Inhibitiones extra Curiam, quando Rota non concedit.

3 Inhibitiones quandò Rota non concedit.

§. 1. 1 ROTA seruat, † quod Inhibitio siue iusta, siue iniusta semper est timenda. Put. decis. 395. quæ in nouis est 385. incip. Inhibitio iusta, vel iniusta. lib. 2.

Et vide, quæ ad hanc decisionem notauimus Part. I. fol. 554. col. 2. Et in nostris Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Inhibitio Obseruat. circa Miscellanea. §. 2. incip. Inhibitio Rotalis siue iusta. & §. 3. incip. Inhibitio siue iusta, siue iniusta.

LICET autem aliàs Rota antiquo tempore, vt patet ex ipsius decis. 412. in nou. quæ est decis. 58. de appellat. in nou. incip. Si appelletur manifestè friuole.

2 † tenuerit ita demum gesta post appellationem, & inhibitionem reuocari tamquam attentata, si inhibitio esset canonica, per not. per gloss. in cap. non solum. de appellat. lib. 6. vt etiam refert Felin. in cap. super quæstionem. §. fin. in fin. de offic. deleg. vbi etiam addit, quod ita ipse vidit practicari.

TAMEN Moderna Rota, vt dicit Accorambon. decis. 54. in manuscript. incip. Licet Rota lib. 1. plu-

3 ries tenuit, † quod indistinctè post inhibitionem gesta debent reuocari, ne iudices sub isto clypeo inhibitionis eas contemnant, & diu litigetur, an inhibitio sit iusta, vel iniusta; & interim pars grauata fatigetur laboribus, & expensis. Et propterea debent prius attentata reuocari, & postea disputare de iniustitia inhibitionis, vt dicitur in d. decis. Accoramb.

§. 2. ROTA non concedit Inhibitionem in vim commissionis extra Curiam, quando potest esse impedimento aliàs legitimè gestis, & ordinatis à Rota, vt dicitur in Calaguritana Beneficij de Ausejo. Mercur. 4. Febr. 1615. coràm Buratto. num. 1. est decis. 641. in Recent. par. 2. post Lancellott. de attent. post inhibit. 2. part. cap. 20. in præfat. quæst. 4. nu. 166. Vers. quod si eam teneas. fol. mihi 405. col. 1. prout ibi allegatur decis. coràm Deza. vbi talis inhibitio fuerat denegata, ne impediretur sequestrum aliàs appositum. Et ne impediretur executio, & subdelegatio pro taxatione expensarum in d. Calaguritana. Item ne impediretur mandatum de manutenendo. Idem Lancell. ibid. nu. 45. & 201. Tantò minus contra duas conformes habentes vim trium, vt erat casus Missionis in d. Calaguritana, vt in fortioribus terminis post commissionem fuit denegata inhibitio extra Curiam post tres sententias, & decretas executoriales, & post commissam causam nullitatis super decreto executorialium, quia prætendebatur executoriales esse nulliter decretas, vt per Put. decis. 51. lib. 1. in non. impress. incip. In vna Vlisbonen.

Et cum in d. Calaguritana fuisset extorta ab Auditore, seu potius à Notario citatio, & inhibitio in for-

forma extrà Curiam, Rota dixit esse moderandam; Et tantò magis quia dicta inhibitio erat intelligēdā sine praeiudicio mandatorum, & subdelegationis *post Lancellott. dicto cap. 20. num. 5. versic. et inhibitio emanata.*

§. 3. ROTA seruat, quod *Inhibitio* non concedatur, vel concessa moderetur, quando fuit concessa parte existente in Curia absque citatione. *Rota decis. 24. & 26. de dol. & contum. in antiq. vt dicitur in Oxomeñ translationis seu dimissionis Ecclesiae. Lunae 15. Martij 1593. coràm* Mantica. *est decis. 219. in eius impress. num. 1.*

Immemorabilis.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis probatur* iuxtà gloss. in cap. 1. de praescript. in 6.
2 *Immemorabilis probatur per testes, qui sint saltem annorum quinquaginta quatuor.*
3 *Immemorabilem licet non faciat meta annorum 200. & 300. tamen non videtur esse maioris, vel saltem non minoris efficaciae.*

§. 1. ROTA in probatione *Immemorabilis* sequitur doctrinam *gloss. in cap. 1. in verbo, memoria. de praescript. in 6. Hispaleñ decimarum 6. Iunij 1580. coràm Card. Seraphino.*

Et vide fusius in d. Glos. Part. 5.

§. 2. in ROTA fuit pluries obseruatū, quod ad probandam *Immemorabilem* testes sint saltem aetatis quinquaginta quatuor annorum, vt dicitur *in Paceñ decimarum* Vener. 16. *Decembris* 1594. *coràm Card. Seraphino.* & habetur de simili probatione. *in Burgeñ emolumentorum Sigilli* 21. *Maij* 1590. *coràm Decano Penia. & in Capuana* R*ectoria 22. Martij 1596. coràm eadem Seraphino.*

§. 3. iuxtà ROTAE opinionem licet meta centum, ducentum, & trecentum annorum, non faciat *Immemorabilem*, tamen videtur esse maioris, vel certè non minoris efficaciae. *Vercelleñ beneficiorum 23. Iunij 1595. coràm Card. Seraphino.*

Insinuatio.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio donationis suppletur per iuramētum praesertim si renuntietur insinuationi.*

§. 1. ROTA adhaeret illi opinioni, quod *insinuatio* donationis suppleatur per iuramentum etiā simpliciter praestitum. *Imol. in c. cum contingat. n. 90. de iureiurand. Alex. cons. 4. num. 10. lib. 1. incip. Circà primum. Capic. decis. 159. num. 31. vers. tamen quod sufficiat. cum pluribus relatis per Clar. in §. donatio. quaest. 18. & per Menoch. cons. 1. n. 377.* qui dicit eam veriorem, & crebiorem, & magis communem. *Rot. in vna Veneta Donationis* Ven. 7. *Nouembr. 1614. coràm Buratt. est decis. 665. in Recent. part. 1. incip. Domini resoluerunt, pro iustitia num. 6.* in qua allegatur *decis. Caputaquen. 86. part. 1. incip. Donatio iurata, vbi de communi. & decis. 472. num. 14. coràm Card. Seraph. incip. Dubitatum an donatio. & decis. 746. nu. 5. coràm eod. incip. Dominus* Vincentius. *& decis. 1184. nu. 14. coràm eod. Seraph. incip. Dominus Hieronymus. attestatur*, quod ita saepius per Rotam decisum fuerit. quam decisionē secuta est etiam *Rota in vna Romana donationis 29. Martij 1599. corā Oran. est decis. 102. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Cum DD. de Magdalenis.* Idem dictum fuit *in vna Beneuen. Donationis Lunae 21. Octob. 1585. coràm Gyps. est decis. 25. in eius lib. 1. in manuscript. Plura fuerunt. in princip.* in qua allegatur *Tiraq. in praefat. in l. si vmquam. num. 143. de reuocat. donat. & Chissan. decis. 50. incip. Donatio.* Quae opinio multò magis procedit, quando insinuationi fuit renunciatum per iuramentum. *Rot. in supradict. decis. Buratt. num. 7. dicent.* quod tunc indubitanter suppletur insinuationi, & allegatur *Io. And. ad Speculat. de instrum. edit. §. Porro. rub. de form. donat. caus. mort. & inter viuos.* Et hunc casum carere dubitatione testatur *Gabriel. lib. 3. tit. de donat. concl. 1. num. 6. Seraph. de priuileg. iurament. 73. nu. 3.* vbi dicit esse receptissimam, & infiniti alij Doctores *in dicta decis. referuntur.*

Vide etiam *Part. 3. ad Feder. de Sen. cons. 281.*

Instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum carens loco loci non probat seclusa consuetudine.*
2 *Instrumentorum recognitio iuxtà stylum Rotae procedit in instrumentis antiquis, non in antiquissimis.*
3 *Instrumenta, vt dicantur antiqua requiritur spatium centum annorum.*
4 *Instrumentum, quando quaeritur, an sit antiquum, semper detrahitur tempus litis.*
5 *Instrumenta extracta in partibus in vim compulsoriae decreta parte citata fidem faciunt in iudicio.*
6 *Instrumenta publicata à Notarijs rogatis habentur loco originaliū, & probant absque alia solēnitate.*
7 *Instrumenta edere quilibet cogitur stante interesse partis, & cessante calumnia.*
8 *Instrumenta etiam propria, quilibet parti aduersae tenetur exhibere ex equitate.*
9 *Instrumentum minus solemne facit fidem, si eius obseruantia adest.*

§. 1. ROTA seruat, quod *Instrumentum* carens loco loci non valeat de iure, nisi probetur consuetudo in contrarium. *Rota in Nolana Primiceriatus Vener. 30. Aprilis 1563. coràm Cotta. incip. An appellatio. est decis. 32. in eius lib. in manuscript.* vbi dicitur, quod ita fuit tentum *in causa Caputaq. Pensionis coràm Sarmiento.*

Et confirmata fuit *d. decis. Nolana coràm eod. Cotta. sub die Lunae 28. Iunij 1563. incip. An gesta. est decis. 45. in eod. lib.* Vbi Rota dixit, quod noluit facere resolutionem facere super cōsuetudine, quia erat periculosa, ea ratione, quia bonum est, quod in Regno Neapolitano ponatur in instrumentis locus loci, & si esset possibile locus loci loci. & sic cum duplici genitiuo.

§. 2. ROTAE obseruantia circà recognitionē *Instrumentorum* procedit in antiquis, non in antiquissimis. *Rota in Romana Castri Orciani Ven. 4. Febr. 1575. coràm* Cotta. *est decis. 54. par. 1. diuers. Et in eius lib. in manuscr. est decis. 446. incip. An iura. Rot. in* R*ecent. part. 2. decis. 513. num. 3. incip. Domini steterunt in decisis.* vbi aliae allegantur decisiones.

§. 3. ROTAE stylus est, quod ad hoc, vt *Instrumenta* dicantur antiqua requiratur spatium centum annorum. *Put. decis. 9. post principium. de fid. instrument. incip.*

incip. Instrumenta antiqua. vbi de tali stylo testatur.

§. 4. ROTA tenere solet, quod quando quæritur, an *Instrumentum* sit antiquum, semper detrahendum est, tempus litis. ita dixit Rota *in decis.* 822. *post princip. part. 4. diuers. incip. In causa Tyburtina.* & allegatur *decis. in causa Tudertina Bonorum 23. Maij 1599. coràm Card. Seraphin. & in causa* Vrbeuetana *Fideicommissi. 31. Ianuarij 1575. coràm Card. Lancellott. Senior.*

§. 5. ROTA de stylo seruat, quod *Instrumenta* extracta in partibus in vim compulsoriæ decretæ parte citata, faciunt fidem in iudicio, & quod tutius est, quod pars citetur etiam in partibus. *Rota decis. 43. incip. Si compulsoria. de probat. in antiq.*

§. 6. in ROTA pluries fuit firmatum, quod *Instrumenta* publicata à Notarijs rogatis habeantur loco originalium, & probent absque alia solemnitate. *Bart.* communiter receptus *in Auth. si quis in aliquo. nu. 3. C. de edend. Bald. in l. publicati. nu. 9. & ibi Ias. num. 4. C. de testam. Felin. in cap. fin. num. 5. de fid. instrument. Lap. allegat. 77. incip. Tabellio publicus.* Rota *in vna* Mediolaneñ. *Decimarum Vener. 4. Iulij 1614. coràm* Andrea. *nu. 2. est decis.* 581. *in* Recent. *part. 2. incip. Licet iura, & instrumenta.* Vbi dicitur quod sic fuit firmatũ in pluribus causis, & signanter *in vna Farfen. Territorij. Lunæ* 12. Iunij 1606. *coràm Decan.* Pegn. *est decis.* 428. *in eius lib. 5. in manuscript. incip.* In *decisione in hac causa. & in* Mediolanen. *Iurispatronatus* 1. *Iulij* 1611. *coràm* Card. Sacrato. *& in Hispalen. legitimitatis* 12. *Decemb. eod. ann. coràm* Vbald. *& in alia* Mediolanen. *Decimarũ Sãcti Donati* 23. Ianuarij . . . *coràm* Pirouano. *& in decis. 1. de fid. instrum. in nou. incip. Fuit dubitatum vtrum. & in decis. 4. eod. tit. in antiq. incip. Nota, instrumenta extracta. & in decis.* 170. *coràm* Verallo. *par. 1. incip.* Compulsorialis *processus.* Idem dictum fuit *in vna* Assisien. *Census. Lunæ* 23. *Februarij* 1609. *coràm* Decano Coccino. *nu. 1. quæ decisio est* 450. *in eius lib. in impress. incip. Fuit resolutum iura.*

§. 7. ROTÆ stylus, necnon obseruantia est, quod quilibet cogatur edere *Instrumenta* propter aliquod interesse partis, quando apparet ab editionis petitione calumniam abesse. *Oran. in vna* Romana *Mercium Lunæ* 30. *Maij* 1588. *in princip. est decis.* 345. *in eius lib. 1. in manuscript. incip. Cum stylus.* In qua Rota testatur de tali stylo, & obseruantia. & ad hoc allegatur *decis.* 213. *aliàs* 5. *de probat. incip. Licet pars actrix. in nou. & decis.* Sarnen. 25. *lib. 2. & decis.* Caputaquen. 180. *lib. 2. incip.* Mandatum *licet.* Idem tentum fuit *in vna* Romana *Computorum Lunæ* 11. *Febr.* 1591. *coràm eodem Oran. est decis.* 72. *in eius lib. 2. in manuscript. incip.* Domini *recesserunt à resolutis. & in decis. coràm* Card. Seraph. 1224. *incip. Fuit resolutum probari.* vbi in fine etiam testatur, quod talis sit stylus Rotæ. *& in decis. coràm Card. Lancellott. in vna* Parisien. *Pecuniaria Lunæ 5. Iulij 1616. num. 1.* in qua pariter testatur, quod ista est obseruantia Rotæ. *est decis.* 250. *in Recent. part. 1. incip. Dubium erat. an esset. & allegatur decis. in causa Esina Bonorum* 11. *Martij* 1583. *coràm Card. Blanchett.*

§. 8. ROTÆ stylus est, quod quilibet etiam propria *Instrumenta* ex æquitate tenetur parti aduersæ exhibere. Rot. *coràm fel. rec. Greg.* XV. *decis.* 129. *num. 2. incip. Fuit resolutum* V*rsulinam.* vbi testatur de tali stylo Rotæ, & refert, & sequitur *decis. 5. de probat. in nou. incip. Licet pars actrix. et Sarnen. dec. 25. lib. 2.* Sed hoc procedit, vt dicitur *in d. decis. Greg. num. 3.* si aliunde haberi non possit tale instrumentum.

☞ Vide sup. *Par. I. ad d. decis. 5. de probat. fol. 379. col. 2. in fin.*

§. 9. ROTA sæpius amplexa est doctrinam *Aym. in cons.* 101. *num. 4. incip. Nobilis Guigo.* vbi dicit, quod *Instrumentum* minùs solemne, fidem facit, quando secundum illius tenorem fuit obseruatum. *Rota corã* R.P.D. Coccin. *Decan. decis.* 258. *num. 3. incip. Fuit resolutum, Iura.* vbi testatur, Rotam sæpius secutam esse hanc doctrinam, & præsertim *coràm bon. mem. Cardin. Sacrat. in causa Lunen. Sarzanen. Capellaniæ* 26. *Martij* 1601. Idem fuit dictum *coràm* Comitul. *in vna Aretina* Capellaniæ *Veneris* 22. *Iunij* 1590. *est decis.* 122. *in eius lib. in manuscript. incip. Conclusum fuit ex deductis, & coràm Cordub. in causa Burgen. Præminentiarum Lunæ* 3. *Iulij* 1600. *sub titul. de fid. instrum. est decis.* 234. *in eius lib. in manuscript. incip. Quia in hac causa.* vbi pariter affirmatur, Rotam ita sæpè tenuisse.

Interesse.

SVMMARIVM.

1 *Interesse certi taxatio ab initio super pecunijs retentis super cambijs est vsuraria.*
2 *Interesse damni emergentis moderatum dari solet.*
3 *Interesse damni emergentis, vt debeatur, quid sic necessè probare.*
4 *Interesse lucri cessantis licet peti possit de iure Canonico, non potest tamen à principio taxari per vllum contractum.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod taxatio certi *Interesse* ab initio super pecunijs retentis super cambijs est vsuraria, & illicita. *Rot. in causa Ianuen Pecuniaria Lunæ* 6. *Iunij* 1611. *coràm* Card. *Lancellott. Iunior. quæ est decis.* 331. *inter impress. penès Farinacc. post 2. tom. consil. incip.* Sententiam *Episcopi Sauoneñ.* vbi affirmatur, quod sic sępissimè fuit decisum in Rota, & signanter *in causa* Mediolanen. *Simulationis Cõtractus* 1. *Iulij* 1592. *coràm bon. mem.* Card. *Mellino. & in causa* Romana, *seu Lugdunen. Pecuniaria* 2. *Apr.* 1604. *coràm bon. mem. Litta.*

§. 2. ROTA seruat, quod *Interesse* damni emergentis moderatum dari possit. *vt admonet Ant. August. in suis repert. siue epitom. Decis. Rot. in tit. de eo quod interest lib. 1. nu. 2.* vbi allegatur *decis. Mobed.* 322. *aliàs 4. de vsur. incip.* Simon *Centurio.* in qua allegatur *ad not. in cap. conquestus. cum alijs de vsur. & in cap. dilecti. de foro compet.*

§. 3. ROTÆ stylus est, quod ad hoc, vt debeatur *Damnum* emergens, necesse sit in indiuiduo probare, quod ex eo, quia non habuit pecunias illas, damnum sequutum fuerit. *Rot. coràm Card. Lancell. Iun. in causa Lucana Locationis Vener.* 18. *Martij, & 29. Aprilis* 1611. *quæ est decis.* 325. *inter impress. penès Farinacc. post 2. tom. consil. incip. Dubium erat, an Breue. nu. 5.* vbi dicitur, quod ista est opinio Rotæ, in hac materia. & allegatur *decis. in causa* Romana *Pecuniaria de Zambeccarijs. 7. Aprilis* 1581. *coram Lauretano. & in causa* Romana *Vineæ de Brunis* 2. *Decẽbris* 1592. *coràm Orano. est decis.* 117. *in eius lib. 2. in manuscript. incip. In vna* Romana *Vineæ de Brunis. & in causa* Romana *Cambiorũ* 15. *Maij, & 19. Iun.* 1592. *coram Card. Mellino. & in causa Lugdunen. Cambiorum*

rum 11. Decemb. 1609. coràm R.P.D. *Coccin. Decan. est decis.* 498. *num.* 2. *in eius impress.* In qua pariter affirmatur, istam esse opinionem Rotæ, & reprobatur Ruin. *in consil.* 104. *n.* 6. *incip. Retēto quod fratres.* dum sentit, quod sufficiat, constare de damno.

§. 4. ROTA sæpè amplexa fuit illam sententiam, quod licet *Interesse* lucri cessantis peti possit de iure Canonico, non tamen potest à principio taxari, nec per contractum inter viuos, nec in testamento, in quo testator per tarditatem solutionis quantitatis adijceret vsuram, per dinumerationem mensium, vel annorū. Rot. *in vna Barchinouen. Cambiorum Lunæ* 26. *Iunij* 1606. *coràm Decan. Pegn. est decis.* 439. *in eius lib.* 5. *in manuscript. incip. Consules, & Defensores.* vbi testatur Rotam talem sequi sententiam, & signanter *in vna Mediolaneu. Cambiorum, siuè vsurarum die* 20. *Iunij* 1569. *coràm fel. rec. Clement.* VIII. *est decis.* 315. *inter impress. diuers. part.* 2. *incip. Diu fuit. & in causa Romana societatis officij die* 20. *Aprilis ann.* 1578. *coràm Card. Lancellot. Senior.* Et licet antea licitum esset cōuenire à principio, super interesse verisimili, tamen post constitutionem Pij V. amplius non licet, vt dixit Rot. *in supradict. decis. Pegn. post Nauarr. in Manual. cap.* 17. *num.* 292. & 301. *vers. NOTA quarto. & Sot. lib.* 6. *de iust. & iur. quæst.* 1. *art.* 3. tamen post constitutionem, inquit, non licuisse, neque licere.

Inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *in Inuentario faciendo, sufficit descriptio in genere scripturarum in sacculo existentium.*
2 *Inuentarium non annullatur propter solam omissionem peremptorij.*
3 *Inuentarium non liberat hæredem ab obligationibus hæreditarijs, quatenus vires hæreditatis suppetunt.*
4 *Inuentarium, non probat valorem bonorum si apparet, in eo aliquid deficere, etiamsi omissio non esset dolosa, sed per errorem.*

§. 1. ROTA pluries iudicauit, quod descriptio in genere scripturarum in sacculo existentium nō annullat *Inuentarium. Rot. coràm* R.P.D. *Coccin. Decan. decis.* 151. *num.* 8. *incip. Dubitaui, an mandatum.* vbi affirmat, quod Rota pluries substulit hunc defectum. vt *coràm Card. Seraphin. decis.* 471. *incip. Fuit dubitatum, an inuentarium. & coràm Iusto. in causa Ciuitatis Castelli Pecuniaria* 2. *Iunij* 1603.

§. 2. ROTÆ stylus est, quod *Inuentarium* annullare propter defectum verbi, peremptoriè, videatur valdè rigorosum, quem rigorem Rota solet abhorrere. *apud Achillem de Grass. in decis.* 303. *aliàs* 3. *de testament. nu.* 5. & 6. *incip. Fuit dubitatum in vna.* vbi Rota refert, *decis. in vna Castri Filacciani coràm Cardin. Put. de anno* 1549. *est decis.* 266. *lib.* 3. *in fin. incip. In causa Castri.* Vbi dicit quod nimis durum videtur, vt qui cecidisset a syllaba, cecidisset à toto.

§. 3. in ROTA millies decisum fuit, quod *Inuentarium* non eximit hæredem ab obligationibus hæreditarijs, quatenus vires hæreditariæ suppetant, sed solum facit, ne teneatur vltrà vires. ita dictum fuit *in causa Romana de Marescottis Lunæ* 25. *Iunij* 1632. *coràm R.P.D. Duran. impress. in fol. volant. incip. Omnia prætensa.*

§. 4. ROTA sæpius resoluit, quod *Inuentarium* non probat valorem bonorum quando apparet in eo aliquid deficere, etiamsi omissio esset per errorem, & non per dolum. *Rota coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.* 473. *num.* 4. *incip. Visum fuit.* vbi affirmatur, quod sit Rota sæpius resoluit, & signanter *in Vrbinaten. redditionis computorum.* 19. *Nouembr.* 1602. *coràm Cardin. Lancellott. & in Romana pecuniaria* 9. *Decembris eiusdem anni. coràm eod. Gregor. quæ est decis.* 79. *incip. Non est standum. & in Papien. Bonorum* 1. *Iulo* 1605 *coràm Ortemberg.*

Iudex.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest moueri ex probationibus sumptis extrà acta.*
2 *Iudex, quando non est certus de sua iurisdictione, non potest exequi mandatum.*
3 *Iudex nulliter procedendo, possessorem non priuat sua possessione.*
4 *Iudex in partibus appellanti potest præfigere terminum ad prosequendum appellationem, & ad docendum de illius prosequutione.*
5 *Iudici remissoriali data facultas examinandi testes, cum clausula. Et aliàs iuxtà discretionem vestram, quid vigore huius clausulæ facere possit.*
6 *Iudex remissorialis potest credere, terminum prorogationis ad expediendam remissoriam concessum esse prorogatum, ne corruant processus.*
7 *Iudex Laicus in iudicio possessorio rei spiritualis non est competens Iudex.*

§. 1. ROTA semper reiecit illam opinionem, quod *Iudex* possit moueri ex probationibus extrà acta. Cum honestati Tribunalis cōueniat, quod semper appareat de iustitia, ita dicit *Rota coràm Cardin. Caualerio. decis.* 203. *Domini dixerunt sententiā nu.* 6. *post Chisan. decis.* 176. *incip. Sententia, quæ non iustificatur. Cæsar de Grass. decis.* 2. *nu.* 9. & 10. *de solut.* fuit dictū *coràm Card. Seraph. decis.* 377. *in princip. incip. Dubitatum fuit, an productio.*

Et adducit *Cavaler. vbi sup. num.* 5. hoc procedere etiamsi adsint probationes pro sententia, & non fuerunt per iudicem visæ, vt dicitur decisum *in vna Aquen. Pensionis. coràm Cardin. Sacrato. per duas decisiones.*

Et propterea reprobātur à Rota. *Afflict. decis.* 28. & *Aym. cons.* 198. *in fin. Abb. & Felin. in cap. pastoralis.* §. *quia verò. de offic. deleg.* qui contrariam tenent opinionem, quod Iudex possit se informare extrà acta. vt notauimus *Par.* 3. *ad dictos Auctores.*

§. 2. in ROTA pluries fuit resolutum, quod *Iudex*, si non sit certus de sua iurisdictione, non potest exequi mandatum. *Rota decis.* 893. *nu.* 1. *par.* 4. *diuers. incip. Domini omissa pro nunc.* Vbi habetur, quod sic sæpe fuit dictum, & præsertim *coràm Gyps. in causa Lauretana Pecuniaria* 5. *Aprilis* 1592. *est decis.* 106. *in eius lib.* 2. *in manuscript. incip. In emptione prædij. & coràm Oran. in causa Romana de Pinellis* 20. *Februarij* 1598. *est decis.* 15. *in eius lib.* 3. *in manuscript. incip. Quærebatur stantibus.*

§. 3. ROTA pluries tenuit, quod quando *Iudex* nulliter procedit, non citato possessore, illum sua possessione non priuat. *Rota decis.* 179. *nu.* 5. *incip. Cum constet. & decis.* 180. *nu.* 1. *incip. Licet Fratres. p.* 4. *diuers.* In quibus attestatur, quod sit sæpè, ac in pluribus

ribus causis fuit dictum. & allegatur *decis. in causa Penensi. & Auriensi Beneficiorum* 4. Iunij 1598. *coram tunc Decano. qui erat Card. Seraph.*

§. 4. ROTÆ stylus est, quod *Iudex* possit præfigere appellanti terminum ad prosequendum appellationem, & ad docendum de illius prosequutione. *Dec. in cap. personas. num.*8. *extrà de appellat. Federic. de Sen. consil.* 28. *Gyps. in vna Abulen.* Capellaniæ Vener. 5. Iunij 1598. *post principium. est decis.*1. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. Coclusum fuit per Dominos. vbi allegatur decis.*13. *nu.*1. *incip. Si Iudex in partibus. & decis.*25. *nu.*1. *incip. Si certus terminus de appell. in nou.* & dictũ etiam fuit *in decis.*40. *incip. Si appelletur. & in decis.*48. *incip. Fuit dubitatum vtrum. & in* 50. *incip. Si appelletur. in eodem tit. de appellat.*

§. 5. ROTA in pluribus causis resoluit, quod si *Iudici* remissoriali sit data facultas examinandi testes, cum clausula, & aliàs iuxtà discretionem vestram, intelligitur vltrà expressa, & recipit interpretationem à iure communi, & ideò non tribuit facultatem iudici alterandi suo arbitrio formam datam. *Rota coràm bo. me. Card. Millino in causa* Parmen. *Status Ven.* 4. *Iunij* 1604. *est decis.*214. *inter impress. penès Farinac. post* 2. *tom. consil. incip. Fuit iterum dubitatum. n.*5. Vbi testatur sic sæpius fuisse resolutum in Rota.

§. 6. ROTÆ stylus est, quod *Iudex* remissorialis potest credere, quod terminus prorogationis ad expediendam remissoriam concessus, sit prorogatus. *Guidob. decis.*75. *incip. Dixerunt Domini quod processus. in eius lib. in manuscript.* vbi ait quod hoc est factũ ne multi processus corruant, & talis terminus prorogationis ter, vel quater soleat concedi, & numquàm denegari solitum sit. in qua allegatur *decis. in vna Dertusen. Canonicatus* 21. *Nouemb.*1552. *corã Deza. & Socc. in l. multum interest. ff. de condition. & demonstrat.*

§. 7. in ROTA generalius fuit conclusum, quod in iudicio possessorio rei spiritualis *Iudices* Laici, non sint ad hoc Iudices competens. *Put. decis.*351. *in nou. impress. in fin. lib.*1. *incip. Fuit dubitatum die* 30. in qua testatur quod ita in alijs causis fuit conclusum. Quam conclusionem secutus est. *Comitul. in quodam Discursu in vna Oueten. Sacristiæ*, qui absque die, & anno prostrat inter suas decisiones in ordine 14. Quam decisionem, & *Comitul.* discursum amplexa fuit Rota *in vna Oscen. Canonicatus* Vener. 1. *Decemb.*1595. *coram* Decano *Pegn. est decis.*60. *in eius lib.*3. *in manuscript. incip. Ecclesiæ. paulò post princ. §. sed respondebatur.*

Vide, quæ diximus *sup. in hac parte. in verb. Causa. §.7. Rota, & Romana* Curia.

Vide etiam quamplura alia circà hãc materiam *sup. Part. I. ad supradict. decis.* Put.351. *fol.*450. *col.*2. *in med. & ad Pegn. in d. Oscen. Canonicatus.* vbi per extensum pluries *decis. posuimus.* cum sint notabiles, & exemplares.

Iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non probatur per verba enunciatiua Notarij, dicendo testis iuratus.*
2 *Iuramentum in forma intelligitur præstitum, prout debuit legitimè præstari.*
3 *Iuramentum solet deferri in supplementum, quando adest vnus testis, valdè idoneus. Limita in §. sequenti.*
4 *Iuramentum in supplementum plenæ probationis, quando non debeatur.*
5 *Iuramentum nihil operatur, stante læsione vltrà tertiam partem, & quando procedat.*
6 *Iuramentum non attenditur stante enormissima læsione.*
7 *Iuramentum calumniæ, si petatur antè sententiam, & à parte non præstetur, tunc sententia redditur nulla.*
8 *Iuramentum calumniæ petitum, & non præstitum, quando reddat sententiam nullam.*

§. 1. in ROTA pluries fuit decisum, quod *Iuramentum* non probetur per verba enunciatiua Notarij dicendo testis iuratus. *Rot. coràm felic. rec. Greg. XV. decis.*39. *nu.*3. *incip. Domini vna tantum.* In qua testatur, quod ita pluries fuit decisum in Rota, & præsertim *coràm* Caputaquen. *decis.*123. *p.*2. *incip. Iuramentum testis. & decis.*246. *coràm eod. par. eadem. incip. Notarios.* Idem voluit Rota *in decis.*215. *num.*3. *inter impress. post* 2. *tom. consil. Farinac.* vbi dicitur, Rotam ita seruare.

Fusè materiam istam tractat *Beltramin. in annot. ad d. decis. Greg. in litera* A. vbi dat nonnullas limitationes ad hanc opinionẽ, & dicit, quod ista opinio procedit etiã si Notarius dicat, tactis scripturis. *Rota in Recent. p.*1. *decis.*393. *sub n.*8. *vers. Etiamsi dicat.*

Vide, quæ diximus *sup. Par. I. ad d. decis.* Caputaquen. 123. *fol.*268. *col.*1. *in med.*

§. 2. ROTÆ obseruantia est, quod *Iuramentum* in forma intelligatur præstitum, prout debuit legitimè præstari. *fel. rec. Greg.* XV. *decis.*453. *nu.*8. *incip. Resolutum fuit testes. vbi Rota testatur*, quod ita fuit sæpissimè resolutum, & signanter *in vna* Ciuitanen. *constructionis Capellæ* 20. *Febr.* 1589. *coràm* Card. *Seraph. est decis.*857. *num.*8. *incip. Fuit dubitatum, an processus. in impress. & in causa* Corduben. *Redecimarum* 29. *Iannary.*1595. *coràm eod. Seraph. & in Calaguritana oblationum* 26. *Martij* 1590. *coràm Comitulo. est decis.*96. *in eius lib. in manuscript. incip. Validitatem examinus.* Idem dictum fuit *in causa Toletana* Decimarum *de Brea. coràm* Card. *Blanchett.* 21. *Iunij* 1583. *& in causa* Clusina *Pensionis* 30. *Martij* 1576. *coram eodem Blanchett.*

Vide, quæ diximus *sup.* Part. I. *ad d. decis.*857. *coràm Card. Seraph. fol.*87. *col.*1. *in princip.*

§. 3. ROTÆ stylus est, quod *Iuramentum* soleat deferri in supplementum. *Gyps. in vna Neocastren.* Archidiaconatus *Lunæ* 4. *Febr.*1591. *est decis.*154. *in eius lib.*1. *in manuscript. incip. Quamuis plura.* vbi testatur, quod de stylo Rotæ soleat deferri, & signanter fuit dictum *in vna Vrgellen. Archidiaconatus de anno* 1582. *corã eod. & in alijs causis per decis.* Cott. 284. Sed prædictus stylus habet locum, quãdo adest vnus testis, qui sit valdè idoneus Rot. *in d. decis. Gyps. ad Io. Andr. in cap. fin. num.*4. *de iurament. in* 6. *Gemin. in cap. fin. num.*14. *de eo qui mitt. in posseß. rei seruand.*

§. 4. ROTA non solet facilè partes admittere ad *Iuramenta* in supplementum probationis, præsertim, quando causa est magni momenti, & vbi adest plusquàm semiplena probatio. *Rota in* Romana *Dohanæ Salis Lunæ* 5. Martij 1582. *coram* Card. *Seraph. est decis.*566. *incip. Fuit resolutum non esse.*

§. 5. RO-

§. 5. ROTÆ stylus est, quod *Iuramentum* nihil operatur stante læsione vltrà tertiam partem. *Rot. corã Bubal. in causa Romana Legitimæ de Vrsinis* 20. Maij 1588. *est decis. 33. inter impress. post 2. tom. Consil. Farinac. incip. Fuit resolutum Illustrissimum.* vbi testatur de stylo Rotæ, semper seruatum fuisse Statutum Vrbis hoc disponens. & additur, quod hoc intelligendum est, quando adest sententia, vel constaret euidenter, & notoriè de enormissima læsione, & hoc casu, etiam de stylo Rotæ solet peti absolutio ad cautelam.

§. 6. ROTA seruat opinionem tamquàm æquiorem, quę numquàm attendit *Iuramentum* stante enormissima læsione, *ad Cassad. decis. vnic. de empt. & vend.* vt testantur Cagnol. *in l. 1. n. 98. & 109. C. de rescind. vend. & Eugen. cons. 29. num. 52. & 53. & cons. 12. n. 73.* & fuit dictũ *in Amerina* Domus 4. Maij 1579. *coràm Cantuecio est decis. 102. vsque ad nu. 5. par. 2. diuers. & in Tudertina, seu* Romana *nullitatis obligationis Ven. 4. Iulij 1614. coràm Buratto.* vbi multa doctè more suo cumulat in materia fideiussionis ob dictã læsioné non subsistentis nõ obstante iuramẽto.

§. 7. ROTA sæpius tenuit, quod omissio *Iuramenti de calumnia.* vbi tamen est petitum ante sententiam, operatur nullitatem ipsius sententiæ. *Rota decis. 52. nu. 3. part. 4. diuers. incip. Domini tenuerunt sententiam.* Vbi testatur, quod sic pluries tenuit Rota.

Vide, quæ diximus sup. *Part. I. ad Card. Seraph. decis. 167. nu. 1. fol. 55. col. 1. circa med.*

§. 8. in ROTA sæpius fuit resolutum, quod quando *Iuramentum* calumniæ est petitum ante sententiam, si non sit præstitum, reddit sententiam nullam. *Rota in causa* Aesina *Restitutionis Dotis, Vener. 13. Martij 1600. coràm* Litta. *est decis. 149. inter impress. penès Farinac. post 2. tom. consil. incip. Domini tenuerunt mandatum. num. 2.* Vbi testatur, quod ita pluries fuit dictum in Rota.

Vide, quæ diximus sup. *Par. I. ad Card. Seraph. decis. 167. n. 1. fol. 55. col. 1. in med. vt in præced. §.*

Iurisdictio.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionis defectus non inducitur ex non integra actorum transportatione.*

2 *Iurisdictionis defectus operatur, quod* Rota *non arbitretur pro validitate.*

§. 1. in ROTA fuit sæpè dictum, quod *Iurisdictionis* defectus non inducitur ex non integra actorum transportatione. Rota *coram Iusto in vna Vlixbonen. Præeminentiarum.* quam *decis.* refert, & sequitur *Rota coram bo. me.* Cardin. *Marcomont. in causa* Perusina *Bonorum Mercur.* 22. Iunij 1605. *est decis. 7. in eius lib. in manuscript. incip. Quo ad instrumenta.* Vbi dicitur quod sic sæpè fuit dictum in Rota reiecta contraria *decis.* quæ allegabatur *coràm* Card. *Blanchetto.*

§. 2. ROTA non arbitratur pro validitate, quando inest defectus *Iurisdictionis.* vt fuit dictum *coram Robusterio in* Leodieñ *Præpositura* S. *Petri. Lunæ 6. Octobris 1572.*

Ius.

SVMMARIVM.

1 *de non Iure, non dicitur constare, quamdiù de Iure doceri potest.*

2 *Ius partis non potest tolli per rescriptum Principis, fallit tamen, quando subest rationabilis causa.*

3 *Ius omne censetur in iudicio deductum ex stylo* Rotæ.

§. 1. ROTA tenet, quod de non *Iure* numquàm dicatur constare, quousque de iure doceri potest. *Lancellott. de attent. par. 3. cap. 24. num. 78. Gabriel. de restit. spoliat. concl. 1. num. 106. Bellamer. decis. 103. incip. Non dicitur.* quam decisionem Rota passim sequitur vt dicitur *in vna* Virdunen. *Abbatiæ 22. Iunij 1615. coràm Buratto. nu. 4. & est decis. 741. in* Recent. *part. 2. incip. Firmata iustificatione.* Et ad confirmationem supradictæ conclusionis allegatur in *d. decis. Buratt. decis. 520. inter impress. diuers. par. 1. num. 4. incip. Resoluerunt Domini quod* Mauritius. *& decis. 269. num. 6. par. 2. incip.* Conclusum *fuit vtrum iuspatronatus. & decis. 73. nu. 1. coràm* Card. *Seraph. incip. Domini dixerũt, quod isti articuli, & decis. 983. n. 6. incip. Fuit resolutum in casu.* Idem etiam dictum fuit *in vna Britonien.* Commendæ *Ven. 23. Mart. 1589. coràm Gyps. est decis. 28. in eius lib. 1. manuscr. incip.* Vt *parti. & in eadem sub die Lunæ 22.* Decemb. 1588. *coràm eodem. est decis. 29. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Frater Ludouiens. & in Elburen. Decimarum 28. Nouembr. 1610. coràm Card.* Marquemontio. & in infinitis alijs causis idem decisum.

Vide sup. *in* I. *Part. ad decis. Bellamer. fol. 242. col. 2. in med. & ad decis. Seraph. 73. fol. 46. col. 1. antè fin.*

§. 2. ROTÆ obseruantia est, quod *Ius* partis non possit tolli per rescriptum Principis, fallit tamẽ hoc, quando subest aliqua rationabilis causa. *vt per Glos. & Doctor. in l. fin.* C. *si contr. ius, vel vtil. publ. & Doctor. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. & notat Iason in l. si diuersa.* C. *de transact. num. 2.* Card. *Seraphin. decis. 922. num. 7. & 8. incip. Fuit resolutum Illustrissimos.* vbi causa rationabilis, & satis æqua erat, ne mulier remaneret in dotata. in qua etiam Rota refert, & sequitur *decis. in causa Tirasonen. iuris præsentandi 11. Februarij. & 29.* Martij 1585. *coràm Cantuccio.* & in pluribus alijs causis, vt ibi dicitur.

§. 3. ROTA de stylo sentit omnia in iudicium fuisse deducta. vt dicitur *in Abulen. Iurisdictionis* Merc. 27. *Decemb. 1566. coràm* Rubeo. *est decis. 422. in eius lib. in manuscript. incip. Stante commissione.* Quod etiam ibi dicitur esse de iure *per l. solemnis. ff. de iudic.*

Iura.

SVMMARIVM.

1 *Iura antiquissima non egent recognitione.*

2 *Iura, ad hoc vt sint in forma probanti, quæ requirantur.*

§. 1. ROTA pluries resoluit, quod *Iura* antiquissima non egent aliqua recognitione. *Rot. coràm* R.P.D. *Coccin.* Decan. *decis. 258. n. 2. incip. Fuit resolutum iura.* vbi affirmatur, sic pluries tenuisse Rotam. & præsertim *coràm Put. decis. 151. in princip. lib. 1. incip. Coràm Domino Britonorien. & coràm Verall. decis. 5. lib. 3. incip. Recognosci non debet.* 1

Vide, quæ diximus sup. *Part. I. ad supradict. decis. Put. fol. 535. col. 2. in med.*

§. 2. ROTA pluries dixit, quod *Iura* ad hoc vt sint in forma probãti, requiritur, quod adsint indictio, dies,

locus

locus loci, testes, & subscriptio Notarij. *Rot. coràm R.P.D. Coccin. Decan. decis. 258. num. 1. incip. Fuit resolutum, iura vltimò.* vbi testatur, quod Rota sic sæpiùs tenuit, & allegatur *decis. coràm bo. me. Card. Sacrat. in causa Lunen. Sarzanen. Capellaniæ 26. Martij 1601.*

Iuspatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus per leuiores probationes probatur, quando de eo agitur incidenter.*

2 *Præsentandi quasi possessio, vt suffragetur, quæ requirantur.*

3 *Iuspatronatus qualiter probetur.*

4 *Iuspatronatus in antiquis probatur per longissimam quasi possessionem præsentandi effectuatam, & non per famam.*

5 *Iuspatronatus familiæ potentis qualiter probetur.*

6 *in Iurepatronatus priuatorum nihil Conc. Trident. innouauit.*

7 *Iuspatronatus Rota interpretatur ad aliquem de iure spectare scilicet ex fundatione, & dotatione.*

8 *Iuspatronatus, quod debeat esse ex fundatione, & dotatione, procedit, tàm in petitorio, quàm possessorio.*

9 *in Iurispatronatus fundatione, quando dicitur, quod præsentetur vnus Sacerdos, requiritur, quod præsentatus sit talis tempore præsentationis.*

10 *Iuspatronatus, quod pertinet ad plures, præsumitur pertinere vt ad singulos, non ad vniuersos.*

11 *Iurispatronatus quasi possessio non transit ad filios sine apprehensione.*

12 *in Iurepatronatus descendentia, non probatur per vnicum instrumentum, sed per plura.*

13 *Descendentes ex fœminis dicuntur de genere, & possunt præsentare ad Iuspatronatus deficientibus descendentibus ex masculis.*

14 *in Iurepatronatus quando dubitatur, An suffragia patronorum sint computanda in capita, vel in stirpes, quid agendum. Et quod stetur obseruantiæ.*

15 *Iuris præsentandi tempus, incipio currere à die verisimilis scientiæ.*

16 *Iuspatronatus non potest competere in Ecclesia regulari, & conuentuali, nisi sit concessum in limine Ecclesiæ.*

17 *Iurispatronatus beneficia, an veniant sub expectatiuis, & reseruis non facta mentione, quod sint de Iurepatronatus.*

§. 1. in ROTA pluries fuit tentum, quod quando non agitur principaliter de Iurepatronatus, sed incidenter sufficiant leuiores probationes. *Cordub. in causa Portuen. Iurispatronatus Lunæ 9. Maij 1594. sub titulo de probat. est decis. 10. in eius lib. in manuscript. incip. Greg. XIII. §. minus releuat.* vbi affirmat, quod pluries ita fuit tentum. quam decisionem postea secuta est Rota *in causa Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coràm Card. Pamph. non longè antè fin. in §. & ita non applicantur. quæ est decis. 104. In nostro lib. 3. in manuscrip. diuers. fol. 123.*

§. 2. ROTA pluries canonizauit *cons. Calder. 12. de Iurepatr. incip. Quæ requiruntur.* vbi ponit sex requisita ad acquirendum quasi possessionem præsentãdi *ad Iuspatr. vt coràm Paleott. decis. 680. num. 2. lib. 3. part. 3. diuers. incip. Cum vacasset.* vbi dicitur Rotam semper obseruare solere *d. consil. idem dictum coràm Pegn. Decan. in vna Casertana Beneficij Mercurij 5. Nouembris 1597. est decis. 63. in eius lib. 4. incip. Vacante beneficio.* vbi etiam testatur sic Palatiũ tenuisse in multis causis, idem dictũ fuit *coràm Card. Seraph. decis. 499. num. 1. Dubitant an Illustr.*

Vide *inf. ad 3. Part. circa Doctores ad d. consil. Calder.*

§. 3. ROTA sequitur opinionem *Bald. in l. cum super. de rei vendic.* quod ad probandum *Iuspatronatus* vltrà famam in antiquis requiratur lõgissima possessio. *Cassad. decis. 2. de probat.* vt refert, & sequitur *Achill. decis. 6. de Iurepatr. Put. decis. 60. in fin. lib. 1.* & fuit dictum *in Barchinonen. Vnionis Ven. 5. Decembris 1597. coràm Gypsio.* vbi quod idem voluit Rota suo tẽpore *in vna Imolen. Iurispatr. 29. Maij 1584. coràm Cantuccio.*

§. 4. ROTA tenet, quod sola fama in antiquis non probet *Iuspatronatus*, nisi quando adest longissima quasi possessio præsentandi effectuata. *Rot. coràm Card. Caual. decis. 159. num. 5. incip. Dominus Ardimanus. Put. decis. 60. num. 5. lib. 1. incip. Et in eadem. Cassador. decis. 2. num. 4. de probation.* vbi dicit Rotam suo tẽpore hanc opinionem tenuisse, *quæ est Bald. in l. cum semper. C. de rei vendic. idem in Auth. quas actiones circà fin. C. de sacrosanct. Eccl. & Innocen. in cap. venient. de verb. sign.* Prò qua obseruantia facit *dictũ Bald. in cons. 310. lib. 1. per tot. incip. An patronatus.* Et hãc etiam opinionẽ tenuit *Rot. coràm Achill. decis. 6. de Iurepatr. incip. Fama quæ. & in vna Mediolanen. Iurispatr. 4. Nouẽb. 1609. corã Attrebaten. Put. decis. 35. lib. 2. incip. Fuit conclusũ.* Et ratio est, quia fama regulariter nõ facit plenam, sed semiplenam probationem. *Cassador. in supradicta decis. in princ. post text. in l. 3. §. eiusdem quoquè. iunct. gloss. ff. de test.*

§. 5. in ROTA sæpè definitum fuit, quod ad probandum *Iuspatronatus* familiæ potentis propter timorẽ vsurpationis, sit probandus legitimus titulus, vel immemorabilis simul cum præsentationibus continuatis spatio 50. annorum, & quod habuerint effectum, & de illis cõstet per authentica instrumenta. vt constat *ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. Rot. in vna Sabinen. Iurispatronatus. die 6. Martij 1595. corã Decan. Pegn. est decis. 11. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Hortensius Cathenellius. vers. sed domini concorditer.* vbi testatur, quod sic definitum sæpè fuit tùm in Sac. Congregat. DD. Cardinalium Interpretum Sac. Concil. Trident. à Sede Apostol. deputatorum, tùm in Rotæ Tribunali, & præsertim *in vna Bononien. Iurispatronatus. 20. Martij 1598. coràm Gyps. est decis. 35. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Dñi pro maiori.* Idem dictũ fuit *in vna Illerden. Beneficij de la Figuera Lunæ 11. Martij 1596. coràm eod. Pegn. est decis. 63. in eod. lib. 3. in manuscript. incip. Vtraque parte.* vbi etiam testatur, quod ROTA ita sæpè tenuit. & in primis *in vna Sabinen. Iurispatronatus 26. Octob. 1594. corã Litta. & in alia Nepesina Iurispatr. 16. Febr. 1693. coràm Card. Blanchett.* Idem etiã voluit Rota *in vna Tridentina Iurispatron. Veneris 28. Iunij 1596. coràm eod. Pegn. est decis. 115. in eod. lib. 3. incip. Introducta lite.* in qua tertiò affirmat, quod ita Rota in pluribus causis iudicauit.

§. 6. ROTA sæpè dixit, quod in *Iurepatronatus* priuatorum nihil per Concilium Tridentinum sit innouatum, & ideò remaneat sub dispositione iuris communis.

munis. Rot. in Romana Iurispatronatus de Cardellis coràm Pegna. decis. 243. in eius lib. 6. in manuscript. incip. Cum de anno 1609. vers. Nam si præsupposita. vbi testatur, quod ita sæpè dixerit. & præsertim in causa Tuden. Iurispatr. 13. Iunij 1572. coràm Card. Lancellot. Sen. quæ est decis. 331. part. 2. diuers. incip. Fuit resolutum.

§. 7. ROTA interpretatur Iuspatronatus de iure ad aliquem spectare, scilicet ex fundatione, vel dotatione. Achill. decis. 320. aliàs 7. de Iurepatron. & fuit dictum in Barchinonen̄ Vnionis. Vener. 5. Decembris 1597. coràm Gypsio.

§. 8. in ROTA sæpius fuit resolutum, quod dispositio Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reform. vbi habetur, quod Iuspatronatus debet esse ex fundatione, & dotatione, locum habeat tàm in possessorio, quàm in petitorio. Rot. coràm R. P. D. Coccin. Decan. decis. 479. num. 2. incip. Fuit per Dominos. In qua testatur, quod sic sæpè dixit Rota.

§. 9. ROTÆ obseruantia est, quod quando in fundatione Iurispatronatus dicitur, quod præsentetur vnus Sacerdos, requiratur, quod præsentatus sit tali tempore Sacerdos. Card. Seraph. decis. 871. in princip. & in fin. incip. Fuit dubitatum, an Capellania. In qua dicitur, quod ita Rota perpetuo obseruauit. Idem fuit dictum in vna Recanaten. Beneficij Ven. 14. Maij 1608. coràm Card. Lancellot. Iunior. est decis. 216. in Recent. part. 2. num. 1. incip. In fundatione. vbi post allegatos quamplures DD. dicitur quod in istis terminis sæpissimè sic fuit decisum in Rota. & signanter coràm Card. Blanchett. in vna Parmen̄ Prioratus 8. Iunij 1578. & coràm Oran. in vna Firmana Beneficiorum SS. Petri, & Io: Euangelistæ. Vener. 25. Nouembris 1582. incip. Controuersum fuit. est decis. 2. in eius lib. 1. in manuscript. & coràm eod. Blanchett. 29. Aprilis 1583. & coràm Litta 27. Maij 1596. & coràm eod. Orano. in vna Valentina Iurispatronatus 20. Martij 1589. incip. In erectione beneficij. est decis. 411. in eod. lib. 1. in manuscript. & coràm eod. in causa Alexandrina Decanatus 12. Iunij. & 14. Decembris 1589. & coràm Iusto in vna Gerunden. Beneficij 22. Martij 1596. & coràm Card. Marcomontio in causa Taruisin. Iurispatr. 27. Iunij 1607. Idem fuit dictum coràm Card. Pamphil. in vna Romana Capellaniæ S. Pauli Merc. 19. Martij 1586. est decis. 55. in eius lib. incip. Domini concorditer.

Et vide in eadem causa sub die Veneris 14. Nouembris 1586. incip. Fuit resolutum non constare. coràm eod. vbi fuit dictum præsentatum non habuisse legitimam ætatem, cum de tempore præsentationis attigisset vigesimum quartum annum per quatuor menses. Et coràm eadem in eodem sub die Lunæ 23. Ianuar. 1589. incip. Domini attenta. Illa in meo lib. 1. in manuscript. est decis. 252. Ista est decis. 254. Et in hac vltima Rota recessit à resolutis in hac causa, & fuit dictum stante resolutione Eminentiss. DD. Cardinaliũ Sac. Conc. Trid. intemptũ in causa Pistorien. quod præsentandus non habeat necessariò esse Presbyter ex eo quod in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare Diuina officia, quia iuxta Allegat. Lap. 35. nisi expressè caueatur, quod per se ipsum hoc agat, satis videtur prouisum menti testatoris si per alium diuina faciet celebrare, ad regulam, qui per alium facit. vt tradit Card. in c. de multa. in fin. vers. quintò quære. de præbend. Idem habetur coràm Buratto. decis. 635. Andreas de Penilla. num. 2. & 3. in Recent. part. 2. cum alijs per Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. glos. 5. num. 73.

Vide etiam in nostr. Obseruat. ex Rota Romana in verb. Iuspatr. el 1. in Obseruat. circà Personas præsentandas. Et in verb. Iuspatr. il 2. à nu. 555. vsque ad 562.

§. 10. ROTA tenet, quod in dubio, quando Iuspatronatus pertinet ad plures, præsumatur ad eos, vti singulos, nõ autem vti vniuersos pertinere. Comitul. in causa Calaguritana beneficij de Ali. Lunæ 20. Iunij 1588. incip. Vacante dimidia. §. nec refragatur. est decis. 30. in eius lib. in manuscript. vbi testatur Rotã sæpius sic tenuisse. Idem etiam dictum fuit in vna Fauentina Iurispatronat. de Cocellis Vener. 19. Iunij 1587. coràm Gyps. est decis. 106. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Quoniam in hac causa. in fin. & coràm Card. Mantica in supradicta causa Calaguritana. sub die 28. Martij 1594. est decis. 268. in impress. sub n. 2. incip. Fuit quæsitum.

Alia vide in nostr. Obseruat. ex Rota Romana. in verb. Iuspatronatus. el 1. Obseruat. circà Patronos præsentãtes. §. 17. incip. Præsentare, quando tenentur, & in verb. Iuspatr. il 2. num. 889. 890. & 891.

§. 11. ROTA sequitur opinionem quod Iurispatronatus quasi possessio non transit in filios sine apprehensione. in Regien. Prioratus 29. Aprilis 1591. coràm Comitulo.

Et plura vide in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Beneficium. el 2. quod est de Iurepatr. Obseruat. circa probationem Iurispatron. §. 5. incip. Iurispatr. quasi possessio probatur.

Vide sup. Part. 1. ad fel. rec. Greg. XV. in causa Abulen. Parochialis. 27. Iunij 1605. fol. 1. col. 1. in fin.

§. 12. ROTA seruat quod ad probandum descendentiam in Iurispatronatus requiratur plura instrumenta, & quod vnum non sufficiat. iuxtà doctrinam Bald. in cap. series. nu. 3. de testib. quod tamen procedit. vbi non concurrit vnà cum enunciatione quasi possessio præsentandi respectu vniuscuiusque personæ. Rota in Vercellen. Beneficiorum 23. Iunij 1595. coràm Seraphino.

Et vide in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Beneficium. el 2. Obseruat. circa Descendentiam in Iurepatr. §. 2. in Iurispatronatus descendentia non est probanda.

§. 13. ROTÆ, & Curiæ stylus est, vt per Simonett. decis. 27. in manuscript. incip. Fuit quæsitum in causa. quod quando fundator Iurispatronatus illud relinquit proximioribus de genere suo, quod deficientibus descendentibus ex masculis veniant descendentes ex fœminis. Nam licet aliàs ex propria significatione videretur dicendum non esse de genere ex his quæ not. Bart. & Alex. ibi in Addit. in l. 1. de iur. iur. Tamen ex stylo Curiæ & Rotæ, quod fuit determinatum contrarium, de quo stylo dicitur facere mentionem. Nicoll. de Caball. in tract. de succession. ab intest. iuxtà fin. Et quod stylus fundatur in verisimili voluntate testatoris de qua in l. cũ acutis. C. de fid. & in l. cum auus. de cond. & demõstr. Et quia largè possint dici de genere. Et quia in successionibus fœminæ dicuntur de genere, vt in alleg. iuribus.

Eadem decisio fuit compilata à Cassad. in decis. 1. de Iurepatr. vbi multis confirmat prædictum stylum.

§. 14. RO-

§. 14. ROTA quando dubitat, in *Iurepatronatus*.
1 † An suffragia patronorum sint computanda secundum capita, vel secundum stirpes, prout *coràm Decano Pegna in vna Burgeñ Abbatiæ de Sobarzo. Ven. 16. Iunij 1589. incip. Quia non erat. Est decis. 32. in eius lib. 1. in manuscript. paulò ante fin. in §. Quantum ad secundum partem*.
2 Vbi dicitur, † quod difficultatem non modicam Dominis videbatur afferre diuersitas opinionum, quas prolixè more suo recenset. *Lambert. de Iurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. princip. art. 25. Roch. eod. tract. in verb. Ipse, vel is. num. 2. quæst. 2.* Maximè, prout in casu decisionis, quando non constat de initio reseruationis Iurispatronatus.
3 Quidam autem ex Dominis † dicebāt, aliàs fuisse in Rota resolutum *coràm Pamphilio in vna Taurineñ. Iurispatronatus. Vener. 11. Ianuarij 1585.* tunc haberi rationem stirpium, quando Iuspatronatus competit Collegio, seu familiæ, & quod in his terminis loquitur *Clem. Plures. de Iurepatr.* Tunc verò capitum, quando competit vti vniuersis *ad trad. per Lambert. in d. art. 25. num. 28. vers. Dubitant etiam Doct. & vers. Sed dic clarius, quod quando spectat ad Collegium. & Bero. in cap. cum omnes. nu. 88. vers. Vltima sit conclusio. de constit.*
4 Et Rota subdit, quod stantibus istis † difficultatibus fuit dictum quod videretur, qui modus fuerat obseruatus occurrente vacatione istius beneficij, seu Abbatiæ in alijs præsentationibus, vt ex obseruantia posset colligi, an in stirpes, vel in capita esset facienda suffragiorum computatio.
5 Et hoc idem de obseruantia † fuit dictum in dicta *causa Taurinen coràm Pamphilio in alia decis. à suprà citata sub die Lunæ 1. Aprilis 1585.*

☞ Vide quæ in hac materia super dd. decisionibus *in causa Taurineñ. notauimus Part. 5. ad d. Clem. Plures ab vno. 2. de Iurepatr.*

§. 15. in ROTA sæpius fuit dictum, quod *Iuris præsentandi* tēpus, incipit currere à die verisimilis scientiæ. *Rot. decis. 532. num. 1. part. 4. diuers. incip. Dubitatum fuit, an quatuor.* vbi dicitur, quod ita pluries fuit resolutum. & præsertim *in decis. 13. de iurepatr. in antiqu. & in decis. 7. de praben. in antiquior. incip. Vtrum vacante. & in causa Pampilonen. de Illund. 12. Decemb. 1597. coràm Litta*.

§. 16. ROTÆ stylus est, quod *Iuspatronatus* non possit competere in Ecclesia regulari, & conuentuali nisi sit concessum in limine Ecclesiæ. *Card. Seraph. decis. 1305. num. 5. incip. Domini censueuerat sententiam.* vbi dicitur, quod sic in pluribus causis fuit decisum. & signanter *in Regien. de Faciolis. coràm Card. Pamphil. & in causa Albanen. Prioratus. coràm Orano de anno 1588. est decis. 350. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Fuit resolutum per Bullam. in fin.* & fuit dictum *in causa Oneten. Abbatiæ Tunou. Die Lunæ 3. Aprilis 1595. coràm Decan. Pegna. est decis. 16. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Mandauit Sanctiß.* vbi Rota refert, & sequitur *gloss. in cap. nobis. in verb. nisi aliter sua. vers. vel expone. extrà de iurepatron. vbi Hostiens. nu. 2. vers. quia non puto. Io. Andr. nu. 9. & Abb. num. 9. & decis. 340. aliàs 10. de iurepatr. Mohedan. incip. Eluensis prioratus. & supradict. decis. Card. Pamphil.*

§. 17. ROTÆ stylus est, & consuetudo non tamen immemorabilis, neque præscripta, sed noua, vt dicit *Simonetta decis. 32. in manuscript. incip. An beneficia. & Caßad. in eadem causa decis. 4. de iurepatr. incip. Memini in vna causa. in princip.* Quod beneficia *Iurispatronatus* non cadunt sub expectatiuis, vel reseruis nisi fuerit facta mentio de eis, & quod oportet facere mentionem etiam quod consuetudo non sit immemorabilis, sed noua, & addit *Simonetta*, quod ipsi visum fuit durissimum.

Et subiungit, prout etiam dicit *Caßad. in princip.* quod posteà *in alia Mediolaneñ.* (cum præcedens decisio esset *etiā in causa Mediolaneñ.*) *coram Martino de Spinosa*, reclamante, & *Simon.* vt ipse dicit, quod omnes Domini concluserunt, quod comprehendantur etiam nulla facta mentione. Et multa subiungit *Caßador. d. decis. 4.*

☞ Vide fusè super hac materia, quando sit facienda mentio in impetratione, quæ habentur *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana in verb. Iuspatronatus, el 2. Obseruat. circa Impetrationem Iurispatr. à num. 143. incip. De Iurepatronatus Laicorum est facienda mentio. vsque ad num. 157. Vbi ista conclusio ampliatur, & limitatur*.

Et in specie quod non sit facienda mentio Iurispatronatus litigiosi etiam Regij, quia neque Ordinario vllum infertur præiudicium, neque patrono, cum propter litem, nec patronus præsentare, neque Ordinarius possit conferre, *cap. 1. & 2. vt lit. pend. Simonett. decis. 33. in manuscript. incip. In vna Glasqueñ. Aliæ concordantes decis. allegantur in d. Obseruat. num. 157.*

Laicus.

SVMMARIVM.

1 *Laico decimandi quasi possessio, an ei suffragetur, & quæ sint necessaria.*
2 *Laicis quasi possessio immemorabilis nominandi Capellanos in Parochialibus non suffragatur, nisi concurrat fama priuilegij.*

§. 1. in ROTA receptum est, quod quasi possessio immemorabilis decimandi nō suffragatur Laico, nisi etiam fama priuilegij, vel recognitio ab Ecclesia, vel aliud æquipollens concurrat, quæ opinio non solum de iure verior, sed apud illius interpretes etiam frequentior est. *vt post Io. Andr. in cap. cum Apostolica. num. 9. ad fin. vers. satis videtur. de his quæ fiunt à præl. sine consens. cap. Tenet Panorm. ibi num. 12.* vbi quod cum hac opinione transeunt vt plurimum Doct. *Felin. in cap. cum contingat. n. 4. vers. si tamen simul. de for. compet.* Vbi quod illa *decis. Ioan. Andreæ.* est approbata per omnes. *Rota in Toletana Decimarum 11. Ianuarij 1616. num. 1. coràm Aadrea. quæ est decis. 702. in Recent. part. 1. incip. Receptum est in hoc sacro.* Vbi supradicti, & quamplurimi alij DD. in hac materia allegantur. Et refertur etiam, *decis. Seraph. 1102. num. 1. incip. Fuit dubitatum, an pro parte.* Vbi quod sæpius fuit resolutum, & benè discusso articulo. *Rota decis. 215. n. 2. & 3. part. 2. diuers. incip. Post distinctas opiniones.* vbi quod hæc est magis recepta opinio, idem etiam fuit tentum in hac eadem *Toletana iuris nominandi 8. Februarij 1588. coràm Orano. est decis. 319. incip. Receptum est. lib. 1. in eius manuscript. & in Burgen. Decimarum de scalante 5. Iunij 1591. quæ est decis. 97. inter eius manuscript. lib. 2. coràm eod. Orano. & in Comeñ. Decimarum 10. Aprilis 1595. coràm eod. quæ*

est decis. 278. in eod. lib. incip. Vulgaris est conclusio. Et dictum etiam fuit *coràm Card. Pamphilio in vna Pampilonem Decimarum* 23. *Iunij* 1603.

§. 2. in ROTA receptum est, quod *Laico* quasi possessio immemorabilis nominandi Capellanos in Parochialibus quando est sola nõ suffragetur, nisi etiam concurrat fama priuilegij. *Ferrett. consil. 33. propè fin. vers. ex quibus. Rocch. de iur. patron. in verb. ipse. vel is. quæst. 36. Lambert. eod. tractat. lib. 1. part. 1. quæst. 10. principal. articul. 8. vers. tamen considera. Rot. coràm Orano in vna Toletana iuris nominandi 8. Februarij* 1588. *incip. Receptum est in hoc. quæ est decis. 319. lib. 1. in suis decis. manuscript.* Quam decisionẽ Rota sequitur, & refert *coràm Card. Caualer. in vna Pampilonẽ. Vicariæ de Arre Vener. 3. Martij 1617. num. 5. incip. Incolæ loci de Arre. quæ decisio est 419. inter eius impress.*

Laudum:

S V M M A R I V M.

1 *Laudum, quando est effectuatum, dicitur esse in forma probanti.*

2 *Laudo sine actis producto non adhibetur fides.*

§. 1. in ROTA sæpius fuit resolutũ, quod *Laudum* quando est effectuatum, satis dicitur esse in forma probanti. *Rota coràm Card. Pamphil. Sen. in causa Amerina Bonorum. Lunæ 23. Februar. 1587. incip. Fuit resolutum confirmandam. Est decis. 93. in eius lib. in manuscript.* vbi affirmat, quod ita sæpius fuit resolutum in Rota, & allegat *Aym. cons. 101. n. 4. incip. Nobilis Guigo.*

§. 2. ROTÆ stylus est, quod *Laudo* sine actis producto non adhibeatur fides. *Mohed. decis. 148. aliàs 3. num. 1. de testib. & decis. 319. aliàs 11. de sent. & re iud. Caputaq. decis. 118. lib. 3.* De quo stylo etiam attestatur Rota *in Mantuana bonorum 27. Nouembris 1579. corã Sanctiss. Aldobrandino. & in Pampilonen. iuris visitandi 27. April. 1585. coràm Card. Seraph. & habetur in Vrbeuetana legitima Lunæ 24. Ianuarij 1594. coràm Card. Mantica.*

Legatum:

S V M M A R I V M.

1 *Legatario competit Saluianũ interdictum super bonis hæreditarijs defuncti tàm immobilibus, quàm mobilibus, pecunijs, & nominibus debitorum.*

2 *pro Legato non datur via executiua.*

§. 1. ROTA semper resoluit, quod *Legatario* competat Saluianum interdictum super bonis hæreditarijs defuncti. *Card. Sacrat. in vna Romana Legatorum de Columnu Lunæ 27. Ianuarij 1614. est decis. 559. in Recent. p. 1. incip. Rota censuit legatarij.* in qua dicitur quod ita semper fuit resolutum in Rota, & ad hoc allegatur *decis. in causa Strigonien. Legati 20. Iunij 1588. coràm Card. Platt. est decis. 69. in eius lib. in manuscript. incip.* Dubitaui *an D. Catharina. & decis. in Fauentina Legati 24. Nouembris 1589. coràm Card. Pamphil. & in Romana Legatorũ 3. Nouemb. 1599. coràm Cordub.* Quæ conclusio procedit tàm in bonis immobilibus, quàm mobilibus, pecunijs, & nominibus debitorum. *Rot. in supradicta decis. Sacrat. eod. num. 2.* vbi refert, & sequitur *decis. coràm Card. Seraphin. in vna Romana Saluiani Interdicti Vener. 11. Ianuarij 1602. est decis. 1415. in impress. incip. Fuit resolutum esse locũ. & decis. coràm Card. Millino in Romana pecudum 24. Maij 1600. & decis. coràm Decan. Penia in vna Romana siue Foroliuien. de Theodolis. die Veneris 15. Martij 1602. est decis. 159. in eius lib. 6. in manuscript. incip. Pronunciauerat in hac causa.*

§. 2. ROTA seruat opinionem, quod pro *Legato* non detur via executiua. vt dicitur *in Beneuentana domus Veneris 4. Maij 1612. coràm Pamphil. est inter Recent. decis. 391. part. 2. num. 1.* vbi quod ita fuit pluries decisum, & signanter *in vna Hortana domus 24. Ianuar. 1605. coràm Sanctiss. Ludouisio. & in Romana Spolij 9. Iunij 1606. coràm Lancellotto Iuniore.*

Legitima:

S V M M A R I V M.

1 *Legitimæ supplementum non præscribitur, nisi spatio 30. annorum.*

2 *In Legitima filiæ fœminæ licet sint exclusæ à Statuto faciunt tamen partem ad fauorem masculorum.*

§. 1. ROTÆ obseruantia est, quod supplemẽtum *Legitimæ* non præsumatur præscriptum, nisi currente spatio triginta annorum. *Bald. in l. si quis in suo n. 4. & in l. si quis filium. in fin. C. de inof. testam. Ias.* qui dicit communem *in d. l. si quis filium. num. 5. & 6. Dec. cons. 303. num. 2. in fin.* qui ait communem opinionem. *Gozad. cons. 80. nu. 19. vers. quintò quæritur. Grat. cons. 109. nu. 21. lib. 1.* qui etiam de communi. *Boer. decis. 250. incip. Breuiter dico. nu. 1. & 2. vers. ideo.* qui pariter testatur de cõmuni, & veriori opinione, & in iudicando, & consulendo non esse ab ea recedendum. *Sanctiss. Ludouis. decis. 489. num. 1. incip. Resolutũ fuit hæredibus.* vbi supradicti Doctor. & quamplures alij recensentur, & damnatur *Bart. in d. l. si quis filium.* contrarium sentiens, in qua etiam testatur, quod Rota seruat hanc opinionem, & allegatur *Mohed. decis. 2. de præscript. aliàs 151. incip. Fuit dubitatum in Rota.* vbi quod Rota ita tenuit. reprobato *Bart. & decis. Put. 127. per tot. incip. Fuit resolutum in vna Senen.*

Et vide *Adden. ad Sanctiss. Ludouis. in supradicta decis. in litera A.* qui etiã affirmat, quod Rota sequatur hanc opinionem reiecta *Bart.* opinione contraria, qui allegat *decis. in vna Romana Legitimæ 17. Iunij (non Maij, vt ibi malè habetur) 1613. corã* Card. Caualer. *est decis. 256. in impress. incip. Strictè ad dudicum.*

Idem habes etiam *in 3. Part. nostr. ad Bart. in d. l. si quis filium. 34. C. de inof. testam. Et in Pur. 5. in d. l. si quis filium.*

§. 2. ROTA sæpius sequuta est illã opinionem, quod filiæ fœminæ, quamuis exclusæ à Statuto ab hæreditate patris, accepta congrua dote, faciant tamen partem in *Legitima* ad fauorem masculorũ. ita testatur Rot. coràm R. P. D. *Pirouano in causa Romana, seu Vrbeuetana Dotis Lunæ 7. Iunij. 1632. incip. Victoria decedens.* vbi plures decisiones referuntur.

Legitimatio.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatio est, & non dispẽsatio, quãdo Imperator legitimat natos ex ijs inter quos matrimonium est prohibitum.*

2 *Le-*

2 *Legitimatus cum clausula (sine præiudicio venientium ab intestato) est verè legitimatus.*
3 *Legitimatio obtenta nulla facta mentione existentiæ filiarum legitimarum est nulla, secus si adsit clausula, sint præiuditio venientium ab intestato.*
4 *ex Legitimatione ad successionem, non rectè infertur, cum sint inter se diuersa.*

§. 1. ROTA tenet opinionem tamquàm veriorem, quod quando Imperator *Legitimat* prolem ortam ex eis inter quos matrimonium est prohibitũ, quod sit legitimatio, non dispensatio, cum hæc sit soli Papæ reseruata, quicquid contra voluerit Dec. *cons.377. num.3. & Pedemont. decis.119. num.3. vt per Achill. decis.4. & 5. de legitim. & Mohed. decis. 246. & posteà eadem Rota in causa* Romana de Zambeccarijs. *2. Decemb.* 1588. *coràm* Comitulo. quæ decisio fuit posteà confirmata *sub die* 24. Maij 1589. *in eadem causa coram eodem.*

Et vide fusè *in nostr. Obseru. ex* Rota Romana. *in verb. Legitimatio. Obseru. Circa Priuilegiũ legitimãdi. §.2. incip.* Legitimãdi priuilegiũ Imperiale.

§. 2. ROTA sequitur illam opinionem tamquàm veriorem, & receptiorem, quod *Legitimatus* cũ clausula (sine præiudicio venientium ab intestato) sit verè, & propriè legitimatus, & non dispensatus. *fel. record. Gregor. XV. decis.201. nu.5. incip. Cum fuerit resolutum.* vbi habetur quod Rota sequitur hanc opinionem, & refert, & sequitur *Achill. de Graß. decis.66. aliàs 336. qui fil. sint legitim. incip. Legitimationem. vbi tenuerunt Domini pro magis vera, & communi.* Si scire desideras, an legitimatus cum dicta clausula, habilitetur tantum ad succedendum secundum voluntatem patris dispositiuã, vel permissiuam; contra verò, vel præter voluntatem patris nil consequi possit. vide *Castill. de coniectur. vltim. volunt. cap.22. num.158.* vbi testatur de veriori, & communiori, & fusè multos cumulat.

§. 3. ROTÆ obseruantia est, quod *Legitimatio* facta sine mẽtione existentiæ filiarum legitimarũ sit nulla. *Card. Seraph. decis.1331. nu.3. incip. Lucius Martius.* vbi post relata *cons. Alex. 67. nu.7. lib.1. incip. Consideratis his. & Dec. cons.289. num.5.* dicitur quod in Rota ita pluries fuit dictum, & in specie *in vna Sabinen. Castrorum 1. Aprilis 1588. & 5. Nouembr. 1589. coràm Bubal. & in causa Portuen. Bonorum 17. Nouembris 1577. coràm eod. Cardin. Seraphin. est decis.351. num.18. incip. Proposui dubium in impreß. & in vna Camerinen. Prædij siue pecuniaria 14. Nouẽb. 1596. coràm Card. Pamphil.* Quæ quidem conclusio limitatur quando in legitimatione adest clausula sine præiudicio venientium ab intestato, quia tunc dicitur in genere cogitatum de filiabus. *Rot. in supradict. decis.1331. Seraphin. num.9.* vbi refert, & sequitur *Cuman. cons.117. in fin. Capyc. decis.22. nu.7. Ruin. cons.68. num.4. & cons.73. num.11. lib.3.*

§. 4. in ROTA sæpius in pluribus causis fuit dictum, quod ex *Legitimatione* ad successionem, non rectè inferatur, cum sint inter se diuersa. *Rot. coràm felic. record. Gregor. XV. decis.201. nu.8. incip. Cum fuerit resolutum.* vbi testatur, quod sic sæpius in pluribus causis in Rota fuit dictum. & ibi nonnullæ decisiones recensentur, & per te vide.

Legitimitas.

SVMMARIVM.

1 *Legitimitas probatur leuioribus coniecturis, etiam ex sola fama, & communi reputatione.*

§. 1. ROTA sæpius ad probandum *Legitimitatem* admisit longè pauciores, & leuiores coniecturas. vt testatur *fel. rec. Greg. XV. in decis.247. n.19. incip. Rotæ placuit iterum.* ita vt aliquando contenta fuerit sola fama. *Cæsar de Graß. decis.6. nu.2. qui fil. sint legit. incip. Domini inhærentes.* & aliquando sola communi reputatione. *Caputaq. decis.203. part.2. incip. Matrimonium esse probatum.*

Filiatio verò ad effectum successionis qualiter probetur. Vide fusè, quæ diximus *inf. Par.3. circa Doctores. §. Gemin. cons.27. num.10.*

Liber.

SVMMARIVM.

1 *Libros edere, quis non tenetur, quando de librorum existentia penès ipsum plenè probata non est.*
2 *Libri sunt edendi habenti interesse.*
3 *Librum computorum domino exhibere recusans, præsumitur esse in aliquo dolo.*
4 *Liber Baptismi probat ætatem.*
5 *Liber depositarij concurrẽtibus adminiculis probat.*
6 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium.*
7 *Liber priuatus, licet pro scribente non probat, tamen fallit, quando est sufficienter adminiculatus.*
8 *Librorum recognitio qualiter sit facienda.*

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod quis non tenetur ad exhibitionem *Librorum*, si existentia penès ipsum plenè, & concludenter probata non sit, non autem per præsumptiones. *Rota corã Card. Lancellott. Iunior. in causa Parisien. Pecuniaria. Veneris 26. Nouembris 1610. quæ est decis.296. inter impreßi penès Farinac. post 2. tom. consil. incip. Fuit resolutum Bartholomæo. nu.1.* vbi testatur, quod sic in pluribus causis fuit resolutum in Rota. *& præsertim in causa Aesina Bonorum 12.* Martij 1583. *coram Card. Blanchet. & in causa* Romana redditionis Computorũ *22. Martij 1602. coram* R.P.D. *Coccin. Decan. quæ est decis.63. in eius impreß. incip. Existentia libri. nu.1. cum alijs decisionibus ibi allegatis.*

Vide, quæ diximus sup. *Part.1. ad Oran. decis. 345. lib.1. in manuscript. fol.394. col.2. post med.*

§. 2. ROTA seruat, quod quis tenetur edere *Libros*, quando petuntur ab habente interesse. *Rot. decis.51 de probat. in nou.* & fuit dictum *in* Romana *mercium 30. Maij 1588. coram Orano. vbi allegatur Sarnen. decis.25. lib.2. Caputaquen. decis.180. lib.1.*

Et quod cogi possit ad exhibendum in manibus D. Ponentis, fuit dictum *in Ariminen. Castrorum 21.* Aprilis *1597. coram Card. Seraphino. & in* Romana *tutelæ 21. Iunij 1602. coram eod.*

Probari autem debet, quod sint penès eum à quo petũtur; aliàs non tenetur. *Rota in Romana de Gaddis 26. Maij, & 19. Decembris 1576. coràm Seraphino.* Idem etiam voluit Rota *in vna* Romana Iurispatronatus de Cardellis *sub die 14. Nouembris 1611. coràm Decano Penia.* vbi quod talis existentia est probanda de tempore motæ litis, vbi agebatur de quodam testamento ad effectum Iuspatronatus.

Constito verò de existentia libri, vel scripturæ penès aliquem, cessat præsumptio amissionis, & non admittitur ad probationem amissionis, vel restitutionis factæ per solum iuramĕtum. *Tiraq. in l. si vnquā. in præfat. nu. 39. Mascard. de probat. concl. 88. nu. 6. & seq. Rota in dicta Romana mercium coram Orano. & in Romana Computorum* Lunæ 11. *Februarij* 1591. *coram eod.* vbi addit *Soccin. cons. 190. post nu. 5. lib. 2. Bero. cons. 191. num. 21. lib. 1.*

§. 3. ROTA sæpissimè tenuit, quod si aliquis minister recusat *Librum* computorum Domino exhibere, præsumitur esse in aliquo dolo. *Rot. decis. 237. nu. 3. incip.* Domini *dixerant D. Prosperum. part. 4. diuers.* Vbi habetur, quod passim in plurimis causis ita fuit dictum, & præsertim *coram Orano. in causa* Romana *Computorum Lunæ* 11. *Februarij* 1591. *est decis.* 71. *in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini recesserunt à resolutis. & coram Card. Seraphin. in causa* Arimi*nensi Castrorum Lunæ* 21. *Aprilis* 1597. *est decis.* 1224. *in eius impress. incip. Fuit resolutum probari.*

§. 4. ROTA sæpè resoluit, quod *Liber* Baptismi probet ætatem, siue tempus natiuitatis. *Rot. in vna Abulen. Beneficij Vener.* 18. *Iunij* 1610. *coram Decan. Pegn. est decis.* 187. *in eius lib. 6. in manuscript. incip. Cum die.* vbi testatur Rotam aliàs ita sæpe resoluisse. & præsertim *coràm Verall. decis.* 314. *part. 1. incip. Aetas probatur. & coram Cardin. Pamphil. Senior. in causa Ciuitaten. Scholasticæ.* 24. *Martij* 1597.

§. 5. ROTA sæpius resoluit, quod *Liber* depositarij concurrentibus adminiculis probat. *Rot. coràm Reuerendiß. Coccin. Decan. decis.* 36. *num. 2. incip. Vendiderat Alexander.* vbi testatur, quod sic pluries resolutum fuit in Rota.

§. 6. ROTA sæpius iudicauit, quod *Libri* Mercatorum non probant pro tertio contra tertium *ex doctr. Bart. in l. nudu ratio. num. 7. & 8. ff. de donat. in l. admonendi num. 8. ff. de iureiur. & in l. quædam. §. nummularios. num. 2. ff. de edend. Felin. in cap. 2. num. 32. ff. de fid. instrum. & Rota sequitur, vt apud* Caputaq. *Decis.* 157. & *Decis.* 371. *part. 2. Cott. decis.* 275. *Paleott. decis.* 191. *in manuscript.* (iuxtà ea quę diximus *ad Seraph. in Addit. decis.* 835. *Licien. Redecimæ. post num.* 11. *in Annot. 2.*) *est decis.* 544. *lib. 3. part. 3. diuersor.* Et quod fuit dictum *in Romana Census* 21. *Febr.* 1578. *coràm Robusterio.* quas omnes sequitur Rota *in Imolen. Census Mercur.* 10. *Iunij* 1615. *coràm Buratto. incipit,* Mandatum *de manutenendo. num.* 1.

Vbi subdit, quod multò minus probatur causa solutionis, quæ incidenter non principaliter continetur in libris. *Peregr. decis.* 237. *part. 2. in manuscript.* Et ad effectum probandi quasi possessionem exigendi. *Caputaq. decis. 3. lib. 1. in manuscript.*

§. 7. in ROTA pluries dictum fuit, quod *Liber* priuatus regulariter, licet minimè probet pro scribente, tamen id non procedit, quando est sufficienter adminiculatus. *Rot. decis.* 845. *num. 1. part. 4. diuers. incip. Domini dixerunt constare.* vbi dicitur, quod sic sæpè fuit resolutum, & præsertim *coràm Cantuc. in causa Romana extinctionis Census* 20. *Maij* 1588. & *coràm Card. Blanchett. in causa Romana partitarum de Altouitis* 24. *Aprilis* 1597.

§. 8. ROTA ex inueterato stylo seruat in recognitione *Librorum* facienda ab eo qui eos scripsit, quod absquè exhibitione in actis, *vt per Roman. cons.* 249. possit cogi ad recognoscendum *iuxt. trad. per Bald. in Auth. contrà qui propriam. nu.* 23. *C. de non numer. pecun.* sed solum si sint exhibiti penès iudicĕ, quando non agitur de terminando negotio principali, super dictis libris, sed vt fiat calculus *cap. 2. §. nos igitur. & c. cū ex literis. de restit. in integr. Gemin. cons.* 98. *in prin cip.* Et hoc maximè suadente æquitate ad vitandas superfluas registri impensas. *Rota in Romana pecuniaria Vener.* 25. Iunij 1610. *coram Decano* Coc*cino. est in Recent. decis.* 247. *part. 1.*

Lis.

SVMMARIVM.

1 *Lis non dicitur finita per obitum rei.*
2 *Lis dicitur finita per sententiam, & rem iudicatam.*
3 *Lis quod dicatur extincta per sententiam, procedit quando est lata pro possidente, secùs si contra possidentem, quia tunc non dicitur extincta, nisi facta executione.*
4 *Litis sumptus, & alimenta, vt quis possit consequi, paupertas, & præsumptio boni iuris sunt probāda.*
5 *Litigiosi vitium an transeat in tertium,* Rota *numquam voluit firmare.*
6 *Litis sumptus* Rota *facit sum ministrare filio naturali prætendente se legitimum.*
7 *Litis sumptus an debeantur pendente articulo, & quid Rota facere soleat attento bono iure, & paupertate.*
8 *Lite pendente conductor non tenetur assecurare contrà posteriores creditores.*

§. 1. ROTA seruat, quod *Lis* non dicatur finita per obitum rei, quia mortuo reo tenetur actor prosequi causam contrà interesse putantes, ad effectum vt sit locus Regulæ de publicandis, & allegationi *Lapi. Cotta decis. 2. incipit, Conclusum quod mortuo. est in Leodien. Canonicatus S. Bartholomæi Lunæ* 20. *Aprilis* 1562. *in eius libr. in manuscript.*

Et subdit, quod mortuo actore dicitur Lis finita, quia si reus vult procedere contra interesse putantes, Rota admittit, *vt per Aegid. decis. 156. incip. Mortuo actore.* Quare ad hoc vt reus efficiatur triennalis pacificus, Rota declarationem requirit, *vt per Achill. decis. 157. alias 8. vt. lit. pend. incip. Mortuo actore.* vt necessè sit quod reus declaret expressè, nisi per aliquot actus constaret ipsum cessisse illi iudicio, vel reuocasse omnes procuratores, aliàs quod non est iudicandus pacificus.

§. 2. ROTÆ stylus est, vt *Lis* non finiatur, nisi per sententiam, & rem iudicatam *Rot. decis. 10. vt lit. pend. Sarn. in* Regul. *de trienn. quæst.* 54. aut per cessionem penès acta Notarij factam. *Put. decis.* 489. *lib. 1. Chisan. decis.* 27. & fuit dictum *in Salamantina dimidiæ portionis* Vener. 1. *Apr.* & Ven. 3. Iun. 1588. *coram Gypsio.* Et quod ex eo, quod in negotio principali fuerint factæ aliquæ decisiones non potest dici Lis finita, quando multa sunt alia pro causæ victoria disputanda, dicitur *in Aretina iuris visitandi. Vener.* 26. *Iunij* 1592. *coram Gypsio.*

§. 3. ROTA sæpissimè tenuit, quod *Lis* non dicatur extincta, nisi facta executione, *vt per Accorambon. decis. 56. incip. Quidam asserens. part. 2.* vbi fuit dictum, quod quando sententia fertur ad fauorem possessoris, eo casu ipse quando obtinuit sententiam, quæ transiuit in iudicatum, satis dicitur facta executio, si res penes ipsum reperitur, & sic dicitur per sententiam litem extingui. *Rot. decis. 10. vt lit. pend.*

in

in nouis. Sed si lata sit sententia contrà possidentem in fauorem non possidentis, prout erat in casu decisionis, tunc non debet dici Lis finita, quia adhuc petitur res, quæ ab aduersario detinetur. Et quod per Dominos dici solet, quod iste sunt reliquiæ litis remanentes, vsque ad executionem, & ad illud tempus extenditur. *cap. si hi contra quot. vt lit. pendent. in 6. Clem. 1. eod. tit.* Quia de mente conditorum fuit, vt lites omninò extinguerentur, pro qua interpretatione quamplura adducit. *Sarn. in Regul. de Annal. quæst. 44. per tot.* vbi in fine concludit, non dici litem finitam, antè perfectam executionem rei iudicatæ, quoties fuit lata ad fauorem non possidentis. Et quod ita maior pars Dominorum inclinabat, quod nô esset Lis extincta ante factam executionem, prout sæpissimè Rota tenuerat.

Vide, quæ notauimus *Part. I. ad d. decis. Rot. 440. aliàs 10. vt lite pend. in nouis. fol. 573. col. 2.*

§. 4. ROTA quotidie seruat, vt quis possit consequi alimenta, & sumptus Litis à suo collitigate, duo esse probanda, paupertas, & præsumptio boni iuris, ad *Couarr. practic. quæst. cap. 6. sub num. 5. & seq. Cresc. decis. 8. de iudic. Verall. decis. 20. nu. 2. lib. 1. Seraph. decis. 426. incip. Dubitatum fuit, an deberentur. nu. 2. & decis. 1098. Fuit dubitatum, an alimenta. num. 2. Rota coràm Pegna in Bononien. de Guidalottis. 19. Februarij 1607. Et coràm Iusto in Firmana Altaris 22. Maij 1608. Et coràm Cardin. Sacrato. decis. 748. Fuit resolutum danda. in Recent. part. 2. num. 1. Et coràm Sanctiss. Ludouisio decis. 189. incip. Prætendens. num. 1. vbi bona Addit. in litera A.* multa cumulat pro hac conclusione.

§. 5. ROTA numquàm voluit firmare illam conclusionem, an vitium Litigiosi transeat in tertium, ad *Paleott. decis. 200. in causa Visen. de Papignos 7. Februarij 1560. incip. Dubitaui, an sit locus Regula. & habetur decis. 572. part. 3. lib. 3. diuers.*

Quod postea Rota distinguendo resoluit *in vna Barchinonen. Parochialis de Mataro. Lunæ 20. Iunij 1611. coràm Reuerendiss. Decano Coccino. num. 4. est in Recent. decis. 342. part. 1.* Vbi pro resolutione Rota constituit duos casus. Primus quando tertius habet causam à collitigante possessione vacante, vel existente penès non collitigantem. Secundus casus, quando tertius habet causam à collitigante possessione existente penes ipsum collitigantem.

Primò casu per mortem tertij beneficium non dicitur litigiosum, *iuxtà decis. quæ ibi allegantur sub num. 3.* Secundo verò casu secus, vt benè per *Mohed. decis. 8. vt lit. pend.* Rationes vtriusque casus benè ponderantur *in d. Barchinonen. dicto nu. 4. & seq.*

§. 6. ROTA ex æquitate facit subministrare sumptus Litis filio naturali prætendente se ex legitimo matrimonio natum, vt fuit dictû *in Romana hæreditatis de Zambeccarijs 4. Maij 1588. coràm Comitulo.*

§. 7. ROTA pendente articulo, an debeantur sumptus Litis attento bono iure, & paupertate, solet sumere temperamentum, vt soluatur Notarius, & Copista, & etiam aliquid detur pro dubio disputando. ita dixit *in Romana tutelæ de Ceulis. Merc. 26. Iunij 1585. coràm Gypsio. Est decis. 235. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Quamuis alimenta.*

§. 8. ROTA numquàm admisit, vt Lite pendente fierent assecurationes, putà quod conductor assecuraret contrà posteriores creditores, & pluries ita fuisse decisum dicitur *in Romana pecuniaria siue arresti. Lunæ 22. Aprilis 1613. nu. 5. coràm Pirouano. est in Recent. decis. 477. part. 1.* prout in eadem causa fuerat dictum 28. *Ianuarij 1611. coràm eod. & in Veneta pecuniaria Vener. 17. Iunij 1605. coràm Pegna.* Vbi quod Rota nô consueuit cogere eum, qui instat pro executione ad præstâdum cautionem de restituendo, nisi quando vel non est soluendo, vel foret suspectus de dilapidatione. *Rot. decis. 435. aliàs 6. incip. Fuit dubitatum. nu. 2. de restit. in integr. in nou.*

Literæ.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ quando non sint producendæ in actis.*

2 *Literæ Apostolicæ in reseruatione pensionis, vt suum sortiantur effectum, quæ sint necessaria.*

3 *Literas Apostolicas petens canonizari, debet probare in eis narrata, vbi num. 6. in medio habes in hac materia Votum* R.P.D. *Robusterij, insertum decisioni* R.P.D. *Cottæ, vt ibi dicitur.*

4 *Expeditio vnica Literarum super gratia principali sufficit.*

5 *Literæ Apostolicæ, quando non corrigantur.*

6 *Literæ Clericatus possunt quandocûque recognosci.*

7 *Literæ compulsoriales solent concedi in possessorio.*

8 *Literis Ordinarij, vel Delegati absque Notarij, & testium subscriptione in præiudicium alterius non creditur.*

9 *Literarum missiuarum recognitio fit per testes habentes notam manum, etiam quod non viderint scribere.*

10 *Literis creditur, quando agitur de non obligando aliquem.*

11 *Literis executorialibus Rotæ contrauenient Ecclesiasticas Censuras damnabiliter incurrit.*

§. 1. ROTA de stylo, & benignitate non curat, quod Literæ Apostolicæ prouisionum producantur in actis in causis pêdentibus propter Pragmaticam, quæ viget in diocæsi Calaguritana, sed contentatur quod extraiudicialiter ostendantur *Caputaq. decis. 410. pat. 2. incip. Prouisionis Apostolicæ.* & fuit dictum *in Calaguritana beneficij de Arrida. Lunæ 26. Octobris 1592. coràm Gypsio. est decis. 42. in eius lib. 2. incip. Feci verbum.* Qui tamen stylus intelligi debet iuxtà hanc decisionem, vt habes suprà *Part. I. ad dicta decis. Caputaq. 410. par. 2.*

§. 2. in ROTA fuit sæpè resolutû, quod Literæ Apostolicę in reseruatione pensionis adhoc vt suâ executionem sortiâtur sufficit alterum de duobus probare, vel quod literæ reseruationis sint expeditæ, nullam conditionem contineant, & sint iustificatæ, vel constet de possessione exigendi pensionem. *Rot. in vna Lucerina pensionis. Vener. 22. Martij 1601. coràm Decan. Pegn. est decis. 162. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Authoritate Apostolicæ. post princip.* vbi testatur, quod ita sæpè fuit resolutum, & signanter *in causa Burgen. Pensionis 24. Nouembris 1595. coràm Cardin. Blanchett. & in causa Brixien. Pensionis 15. Martij 1595. coràm ipsomet Pegn. est decis. 175. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Dominus Leander. & in causa Lauden. Pensionis die 29. Martij eiusdem anni coràm eodem. est decis. 178. in eod. libr. 4. incip. Anno 1578.*

§. 3. ROTA seruat, quod actor petens canonizari *Li-*
1 *teras*, † debet probare in eis narrata. vt dicitur in *Salamantina Canonicatus Merc. 9. Decembris 1562. coràm Cotta. est decis. 14. in eius lib. in manuscript. incip. Domini dixerunt, quod materia est periculosa.* vbi hoc Rota dixit *ex doctr. vulgari Io. Andr.*

2 Limitatur ibidem ista conclusio, † quod quando petitur canonizatio gratiæ regressus, vel accessus contra eum, qui consensit huiusmodi reseruationi, quod tunc non est necessarium probare illam narratiuam continentem ius præcedens nec de iure, nec de facto, quia ille consentiens magni fecit prætensum ius, & quod ita procedunt *decis. 110. Mobed. & Io. Pauli 26. & simil.*

3 Ampliatur ista Limitatio, † vt procedat etiam contra eum, qui non consensit, sed venit ex iure eius qui consensit, id est, ex eo quod vacauit beneficium ex persona consentientis. *Et quod ita fuit dictum in vna Hispalen. Canonicatus coràm D.* Rubeo. *pro Didaco Vasquez. Ista est decis. sub die Ven. 23. Ianuarij 1562. in libr. D.* Rubei. *fol. mihi 76. in manuscript. incip. Post longam discussionem.*

Additur his duabus coclusionibus tertia, & quarta.
4 Tertia conclusio est, † quod si Papa in huiusmodi reseruationibus non firmiter mouetur ex narratis, tunc narrata non sunt verificanda, prout dicitur decisum *corā Oradino. pro Card. de Saluiatis in vna Zamoren. Prioratus de Toro. Est sub die Ven. 23. Octobr. 1562. & est decis. 597. lib. 1. in lib. Oradini. incip. An Reuerendissimus Cardinalis.*

5 Quarta conclusio, † quod narratiua huiusmodi non est verificanda, quando in literis adest clausula, Præsentium vigore, &c. & quod ita procedunt *Decis. Ant. Aug.* & similes. Sed quod in hac Domini non fecerunt ad præsens resolutionem, quia suprascripta sufficiebant.

Tamen *in eadem causa coràm eod. sub die Ven. 29. Octobris 1563. est decis. 49. coràm eodem* Cotta.
6 Domini inclinarunt, quod stante † dicta clausula, Eneus teneretur verificare narratiuam suæ cessionis saltem de facto.

ANNOTATIO.

Quia ista materia probationis narratiuæ est periculosa propter varias decisiones, vt dicit Rota in hac decisione. Ideò placuit hoc loco subnectere in hac causa Votum R.P.D. Robusterij positum, & registratum à Cotta post decis. 19. quæ est in eadem causa, ex qua multa notabilia pro hac materia habentur. Est autem tenoris sequentis.

VOTVM D. ROBVSTERII.
Sub die 27. Ianuarij 1562.
In causa Salamantina Canonicatus, & præbendæ.

DVbium, etsi diuisum in duas partes, nihilominus continet tres difficultates.

Prima est, An Eneus agens ad canonizationem regressus, pro validitate illius teneatur verificare pensiones, de quibus modo non agitur.

Secunda, posito quod sic, An sufficiat docuisse de iure Petri.

Tertia, An stante gratia, si neutri, Ioannes possit amplius dici successor Garziæ, ad effectum vt Eneus pro verificatione sui accessus teneatur docere de iure suo, & ita ad effectū euitandi resolutiones iam factas.

Ad primam Respondeo. Quod si Ioannes est suc-
7 cessor in iure Garziæ, & habet causā ab illo, † Eneus nō tenetur verificare pensiones ad effectum obtinēdi canonizatoriam sui accessus; quia sicut Garzias non poterat hoc opponere, ita nec Ioānes eius successor, prout fuit resolutum per multas decisiones, signanter *Mobedan. 110. & 357. Put. decis. 4. & 6. de regress. Ptolom. decis. 25. & addo* Mobed. in terminis pensionis *Decis. 166. aliàs 35. de præbend. incip. Aeneas. Achill. de pens. decis. 8.*

8 Quod multò magis procedit in casu isto, † in quo pensiones non sunt impositę super huiusmodi Canonicatu, & præbenda, sed super alijs beneficijs super quibus Ioannes non prætendit habere ius, nec possessionem, ideò non poterit Ioannes dicere pensiones esse nullas, seu inualidas *Crescent. decis. 86. &* fuit pluries resolutum.

AVT Ioannes non est successor Garziæ, & quia in
9 regressu, seu accessu adest clausula, † *Vigore præsentium*, reperio plures decisiones, quod non est verificanda narratiua etiam de facto, *vt per Simonett. decis. 26. Io. Paul. decis. 25. Mobed. 110. Ant. Aug. 11.* Sed *Mobed. & Ant. Aug.* non loquuntur in verificatione de facto, sed dicunt, quod non tenetur iustificare ius: Tamen *Simonett. & Io. Paul.* loquuntur in verificatione etiam de facto.

SED Ego à MAIORIBVS audiui, quod quan-
10 do fuerunt factæ istæ † Decisiones, maximè illa Ioan. Pauli, maximè CLAMABANT Crescent. & alij quidam grauissimi PATRES. Et quod po-
11 steà pluries fuit iudicatum contrarium, † videlicet, Quod licet sit clausula, *Vigore præsentium*, nihilominus tenetur saltim de facto verificare. Ideò referant Domini Antiquiores, quid super hoc solemus seruare, nam non intendo recedere à stylo hactenus obseruato.

Circumscripta Obseruantia, Mihi magis placet
12 ista opinio, † quod saltem de facto debeat verificare narratiuam iuris. Nam & in noua prouisione Papa
13 prouidet, & nihilominus est † verificanda narratiua alterius prouisionis saltem de facto *Cresc. decis. 11.*
14 *in fin.* Item clausulæ † generales resignationis, vel alterius gratiæ prouident de beneficio, & nihilominus est verificanda narratiua resignationis saltem de facto, prout quotidie iudicamus *Put. de præbend. decis. 51.* & sunt infinitæ *decis.* & ideò non video differentiam inter hos casus.

Vt tamen difficultas euitaretur, mihi videtur, vt debeamus videre, An iste Ioannes dicatur successor, vel non.

Quoad Secundam difficultatem, dico quod in ista difficultate est præsupponendum, quod Eneus agens
15 ad canonizationem sui accessus † tenetur verificare pensiones, nam si non tenetur verificare frustrà dubitatur, An sufficiat docuisse de iure Petri.

Vndè stante isto præsupposito. Puto quod non sufficiat docuisse de iure Petri per allegata per informantes, quia Papa ex iure Petri non assignasset pensiones pro tertio, quæ transirent ad successores.

Item addo, quod quando narratur aliquid de fa-
16 cto proprio, est † verificandum, licet sine eo Papa
17 concessisset, † quia in facto proprio præsumitur dolus, qui irritat gratiam *Mobed. decis. 336. aliàs 8. de rescript. in fin. & decis. 246. post med. num. 3. aliàs 4. qui fil. sint legit.* qui dicit ita seruari quicquid dixerit

tit Cassad. decis. 10. de præbend. & Sarnens. in Reg. de Trienn. quæst. 57. in fin.

AD Tertiam difficultatem non respondeo, tùm quia si Domini mei volunt tenere opinionem *Simonet.* & *Io. Paul.* non est necessaria. tùm quia non sum informatus in facto, quomodo se habeat ista resignatio, & ex qua causa sit nulla: Et etiam quia sum dubius.

Nam ex vna parte, video *decis. Achill. de possess.*
18 *decis. 4.* † quod ipso iure, & absque alia declaratione superueniente nouo titulo fit mutatio possessionis. Item si resignatio est nulla non est successor, si verò est valida nō intrat regressus, quia est per decessum.
19 Ex alia, † video quod ista gratia si neutri non est pura, sed conditionalis; Rursus non est prouisio, sed mandatum de prouidendo, & non credo quod antè prouisionem possit fieri aliqua mutatio possessionis. Item iste habet possessionem vigore resignationis, ita quod saltem de facto successit. *vt per Achill. de collat. decis. 1. in 2. difficultate.*

Ideò vellem, vt particulariter super ista tertia difficultate daretur dubium, vt melius posset informari, & super materia cogitare. *Hic finitur Votum Domini Robusterij.*

ANNOTATIO II.

Quod in fine dicit Robustetius, quod daretur particulare dubium super gratia si neutri: illud habetur *in decis. 21. Cotta. in d. causa Salamantina Canonicatus, & præbenda Lunæ 8. Februar. 1563. incip. Quoad primam partem.*

Dubium fuit, An Ioannes posset niti vel sola possessione, vel gratia si neutri.

§. 4. ROTÆ obseruantia est, quod vnica expeditio *Literarum* super gratia principali sufficiat. *Oran. in causa Toletana Annatarum de Pastrana Lunæ 19. Iunij 1589. antè med. est decis. 437. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Fuit resolutum clausulas.* in qua apparet, quod Rota de hac vnica expeditione contenta sit, & ad hoc allegatur *Sarnen. ad Regul. de non Iudicand. quæst. 61. num. 7. & decis. in vna Aretina Commendæ Veneris 19. Iunij 587. coràm eod. Oran. est decis. 263. in eod. lib. 1. in manuscript. in med. incip. in causa Aretina.*

§. 5. ROTA seruat, quod *Literæ* Apostolicæ nō corrigantur, quando fuerunt omissæ clausulæ in supplicatione positæ.

De quo stylo Vide *suprà Part. I. ad Achill. decis. 281. aliâs 18. de præbend. per totum.*

§. 6. iuxtà ROTÆ stylum *Literæ* clericatus possunt quandocumque recognosci. *Rota in Virdunen. Canonicatus Lunæ 23. Februarij 1587. coràm Gypsio.*

§. 7. in ROTA talis viget stylus, quod *Literæ* compulsoriales soleant concedi in iudicio possessorio. *Rot. coràm Accorambono decis. 30. in eius lib. 1. in manuscrip. incip. Pendente dilatione. in qua allegatur decis. Rotæ 2. aliâs 140. de caus. possess. & propriet. incip. Tempore feriarum.*

§. 8. ROTÆ stylus est, quod *Literis* collationis beneficij factæ per Ordinarium, vel Delegatum solo suo sigillo sine subscriptione testium, & Tabellionis non credatur in præiudicium alterius. *Rot. decis. 1. de probat. in nou. & decis. 10. aliâs 348. eod. tit. & dictū fuit corā Gyps. in Theanen. Beneficij S. Eustachij 20. Maij 1587. est decis. 264. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Resolutum constare. Et fuit anteà dictum in eadem sub die 20. April. 1587. coràm eod. est decis. 265. in eodem lib. 1. incip. Conclusum fuit per Dominos, & coràm Comitulo in Bracharen. Parochialis 27. Febr. 1589. est decis. 45. in eius lib. in manuscript. incip. Domini tenuerunt instrumenta.* Rota *decis. 349. part. 1. in Recent. num. 7. incip. Capta resolutione.*

Materiam istam fuse habes in *Prima nostra Parte ad supradictam decis. 1. de probat. in nou. fol. 577. col. 2. in fin.*

§. 9. ROTA pluries dixit, quod recognitio *Literarum* missiuarum sufficit, quod fiat per testes habentes notam manum, etiam quod non viderint scribere. *Rot. decis. 839. num. 5. part. 4. diu rs. incip. Cum Domina Comitissa.* vbi dicitur, quod sic sæpè fuit resolutum. & signanter *in causa Barchinonen. Matrimonij 31 Ianuarij 1568. coram Orioleu.*

Vide, quæ diximus sup. *Part. I. ad Card. Seraph. decis. 118. fol. 48. col. 1. in fin.* vbi remissiuè habes, qualis sit stylus Rotæ in recognitione literarum.

§. 10. ROTA solet adhibere *Literis* fidem quando non agitur de obligando aliquem. *Rot. in vna Hispalen. Portionis. Vener. 15. Iunij 1571. coram Decan. Oradino. est decis. 531. in eius lib. 2. in manuscript. incip. An ex deductis. vers. Primò, quia.* vbi testatur Rotam tunc solitam esse adhibere fidem literis. Non obstante quod literis non credatur in præiudicium tertij. *Bisognet. decis. 1. de confess.*

§. 11. ROTÆ *Literis* exequtorialibus parere recusans, illas contemnendo, & indecenter eis contrauueniendo, Ecclesiasticas Censuras damnabiliter incurrit. ita dictum fuit *in causa Toletana Canonicatus. Lunæ 31. Ianuarij 1611. coram Card. Lancellott. Iun. qua est decis. 308. inter impress. penès Farinac. post 2. tom. consil. incip. Dubitatum fuit, an constaret. n. 1.*

Locatio.

SVMMARIVM.

1 *Locari, vt aliqua res dicatur solita, requiritur vel vna locatio solemnis, vel duæ cum cursu 40. annorū.*
2 *Locatio ab emphyteusi dignoscitur ex pensionis quantitate.*

§. 1. ROTA seruat illam opinionem, quod ad hoc, vt aliqua res dicatur solita *Locari* requiratur, aut vna solemnis locatio, aut duæ cū lapsu quadraginta annorum. *Rot. in vna Fauentina Ferrariæ. die Vener. 16. Iunij 1606. coràm Decan. Pegn. est decis. 432. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Vna tantum parte informante.* vbi attestatur de tali obseruantia Rotæ, & post relatas quamplures auctoritatés Doctorum, ait in hac materia esse plures decisiones Rotales, & præsertim *in causa Zamoren. Locationis die 14.* Decembris 1579. *coràm Seraphin. est decis. 434. in eius lib. in impress. incip. Domini resoluerunt, quod ad hoc. & in causa Auersana tenimenti die 24. Nouembris 1581. coràm Cantucc. quæ est decis. 160. inter impress. diuers. part. 2. incip. Fuit conclusum monasterio. num. 5. & in causa Romana, seu Lateranen. molæ. die 4. Iulij 1603. coràm D. Iusto.* Idem dictum fuit *coràm Card. Pamphil. Sen. in causa Senen. Pradij. Lunæ 8. Octobris 1584. est decis. 2. in eius lib. in manuscript. incip. Dubitaui in causa. nu. 8.*

§. 2. in ROTA pluries fuit dictum, quod *Locatio* ab emphyteusi dignoscatur ex pensionis quantitate.

Card.

Card. Seraph. decis. 794. incip. Reuerendi Fratres. quã decis. sequitur Rota in vna Spoletana remissionis mercedis. Lunæ 29. Maij 1600. coràm Corduba. est decis. 237. in eius lib. in manuscript. incip. Voluerunt Domini videre. & in Romana*, seu Viterbieñ. domus de* Lanuuys. *Lunæ* 14. *Maij* 1601. *coràm eod. est decis. 262. in eod. lib. incip. In hac decisione.* vbi testatur ita sæpè fuisse dictum.

Lucrum.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum cessans ad hoc, vt probetur, quæ requirãtur.*
2 *Lucri taxatio à principio valet, quando commensuratur ad fructus, seu interesse.*

§. 1. ROTA seruat doctr. *Castrenf. in l. non vtiq; 3. ff. quod cert. loc.* quod Mercator volens probare *Lucrum* cessans debeat tria probare. Primũ quod sit solitus negotiari. Secundum quod debitor pecuniæ mutuatæ in mora fuerit. Tertium quod habuerit mercem præ manibus. *Mobed. decis. 3. de vsuris. incip. Dux Sessæ. aliàs* 208. vbi prædicta doctr. canonizatur, & quod omnibus Dominis visa fuit quædam exemplaris æqua, & rationabilis decisio digna Tribunali Rotæ.

Vide suprà *ad I. Part. circa hanc doctr.* multas aliàs decisiones concordantes. *ad d. decis. Mobed. fol. 371. col. 2. in fin.*

§. 2. in ROTA sæpè fuit decisum, quod *Lucri* certa taxatio à principio, quãdo cõmensuratur ad fructus, seu interesse valet. *Rot. in causa* Ianueñ. *Pecuniaria.* Lunæ *6. Iunij* 1611. *coràm Card. Lancellott. Iun. quæ est decis. 331. inter impress. penès Farinac. post 2. tom. consil. incip. Sententiam Episcopi. nu. 5.* vbi testatur, quod sic sæpè, & in pluribus causis fuit decisum in Rota.

Manutentio.

SVMMARIVM.

1 *in* Manutentione *non requiritur titulus.*
2 Manutentio *etiam in beneficialibus datur absque tituli productione, & illius iustificatione.*
3 *Manutentionis iudicium non impeditur, quando probatio dominij non est satis clara.*
4 *Manutentio datur constito de possessione saltem semiplenè.*
5 *Manutentio datur constito de possessione, etiam sine turbationibus, & timore scandali.*
6 *Manutentio datur aduersus factam* Iudicis *iniustè procedentis.*
7 *Manutentio datur ei, qui prætenditur spoliator.*
8 *Mandatum de manutenendo dari posset pro terminis pensionis decursis antè motam litem.*

§. 1. ROTA seruat, quod in *Manutentione* non requiratur titulus. *Gypf. in vna Regien. reseruationis fructuum Vener. 6.* Iunij 1586. *est decis. 208. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Mandatum.* vbi testatur, quod Rota ita seruat. Idem etiam dictum fuit *in vna Cæsaraugustana Pensionis Lunæ 30. Ian. 1589. incip. Didacus Ortal. coràm eodem. est decis. 79. in eius lib. 1. in manuscript. & coràm* Mobed. *decis. 153. aliàs 22. de restit. spoliat. & coràm fel. rec. Gregor.* XV. *in vna Pistorien.* Pensionis *Lunæ 3. Iulij 1606. incip. Fuit vnanimi, est decis. 275. in impress.* vbi *Beltramin. in addit. in litera* A. *num. 17. alias cumulat decis.*

Vide etiam *in nostr. Obseru. ex Rota Romana in verb. Beneficium. Obseru. circà pensionis manutentionem, & Obseru. circà solutionem pensionis.*

§. 2. ROTA passim concedit in beneficialibus *Manutentionem* non solum absque aliqua iustificatione, sed etiam sine tituli productione. *Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 323. num. 3. incip. Georgio dandum.* vbi affirmatur, quod sic passim Rota concedit Manutentionem in hac materia. & ad hoc confirmandum *Beltramin. ibi in annot. in litera* A. plures cumulat decisiones.

§. 3. in ROTA fuit sæpè firmatum, quod quando probatio dominij non est satis clara, tunc non retardatur Summarium iudicium *Manutẽtionis. Rot. in vna* Papien. *Bonorum* Lunæ 22. *Febr. 1602. coràm Cordub. sub titulo de caus. possess. & propriet. est decis. 299. in eius lib. in manuscr. incip. Domini persliterunt. vers. Obiectum verò.* vbi testatur ita sæpè fuisse in Rota resolutum. & præsertim *in vna Romana* Palatij *Cãpi Floræ 16. Decembr.* 1588. *coràm* Decan. *Pegn. est decis. 3. in eius lib. 1. in manuscr. incip.* A Decreto A. C.

§. 4. ROTÆ stylus est, quod constito de possessione saltem semiplenè *Mandatum de manutenendo* concedatur. *Put. decis. 61. in nou. impress. nu. 2. in fin. lib. 3. incip. In causa Bononiensi.* in qua Rota testatur, quod ex stylo, sic receptum sit. Idem fuit dictum *coràm* Cordub. *in vna* Romana *Census* 27. *Maij* 1596. *est decis. 64. in eius lib. in manuscript. incip. Fuerat assignatus.* vbi dicitur, quod constito de possessione datur Manutentio, & quod Rota aliàs sæpè ita resoluit. *vt in vna* Veronen. *Iurisdictionis* 28. *Aprilis* 1595. *coràm* Card. *Mantica.*

§. 5. ROTA dat *Manutentionẽ* constito de possessione, etiam sine turbationibus, & sine timore scandali. *Lucana Pensionis. 14. Maij 1576. corã Card. Seraph.*

§. 6. ROTA passim dat *Manutentionem* aduersus factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis. *Rota coràm Buratt. in causa Romana Domus de Blanchis* 10. *Maij* 1619. vbi de hoc testatur Idem dictum fuit *coram Duran. in causa* Barchinoneñ. *Beneficij* 26. *Nouembris* 1627. vbi refertur, & sequitur *d. decis. Burat. & etiam decis. in causa* Maioriceñ. *Beneficij* 24. *Nouembris* 1610. *coram* Manzaned.

§. 7. ROTA non denegat in iudicio spolij *Manutentionem* ei, qui prætenditur spoliator. *Rota coràm fel. record. Gregor. XV. decis. 200. nu. 4. incip. Fuit resolutum* Domino Horatio. vbi de tali stylo testatur, & refert, & sequitur *Paleott. decis. 87. & decis. in causa* Bonoñ. *iuris maritandi* 19. *Aprilis* 1577. *coràm* Cantucc. *& decis. in vna Romana Vineæ* 21. Iunij 1581. *coràm* Robusterio. Vide *Beltram. ibi in d. decis. Greg. in addit. in litera* C. *num. 7.* qui alias decis. cumulat.

§. 8. ROTÆ obseruantia est, quod *Mandatum* de manutenendo detur pro terminis pensionis decursis ante motam litem. *Gypf. in vna Cæsaraugustana pensionis. Lunæ 15. Maij 1589. incip. In eadẽ causa Lunæ.* vbi testatur, quod Rota ita seruat. *est decis. 80. in eius lib. 1. in manuscript.* Idem dixit *Rot. coràm Paleott. decis. 335. quæ est decis. 689. lib. 3. part. 3. in nouiss. diuers. incip. Cum Rota. & allegatur decisio in vna* Perusina. *coràm* Cardin. *Plat.* quam non inuenio in eius libro inter eius extensas. & habetur etiam *in vna* Patteñ. *Pensionis* Vener. 4. *Decembris* 1598. *coràm* Orano. *est decis. 80. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Fuit dictum in vna.*

Man-

Mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur ad Beneficij legitimam possessionem capiendam per procuratorem.*
2 *Mandati excessus in totum illud vitiat.*
3 *Mandatum procuræ potest quandocumque produci, si non opponatur.*
4 *Mandatum procuræ, si in actis non sit productum, & facta sit protestatio, quod procurator non audiatur, nisi de legitimo mandato doceat, omnes actus sunt nulli.*
5 *ad Mandatum expressum insufficiens restringens se, facit cessare præsumptum.*
6 *Mandatum præsumitur ex impensa in re ad alium spectante facta.*

§. 1. in ROTA fuit definitum sæpè, quod ex productione iurium, vel literarum præsumatur *Mandatum* generale, quod tamen non sufficit quando sumus in capiendo possessionem beneficij, quia requiritur speciale. *Decan. Pegn. in vna Casalen. Beneficiorum. die* 24. *Maij, &* 5. *Iunij* 1589. *est decis.* 28. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Dubitaui an in casu.* vbi attestatur, quod sic sæpè fuit in Rota definitum. *vt in illa Hispalen. coràm Card. Seraph. pro Illustriss. D. Card. Deza,* 21. *Iunij* 1588. *& in alia item Hispalen coràm Comitul.* 12. *Octobr. eiusdem ann.* 1588. *est decis.* 31. *in eius lib. in manuscript. incip. Dñi resoluerũt.*

Vide sup. Part. I. ad Scipionem Card. Lancell. *decis.* 33. *in Romana Domorum* 20. *Iunij* 1568. *fol.* 349. *col.* 1. *in princ.*

§. 2. ROTA sæpius dixit, quod excessus *Mandati*, in totum illud vitiat. *Rot. coràm fel. rec. Gregor.* XV. *decis.* 484. *num.* 4. *incip. Fuit resolutum* Leonis. vbi testatur, quod sic Rota sæpius dixit.

§. 3. ROTA seruat *decis.* 19. *de probat. in antiq. incip.* Appellatum extitit. In qua habetur, quod *Mandatum procuræ* potest quandocumque produci, si non opponatur, ita dixit *Rot. coràm.* R.P.D. *Coccino Decano decis.* 62. *nu.* 2. *incip. Fuit resolutum coràm me,* & ad hoc allegatur Put. *decis.* 383. *num.* 8. *incip. Procurator substitutus lib.* 2. *& Aym. cons.* 108. *num.* 1. *incip. In causa Magnifici.*

Vide sup. Part. I. ad Card. Seraphin. *decis.* 502. *num.* 2. *fol.* 69. *col.* 1. *in fin.*

§. 4. in ROTA sæpius fuit resolutum, quod *Mandatum procuræ*, si in actis non sit productum, & facta sit protestatio, quod procurator non audiatur, nisi doceat de legitimo mãdato procuræ, omnes actus sunt nulli. *Rot. coràm bon. mem. Card. Mant. decis.* 219. *num.* 2. *incip. Placuit Dominis moderandam.* vbi affirmatur, quod ita sæpius fuit resolutum in Rota. & quod sic fuit dictum *coràm Reuerendissimo Orolien. in causa Romana Artis Funariæ die* 6. *Iunij* 1574. & postea ita dixit *Rot. coràm eod. Mantic. in eadem causa. quæ est decis.* 223. *num.* 1. *incip. Rursus conclusum fuit.*

§. 5. in ROTA resolutum sæpius fuit, quod restringens se ad *Mandatum* expressum insufficiens, faciat præsumptũ cessare. Coccin. *Decanus decis.* 378. *n.* 15. *in fin. incip. Cum constet de possessione.* vbi Rota testatur, quod sic sæpius fuit resolutum. & referendo sequitur *decis. in causa Lucana Parochialis* 21. *Februarij* 1603. *coràm eod. Coccin. quæ est decis.* 96. *in eius lib. in impress. num.* 3. *in fin. incip. Alteram ex nullitatibus.*

§. 6. ROTA in pluribus causis resoluit, quod *Mandatum* præsumitur ex impensa alicuius considerationis per aliquem in negotio spectante ad alium ipsius nomine facta. *Rot. in Romana Census. Vener.* 2. *Aprilis* 1604. *coràm bo. me. Litta. est decis.* 273. *inter impress. penès Cenc. de Censib. incip. Domini steterũt in resolutis. num.* 3. vbi testatur sic sæpe fuisse dictum in Rota, & allegatur *decis. in Teraconensi Canonicatus, & præbendæ* 28. *Ianuarij* 1575. *coràm Cantucc.*

Matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *de Matrimonij probatione vbi agitur incidenter sufficiunt leuiores probationes.*

§. 1. ROTA contenta est amplecti illam communem Doctorum opinionem, quod quando in causa *Matrimoniali* principaliter nõ agitur de fœdere matrimonij, sed de inducenda legitimatione, & successione liberorum sufficiãt leuiores probationes, per præsumptiones, videlicet, necnon coniecturas. *Rota coràm Card. Caualer. decis.* 79. *nu.* 1. *incip. Dubitaui in hac causa, & decis.* 142. *n.* 1. *incip. In hac causa.* quæ est doctrina *Innocentij in cap. ex parte. de restit. spoliat. nu.* 4. qui dicit hoc procedere fauore legitimitatis, quam doctrinam cæteri DD. sequuntur, & fuit etiam dictum *in Valentina, seu Panormitana Illegitimitatis* 18. *Martij* 1577. *coràm Cæsare de Grassis, & in Romana, seu Amerina Domus* 8. *Ianuarij* 1576. *coràm Lauretano. nu.* 19. *incip. Conclusum fuit, quæ sunt decisiones* 357. *par.* 1. *& decis.* 34. *par.* 2. *diuers. & plures congeruntur in Parmeñ status.* 6. *Martij* 1592. *coràm Card. Seraph. n.* 4. *incip. Fuit dubitatum.* Vbi loquitur in casu quando constabat de malo initio, videlicet, de concubinatu præcedente, licet tunc requirantur coniecturæ plures, & fortiores. *Idem habes in Recent. part.* 1. *decis.* 406. *nu.* 8. *incip. Cum præsupposito.* vbi aliæ.

Melioramenta.

SVMMARIVM.

1 *pro Melioramentis datur retentio, tantùm quando illa sunt liquida, & debitor cauet de illis reficiendis datur executio.*
2 *Melioramenta quando sunt illiquida, præfigitur terminus ad liquidandum.*

§. 1. ROTA tenet, quod pro *Melioramentis* regulariter detur retentio, tamen quando illa non sunt liquida, & debitor cauet de illis reficiẽdis, non retardatur executio. iuxtà veriorem, & communiorem opinionem, quæ probatur *in l. statu liber. ff. de stat. liber.* in qua opinione multos cõgerit *Benintend. decis.* 77. *num.* 5. vbi refert ita iudicatum, & in pluribus causis tenuit *Rot. Put. decis.* 12. *incip. Die* 11. *Octob. de re iud. & decis.* 471. *lib.* 2. *Peregr. decis.* 111. *lib.* 1. *Fab. decis.* 8. *lib.* 2. Quicquid voluerit Capyc. *decis.* 17. Quæ opinio comprobatur ex alia communi opinione *in l.* 4. §. *ait Prætor. ff. de iudic.* vbi concludunt, quod quando quis est obligatus ad aliquid, quod est illiquidum satest si præstet cautionem de soluendo. Et de æquitate solet præfigi terminus ad liquidandum *iuxt. d. decis. Fab.* 8. *lib.* 2. *& d. decis.* 471. *Put. in fin. & fuit resolutum in Romana Vinearum de Maximis* 13. *Nouemb.* 1577. *coràm Card. Lancellott.*

Quæ

Quæ decisio fuit posteà canonizata, & fuit dictum esse veram, & communem opinionem *in Papien. bonorum 18. April. 1578. coràm eod. & in* Romana *Salniani Interdicti coràm Penia 22. Iunij 1509. incip. Nõ obstante. est decis. 116. in eius lib. 6. in manuscript.* Et similiter cum dicta cautione Rota noluit retardare executionem. *apud Card. Seraphin. decis. 413. incip. Actum fuit in Rota.*

Vide fusius, quæ diximus *ad I. Par. in d. decis. 8. coràm Fab. fol. 131. col. 2. in fin.*

§. 2. ROTA seruat, quod quando *Melioramenta* sunt illiquida præfigatur terminus ad liquidandum. vt dicitur *in Terracinen. Domus Lunæ 28. Nouembr. 1608. coràm* Manzanedo *nu. 5. est decis. 151. part. 2. in Recent.* vbi quod ita sæpè aliàs Rota seruauit *ex Put. decis. 471. incip. Die 15. Octob. num. 7. lib. 1.*

Mercator.

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum iudicio Rota solet plurimum deferre.*

§. 1. ROTA solet multum moueri ex iudicio *Mercatorum* attestantium in sua arte de communi vsu, & stylo Rot. *coràm felic. record. Greg. XV. decis. 126. num. 1. incip. Zacharias Cæsaranus.* vbi affirmat, quod eorum iudicium multum mouet Dominos. Cum stylus semper attendi debeat. *cap. ex literis. de constit. Bald. in l. 1. in fin.* C. *quæ si loc. consuet.* & hoc maximè habet locum inter Mercatores. *Bald. cons. 400. num. 10. lib. 5. In libris Thesaurariæ.* cum alijs ibi relatis.

Vide, quæ diximus *suprà in Part. I. ad d. decis. Gregor. fol. 3. col. 1. in med.*

Meretrix.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix quod aliqua sit ex quibus qualitatibus probetur.*

§. 1. ROTA intelligit, quod ad probandum *Meretricium* certo modo probari debet, vt dixit *coràm* Cotta *in* Vlixbonen. *Matrimonij* Lunæ 24. *Maij 1568. incip. An ex testibus. Est decis. 246. in eius lib. in manuscrip.* Probando nimirum qualitates, quæ in Meretricibus requiruntur, de quibus *in l. palàm. 43. ff. de rit. nupt. & in cap.* Meretrices. *32. quæst. 4. & in cap. Vidua. 34. dist.* Et quod licet in casu Decisionis testes probarent, quod plures habuerint accessum ad mulieres de quarum fide agebatur occasione ferendi testimonium, & Meretrix dicatur, quæ multorum libidini patet: Tamen quod Domini intelligebant, vel prout *Præpositus, Gemin. & Arebid. in d. cap. Vidua,* declarant, quando est maximus numerus, prout erat in Ciuitate Vlixbonen populosa, vel quando causa quæstus, & sine delectu se prostituunt palàm.

Minor.

SVMMARIVM.

1 *Minor impugnans contractum ex defectu interuentus proximorum, quid probare teneatur.*

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod *Minor,* qui impugnat contractum ex defectu interuẽtus proximiorum, nõ solum probare tenetur, quod adessent alij consanguinei, sed etiam, quod possent tempore contractus interuenire. Rot. *coràm* R. P. D. *Coccino Decano in causa Romana Census scutorum 18. mill. Lunæ 11.* Martij *1613. quæ est impressa penès* Pie. *ad* Statut. *Vrb. lib. 1. cap. 151. decis. 30. nu. 1. incip. Cum Excellentissimus.* vbi attestatur, quod istam sententiam pluries Rota secuta est. & ita etiam fuit dictum *coràm fel. rec. Greg.* XV. *decis. 406. num. 6. incip. Fabius, & Virginius.* vbi pariter affirmatur, quod sic sæpius fuit decisum in Rota. Late vide *ibi Beltram. in annot. in litera C. num. 19.* qui benè declarat hanc materiã, & etiã testatur, quod Rota sic sæpius dixit.

Monitorium.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria generalia cum pœna excommunicationis hodie per Rotam non conceduntur; sed à solis Episcopis decernuntur.*

§. 1. ROTA licet olim facultatem haberet concedendi *Monitoria* generalia cum pœna excommunicationis, quia Auditores sunt Ordinarij in causis sibi commissis. & ideò illam concedere poterant. *cap. constitutus, de testib.* Nihilominus post Concil. non videtur competere talis facultas. nam *sess. 25. cap. 3. de reformat.* cautum est, vt huiusmodi monitoria à solis Episcopis decernantur, & tunc non aliter quàm ex re non vulgari, causaquè diligenter, & magna maturitate per Episcopum examinata. *Rot. in vna* Corduben. Redecimarum. *Veneris 10. Decembr. 1593. coràm* Decan. Pegn. *est decis. 144. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Pro parte Capituli.* vbi de hoc attestatur.

Mora.

SVMMARIVM.

1 *Mora de æquitate* Canonica *semper purgari potest, si ius alterius non sit deterioratum.*

2 *Mora purgatur, quandò quis recedit à lite, & à molestia tàm de iure, quàm de facto.*

§. 1. ROTA sæpius sequuta est illam opinionem, quod de æquitate Canonica semper *Moræ* purgatio admittatur, quando ius alterius non est deterioratum. ita habetur in *decis. 310. num. 3. part. 4. diuers. incip. Cum Domina* Camilla. & ad hoc ibi plures cumulantur decisiones.

Vide, quæ diximus sup. *Part. 1. ad decis. Pegn. in causa* Placentinã *Decanatus 10. Nouembr. 1595. fol. 486. col. 1. in fin.*

§. 2. ROTA sæpè secuta fuit illam sententiam, quod quis potest purgare *Moram,* recedendo à lite, & ab omni molestia tàm de iure, quàm de facto inferenda. *Rot. in vna* Placentina *Decanatus Vener. 10. Nouembris 1595. incip. Quoniam in reseruatione. vers. Secundam partem. coràm Decan. Pegn. est decis. 60. in eius lib. 3. in manuscript.* vbi de hoc testatur.

Vide, quæ notauimus sup. *ad I. Part. circa hanc materiam ad d. decis. Pegn. fol. 486. col. 1. in fin. præsertim nu. 4. & 5.*

Motus Proprius.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius ad partis instantiam, & ex mera Principis voluntate idem operatur.*

§. 1. RO-

§. 1. ROTA sequitur illam opinionem, quod idem operatur *Motus proprius* ad suggestionem partis, quod Motus proprius ex mera voluntate Principis, & quotidiana practina Romanæ Curiæ itą seruat. *Rota in Asten Pensionis*. *Mercur*. 11. *Martij* 1615. *coràm Decano Coccino*. *Est decis*.656. *part*.2. *in Recent*. *incip*. *Placuit Dominis*. vbi ita dicitur *num*.1. & 2. quod ex sententia Rotæ probat *Gambar*. *de offic*. *legat*. *lib*.3. *num*.61. & *seq*. quem referendo sequitur *Seraph*. *decis*.365. *nu*.1. & 2. vbi etiam nos suo loco supra *Part*.I. *notauimus*. *Dec*. *cons*.51. *n*.2. *vers*. *nec obstat*. *Bald*. *in cap*. *nisi specialis*. *nu*.4. *de offic*. *legat*.

Quicquid dicat *Bellam*. *decis*.745. *incip*. *Licet obseruet Romana Curia*. *nu*.8. *vers*. *item est alia ratio*. Nam eum reprehendit *Gambar*. *vbi sup*. *num*.64. Et similiter declarantur duæ *Decis*. *Seraphini*. *in d*. *nu*.2. Et quicquid etiam dicit idem *Bellam*. *cons*.33. *n*.22. & 23. *vt dicitur in eadem*. *decis*.656. *num*.1.

Quod etiam notauimus *Part*. I. *ad Bellam*. *dicta decis*.745. *in notab*.2. *incip*. *In eadem decisione*.

Idem etiam habes *Part*.3. *in* §. *Bald*. *in cap*. *nisi specialis*.3. *de offic*. *legat*.

Negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua an probetur ex inspectione, & reuolutione actorum*.

2 *Negatiua narrata in gratia regulariter est iustificanda*.

§. 1. ROTA tenet, quod *Negatiua* probetur ex inspectione, & reuolutione actorum. *Rota coràm fel*. *rec*. *Greg*. *XV*. *decis*.416. *num*.5. *incip*. *Rota censuit non esse*. & dictum fuit *in vna Conchen*. *Decimarum* 3. *Iunij* 1614. *n*.2. *coràm Andrea*. *est decis*.611. *part*. 1. *in Recent*. *incip*. *Non placuit Dominis*. & *in alia Gerunden*. *Hebdomadaria*. 3. *Iunij* 1613. *num*.4. *coràm Pamphil*. *est decis*.455. *par*.2. *in Recent*. *incip*. *Pro Ioanne informante*. & etiam dictum fuit *apud Card*. *Caualer*. *decis*.35. *nu*.2. *incip*. *Rota censuit mandata*. *vbi allegatur Alex*. *cons*.55. *lib*.4. *Dec*. *cons*.483. *num*.6. *Imol*. *cons*.110. *nu*.1. Idem resolutum fuit *in vna Placentin*. *Capellaniæ*. Luna 13. *Ianuarij* 1597. *coràm Decan*. *Pegn*. *est decis*.2. *in eius lib*.4. *in manuscript*. *incip*. *Præsuppositis decisionibus*. vbi dicitur, quod aliàs Rota sæpè sic sensit. *vt in vna Calaguritana Thesaurariæ coràm fel*. *rec*. *Clement*. VIII. *die* 4. *Februarij* 1579. & *in Fesulana Præceptoriæ coràm Robusterio*. *die* 24. *Ianuarij* 1563. & *in causa Beneficij de Rosal*. 4. *Nouembris* 1593. *coràm eod*. *Pegn*.

§. 2. ROTA in pluribus causis dixit, quod *Negatiua* narrata in gratia regulariter est probanda. *Rot*. *in vna Salamantina Pensionis*, *coràm Bubalo*. & *in vna Ripana Beneficij* 17. *Aprilis* 1600. *coràm Card*. *Sacrato*. quas decisiones refert, & sequitur *Rota coràm fel*. *rec*. *Greg*. *XV*. *decis*.207. *nu*.2. *incip*. *Fuit vnanimi Dominorum*. vbi etiam affirmatur, quod ita in pluribus causis fuit dictum in Rota, & *coràm eodem*. *decis*.242. *num*.2. *incip*. *Franciscus Ruz*. in qua aliquæ decisiones referuntur, & idem pariter testatur; Plures alias decisiones in hac materia si desideras, vide apud *Beltramin*. *in addit*. *ad d*. *decis*.207. *in litera A*. *num*.5. & *ad alteram decis*. *in litera A*. *num*.10. vbi hæc materia, qualiter procedat declaratur.

Notarius.

SVMMARIVM.

1 *Notario talem se attestando creditur*. *Idem in sequenti* §.

2 *Notarij attestationi, quod sic talis, creditur*. *Idem quod in præcedenti* §.

3 *Notarius principalis in curia potest subscribere, & publicare instrumenta recepta per substitutum, & valet consuetudo ponendi testes socios*.

4 *Notarij duo, vel plures de eodem instrumento rogati, censentur in solidum rogati*.

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Notario* attestanti de
1 sui ipsius † deputatione creditur. *Caputaquen*. *decis*.245. *seu* 3. *part*.2. *incip*. *Notario attestanti*. & *decis*.266. *aliàs* 1. *part*.2. *incip*. *Nuncio referenti*. in quibus dicitur, quod talis est stylus Rotæ quicquid sit in contrarium de iure, vt per Doctores *in cap*. *de indic*. *ibi*. *Felin*. *num*.13. *vers*. *quarta conclusio*. *Dec*. *in cap*. *cum parati*. *n*.12. *de appellat*. *Ruin*. *cons*.69. *num*.8. *vol*.5. Et quod talis sit stylus Palatij testatur etiam R.P.D. *Decan*. *Coccin*. *in vna Montis Regalis Iurisdictionis Lunæ* 9. *Nouemb*. 1602. *num*.3. *est decis*.88. *in eius lib*. *in impress*. *incip*. *Domini dixerunt*. Quod etiam testatum reliquit Andreas *in causa Mediolanen*. *Decimarum Ven*. 14. *Iunij* 1614. *num*.3. *in fin*. *est decis*.581. *in Recent*. *par*.2. *incip*. *Licet iura*. in qua dicit quod iste stylus est in Rota tritissimus, & receptissimus. Idem habetur *coràm Gyps*. *in vna Casalen*. *Præpositura Lunæ* 4. *Martij* 1595. *est decis*.56. *in eius lib*.2. *in manuscrip*. *incip*. *Conclusum fuit iura*. vbi quod de stylo Rotæ standum est subscriptioni se
2 esse Secretarium, & Archiuij Præfectum, † & in officio successorem. Quod etiam in eadem causa replicatur *sub die Vener*. 31. *Maij* 1596. *coràm eod*. *est decis*.68. *in eod*. *lib*.2. *in manuscript*. *incip*. *Domini stetêrunt in decisis*.

§. 2. ROTA de stylo, ex attestatione *Notarij* actuarij probati, tenet quod ille sit talis, vt dicitur *in Venetiarum Nauis*. *Lunæ* 1. *Februarij* 1610. *nu*.2. *coram Sanctiss*. *Ludonisio*, *est decis*.391. *in Recent*. *part*.2. vbi allegatur *Caputaq*. *decis*.245. *par*.2. & quod fuit dictum *in Gerunden*. *Vini* 15. *Maij* 1598. *coràm Decano Pegna*. & *in Romana Iurispatr*. 26. *Maij* 1600. *coràm eod*. *Sanctissimo*. & *in Barchinonen*. *Prioratus* 28. *Nouembris* 1607. *coram Iusto*.

Et hoc ne detur processus in infinitum, vt dicitur *in Toletana matrimonij coram Grato*. 15. *Martij* 1568.

§. 3. ROTA tenet, quod *Notarius* principalis in Curia possit subscribere, & publicare instrumenta recepta per substitutum, & valeat consuetudo ponendi testes socios. *Ant*. *August*. *in repert*. *de solemnit*. *n*.3. *vbi allegatur decis*. *in vna Romana Domus coràm Alexandro Iunio*. & *Mohed*. *decis*.347. *aliàs* 6. *de fid*. *instrument*. *incip*. *Opposita fuit exceptio*.

§. 4. ROTA sæpius firmauit illam opinionem, quod quando duo *Notarij*, vel plures sunt de eodem instrumento rogati, censeantur in solidum rogati. *Bald*. *in l*. *fin*. §. *cum igitur*. *n*.21. *C*. *de iur*. *deliber*. *gloss*. *in* §. *si verò*. *in Auth*. *de hæred*. & *falcid*. *Menoch*. *de arb*. *iud*. quos refert *Rot*. *in vna Legionen*. *Iurisdict*. *Vener*. 5. *Maij* 1589. *corã Card*. *Plat*. *est decis*.107. *in eius lib*. *in manuscript*. *incip*. *Regula est frequentius*. *in princip*. vbi testatur Rotam sæpius firmasse illam opinionem vt

vt apud Put. 6. & in nou. impreß. 5. incip. Fuit dubitatum, quando, & resolutum fuit coràm Bubalo in vna Vrbeuetana Grani. 16. Maij 1578. est decis. 17. in eius lib. in manuscript. incip. Fuit per DD. resolutum. & coràm eod. Plat. in ead. causa Legioneñ. Vener. 23. Iunij 1589. est decis. 122. in eod. lib. in manuscript. incip. Dubitaui, an Canonizationem. vers. quod si stante. & coràm Decan. Pegn. in vna Bouonieñ. Fideicommissi. de Sancto Petro Vener. 9. Maij 1597. est decis. 32. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Vtraque parte informante. & coràm Chisianeñ. decis. 71. incip. Instrumentum in quo.

Notorium.

S V M M A R I V M.

1 Notoria in iustitia æquiparatur nullitati, & operatur quod sententia non transeat in iudicatum, nequè habeat locum Aegidiana.

§. 1. ROTA sæpissimè resoluit, quod Notoria in iustitia æquipollet nullitati. Cardin. Seraphin. decis. 493. Fuit resolutum pro nullitate. num. 2. vbi etiam dicitur, quod sententia notoriè iniusta non transit in rem iudicatam, & propterea rescriptum non esse surroptitium non faciens mentionem prætensæ rei iudicatæ. Quam decisionem sequitur Gregor. XV. decis. 330. Pro informante. in fin.

Vt etiam notauimus suprà Part. I. ad dictam decis. 493. ad num. 2. Seraphin.

Et additur in eadem decis. Seraph. nu. 5. quod sententia notoriè iniusta nõ est reuocanda. Quam decis. vt notauimus in d. Part. I. sequitur Cardin. Canaler. in vna Assisieñ. hereditatis. Vener. 30. Ianuarij 1609. Placuit Rota. in fin. Est decis. 42. in eius impreß.

Quod sententia Notoriè iniusta non transeat in rem iudicatam. idem Seraph. decis. 555. Dubitatum fuit vtrum Iuspatronatus. vbi propterea fuit dictum, quod talis sententia non impediebat institutionem, stante præsentatione facta ab existente in quasi possessione præsentandi.

Quod Notoria iniustitia æquiparetur nullitati. Rot. coràm Gyps. in vna Corduben Statutorum. Ven. 11. Iunij 1583. incip. Mandatum de manutenendo. Est decis. 98. in eius lib. 1. in manuscript. vbi commissio nullitatis extenditur ad notoriam iniustitiam, quæ illi æquiparatur, & nos notauimus in nostr. Obseruat. ex Rota Romana in verb. Commissio. Obseruat. de Commiss. circa aliquas clausulas. §. 5. incip. Commissa causa appellationis. vers. & licet prædicti.

Et quod stante Notoria iniustitia non sit locus Ægidianæ diximus Part. I. ad Rot. decis. 21. de appellat. in antiq. incip. Nota quod in causa. fol. 591. colum. 2.

Nullitas.

S V M M A R I V M.

1 Nullitates quæ in Rota admittantur.
2 Nullitas in processu, vel sententia qualiter admittatur.
3 Nullitates parte opponente in primis sunt reuocãda.

§. 1. in ROTA non attenduntur Nullitates, nisi sint ex defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati, vt habetur in Constitut. fel. reeod. Pij Papæ Quarti. Rota in Oriolen. Decimarum Lunæ 26. Februarij 1590. coràm Orano.

§. 2. ROTA seruat, quod Nullitas in processu, vel sententia non est admittenda, nisi quis dicat, & mõstret in processu causam nullitatis. Rot. dec. 700. aliàs 749. de appellat. in antiq. incip. Nota, quod si principalis. & in decis. 1. de libell. oblat. in antiq. incip. Nota quod intentans. sequendo dictum Innoc. in cap. cum Bertholdus. nu. 5. vers. tamen satis videtur. de sent. & re iud. sequitur Rota in Toletana, seu Almerien. Decimarum Lunæ 23. Iunij 1614. coràm Pirovano. est in Recentior. decis. 572. part. 2. incip. Proposui dubium in decisione. n. 3. 4. & 6. in fin. Et d. n. 3. dicitur quod post Vant. de nullit. tit. quib. med. sent. null. defend. Idẽ tenuit Rota in Toletana parietum 5. Nouemb. 1605. corã Damasc. siue Sacrat. & in Ripana Parochialis 10. Decẽb. 1608. coràm Attrebaten. siue Ortembergo.

§. 3. ROTA pluries sensit, quod Nullitates parte opponente in primis sunt reuocandæ. Rot. corã R. P. D. Cocein. Decan. decis. 207. num. 3. incip. Domini dixerunt, quod nisi. vbi testatur, quod sic sæpius fuit dictum in Rota. & præsertim coràm Cæsar. de Graff. decis. 9. num. 8. & 12. vbi aliàs decisiones refert. de caus. possess. & propriet. incip. Opponebatur contrà sententias. & decis. 11. num. 3. de sent. & re iud. incip. Nullitas ex defectu. & coràm Verall. decis. 264. lib. 1. in manuscript. & coràm Put. decis. 7. nu. 1. & 2. lib. 3. incip. Die 7. Februarij. & coràm Finetto in causa Viterbien. Rescissionis Contractus 1. Iulij 1569.

Obiectiua Materia.

S V M M A R I V M.

1 Obiectiua materia non dicitur verè, et propriè quando includit ius dantis.

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod Obiectiua materia non dicitur verè, & propriè, quando includit ius dantis. Roc. corã fel. rec. Greg. XV. decis. 353. num. 7. incip. Fuit resolutum 6. Martij. vbi dicitur, quod sic in pluribus causis sæpius dixit Rota.

Vide, quæ diximus inf. Part. 3. circa Doctor. in §. Oldrad. in cons. 116. Titius impetrauit. vbi reprobatum habes Oldrad. aliud sentientem.

Obitus.

S V M M A R I V M.

1 Obitus probatur per publicam vocem, & famam.
2 Obitus in possessione ad effectum subrogationis probari solet ex confessione partis.
3 de Obitus probatione cum distinctione.

§. 1. ROTÆ stylus est, quod Obitus probetur per publicam vocem, & famam. Put. decis. 265. in nou. impreß. in fin. lib. 3. incip. In vna Vrgellensi. vbi Palatium attestatur, quod de tali probatione in hac materia contenta sit. Sed prædictus stylus non habet locum, vt subditur in d. decis. quando non agitur de obitu, sed de tempore, quod est fundamentum intentionis expectantis. Nec etiam est sufficiens probatio, quãdo sumus in mẽse reseruato. Greg. XV. decis. 103. num. 3. incip. Domino Francisco. vbi Rota sequitur Aegid. decis. 652. incip. Quadriennium.

§. 2. ROTA sequi non dedignatur illam opinionem, quod ad probandum, vt quis Decesserit in possessione sufficiat confessio partis. Rot. coràm Card. Placc. in Conchen. Archipresbyteratus 16. Nouembr. 1588. incip. Dubitaui an in hac causa. quæ est decis. 76. in eius

eius manuscript. vbi Rota refert, & sequitur *Aegid. decis. 595. & dicit quod benè facit decis. 19. de restit. spol. in non. incip. Fuit dubitatum vtrum. Et fuit etiã dictum corãm Card.* Caualer. *in vna* Chirouen. Canonicatus *Ven. 10. Maij 1619. num. 4. incip.* Resolutum *fuit non esse dandam.* vbi animaduertit, quod talis confessio non desumitur ex simplici narratiua vacationis per obitum alicuius, cum longè diuersum sit dicere, beneficium vacare per obitum alicuius, & aliud, quod aliquis existeret in possessione tempore obitus.

§. 3. ROTA in materia probationis *Obitus* alicuius, semper cõsueuit sequi distinctionem; Quod aut agitur de probãdo obitu ad effectum iustificationis gratiæ, & tunc sufficit semiplena probatio per testes deponentes de publica voce, & fama. Aut agitur de probando tempore obitus, seu de eo obitu in tempore certo, & tunc requiritur plena, & concludens probatio. *iux. doctr. Bald. in cons. 68. Ad euidentiam. n. 3. in fin. lib. 3.* Rota *in Salamantina Beneficij de Arapiles Luna 3. Iuly 1600. coràm Pegna Decano.*

Vide sup. *Part. I. in d. decis. Salamantina Beneficij, &c.*

Obliuio.

S V M M A R I V M.

1 *Obliuio præsumitur in Papa, & Principe ob negociorum multitudinem, etiam in facto super quo alijs vicibus rescripsit. Etiam stante clausula ex certa scientia. Nisi modicum tempus intercessisset, vel nisi ageretur de praeiudicio tertij.*

§. 1. ROTA pluries resoluit, quod in Papa, & in Principe ob multitudinem negociorum,
1 præsumitur † *Obliuio*, vt dicitur *coràm Seraph. decis. 268. aliàs est discussus. incip. Causa fuit diligenter. num. 4.* vbi allegantur *Decis. in Tarnisina Pensionis coràm Oradino. Et in Romana Camerariatus coràm Cotta. Illa est decis. 85. in lib. 2. Oradin. in manuscrip. sub die Ven. 29. Nouẽb. 1566. incip. An ex depositione.* Idem replicatur in eadem causa *sub die Ven. 2.* Maij *1567. coràm eodem Oradino. incip. Præsupposito Breui. Est decis. 128. in eodem lib. 2. incip. Præsupposito Breui.*

Ista verò *Decis. coràm Cotta est sub die Luna 27. Iunij 1569. incip. An dicta* Confirmationi. *Est decis. 267. in eius lib. in manuscript.*

2 Nec tollitur ista † obliuio Papæ, quæ opponitur contra gratiam, si in eadem gratia adsit clausula, ex
3 certa scientia; † Primò quia dicta clausula non trahitur ad ignorata, vt dicitur *in d.* Romana *Officij Camerariatus coràm* Cotta.

Secundò, quia Rota indistinctè tenet, hanc clau-
4 sula cum alijs similibus, † operari tantùm circà ea, quæ sunt iuris, non autem circà ea, quæ sunt facti, vt dicitur *in d. decis. 268. num. 5. coràm* Card. Seraphino. *post Curt. Sen. cons. 49. num. 34. Soccin. Iun. cons. 77. num. 105. lib. 1.* Roland. qui alios, & aliàs clausulas similes refert *cons. 7. num. 105. & seq. lib. 3.*

LIMITATVR Primò hæc cõclusio, vt præsumatur obliuio in Papa, etiã in eo super quo alijs vicibus
5 rescripsisset, *vt in d. decis. Seraphin.* dicitur. † Quod procedat nisi modicum tempus intercesserit, quia tunc non præsumitur obliuio, vt dicitur *in d. Tarnisina.* vbi tantùm duo dies intercesserant.

LIMITATVR Secundò, vt non videatur proce-
6 dere dicta conclusio, † quando agitur de præiudicio tertij, vt dixit Rota *in d.* Romana *Camerariatus. post* Dec. *in cap. ex parte. ll 1. num. 10. vers. aliàs verò in facto proprio. & in cap. super eo. num. 7. & sequent. de offic. deleg.* Quæ limitatio in dicta causa discutiẽda relinquitur, super qua non extat alia resolutio in dicto eius libro, cum Rota in dicta causa ad alia motiua diuertisset.

Obligatio.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio conditionalis ante purificatam conditionem, nihil ponit in esse.*

2 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones extrinsecas à contractu, & altiorem indaginem requirentes.*

3 *Obligatio* Cameralis *cum stringat, non autem augeat promissionem. Ideò non datur via executiua pro non expressis in ea, nequè pro his quæ veniunt ex interpretatione iuris: Nisi sit pro replicatione actoris, non autem ex eius intentione proueniat.*

§. 1. ROTA pluries tenuit, quod *Obligatio* conditionalis ante purificatam cõditionem, nihil ponat in esse. Rot. *coràm R. P. D.* Coccin. *Decan. decis. 73. num. 1. incip. Domini censuerunt* Ioanni. vbi dicitur, quod non obstat periurium, quando quis non simpliciter se obligauit cum iuramento, si condito non fuerit purificata, & affirmat, quod sic sæpius fuit resolutum in Rota, & præsertim *in causa* Salamantina *Pensionis 26. Martij 1593. coràm Gyps. & in causa Toletana* Pensionis *9.* Decembris *1573. coràm* Card. Lancell. *& in causa* Aretina *Pensionis 28. Iunij 1600. coràm* Card. Millino.

§. 2. ROTA sæpius resoluit, quod *Obligatio* Cameralis non admittat exceptiones extrinsecas à contractu, & altiorem indaginem requirentes. *Rot. in vna Romana* Census *Luna 21. Iunij 1604. coràm Coccino* Decano. *nu. 1. quæ est decis. 189. in suis impress. incip. Fuit per* Dominos. vbi testatur, quod aliàs pluries resolutum fuerit. & sequendo refert *Cassador. decis. vnic. de mut. pet. incip. Fuit negata. Galles. ad 4. part.* Obligat. *Cam. quæst. 1.* Et idem fuit dictum *in causa Tiburtina* Castri S. Poli *17. Martij 1564. corã Cotta. est decis. 80. in eius lib. in manuscript. incip.* An *fideiussorem.*

§. 3. ROTA sæpè dixit, vt testatur R. P. D. *Iustus in Perusina* Pecuniaria *Ven. 3. Decemb. 1599. incip.* Re*solutum fuit non esse. in princ. Habetur à* D. *Zach. ad Galles. de* Oblig. *Cameral. inter* Decisiones, *Decis. 84.*

1 Quod non datur † via *executiua* vigore Obligationis Camerolis, nisi pro expressis in instrumento, nequè pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris. *ad Corn. cons. 141. num. 6. & seq. lib. 3.* Idem *Galles.* de Obligat. *Cameral. part. 3. de vi instrum.* Obligat. *Cameral. num. 14. & 15.* Rot. *coràm* Cantuccio. De*cis. 741. incip. Domini dixerunt. nu. 11. part. 1. diuers. Et coràm eod. Decis. 131. incip. Fuit resolutum Herculem. num. 12. part. 2. diuers. Et coràm eod. Decis. 132. incip. Licet* Agentes. *num. 8. ead. par. 2. Et coràm eod. Iusto in Maceraten. Bonorum Luna 1. Feb. 1602. incip. In obligatione. nu. 2. Est decis. 17. post Gallcs. vbi sup. Et coràm* Pegna *in* Bononien. *Census* Luna *24. Aprilis 1600. incip. In hac causa. Est Decis. 57. ad Galles. Et*

inter eius manuscript.lib.5.est Decis.24.Et in Romanu pratij domus Veneris 16.Iunij.1600. coràm Litta. incip.Cum D.Subea. habetur post Galles.Decis.77.n.1. Refert *post alios Gratian. Discept.Forẽs.lib.4.c.671. incip.Ex purtitis. num.11.& 12.*

RATIO assignatur à Rota *in d. Bononien. Census.*
2 *& Romana pratij domus*, † quia Obligatio Cameralis strictius ligat promittentem, non autem extendit istam promissionem. Et vt dicitur *in d. Maceratẽ Bonorum coràm Iusto. in fin.* quod sæpè in Rota fuit dictum, quod obligatio in forma Cameræ non auget, sed stringit, prout coràm ipso, *in vnu Romana triginta nullium 3.Decembr.1599.*

3 LIMITATVR ista Conclusio à Rota, † quod interpretatio iuris, quæ descendit ab interpretatione partis, & replicatione actoris, non autem ab Actoris intentione, non impedit viam executiuã. *Rot.diuers. d.decis.741.num.12.vers.quia id est verum. vbi allegatur alia Decis.Romanu Census corùm ipso.est decis. 132.num.15.part.2.superius allegata. Et in d.Decis. 131.etiam part.2.num.12.vers.uam adhuc.* Et hanc Conclusionem passim esse à Rota obseruatam dicitur *in Firmana pensionis. Sabbat. 23. Ianuar.1627. corã Durano. incip. Claræ memoriæ. ante med. in §. Vnde etiam non releuat.* vbi allegatur *Gratian. Disceptat. Forens.cap.852.num.40.& d.cap.671.num.15.*

Officium.

S V M M A R I V M.

1 *Officiorum, & locorum montium reseruatio dispositionis denotaut dominium.*

§. 1. ROTA sæpius tenuit, quod reseruatio dispositionis *Officiorum, & locorum montium* emptorum in personam alterius denotat dominium penes ipsum reseruantem. *Rota in Romana de Marescottis Lunæ 14. Decembr.1615.coràm Card.Sacrato. Est Decis.771.num.2.in* Recent. *part.2. incip. Stante mandato.* vbi allegatur *Decis.262.part.1.Diuers. & Seraphin.Decis.1303.num.11.*

In tantùm quod potest fieri executio super ipsis bonis reseruatis, cum talis reseruatio denotet dominium penes ipsum reseruantem. vt dicitur *in d. Romana de Marescottis. num. 2.*

Ordinarius.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinarij iudicio plurimum deferendum est circa congruitatem fructuum beneficiorum.*

2 *Ordinariorum attestationi in materia iurispatronatus multum defertur.*

§. 1. ROTA sæpius resoluit, quod iudicio *Ordinarij* plurimum deferendum est circa congruitatem fructuum beneficiorum. *Rot. corã fel.rec. Gregor.XV.decis.483.num.7.incip.Rota censuit.* vbi dicitur, quod sic Rota sæpius resoluit.

§. 2. ROTA solet multum deferre attestationibus *Ordinariorum*, tamquàm attestantium de re ipsis præiudiciali, dum enim canonizatur Iuspatronatus priuant se spe vlterius liberè cõferendi. *ex cons. Purpura.553.num.6. Rot.decis.11.de Iurepatr. in nouis. incip.Sed retento eodẽ Achill.de Grasi.decis.7. de Iurepatr. incip. Iuspatronatus ex fundatione. Puleott. decis.23.Put.decis.172.lib.1.incip.Per obitum Ioannis. & decis.242.lib.2.Cassador.decis.2.de Iurepatr. Card.Seraph.decis.1141.nu.8.incip.Fuit dubitatum, an constet.Card.Millin.in vna Iaceñ.portionis de Anso 4. Maij 1602. Vbald. in Meliteñ. Iurispatronatus 10.Martij 1608.Buratt.in Florentina Canonicatus de mens. Decembris 1615.Card.Cauaer.decis.55.nu.2. incip.Cum Rota resoluisset. & decis.61.num.3. incip. Quia Seminarium. & 378. num.3. incip.Cum die 30. Octobris. & 424.num.2.incip.Resolutum fuit pro informante. & 547.num.2. incip. Proposui dubium.* & aliàs sæpissimè fuit in Rota resolutum.

Ordines Ecclesiastici.

S V M M A R I V M.

1 *inter Ordines Ecclesiasticos, an numeretur Episcopalis Dignitas, & Prima tonsura, quicquid dicant Theologi. Et per bigamiam non tollitur character clericalis impressus per primam tonsurum, licet talis Clericus priuetur exercitio, & Priuilegio Clericali.*

§. 1. ROTA non tenet opinionem Theologorum qui negant primam tonsuram, & Episcopa-
1 lem dignitatem esse *Ordines*, † sed sequitur magis communem, & receptam opinionem Canonistarum, quod Clericalis character inter Ordines Ecclesiasticos connumeretur, & quod est character indelebilis; Ita dicitur *in Ferrarieñ pensionis.Ven.14.Iunij 1624. coràm bo.me.Remboldo.incip. Sixtus V. quæ habetur impressa in folijs volantibus. post princip. in §. vel prætenditur. Et in Cremoneñ pensionis.Ven.3.Decembris 1582. coràm Cautuccio. incip.* Dominus dixerunt *non constare. Est decis.731.par.1.diuers. nu.5.& 6.* Et in priori *decis.* allegatur quod post *Hostiens.* ita communiter alij concludunt *in cap. cum contingat. de ætat.& qualit. Abb.in cap.1.n.6.de vit.& honest. cleric. Felin.in cap.sicut pro certo.nu.2.de simon. Gemin. in cap. cleros.& ibid. latissimè Præposit.num.4. distinct.21. qui testatur de communi. Gabr. cons.181. num.3.lib.2.cum alijs per Gars. de benef.3.par.cap.1. num.2. & seq. Adde Guidobon. decis.99. incip. Fuit dubitatum.*

Et subdit Rota *in d. Ferrarieñ pensionis.* Quod
2 † character Clericalis per primam tõsuram impressus non tollitur per bigamiam, vt firmat *Butr.in c.Ioannes. num.17.* vbi quod Clerico non potest character euelli per bigamiam. *Imol. num.18. in fin.de cleric. coniug.*

Eamdemquè opinionem additur sæpius Rotam fuisse amplexam, & signanter *in Veroneñ Pensionis. 23. Februarij 1600. coràm Card. Lancellotto Iunior. Et in Cæsaraugustana Pensionis Vener. 1. Iulij 1611. corùm Sanctiss.Ludouisio. incip.Fuit resolutum.nu.9. Est in eius impress.decis.516.* Et fuerat anteà dictum in eadem *Cæsaruugustanu coràm eod. Card. Lancell. Ven.18.Iunij 1610. incip.* Per *contractũ matrimonij. Relata per Pie. ad Stat. Vrb. decis.2. nu.13.* In quibus in specie dicitur, & pluribus auctoritatibus fir-
3 matur, † quod licet per bigamiam Clericus priuetur exercitio, & Priuilegio Clericali, in fundamento tamen ratione characteris non destituitur Clericatu.
4 † Et quod *cap. altercationis antiqua. 1. de bigam. in 6.* non dicit, quod bigamus non sit Clericus, sed
5 solum quod est nudatus omni priuilegio. † Et quod in dispensatione, quando expressè derogatur Con-

cilij,s

ciliјs Generalibus, censetur derogatum *d. cap.*1. desumpto ex decretis Concilij Generalis Lugduneñ.

Et vide *Part.*5. *ad cap. sæpè. de tempor. ordin. in*6.

Pactum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo Rota solet æstimare vsque ad sextam partem pretij.*

§. 1. ROTA solet æstimare *Pactum* de retrouendendo vsque ad sextam partem pretij. *vt dicitur in* Romana *fideiussionis*. Vener. 28. Ianuarij 1594. *coràm* Card. Seraphino. & vide *in Recent. p.*2. *decis.*563. *nu.*5. *incip. Ex pretio. coràm Buratto.*

Papa.

SVMMARIVM.

1 *Papa an possit legitimare spurios in toto Orbe, in spiritualibus, & temporalibus.*

2 *Papa non potest dici informatus super iurisdictione, si notitiam non habuit capitulorum initorum.*

3 *Papæ scientia potest probari per testes.*

§. 1. ROTA numquàm censuit esse recendendum ab opinione illa, quod Papa nō possit principaliter, & in consequentiam legitimare in toto mundo respectu spiritualium, & temporalium. *vt tenet Io.* Antiquus *Glossator in cap. per venerabilem in* 3. *compilatione in verb. potestatem. extrà qui lib. sint leg. & ibidem Præpositus. nu.*77. *recenset eumdem Io. inter Doct. tenentes affirmatiuam sententiam.* quam sequitur *Goffredus de Trano in Summa extrà qui fil. sint legit. Hostiens. in d. cap. per venerabilem. num.*8. qui indistinctè hoc tenet. *vbi dicit* quod Papa hodie tenet Monarchiam mundi, & tenet vtrumque gladium. *de quo in cap. causa quæ. extrà qui fil. sint legit. & cap. nouit de iud. Rota in Pampiloneñ illegitimitatis* 10. *Iunij* 1609. *coràm Iusto. num.*12. *quæ est decis.*191. *in Recent. par.*1. *incip. Iterum proposui hanc causam.* in qua referuntur plures Doct. tenentes sentētiam affirmatiuam, & alij negatiuam, vbi etiam Rota refert, necnon sequitur *decis.*1. *in nouis. in tit. qui fil. sint legit. incip. Inferior à Principe.* vbi recipitur *supradict. opin. Hostiens.*

Hoc idem habes suprà Part.I. *ad dicta decis.*1. *fol.*584. *col.*2.

§. 2. ROTA pluries resoluit, quod Papa non potest dici facere ex certa scientia; nec cum causæ cognitione, super iurisdictione, si notitiam non habuit capitulorum initorum. *Rot. decis.*715. *nu.*3. *par.*4. *diuers. incip. Fuit resolutum constare.* vbi habetur, quod Rota ita sæpius resoluit. & signanter *coràm bo. me. Orano in causa* Abuleñ. *Iurisdictionis, sub die* 10. *Ianuarij* 1588. *est decis.*307. *in eius lib. in manuscript. incip. Propositum fuit dubium.*

§. 3. ROTA sequitur opinionem, quod scientia Papæ potest probari per testes. *vt dicitur in* Policastreñ. *pensionis. Ven.*27. *Februarij* 1587. *coràm Card. Platt. post decis.*27. *de rescript. in nou. cum alijs ibi citat.*

Patronus.

SVMMARIVM.

1 *Patronis non præiudicatur, ex narratione beneficij, quod uln sit de iurepatronatus, sed requiritur specialis derogatio Papæ.*

§. 1. ROTÆ obseruantia est, quod *Patronis* non præiudicetur, ex sola narratione beneficij, quod non sit de Iurepatronatus, sed requiritur specialis derogatio Papæ. *Cæsar de Grassis decis.*9. *aliàs* 3. *de rescript. num.*7. *incip. Fuit resolutum strictè ad punctum. vbi citatur Felin. in cap. cum inter. nu.*1. *& magis in specie. nu.*4. *vers. Item aduerte.* vbi subdit Rotam suo tempore obseruasse, quod ex sola narratione beneficij, quod non sit de Iurepatronatus non præiudicetur patronis.

Paupertas.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas bonorum probatur ex communi reputatione.*

§. 1. ROTA seruat *Paupertatem* bonorum probari ex communi reputatione. *Verall. decis.*293. *nu.*2. *par.*2.

DECLARATVR hic stylus, & obseruātia à Rota *in* Romana *grani. Vener.*11. *Aprilis* 1614. *nu.*2. *coràm Buratto, est decis.*532. *in Recent. p.*2. *incip. Paupertas Dominici.*

Quod procedat, quando agitur de probanda paupertate in genere, quo casu probatio est arbitraria; secus respectu certi, & determinati effectus, putà restituendarum expensarum litis, tunc enim probari debet, quod quis sit adeò pauper, vt eius bona solutioni non sufficiant, §. *sed neq; Auth. de fideiuss. cum alijs ibi congestis.* Et aliàs dixit Rota *vt in decis.*48. *nu.*2. *&* 3. *diuers. part.*2. quam fuit postea secuta Rota *in vna* Neocastreñ *Archidiaconatus* Vener. 12. *Maij* 1589. *coràm Gypsio. est decis.*128. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. Cæsar. Et in* Portallegreñ *Spolij. Lunæ* 5. *Iunij* 1589. *coràm Orano. est decis.*433. *in eius manuscript. lib.*1. *incip. Ioannes Roderici. Et in* Camerineñ *legati. Lunæ* 14. *Martij* 1594. *coràm eod. est decis.*253. *aliàs* 255. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. Propositum fuit dubium.*

Pœna Conuentionalis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ conuentionalis condemnatio non fit, nisi quatenus interest.*

2 *in Pœnis contrauentionis, siue conuentionalibus qualiter Rota condemnet.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod condemnatio *Pœnæ* cōuentionalis nō fiat, nisi quatenus interest, idest pro concurrenti quantitate damni, & interesse. *Rot. in vna* Romana *de Naris. Vener.*23. *Iulij* 1600. *coràm Decan. Pegn. est decis.*43. *in eius lib.*1. *in manuscript. incip. In decisione in hac causa.* vbi testatur, quod sic erit de stylo Rotæ. & referendo sequitur *decis. in causa* Romana *contrauentionis* Laudi. *Lunæ* 26. *Octobr.*1598. *coràm bon. mem. Orano. est decis.*67. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. Prætendebat Reuerendissimus. vers. Secundo quia versamur.* in qua dicitur quod ita etiam fuit resolutum *in causa* Bononieñ *Viginti Millium* . *Decemb.* 1577. *coràm sanct. mem. Clement.* VIII. *est decis.*371. *par.*1. *diuers. incip. Domini sine difficultate. num.*3.

Vide circa hanc conclusionem, quæ diximus suprà Part.I. *ad Oradin. in causa* Romana *contrauentionis. Ven.*3. *Martij* 1570 *fol.*381. *col.*2. *in med. & ad*

& ad eundem in alia *Romana pratensa Contrauentionis* 11. *Decembr. eod. ann. fol.* 382. *col.* 1. *in med.*

§. 2. ROTA non solet condemnare partes in *Pœnis* pecuniarijs contrauentionis, siue conuentionalibus, sed actus post eius intimationem factos per viam attentatorum reuocare, vt fuit dictum *in Romana pratensa contrauentionis laudi, & inhibitionis* 26. *Octobris* 1598. *coram Orano. est decis.* 67. *incip. Pratendebat. in eius lib.* 3. *in manuscript.*

Pensio.

SVMMARIVM.

1 *Pensionem absque alia dispensatione potest obtinere illegitimus si sit dispensatus ad clericatum.*
2 *in Pensionis materia proceditur sine retardatione solutionis pensionis.*
3 *Pensio si sit nimis onerosa Ecclesiæ, tunc non annullatur, sed reducitur.*
4 *in Pensionis materia Rota solet adhærere rigori verborum.*
5 *pro Pensionibus debitis agendum est prius contrà hæredes pensionarij, quàm contrà hæredes titularis.*
6 *in Pensione arbitrium non declaratur, nisi gustata prius validitate pensionis.*
7 *in Pensionibus Rota solet procedere iuxta terminos. l. defuncta. ff. de vsufruct.*
8 *Pensionum, & regressuum cassationes, quia sunt quasi seruitutes beneficiorum fieri possunt in manibus cuiuscumque.*
9 *Pensionarius debet iustificare narrata in literis suæ reseruationis.*
10 *Pensionario, sicuti diminutio ducati est damnosa, ita etiam augumentum debet ei prodesse.*
11 *Pensionarius non tenetur iustificare narratiuam suæ gratiæ, si agatur contra eum, qui consensit pensioni.*
12 *Pensio solui debet pro rata fructuum, & non pro rata temporum.*
13 *ad Pensiones decursas tempore antecessoris, quando teneatur successor.*

§. 1. ROTA perpetuò seruat opinionem, quod illegitimus non est inhabilis ad obtinendam *Pensionem*, nisi ratione clericatus, super quo si sit dispensatus, non indiget dispensatione super illegitimitate. *Sarnen. in Regul. de annal. quæst.* 21. *ad fin. vers. si verò non dantur. Et dicitur in Legionen. Zamoren. Pensionis* 10. *Octob.* 1577. *coràm Robusterio. est inter impress. diuers. decis.* 425. *vel melius* 424. *cũ sit erratus numerus. in princip. part.* 1. *incip. Nihil resolutum.* In *Veneta pensionis* 10. *Decembr.* 1572. *coràm eodem. In Burgen. pensionis* 19. *Febr.* 1596. *coràm Card. Blanchetto. Et in eadem Burgen. Luna* 16. *Decembris* 1596. *coràm Decano Pegna. est decis.* 147. *in eius lib.* 3. *in manuscript. incip. Reseruauerat fel. rec. in 9. non placuit. Et in Cæsaraugustana pensionis* 19. *Februarij* 1590. *corã Gypsio. est decis.* 78. *in eius lib.* 1. *in manusc. incip. Didacus. Et in Colimbricen. pensionis Merc.* 11. *Febr.* 1598. *coràm Seraph. est decis.* 1264.

Vbi etiam notauimus suo loco *sup. Part. I. bonorum singularium, post Paleot. de noth. & spur. c.* 58. Quæ decisiones referuntur à Rota in *Meliten. pensionis Merc.* 14. *Maij* 1614. *coràm Buratto. in Recentior. p.* 2. *decis.* 549. *incip. Assignata per defunctum. nu.* 3. Quibus adde, quod idem fuit dictũ de tali Rotæ obseruantia *in vna Toletana pensionis Ven.* 11. *Maij* 1601. *coràm Decano Coccino. est inter eius impressas decis.* 31. *nu.* 8. vbi reprobatur opinio *Gigant. de pens. q.* 16. *& Rebuff. in sua prax. tit. de dispens. natal. n.* 48.

Eamdem Conclusionem habes suprà *in verb. Illegitimus.* §. 1. *Rota sæpè censuit.*

§. 2. ROTÆ, siue Curiæ stylus est, vt in materia *Pensionis* procedatur sine retardatione solutionis. *Rota in Pacten. pensionis. Vener.* 4. *Decembris* 1598. *coràm bo. me. Orano. est decis.* 80. *in fin. in eius lib.* 3. *in manuscript. post Mohed. decis.* 9. *de caus. poss. & propr. Io. Paul. decis.* 338. *Sarnens. in tract. de Breuib. nu.* 4. *& quod ita Rota tenuerat in Compostellana pensionis* 7. *Nouembris* 1584. *coràm tunc Decano Seraphino.*

Qui stylus non procedit, quando extinctio pensionis oritur ex ventre reseruationis literarum. Vide suprà *Part. I. in decis. Caputaq.* 321. *aliàs* 2. *de except. part.* 1.

§. 3. ROTA seruat, quod quãdo *Pensio* est nimis onerosa Ecclesiæ, tunc non annulletur, sed reducatur, vt dicit *Rota in Reatina pensionis. Ven.* 11. *Maij* 1612. *coràm Decano Pegna. est decis.* 327. *in eius lib.* 6. *in manuscript. post Roman. cons.* 369. *incip. Circa primum. num.* 9. *Gig. de pens. quæst.* 35. *num.* 4. *& vers. nihilominus. & ex Cast. ad. testatur Horat. Mandos. in not. ad Roman. d. cons.* 366. *in verb. pensio.*

§. 4. ROTA solet adhærere rigori verborum concordiarum, & supplicationum, quibus reseruantur *Pensiones.* vt dicitur *in Conchen. pensionis* 20. *Februarij* 1573. *coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

§. 5. ROTA seruat de æquitate, vt pro *Pensionibus* debitis hęredi pensionarij defuncti prius conueniantur hæredes titularis, quàm petantur à successoribus in beneficio. *Cresc. decis.* 3. *de solut. Put. decis.* 189. *num.* 2. *lib.* 2. & fuit dictum *in Torcellana pensionis* 8. *Nouembris* 1589. *coràm Comitulo.*

§. 6. ROTA non declarat arbitrium in *Pensione*, nisi gustata prius validitate pensionis, ac propterea potest desuper examinare testes. *Rota in Compostellana pensionis* 12. *Octobris* 1584. *coràm Seraphino.*

§. 7. ROTA in materia solutionis *Pensionum* solet se regulare iuxtà terminos. *l. defuncta. ff. de vsufruct.* & ideò procedit non habita cõsideratione ratæ temporis decursi, sed fructuũ perceptorum. *Rota coràm Card. Caualer. decis.* 129. *num.* 1. *incip. Fuerat aliàs.* vbi dicitur, quod quis reseruauit sibi pensionem scutorum mille soluendam in duobus terminis, & accidit, quod paulò post maturatum primum terminum decessit, quæsitum fuit an hæredibus soluenda esset pro rata fructuum perceptorum vsque ad diem obitus illius. & Rota respondit iuxtà terminos. *d. l. defuncta. vbi etiam allegatur decis. coràm fel. record. Clemente Octauo in vna Farnen. pensionis.* 19. *Iunij* 1573. quæ *decis.* in hac materia passim solet allegari. *Gig. de pension. quæst.* 53. *per tot. Caccialup. in eod. tract. quæst.* 25. & hanc opinionem etiam secutus fuit *in vna Bergomen. fructuum* 12. *Decembris* 1576. *coràm Oriolen. & in Cæsaraugustana pensionis* 13. *Aprilis* 1592. *coràm Cardin. Pamphil.* Nec obstat quod solutio sit destinata in duobus terminis, quia id fit gratia commodioris solutionis, & non propterea debet attendi ratio temporis. *Put. decis.* 189. *nu.* 2. *lib.* 2. *fuit etiam resolutum in causa Romana pensionis* 27. *Iunij* 1598. *coràm Penia Decan. & in causa Nazarena pensionis* 15. *Ianuarij* 1607. *coràm Coccino Decano. nu.* 1. *incip. Dubitaui quit.*

Vide,

Vide, quæ diximus in hoc eodem verbo. §. 12. Rotæ stylus est, quod pensio.

§. 8. ROTA semper tenuit, quod cessationes regressuum, & *Pensionum*, quia sunt quodammodo liberationes beneficiorum à seruitute, possint fieri in manibus cuiuscumque. *Achill. de Graffis decis. 312. aliàs 7. de Decim. & primic. nu. 2. incip. Dubitabatur etiã.* vbi dicitur Rotam semper tenuisse hanc opinionem.

Vide fusius infrà *Part. 5. ad Clem. cum illusio. 1. de renunt.* vbi abundè materia ista declaratur.

§. 9. ROTA sæpè decreuit, quod *Pensionarius* debeat iustificare narrata in literis suæ reseruationis. *Rot. in vna Carthaginen. pensionis Vener. 10. Aprilis 1598. coràm Decan. Pegn. est decis. 92. in eius lib. 4. in manuscript. incip. In hac causa in qua.* vbi testatur, quod ita sæpè Rota decreuit, & signanter *in vna Padouana pensionis die 16. Decembris anno 1579. coràm Rubeo Decano. & in Salamantina Pensionis die 16. Decembris 1589. coràm Bubalo. & in Vercellen. Pensionis 25. Iunii 1592. coràm Cardin. Mantica. est decis. 196. in eius lib. in impress. incip. Pensio duorum millium. & in alia Salamãtina Pensionis die 26. Martij 1593. coràm Gyps.*

§. 10. ROTA sæpius dixit, quod sicuti *Pensionario* diminutio ducati est damnosa, ita pariter eius augumentum debet ei commodum afferre. *Rot. decis. 686. num. 3. part. 4. diuers. incip. Reseruata fuit pensio.* vbi dicitur, quod ita pluries fuit decisum, & ad hoc nonnullæ allegantur decisiones. vide ibi per te.

§. 11. ROTA sæpè censuit, non teneri *Pensionarium* iustificare narratiuam suæ gratiæ, quando agitur cõtra eum, qui consensit pensioni. *Rota in vna Giennen. Canonicatus Lunæ 28. Nouembris 1605. corã Decano Pegn. est decis. 380. in eius lib. 5. in manuscript. incip. In resignatione Canonicatus.* vbi testatur, quod Rota ita sæpè censuit. & assignanter *coràm Guidobon. decis. 140. incip. In vna Florentina. & coràm* Mohedan. *decis. 166. aliàs 35. de prebend. incip. Aeneas de Villalobas. & coràm Gyps. in vna Salamantina pensionis 26. Martij 1598.*

§. 12. ROTÆ stylus est, quod *Pensio* solui debet pro rata fructuum, & non pro rata temporum. *Rot. corã* R. P. D. *Coccin. Decan. decis. 327. num. 2. incip.* Dubitaui, *quis teneretur.* vbi dicitur, quod Rota seruat hanc opinionem, & ita etiam fuit dictum *coràm fel. rec.* Clement. 8. *in causa Fanen.* Pensionis 19. Iun. 1573. *& coràm Card. Pamphil.* Sen. *in Cæsaraugustana Pensionis 13. Aprilis 1592.* Et ita nouissimè latè, & maturè hinc inde discussa opinione resolutum fuit *coràm Reuerendiss. Durano Episcopo Vrgellen. in causa* Papien. *Pensionis, seu Pecuniaria* Mercurij 17. *Maij 1634. incip. Die 3. Aprilis. §. His tamen non obstantibus.* Et ratio huius resolutionis fuit, quia materia pensionis Ecclesiasticę est regulanda, tàm actiuè, quã passiuè secundum Iuris dispositiones loquentes de vsufructu, & sic iuxtà *tex. in l. defuncta. ff. de vsufr. Et in §. Quibus, & alijs.* attestatur, quod hanc sententiam Rota perpetuò sequuta est. *vt apud Mantic. decis. 14. num. 10. & coràm Robusterio in Bergomen. fructuum 11. Decembr. 1976. & coràm Card. Pamph. Sen. in Cæsaraugustana Pensionis 13. Aprilis 1596. & coràm Penia Decano in Romana Pensionis 27. Iunij 1598. & coràm Card.* Sacrato in *Salernitana Pensionis 4. Aprilis 1621. & coràm Cardin.* Canalerio. *decis. 109. per totum. & decis. 189. num. 3. impress. post. Pacific. de Saluian. Interdict.*

§. 13. ROTA passim seruat, quod successor teneatur ad *Pensiones* decursas tẽpore sui antecessoris, quãdo pensionarius in vita antecessoris diligẽtias adhibuit, & nõ potuit eas exigere. *Sanctiss. Ludouis. decis. 507. num. 2. incip. Fuit vnanimi. in qua Rota refert quamplures auctoritates Doct. vt facit etiam Addit. ibi in litera A. & dicit quod ita sæpissimè fuerit resolutum in* Rota, *& signanter in vna Camamen.* Pensionis 15. *Ianuarij 1592. coràm Gyps. est decis. 60. in eius lib. 2. in manuscipt. incip. Reseruata fuerat. & in vna Hispalen. Pensionis 16. Decemb. 1577. corã Card. Blanchet. & in vna Cæsaraugustana Pensionis 13. April. 1592. coràm* Card. *Pamphil. & in Toletana* Pensionis 15. Martij 1599. *coràm* Decano, *qui tunc erat Franciscus Penia. est decis. 174. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Petebat Didacus.* in qua dicitur, quod ista est opinio, & stylus Rotæ. Idem testatur Rota penes *Cardin. Seraph. decis. 1351. num. 1. incip. Antonium non teneri. & penes Vbald. in vna Larinen. Pensionis 7. Februarij 1620.* vbi aliæ decisiones cumulantur, & ibi etiam dicitur quod requiritur, quod istas diligẽtias pensionarius plenè probet, quia est materia valdè rigorosa, & est contra bonam fidem, & æquitatem, quod successor teneatur ad pensiones decursas tempore antecessoris. *vt dixit etiam Rota coràm Put. decis. 185. lib. 2. in fin. incip. Pensio fuit reseruata.* & *coràm* R. P. D. Decan. Coccin. *decis. 327. nu. 3. incip. Dubitaui quis teneretur.*

Peritus.

SVMMARIVM.

1 *propter Peritorũ relationẽ Rota reuocat decisiones.*

2 *Periti eliguntur, quando tutor in libris tutelaribus aliqua scribere omisit, & quare.*

§. 1. ROTA reuocat decisiones propter *Peritorũ* relationem, vt fecit *in vna Romana de Iacobillis* Vener. 21. Iunij 1591. *coràm Gyps. & ibidem dicta conclusio habetur.*

§. 2. ROTA *Peritos* eligit, quando tutor in libris tutelaribus aliqua scribere omisit, vt videatur in quibus dicti libri deficiãt per singulos annos, & menses, dummodò ita sigillatim fieri possit, non autem ad effectum calculandi. *vt in* Romana *tutela de Astallis* Lunæ 26. *Decembr.* 1585. *coràm Gypsio.*

Petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium suspendi potest vsque ad conclusionem in causa.*

2 *Petitorium potest pluries suspendi in eadem causa.*

§. 1. ROTÆ stylus est, vt *Petitorium* suspendi possit vsque ad conclusionem in causa. vt dicitur in causa Conchen. *primitiarum 16. Iuar. 1585. coram Orano.* vbi quod potest in possessorio fieri executio, & condemnatio in expensis.

§. 2. ROTÆ stylus est, quod *Petitorium* possit suspendi nedum in prima instantia, sed etiam in secunda, & tertia. Rot. corã Pegn. *Decan. in vna Palentin. Decimarum Lunæ 5. Iunij, &* Merc. 8. *Nouemb.* 1589. *est decis. 55. in eius lib. 1. in manuscript. incip. In territorio Oppidi.* vbi affirmat, quod attestatur. Capicc. *decis. 35. incip. In causa Magistri. nu. 6.* & quod dicta

conclusio sit de stylo Rotæ, & de iure. *Verall. decis. 323. incip. Petitorium potest. p. 2. per text. in Clem. 1. de caus. possess. & propriet.* & refert quod sic dictum fuit *in causa Gebenen. de Torre del Campo 11. Ianuar. 1552. corã Io. Baptista Guidobon.* Idem etiam voluit *Rot. decis. ... incip. Fuit dubitatum vtrum quis plures in ... quæ alias est decis. 8. de caus. possess. & propriet.*

Et ista suspensio potest fieri tàm in causa prophana, quàm in beneficiali, dummodò ista suspensio fiat ante conclusionem in causa in vltima instantia, quæ est conclusio totius causæ. Rot. *in ... decis. 382. vers. ante conclusionem tamen.*

Positiones.

S V M M A R I V M.

1 *Positionibus est respondendum.*
2 *Positionibus respondere recusans habetur pro confesso, Rota tamen aliter seruat.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod Positionibus sit respondendũ. R*ot. in causa Padouana Pensionis Vener. 18. Octobris 1557. coràm Decan. Oradin. est decis. 364. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Dubitaui.* vbi testatur, de tali stylo Palatij, cum aliàs de iure dubitetur. *ex not. per Abbat. in cap. per tuas. in 2. notabil. de sentent. excommun.*

§. 2. ROTÆ stylus est, quod licet pœna renitentis
1 respondere Positionibus sit, vt † habeatur pro confesso. vt testatur Iacob. *Arena in tractatu de positionibus. §. 6. num. 1.* Tamen Rota non admittit hanc fictam confessionem. *Card. Seraphin. in vna Romana societatis Artis Albæ. Ven. 5. Iunij 1579. nu. 4. incip. Fuit resolutum pecunias. quæ est decis. 408. inter eius impressas. & in alia Romana scripturarum* 12. *Ianuarij 1590. n. 1. incip. Pro confirmatione sententiarum. coràm eodem. quæ est decis. 905. inter eius impress.* Quas decisiones refert, & sequitur *Rot. in vna Prænestina Bonorum Mercur. 9. Iunij 1621. coràm Cardin.* Caualer. *num. 1. incip. Agebat Stephanus. quæ est de-*
2 *cis. 562. inter eius impress.* vbi addit, † quod nequè ex eo quod Rota non admittat pœnam hanc fictæ confessionis, sequitur quod debeat admittere aliam pœnam maiorem, nempè, vt quis repellatur à limine iudicij.

Et in illa Romana scripturarum *coràm Seraphino.*
3 *in princip.* † dicitur, quod licet sit de stylo tribunalis Audit. Camer. quod positiones habeantur pro confessatis, tamen Rota seruat contrarium, nisi fuerit seruata forma. *cap. 2. de confess.*

Possessio.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, vt sit legitima non sufficit, vt sit tradita à Canonicis de Capitulo, sed requiritur quod sit tradita Capitulariter.*
2 *Possessionis immissio non datur, nisi exhibitis literis.*
3 *Possessionem propria auctoritate non potest directus dominus in re emphyteutica capere, nisi quando prætendit deuolutionem ex capite non soluti canonis, sed secus est, si ex alio capite.*
4 *Possessio an capi possit propria auctoritate in casu deuolutionis, stante hoc pacto.*
5 *Possessio capta infrà terminum ad appellãdum etiam si attentatorum remedium excluderetur, reuocatur per viam nullitatis.*
6 *Possessio capta post appellationem est sequestranda, cum sit attentata.*
7 *Possessio sufficiens ad manutentionem probatur etiam ex sola confessione partis nominantis aliquem detentorem, ac occupatorem.*
8 *Possessio posterior tertij non impedit manutentionem, quando quis non habet se pro spoliato.*
9 *Possessio posterior præsumitur clandestina, nec impedit manutentionem prioris possessoris.*
10 *Possessio antecessoris iuuat successores, & est manutenibilis respectu successorum.*
11 *Possessio non continuatur in hæredem vigore Statuti, quãdo ante aditam hæreditatem occupatur ab alio.*
12 *Possessio defuncti non continuatur in hæredem absque noua apprehensione.*
13 *in quasi Possessione exigẽdi, vt quis cõstituatur quid probare debeat.*
14 *Possessio exigẽdi acquiritur ex vnico actu solutionis.*
15 *in quasi Possessione exigendi quando constituatur aduersarius.*
16 *Possessor potest sibi mutare causam possessionis, absq; declaratione animi.*
17 *Possessionis causa, supraueniente alio titulo mutari absquè alia declaratione censetur.*
18 *Possessio ciuilis anterior præfertur naturali posteriori.*
19 *Possessione sua quis non priuatur ex immissione nulla.*
20 *Possessio probatur ex instrumento possessionis captæ auctoritate iudicis, absquè eo quod probetur expulsio.*
21 *super Possessorio restituitur, cum sit modici præiudicij.*
22 *Possessio capta post appellationem etiam extraiudicialem sequestratur ex officio Iudicis.*
23 *Possessio quando est turbida sequestratur.*
24 *Possessio quando est attentata, est sequestranda.*
25 *Possessor, donec non constat de malo iure ipsius, potest propria auctoritate suam possessionem tueri.*

§. 1. ROTA seruat, quod vt legitima sit Possessio Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, non sufficit quod possessio sit tradita à Canonicis, qui sunt de Capitulo, sed requiritur quod sit tradita capitulariter. *Cassador. decis. 8. num. 1. de caus. possess. & propriet. incip. Vt legitima sit.* qui testatur quod ita seruat Palatium, nisi aliud sit de consuetudine. *& allegatur* Innocent. Io. Andr. *& Butr. in cap. in literis. de restit. spoliat. & decis. 12 eod. tit. in nou. incip. Petenti se restitui.* Idem Rota dixit *in vna* Aquilana *Canonicatus* 13. Iunij 1588. *coram Gyps. est decis. 6. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Quærebatur. & in vna Placẽtina traditionis possessionis 3. Decembris* 1571. *coràm Card.* Lancellott. *Sen. est decis. 123. ante fin. inter eius decis. selectas in manuscript. incip. An traditio. & in vna* Papien. *Præpositura Lunæ 5. Martij 1584. coram Bubalo. est decis. 215. in eius lib. in manuscript. incip. Fuit resolutum dandum.* vbi etiam dicitur, quod *d. decis. Cassador.* procedat in possessione Canonicatus non autem in ademptione possessionis alicuius dignitatis, referẽdo ad hoc *decis. in vna Neapolit. Hebdomad. de an. 1580. curã Brauo.*

Et circa hanc materiam diximus *sup. in I. Part. ad d. decis. Cassador. fol. 281. col. 2. in med.*

§. 1. ROTA non solet concedere immissionem *Possessionis*, nisi literis exhibitis. *Chlrog. in Caurien. Prioratus 4. Febr. 1558.*

§. 3. ROTA solet tenere illam opinionem, quod licet dominus directus citrà vitium spolij, possit propria auctoritate capere *Possessionem* in casu deuolutionis ex capite non soluti Canonis, in quibus terminis loquitur *decis. Cassiad. 1. de locat. & conduct. incip. Locauerat Raphael.* id tamen non procedit, quando ex alio capite, & propter lineam finitam prætenditur deuolutio. *Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 105. num. 11. incip. Die 29. Nouemb.* vbi ait, quod Rota in hoc casu solet hãc tenere opinionem, vt apud *Pereg. decis. 30. lib. 1. & decis. 52. lib. 2.* & ita fuit dictum *in causa Romana Domus 5. Nouembr. 1599. coràm bon. mem. Card. Lancellot. Senior.*

§. 4. ROTA sequitur illam opinionem, quod etiam stante pacto capiendi *Possessionem* propria auctoritate in casu deuolutionis, prius debeat coràm Iudice liquidari, parte citata, quod sit factus locus deuolutioni. *Rot. coram bon. mem. Dunozet. in causa Regien. Bonorum 20. Decemb. 1613. & corã Card. Mant. decis. 94. num. 2. incip. Fuit decisum Monasterium. & coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 105. n. 12. incip. Die 29. Nouemb.* vbi *Beltram. in addit. in litera A.* restatur, Rotam sequi istam opinionem, & ad hoc plura allegat, & declarat hanc materiam.

§. 5. ROTÆ stylus est, quod si *Possessio* sit capta infrà terminum ad appellandum, etiam quod attentatorum remedium excluderetur, reuocetur per viam nullitatis. *Comitul. in causa Giennen. Capellæ. Sabbat. 9. Decemb. 1589. in fin. est decis. 79. in eius lib. in manuscript. incip. Quia ex actis.* in qua dicitur, quod passim ita Rota seruat, & ad hoc refertur, & sequitur *Ant. August. in Repert. §. 2. commun. de appellat. & Mohed. decis. 150. alias 11. de præbend. incip. Papa contulit.* vbi allegatur *Lap. Allegat. 1.*

§. 6. in ROTA talis viget stylus, quod quando *Possessio* capta est post appellationẽ sequestrationi locus fit. *Comitul. in d. Giennen. Capellæ. Sabbat. 9. Decembris 1589. in princ. est decis. 79. in eius lib. in manuscr. incip. Quia ex actis.* vbi Rota testatur, quod sic seruatur de stylo, in qua etiam refert, & sequitur *decis. in nou. 10. vt lit. pend. incip. Si lite pendente in Curia. & decis. 5. in antiq. eodem titul. incip. Nota, numquid reo. & decis. Cassador. 3. num. 6. de restit. spol. incip. Petens restitutionem.* Et redditur talis ratio, quia ista possessio est attentata cum sit capta post appellationem. *cap. non solum. de appell. in 6. & Clement. quamuis. eod. tit. de appell.* Idem dictum fuit *coràm Mohedan. decis. 11. de præbend. aliàs 150. incip. Papa contulit. numer. 3. & ibi vide latè Addentem in litera B.*

§. 7. in ROTA sæpè fuit dictum, quod ex sola confessione partis nominantis aliquem detentorem, ac occupatorem probetur *Possessio* sufficiens ad manutentionem. *Rot. decis. 802. nu. 3. inter impress. diuers. part. 1. incip. Fuit resolutum dandum.* & ita fuit dictũ *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 200. nu. 3. incip. Fuit resolutum D. Horatio.* vbi *Beltramin. in Addit. in litera A. nu. 5.* testatur, post relatas nonnullas decisiones, quod ita alias sæpè fuit dictum in Rota, & ad hoc adducit ibi rationem, & in fine affirmat, quod in hac materia Rota sæpè canonizauit doctr. *Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. nu. 2. ff. de liber. leg.*

Vide, quæ diximus sup. *Part. I. ad d. Greg. XV. in causa Anconitana Bonorum 16. Februarij 1609. fol. 2. col. 2. in med.* vbi habes, quod ex sola confessione aduersarij in monitorio, in quo petitur dimissio possessionis probatur possessio.

§. 8. ROTA sæpius dixit, quod *Possessio* posterior tertij non impediat manutentionem, quando quis non habet se pro spoliato. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 323. num. 3. incip. Georgio.* vbi attestatur, quod sic sæpius tenuit Rota.

§. 9. ROTA in pluribus causis sæpius resoluit, quod *Possessio* posterior præsumatur clandestina, nec potest esse impedimento, quo minus possessio anterior manuteneatur. *fel. rec. Gregor. XV. decis. 171. nu. 2. incip. Dandum esse mandatum.* vbi de hoc testatur, in qua etiam refert, & sequitur *decis. in causa Romana Casalis Monasterij Oddonis. 6. Aprilis 1576. coràm Cantuccio. & decis. in causa Oxomeñ. Capellaniæ. 10. Martij 1589. coràm Cardin. Plat. est decis. 95. in eius lib. in manuscrip. incip. Fuit resolutum dandum.* Idem dictum fuit *in vna Nucerina prædij 28. April. 1606. coràm Card. Sacrato. & in Romana tutelæ 18. Maij 1609. coram Reuerendiss. Manzanedo.* vide *Beltram. in addit. in d. decis. Gregor. XV. in litera B. nu. 3. & idem ad addit. eiusdem decis. 40. incip. De possessione.*

§. 10. ROTA sæpius secuta fuit *decis. Guid. Pap. 629. incip. Supra quæst. 255.* In qua dicit, quod *Possessio* antecessoris iuuat successores, & per hoc respectu successorum potest concedi mandatum de manutenendo. *Rot. coram R. P. D. Coccin. Decan. decis. 380. num. 1. incip. Rota dixit* D. *Christophoro.* vbi testatur, Rotam pluries secutam esse hanc decisionem.

§. 11. ROTA seruat, quod *Possessio* defuncti non con-
1 tinuetur in heredem, † quando fuit occupata à tertio ante aditam hæreditatem. *R. P. D. Coccin. Decan. in causa Romana de Lucatellis Ven. 30. Octobris 1609. est decis. 263. in Recent. part. 2. incip. Domini dixerunt Ioanni. nu. 2.* vbi Rota refert, & sequitur *Gabr. de acquir. possess. conclus. vlt. nu. 18. & Tiraquel. le mort. saisie. quinta part. declar. 3. nu. 1. & seqq.* & quod sæpius ita pro hac opinione fuit resolutum. & præsertim *in vna Romana Vineæ, & Hospitij 13. Martij 1606.* (non 1608. vt ibi malè allegatur) *coràm Decano Penia. est decis. 405. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Vita functo.* vbi allegantur *Natt. consil. 439. nu. 5. Ruin. cons. 25. num. 5. vers. præterea ex quo Hierònymus. lib. 4. Alex. cons. 121. num. 3. vers. secundò ad id quod dicitur, & Ias. cons. 148. num. 15. incip. Viso processu.* & etiam refertur *decis. in vna Lucana Maiusculatus 22. Aprilis 1587. coram Oraño. est decis. 246. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Domini cum præsupposito.* Idem dictũ fuit *in decis. 307. coram Sanctiss. Ludouis. incip. Post binam. & in addit. ad num. 27. in litera* D.

Item non procedit in possessione Iurispatronatus,
2 cum Rota teneat, † quod statutum Laicorum, quod possessio defuncti cõtinuetur in heredem, non habeat locum in iurepatronatus. *Idem Coccin. decis. 464. incip. Rota dixit. nu. 4.* vbi dicitur quod Rota semper recessit ab annotatione. *Verall. decis. 211. p. 3.*

§. 12. ROTA seruat opinionem, quod *Possessio* defuncti non continuatur in hæredem absque noua apprehensione. *l. cum heredes. vbi Doct. ff. de acquir. poss.* etiam quod sit suus hæres. *Bald. in l. fin. num. 2. C. de edict. D. Adr. toll. Alber. in l. 1. §. hoc interdictum.*

ctum.num.2. ff. quor.bon.Natt.conf.439.nu.5.Parif. conf.13. num. 84. *lib.1. Alexand. conf.37. post med. verf.faltem in cafu nostro lib.1.* vbi de cõmuni, quas referendo fequitur Rota *coràm Decano Coccino in* Miranden. *penfionis Lunæ* 7. May 1612.*eſt inter Recentior. decif.392.num.2.part.2.* vbi quod hanc opinionem Rota feruat, vt fæpius fuerat refolutum.

Quod etiam dicitur *coràm Cotta in Romana Capellaniæ de Capifucchis.* Ven.9. Martij 1571. *incip. An fit inftituendus. Eſt* Decif.311. *in eius lib. in manufcript.* vbi quod quafi poſſeſſio præfentandi auctoris non continuatur in hæredes fine apprehenfione.

§. 13. ROTÆ obferuantia eſt, quod, vt quis conftituatur in quafi *Poſſeſſione* exigendi, debeat plene, & concludenter probare primum extremum. *Cardin. Seraph. decif.302.in princ. incip. Fuit refolutum confeſſiones.* vbi atteftatur, quod ita feruatur. Idem dictum fuit *in vna Virdunen.* Abbatiæ Ven.27.*Nouemb.* 1615.*nu.4. coràm Buratt. quæ decifio eſt 768. in Recent.p.2. incip. Dictum fuit fpolium. & in decif.165. part.2. inter impreſſas diuerſ. in princ. incip. Ex inftrumento locationis.* vbi dicitur, quod eſt in Rota tritiffimum. *& in decif.337. ead. part. diuerf. incip. Primum extremum. per tot.*

§. 14. in ROTA fæpius fuit refolutum, quod *Poſſeſſio* exigendi acquiritur ex vnico actu folutionis. *Rot. coràm fel.rec.Greg.XV.decif.313.num.1.incip.Rota cenfuit* Dominos. vbi affirmatur, quod fic fæpius fuit in Rota refolutum.

§. 15. in ROTA quotidiè praticatur, quod foluens abfquè proteſtatione etiam quod non foluat fpontè, fed metu mandati, conftituit aduerfarium in legitima quafi poſſeſſione exigendi. *Rota in Romana* Cen*fus Mercur.* 2. *Iunij* 1610. *coràm Decano* Pegna. vbi quod hoc eſt notum, & fic quotidiè practicatur in Rota, & allegat *Crauett.conf.114.incip.* Con*fideratis ijs. num.6. Achill. decif.11. incip. Tentum fuit in Rota.*

§. 16. ROTA fequitur opinionem, quod *Poſſeſſor* poteſt fibi mutare caufam poſſeſſionis abfquè alia animi declaratione, quicquid contrà voluerit *Soccin. conf.131.incip. In præfenti confultatione. nu.7.lib.1.*

Vide remiſſiuè *inf.* Par.3. *circà Doctores. in §. Soccin. conf.131. incip.* In *præfenti confultatione. num.7.lib.1.Et in noſtris Obferuat.ex Rota Romana.in verb.Poſſeſſio Obferu.circà Caufam poſſeſſionis.§.1. incip.* Poſſeſſor *mutare poteſt Causã poſſeſſionis.per tot.& in noſtr. Annot.ad Seraph.Decif.210. Vide fuſius in fequenti* §.

§. 17. ROTA tenet illam opinionem, quod *caufa Poſſeſſionis* fuperueniente alio titulo cenfeatur mutata abſq; alia declaratione animi. *Rot.coràm Card. Caualer. decif.171. nu.4. incip. D. Veronica.* vbi habetur, quod mulier viuente viro poſſidens dotem iure familiaritatis, ftatim eo mortuo cenfetur mutaſſe caufam poſſeſſionis, & fic poſſidere pro fua dote abfque alia declaratione, quam etiam opinionem fecuta eſt. *coràm Achill. decif.4. de cauf. poſſeſſ. & propriet. incip. Poſſeſſio,* in qua allegatur decifio *in vna Burgen. Præſtimoniorum. coràm Fabio. de anno* 1548. & etiam reprobatur opinio *Fulgof. & aliorum in l. qui bona. §. fin. de acquir. poſſeſſ.* qui videntur contrariari *illi text. & text. in l. quod vulgo. ff. de vfucap. & in l. 3. §. genera.de acquirenda poſſeſſ. & fic in fauorem opin. Socc. in l. 3. §. ex pluribus de acquirend. poſſeſſ.* Et licet fecundum aliquos aliã opinio videatur communior, nihilominus Rota reprobauit *conf. Socc.* 131. *lib.1. incip. In præfenti confultationi,* dum *num.7.* dicit non mutari caufam poſſeſſionis, niſi animo quis conſtituat fe velle nouo titulo poſſidere, & quod hæc mutatio voluntatis probetur, & quamquàm *Crefcent. decif.168. aliàs 5. de reſtit. ſpoliat.* conetur *Socc.* defendere fub quadam diſtinctione. Aduerte tamen quod illud non eſt de mente Rotæ, fed fecundum opinionem Aud. vt patet *fub.3.* dum ait. Quo retento poterat fecundum me ad contraria refpondere. Ecce fecundum me.

Quod *conf. Soccin.* reprobatur etiam *coràm Card. Seraph. decif.302. lib.1. incip. Quærebatur.* Iſtam opinionem aliàs fecutum eſt idem Sacrum Tribunal *coràm* Card. *Puteo decif.451.lib.1.incip. In vna Terraconenſ.* vbi reprobatur quod dicit *Alex. in l. qui bona.ff.de acquir. poſſeſſ. & decif. Caſsad.4.de reſtit. ſpoliat. incip. Fuit dubitatum.* dum dicit *n.8. in med.* quod poſſidens non poteſt fibi mutare caufam poſſeſſionis, niſi caufa extrinfica adueniente. Confirmatur etiam iſta Rotæ opinio *in vna* Romana *de Benefacere* 11. *Decembris* 1574. *coràm* Card.*Blanchetto. num.2. incip. Domini pro expeditione. Seraphin. decif.231. lib.1. incip. Fuit refolutum. Sacrat. in vna S. Seuerinæ Bonorum* 20. *Decembris* 1610. Cantucc. *in vna* Sabineñ. Caſtri. 17. *Aprilis* 1581. *relat. inter impreſſ. diuerſ.decif.143.nu.4. Ruin.conf.61.nu.13. & feq. lib.1.*

Et quod poſſidens abſque vitio poteſt mutare caufam poſſeſſionis abfque noua apprehenfione diximus infrà *Part.3. in §. Parif. conf.53.nu.110. in fin. & feq. lib.3. incip. D. Hieronymus. Et §.præced.*

§. 18. ROTÆ ſtylus eſt, quod *Poſſeſſio* ciuilis anterior præfertur naturali poſteriori. *Rot. coràm Reuerendiſſ.* P. D. Coccin. Decan.*decif.317.num.4.incip. Hercules vigore.* vbi teſtatur Rotam feruare talem opinionem.

§. 19. in ROTA fæpiſſimè fuit dictum, quod ex immiſſione nulla, quis non priuatur fua *Poſſeſſione. Rot. coràm fel.rec.Gregor.*XV. *decif.546. nu.2.incip.* Re*folutum fuit Iacoba.* vbi dicitur, quod fic fæpiſſimè fuit dictum in Rota.

Vide, quæ diximus infrà *Part.3. circa Doctores in §. Alex. in l.A. Diuo Pio, 15. §. fi poſt. num.9. ff. de re iudic.*

§. 20. ROTA paſſim tenet, quod inſtrumẽtum captæ *Poſſeſſionis* probat poſſeſſionem abfque eo, quod probetur expulſio, propter auctoritatem iudicis rite, & rectè procedentis, ex doctr. *Angel. in l. qui vniuerfas. §. item cum prætor. in fin. ff. de acquir. poſſ.* poſtquam fequuntur ibi Doct. & Rota *coràm Ludouiſ. decif.203. Fuit refolutum pro* Communitate. *num.1.* & quod ita etiam fuit dictum *in vna Bononieñ bonorum de Mulettis.* 26.Martij 1599. *coràm* Card.*Pamphilio, & fæpiſſimè in alijs. vbi* Addit. *in litera A.* congerit concordantes.

Vide, quæ diximus Part. *I. ad Faſtol. dub.41. incip. Secundum dubium.*

§. 21. ROTA non folet reſtituere fuper *Poſſeſſorio* ex quo eſt modici præiudicij, quia grauamen fuper illo illatum poteſt in petitorio reparari. *Put. decif.34. lib.1. nu.1. incip. Habuerat Andreas.*

§. 22. ROTÆ ſtylus eſt, vt ex officio iudicis fequeſtretur *Poſſeſſio* capta poſt appellationem etiam

extra-

extraiudicialem cum sit attentata. Innoc. in cap. cum nobis. num. 2. de elect. Socein. cons. 45. num. 5. vol. 1. Et quod ita seruetur, Cassador. decis. 3. nu. 6. de restit. spoliat. Rot. decis. 10. nu. 4. vt lit. pend. & fuit dictum in Vrgellen. Archidiaconatus Veneris 24. Nouembr. 1581. coràm Gypsio. vbi etiam similis allegatur decisio in Legionen. Capellania 9. Martij 1575. corã Cæs. de Graß. est decis. 108. inter eius impreßas. & fuerat antea dictum in vna Ariminen. Canonicatus, & præbenda Ven. 29. Octobr. 1593. coràm eodem Gypsio.

Quod etiam obseruauit Rota contrà Cardinalem, qui attentauerat, vt in Nolana Abbatiæ Regalis Vallis 9. Decemb. 1557. coràm Paleot. est decis. 459. nu. 2. lib. 3. part. 3. diuers.

§. 23. ROTÆ stylus est, quod quando Possessio vtriusque partis est turbida, ita vt dignosci non possit, quis prius adeptus sit possessionem, tunc possessio sequestratur. Rota coràm Bubal. in causa Asten. Feudi de Mudatijs Vener. 11. Maij 1584. incip. Domini concluserunt. est decis. 228. in eius lib. in manuscript. vbi testatur de tali stylo Rotæ.

§. 24. ROTÆ obseruantia est, quod quando Possessio capta est lite pendente, tunc in tali possessione sequestrum apponatur. Rot. coràm Card. Caualer. in vna Tropien. Iurispatronatus 9. Maij 1622. num. 3. incip. Resolutum fuit pro informãte. quæ est dec. 598. inter eius impreß. vbi allegatur decis. Cas. de Graß. 2. num. 1. de appell. incip. Domini dixerunt constare. & Caputaquen. decis. 57. in fin. part. 1. incip. Attentata ex officio. & decis. 157. nu. 1. part. 3. incip. Sequestrum in beneficio. Cassador. decis. 3. de restit. spoliat. in fin. incip. Petens restitutionem. Rot. decis. 10. vt lit. pend. in nou. num. 3. incip. Si lite pendente. & decis. 5. vt lit. pend. in antiq. num. 5. incip. Nota numquid reo. Et fuit dictum coràm Gyps. in vna Ariminen. Canonicatus, & præbendæ 29. Octobr. 1593. incip. Resolutum fuit esse locum. & in alia Vrgellen. Archidiaconatus 24. Nouemb. 1581. incip. Dubiũ an cõstet. quæ decis. sunt 12. & 226. lib. 2. in eius manuscript. & coràm Oradin. Decan. in vna Nullius Castrorum Veneris 7. Aprilis 1570. est decis. 425. in eius lib. 2. in manuscr. incip. An possessio. vbi habetur, Rotam solere possessionem attentatam sequestrare, quando adest aliquod impedimentum circà restitutionem faciẽdam.

§. 25. in ROTA pluries fuit resolutum, quod Possessor potest propria auctoritate suam possessionem tueri, donec non constat de malo iure ipsius. Rot. in causa Bononien. Census. Vener. 27. Iunij 1606. coràm bon. me. Card. Sacrat. quæ est decis. 237. inter impress. penes Cenc. in tractat. de Censib. incip. Cum aliàs sub die. num. 4. vbi testatur, sic sæpius fuisse dictum in Rota. & allegatur decis. Caputaquen. decis. 51. par. 1. incip. Attentare non dicitur. num. 2.

Præcedentia.

SVMMARIVM.

1 in Præcedentiarum materia multum defertur consuetudini.
2 in Rota plurimum defertur in materia Præcedentiæ Sacræ Congregationi Rituum.

§. 1. ROTA sæpè amplexa est illam sententiam, quod quando sumus in materia præeminentiarum, vel Præcedentiarum plurimum consuetudini deferatur. Rot. in vna Hispalen. Præminentiarum. Lunæ 13. Martij 1600. coràm Decan. Pegn. est decis. 15. in eius lib. 9. in manuscript. incip. Præsuppositis mandato. vbi affirmat sępè Rotam ita tenuisse. & signãter in causa Oriolen. Iuris sedendi die 11. Decemb. 1585. & die 24. Octob. 1586. coràm Card. Blanchett. Idem dictum fuit in Seguntina Præsidentiæ. 31. Ianuar. 1611. coràm Card. Marcomont. est decis. 288. part. 1. in Recent. incip. Post firmatam decisionẽ. Idem dixit Rot. coràm Card. Seraphin. decis. 964. num. 1. incip. Fuit resolutum constare. & coram eod. decis. 326. incip. Fuit resolutum ex actis. & corã Card. Caualer. decis. 588. num. 7. incip. Prætendebant. & coràm eod. decis. 549. num. 1. incip. Resolutum fuit standum.

Vide plura circà hanc materiam in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Precedentia. Obseruat. circà Miscellanea. §. 1. incip. In Præcedentijs, seu Præeminentijs attenditur in primis consuetudo. per tot.

§. 2. ROTA plurimum defert in materia Præcedentiæ iudicio Sacræ Congregationis Rituum. Rot. coram fel. rec. Greg. XV. decis. 310. num. 7. incip. Informantes pro Portionarijs. vbi de hoc testatur.

Præceptoriæ S. Io. Hierosolymitani.

SVMMARIVM.

1 Præceptoria S. Io. Hierosolymitani non sunt beneficia perpetua, sed manualia.

§. 1. ROTA sæpius resoluit, quod Præceptoria S. Io. Hierosolymitani, non sunt beneficia perpetua, sed manualia, & ab illis possunt Milites ad nutum Magni Magistri amoueri. Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 109. num. 3. incip. Domini persisterunt. vbi affirmat sic Rotam sæpius resoluisse. & præsertim coràm Mohed. decis. 10. nu. 1. de caus. poßeß. & propriet. incip. Præceptoria, seu Prioratus. & ita etiam fuit dictum coràm Achill. de Graß. decis. 9. n. 3. de præbend. incip. Licet beneficia. Alias decisiones cõcordantes allegat Beltram. in addit. ad d. decis. Greg. in litera A. num. 12.

Vide, quæ diximus sup. Par. I. ad Card. Seraphin. decis. 1390. fol. 123. col. 2. in med.

Præscriptio.

SVMMARIVM.

1 Præscriptio Statutaria sufficit ad præscribendum solutionem omnium annorum.
2 Præsriptio non interrumpitur per litem terminatam ad fauorem posseßoris.

§. 1. ROTA tenet illam opinionem, quod præscriptio Statutaria sufficiat ad præscribendum solutionem omnium annorum. Bart. in l. cum notißimi. §. in his C. de præscript. 30. vel 40. annorum, & ibi Bald. Angel. Paul. & Alex. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de nou. oper. nunciat. & ibi Ias. tenet hanc opinionem, & etiam Balb. in tractat. de præscript. par. 4. principal. quæst. 8. Mohedan. in decis. 226. aliàs 4. de præscriptionib. circa med. incip. Romana dotis, & fructuum. vbi dicitur quod circa hoc est magna contentio inter Vltramontanos, & Citramontanos. & reijcitur opinio Vltramontanorum contrarium tenentes.

§. 2. in ROTA fuit sæpius dictum, quod Præscriptio nõ interrumpitur per litem terminatam ad fauorem possessoris. Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 467. num. 1.

num.1. incip. Placuit Rotæ. vbi testatur, quod sic sæpius fuit dictum in Rota. & signanter *in Lucana Decanatus 21. Maij 1578. coràm fel. rec. Clement.* VIII. *& in Eugubina* S. Petri. *26. Aprilis 1596. coràm* Card. *Pampil. Sen. & in Romana Casalis Longhezzæ. 5. Martij 1593. coram* Card. *Seraphin. quæ est decis. 1016. in impress. incip. Agunt* RR. vide *Beltramin. in addit. ad d. decis. Gregor. XV. in litera A. nu. 15.* vbi affirmat, quod Rota passim sequitur doctrinam istam, quæ est *Felin. in cap. illud. nu. 17. vers. decima quarta. extrà de præscript.*

Præsentatio.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad aliquod beneficium, si aliquis asserat quod non est præsentatus à patronis, ei incumbat onus probandi.*

2 *Præsentatus ad aliquod beneficium, si tunc debeat probare suam habilitatem, & literaturam, non admittitur post aliquod tempus.*

3 *Lite pendente non potest fieri noua præsentatio.*

4 *Præsentatus à veris patronis præfertur præsentato ab existenti in quasi possessionem præsentandi non dum tamen instituto.*

§. 1. ROTA sæpè secuta est illam opinionẽ, quod quando quis est *Præsentatus* ad aliquod beneficium, si aliquis dicat, quod non est præsentatus à patronis, hoc dicenti, tamquàm fundamentum suæ intentionis, incumbat onus probandi. *Rot. in vna Regieñ. Prioratus* Mercur. *21. Maij 1597. coràm* Decan. *Pegn. est 37. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Ad dubium vtraquè parte.* vbi testatur, sic sæpè Rotam tenuisse. *vt in causa Arctiñ. Parochialis 25. Iunij 1593. coràm Orano. est decis. 216. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini tenuerunt. & in causa Bononieñ.* Canonicatus. *coràm* Card. *Pamphil. Senior.*

§. 2. in ROTA sæpè fuit definitum, quod quando aliquis est *Præsentatus* ad aliquod beneficium, & tũc debeat probare suam habilitatem, & literaturam, non possit post aliquod spatium temporis probare. R*ot. coram Decan. Pegn. in causa Calaguritana Beneficij de Cernera, die 8. Februarij 1591. est decis. 1. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Agentes pro Didaco.* vbi testatur quod sic sæpè fuit definitum in Rota, & præsertim *in illa Legioneñ. Parochialis.* Lunæ *13. Nouembris 1589. coram Comithl. est decis. 73. in eius lib. in manuscript. incip. Domini tenuerunt sententiã.*

§. 3. ROTA approbat illam opinionem, quod *Præsentatus* à patronis lite pendente nullum ius ex tali præsentatione consequatur, cum dispositio. *cap. dispendijs. 1. vt lit. pendent. in 6.* habeat locum etiam in præsentationibus. teste *Calder. in cons. 1. eod. tit. Gem. in eodem. cap. 1. Sarneñs. sup. reg. de subrogan. quæst. 13.* vbi dicit hanc esse communem opinionem, & approbatam à Rota. & dictum fuit *in vna Hispaleñ. Parochialis de Arcoz. 6. Iunij 1611. coram Card. Caualer. est decis. 383. num. 1. incip. Fundamentum principale. in impress.*

§. 4. in ROTA fuit sæpissimè dictum, quod *Præsentatus* à veris patronis præferatur præsentato ab existentibus in quasi possessione præsentandi, si tamen adhuc non sit institutus. R*ot. coram Cardin. Marcomont. decis. 180. nu. 3. part. 1. posthum.* vbi attestatur quod sæpissimè fuit amplexa ista sententia in Rota, & ad hoc plures adducuntur decisiones.

Vide, quæ diximus *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Iuspatronat. el 2. nu. 939. & seq.*

Præsumptio.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones non admittuntur, quando quis tenetur probtre.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Præsumptio* non admittatur, quando quis aliquid probare tenetur. R*ota coram fel. rec. Greg. XV. decis. 278. nu. 6. incip. Rota censuit Hospitali.* vbi dicitur, quod Rota hoc casu non solet huiusmodi præsumptiones admittere. & allegatur *decis. 1. de probation. coram Achill. de Graß. incip. Doctrina communis.* ita etiam fuit dictum *coràm eod. Gregor. decis. 279. num. 3. incip. Conclusum fuit per Dominos.* vbi pariter testatur de tali stylo Rotæ. ita etiam fuit resolutum *in decis. 102. p. 1. inter impreß. diuers. incip. Cõclusum fuit remissoriã. & in causa* Rom. *Capellaniæ S. Pauli corã Cottæ. Ven. 30. Maij 1572. in eius manuscript. est decis. 356. incip. An in casu. Idem voluit Rot. corã Card. Seraph. decis. 1171. nu. 2. incip. Licet partes. & coram* Card. *Sacrat. in vna Comeñ.* Decimarum 8. *Iulij 1612.* in qua dicitur Rotam sequi hanc opinionem. ita etiam affirmat Card. *Mantic. decis. 264. nu. 8. incip. Placuit Dominis.* nonnullas alias decisiones refert *Beltramin. in annot. ad supradict. decis. 278. coram Gregor. in litera B. num. 12.* & in fine dicit, quod crederet istam opinionem Rotæ esse intelligendam de præsumptione non iuris, sed hominis.

Prætium.

SVMMARIVM.

1 *Prætij modicitas, cum pacto de retrouendendo faciunt præsumptionem vsurarum etiam non solito fænorari.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod contractus ex modicitate prætij, & pacto de retrouendendo præsumitur vsurarius, etiamsi emens non sit solitus fænerari. *Cassador. in decis. 1. de vsur. in princ. incip. Contractus meo tempore. & Ant. August. in epit. in tit. de empt. & vendit. n. 3. & Rota in vna Turritana Palatij Lunæ 23. Maij 1594. coram Gypss. in princip. est decis. 213. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Fuit dubitatum, an contractus. in qua Rota refert, & sequitur supradictas decis.* vbi subdit, quod in isto casu, quando testes non probant modicitatem prętij, quod contractus præsumatur licitus, & honestus. *Bald. in l. rogasti. in fin. ff. si certum petatur. & ibi Ias. nu. 5. Aymon. cons. 48. num. 2.*

Plura habes *in nostris Obseru. ex Rota* Romana *in verb. Pactum. Obseruat. circa Pactum de retrouendend. per tot.*

Princeps.

SVMMARIVM.

1 *Princeps propter multiplicationem negotiorum præsumitur obliuisci id, de quo alijs vicibus rescriptum est.*

§. 1. ROTÆ obseruantia est, quod *Princeps* propter multiplicitatem negotiorum præsumatur

matur obliuisci id, de quo alijs vicibus fuit rescriptũ. *Card. Seraph. decis. 268. num. 4. incip. Casus fuit diligenter.* in qua restatur, quod Rota ita pluries resoluit, & signanter *in vna Taruisina Pensionis Vener. 2. Iunij 1567. coràm* Decano *Oradino. est decis. 128. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Præsupposito breui. & in alia Romana officij Camerariatus sub die Lunæ 27. Iunij 1569. coram Cottu. est decis. 267. in eius lib. in manuscript. incip. An dictæ confirmationi. in princip.* in qua dicitur, quod in Papa probabilis sit ignorantia regularum Cancellariæ.

Plura si desideras vide *sup. verb. Obliuio. §. 1. Rota pluries resoluit.*

Probatio.

SVMMARIVM.

1 *Probandi onus ab actore in reum ex simplici præsumptione non transfertur.*
2 *Probationis confirmatio, quæ non est noua probatio, admittitur etiam in validitate censurarum.*
3 *Probationum materia an pẽdeat ab arbitrio Iudicis.*
4 *Probatio generica, & equiuoca non concludit identitatem.*
5 *Probationis generi per ocularem inspectionem in scripturis multum defertur.*
6 *Probatio probationem non excludit.*
7 *Probandi onus, qui habet præsumptionem iuris pro se, an transferat in aduersarium.*

§. 1. ROTA non solet transferre onus *Probandi* ab actore in reum ex simplici præsumptione, sed solum in casibus, in quibus actores, qui astringũtur ad probationes faciendas cẽsentur ex iuris dispositione sine alia aliqua probatione habere intentionẽ fundatam, & multa exempla habentur *in decisione Cæsaraugustana, & Dertusen. Cabimentorum 4. Martij 1502. coram Card. Seraph.* & aliquid habetur *in Perusina bonorum 12. Decembr. 1597. coràm eodem.*

§. 2. ROTA regulariter admittit confirmationem *Probationis*, quæ non est noua probatio, non solum in alijs materijs, sed etiam vbi agitur de validitate censurarum. *Rota in Calagurritana de Zalduẽdo Ven. 9. Decembr. 1588. coràm Card. Seraph.*

§. 3. ROTA tenet, quod materia *Probationum* tota pendeat ab arbitrio Iudicis. *iuxt. Bald. in l. non hoc propè fin. C. vndè cogn. Paul. de Castr. in l. admonendi. num. 38. & 39. ff. de iur. iur. Dec. cons. 94. nu. 1. lib. 1. incip. In casu ad me. Idem cons. 510. nu. 1. lib. 2. incip. In casu de quo, Rot. corã Cordub. in vna Toletana Primitiarũ 15. Maij 1595. est decis. 30. in eius lib. in manuscript. incip. Dubitaui an processus. in fin.* vbi testatur sæpè alibi hoc fuisse decisum. *& signanter in vna Romana à Bordesia 10. Decemb. 1576. nu. 22. coràm fel. rec. Clemente* VIII. *est decis. 238. inter impress. diuers. part. 1. incip. Defuncto ab intestato.*

§. 4. ROTA sæpè censuit, quod *Probatio* generica, & equiuoca non concludat identitatem. *Rot. in vna Perusina Spolij Domus Lunæ 15. Iunij 1609. coràm Decano Pegn. est decis. 112. in eius lib. 6. in manuscript. incip. Licet per decisiones.* vbi testatur Rotam, ita sæpe censuisse, & præsertim *in causa Ciuitatis Castelli bonorum 16. Iunij 1595. coràm Card. Seraph. est decis. 1137. in eius lib. in impressi. incip. Fuit resolutum non probari. & in causa* Romana *Castri Orciani 1. Aprilis 1591. coram bon. mem. Orano. est decis. 86. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Circumscripto effectu.* Idem dictum fuit *coràm Vbald. in vna Mediolanen. Bonorum Ven. 25. Ianuar. 1611. est in Recent. dec. 295. num. 8. & 12. part. 2. incip. Aliàs de anno 1303.*

Vide plura circa Identitatis probationem *in nostr. Obseruat. ex Rota Romana. in verb. Identitas per plures §§.*

§. 5. ROTA sæpè in multis causis seruauit, quod illud genus *Probationis* per ocularem inspectionem ad dandam fidem scripturis, magni momenti sit. *Rot. in vna Casertana Beneficij Merc. 13. Maij 1598. coràm Decan. Pegn. est decis. 104. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Vtraque parte.* vbi testatur, quod hoc Rota plurimum comendare solet, & in multis causis sæpè ita seruauit. *vt in Romana Castri Orciani die 4. Febr. 1575. coràm bon. mem.* Cottu. *& in Firmana Iurispatronatus die 29. Ianuarij 1590. coràm eod.* Pegn. *est decis. 77. in eius lib. 1. in manuscr. incip. Rota censuit.*

§. 6. ROTÆ stylus est, quod *Probatio* probationem non excludat. *Sanctiss. Ludouis. decis. 163. nu. 9. incip. Domini recedentes à resolutione.* vbi *Addent. in litera* C. testantur, quod hoc satis est tritum in Rota. & allegant *Put. decis. 34. quæ est in nou. 32. nu. 4. incip. Proposui ego. lib. 1. & decis. 63. nu. 1. lib. 3. coràm eod. incip. In vna Asturicensi. &* Card. *Seraph. in vna Valentina Iurispatron. de Consentayna Lunæ 30. Aprilis 1582. n. 5. est decis. 575. incip. Dum agerẽ. in impress. & decis. 520. num. 4. inter impressi. diuers. par. 1. incip. Resoluerunt Domini, quod Mauritius. corã Robuster.*

§. 7. ROTA non admittit simpliciter illam conclusionem, quod qui habet præsumptionem iuris pro se, transferat onus *Probandi* in aduersarium, nisi præsumptio legis de iure habeatur pro cõcludenti probatione. *Card. Seraph. decis. 1422. num. 10. & seqq. incip. Fuit dubitatum circumscripta.* in qua dicitur, quod Rota nõ admittit simpliciter supradict. concl. Idem etiam testatum reliquit *Rot. in causa Romana Census, siue executionis. Vener. 5. Iunij 1515. coràm Reuerendiss. Coccino. quæ est decis. 713. in Recent. p. 2. nu. 2. vers. Quamuis Rota non admittat. incip. Excellentissimus* D. *Princeps.*

Processus.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus per Iudicem recusatum parte non appellante, est validus de stylo Rotæ.*
2 *Processus copia extracta à Notario actuario est in forma probanti, & censetur originale.*
3 *Processus in causa non est retardandus per purgationem attentatorum faciendam in partibus.*
4 *Processus factus cum excommunicato valet, si non opponatur.*
5 *Processum esse nullum, vel defectiuum si quis dicat, debet illud integrè exhibere.*

§. 1. ROTA passim habet pro valido † *Processum*
1 factum per Iudicem recusatum parte non appellante. *Achill. decis. 203. aliàs 1. de except. incip. Processus.* Vbi quod Rota seruat opin. *Innoc.* quæ
2 est, quod de iure † Canonico valet. *in cap. cum specialis. de appellat.* vbi eum sequuntur *Doct. & Franc.* communem appellat. Et præter quatuor decisiones ibi congestas idem etiam voluit *Rot. in Papien. bonorum Merc. 27. Nouemb. 1577. corã Lancellott. Senior. incip. Fuit resolutum sententiam. Et inter eius select.*

est

est decis. vnic. de suspit. iud. & habetur decis. 554. p. 1. diuers. Vbi dicitur quod quando talis † appellatio
3 fit ante diffinitiuam, debet interponi inscriptis data cedula particulari dictæ appellationis in actis, per eam quæ docet Franc. in cap. 1. num. 10. vers. aduerte secundò. de appell. in 6. Put. decis. 104. In vna Carthaginen. lib. 2. † Et quod debent peti Apostoli, vt appellatio dicatur legitima Clem. quamuis. de appellat.
4 Vide infrà in hac Part. in verb. Sententia. §. 17. In Rota obseruatur, & etiam inf. Part. 3. in §. Innocent. in cap. cum speciali. de appellat.

§. 2. ROTA sæpè iudicauit in pluribus causis, quod exemplum Processus extractum à Notario actuario non possit dubitari de ipsius fide, cum eo ipso censeatur esse in forma probanti, absque alia partis citatione, & Iudicis auctoritate, nam illud censetur originale. Rot. in vna Veneta fœderis Matrimonij. Luna 8. Iunij 1598. coràm Pegn. Decan. est decis. 123. in eius lib. 4. incip. Vtraque parte. in manuscript. vbi testatur, quod Rota ita sæpè iudicauit in pluribus causis, & præsertim in vna Dertusen. Iurisconferendi die 24. Maij 1596. coràm Card. Pamphil. Sen. & in alia Casalen. Præpositure die 4. Martij eiusdem anni. coràm Gypf. est decis. 66. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Conclusum fuit iura. & in vna Gerunden. Vini die 13. Maij 1598. coràm eod. Pegn. est decis. 105. in eius lib. 4. in manuscript. incip. In causa Gerunden. Vini. vers. Respectu autem iurium. vbi etiam affirmat, quod sic fuit decisum in pluribus causis.

§. 3. ROTA tenet, quod Processus in causa non est retardandus per purgationem attentatorum faciendam in partibus. Achill. de Grassis decis. 249. aliàs 23. de appellat. num. 2. incip. Attentata licet. vbi allegatur Aegid. decis. 551. & ait, quod Domini idem tenuerunt coràm ipso in vna Florentina Hospitalis de anno 1548.

§. 4. ROTÆ stylus est, quod quando Processus est factus cum aliquo excommunicato non corruat, si exceptio excommunicationis non fit opposita. cap. 1. de rescript. lib. 6. in cap. prudentiam. §. sexto de offic. delegat. & cap. pia de except. lib. 6. Gypf. in vna Burgen. Abbatia de Fonzea Ven. 21. Iunij 1591. quæ est decis. 56. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Dubitatum fuit, an Regula. vbi Rota refert, & sequitur decis. 27. de sentent. excommunic. aliàs 718. in antiq. incip. Dic quod si agatur. in qua habetur, quod Rota ita seruat.

§. 5. ROTÆ obseruantia est, quod si quis dicat Processum esse nullum, vel defectiuum, debeat illud integrè exhibere. Card. Seraphin. decis. 1250. nu. 4. incip. Fuit dubitatum an exceptio.

Procurator.

SVMMARIVM.

1 Procuratorem, vel factorem aliquid fecisse, si testes dicant, quando credatur.
2 Procurator non sufficit, quod quis sit verè, nisi de mandato constet in actis, vbi pars opponit.
3 Procuratorem partis nemo citare tenetur, quando mandatum non acceptauit.
4 Procurator censetur à domino approbari, qui videns causam suo nomine agi, & non contradicit.
5 Procuratorem non potest constituere persona quantumuis coniuncta ante litem contestatam, secus verò post.
6 Procurator, quoad processum non potest esse testis contra suum principalem, in causa quam agitat.
7 Procurator licet ex iusta causa possit recedere à mandato, tamen secus in renunciationibus beneficiorum, in quibus est data certa forma eum clausula, non aliàs aliter.
8 Procuratoris confessio potest etiam non docto de errore reuocari.
9 Procuratoribus præsentibus si sint facti aliqui actus iudiciales, & deinde sequantur verba continuatiua aliorum actuum, & ipsi præsumuntur facti in præsentia eorumdem.
10 Procurator generalis si comparet, non propter hoc sanatur citatio nulliter executa.
11 Procuratores plures, si sint constituti cum clausula, insolidum, &c. sufficit citare vnum ex ijs.

§. 1. ROTA licet teneat non credi testibus dicentibus talem factorem, vel Procuratorem aliquid fecisse nisi probetur mandatum, tamen quando res est verisimiliter nota publicè, creditur ipsis, putà quãdo causa agitatur in insigni aliqua Ciuitate, in qua residet Archiepiscopus, & quis gerat, & habitus fuerit à Iudice, & Notario etiam nominatus procurator Archiepiscopi, quia tunc talis esse præsumitur, vt de procuratore Archiepiscopi Hispalensi fuit dictum in Hispalen. Iurisnominandi 13. Februarij 1579. coràm Card. Seraph. & in Pacen. Parochialium 18. Iunij 1593. coràm eodem, vbi in extractione Iurium, quod aliquis sit Notarius in aliqua Ciuitate.

§. 2. ROTA pluries dixit, quod non sufficit, quod quis sit verè Procurator, nisi de mandato constet in actis, vbi pars opponit. Rot. decis. 44. num. 2. incip. Fuit resolutum mandatum. part. 4. diuers. vbi testatur, quod sic fuit resolutum in Rota. & allegatur Guidop. decis. 129. incip. Cardinalis de Saluiatis.

§. 3. ROTA amplectitur Aegid. decis. 681. de procurator. incip. In causis. vbi quod Procuratorem partis nemo citare tenetur, quando procurator mandatum noluit acceptare. Card. Seraph. decis. 400. nu. 4. incip. Fuit dubitatum, an inuestituræ. vbi testatur, quod Rota sequatur hanc decisionem.

§. 4. ROTA seruat, quod si dominus videt causam agi suo nomine, & non contradicit, quod creditur agi suo nomine, & sic approbare Procuratorem. iuxta doctr. Innoc. in cap. ex parte Decani. de rescript. vt per Accoramb. decis. 23. in manuscript. incip. Ardua fuit quæstio. par. 1. Et decis. 27. incip. Dubitatum fuit. part. 2. in fin. vbi dicitur, quod Rota sæpius sequuta est hanc doctr. Innocent.

Et vide, quæ notauimus ex his decis. inf. Par. 3. ad Innoc. in d. cap. ex parte Decani. de rescript.

§. 5. ROTÆ stylus est, quod persona quantumuis coniuncta non potest constituere Procuratorem ante litem contestatam, secus tamen post Rot. coràm Reuerendiss. P. D. Coccin. Decan. decis. 62. num. 1. incip. Fuerat resolutum coràm me. vbi dicitur, quod ita Rota tenet. & refertur decis. 34. de procurat. in antiq. incip. Nota quod coniuncta, in qua etiam habetur, quod ita Rota tenet.

§. 6. ROTA de stylo seruat dictum Card. in cap. Insuper. 6. num. 3. de testib. In qua dicit, quod Procurator, quoad processum non potest esse testis contra suum principalem, in causa, quam agitat. Rot. sic testatur coràm R. P. D. Coccino Decano. decis. 403. num. 5. incip. Regula est.

§. 7. RO-

§. 7. ROTA seruat, quod *Procurator*, licet aliàs ex iusta causa possit recedere à mandato, hoc tamen non procedit in renunciationibus beneficiorum, in quibus expressim dicitur, quod non intēdit resignare aliter nec alio modo, *Rota coràm* Rubeo *in Bracharien. Prioratus de Longouarez.* Merc. 24. *Ianuarij* 1560. *incip. An mandatum. Est decis.* 111. *in eius libr. in manuscript.*

§. 8. ROTÆ stylus est, quod confessio *Procuratoris* reuocari potest per dominum etiam non docto de errore. *Gyps. in vna Mediolanen. fructuum. Ven.* 16. *Maij* 1590. *post princip. est decis.* 132. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Conclusum fuit mandatum. in qua allegatur decis.* 260. *aliàs* 19. *de procurat. nu.* 1. *incip. Procurator articulos. in nou. & decis.* 60. *aliàs* 2. *de confess. incip.* Positiones *data. in nou. Et dictum fuit in vna Virdunen.* Abbatia Ven. 27. Nouemb. 1515. *nu.* 5. *corā Buratto. est decis.* 768. *in Recent. p.* 2. *incip. Dictū fuit spolium.* vbi allegatur *decis. in vna Tirasonen.* Capellaniæ 31. *Maij* 1605. *coràm* Pamphil. *& decis. in* Pampilonen. *Decimarum.* 10. *Maij* 1610. *coràm Card. Sacrato. Quod etiam habet locum in confessione geminata. Caputaquen. decis.* 198. *nu.* 1. *in fiu. part.* 1. *incip. Confessio* Procuratoris. *in qua allegatur Sarnen. decis.* 148. *super reg. de annali* 48.

§. 9. ROTA pluries resoluit, quod si aliqui actus iudiciales fuerunt facti præsentibus *Procuratoribus*, & deindè sequantur verba continuatiua aliorum actuū, præsumantur, & ipsi facti in præsentia eorumdem procuratorum. Vide sup. *in verb.* Actus. §. 1.

Vide *in nost. Obser. ex Rot.* Rom. *in verb.* Actus. *Obseru. circà Correspectiuitatē.* §. 1. Actus *quando fit eodem instanti. num.* 4. vbi quod ita fuit resolutum *in vna Cæsaraugustana de Tauste coràm* Cantuccio. *& in* Conchen. *Decimarum* 15. *Iunij* 1585. *corā Blanchetto. & in Romana Domus Ven.* 1. *Feb.* 1590. *coràm Card.* Seraphino.

§. 10. In ROTA pluries fuit decisum, quod si *Procurator* generalis compareat sanatur citatio nulliter executa. *Rot. in vna* Lauden. *deuolutionis.* Mercury 23. *Martij* 1594. *coràm Andrea Corduba. sub titul. de sentent. & re iudic. est decis.* 8. *in eius lib. in manuscr. incip. Die* 23. *Martij.* vbi refert Lancellott. *par.* 2. *c.* 4. *de attent. lit. pend. num.* 121. *&* 122. in qua testatur Rotā sic pluries decidisse. Et huius rei ratio est, quia ad hoc vt sanetur, requiritur, vt habeat speciale mādatum ad illam causam, vt dictum fuit *corā Cassad. decis.* 364. *incip. Qui per se, vel procuratorē. & decis.* 538. *incip. Licet citatio. & dictum etiam fuit coràm eod. Cordub. in eadem decis. vers. Nec obstat.*

§. 11. ROTA sæpius dixit, quod sufficit citare vnum ex *Procuratoribus* constitutis cum clausula, insolidū, ita vt non sit melior conditio occupantis. R*ot. corā* R.P.D. *Coccino Decan. decis.* 319. *nu.* 1. *incip.* Domini *perstiterunt.* vbi testatur, sic pluries fuisse resolutum. & allegatur *Crese. decis.* 16. *de procurat. incip. Procuratoris generalis.*

Productio.

SVMMARIVM.

1 *Productionem scripturarum, vel compulsationem actorū impedientiū in odiū creditur simplici copia.*

§. 1. ROTA solet in odium impedientium *Productionem scripturarum*, vel compulsationem actorum credere etiam simplici copiæ. *ad Bald. in l. publicati. quæst.* 8. *in fin. C. de edendo.* Peregrin. *decis.* 159. *lib.* 2. *& dictum etiam fuit coràm* Card. Seraphin. *decis.* 1044. *num.* 2. *incip. Domini recesserunt à resolutione. vbi citatur Ias. in auth. si quis in aliquo in* 7. *Fallen. C. de edēd.* Soccin. *cos.* 36. *col.* 2. *vers. nō obstat.*

Protestatio.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio in iudicialibus debet repeti in quolibet actu, aliter protestans sibi præiudicat.*

§. 1. ROTA seruat, quod *Protestatio* in iudicialibus debeat repeti in quolibet actu, nam si non repetatur, præsumitur ab ea fuisse recessum. *Rot. in vna* Anconitana *afflictus.* Lunæ 9. *Febr.* 1588. *corā* Card. Plat. *est decis.* 48. *in eius lib. in manuscrip. incip. Fuit resolutum sententiam.* vbi affirmat Rotā ita seruare, & præsertim *coràm* Mohed. 44. *aliàs* 2. *de iudic. incip. Fuit determinatum. & coràm eod.* Plat. *in vna Siracusana quarta.* 20. Iunij 1586. *est decis.* 6. *in eodem suo lib. in manuscript. incip. Proposui dubium, an sententia.* Idem dictum fuit *coràm* Card. Seraph. *decis.* 502. *incip. Fuit resolutum pro validitate. n.* 2. *& corā fel. rec. Greg. XV. decis.* 44. *incip. Quoniam sententia. num.* 8. *& coràm* Card. Caualer. *decis.* 135. *n.* 3. *incip. fuerant lata.*

Vide aliàs decisiones concordantes *sup. Part. I. ad d. decis. Seraph. fol.* 69. *col.* 2. *in fin.*

Et in *nostr. Obseruat. ex* Rot. Rom. *in verb.* Pro*testatio. circà Miscellan.* §. 13.

Prothocollum.

SVMMARIVM.

1 *in* Prothocollo *non requiritur subscriptio, & signū.*

§. 1. ROTA tenet opinionem, quod in *Prothocollo* non requiratur subscriptio, & signum. vt post Chisanen. *decis.* 73. *dicitur in Parmen. Status.* Mercur. 7. *Febr.* 1590. *coràm Card. Seraph.*

Prothonotarius.

SVMMARIVM.

1 *Prothonotariorum beneficia, etiam non participantium, sunt reseruata.*

§. 1. ROTÆ obseruantia est, quod beneficia Pro*thonotariorum* etiam non participantium sint reseruata. *per Extrauag. ad regiuen. de prabeud. renouatam per regulam* Cancellariæ. *Vbald. in vna Burgen.* Abbatia *de Salas Lunæ* 14. Maij 1612. *in princ. est decis.* 407. *in* Recent. *part.* 1. *incip. Dominus Christophorus.* vbi quod ita sæpè fuit tentum in Rota. *vt in decis. Put. decis.* 313. *& in nou.* 305. *incip.* Die 28. *Aprilis lib.* 1. *& in decis. eiusdem* 18. *incip. Dubitauit Dominus Fabius. lib.* 3. *& decis. Caputaq.* 404. *par.* 2. *incip. Prothonotarij tàm. & in decis.* 27. *part.* 3. *coràm eodem. incip.* R*egula declaratoria.* vbi quod omnes sunt familiares Papæ, & allegatur ad hoc *in d. decis.* V*bald. decis. corā Robusterio in* Placentina *Scholastriæ* 9. *&* 13. Aprilis 1584. *& corā Comitulo in vna* Asto*ricen. de los* Pegos. 19. Decemb. 1589. *& coràm* Card. Lancellot. *in causa* Carthaginen. *Beneficij* 26. *Februarij* 1603. *& coràm* Card. Seraph. *in vna Beneuentana* Beneficiorum Lunæ 15. *Decemb.* 1597. *est decis.* 1251. *in impress. incip.* Comes *Nicolaus.*

Prouisio.

SVMMARIVM.

1 *Prouisionibus Legatorum factis quando stetur.*
2 *Prouisio Apostolica non mutat statum beneficij.*
3 *Prouisio noua non dat nouum ius, sed supplet diligentias.*

§. 1. ROTA non consueuit stare *Prouisionibus* Legatorum, & aliorum priuilegiatorum factis sine testibus in concursu prouisi Apostolici propter præsumptionem antedationis. *Mohed. decis. 2. nu. 1. de offic. delegat.*

§. 2. ROTA tenet, quod Apostolica *Prouisio* nō mutet statum beneficij. *Dec. cons. 126. incip. In causa Dñi Francisci. Pegn. Decan. in vna Ferrarien.* Iurispatronatus *Lunæ 10. Decēb. 1608. est decis. 58. in eius lib. 6. in manuscr. incip.* Impetrauerat R. D. *quæ est impress. in* Recent. *part. 1. decis. 163. nu. 5. vbi Rota refert, & sequitur decis. coràm Achill. de Grass. 13. de iurepatr. incip. Status beneficij. in princ. & decis.* Verall. 189. *incip. Status vltimus. in princ. part. 3. & decis. coràm Gyps. in vna Bononien. Parochialis die 23. Maij 1587. & decis. in vna Imolen.* Iurispatronat. 26. Mar. 1593. *coràm Card.* Pamphil. & dicit, quod ita sæpius, & dictum, & conclusum fuit in Rota. Idem dictum fuit *coràm Card.* Mantic. *decis. 87. num. 2. incip. Proposui hanc causam.* vbi dicitur etiam, quod ita sæpius fuit decisum. & dictum pariter fuit *coràm* Coccin. *Decano decis. 174. num. 4. incip. Visum fuit constare. ibi, clarum est.*

§. 3. ROTA seruat, † quod noua *Prouisio* non dat
1 nouum ius, sed supplet diligentias, & quod ita in posterū deberet obseruari *in vna Valentina corā* Martino *die 24. Martij 1514.* vt refert Cardin. Simonett. *decis. 15. in manuscript. incip.* In *vna* Valentina. vbi dicit, quod idem postea vidit obseruari *in vna Maguntina coràm* D. *Vgone*. Et quod ita aliàs *coràm Paulo in vna Pacen. fuerat conclusum.*

2 Amplius dicitur, † quod fuit ita tentum post longam disputationem, quia dicebatur quod non suppleret diligentias, sed dabatur nouum ius, & quod ita intelligeretur *consil. Roman. 433. incip. Quoad primum. num. 7. vers. in contrarium.* & tamen quod fuit conclusum, quod suppleret diligentias.

3 Et etiam aliàs Rota voluit, † teste eodem *Simonett. decis. 44. incip. An suppleret diligentias. in vna Auenionen. Canonicatus, & præbend. corā* Camillo, quod hoc procederet etiam in sola supplicatione, licet literæ non essent expeditæ, & datum fuisset de regula, Quod literis non expeditis.

4 Imò quod noua prouisio, † etiam non faciens mētionem de ætate, in qua per Bullam expectatiuæ erat expectans dispensatus, suppleat diligentias tenuit Rota, *vt per Sarnens. lib. 2. decis. 31. incip. Fuerat etiam. in impress.*

5 Vlterius, † quod noua prouisio in tantum supplet diligentias etiam quod sit surreptitia, & nulla, & insuper operatur effectum publicationis, quia ex quo est obtenta coràm Princi pe habet vim publicationis per *l. omnium. & ibi Ias. C. de testam.* quia licet sit inualida, tamē actum publicationis ad quem fuit apta, illum produxit. vt per *Simonett. decis. 45. incip.* Item *postea.* vbi quod ita sæpius Rota iudicauit. & *Sarnens. d. lib. 2. decis. 32. incip. Et hodie.*

6 Noua etiam prouisio † impetrata in Curia pro eo, qui nulliter fuerat prouisus in partibus, tribuat titulum ad effatum Regulæ de trienali Rota, vt per *Sarnens. d. lib. 2. decis. 29. incip. Proposita fuit.*

Proximus.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas grauati, & non grauantis attenditur, maximè si testator locutus discretiuè de vtraque linea sit.*

§. 1. ROTA amplexa est opinionem illam tāquam magis communem, & veram, quod grauati *Proximitas* attendatur, & non grauantis. Soccin. *Iun. cons. 126. per tot. lib. 1. latissimè Surd. cons. 370. n. 10. Peregr. de fideicom. art. 20. n. 2. vers. contrarium, &c. & seqq. Rot. coràm Robusterio in vna Bononien. fideicōmissi de Berois* 5. Maij 1574. *incip. Difficultas proposita.* quam decisionem refert, & sequitur Rot. *corā* Card. Caual. *in Bononien. fideicommissi de Maluetijs. Lunæ 18. Iunij 1618. nu. 1. incip. Per obitum, quæ decis. est 465. inter eius impressas.* Et talis opinio sine difficultate procedit, quando testator discretiuè locutus est de liberis vnius lineæ, & de liberis alterius lineæ, vt tenuit *Rot. coràm Card. Seraph. decis. 1023. n. 3. incip. Fuit resolutū non fuisse. in Cæsenaten. Bonorū. 23. Ianuarij 1608. coràm Attrebaten. in Romana fideicōmissi 20. Decemb. 1610. corā Penia Decan. & in eadē 4. Maij 1611. coràm Vbald. Card. Caual. in supradict. decis. 2.* & aliàs sæpissimè fuit in Rota resolutum.

Et vide *Part. 3. ad Anchar. cons. 27. incip. Non seruato. num. 7.* §. *Proximioribus à testatore.* vbi habes declarationem ad hanc conclusionem.

Publicatio Resignationis Beneficiorū.

Vide infrà in Regulis Cancellariæ.

Puella.

SVMMARIVM.

1 *Puellæ de facili metus incutitur, etiam si sit metus reuerentialis, accedentibus minis, & in ea sufficiant ne leuiores probationes?*

§. 1. ROTA tenet, quod *Puellæ* de facili metus incutitur, & in ea sufficit metus reuerentialis accedentibus minis, vel probata læsione. *Rot. coràm Card. Seraph. decis. 1128. num. 2. incip. Fuit resolutum constare.* vbi dicit, quod pluries fuit in Rota resolutū. Et talis metus hoc casu facilius probatur, quando non agitur ad annullandam professionem, sed ad effectum tantùm successionis, vel annullādum aliquod instrumentum donationis factę Monasterio. *Rot. in supradict. decis. Seraph. nu. 3. in qua allegatur Socc. cons. 263. lib. 1. Et dictū fuit in vna Sauonen. Matrimonij anno 1571. coràm Gropperio. est decis. 361. in eius lib. in manuscript. incip. Præsupposito an constet. & in alia Romana* Matrimonij 9. *Decemb. 1579. coràm Card. Blanchetto.*

Ratio.

SVMMARIVM.

1 *Ratio reddi potest, sine libris.*

§. 1. ROTA sæpius tenuit, quod *Ratio* reddi possit sine libris. *Ludouis. decis. 199. num. 5. incip. Non*

Non probatur existentia. vbi Rota testatur, quod fic sæpius fuit tentum, & signanter *in vna Arimineń. Pecuniaria 11. Decemb. 1591. coràm Gypſ. est decis. 9. in eius lib. 1. in manuſcript. incip. In vna Arimineń: & in causa Romana redditionis Computorum 14. Maij 1593. coràm Litta. & in Meliteń. reuisionis Computorum 30. Octobr. 1593. coràm Illustriſs. Pamph. Sen.* Et quod Rota ita teneat, testatur etiam *Beltramin. in addit. ad d. decis. Ludouiſ. in loco cit. num.* 8. vbi dicit, quod ab ista opinione Rotæ non sit recedendum, licet *Farinac. c. conſ. 96. nu. 45. & ſeq.* latè defendat, quod quilibet administrator debeat conficere libri rationis, ex eo, quia non possit fine libro reddi ratio, & dicat, quod opinio Rotæ est contra communem, & prædicta opinio nouissimè sequuta est Rot. *in causa Romana legatorum 2. Decembr. 1619. coràm Remboldo.* vbi propterea fuit dictum, quod alteratio facta in libris rationum non possit argui de falsitate ex eo, quia poterat reddi ratio fine illis libris.

Vide infrà *Part. 3. circa Doctores. in §. Calcan. conſ. 93.*

Recognitio.

S V M M A R I V M.

1 *Recognitio formalis non requiritur in instrumentis antiquis* 80, 70. *& 60. annorum.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod in instrumentis antiquis nõ sit necessaria solemnis *Recognitio*, neq; ad hunc effectum necessaria est antiquitas centum annorum, sed sufficit, quod sit octuaginta annorum. *Rot. coràm Pirouano in vna Bononień. Fideicommiſſi 12. Iunij 1615. & quod sufficiant ſeptuaginta anni testatur Rot. coràm Caputaquen. decis. 5. nu. 1. p. 3. incip. Recognoſci non debet. vbi n. 2.* reddit rationem, quia recognitio debet fieri per testes, in quibus dicitur esse in antiquis vſque ad 60. annos secundum obseruationem Rotę, & quanto magis in 70. & sexaginta annis dictum fuit *coràm Card. Seraphin. in vna Comeń. Iurispatronatus 1. Decembris 1603. num. 2. incip. Fuit resolutum iura. quæ est decisio 1481. inter eius impreſſ. & dicit Veſtr. in ſua praxi. lib. 6. cap. 1. nu. 8. & 9.* attestans de tali stylo Palatij. Quem stylum refert, & sequitur *Rot. in Foroliuień. Iurispatronatus 4. Decembris 1619. nu. 4. coràm Card. Caualer. incip. Iura de quibus. quæ est decis.* 518. *inter eius impreſſ.*

Relatio.

S V M M A R I V M.

1 *Referens vbi aliter loquitur, quam relatum, attendendum eſt relatum, etiamſi referens habeat poteſtatem diſponendi.*

§. 1. ROTA in pluribus causis tenuit, quod *Referens*, vbi aliter loquitur, quam relatum, attendendum est relatum, etiam in materia, in qua referens habeat potestatem disponendi, quia censetur ita disposuisse per errorem. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. X V. decis. 439. nu. 3. incip. Sententias eſſe iniuſtas.* vbi reprobatur *Aleiat. & Bertazz.* ex eo, quia contrarium sentiunt, cum prædicta opinio sit verior, & receptior, & ad hoc plures allegantur Doctores, & postea affirmatur, quod in pluribus causis Rota sic tenuit, quæ sunt relata *in causa Romana Sponſionum, quæ eſt eadem deciſio ſub die 19. Nouembris 1607. coràm Ortembergo.* ita etiam sensit *Rot. coràm Card. Mantic. decis. 352. nu. 2. incip. Placuit.* vbi habes nonnullas alias decisiones.

Regressus.

S V M M A R I V M.

1 *Regreſſus in materia beneficiali, qui dicatur.*

§. 1. ROTA tenet, quod in causa beneficiali ille dicatur *Regreſſus*, qui dat ius de præterito licet Cancellaria nominet accessum. *Rot. coràm Decano Pegn. in vna Virduneń. Canonicatus die Sabbati 9. Decembris 1589. eſt decis. 61. in eius lib. 1. in manuſcript. incip. Domini ſteterunt in deciſis.* vbi testatur de tali differentia inter Rotam, & Cancellariam.

Regulæ Cancellariæ.

S V M M A R I V M.

1 *Decretum irritans poſitum in Regul. 7. Cancellariæ, an referatur ad Regula præcedentes.*
2 *Publicatio reſignationis beneficij in dubio præſumitur, & neganti incumbit onus probandi.*
3 *Publicatio eſt pars reſignationis.*
4 *Regula de Annali in præſentatione, & institutione non habet locum.*
5 *Poſſeſſor pacificus quis dicatur, ad effectum Regul. de Annal.*
6 *Annus ad expediendam cauſam iuxtà Regulam de Annali incipit currere à die executa citationis.*
7 *Menſis, de quo in Regula de ſubrogandis, quando incipiat currere.*
8 *Regula de valore non habet locum in regreſſu, quando in prima gratia fuit expreſſus verus valor.*

§. 1. in ROTA semper fuit dubia illa opinio, quod Decretum irritans positum in *Regula 7. Cancellariæ* referatur ad Regulas præcedentes, vt dicit *Rota in Eugubina Canonicatus. Vener. 20. Nouembris 1615. coràm Reuerendiſs. Manzanedo. incip. Vacante Canonicatu. Eſt deciſ. 767. par. 2. in Recent.* vbi *nu. 6.* dicitur hoc parere ex *Caſſad. deciſ. 1. in fin. de reſtit. ſpoliat.* quæ nihil firmat, sed tantum arguendo dicit videri, quod clausula illa referatur ad præcedentes, & statim subiungit, quatuor Dominos tenere contra, & passum esse dubium. Et de tempore *Put.* Rotam dubitasse super hoc articulo, vt patet ex eius *deciſ. 191. lib. 3.* in qua pariter nihil firmauit. Quicquid cõtra dixerit *Mandoſ. ſuper proæm. Regul. Cancellar. quæſt. 2.* quia mouetur *ex d. deciſ. Caſſad.*

Similiter quod nõ obstat *deciſ. coràm Ortembergo in Spoletana beneficiorum 3. Iulij 1606.* Quia incidenter, & non ex professo firmauit hunc articulum. Et quod in contrarium est decisio *in Liciеń beneficiorum 4. Iulij 1607. coràm Card. Caualerio.*

Et additur, quod licet decretum *Regulæ 7.* extenderetur ad præcedentes, non propterea Regul. 8. ad illas veniret extendenda, cum habeat verba restrictiua excludentia dictam extensionem. *vt ibid. oſtenditur. num. 5.*

Et vide, quæ diximus *ad Caſſador. d. deciſ. 1. de reſtit. ſpoliat. ſup. Part. 1. Et deciſ. 1. de cauſ. poſſ. & propr.*

§. 2. ROTA pluries resoluit, quod *Publicatio* resignationis beneficij in dubio pręsumatur, itaquod cõtrarium asserenti incumbat onus probandi. *Gypſ. in cauſa Thaneń Benef. S. Euſtachij. Ven. 20. Maij 1587.*

H 2 eſt

est decis.264. in eius lib.1. in manuscript. incip. Resolutum constare. ad med. vers. non obstat quod dicitur. vbi testatur, quod pluries ita fuit resolutum, & præsertim *in vna Placen. applicationis Fructuum coràm Bubalo. Ven.24. Februarij 1584. incip. Domini quoad primam partem,* Idem dictum fuit *in causa Siracusana Prioratus Vener.4. Februarij 1605. coràm fel. rec. Gregor. XV. quæ est decis.210. in impress. incip. Fuit vnanimi Dominorum. & in causa Pacen. Canonicatus Vener.10. Februarij 1612. nu.2. coràm Decan. Pegn. est decis.301. in eius lib.6. in manuscript. incip. Prouisus fuerat auctoritate Apostolica, & habetur decis.379. nu.2. part.1. in Recent. & in causa Salamantina pensionis. Lunæ 25. Iunij 1582. coram eod. Bubal. est decis.139. in eius lib. in manuscript. incip. Fuit per Dominos vnanimiter.*

Vide circa hoc *in nostris Obseruat. ex Rot. Romana in verb. Regula Cancellariæ la 1. in reg. de publicand. §. 8. 9. & 10. Item in d. regul. Cancellar. la 2. in d. reg. de publicand. §. 25. 34. 41.* & in pluribus alijs quos per discursum videre poteris.

§. 3. in ROTA sæpe fuit iudicatum, quod *Publicatio* sit pars resignationis. *Rot. in causa Hipporegien. Capellaniæ. Mercur. 31. Ianuar. 1607. coram Decan. Pegn. est decis.466. in eius lib.5. in manuscript. incip. Vtraque parte informante.* vbi testatur, sic Rotam sæpè iudicasse. & signanter *in causa Calaguritana Thesaurariæ 4. Februarij 1579. coràm fel. rec. Clem. VIII.*

§. 4. ROTA seruat, quod *Regula de Annali* non habeat locum in præsentatione, † & institutione. *Card. Seraph. decis.285. nu.6. incip. Quantum ad primam,* vbi testatur ita seruari, & dictum fuit *coràm Io. Paul. decis. 40. & coràm Mohedano decis. 267. alias 5. de iurepatr. post princip. incip. An Prouisio Papæ.* Idem dictum fuit *in decis.796. lib.3. nu.1. incip. Hispalen.*
2 *Capellania. p.3. diuers.* Nec pariter † regula de Mése habet locum in beneficijs iurispatronatus. *Rot. in supradict. decis. Seraph. in princ. & in vna Gerunden. Beneficij de Cerciano 3. Decemb. 1601. & 19. Aprilis 1602. coràm Litta, & 13. Octobris 1600. corã Penia Decano. est decis.52. in eius lib.5. in manuscript. incip. Quoniam in hac causa. & in Virdunen. Capellaniæ 5. Decembr. 1601. coram Card. Lancellott. & in Cæsaraugustana Parochialis 10. Iunij 1566. coram Gropperio.*

§. 5. ROTA seruat, quod ad effectum regulæ de annali debetur probari pacifica *Possessio* in anno immediatè præcedenti impetrationẽ. *Rot. corã R.P.D. Coccin. Decan. decis.332. nu.3. incip. Domini omisso.* vbi testatur, quod passim in Rota ita practicatur.

Vide plenissimè *circa d. Regulam in nostr. Obseru. ex Rot. Roman. in verb. Regulæ Cancellariæ la 1. & la 2. Obseruat. circa dictam Regulam. quæ in numero est 34.*

§. 6. in ROTA fuit sæpius decisum, quod *Annus* datus ad expediẽdam causam iuxta regulam de annali incipit currere à die motæ litis. *Rot. coram fel. rec. Gregor. XV. decis. 272. num.1. incip. Rota censuit Bartholamæo.* vbi affirmat, quod sic sæpius fuit decisum in Rota.

§. 7. ROTA tenet, quod *Mensis*, de quo in regula de subrogandis, incipit currere à die subrogationis per aliam obtentæ. ita fuit dictum *coràm R.P.D. Coccin. Decan. decis.350. nu.7. incip. Rota respondit.* Et ad hoc allegatur *Put. decis.141. incip. Eadem die. & decis.144. incip. In vna Palentina. lib.3. & decis. vnic. coràm eodem de subrogand. & decis. vnic. coràm Achill. de Grass. eod. tit. incip. Regula de subrogandis.* Ita etiam fuit dictum *coràm eod. Coccin. in causa Romana Capellaniæ Merc. 15. Ianuarij 1620. incip. Fabius Petrotius. est decis.444. in meo II. Tom. diuersarum decisionum Rotæ.*

§. 8. ROTA semper tenuit, quod *Regula de valore* non habeat locum in regressu, sed sufficit, quod verus valor fuerit expressus in prima gratia. *Simonet. decis. 53. in manuscript. incip. In vna Burgen.*

Remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis in prima instantia, cessante calumnia, in materia releuanti conceditur, etiam sine fumo.*
2 *Remissoria conceditur pro refutatione testium.*
3 *Remissoriam Rota concedit in causa matrimoniali, neque curat de fumo.*
4 *Remissoria datur in materia restitutionis in integrũ.*
5 *Remissoria conceditur pendente termino probatorio si rotulus est clausus.*
6 *Remissoria ex sola præsumptione calumniæ non denegatur.*
7 *Remissoriæ pendente termino prorogato factus processus sustinetur, etiam quod Iudex remissorialis talem prorogationem ignorauerit, stante stylo, cum numquam prorogationes soleant denegari, sed ter, & quater conceduntur.*
8 *Remissoria sine particulari dubio non solet denegari parte opponente.*
9 *Remissoria, vt concedatur sufficit releuantia vnius ex articulis ad hoc vt concedatur super omnibus.*
10 *Remissoria, vt detur sufficit articulos facere ad causam, etiam pro leui præsumptione, & etiam quod vnus ex articulis sit releuans.*
11 *Remissoria in materia attentatorum licet de stylo Rotæ non detur, hoc tamen non procecit indistinctè.*
12 *Remissoria in beneficialibus non datur in prima instantia.*
13 *Remissoria, quando petitur à possessore in beneficialibus, est necesse, quod consentiat sequestro.*
14 *Remissoria præsumitur calumniosa, si est petita in fine litis, & in calculo ferendæ sententiæ.*
15 *Remissoria non conceditur in vltimis audientijs.*
16 *Remissoriam calumniosè petens ad hoc, vt illam obtineat, quid sit necesse.*
17 *Remissoria ad impediendam immissionem non conceditur.*
18 *Remissoria denegatur ad probandum id, quod per scripturas probari potest, vt est nobilitas.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod *Remissoria* in causis prophanis in prima instantia, cessante calumnia in materia releuanti non denegetur. *Rot. coram Card. Caual. decis.250. nu.1. incip. Licet sub die. Caputaquen. decis.66. part.3. nu.1. incip. Remissoria denegatur. Mohed. decis.5. in princ. de probat. incip. Licet fuerit dictum.* Imò etiam de stylo conceditur sine fumo. *Idem Caual. decis.258. incip. Resolutum fuit dandam. Caputaquen. decis.68. part.3. incip. Remissoria regulariter.* Sed vt hoc procedat opus est, quod materia sit releuans, cum frustra expectetur probatio, quæ cum perueniat non releuet. *Cassador. decis.1.*

decis.2.de dilat. Caputaquen. decis.66. & 68. part.3. Cardin. Caualer. decis.268. num.1. incip. Quoniam in decisione.

§. 2. ROTA solet cõcedere *Remissorium* etiam quoad testium refutationem. *Rot. coràm Cordub. in causa Pampilonen. Praeminentiarum 1. Iulij 1595. incip. Licet multa. est decis. 50. in eius lib. in manuscript.* vbi de hoc testatur, & additur etiam quod hoc præsertim habet locũ, quando materia est prophana, in qua remissoria non solet denegari, etiam quod de aliquo fumo non constet. *Ant. August. decis. 121. lib. 3. & in Epit. in tit. de dilat. & de remiss. num. 3.*

Vide, quæ diximus hoc eodem *verb. Remissoria.* §. 1. *Rota stylus est, quod remissoria in causis prophanis.*

§. 3. ROTA solet dare *Remissoriam* in causa matrimoniali, neque curat de fumo, quando est magna distantia locorum, fumus enim requiritur ad excludendam calumniam, quæ non videtur subesse quãdo mulier nullum assequitur commodum si calumniaretur. *Rota coram Rubeo in Rothomagen. matrimonij Lunæ 11. Martij 1560. Est decis. 125. in eius lib. in manuscript. incip. An sit danda.*

§. 4. ROTA solet concedere *Remissoriam*, etiã quando versamur in materia restitutionis in integrum. *Rot. coram Caputaquen. decis. 67. p. 3. & fuit dictum in vna Caurien. Iurisdictionis 26. Febr. corã Robustério. Simonett. decis. 76. incip. An petenti. lib. 1. Card. Mill. in vna Bononien. simulationis Contractus Ven. 4. Febr. 1602. & coram Card. Caualer. in vna Firmana Fideiussionis Ven. 4. Nouemb. 1611. num. 2. incip. Resolutum fuit, remissoriam. & in alia Meleuitana Hæreditatis Merc. 4. Iulij 1618. num. 3. incip. Dubitabatur an constaret. quæ fuut decisiones 170. & 469. inter eius impress.* vbi fuit data remissoria pro materia articulata, sed non ita explicite in tali causa restitutionis in integrum.

§. 5. ROTA seruat, quod *Remissoria* concedatur de nouo ad reprobandum testes, si rotulus fuit clausus ante lapsum termini reprobatorij. *Put. decis. 19. & vlt. de dilat. & decis. 15. de testib. Ant. Aug. in Epit. de Remissor. §. 25. & vlt.*

Si verò fuit clausus post, non esse dandam prorogationem, quia imputandum ei, qui nihil fecit in primo termino. ita fuit dictum *coram Cotta in Placentina decursus aquarum. Luna 8. Nouembr. 1568. incip. An sit concedenda. Est Decis. 251. in eius lib. in manuscript.*

An processus Remissorialis debeat produci clausus, vel apertus. Vide, quæ diximus *Par. I. ad Oradin. Decis. 57. lib. 2. est in Messanen. Baroniarum. fol. 377. col. 2. in fin. in prima edit.*

§. 6. ROTA nõ solet de facili denegare *Remissoriam* ex sola præsumptione calumniæ. *Rot. decis. 348. n. 6. part. 1. in Recent.* & de hoc testatur *Beltram. in addit. ad sel. rec. Greg. XV. decis. 81. in litera A. num. 6.* vbi plures allegat decisiones. & in vltima decisione ab eo allegata pro Recent. lege inter nouiss.

§. 7 ROTÆ stylus est, vt numquam denegetur prorogatio termini *Remissoriæ*, sed ter, & quater semper solent concedi. Vndè processus factus in partibus pendente termino prorogato sustinetur, etiam quod Iudex remissorialis talem prorogationẽ ignoraret; quia potuit credere partes obtinuisse tales prorogationes. & ita dicitur fuisse decisum coràm *Deza.* vt ait *Guidobon. decis. 75. in manuscript. incip. Dixerunt* Domini.

Vbi etiam respondetur ad doctr. *Soccin. in l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat.* quod intelligatur de prorogationibus, qua non solent concedi, quas verisimiliter Iudex non debet credere adesse, secus quando potest esse certus, quod possint adesse, cum numquàm soleant denegari.

§. 8. ROTÆ stylus est, quod *Remissoria* sine particulari dubio non soleat denegari parte opponente. *Cardin. Caualer. decis. 289. ante num. 1. incip. Pluries Rota resoluit.* vbi dicitur, quod talis sit stylus Rotæ.

§. 9. in ROTA sæpius fuit dictum, vt sufficiat, quod vnus ex articulis sit pertinens, ad hoc vt concedatur remissoria super omnibus. *Rot. coràm felic. record. Gregor. XV. decis. 124. nu. 3. Domini censuerunt.* vbi de hoc testatur, & refert *d. cis. in vna Imolen. Permutationis. de anno 1589. corã Iusto.* Vide ibi *Beltram. in addit. ad litera B. qui aliàs decisiones refert.*

§. 10 ROTA non solet esse rigorosa in concedendis *Remissorijs*, cum sufficiat articulos directè, vel indirectè facere ad causam, & qualitercumque adminiculari, etiam leui præsumptione. *Rota coràm Card. Caualer. decis. 232. nu. 2. incip. Domini dixerunt dandam. & decis. 59. in princ. incip. Remissoria fuit.* Imò etiam conceditur, vbi vnus articulus est releuans, & potest examinari super omnibus. *d. decis. Caual. 59. num. 1. Cassador. decis. 5. num. vlt. de sequestr. possess. & fruct. incip. Dubitatum fuit coràm Mercurio. Bald. in cap. licet causam. num. 44. vers. Dicitur tamen. de probat.*

§. 11. ROTA de stylo non concedit *Remissoriam* in attentatis, & quoad ea probanda. *Rot. decis. 10. incip. Nota quod vbi. de appellat. in antiq. & decis. 7. incip. Nota quod seruat audientia. & decis. 35. incip. Item est sciendum. de probat. in antiq. & decis. 4. incip. Attentata. in fin. vt lit. pend. in nou. Cassador. decis. 4. incip. In attentatis. de dilat. Simonet. decis. 48. incip. Licet in attentatis.*

Tamen iste stylus, & obseruantia Rotę non ita indistinctè procedit, vt dicit *Cassad. d. decis. 4. in princ.* quod licet talis remissoria non daretur ad partes, tamen quod suo tempore sæpè fuit concessa ad excusandum attentata, sicut etiam datur ad excusandum præsensum spolium, & multò magis debet dari ad probandum attentata, quæ sunt magis odiosa, & punienda, vt ibi dicitur *nu. 2.* prout etiam distinguit *Simonett. d. decis. 48.* quod quando attentata essent per actorem iam probata, tunc si reus peteret remissoriam ad illa excusanda esset illi deneganda. Pro quo facit, quod nec spoliatori datur remissoria, quãdo spolium est probatum, vt dicit idem *Simonett. decis. 18. incip. In spolio.*

NOTANDVM dicit *Cassad. d. decis.* 4. pro hodierna obseruantia, & ad limitationem, seu declarationem dictarũ Decisionum Antiquarũ, quod quoad conuentum iudicio attentatorum debet dari, & negari remissoria ad exclusionem attentatorum, & excusationem super eisdem motiuis, quibus prætenso spoliatori datur, vel negatur remissoria, prout dicitur *in decis. 2. & 3. de dilat. eiusdem Cassad.*

Plura si desideras circa hanc materiam consule *Lancellot. de attent. Par. 3. c. 26. à nu. 108. §. circa tertiam inspectionem vsque ad fin. illius cap.*

§. 12. ROTÆ stylus est, quod in causis beneficiali-

bus remissoria non concedatur in prima instantia. *Put. decis. 305. quæ est in nou. 297. nu. 4. in fin. lib. 2. incip. Eadem die. ibi secundum nostrum stylum.*

Et quod in beneficialibus sine fumo semper denegatur remissoria, vide *sup. in hac Part. in verb. Episcopus. §. 4. in Rota fuit sæpius dictum, quod residendi. num. 2.*

§. 13. ROTÆ stylus est, quod quãdo in materia beneficiali petitur à possessore Remissoria, necessè est, vt ipse consentiat sequestro. *Rota in causa Ciuitaten. Scholastriæ 30. Octob. 1596. coram Camphil. Seu. & in alia Celsouen. Præceptoria 1. Iunij 1605. corã R. P. D. Coccin. Decan.* in quibus decisionibus dicitur, quod ita est de stylo Rotæ, sic etiam affirmat *Beltramin. in addit. ad fel. rec. Greg. XV. decis. 144. incip. Domini censuerunt. vers. Tertiò quando quæritur.* vbi etiam hanc materiam declarat cum alijs decisionibus.

§. 14. ROTA in pluribus causis dixit, quod *Remissoria* præsumitur calumniosa, si est petita in fine litis, & in calculo ferendæ sententiæ. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 356. in fin. incip. Fuit denegata.* vbi dicitur, quod ita in pluribus causis dixit Rota.

§. 15. ROTA non concedit *Remissoriam*, quando fuit dilata eius petitio vsquè ad vltimas Rotas, quia tunc petitur ad effectum differendi expeditionem causæ. quo casu non solet concedi. *Card. Seraph. decis. 1450. in princ. incip. Domini pro maiori.* quam decis. secuta est posteà Rota *in vna Virdunen. Abbatiæ. Lunæ 23. Iunij 1614. coràm Buratto. quæ est decis. 570. vel dic melius 571. cum sit mendosè positus dictus numerus in Recent. part. 2.* vbi quod ita fuit etiam dictum *in alia Virdunen. Canonicatus 4. Iulij 1597. coràm Cordub.* Idem etiam fuit dictum *corã eod. Seraph. decis. 1460. nu. 1. incip. Domini vnanimiter censuerunt. & coràm Decano. Pegna in vna Conchen. Nullitatis Ordinum Lunæ 10. Decembris 1607. est decis. 522. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Postquàm sub die.*

§. 16. ROTÆ stylus est, vt petens *Remissoriam* calumniosè, non concedatur nisi petens consentiat sequestro, & promittat stare vnicæ sententiæ, nam quãdo non est calũniosa semper concedi solet. *Caputaq. decis. 59. lib. 3.* & ita dixit Rota *in Brixien. Parochialis Lunæ 20. Nouembr. 1589. coràm Card. Plato.*

Rota consueuit dare remissoriam, & compulsoriales absquè retardatione processus in tertia instantia. vt dicitur *in Zamoren. Prioratus Lunæ 5. Maij 1567. coràm Gropperio.*

§. 17. ROTÆ obseruantia est, quod *Remissoria* non concedatur contrà agentem remedio adipiscendæ possessionis, ad impediendam illius immissionem, cum ad hunc effectum non admittantur exceptiones nisi sint probatæ, vel in continenti probandæ. *Seraph. decis. 1364. nu. 1. incip. Dñi fuerunt concordes.* vbi dicitur, quod sæpius Rota hoc tenuit. Idem dictum fuit *in vna Toletana Canonicatus Lunæ 11. Ianuarij 1610. coràm Card. Lancellott. est in Recent. decis. 212. num. 7. part. 1. incip. Domini steterunt.* vbi affirmat, quod alias sæpè fuit dictum. & signanter *coràm Io. Paul. decis. 85. & coram eodem Seraph. in causa Portuen. de Columna 9. Aprilis 1576. quæ est decis. in impreß. 296. incip. Domini pro maiori parte. & coràm eod. in causa Mediolanen. de Cusanis 19. Maij 1600. & coràm Card. Millino in vna Vermien. Canonicatus 8. Decembris 1604.*

§. 18. ROTÆ stylus est, quod non concedatur *Remissoria* ad probãdum per testes illud, quod per scripturas apparere potest. *Rot. coram Illustriß. Caual. decis. 87. num. 1. incip. Rota non censuit.* vbi habetur, quod Rota noluit concedere remissoriam ad probandam consuetudinem articulatam, quod volens ingredi religionem Sancti Ioannis Hierosolymitani teneatur probare nobilitatem continuatam, & cognitam per 200. annos, & quod super tali nobilitate Religio formare solet interrogatoria, cum hoc probari possit ex informationibus, seu probationibus factis ab alijs, qui in hanc religionem ingressi sunt. Et talis sit stylus Palatij dicitur etiam *in Tuden. Beneficij de Rotal. 9. Iunij 1595. corã Reuerendiß. Pacen. & in Toletana Canonicatus 13. Nouembr. 1609. corã Illustriß. Lancellot. Rot. decis. 46. de testib. in antiq. Aegid. decis. 9. num. 1.* qui testatur talem esse stylum Rotæ, Romanæq. Curiæ. Imò etiam stante inuerisimilitudine materiæ non solet cõcedere remissoriam. *Rot. in eadem decis. Caual. nu. 3. Imol. in cap. quia verisimile. vbi etiam alij de præscript. Rot. decis. 23. de testib. & dicitur in vna Toletana portionis 10. Maij 1595. coram Reuerendiß. Pacen.*

Rescriptum.

SVMMARIVM.

1 *à Rescripti forma, quando Rota non possit recedere.*

§. 1. ROTA nõ potest recedere à forma *Rescripti* postquàm Signatura, vel Princeps rescripsit causa recognita. *Perusina beneficij 18. Aprilis 1578. coràm Card. Seraphino.* vbi quod ita etiam decisum fuit 14. *eiusdem mensis, & anni in Lucana Canonicatus coràm Bubalo.*

Reseruatio.

SVMMARIVM.

1 *Reseruationibus personalibus concurrentibus, & pluribus familiaritatibus, tunc reseruatio Papæ tamquàm posterior, & illustrior præfertur.*

2 *Reseruatio debet esse indubitata, & notoria ad hoc, vt subrogato gratiosè detur immißio.*

§. 1. ROTA sæpè approbauit illam receptam conclusionem, quod concurrentibus pluribus familiaritatibus, aut reseruationibus personalibus, tunc *Reseruatio* Papę tanquàm posterior, illustrior, & nobilior, quæ sicut lumen maius offuscat minus, & facit cessare familiaritatem Cardinalis, sic vt vigore illius familiaritatis nullus producat effectus. *Rot. in vna Perusina, Fauentina, & Cremoneñ. reseruationis beneficiorum. die Lunæ 11. Iulij 1605. coràm Decano Pegn. est decis. 370. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Obtinuerat nuper.* vbi testatur de tali probatione Palatij, & refert, & sequitur *decis. coràm Caßador. 9. nu. 1. 5. & 6. incip. Stante familiaritate, & decis. 23. incip. Vtrum reseruatio. de præbend. & Saruens. sup. regul. de impetrat. benef. per obit. famil. Card. q. 15.* & idem fuit dictum *in vna Beneuẽtana reseruationis Beneficiorum. 15. Decemb. 1597. coràm Card. Seraph. est decis. 1251. in impreß. incip. Comes Nicolaus.*

§. 2. ROTA tenet, quod *Reseruatio* debeat esse notoria, & talis quę inter partes controuerti non possit, ad effectum vt vigore subrogationis gratiosæ in beneficio non litigioso possit dari mãdatum de immittendo. *Rot. in vna Oritana Parochialis 18. Iunij 1599.*

in princip. coràm Cordub. est decis.203. in eius lib. in manuscript. incip. Sæpè fuit firmatum. vbi allegatur decis. Burgeñ de Pancoruo 24. Octobris 1588. coràm Gypf. est decis.50. in eius lib.1. in manuscript. incip. Licet regulariter, & Gienneñ. Præstimoniorum 15. Februarij 1593. coràm Card. Blanchetto, & 29. Maij 1598. in ead. causa. coràm Orano. Idem etiam dictum fuit *coràm* Pamphil. *in vna Neapolitana Rectoriæ 13. Februarij 1598. & coràm fel. rec. Greg.XV. decis.58. nu.1. incip. Fuit tentum.*

Residentia.

SVMMARIVM.

1 *Residentiæ onus non probatur ex onere celebrandi missam, cum per alium sine continua residentia possit explicari.*

§. 1. ROTA sæpius dixit, quod onus *Residentiæ* nõ probatur ex onere celebrandi missam, cum per alium sine continua residentia possit explicari. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.108. nu.5. incip. In vltima positione.* vbi de hoc affirmat, & adducit Lap. *allegat. 35. num. 2. Vtrum absquè dispensatione. & decis. in causa Romana* Capellaniæ *23. Ianuarij 1589. coram Decano. qui de eo tempore erat Card. Pamphil. Sen. & decis. in vna Brixieñ. Capellaniæ de Claris 2. Martij 1589. coràm Litta.*

Vide, circa hanc materiam, quæ dicit *Beltramin. ad d. decis. Gregor. in litera D. num. 15.*

Et quando beneficium non censeatur Sacerdotale, vel sic, vide latè *in nostr. Obseruat. ex Rot. Romana in verb. Iuspatronatus el 1. in Obseruat. circa Personas præsentãdas. Et in verb. Iuspatronatus el 2. à num. 555. vsque 562.*

Resignatio Beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Resignans non tenetur iustificare pensionem contrà resignatarium, qui consensit.*

2 *Resignatio beneficij nulla non potest ratificari à principali solo, sed requiritur admissio Papæ.*

§. 1. ROTA pluries dixit, quod *Resignans* non tenetur iustificare pensionem contrà resignatarium, qui consensit. *Rot. coram* R. P. D. *Coccino Decan. decis.358. num.8. incip. Dubitaui, an alienationes.* vbi testatur, sic sæpius fuisse resolutum in Rota. & allegatur *decis. in causa Salamantina pensionis. 26. Martij 1593. coram Gypf. est decis. 182. in eius lib.2. in manuscript. incip. Fuerat reseruata.*

§. 2. ROTÆ stylus est, quod *Resignatio* beneficij nulla non possit ratificari à principali solo, quia nõ sola voluntas partium, sed etiam ratificatio Papæ in beneficialibus requiritur. *Cardin. Lancellott. Senior. in decis.4. nu.1. de resignat. benef. incip. Resignatio est inualida. est decis.158. in eius decis. select. in manuscript.* vbi Rota *testatur in hoc casu ita pluries fuisse iudicatum.* & præsertim *in causa Corduben. dimidiæ portionis de anno 1560. coram Decan. Oradin. est decis. 195. lib. 1. in manuscript. incip. Ego dubitaui. in fin. & in causa Paduana Canonicatus.*

Restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *in Restitutione in integrum Rota non solet pronuntiare quod quis sit restituendus, vel non, sed solum cognoscit an sententia lata sit iusta, vel iniusta.*

2 *Restitutio in integrum petita quando impediat executionem trium conformium.*

3 *Prouisus à Vicario restituitur, non docto de potestate conferendi.*

4 *Restitutionis in integrum petitio non retardat executionem.*

5 *Restitutio, vel manutentio ad hoc vt impediantur, quid requiratur.*

6 *Restitutio plenaria Banniti reintegrat ad bona immediatè ex sententia banni cum publicatione bonorum in tertium translata.*

§. 1. ROTÆ stylus est in *Restitutione in integrum,* quod ad tollẽdas vanas appellationes non soleat præfigere terminum, ne videatur restituere, sed cognoscit de bono Iure non aliàs pronunciando super restitutione, vel non restitutione, nam si præcedens sententia est iusta illam exequitur, sin minus eam reuocat. *Cæsar de Grassis decis.23. alias 3. de restitutione in integrum. num.13. incip. Fuit resolutum quod procedatur.* Quam decisionem Rota refert, & sequitur *in vna Lugduneñ. computorum Ven.10. Martij 1595. coram Card. Mantica. nu.5. est decisio 315. in eius lib. impreß. incip. Conclusum fuit DD. Oricellarios. vbi nu.4.* dicit, quod nec hoc casu requiritur specialis derogatio regulæ de non tollendo iure quæsito, quia ad hoc, vt quis possit super bono iure audiri ex causa restitutionis in integrum, non requiritur specialis derogatio illius regulæ, vt dictum fuit *in vna Calaguritana de Nogera. die 21. Februarij 1590. coram Orano. & in Brixieñ. Parochialis 8. Iunij 1592. coram Card.* Millino.

§. 2. ROTA non semper eodem modo seruauit in *Restitutione in integrum* petita, vt impediat, vel ne, executionem trium conformium, vt inquit *Cassador. decis.1. de restit. in integr. incip. Restitutio minori.* vbi
1 *nu.3.* † dicit quod Rota suo tempore aliquando tenuit opinionem *Bald. in l. vnic. C. ne lic. tert. prouoc.* qui tenet quod non impediatur nisi facta plenaria executione. *vt in Clementin. vt calumnijs. in verb.*
2 *plenariè. de re iudic.* † Et opinionem Alexand. *in l.4. §. condemnatum. nu.27. vers. secundò fallit. de re iud.* qui dicit, quod opinio *Bald.* potest sustineri, quia si *d. Clem.* tollit beneficium nullitatis, quod est de iure communi fortius beneficium restitutionis extraordinarium. Et hoc ne sententiæ tanto labore, & dispendio habitæ ludibrio sint, quia sic occurritur malitijs multorum.

3 Aliquando etiam tenuit † opinionem *Salyc. in d. l. vnic.* quando iuxtà casuum varietatem præsumptio malitiæ cessabat, & allegatur ibi *decis. corã Simonet. in vna Romana.* Sed destructo fundamento *Alex. per*
4 *gloss. in l. vnic. si de moment. possess.* volentem, † quod restitutio, & appellatio non pari passu ambulat. quo stante dicit *Cassad. quod fundamentum Salyc. sonuit in aures eius, & cum eo intrepidè teneret, quando ex nouis, aut ex antiquis aliquid appareret, quod præsumptionem calumniæ cessare faceret, ad not. ibi per Mil. in suo Repertorio.*

ATTAMEN *Simonett. decis.77. incip. In vna Il-*
5 *lerden.* † testatur quod Rota reiectis aliorum opinionibus amplexa est opinionem *Alex. in d. l.4. §. condemnatum, num.27. vers. secundò fallit. de re iudic.* iuxtà

iuxtà quam sæpius vidit iudicari, & obseruari in Rota, nimirùm quod talis restitutio petita non impediret executionem trium conformium.

6 Et casus ibi propositus *coràm Triultio*, † *erat in vna Illerden. amputationis Capitis*. vbi latæ erāt tres sententiæ pro paupercula, & condemnata Communitas in quingentis ducatis; & cum Communitas peteret restitutionem in integrum. Fuit dictum quod talis restitutio non impediret executionem triū conformium iuxtà dictam sententiam *Alexand.* reiectis aliorum opinionibus. Et quod solum opponebatur

7 *Rot. decis. 6. de restit. in integr. in nou.* † Et fuit dictū, quod ex quo dicta paupercula non reperiebat fideiussores, in euentum in quem succumberet in restitutione de satisfaciendo, quod non teneretur deponere iudicatū, sed quod deberet stari illius iuratoriæ cautioni per *Auth. cui relictum. C. de indict. vid. toll.*

CONCORDAT huic Decisioni *alia corā Rubeo in vna Burgen. administrationis Seruitij. Mer. 28. Maij 1561. incip. Stantibus compromisso. Est decis. 204. in eius lib. in manuscript.* vbi Rota voluit, stantibus cōpromisso, & laudo de anno 1552. & tribus sententijs desuper in Rota latis cum impositione perpetui silentij, quod Communitas habens commissionem restitutoriam cum clausula, parito iudicato, & quæ paruerat quoad expēsas, debebat nihilominus propter regulas, & stylum tàm Rotæ, quàm Signaturæ parere iudicato, & consequenter reponere Moniales aduersarias in statum pristinum, in quo erant ante laudum, & quod in eo perdurarent donec videretur negocium principale.

ANNOTATIO.

8 Aduertendum, † quod ista *Casiad.* decisio non est propriè decisio, sed discursus ipsius circà propositum dubium, cum illud resoluat ex obseruantia Rotæ pro varietate casuum, & in fine loquitur in prima persona, præsenti ibi, *fundamentum Salyc. sonuit in aures meas*, & subdit in prima persona, *& cum eò intrepidè tenerem*, vt patet ex dictis *Part. I. ad Seraph. decis. 210. qua est in Romana Copromissi*.

§. 3. ROTÆ obseruātia est, quod prouisus à Vicario, si spoliatur sole t Restitui non docto de potestate conferendi. *Mohed. decis. 3. de offic. Vicar. aliàs 33. incip. Vicarius Calaguritan.* vbi de hoc affirmat. Idem dictum fuit *coram eod. decis. 2. de caus. possess. & propriet. incip. Ferdinādus de Mendoza. alias 138. & coram Card. Platt. in vna Oueteñ. Sacristia Mercurij 13. Iunij 1590. incip Fuit resolutum sententiam, est decis. 196. in eius lib. in manuscript.* vbi quod collatio Vicarij dat titulum coloratum, ad effectum vt spoliatus sit restituendus, & quod Rota à Vicario prouisus restituit, si spolietur.

§. 4. ROTA secuta est semper illam opinionem, quod quando est petita *Restitutio in integrum*, dicta petitio non retardat executionem. *Rot. coràm Pamphilio in vna Ferrarieñ. Bonorum 26. Ianuarij 1613.* quam decisionem refert, & sequitur *Rot. coràm Card. Caualer. in Romana expensarum Mercurij 20. Februarij 1619. num. 5. incip. Resolutum fuit constare, quæ est decis. 495. inter eius impress.*

§. 5. ROTA semper obseruauit, vt ad effectum impediendi *Restitutionem*, vel manutentionem non dicatur constare de nō iure actoris, nisi per confessionem, vel per rem iudicatam. *Rot. de restit. spoliat. decis. 3. in nou.* & quod ita fuit obseruatum, *& in specie in Romana beneficiatus S. Petri. Luna 2. Maij 1569. coràm Seraphino. & in Romana adium S. Thomæ. Luna 20. Nouembris 1589. coràm eod. & in Romana Census. Mercur. 17. Maij 1589. coràm eod.*

Vide *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. verb. Census. Obsernat. circa Impositionem. §. 1. Censum impositum super Castro. nu. 3.*

§. 6. ROTA sæpè sequuta est illam sententiam, quod *Restitutio* plenaria Banniti reintegrat ad bona immediatè ex sententia banni eum publicatione bonorum in tertium translata, & peruenta. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 114. num. 6. incip. Bannito Capitaneo. vbi Beltramin. in litera A.* testatur, quod hanc sententiam sæpè Rota sequuta *est*, & ad hoc plures allegat decisiones.

Rotæ Romanæ Decisiones.

SVMMARIVM.

1 *Rota decisiones non sunt quando Auditores loquuntur secundum eorum propriam sententiam.*
2 *Rota decisionibus incorrectis non creditur.*
3 *Auditores Rota quando annotant aliquid memoria causa, tales annotationes non possunt allegari tamquàm decisiones.*
4 *Rota quando ex professo aliquam materiam non tractat, melius posteà considerando potest recedere.*
5 *Rota resolutiones quando non sint alicuius considerationis.*
6 *Rota decisiones in eadem causa facta, vt in ea allegari possint quid requiratur.*
7 *Rota plures decisiones contrà aliquem facta, de non iure illius faciunt constare.*
8 *Rota decisio super causa facta operatur, vt partes non possint allegare ignorantiam, ad differendam causam.*
9 *Rota decisionibus non statur circa Concilium, quando adsunt in contrarium declarationes Sacr. Congregat.*
10 *Rota Decisiones super dubijs datis fiunt, licet postea partes audiantur.*
11 *in Rota an omnes Auditores habeant instructionem aliarum causarum coràm alijs pendentium.*
12 *Rota habet iurisdictionem Ecclesiasticam, & Laicalem.*

§. 1. ROTÆ *Decisiones* non sunt quando Auditores, qui eas extendunt, loquuntur secundum eorum propriam sententiam.

Et de hoc vide aliqua *in nostris Annotationibus ad Seraphinum, in decis. 210. Romana compromissi Sabbat. 23. Ianuarij 1574. per tot.*

§. 2. ROTÆ *Decisionibus* incorrectis, & solum ob nimiam impressorū auiditatem editis nulla, vel modica fides est adhibenda. *Rota in Cæsaraugustana pensionis. Luna 18. Iunij 1590. coràm Gypsio.* vbi hoc dicitur occasione decisionis. *Mohed. 259. aliàs 11. de locat. & conduct.* Idem posset dici *de decis. 4. de probat. aliàs 160. vbi in fin. citatur decis. vnic. de concess. præbend.* vt nos ibi ad *Mohed.* notauimus.

§. 3. ROTA non agnoscit pro *Decisionibus* annotationes factas ab Auditoribus Ponentibus, cum eas faciant solum causa memoriæ, vt dixit *Rota in Romana domus de Scapucijs ad S. Augustinum. Merc. 19. Ianuarij 1611. in fin. coràm Decano Coccino. habetur*

inter

inter impress. à Marches. tom. 1. fol. 1020. incip. Domini post maturam. in fin. §. non obstat.

Et notauimus sup. *Part. I. ad Seraph. decis.* 210. *est in Romana compromissi. §. Huiusmodi autem nota.* vbi etiam aliqua diximus ad discernendum Rotæ decisiones, & vota, siue suffragia Dominorum Auditorum.

§. 4. ROTA quando perfunctoriè, & non ex professo aliquam materiam tractat melius, postea considerando potest recedere, ideò talis decisio non obstat. *Lucana pensionis* 14. *Maij* 1576. *coràm Card. Seraph.*

§. 5. ROTÆ *Resolutiones* obtenta altera parte non audita, & non discussis exceptionibus contrà testes, non sunt alicuius considerationis. *Rota in Pampilonen. Sepulturæ Mercurij* 29. *Aprilis* 1587. *coràm Orano. in fin.*

§. 6. ROTÆ *Decisiones* factæ in eadem causa, vt possint in ea allegari debent esse confirmatæ per sententiam. *Rota in Fanentina bonorum. Ven.* 3. *Iunij* 1588. *coràm Card. Plato.*

§. 7. ROTÆ plures *Decisiones* contrà aliquem factæ, de non iure illius faciunt constare. *Rota in Mediolanen. Præpositura. Luna* 18. *Decembris* 1585. *& Ven.* 16. *Februarij* 1590. *coràm Card. Plato.*

Et dicitur constare de alicuius iure ex sententia Rotali pro eo lata, maximè si fecit trãsitum in iudicatum. *Rota coràm Vbaldo in Anrien. Parochialis de Breues. Luna* 15. *Iunij* 1615. *incip. Fuit dictum. num.* 2. *Est decis.* 726. *part.* 2. *in Recent.*

ROTA *Decisiones* contrà aliquem probant malam fidem. *Rota in Spoletana Paludum.* 24. *Martij* 1572. *coràm Robusterio.*

§. 8. ROTÆ *Decisionem* super causa factam quando partes habuerunt, non possunt allegare ignorantiam ad differendam causæ expeditionem. *Rota in Oriolen. Decimarum. Lunæ* 12. *Decembr.* 1594. *coràm Gypsio.*

§. 9. ROTÆ *Decisionibus* nõ est standum circa Concilium Tridentinum, quando in contrarium adsunt declarationes Sacræ Congregat. Concilij. *Rota in Leodien. Canonicatus. Mercur.* 26. *Febr.* 1597. *coràm Gypsio.* vbi fuit reuocata *decisio in Maceraten. Parochialis* 17. *Iunij* 1575. *coram Card. Lancellott. Senior.* quia ei obstabat declaratio Sacræ Congregationis Concilij. De qua decisione.

Vide suprà *Part. I. ad Lancellott. in Maceraten. Parochialis.* 17. *Iunij* 1575. *fol.* 343. *col.* 1.

§. 10. ROTÆ vsitatus est stylus, quod fieri soleant *Decisiones* super dubijs datis, quamquã posteà partes audiantur. *Rot. in causa Carthaginen. quartæ portionis. Luna* 15. *Ianuarij* 1607. *coràm Decan. Pegn. est decis.* 461. *in eius lib.* 5. *in manuscript. incip. Die* 15. *Decembris* 1606. vbi affirmat, de tali vsitato stylo Rotæ.

§. 11. in ROTA omnes habenti instructionem causarum coràm alijs pendentium, & sententia fertur de consilio omnium Auditorum. ita testatur *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.* 176. *nu.* 7. *incip. Sententiam Rotalem.* & ibi allegatur *decis.* 4. *coràm Accoramb.*

§. 12. ROTA habet vtramque iurisdictionem, scilicet Ecclesiasticam, & Laicalem. ita dictum fuit *in causa Romana Domus ad S. Augustinum. Mercur.* 19. *Ianuarij* 1611. *coràm* R. P. D. *Coccin. Decan. quæ est decis.* 305. *nu.* 8. *inter impress. penès Farinac. post* 2. *tom. consil. incip. Domini post maturam.*

Sanguinis Puritas.

SVMMARIVM.

1 *Sanguinis puritas probatur per publicam vocem, & famam.*
2 *Sanguinis puritas habet præsumptionem iuris pro se.*
3 *Sanguinis puritas, benè probatur, quando quis fuit admissus ad aliquem gradum honoris, ad quem non nisi nobiles admittuntur.*

§. 1. in ROTA sæpissimè fuit dictum, quod *Puritas Sanguinis* probatur per publicam vocem, & famam. *Rot. coram fel. rec. Gregor. XV. decis.* 498. *num.* 4. *incip. Dubitaui an D. Ioannes.* vbi testatur, quod sic sæpissimè fuit dictum in Rota, & refert plures decisiones.

§. 2. ROTA sæpius firmauit, quod *Puritas Sanguinis* habet præsumptionem iuris pro se. *Rota coram fel. record. Gregor. XV. d. decis.* 498. *nu.* 1. vbi referuntur plures decisiones, & ibi *Addit. in litera* A. aliàs cumulat.

Vide etiam quæ diximus *I. Part. ad decis. Gregor. fol.* 18. *col.* 1. *in princip.*

§. 3. ROTA in pluribus causis dixit, quod *Sanguinis Puritas* sufficienter probatur, quando quis fuit admissus ad aliquem gradum honoris, ad quem nõ nisi sanguinis puri admittuntur. *Rota coram fel. record. Gregor. XV. decis.* 498. *num.* 10. *incip. Dubitaui an D. Ioannes.* vbi dicitur quod sic in pluribus causis Rota dixit. & ibi *Beltramin. in annot. in litera* C. plures cumulat decisiones, & in fine dicit, quod sic aliàs sæpè dixit Rota.

Vide, quæ diximus suprà *Part. I. ad Gropper. in Toletana portionis.* 28. *Aprilis, &* 20. *Maij* 1561. *fol.* 318. *col.* 1. *in fin.*

Sacrilegium.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium est, quod cõmittitur cum Regulari professo in sacris constituto.*

§. 1. ROTA intelligit, *Sacrilegium* non cum quacumque persona committi, vt dixit coràm *Cotta in vna Vlixbonen. matrimonij Luna* 24. *Maij* 1568. *incip. An ex testibus. Est decis.* 246. *in eius lib. in manuscript.* Nisi cum Regulari, & Monacho constituto in Sacris: quoniam tunc frangitur votum cõtinentiæ quæ expressè fuit professa cum voto: Quod non cadit in Clerico, qui illam non expressè, sed tacitè vouet. *Paul. Grillan. tract. de pæn. omnifar. coit. quæst.* 5. *num.* 2. vbi asserit istam esse veritatem. Quæ qualitas cum aggrauet hoc crimen, & faciat nominari sacrilegium, debet probari expressè *iux. doctr. Io. Andr. in cap.* 1. *de homicid. in* 6. *num.* 4. *vers. Christianorum.* quam sequitur *Gemin. in d. cap.* 1. §. *Sacri. nu.* 6. Et hanc qualitatẽ testes non probabant: Neq; gestatio habitus facit Monachũ præsumi esse in Sacris, cum agatur de delicto, cum nec habitus, sed professio Monachum faciat *Paris. consil.* 13. *n.* 8. *vol.* 1.

Salarium.

SVMMARIVM.

1 *Salarium, vt consequatur debet probari, quod quis sit assuetus locare operas suas, & conducens solitus eas conducere.*

2 *Sala-*

2 *Salarium non conuentum etiam debetur, stante consuetudine illud soluendi agentibus causarum.*
3 *in Salarij liquidatione, quid sit considerandum.*

§. 1. ROTA tenet, quod ad hoc, vt *Salarium* consequi possit, duo debeant copulatiuè probari nempè quod quis sit solitus locare operas suas, & conducens solitus eas conducere. *Federic. de Sen. cons.*218. *incip. Domine Federice, ni fallor. & cons. sequenti. Alex. de Imola cons.*109. *lib.*6. *incip. Super eo, de quo per tot. Rot. in vna Romana prætensæ Mercedis* 21. *Iunij* 1594. *in princ. coràm* Corduba. *est decis.*17. *in eius lib. in manuscript. incip. In causa prætensæ.* vbi allegatur *decis. coràm Orano in vna Romana* Mercedis 23. Ianuar. 1591. *est decis.*65. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. In hac causa. & corã Arigonio* 19. Februarij 1591. Idem habes *apud Cardin.* Seraphin. *decis.*1322. *n.*1. *incip. Dubium propositum.* vbi allegatur *decis.*44. *lib.*2. *incip. Die* 12. *Nouembris coràm* Put. *& decis.*1. *lib.*3. *incip. In vna Zamoren. coràm eod. cum alijs decis. vt ibi per Adden.*

Vide, quæ diximus *sup. Par.*1. *ad Coccinum* Decan. *in Ouetcn.* Mercedis 12. Decẽb. 1605. *fol.*430. *col.*1. *in med.* vbi etiam habes remissiuè de hac materia *in nostr. Obseruat. ex Rota Romana.*

§. 2. ROTA sequitur consuetudinem Romanæ Curiæ tamquàm notoriam, quod etiam si *Salarium* non sit conuentum, nihilominus debeatur agentibus, & sollicitatoribus causarum, quicquid alias de iure dicendum esset. *Soccin. cons.*196. *in fin. vers. & hoc iudicio meo. lib.*2. *Hippol. Rim. in add. ad cons. Iac. Rim.*344. *lib.*2. *Surd. de aliment. tit.*1. *quæst.*61. *cum alijs relatis per Stephan. Grat. discep. Forens. lib.*2. *c.*257. *n.*35. *& seqq. Et in puncto in vna Oscen. Salarij* 21. *Maij* 1610. *coràm Cardin. Lancellot. Iun. vbi allegatur decisio in vna Ouetcn. Mercedis* 12. *Decemb.*1605. *corã* Coccino *Decano, & aliàs plures corã Orano, Card. Blãchetto, & Card. Pamphil.* in quibus Rota iuxta talem consuetudinem iudicauit. *Et eadem decisio in dicta causa Oscen.* fuit postea confirmata *die* 28. *Nouemb.*1612. *coràm* Vbaldo. Quas decisiones refert, & sequitur *Rota coràm Card. Caual. in vna Burgen. Salarij Ven.* 27. *Maij* 16[illegible]6. *incip. Dominus* Ludouicus. *quæ est decis.*400. *inter eius impress.* Idem dictum fuit *coràm* Card. Marquemont. *in vna Valentina* Salarij 21. Februarij 1611. *num.*1. *est decis.*291. *in* Recent. *part.*1.

Plura si desideras *vide non solum ad supradict. decis. Ouetcn.* Mercedis *corã Coccin. in* 1. *Part. fol.* 430. *col.*1. *in med. Sed etiam in nostr. Practicarũ Conclus. Obseruat. in verb. Salarium. in prima, & secunda Obseruat.*

§. 3. ROTA passim solet considerare, ad effectum liquidandi *Salarium*, qualitatem laboris, & seruitij præstiti. ita dictum fuit *coràm R. P. D. Pirouano in causa Leodien.* Salarij *Ven.*19. *Decemb.*1610. *est decis.*362. *inter impress. penes Farinac. post* 2. *tom. cõsil. incip. Domini ampiectendo partem. nu.*2. *in fin.* & allegatur *decis. in causa Oscen.* Salarij 21. *Maij* 1610. *coràm Card. Lancellott.*

Saluianum Interdictum.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum Interdictum datur pro legatis, & fideicommissis.*
2 *Saluianum Interdictum admittit exceptionem Dominij incontinenti probati, vel probandi.*
3 *Saluianum datur contra quemlibet tertium possessorem.*
4 *vtile Saluianum interdictum vigore hypothecæ datur etiam contra tertios possessores.*
5 *Saluianum Interdictum saltem vtile competit vnicuique cui competit hypothecaria.*
6 *Saluianum interdictum competit etiam substitutis in testamento.*

§. 1. ROTA semper obseruauit, quod *Saluianum Interdictum* detur pro legatis, & fideicommissis, vt patet *in causa Forolinien bonorum* 14. *Ianuarij, &* 10. *Martij* 1562. *coram* Paleotto. & posteà *in Romana* Castri Gandulphi. *Lunæ* 20. *Iunij* 1588. *coram Card.* Seraphino. reprobata opinione *Sarment. de reddit. Ecclesiast. part.*3. *cap.*2. *num.*19. *&* 20. quem referendo sequitur *Menoch. de adipisc. remed.* 3. *num.*23.

§. 2. ROTA sæpius dixit, quod *Saluianum interdictũ* admittit exceptionem dominij incontinenti probati, vel probandi. R*ot. decis.*186. *nu.*11. *part.*4. *diuers. incip. Fuit resolutum,* D. Colonello. vbi dicitur, quod ita in pluribus causis fuit dictum, & allegatur *decis.* 321. *coram Cardin. Paleott. & Put. decis.*54. *incip. Signina. lib.*2. *& decis.*233. *incip. Dubitaui, sub dic. & decis.*243. *incip. Die octaua. lib.*3.

§. 3. ROTA passim seruat, quod remedium *Saluiani*, vti personale in rem scriptum reddatur cõtrà quemlibet tertium possessorem. *Signorol. cons.*4. *sub nu.*7. *Rol. cons.*14. *in princip. lib.*1. *latè Menoch. de adipisc. remed.*3. *q.*7. *nu.*55. *& seq.* Rota *in Romana damnorum, & interesse.* 11. *Febr.* 1591. *coràm Card. Seraphino. & in* Romana *Saluiani interdicti* 25. *Iun.*1599. *coràm* Decano Pegna. quibus relatis se subscribit *Rota in Fanen Saluiani interdicti. Ven.*14. *Ianuar.*1611. *coram Sanctiss. Ludouisio. est decis.* 324. *num.*2. *in* Recent. *part.*2.

§. 4. ROTA pluries tenuit, quod vtile *Saluianum Interdictum* competat etiam cõtrà tertios possessores, quando adest hypotheca omnium bonorum. R*ot. in vna Senogallien Prædij. Lunæ* 14. *Nouembris* 1593. *coram Bubalo. est decis.*191. *in eius lib. in manuscript. incip.* Conclusum *fuit per Dominos.* vbi testatur sic Rotam pluries tenuisse. *& Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.*491. *nu.*4. *Fuit conclusum non esse.* dicit, quod Saluianum interdictum vti remedium personale in rem scriptum datur contrà tertios possessores, & testatur plura allegando, Rotam ita seruare.

§. 5. ROTA tenet, quod *Saluianum* Interdictum, saltem vtile competat vnicuique, cui competit actio hypothecaria. *Aretin. in* §. *Item seruiana Institut. de action. Neguzan. de pign.*3. *memb.*8. *part. nu.*19. *Rot. in causa* Romana *Fructuũ* 4. *Martij* 1577. *corã* Rubeo *Decano. n.*4. *quæ est decis.*44. *inter impress. diuers. incip. In causa Romana Fructuũ. diuers. p.*1. *& in Romana siue* Amerinen. *Domus* 8. *Iunij* 1576. *nu.*27. *coràm* Cantuccio. *quæ est relata inter impress. diuers.*34. *p.*2. *incip.* Conclusum *fuit à sententia.* Quas decisiones refert, & sequitur R*ota in vna* Romana *Legatorum* 3. *Decemb.*1595. *in fin. coràm Corduba. quæ est decis.*211. *in eius manuscript. incip. Agebat Domina Iulia.*

§. 6. ROTA seruat, quod *Saluianum Interdictum* com-

competat substitutis in testamento. *l. vlt. C. de edict. Diui Adr. toll.* & ita seruare Rotam testatur *Gabriel. cons. 44. nu. 4. & seqq. lib. 2. incip. In hac specie proposita. vbi citat decisionem in vna Romana de Comitibus coràm fel. rec. Clemente* VIII. *& in altera Romana* Montisfalisci. *coram* Cantuccio. & fuit dictum *coram* Card. *Caualer. in vna Faneñ. Hæreditatis. Ven.* 12. *Iunij* 1615. *num.* 1. *incip. Quia Iosephus, quæ est decis.* 357. *inter eius impressas.*

Scientia.

SVMMARIVM.

1 *Scientia probatur per testes.*
2 *Scientia per testes etiam singulares probatur.*

§. 1. ROTA tenet opinionẽ, & seruat, quod *Scientia* possit probati per testes. *Rot. decis. 27. de rescript. in nou. Aegid. decis. 246. Cassad. decis. 1. nu. 2. de reseruat. Caputaquen. decis. 51. lib. 2. latè* Roman. *cons. 32. & ibi addit. Gabr. de clauf. concl. 1. nu. 66.*

§. 2. ROTA passim tenet, quod *Scientia* per testes singulares probatur. R*ot. coram bo. me. Card. Mautic. decis. 179. n. 7. incip. Fuit decisum nõ constare.* vbi testatur, quod sic passim tenet Rot. & ità fuisse resolutum *coram* Cardin. *Blanchett. in causa* Romana *fideicommissi de* Madalenis 19. *Nouembris* 1574.

Scriptura.

SVMMARIVM.

1 *Scripturarum originale afferri debet in* Rota, *cum Auditores sint Iudices veritatis.*
2 *Recognitio scripturæ per testes qualiter fiat, quod procedit etiam in testamentis.*
3 *in Schedulis priuatis qualiter etiam recognitio per testes fiat.*
4 *Scripturis minus legitimè extractis, quando credatur.*
5 *Scripturæ antiquæ Notarij ex obseruantia, an capiant robur?*
6 *in Scriptura reperta in prothocollo non requiritur subscriptio, & signum.*
7 *Scriptura, si est reperta in filtia bene custodita, creditur.*
8 *Copiæ simplici creditur in odium impedientium productionem scripturarum.*
9 *in Scripturarum compulsatione qualiter procedatur.*
10 *ad Scripturarum exhibitionem* Rota *procliuior est.*
11 *ad Scripturæ antiquitatem recognoscendam,* Rota *quid seruet.*

§. 1. ROTA seruat, quod feratur originale *Scripturarum*, cum eius Auditores sint Iudices veritatis, & ita in pluribus causis fuisse factum dicitur *in* Parmeñ *Status coram* Decano Rubeo. *Ven. 10. Aprilis 1562. incip. Stante quod. Est decis. 271. in eius lib. in manuscript.*

§. 2. ROTA seruat, quod in recognitione *Scripturæ* non requirantur testes, qui deponant vidisse illam scribi, sed habere notam manũ. vt per *Put. decis. 17. de fid. instrum. & in* Leodieñ *Domus, seu testamenti.* 10. *Martij* 1574. *coram Card.* Lancellotto Senior. *& in* Roman*a pecuniaria.* 15. *Iunij* 1580. *coràm eodem. & in Romana grani.* 14. *Decembris* 1571. *coràm Card. Seraphino.*

Qui tamen stylus non procedit in recognitione apocæ testamenti inter liberos. vt habetur *in Romana, seu Perusina hæreditatis. Vener.* 27. *Ianuar.* 1589. *coràm* Seraphino.

☞ Et vide *in nostr. Obseru. ex Rota Rom. in verb. Testamentum. Obseru. circa testam. inualidum. §. 6. incip. Testamentum fuerat per priuatam apocam n. 7.*

§. 3. ROTÆ stylus est, quod etiam in *Schedulis* priuatis fiat recognitio per testes habentes notam manum, quia pluries viderunt eum scribere, concurrentibus adminiculis.

☞ Vide suprà *Part. I. in decis.* R*omana hæreditatis de Mazzocchis. Mercurij* 9. *Martij* 1580. *coràm Cantuccio. fol. 426. col. 2. Adde Card. Caualer. decis. 553. incip. Dubitatum fuit an cedula testamenti. num.* 3. vbi de recognitione testamenti ad pias causas, prout *in d.* R*omana hæreditatis de Mazzochis.*

§. 4. ROTA sæpius stantibus adminiculis solet adhibere fidem *Scripturis* minus legitimè extractis. vt dicitur *in Segobieñ Canonicatus. Lunæ 6. Febr. 1589. coràm Card. Seraphino.* vbi fuit adhibita fides mandato procuræ ad resignandum beneficium, & ipse principalis comparendo voluerit habere se pro citato, & consensit extractioni ipsius mandati: *cum alijs ibi adductis.*

§. 5. ROTA tenet, quod *Scripturæ* antiqui Notarij ex obseruantia capiant robur. *Bald. cons. 400. nu. 5. lib. 4. incip. Super primo puncto. & idem cons. 402. nu. 9. lib. 5. incip. Quæritur an per solam.* Rot. *coràm Card. Seraph. decis. 1334. nu. 5. incip. Fuit resolutum constare. de Iurepatr.* vbi dicit quod in pluribus causis hoc fuit decisum, & præsertim *in vna* Romana *Iurispatronatus 1. Martij 1599. coràm Orano. incip. Domini dixerunt quod etiã. est decis. 96. in eius lib. 3. in manuscript.* & dictum fuit *in Bononieñ. Fideicommissi de* S. Petro *Ven. 9. Maij 1597. coràm* Penia Decano. *incip. Vtraquè parte informante. est decis. 32. in eius lib. 4. in manuscript.*

§. 6. ROTA seruat opinionem, quod in *Scriptura* reperta in prothocollo, non requiratur subscriptio, & signum Notarij, vt sit in forma probanti. *Chisan. decis. 73. Rota in Parmeñ Status Mercur. 7. Februarij 1590. coram Card. Seraphino.*

§. 7. in ROTA fuit sæpè decisum, quod si *Scriptura* reperiatur in filtia bene custodita credatur. *Cyn. in l. contractus. nu. 14. C. de fid. instrum. Parif. cons. 27. nu. 18. incip. Notula afferti. lib. 2.* Rota *in causa* Bononieñ. *Fideicommissi de* S. Petro. *Ven. 9. Maij 1597. coram Pegn. Decan. est decis. 32. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Vtraquè parte informante. §. Item quia fuit reperta.* vbi testatur ita fuisse sæpè in Rota decisum. & præsertim *in vna Albaneñ. Bonorum. coram. Grato. de anno 1565. & in causa Parmen. Status. & in causa Nouarien. Alienationis. Lunæ 2. Martij 1592. coram ipsomet. est decis. 5. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Domini dixerunt iura.* in qua etiam affirmat, quod Rota ita sæpè censuit.

☞ Vide fusè *in nostris Obseruat. ex* Rota *Romana in verb. Scriptura. Obseruat. circa Scripturas Notariorum per plures. §§.*

§. 8. ROTA solet in odium impedientium productionem *Scripturarum*, vel compulsationem actorũ, credere etiam simplici copiæ. ad *Bald. in l. publicati. quæst. 8. in fin. de testam. Ias. in Auth. si quis in aliquo. in 7. fallent. C. de edend. Peregrin. decis. 159. lib. 2.*

Item

Item fit interpretatio contrà recurrentes ad consilium Regium, putà vt non citentur, quia habentur pro citatis, quia ab eis præstatur impedimentum. *Card.in Clem.causam.quæst.13.de elect.cum alijs per Tiraquel.de retr. lignag.§.1.gloß.10.nu.102.& §.2. gloß.1.num.9. Chartagineñ portionis 14. Nouembris 1594. coràm Seraph. & in Placentina Fructuum 22. Octobris 1581. coràm Orano.*

Item stantibus impedimentis, & tergiuersationibus partis, adhibetur fides testibus etiã nulliter examinatis, nõ solum de æquitate, sed etiam iure ordinario, vt per *Doct. in cap. peruenit. il 1. de testib. cogend.cum alijs per Ferrett.cons.160.lib.1.Iannueñ Viridarij 6. Nouembris 1595. coràm eodem Seraphino. Luneñ.Sarzaneñ.Canonicatus 23. Octobris 1598. coram eod. Seraphino.*

Item quando pars impedit trasportationem actorum iudicat prout in prima, quod fieri potest, vt habetur *in Toletana Parochialis 3.Octobris 1592.coràm* Card. Arigonio. *Astoriceñ Prioratus 18. Decembris 1598. coràm Seraphino.*

§. 9. ROTÆ stylus non est, vt in compulsatione *Scripturarum* procedat per viam monitorij, nisi contrà certas personas detinentes scripturas, quæ debent compulsari, sed est stylus Auditoris contradictarum à quo impetrantur monitoriæ huiusmodi, quæ à forma vocantur, Significauit. *Rota in Esina Bonorum. Vener.13.Ianuarij 1570. coràm Card.Seraphino.*

§. 10. ROTA solet esse proclinior ad exhibitionem *Scripturarum* de æquitate Canonica ad eruendam veritatem. *Rot.in causa Caualliceñ.Baronariæ de Thoro. Lunæ 22.Iunij 1573. coràm Decan.Oradin. est decis.714. in eius lib.2. in manuscript. incip. Stante resolutione.* vbi de tali stylo Rotæ testatur, & allegatur *Rota decis.96.aliàs 5.de probat. incip. Nota quod per reseruationem. in antiq.*

§. 11. ROTA contentatur sola oculari inspectione ad recognoscendam scripturæ antiquitatem. ita dixit *Rota coràm* R. P. D. *Pirouano. in causa Pistorieñ. Archidiaconatus. Lunæ 28.Ianuarij 1630. quæ est decis.341. incip. Censuerunt* Domini *standum. num. 4.* inter recollectas à dilecto filio meo Paulo Rubeo tom.1.

Sentenția.

SVMMARIVM.

1 *Sententias aliorum Tribunalium* Rota *non exequitur, de quarum iustitia non constat in actis.*
2 *Sententias latas ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis* Rota *solet attendere, etiam non visis actis, & constito de bono iure.*
3 *Sententia sine processu non tenet.*
4 *Sententia criminali productæ in* Rota *absque processu non creditur.*
5 *Sententia est nulla, quæ non iustificatur ex actis.*
6 *Sententia lata per vnum* Auditorem *Rota potest per alium vigore commissionis generalis subscribi, etiã parte non citata.* Maximè *quando ab* Auditore *defuncto fuerunt decreta, & relaxata executoriales ante subscriptionem sententiæ, quia nihilominus sunt validæ. Quæ subscriptio non potest fieri ab alijs Iudicibus, putà à successore Gubernatoris Vrbis.*
7 *Sententiarum multitudo vt euitetur, non est curandum de rebus minimis.*
8 *Sententias quando* Rota *non soleat multiplicare.*
9 *Sententia* Rotalis, *quæ transitum fecit in iudicatum vigore clausulæ quam, & quas substinetur, tamquam in prima.*
10 *Sententia in* Rota *fertur de consilio omnium Auditorum.*
11 *Sententia iniusta numquam transitum facit in rem iudicatam.*
12 *Sententia si reuocatur ex nouiter deductis, hoc est exprimendum.*
13 *Sententiæ Rotales iam executioni demandatæ, & per plures annos obseruatæ, ad hoc vt reuocentur requiritur iniustitia notoria.*
14 *Sententia ferri potest de nocte.*
15 *Apostoli testimoniales non impediunt literas executoriales pro sententia, quæ fecit transitum in iudicatum.*
16 *à Sententia, in qua pronunciatur, quem esse instituendum datur appellatio, secus à decreto.*
17 *Sententiæ duæ conformes habent vim trium inter Ciues* Romanos *ex statuto, quod vbique seruatur.*
18 *Executio trium conformium per commissionem causæ restitutionis in integrum non suspenditur.*
19 *Sententia super euidenti vtilitate vigore rescripti, si in euidentem lata, an faciat, vt præsumatur alienatio vtilis Ecclesiæ.*
20 *Sententia nulla non potest confirmari, parte opponente.*
21 *Sententia lata per Iudices recusatos ex legitima causa post appellationem ab vlteriori processu interpositam est nulla, etiam si appellatio non fuerit prosecuta.*
22 *Sententia continens rescissionem transactionis, dicitur continere complicationem negotij principalis, quæ præbet legitimam causam appellandi.*
23 *Sententia ferri potest contra* Procuratorem *dominum litis effectum.*
24 *Sententia lata contra hæredem, non nocet fideicommissario non citato, saltem per proclama.*

§. 1. ROTA vti supremum Tribunal, non exequitur aliorum *Sententias*, de quorum iniustitia ex actis constat, sed eas solet reuocare, vt ex sententia *Guidop. decis.215. nu.8. & decis.368. Pur. decis.461. lib.1. Cæsar de Graß.decis.10.num.12. de re iud. & resoluit* Rota *in Auximana Dotis 14. Martij 1575. coràm Seraphino. & in Salamantina Iurisdictionis 1.Iulij 1577.coràm eod. & in Romana indemnitatis. Lunæ 4.* Aprilis *1588. coràm eod. & in Romana dotis de Trincijs. Luna 21.* Maij *1607. & in multis alijs causis. coràm Sanctiß. Ludouisio. & in* Romana *domus de Cardellis. Mercur. 27. Maij 1609. coràm* Caualerio.

Nec exequitur, nisi gustata aliquali iustitia sententiæ, quod etiam seruat in causis Rotalibus, vt dicitur *in Romana Census. 10. Decembris 1578. coràm eod.* Seraphino. in Toletana Pensionis. *Ven. 22.* Maij *1592. coràm eodem. & in Perusina executionis 10. Aprilis 1595. coràm eod.*

Et cognito prius de bono iure partium *ad decis. Mohedan. 148. & 319.* & fuit dictum *in Aretina Bonorum die 12.* Ianuarij *1598. coràm Seraphino. & in Tudertina* Pecuniaria *19.* Ianuarij *1598. coràm eod. Chisan. decis.159.* Cott. *decis.357.* & fuit dictum *in Romana Hæreditatis de Zambeccarijs. Lunæ 2. Maij 1588. coràm Comitulo.* Et propterea Rota aliàs di-

xit

xit non esse locum Aegidianæ, quia Rota non solet exequi sententias extrà eam latas, nisi cognito prius de bono iure, & gustata illius iustitia. *in Romana Casalis Pornuccia. Vener. 18. Aprilis 1586. coràm Orano. & in Anconitana bonorum de Aquilinis. Ven. 18. Aprilis 1586. coràm eod.*

Idem etiam seruat in sententijs de partibus, vt eas non exequatur nisi gustet de earum bono iure, aliàs non habet de eis rationem, vt dicitur *in Cracouien. Decimarum 4. Martij 1569. coràm Grato.* Ac etiam producto toto processu. R*ota in Bononien. Fideicommissi. Lunæ 18. Iunij 1571. coràm Gropperio.* & ipso processu viso, & examinato. R*ota in Mediolanen. Parochialis. Merc. 16. Martij 1588. coram Card. Plato.*

Quod bonum ius aliàs Rota intellexit, si ex alijs adductis dignoscatur eum qui reportauit sententiam fouere bonum ius, etiam non discusso prius super bono iure sententiarum. *in vna Camerinen. Pensionis. Vener. 22. Maij 1592. coram Gypsio.*

Propterea Rota non admittit pręsumptionem pro sententijs, nisi in valdè antiquis, putà centum annorum, & in quibus clara est obseruantia. vt dicitur *in Meliten. præcedentiæ. 5. Decembris 1578. coram Card. Seraphino.*

Et procedit dictæ stylus etiam quando iniustitia non est notoria, vt expresè loquuntur *Put. & Cæs. & sequitur Rota in Romana dotis de Trincijs 21. Maij 1607. coram Card. Ludouisio. est in Recent. decis. 134. par. 1. & in Romana dotis de Trincijs. 5. Martij 1608. coram Reuerendiss. Ortembergo. est in Recent. dicta part. 1. decis. 151. num. 3.*

Nec attendit Rota quod sentētiæ extrà eam latæ transierint in iudicatum, nisi constet de iustitia, & si sint iniustæ non transeunt in iudicatum, vt dicitur *in allegata decis. Meliten. Præcedentiæ.*

Ampliantur quæ dicta sunt de executione quod Rota non soleat exequi sententias nisi gustato prius de bono iure, procedere etiam si quis sub prætextu trium conformium vellet aduersarium expellere à limine iudicij. Nam si earum prætextu repelleretur, vtique hæc esset pars executionis, vt fuit in specie dictum *in allegat. decis. Meliten. Præcedentiæ. coràm Seraphino. & in Taurinen. Prioratus 20. Maij 1583. coram eod. Seraphino.* vbi dicitur in simili fuisse decisum in multis causis.

Aduerte tamen quod nulla de his decisionibus facta mentione, Rota contrarium posteà tenuit, quod quando quis obtinuit tres conformes, & dicit aduersarium non esse in Rota audiendum propter exceptionem rei iudicatæ, quæ impedit litis ingressum, non dicitur petere executionem pręddictarum sententiarum, sed negat Rotam habere iurisdictionem, vt fuit dictum *in causa Beneuentana Abbatiæ. Ven. 27. Maij 1594. coràm Gypsio.* vbi quod idem fuerat prius resolutum *in vna Papien. Præcentoriæ. 27. Octobris 1586. coràm Robusterio. Cogita tu concordiam inter has decisiones.*

Illud etiam est in hac materia notandum, quod licet Rota soleat maturius procedere, quando agitur de executione facienda, tamen secus est quando est facta, & agitur de ea sustinenda, vt dicitur *in Imolen. Castrorum 16. Martij 1576. coram Cardin. Seraphino.*

Declara vlterius supradictum stylum Rotę, vt procedat quoticscumque agitur de executione sententiarum, vel rei iudicatæ, vt fuit dictum *in Romana grani. 17. Decembris 1574. coram Robusterio. est decis. 84. nu. 4. part. 1. diuers. & in d. Camerinen. coram Gypsio.* Secus ad effectum supersedendi, & quando per decisionem Rotalem est iam detecta iniustitia illius, quia tunc cessat, quod possit impediri effectus rei iudicatæ sub prætextu notoriæ iniustitiæ. Rota ita declarat *in Romana Palatij. Ven. 12. Decembr. 1610. coràm Card. Sacrato.*

Limita supradictum stylum, vt non seruetur in sententijs latis ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, cuius tribunalis acta pandi non soleat. *Verall. decis. 134. par. 3.* & fuit dictum *in vna Conchen. Pensionis. Ven. 6. Martij 1598. coràm Peregrino. Cassador. antea dixerat decis. vnic. de præsumpt. Seraph. in Pampilonen. iuris visitandi. Vener. 1. Iulij 1583. Rota in Recent. part. 2. decis. 639. Informante. nu. 3.*

Septem aliàs limitationes ad dictum stylum. Vide *apud Gonzal. ad* Regul. 8. *Cancell. gloss. 9. §. 1. in Annot. contr. nullit. & attent. in caus. benefic. à num. 5. ad 12.*

Limitatur secundo iste stylus Rotę, quod sententia sine actis probet excipiendo, vt per R*ot. coram* Cantuccio *decis. 143. incip. Domini dixerunt iura. num. 6. & 7. part. 2. diuers. ex decis.* Accoramb. 35. *in eius lib. in manuscript. incip. Erant latæ duæ sententiæ.* vbi circa medium dicitur, sententias valere, quia non se referebant ad acta, & erant latæ super quodam processu de partibus, qui non erat in forma probanti, sed exemplatum per quemdam Notarium in partibus: & quod post multas altercationes fuit ita tentum; maximè quia non agebatur de earum exequutione.

SVBLIMITATVR ista limitatio à Rota. *coram Buratto. vt in* R*ecent. par. 2. decis. 639. incip. Informantes. vbi nu. 2.* fuit dictum quod quicquid esset de supradicta limitatione, siue conclusione, quod hoc esset quodammodo exequi sententiam cuius acta desiderantur; quo casu nec probat neque attenditur etiam excipiendo, & in terminis allegatur *decis. Mohed. 148. num. 1. & 2. alias 3. de testib.* quam sequitur *Rota corā Seraph. decis. 1098. incip. Fuit dubitatum an alimenta. nu. 11. p. 2. & Put. decis. 204. lib. 1. quæ in nou. est decis. 198. incip. Fuit conclusum.* vbi dicitur, quod ad effectum moderationis inhibitionis vigore commissionis, in qua dicebatur, vt constito de tribus sententijs, sufficiebat docere de tribus instrumentis sententiarum absque processu, & ille qui dicebat de nullitate debebat docere de processibus.

§. 2. ROTÆ stylus est, quod licet non soleat attendere aliorum Tribunalium *Sentētias*, nisi visis actis, & constito de bono Iure, hoc tamen non seruat in sentētijs latis ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quorum Tribunalis acta pandi non solent. *Rot. in* Conchen. *Pensionis Vener. 6. Martij 1598. coràm Peregrino. quæ est decis. 123. inter impress. penès Farin. post 2. tom.* Consil. *incip. Fuerunt reseruata duæ pensiones. num. 10.* & diximus paulò *sup. in 1. limitat.*

Eamdem decisionem tamquam exemplarè possuimus suprà *Part. I. fol. 481.*

Vbi de tali stylo Rotæ attestatur. & allegatur *Caputaquen. decis. 134. nu. 3. par. 3. incip. Sententia lata.*

§. 3. ROTA ex stylo non solet habere in consideratione *Sententiam* sine processu. R*ot. in vna Mantuana bonorum* V*ener. 27. Nouemb. 1579. coràm Bubalo.*

est decis.100. in eius lib. in manuscript. incip. Domini dixerunt inualiditatē. in fin. vbi testatur de tali stylo Rotæ. Idem etiam fuit dictum coràm Card. Seraph. decis.723. incip. Fuit dubitatum super constitutione. num.12. in quâ dicitur, ita perpetuò fuisse in Rota obseruatum.

§. 4. ROTA perpetuò obseruauit, quod Sententiæ criminalis productæ in Rota absque processu non sit habenda consideratio. Rota in vna Regien. bonorum Lunæ 3. Martij 1586. coràm Card. Seraphino. vbi quod in specie idem fuit tentum in vna Mantuana bonorū de Parochis Vener.27. Nouemb.1579. coràm Bubalo, est decis.190. in eius lib. in manuscript.

Et idem habes in Veneta donationis. Vener. 30. Ianuar.1615. nu.3. coràm Buratto. incip. Informantes. Est in Recent. decis.639. part.2.

§. 5. ROTÆ inueterata obseruantia tenet, quod Sententia est nulla, quæ non iustificatur ex actis. Put. decis.396. lib.1. In vna Toletana. in manuscript. quia in impress. est corrupta, & est decis.401. lib.1. in impress. vt notauit Rota in vna Burgen. Iuris conferendi de Cardena Vener.23. Ianuar.1598. coràm Seraphino. Ideò non transit in iudicatum. cap. inter literas. cum ibi notat. de re iud. Et quod ita Rota seruet dicitur in Romana tutelæ de Fabijs Lunæ 14. Ianuar.1585. corā eodem Seraphino. & in d. Burgen. & in Romana Census Lunæ 14. Decembr.1592. coràm eodem. & in infinitis alijs causis.

De quo etiam quod annotauimus ad Seraphin. decis.987. quæ est in Toletana pensionis Vener.22. Maij 1592. incip. Fuit dubitatum. sup. Part.1.

Idem etiā fuit dictum coràm Cæs. de Grass. decis.2. num.6. de solut. incip. Resolutum fuit. Et in Romana Vineæ de Scapuccijs 15. Martij 1572. corā Binanino. quam referendo sequitur Rota corā Sanctiss. Ludouisio decis.1. incip. Domini dixerunt sententiam. in fin. vbi D. Beltramin. in Annotat. plures concordantes adducit.

Vide etiam quæ diximus sup. Part.I. ad Seraph. decis.972. Romana Secretariatus. ad num.1. Et ad d. decis. eiusdem 987. ad nu.2. Toletana pensionis. Et ad decis. eiusdem 1261. ad num.5. Burgen. iuris conferendi. Et ad Put. decis.401. In causa Toletana lib.1.

§. 6. ROTA tenet, prout fuit conclusum coràm Maceraten. in vna Auenionen. Canonicatus, & præbendæ, vt testatur Accorambon. decis.14. lib.1. incip.

1 Coram R. P. D. Maceraten. † Quod vnus Auditor Rotæ potest subscribere Sententiam latam, & non subscriptam ab altero Auditore prædefuncto vigore Commissionis generalis sine aliqua partis citatione, dummodo fuerit pars citata, quando fuit lata

2 sententia. † Quia subscriptio in hoc casu est nudum ministerium facti: & partis præsentia nihil potuit operari iuxtà doctr. Bar. in l. Theopompus. de dot. præleg. Et quia sententiæ in Rota feruntur de voto omnium Auditorum, & sic vnus est instructus de causa

3 alterius. Quare non requirit partis præsentiam ad instruendū Auditorem in cuius fauorem debet subscribere, cum sententiæ in secreto Rotæ Auditorio

4 non ferantur, nisi ad fauorem certæ personæ. † Quod secus esset in alijs iudicibus, vbi istæ rationes cessant, vnde sententia lata à Gubernatore Vrbis subscripta ab alio Gubernatore suo successore absque partis citatione fuit iudicata nulla, quia nō erat sub-

5 scripta ab eo, qui causæ interfuit. † Ideò ad instructionem noui Iudicis requirebatur citatio. Et pro ista decisione allegabatur dictum. Speculat. in tit. de citat. §. fin. approbatum à Castrens. & Iacob. de S. Georg. in l. edictum. ff. de iudic.

Accedebat pro equitate decisionis, quod Auditor

6 ille defunctus, qui tulerat sententiam, † relaxauerat executoriales, & quod sic in effectu quodammodo subscripserat; quæ executoriales fuerant iudicatæ bonæ, & non nulliter decretæ, licet fuissent decretæ

7 ante subscriptionem, † quia subscriptio retrotrahitur ad tempus latæ sententiæ, & sic videntur decretæ post subscriptionem sententiæ.

§. 7. à ROTÆ celsitudine, & maiestate longè abest, curare de summa minima ad effectum multiplicandi Sententias, nam potissimum attendit veritatem, nè litigantes immodicis grauentur expensis. Rot. in causa Perusina Executionis. Lunæ 18. Decembris 1595. coram Decan. Pegn. est decis.68. in eius lib.3. in manuscript. incip. Cum quibusdam. vers. Accedebat modicitas. vbi de hoc attestatur.

§. 8. ROTA non solet multiplicare Sententias definitiuas, sed simul, & semel totum negotium terminare. Quod procedit quando articuli sunt inter se ita connexi, vt vnius terminatio pareat in alijs rei iudicatæ exceptionem. Capyc. decis.122. in fin. Lancellott. de attent. cap.4. limit.2. num.88. Secus verò quando articuli non sunt ita connexi, sed sunt separati, ita vt vnius decisio non pariat in alijs exceptionem rei iudicatæ. Rota in Lucana Molendini. Mercur.24. Ianuarij 1613. coram Cardin. Verospio. in fin. est decis.425. in Recent. part.2.

Vbi etiam additur, quod Rota solet à dicto stylo recedere ex aliqua rationabili causa. Vt cum agitur de maximo Ecclesiæ detrimento: Item quando non omnes articuli possunt ita facilè expediri, itaut periculum sit in mora, prout erat in casu decisionis ob molendini, & domus in eo sitæ ruinam diuersis temporibus causatam.

§. 9. in ROTA fuit sæpissimè decisum, quod Sententia Rotalis, quæ transitum fecit in iudicatum, vigore clausulæ, quàm, & quas sustinetur tamquàm in prima. Ita dicitur in Pacen. Canonicatus. Merc.17. Iunij 1615. coram Vbaldo. incip. Fuit responsum. nu.5. Est decis.731. part.2. in Recent. & allegatur Achill. decis.14. de reseruat. Cæsar de Grass. decis.5. nu.5. eod. tit. Sarn. in Regul. de infirm. quæst.34. nu.5. vers. & hoc vlterius. Seraph. decis.1241. nu.2. & decis.1327. num.3. part.2.

§. 10. in ROTA quando Sententia fertur, de consilio omnium Auditorum fertur, & omnes habent instructionem causarum coram alijs pendentium. ita dixit Rota coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.176. num.7. incip. Sententiam Rotalem. & allegatur decis.4. coràm Accoramb.

§. 11. ROTA sæpè canonizauit illam communem regulam, quod Sententia iniusta numquàm transitum faciat in rem iudicatam, cum nullæ, & iniustæ sententiæ eodem iure censeantur. Rot. in vna Romana de Ramboglicttis. Die Vener. 2. Aprilis 1593. coram Decan. Pegn. est decis.94. in eius lib.2. in manuscript. incip. Sententiam Rotalem. Idem dictum fuit in vna Foroliuien. Census. Lunæ 27. Iunij 1605. corā eod. est decis.361. in eius lib.5. in manuscrip. incip. Contra sententiam. vbi dicitur, quod de stylo Rotæ per lapsum fataliū non estinguitur lis, quādo sentētia est iniusta.

§. 12. RO-

§. 12. ROTÆ stylus est, quod quando *Sententia* reuocatur ex nouiter deductis, hoc sit exprimendum. *Rot. in vna Perusina Executionis. Mercur.* 23. *Martij* 1594. *coram Decan. Pegn. est decis.* 165. *in eius lib.* 2. *in manuscript. incip. Domini censuerunt deberi*. vbi testatur de tali Rotæ stylo, in qua etiam refert sic fuisse resolutum *in causa Gerunden. Molestationum, seu nullitatis censurarum* 14. *Octobris* 1552. *coràm Romano*.

§. 13. ROTA sæpius dixit, quod quando agitur de reuocandis *Sententijs* Rotalibus executioni de mandatis, & per plures annos obseruatis, requiritur probatio notoriæ iniustitiæ, quæ nullo velamine offuscari, & nulla excusatione celari possit. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.* 501. *nu.* 6. *incip. Cum Michael.* vbi testatur, quod sic sæpius Rota dixit. & refert *decis. in Romana hæreditatis de Comitibus* 3. *Iunij* 1587. *coràm Paceñ. & decis. in causa Perusina Bonorum* 16. *Nouembris* 1601. *coràm eod.*

§. 14. *Sententia* ex antiquo stylo Curiæ potest ferri de nocte, non obstante *cap. consulnit. §. ne verò de offic. deleg.*

Vbi videas. *infrà Part.* 5.

§. 15. in ROTA cum dubitaret R. P. D. *Pegna in vna Calaguritana Portionis de Narbosa. in Congreg.* 20. *Augusti.* 1589. *Est decis.* 49. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. In causa*. An lata per eum sententia in dicta causa, quæ trãsitum fecerat in iudicatum, à qua pars aduersa appellauerat, & idem Pegna dedit Apostolos testimoniales. Et quia pars, quæ sententiam obtinuerat petebat executoriales, quas aduersarius nitebatur impedire. Fuit consultus super hoc dubio D. Vicedecanus Rotæ (qui tunc erat Seraphinus Oliuarius) qui respondit præfatos Apostolos testimoniales non habere vim impediendi literas executoriales, quæ petebantur pro sententia, quæ transitum fecerat in rem iudicatam. Et d. D. Pegna præfata *die* 20. *Augusti.* decreuit literas executoriales esse decernendas.

Sed quia contrà partem, quæ obtinuerat sententiam fuit ab aduersario obtenta commissio restitutionis in integrum, cuius vigore R. P. D. *Comitulus* eadem die inhibuerat D. Pegnæ, qui propterea dubitauit, an posset procedere ad executionem dicti decreti.

Et similiter idem *Seraphinus* respondit, decretum esse exequendum, tùm vt actus valeret, tùm etiam ad euitandum delictum, ne decretum post factam inhibitionem factum esse crederetur, quod re vera non fuerat, cum decretum esset factum ante intimatam inhibitionem, vt dictum est.

§. 16. ROTA sæpè fecit illam distinctionem, quod quando fuit pronunciatum super institutione, aut fuit pronunciatum per *Sententiam*, & tunc datur appellatio, aut per decretum, & tunc non datur. ita dictum fuit *coràm* R.P.D. *Coccin. Decan. decis.* 44. *num.* 1. *incip. Cum per sententiam.* & allegatur *decis. in causa Bergomeñ. Præeminentiarum* 16. *Iunij* 1606. *coràm bo. me. Manzanedo*.

§. 17. in ROTA seruatur, sicuti etiam in omnibus alijs Curijs, quod duæ *Sententiæ* conformes habeant vim trium, nec non faciãt rem iudicatam inter Ciues Romanos ex dispositione Statuti Vrbis. *lib.* 1. *c.* 178. *Rot. coràm felic. record. Clemente* VIII. *in vna Romana hæreditatis de Comitibus. Ven.* 21. *Iunij* 1577. *in princ. incip. Domini cõcluserunt statutũ, quæ decisio est relata inter impressi. diuers.* 452. *par.* 1. & dictum fuit *in Romana Pecuniaria* 23. Iunij 1514. *coràm Vbald. & in alia Romana locorum* Montiũ 25. *Maij* 1611. *coràm eod. Vbald. Card. Caualer. decis.* 387. *nu.* 2. *incip. Domini dixerunt constare*. qui expressè testatur de tali stylo tàm Rotæ, quàm aliarum Curiarum.

§. 18. ROTA de stylo seruat, quod non suspendatur executio trium conformium per commissionem causæ restitutionis in integrum. *Clem. vt calumnijs, & ibi Doct. de re iud. Bald. in l.* 1. *num.* 2. *C. ne lic. tert. prouoc. Io. Paul. decis.* 22. *Cott.* 161. vbi testatur de stylo Rotę etiamsi versemur in causa speciali, vel mixta, *gloß. in d. Clem. in verb. quamuis*. Et multò magis quando illarum executio fuit cepta. *Put. decis.* 285. *lib.* 2. Item si petitio restitutionis in integrum non careat calumnia. *Bero. cons.* 85. *nu.* 11. *lib.* 3. Rota in *Valentina* Sponsaliorum. *Lunæ* 1. *Iulij* 1598. *coràm Orano.* vbi Rota dixit non esse locum arbitrio. *Et in Cornetana Pecuniaria.* Merc. 4. *Iulij* 1601. *coram* Card. *Pamphilio.*

§. 19. ROTA tenet, quod *Sententia* lata per Iudices super euidenti vtilitate vigore rescripti si in euidentem, data faciat, vt alienatio præsumatur vtilis Ecclesiæ, donec contrarium probetur. *Bald. in cap.* 1. *de his qui feud. dar. pos. Abb. cons.* 41. *nu.* 2. *lib.* 1. *Alex. cons.* 79. *nu.* 6. *circa finem. lib.* 1. *Ias. cons.* 44. *nu.* 3. *lib.* 1. *Dec. cons.* 142. *num.* 1. *Paris. cons.* 24. *nu.* 5. *lib.* 1. Præsumitur enim pro exequutoribus, vt inquit *Abb. d. cons.* 41. *sequitur Capyc. decis.* 16. *num.* 4. *Decius cons.* 341. *nu.* 12. *Rota coram Card. Seraph. decis.* 1125. *num.* 1. & 2. *incip. Fuit resolutum pro validitate.* qui testatur, quod sæpissimè fuit in Rota resolutum. & signanter *in vna Senogalliensi Syluæ* 24. Maij 1577. *coram Cotta, quæ est decis.* 530. *in eius manuscript. incip. An ex sententia.*

§. 20. ROTA sæpius firmauit, quod licet *Sententia* nulla possit confirmari, non tamen hæc conclusio procedit parte opponente. *Rot. decis.* 52. *nu.* 2. *p.* 4. *diuers. incip. Domini tenuerunt mandatum*. vbi dicitur, quod be in pluribus causis fuit tentum. & præsertim *coram Cæsar de Graß. decis.* 9. *de caus. possess. & propriet. incip. Opponebatur. & in causa* Perusina *nullitatis executionis* 25. Maij 1593. *coram Pegn.* Decan. *est decis.* 92. *in eius lib.* 2. *in manuscript. incip.* Mandatum *executiuum. & in causa Vercellensi prætensi Spolij.* 5. *Maij* 1586. *est decis.* 1. *in eius lib. in manuscript. incip. Proposui dubium.*

§. 21. in ROTA obseruatur, quod *Sententia* sit nulla, quando est lata per Iudices recusatos ex legitima causa post appellationem interpositam ab vlteriori processu, quæ res procedit etiamsi appellatio non fuerit prosecuta. *Rot. coram Card. Pamphil.* Senior. *in causa Regieñ. deuolutionis feudi. Luna* 10. *Decembris* 1584. *incip. Instabat D. Paulus. est decis.* 7. *in eius lib. in manuscript.* vbi testatur, quod ita seruatur, in qua refert, & sequitur *decis. in vna Orioleu. coram Cardin. Blanchetto. de anno* 1576. *& decis. in causa Theatin. Bonorum. coram* Cantucc. *de anno* 1578.

Vide suprà in hac parte *in verb.* Processus. §. 1. *incip. Rota passim habet. Et inf.* Part. 3. *in* §. *Innoc. in cap. cum speciali. de appell.*

§. 22. ROTA sæpius tenuit, quod quando *Sententia* continet rescissionem cõtractus transactionis, dicitur

I 2 conti-

continere complicationem negotij principalis, & hac de causa præbet legitimam causam appellandi. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.232. num.3. incip. Dubitaui an sententia.* vbi affirmat, quod sic Rota sæpius tenuit. & allegatur *Bald. in consil.141. nu.7. lib.1. incip. Præmissis verbis.*

Ad hoc vt sententia dicatur continere mixturam, quæ requirantur. Vide *Beltramin. in addit. in d. decis. in litera* C. *num.6. vbi circa fin.* dicit, quod Rota in hac materia sæpè canonizauit. *Dec. in cons.28. incip.* Pro *tenui.*

§. 23. ROTA sæpius resoluit, quod Sententia ferri potest cōtrà Procuratorem dominum litis effectum. *Rota coràm fel. record. Gregor. XV. decis.396. nu.1. incip. Resolutum fuit Capitulum.* vbi dicitur, quod sic sæpius in pluribus causis in Rota fuit resolutum.

§. 24. ROTA sæpè est secuta opinionem *Baldi, & Alexand. in l. de vnoquoque. ff. de re iud.* tenentium, quod licet valeat Sententia lata contrà hęredem, non tamen preiudicet fideicommissario non citato saltem per proclama. *Rot. in causa* Perusina *Reintegrationis, seu fideicommissi. die 8. Iunij 1590. coràm Decan. Pegn. est decis.115. in eius lib.1. in manuscript. incip. Super dubio proposito.* in qua testatur, quod sæpè Rota secuta fuit dictam opinionem. & signanter *coràm Put. decis.91. incip. Die 23. Ianuarij, & decis.336. incip. Eadem die. n.3. lib.3. & coràm Achill. de Grass. decis.3. de citat. & 4. eod. tit. & coràm Cantuccio in causa* Romana *fideicommissi del Deto. & coràm Card. Pamphil. Senior. in causa Bononien. de Formolarijs 1. Decembris 1586.*

Sequestrum.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum est regulariter prohibitum, nec lite pendente admittitur.*

2 *Sequestrum conceditur, vbi constat de attentatis.*

§. 1. in ROTA sæpè fuit conclusum, quod *Sequestrum* regulariter prohibitum sit, nec lite pendente apponatur. ita dixit *Rot. in causa Camaceñ. Beneficij 21. Iunij 1596. coràm Corduba. est decis.71. sub titul. de sequestr. possess. & fruct. in eius lib. in manuscript. incip. In causa* Camaceñ. *vbi allegatur decis. in causa Fauentina Bonorum. 26. Nouembris 1594. coràm Card. Seraph. est decis.1096. in eius lib. in impress. incip. Fuit resolutum non esse.* quàm *decis. Cordub.* fuit posteà secuta Rot. *in causa Augustiñ. Hospitalis. Lunæ 21. Febr. 1611. coràm* Vbaldo. *est decis.293. in Recent. part.1. num.7.* Idem dictum fuit *coràm Decan. Pegn. in causa Bobieñ. iuris optandi.* Vener. 12. Ianuarij 1590. *est decis.67. in eius lib.1. in manuscript. incip.* In die 8. Iulij 1589. *& coram Gypss. in causa* Siracusana *Quartæ. Lunæ* 5. Iulij 1593. *est decis.191. in eius lib.2. in manuscript. incip.* Reuerendiss. *Dominus Episcopus* Siracusanus.

☞ Vide plura *in nostr. Obseruat. ex Rota* Romana *in verb. Sequestrum. in multis Obseruat.*

§. 2. ROTA passim seruat, quod vbi constat de attentatis, concedit *Sequestrum. Ant. August. inter impress. decis.1370. lib.1. part.3. diuers. Verall. decis.157. part.3.* & fuit dictum *in Aurieñ. Parochialis de Buces.* Mercur. 26. Iunij 1613. *coram* Manzanedo. *nu.3. est in Recent. decis.514. par.1.* vbi quod ita etiam fuit tentum *in alia Aurieñ. Parochialis de Fea.* 4. *Decembris 1598. coram Cardin.* Lancellotto. *& in alia Aurieñ. Parochialis de Pao. 1. Iulij 1595. coràm* Pegna.

Et quod passim hoc Rota seruat in beneficialibus dicit *Card. Cavaler. decis.175. Cum sub die. num.4. post Cassad. decis.3. nu.6. de restit. spol. Caputaquen. decis.157. part.3.*

Signatura.

SVMMARIVM.

1 *Signatura Papæ præcipuè attenditur, non autem extensio Regentis.*

2 *Signaturæ iustitiæ potestas in* Rota, *numquam in dubium refricatur.*

§. 1. in ROTA semper consueuit dici attendendam esse præcipuè *Signaturam* Papæ, nō autem extensionem Regentis. Rota *in Ariminen. Castrorum, seu rescissionis. Vener. 18. Maij 1590. coram Card. Seraphino.*

§. 2. ROTA numquàm solita fuit in dubium refricare potestatē *Signaturæ* Iustitiæ. *Card. Seraph. decis.857. nu.13. incip. Fuit dubitatum an processus.* vbi de hoc testatur. Idem habetur post hanc *decis. in S. Seuerini Iurisdictionis. Ven. 5. Iunij 1609. coram Decan Pegn. quæ est decis.107. in eius lib.6. in manuscript. incip. Cum Episcopus Dominus.* vbi quod Signaturæ Iustitiæ iurisdictio semper in Auditorio Rotæ fuit venerabilis, præsertim cum Cardinalis Præfectus dictæ Signaturæ rescribat de mandato Papæ, cui est credendum, vt sæpius Rota considerauit.

Signum.

SVMMARIVM.

1 *Signum non est de substantia instrumenti, sed sufficit Notarij subscriptio.*

§. 1. ROTA sequitur illam opinionem, quod *Signum* non sit necessarium in instrumento, sed sufficiat Notarij subscriptio. Rota *corā Illustriss. Canal. decis.122. nu.2. incip. Domini censuerunt.* & etiam dictum fuit *in vna Farfen. Territorij 13. Maij 1604. coram Illustriss. Card. Millino per decisionem Chissanen. 71. Card. Seraph. decis.902. nu.5. & decis.929. Rot. decis.628. nu.2. part.2. in* Recent. & dictum etiam fuit *in Mediolanen. Iurispatronatus. 13. Februarij 1615. coram* Pirouano, *& in Firmana Iurispatronatus 7. Iunij 1619. coram* Dunozetto.

Simonia.

SVMMARIVM.

1 *Simonia non probatur, nisi probetur pactio præcedens.*

§. 1. ROTA in pluribus causis resoluit, quod *Simonia* non probatur, nisi probetur pactio præcedens. *Rot. coram fel. rec. Greg. XV. decis.517. nu.30.* Petrum Martyrem. vbi dicitur, quod sic Rota resoluit in pluribus causis relatis *in vna Romana, seu Hispaleñ. prætensæ Simoniæ 7. Februarij 1596. coram Card. Blanchett. & coram eod. Gregor. in causa Lucana prætensæ* Confidentiæ. *Lunæ 27. Februarij 1606. quæ est decis.238. nu.8. incip. Cum fuissem.* & ita fuit dictum *in vna Cusentina Confidentiæ 4. Februarij 1591. coram* Orano.

Simu-

Simulatio.

S V M M A R I V M.

1 *Simulatio sine causa non admittitur.*

§. 1. ROTA sequitur illam opinionem, quod *Simulatio* sine causa non admittitur. *Rot. coràm bo. me. Dunozet. in causa Bononien. de* Monterentijs 2. *Decembris 1613.* vbi dicitur, quod Rota sequitur hanc opinionem. & ita etiam fuit dictum *coràm Card. Canaler. decis. 406. nu. 5. incip. Gerardus hæres.* in qua habetur, quod Rota sequitur *Bart. in cons. 65. nu. 3. incip. Factum est tale. lib. 1.* dicentem, quod simulationes, & fictiones non admittuntur, nisi appareat causa propter quàm factæ sunt. & ita pariter fuit resolutum *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 157. nu. 21. incip. Fabius, & Virginius. vbi Beltramin. in addit. in litera* D. *nu.* 27. aliàs decisiones cumulat, & etiam testatur, quod Rota sequitur hanc opinionem.

Idem etiam notauimus infrà *Part. 3. circa Doctores. in §. Bart. in supradict. cons. 65.*

Societas.

S V M M A R I V M.

1 *Societas omnium bonorum, vt sit contracta quæ requirantur.*

§. 1. ROTA pluries dixit, quod ad hoc vt *Societas* omnium sit contracta tria copulatiuè requiruntur, nempè communis habitatio, lucrorum communicatio, & rationum non redditio. *Coccin. Decan. decis. 421. nu. 3. incip. Obijt Ioannes.* vbi dicitur, quod ita pluries Rota dixit. Idē voluit Rota *coràm Card.* Lancellott. *Senior. in vna Romana* Societatis *de Cruciarijs 20. Februarij 1568. quæ est decis. 173. inter eius decis. selectas in manuscript. aliàs 4. de sentent. incip. Die 20. Februarij.*

Vide suprà Part. 1. *ad d. decis. Lancell. fol. 351. colum. 2. in med.* vbi habes materiam istam cum nonnullis decis. cumulatis. Et fusiùs *in nostris Obseruat. in verb. Societas.*

Solutio.

S V M M A R I V M.

1 *Solutio fieri debet secundum pecuniam currentem tempore solutionis, vel eius æstimationem, quando moneta in bonitate intrinsica non est mutata, licet intrinsicus valor sit mutatus.*

2 *Solutio, licet sit facienda, de illa specie, prout fuit conuentum, tamen hoc fallit propter difficultatem illam reperiendi.*

§. 1. ROTA in pluribus causis resoluit, quod *Solutio* sit facienda secundum pecuniam currētem tempore solutionis, vel eius æstimationem, quādo moneta in bonitate intrinsica non est mutata, licet sit alteratus eius extrinsicus valor. *Rot. coràm sanct. mem. Greg. XV. decis. 42. nu. 6. incip. Catharina Zaffia.* vbi testatur sic in pluribus causis fuisse resolutum, & præsertim *in causa* Romana *aureorum octo Zeccarum 20. Iunij 1597. coràm Card. Lancellott. & in vna Cremonen. Pensionis 21. Iunij 1599. coràm Cardinali Millino.*

Nam Rota in hac materia mutationis monetæ perpetuò seruauit hanc distinctionem, quod aut est mutata bonitas intrinsica, & est attendendum tempus obligationis, aut est mutata bonitas extrinsica, & est attendendum tempus Solutionis. vt attestatur *Beltramin. in addit. ad d. decis. Gregor. XV. nu. 7.* & allegat ad hoc *decis. 597. part. 1. in Recent. incip. Fuit aliàs de anno, & decis. 140. part. 2. in Recent. incip. Cum anno 1527.* in quibus aliæ decisiones cumulantur.

Vide, quæ diximus *sup. Part. I. ad decis. Seraph. decis. 84. fol. 463. col. 2. in princip. & decis. 511. fol. 70. col. 2. in med. & decis. Pegn. decis. 17. lib. 4. in manuscript. fol. 488. col. 1. in princip.*

§. 2. ROTA sæpius tenuit, quod licet regulariter *Solutio* sit facienda in illa specie, de qua constat obligatio tamen debitor propter difficultatem reperiēdi illam speciem, vel in tanta quantitate, potest soluere iustam æstimationem. *Rot. decis. 678. num. 6. part. 4. diuers. incip. Cum Sixtus V.* vbi affirmatur, quod ita pluries fuit resolutum per Rotam.

Spolium.

S V M M A R I V M.

1 *in Spolio, & attentatis Rota quid seruet.*
2 *Spoliatori manutentio quousque detur.*
3 *Spoliator tenetur ad omnia damna, expensas, & interesse.*
4 *Spoliatus qualiter restituatur tàm quoad res, quàm etiam quoad fructus, & à quo tempore, & qualiter eorum fiat æstimatio.*
5 *Prouisus, si spolietur à* Vicario *restituitur, non docto de potestate conferendi.*
6 *Spolij causa est magni præiudicij.*
7 *Spolij actio potest intentari etiam post* 1000. *annos.*
8 *in Spolio cumulatio petitorij cum possessorio non admittitur, etiam stante clausula. Arbitrio.*
9 *Execrabilis non restituitur in spolio, quando est probata execrabilitas, prout neque restituitur inhabilis, & illegitimus, quando de istis constat per confessionem.*
10 *in Spolij, & attentatorum purgatione Rota, quid seruet.*
11 *in Spolio, dicitur non constare de non Iure, nisi probetur per confessionem partis, vel rem iudicatam.*
12 *Spolium vltimum est prius purgandum.*
13 *Immissio spoliatiua non potest iustificari, & confirmari parte citata, etiamsi esset de nouo cōcedenda.*

§. 1. ROTA non obseruat in Spolio, & attentatis illam communem doctrinam, de qua per *Capyc. decis. 17. nu. 5.* quod condemnatus soluere auditur satis dare volens quādo debitum est illiquidum, cum deposito vnius iulij. Quia in odium spoliatoris, & attentantium seruat doctrinam. *Bald. in cap. conquerente. in vers. in text. ibi integrè. de restit. spoliat. vt per Caputaquen. decis. 150. nu. 7. part. 1.*

Et fusius vide infrà *Part. 3. circa Doctores. in §. Bald. in cap. conquerente. nu. 1. de rest. spoliat.* Vide *Part. 2. ad Bald. in dicto cap.*

§. 2. ROTA dat *Spoliatori* manutentionem donec fuerit per tres sententias conformes terminata, quia non potest dici constare de non iure alicuius quandiu de eo doceri potest nisi pro partis confessionem, per rem iudicatam. *Valentina de Consentayna 26. Ianuarij 1582. coràm Seraphino. & in Romana Census*

Mercur. 17. *Maij* 1589. *coràm eod.* vbi refellitur *Put. decis.* 29. *lib.* 3. *nu.* 7. qui dicit per probationem dici constare de iure alicuius. Tamen Rota semper obseruauit quod ad effectum impediẽdi restitutionem, vel manutentionem debet constare de nõ iure actoris per sententiam, vel rem iudicatam. *Rot. de restit. spoliat. decis.* 3. *in nou.*

Vide, quæ diximus *sup. in hac Part. II. circa Manutentionem.* §. 7. *Rota non denegat in iudicio spolij.*

§. 3. in ROTA pluries fuit resolutum, quod *Spoliator* tenetur ad omnia damna, expensas, & interesse. *Rot. in causa Ianuen. Census. Ven.* 3. *Aprilis* 1609. *coràm bo. me. Manzaned. quæ est decis.* 64. *inter impress. penès Cenc. in tract. de censib. incip. Proposito dubio. nu.* 1. vbi testatur, quod sic sæpius fuit decisum in Rota.

§. 4. ROTA seruat, quod in *Spolio* ita fiat restitutio, siue executio, vt dicitur *in Romana Spolij. Lunæ* 8. *Martij* 1565. *coràm Rubeo. est decis.* 462. *in eius lib. in manuscript. incip. Stante sententia.*

1 Quod † aut res extant in rerum natura, & spoliatus tunc debet ad earum possessionem reintegrari vsque ad abolum, prout est de iure. *l.* 1. *in princip. ff. de vi, & vi arm.*

2 Aut † res non sunt in rerum natura, & tunc, aut potest fieri restitutio de facto aliquo, & ea est facienda. *iuxta l.* 3. §. *fin. eod. tit.* vt in vsufructu ad tempus. *vt in consil. Paris.* 106. *lib.* 4. vbi loquitur de iurisdictione, & quod ita fuerat tentum *in vna Imolen. de Babiano, & in d. l.* 1. §. *quod autem ait Prætor.*

3 † Aut non potest fieri restitutio de facto, quia res sunt alienatæ; Et quod tunc fit restitutio per æstima-

4 tionem rerum. † Et in hoc dicitur esse animaduertendum, quod non debetur æstimatio rerum, prout proprietas debetur spoliato, sed ratione possessionis, *vt noc. Alber. in l. interdicto* 6. *nu.* 3. *ff. de vi, & vi arm.* & probatur *in d. l.* 1. §. *denique. &* §. *non solum autem fructuum.*

FRVCTVS etiam veniunt in spolio restituendi, vt dicitur *in eadem causa. coràm eod. Rubeo. Vener.* 14. *Maij* 1568. *incip. Quod attendatur. Est decis.* 467. *in*

5 *eius lib.* † In quibus attenditur tẽpus spolij prout est. *text. in d. l.* 1. §. *quod autem ait Prætor. ibi, quæ tunc cum deijceretur habuit.* Et veniunt ex die spolij. *vt in d. l.* 1. §. *annus. &* §. *ex die.*

6 ÆSTIMATIO verò bonum fructuum † debet fieri ad rationem quanti plurimi, non solum quoad fructus perceptos ante litem, sed etiam quoad fructus perceptos post litem. *vt in eadem causa coràm eadem fuit dictum sub die Vener.* 24. *Nouembris* 1570. *incip. An in casu. Est in eius lib. decis.* 519.

7 † Vbi etiam fuit tentum doctr. *Paul. de Castr. & Alex. in l. diuortio.* §. *ob donationes. ff. solut. matr.* non habet locum in ista materia, quia hic fructus nõ veniũt tamquàm accessiones, sed tamquàm res principalis, quibus quis fuit spoliatus.

§. 5. ROTA consueuit prouisum à Vicario *Spoliatum* restituere, non docto de potestate conferendi. *Mohed. decis.* 3. *in fin. de offic. Vicar.*

§. 6. ROTA habet causam *Spolij* pro causa magni præiudicij, vt dicitur *corã Rubeo in Anconitana Ciuitatis Humanæ. Ven.* 22. *April.* 1558. *incip. Præsupposito quod testes. Est decis.* 52. *in eius lib. in manuscript.* vbi etiam dicitur, quod ideò Rota tenet cõtrà *Bartol.* quod primũ extremũ probetur per plures testes.

§. 7. ROTÆ opinio est, quod actio *Spolij* possit intentari etiam post mille annos. *Litta in vna Meliuitana prætensarum Pensionum. Lunæ* 19. *Februarij* 1596. *est decis.* 9. *in Recent. part.* 2. *incip. Domini tenuerunt hæredes.* vbi dicitur, quod ista est opinio Rotæ. & allegatur *Cassad. decis.* 6. *de restitut. spoliat. incip. An possessorium remedium. & Put. decis.* 115. *& in nou.* 110. *incip. Die* 28. *Martij.*

Nota infrà Part. 5. *ad can. Reintegranda.*

§. 8. ROTA non solet regulariter admittere cumulationem petitorij, cum possessorio in *Spolio*, etiam stante clausula Arbitrium, cum hæc causa spolij sit magis priuilegiata, quàm cetera possessoria. *Rot. in vna Mantuana Bonorum.* 16. *Decembr.* 1611. *coràm Vbaldo. & in Virdunen. Abbatia* 20. *Februarij* 1615. *coràm Buratto.* quas decisiones Rota refert, & sequitur *coràm Card. Caualer. in vna Romana Domus de Cardellis* 10. *Iunij* 1619. *nu.* 2. *incip. Vltimo loco. quæ est decis.* 507. *inter eius impress.* Et licet aliquando Rota contrarium senserit, tamen hoc nihil facit, quia id admisit quãdo spolium erat turbidum. vt dictum fuit *coram Reuerendiss. Sacrato in vna Romana Cottigij* 6. *Martij* 1606. *& coram Coccino Decano in Naruien. Confinium* 7. *Aprilis einsdem anni. incip. Fuerat per Sanctissimum. quæ est decis.* 278. *inter eius impress. & coram Vbald. in d. Mantuana. & coram Card. Caualer. in supracitata decis. nu.* 3.

Et vide sup. in I. Part. *ad Card. Sacratum in supradicta Romana Cottigij.* vbi in ista materia aliæ numerantur decisiones. *fol.* 461. *col.* 2. *post med.*

§. 9. ROTA solet tenere, quod excæcabilitas probata impedit restitutionem in *Spolio*, & eamdem impedit inhabilitas, & illegitimitas, quando de istis constat per confessionem, *vt not. Doct. in cap. constitutus. de fil. præsbyter.* Secus tamen est cessante probatione per confessionem, cum in possessorio non admittantur probationes habilitatum, spectant enim ad petitorium. *Mohed. decis.* 9. *de caus. possess. & propriet.* & sequitur Rota coram *Orano in vna Salamantina Parochialis de Monleon. Vener.* 22. *Iannar.* 1588. *incip. Domini resoluerunt. Est decis.* 308. *in eius lib.* 1. *in manuscript.* vbi dicitur, quod opposita illegitimitas, non impediebat restitutionem in spolio, cum ea non probaretur per confessionem, prout in hoc iudicio requiritur. *ex d. decis. Mohed.*

§. 10. ROTA in purgatione *Spolij*, & attentatorum quid seruet.

Vide *sup. circa Attentata.* §. 9. *Rota in purgatione attentatorum, & spolij.*

§. 11. ROTA passim seruat, quod in *Spolio* non dicatur constare de non Iure, nisi hoc probetur per confessionem partis, vel per rem iudicatam. *Buratt. in vna Virdunen. Abbatiæ. Lunæ* 22. *Iunij* 1615. *nu.* 5. *est decis.* 741. *in Recent. part.* 2. *incip. Firmata iustificatione. in qua allegatur Lancellott. de attent. p.* 3. *cap.* 24. *nu.* 65. vbi refert esse decisum *in vna Burgen. Canonicatus* 21. *Aprilis* 1561. *coram Oradino. in princip. incip. Dubitatũ an Didacus*, & dicit requiri confessionem omninò claram. *Et dixit Rota in decis.* 269. *inter impress. diuers. num.* 7. *part.* 2. *incip. Conclusum fuit vtrum iuspatronatus. & decis.* 73. *coram Card. Seraph. num.* 1. *vers. notorius est. incip. Domini dixerunt, quod isti articuli, & decis.* 983. *n.* 7. *coram eod.* attestans quod ita Rota passim seruat. *incip. Fuit resolutum in casu.*

§. 12. in

§. 12. in ROTA sæpè decisum, & receptum est, quod vltimum *Spolium* sit prius purgandum, & non anterius. *l. 3. §. cum igitur, & l. cum fundum. ff. de vi, & vi armata. Gabriel. conf. 149. incip. In hac specie proposita. num. 12. lib. 2. Rot. in causa Perusina spolij Domns. Lunæ 15. Iunij 1609. coràm Decano Pegn. est decis. 112. in eius lib. 6. in manuscript. incip. Licet per decisiones. vers. sed nec probata.* vbi attestatur Rotam sic sæpè decidisse, & recepisse.

§. 13. ROTA in pluribus causis resoluit, quod immissio *Spoliatiua* non potest iustificari, & confirmari parte citata, etiamsi esset de nouo concedenda. *Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 105. nu. 10. incip. Die 29. Nouembris.* vbi testatur sic sæpius Rotam resoluisse, & præsertim *coràm Chiss. decis. 172. & coràm Orano in causa Romana de Pinellis. 20. Febr. 1598. est decis. 15. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Quærebatur stante. & coràm Robusterio in vna Romana Pedichæ Sancti Matthæi 12. Iunij 1573.*

Statutum.

S V M M A R I V M.

1 *Statuta Vrbis Rota non seruat, nisi inter subditos.*
2 *Statuta Vrbis ligant etiam Clericos, & seruantur in omnibus Curijs.*
3 *Statutum Vrbis 151. lib. 1. comprehendit omnes cõtractus, in quibus mulier, vel minor lædi possunt.*
4 *Statutum actionem realem non comprehendit.*
5 *Statutum exclusiuum fæminarum licet sit cõtra ius, quod nihilominus nõ sit odiosum odio irrationabili. Et simili ratione, quod impositio pensionis licet sit contra ius, non tamen sit odiosa odio irrationabili.*
6 *Statutum excludens fæminas ab intestato, non impedit, quo minus ex voluntate patris possint ex testamento capere.*
7 *Statutum exclusiuum fæminarum non extendit effectum suum ad bona sita extrà territorium.*

§. 1. ROTA non seruat *Statuta* Vrbis nisi inter subditos, & nisi producantur, licet secus sit in Capitolio, ex quo Statutum viget in foro, in quo debitum peteretur. *Bart. in l. 1. nu. 15. Ias. & Purpur. num. 157. vers. tertius casus. C. de summ. Trin. & fid. Cathol. ita Caputaq. decis. 207. nu. 4. part. 3.*

§. 2. ROTA sæpè tenuit, quod *Statuta* Vrbis, cum sint confirmata à Summo Pontifice, & condita de eius mandato, non sint restricta solum ad forum Capitolinum, sed seruãtur in omnibus Curijs, & etiam in Rota, & Clericos etiam comprehendunt. *Rota coràm bo. me. Card. Marcomont. in causa Romana separationis Thori. Vener. 2. Decemb. 1605. incip. Quoniam istos coniuges. est decis. 14. in eius lib. in manuscript.* vbi testatur, quod sic sæpius Rota tenuit.

Vide plures decisiones concordantes inf. Part. 6. circa Statut. ad Statut. Vrb. in 1. §.

§. 3. ROTA sæpissimè tenuit, quod *Statutum* Vrbis 151. *lib. 1.* locum habeat non solum in quatuor contractibus ibi expressis, sed etiam in omnibus alijs in quibus mulier, vel minor lædi possunt. *Sanctiss. Ludouis. decis. 333. in princ. incip. Resolutum fuit Marchionissam.* in qua allegatur *decis. coràm Puteo 162. n. 2. lib. 1. incip. Fuit dubitatum in vna Balneoregineñ. & decis. coràm Crescen. 3. de constit. aliàs 309. incip. Statutum prædictum. & decis. coràm Sanctiss. Aldobrand. in vna Tiburtina Castri Sambuci 22. Februarij 1577. & cum alijs cumulatis in decis. coràm Ortembergo in vna Romana releuationis indemnitatis. Vener. 22. Maij 1602. incip. Fideiussio D. Lucretiæ, est decis. 6. impress. penès Picum ad dictum Statutum Vrbis. Et Additio in d. decis. Ludouis. in litera A.* cumulat alias decisiones circa hanc materiam attestando quod sæpissimè ita Rota tenuit. Idem dictum fuit *in vna Romana Vineæ de Seapucijs. Lunæ 10. Martij, & Ven. 18. April. 1578. corã Card. Blanchet.*

Si fusius materiam istam desideras vide *sup. in I. Par. ad d. decis. Ludouis. in Romana Argentorum. 27. Iunij 1607. fol. 28. col. 1. in fin.*

Sin autem subtiliter, perquirere *infrà ad sextam nostram partem circa Interpretationem statut. ad d. statutum Vrbis. lib. 1. 151.* vbi habes quamplures ampliationes, necnon limitationes dicti Statuti, quæ omnes radianti fulgore Rotæ decisionum collucent.

§. 4. ROTA seruat, quod *Statutum* actionem realem comprehendere non possit. *Gabriel. de præscript. concl. 4. nu. 17. Grat. cons. 41. nu. 7. lib. 1. vbi de commun. Roma. cons. 201. num. 2. & 3. & ibi Adden. in litera B. Gyps. in vna Romana census de Caffarelis 9. Decembris 1587. §. Præterea ex contractu. & Lunæ 18. Martij 1588. incip. Agebat Illustr. Dominus. est decis. 218. in eius lib. 1. in manuscript. vbi allegatur decis. in vna Romana Vinearum de Maximis 26. Octobris 1576. coràm tunc Decano. qui erat Ioannes Baptista Rubeus. allegatur etiam decisio in Romana extinctionis Census 22. Octobris 1582. coràm Cantuccio. est decis. 727. in nouiss. diuers. par. 1. incip. Camillus.* & dictum etiam *apud Card. Seraph. decis. 592. num. 9. incip. Fuit dubitatum, an Dominus.*

§. 5. ROTA sequitur opinionem tamquàm magis
1 verum, & communem, quod † *Statutum* exclusiuum fæminarum licet sit contrà ius. *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* nihilominus non dicatur odiosum odio irrationabili. vt dicitur *in Firmana Pensionis. Ven. 26. Februarij 1625. coràm Remboldo.* vbi quod ita Rota tenuit disputato ex professo articulo. *in Nucerina Prædij. 24. Maij 1602. coram Card. Sacrato. Et in Interamneñ. de Paradisijs 12. Decembris 1605. coràm Cardin. Pamphilio. & in Bononieñ. Successionis 9. Decembris 1622. coram bo. me. Vbaldo.* in qua referuntur multæ aliæ decisiones, & latè ad contraria respondetur.

2 Ex quo in dicta decisione infertur, † quod multò minus sit odiosa odio irrationabili impositio pensionis, etiam quod esset contrà ius, quia sufficit quod habeat admixtam rationem, vt in terminis dicti Statuti exclusiui fæminarum ponderatur in dictis decisionibus. Et in puncto quod ita de pensione dicitur *in decis. 240. incip. Domini æqualiter. num. 24. part. 1. diuers. & num. 25.* quod est inauditum, quod pensio sit res irrationabilis. Et quod licet à dicta decisione fuisset posteà recessum, *vt in decis. 454. ead. part. 1. incip. Fuit per Dominos.* quod tamen in hac
3 *decis. num. 10.* non dicitur, † quod pensio sit odiosa odio irrationabili, sed quod gratia, de qua ibi agi-
4 tur, continebat quamdam irrationabilitatem, † quia per eam concedebatur Cardinali retentio plurium Ecclesiarum Cathedralium.

5 Ex quo vlterius in dicta decisione infertur, † quod minus potest dici odiosa odio irrationabili facultas transferendi pensiones: Quia huiusmodi facultates solent concedi Cardinalibus, vt se possint exhibere

gratos

gratos erga suas familiares qui fuerunt participes vniuersalis muneris, quod Cardinalis sustulit pro Ecclesia Romana.

§. 6. in ROTA pluries fuit dictum, quod *Statuta* exclusiua fæminarum ab intestato non impediant, quò minus possint fæminæ ex voluntate patris ex testamento capere. *fel.rec.Gregor.XV.decis.358.nu.1. incip. Domini dixerunt sorori*. vbi referuntur quamplurimæ DD.auctoritates.& *Beltramin.ibi in addit. in litera A. nu.6.* affirmat quod pluries ita fuerit dictum in Rota. & signanter *in vna Bononien. transactionis de Capocellis 14. May 1606. coràm* Andrea, & *in alia Recanaten. successionis. 17.Iunij 1617. coràm Buratto.* Idem dictum fuit *coràm* Card. *Platt. in vna Fauentina legitimæ. 23. Ianuarij, ac 1. & 19. Februarij 1588. est decis.43. in eius lib. in manuscript. incip.* Pluries *dubitaui, & 28.Martij 1590. in eadem causa. coràm Gyps. est decis.107. in eius lib.1. in manuscript. incip. Statutum Fauent. longè post princip. & in causa Cæsenaten. Legati 20.Februarij 1595. coràm eodem Gyps. est decis.70. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Stantibus resolutionibus.*

§. 7. ROTA in pluribus causis tenuit, quod *Statutum* exclusiuum fæminarum non porrigit effectum suum ad bona sita extrà territorium. *Rot. coràm fel. rec. Gregor.*XV. *decis.255. nu.1. incip. Prætendebat.* vbi affirmat, quod sic in pluribus causis Rota tenuit. & signanter *in vna* Romana, *seu Terracinen. Bonorum 10. Maij 1575. coràm* Card. *Pamphil. Sen. & in eadem coràm eod. 11. Februarij 1594. & 7.Iunij 1595. & in alia* Romana *Bonorum. 8. & 13. Iunij 1595. coràm* Perusino. & ita fuit dictum *coràm bo.me.Buratt. in causa Colonien. Hæreditatis. 10. Iunij 1616.* aliàs decisiones cumulat *Beltramin. ad d. decis.Gregor. in litera A. num.7.* Et si decisionem magistralem, & eruditam in hac materia desideras. Vide *decis. in causa Narnien. successionis. Lunæ 22. Maij 1628. coràm* R.P.D. *Merlino.* vbi per eleganter materiam istam dilucidat, in tantum quod Rota *in causa Ferrarien. de Tassanis 18. Martij 1630. coràm R. P. D.* Pirouano. dixit quod istam decisionem in hac materia sufficit allegare, postquam tota, in ea diligentissimè fuit excussa. Quas decisiones impressas habes inter recollectas à dilecto filio Paulo Rubeo. *prima est decis.177. incip. Thomas superstitibus. tom.1. per tot. Secunda verò. est decis.364. num.9. in med. incip. Domini censuerunt Comiti. eod. tom.1.*

☞ Vide, quæ diximus *inf. Part.3. circa Doctores. in §. Salyc. in l. cunctos populos la 1. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* vbi habes, quando statutum porrigat suas vires ad bona sita extrà territorium.

Subhastatio.

SVMMARIVM.

1 *Subhastatio fieri debet præsente pecunia, quod pecuniæ nomen in subhastatione non intelligitur strictè pro pecunia, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione.*

§. 1. ROTA sæpius firmauit, † *Subhastationem*, siue pignoris venditionem, & deliberationem à Iudice factam non præsente pecunia, esse nullam, & præcipuè *in Tiburtina Castri Sambuci. die 27. Ianuar.1578. coràm Sanctiss. Aldobrandino. Et in Fauentina, seu Imolen. Bonorum. die 25. Iunij 1593. coràm Litta. quæ habetur impressa apud Salust. Tiber. in sua Praxi Iudiciali. lib.3. post cap.17. Et in Perusina dotis. Mercur. 1. Iulij 1598. coràm* Pegna. *Est decis.136. in eius lib.4. in manuscript. incip. Anno 1559. Has decisiones referendo sequuta est Rota. coràm Sanctissimo* Ludouisio *in vna* Romana *Vineæ. Lunæ 2. Aprilis 1601. incip. Domini non dubitarunt. Est decis.23. inter eius impressas. vbi etiam Additio in litera* A. *citat similem decisionem in Asculana prædij. 22. Iunij 1609. coràm* Card. Sacrato.

Cum enim in *l. à Diuo Pio. 15. §. sed si emptor. vers. oportet enim. ff. de re iud.* iunctis ibi traditis per

2 DD. † disponatur quod præsente pecunia ad huiusmodi venditionem deueniri debeat, aliàs auferatur res ab emptore, ac si venditio facta non esset, necessariò dicendum venditionem sine interuentu pecuniæ esse nullam, prout ita arguitur *in d. Tiburtina.*

3 Qua necessitate stante, † non obstat *Bart. in d. §. sed si emptor. vers. quartò ibi.* dum vult esse de consilio. Quia eius dictum communiter non tenetur, & propterea Rota *in d. Tiburtina.* expresse ab eo recessit, quia repugnat verbis illius text. cum dicit,

4 *Oportet res pignore captas, &c.* † cum verbum, oportet, excludit arbitrium Iudicis. *l. verbum oportet. ff. de verbor. signif.* Et inducat potius necessitatem. *Gloss. in cap.1. in verb. oportet, de præscript. in 6.* quæ & alia habentur *in d.* Romana *Vineæ.*

DECLARATVR ista Rotę obseruātia ab eadem Rota *coràm eodem Ludouisio in eadem causa Romana Vineæ. Vener. 18. Maij 1601. incip. Quoniam in de-*

5 *cisione. Est decis.28. inter eius impress.* † quod in subhastationibus verbum, pecuniæ, cum dicitur fieri debere præsente pecunia, non esse strictè accipiendum pro ea, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione. *iuxtà l.4. §. ait Prætor. & §. soluisse. ff. de re iud.*

6 Et † quod non præsente pecunia, consentiente tamen creditore venditioni, & deliberationi pignoris valeat subhastatio. aliquas decisiones allegat *Addit. ad Ludouis. in d. decis.23. nu.5.* vbi etiam no-

7 tat, † quod iste consensus creditoris est necessarius in ipso actu deliberationis, & quod non sufficeret consensus ex post præstitus; Et hoc ea ratione, quia requiritur consensus talis, per quem ex tunc in ipso actu subhastationis debitor liberetur à suo creditore, & dicit ita fuisse decisum *in Asculana* Prædij *22. Iunij 1609. coràm Card. Sacrato.* Quibus adde quod

8 dicit *Pegna in d. Perusina dotis.* † quod valet subhastatio, & deliberatio habita fide de pretio creditore id approbante, & dicit id fuisse à Rota declaratum. *Die 3. Decembris 1594. in vna Vrbeuetana domus. coràm Seraph.* quæ non reperitur inter eius extensas. Et sæpius à Rota ita fuisse resolutum dicitur *à Rot. decis.464. incip. In decisione. nu.1. in Recent. par.2.*

9 † Quod tamen dicitur *nu.3.* non procedere, quando vnus solus creditor in dicta subhastatione interuenit, alijs ignorantibus, ad quorum notitiam cum deuenit reclamarunt protestando nihil fieri, nisi ipsis

10 citatis, & Iudex interposuit decretum. † Quia vnus solus creditor licet subhastationi consentiat, & fidem habeat de prætio nō potest alijs præiudicare. *ad text. in l. licet. C. de procurat.* potissimè stante dicta protestatione. *l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.*

Non tamen videtur hic omittendum, quod dicit

11 *Idem Seraph. decis.12. incip. Domini inspecta.* † quod attento

attento communi vsu in subhastatione non solet interuenire vera numeratio. Ex quo confirmatur quod superius dictum est, nomen pecuniæ in subhastatione non est strictè accipiendum pro ea, quæ ad numerum datur.

Subrogatio.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus gratiosè, non tenetur discutere ius auctoris, & potest propria auctoritate etiam lite pendente capere possessionem absque vitio attentatorũ, quod secus est in subrogato rigorosè.*

2 *Subrogato gratiosè est danda immissio, quando constat de lite, clericatu, & obitu defuncti in possessione.*

3 *Subrogatus gratiosè in beneficio litigioso sufficit, quod doceat de clericatu, & de obitu prædecessoris in beneficio, secus in non litigioso.*

4 *Subrogatio gratiosa, si non agitur de præiudicio Ordinarij, vel alterius collatoris, benè probatur ex clericatu subrogati, & obitu defuncti in possessionẽ.*

5 *Subrogatio gratiosa non est sufficiens ad effectum manutentionis, siue expressione actualis possessionis.*

6 *Subrogatus in Ius, & litem tenetur iustificare ea, ad quæ principalis tenebatur.*

§. 1. ROTÆ obseruantia est, quod in *Subrogatione* gratiosa subrogatus non teneatur discutere ius actoris, sed possit propria auctoritate etiam lite pendente, sine vitio attentatorum intrare possessionem, sed in subrogato rigorosè contrarium seruatur. *Mohed. decis. 11. vt lit. pend. aliàs 327. incip. Fuit resolutum magnam. num. 1.* vbi allegatur *decis. in vna Lucen. Parochialis de villa Rubin. 29. Octobr. 1540. coràm Episcopo Aquen. Idem etiam dictum coràm Puteo decis. 495. lib. 2. incip. Die 12. Nouemb. & coràm Comitul. in vna Bracharen. Parochialis 17. Maij 1589. est decis. 50. in eius lib. in manuscript. incip. Domini resoluerunt esse locum.* vbi habetur, quod gratiosè subrogatus nec arctatur ad iustificationem gratiæ, *in vt. d. decis. Mohed.* quam Rota secuta est etiam *in vna Burgen. Præstimonij de Pancoruo 24. Octob. 1588. coràm Gypsio. est decis. 50. in eius lib. in manuscript.* Et subdit Rota *corã Reuerendissimo Comitulo in supradicta decis.* quod in Palatio ita passim seruatur. Idem fuit dictum *coràm Pegn. in causa Parmen. Beneficij de Tolentino Ven. 21. Aprilis 1589. Vacante beneficio. est decis. 17. in eius lib. 1. in manuscript.*

Vide circa hanc materiam *in 1. nostra Parte ad d. decis. Mohed. fol. 362. col. 1. in med. Et in nostris Obseruat. ex Rot. Rom. vt ibi citatur.*

§. 2. ROTA sæpissimè dixit, quod *Subrogato* gratiosè est danda immissio, quãdo constat de clericatu lite, & obitu defuncti in possessione. *Rot. coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 426. num. 1. incip. Domini vtraque parte.* vbi dicitur, quod sic sæpissimè Rota dixit.

§. 3. ROTA seruat, quod *Surrogatus* gratiosè non teneatur ad iustificationem narratorum, sed sufficiat probatio clericatus, & quod prædecessor obierit in possessione *iuxt. decis. Put. 495. lib. 2. Mohedan. 11. vt lit. pend.*

Quod tamen procedit in beneficio litigioso, non autẽ in non litigioso. vt fusè notauimus *Par. 1. ad Gyps. decis. 50. lib. 1. fol. 423. col. 2. in fin. & ad Mohed. d. decis. 11. fol. 362. col. 1. & ad Put. d. decis. 495. vbi remissiuè. fol. 556. col. 1.*

§. 4. in ROTA sæpius fuit dictum, quod *Subrogatio* gratiosa, vbi non agitur de præiudicio Ordinarij, vel alterius collatoris, sufficiẽter probatur ex prob. tione Clericatus, & obitus defuncti in possessione. *Rota coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 166. num. 1. incip. Domini sine alia controuersia.* in qua habetur, quod sic sæpius in Rota fuit dictum, & præsertim *corã Mohed. decis. 327. quæ est 11. vt lit. pend. incip. Fuit resolutũ magnam. & coràm Put. decis. 295. lib. 2. quæ iuxta nouam impress. est decis. 287. eod. lib. incip. In vna Palentina.* cum alijs alleg. *ts in d. decis. Gregor.*

Vide quæ diximus *sup. in 1. Par. ad d. decis. Mohedan. 327. fol. 362. col. 1. in med.* & latiùs si desideras, *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. ibi citat.*

§. 5. ROTA in pluribus causis dixit, quod *Subrogatio* gratiosa non sit sufficiens causa ad effectum manutentionis sine expressione actualis possessionis. *Rot. in vna Placentina Decanatus Lunæ 4. Decembr. 1600. coràm Decan. Pegn. est decis. 68. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Proposui dubium.* vbi attestatur, quod sic fuit dictum in pluribus causis.

§. 6. in ROTA obseruatur *decis. Aegid. 112. incip. Subrogatus tenetur.* vbi dicitur, quod *Subrogatus* in Ius, & litem teneatur iustificare ea, quæ principaliter tenebatur iustificare is in cuius locum subrogatur. *Rot. in vna Asten. Præpositurae Domus Dei. coràm Decan. Oradin. est decis. 1. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Dubitarunt Domini.* in qua habetur quod Rota seruet eandem decisionem. vt etiam testatur *Cassad. decis. 2. de caus. possess. & propriet. incip. Lapus allegat. 89. Idem dictũ fuit corã Card. Seraph. decis. 596. incip. Domini dixerunt intrare.*

Vide, quæ diximus *ad d. decis. Aegid. 112. fol. 243. col. 1. in fin.*

Substitutio.

SVMMARIVM.

1 *Substituens aliquem in officio loco sui, tenetur pro delictis per eum perpetratis.*

2 *Substitutiones sequentes referuntur ad tempus, & conditionem suprà expressam, nisi aliud sit expressum.*

3 *Substitutio reciproca non est, nisi sit facta vltimo decedenti.*

4 *Substitutio censetur vulgaris, quando sunt vocati plures per nomen collectiuum.*

§. 1. ROTA in pluribus causis resoluit, quod *Substituens* aliquem in officio loco sui, tenetur pro delictis per illum perpetratis. *Rota coràm fel. record. Gregor. XV. decis. 233. nu. 1. incip. Cum fuerit resolutum.* vbi dicitur, quod sic fuit resolutũ in Rota in pluribus causis relatis *in vna Romana Pecuniaria. 27. Ianuarij 1597. coràm Litta.* & ita alias dixit *Rot. inter impress. diuers. p. 4. decis. 379. sub nu. 1. incip. Fuit resolutum D. Bonetto.* vbi refertur *decis. in causa Romana releuationis Indemnitatis. Vener. 9. Iunij 1581. coràm Card. Seraph. quæ est decis. 527. nu. 1. inter impress. incip. Inspecta dispositione.*

§. 2. in ROTA pluties fuit resolutum, quod *Substitutiones* sequentes referuntur ad tempus, & conditionem suprà expressam, vbi aliud separatum, & diuersum expressum tempus, & conditionem non habeat. *Rot. dceis. 490. num. 3. in med. part. 4. diuers. incip. Iacobus Gallus.* vbi dicitur, quod sic sæpius fuit

fuit dictum, & præsertim in causa Albanen. fideicommissi. Romana de Maximis, & Tudertina de Corradis.

§. 3. in ROTA pluries fuit resolutum, quod Substitutio reciproca nõ sit, nisi sit facta vltimo decedenti. Card. Seraph. decis. 1190. nu. 1. incip. Quia prætendebatur. vbi testatur sic pluries fuisse resolutum, & signanter in vna Bononieñ. de Felicinis. Lunæ 18. Februarij 1591. coràm eod. est decis. 939. num. 3. & 10. incip. Verba testamenti. & in alia Rauennateñ. Fideicommissi. 10. Aprilis 1596. coràm Orano. est decis. 344. in eius lib. 2. in manuscrip. incip. Christophorus à Sale. in qua dicitur, quod hoc est magis communiter receptum, vt tradit post Mandel. cons. 31. Card. Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 6. Idem etiam volunt DD. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat. 2. & Soccin. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 3. ad Trebell. Gozad. in cons. 67. nu. 14. & Soccin. Iun. cons. 176. nu. 14. lib. 2.

§. 4. ROTA passim sequitur doctrinam Cuman. in l. cum ita. 5. §. in fideicommisso. nu. 4. ff. de legat. 2. vbi dicit, quod quando plures etiam sub nomine collectiuo sunt vocati, nisi adsint verba importantia tractum temporis successiuum in futurum, censentur solum vocati per vulgarem, adeò quod primo adeunte expirat Substitutio quo ad alios. Rot. coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 207. num. 7. incip. Fuit concordi. vbi Rota refert, & sequitur decis. in causa Auinionem Status. 6. Iunij 1578. coràm Bubal. & ambas istas decis. posteà secuta est. Rot. in Recent. part. 1. decis. 357. num. 1. incip. Cum testator. in qua etiam dicitur, quod ista opinio pro communi fuit admissa. in causa Florentina de Detis. 3. Decembr. 1607. coràm Manzaned. Et quod Rota passim sequitur istam doctrinam. Cuman. testatur Beltramin. in addit. ad dicta decis. Gregor. in litera A. nu. 9. Vbi nonnullas aliàs decisiones allegat.

Vide, quæ diximus inf. Part. 3. circa DD. in §. Cuman. in d. l. cum ita.

Successor.

S V M M A R I V M.

1 Successor in officio potest extrahere iura sine compulsorialibus.

§. 1. in ROTA sæpè fuit decisum, quod Successor in officio, & pariter actuarius possit extrahere iura sine compulsorialibus sine vitio nullitatis. Rot. in vna Mediolaneñ. Iurispatronatus. die 4. Februarij 1591. coràm Decan. Pegna. est decis. 129. in eius lib. 1. in manuscr. incip. Capellaniam simplicem. vbi dicit, quod hoc est notum, & sæpè ita decisum in Rota. in qua etiam refert, & sequitur Caputaquen. decis. 244. nu. 3. incip. Notarius qui non fuit. part. 2. & idem etiam anteà fuit tentum in vna Barchinoneñ. redditionis computorum. die 8. Iunij 1551. coràm Chissaneñ. vt refert idem Caputaquen.

Summa.

S V M M A R I V M.

1 in Summis taxandis, in ijs quæ pendent ab arbitrio amplectitur minor.

§. 1. ROTÆ stylus est, vt in ijs quæ pendent ab arbitrio in taxandis Summis minorem semper amplectatur. Rota in Bononieñ. pecuniaria. 9. Maij 1603. coràm Card. Seraphino. & in Aquinateñ. Vnionis. 20. Iunij 1601. coràm eod. vbi de taxatione fructuum beneficij.

Sumptum.

S V M M A R I V M.

1 Sumptum ex registro supplicationũ, an faciat fidem.
2 Copia extracta creditur ex iuribus extractis in actis.
3 Copia copiæ facit fidem concurrentibus pluribus adminiculis, coniecturis, & indicijs sufficientibus ad inducendum Iudicem ad hoc credendum.

§. 1. ROTA licet olim obseruaret, quod Sumptum ex registro supplicationum non faceret fidẽ in iudicio, secus si ex Registro bullarum. Rot. decis. 620. aliàs 28. de probat. in antiq. & decis. 681. aliàs 10. de fid. instrum. etiam in antiq. Et ad hoc vt probaret requirebantur compulsoriales. Rot. decis. 689. aliàs 36. de probat. in antiq.

Hodie tamen isto stylo antiquato Rota seruat, quod sumpto ex registro supplicationum fides adhibeatur, non minus ac sumpto ex Registro Bullarum. Rota in Tarraconeñ. Canonicatus 18. Februarij 1549. coràm Fabio. est decis. 219. p. 3. lib. 3. diuers. & notat addit. ad d. decis. 620. Cresc. decis. 2. de fid. instrum.

§. 2. ROTA fidem adhibet Copiæ extractæ ex iuribus extractis in actis. Caputaquen. decis. 222. lib. 1. in manuscript. Aegid. decis. 226. incip. In causa mea. vers. item quod. quas secuta est Rota in Cremoneñ. beneficij. Mercur. 5. Iunij 1596. coràm Card. Seraphino. est in impress. 1192. incip. Domini censuerunt iura. nu. 3.

§. 3. ROTA pluries censuit, quod Copia copiæ faciat fidem concurrentibus pluribus adminiculis, coniecturis, & indicijs sufficientibus ad inducendum animum Iudicis ad hoc credendũ. Gyps. in vna Casaleñ. seu nullius Præpositura. Lunæ 4. Martij 1596. longè post princip. quæ est decis. 66. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Conclusum fuit. vbi testatur, quod ita Rota pluries censuit, & signanter in decis. 234. coràm Caputaq. incip. Copia copiæ. part. 1. & in Cremoneñ. beneficij. Mercur. 5. Iunij 1596. coram Card. Seraph. nu. 2. est decis. 1592. in impress. incip. Domini censuerunt iura. Idem dictum fuit in vna Farfen. Territorij die Lunæ 12. Iunij 1606. coràm Decan. Pegn. est decis. 428. in eius lib. 1. in manuscript. incip. In decis. in hac causa facta. vbi affirmat, quod hoc vsu Rotæ est receptum. & addit Gyps. decis. in vna Romana Iurispatronatus die 1. Martij 1596. coràm Orano. est decis. 96. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Domini dixerunt, quod etiam. & dictum etiam fuit coràm eod. Pegn. in vna Perusina executionis 2. Maij 1595. incip. Vna tantum parte. est decis. 171. in eius lib. 2. in manuscript.

Quam etiam materiam notauimus suprà in I. Part. ad prædictam decis. Pegn. fol. 475. col. 2. ante fin. & etiam.

Vide fusius hanc materiam in nostr. Obseruat. ex Rota Romana in verb. Sumptum. Obseru. circa Sumptum. per plures. §§. &

Part. 3. in §. Dec. in Auth. si quis in aliquo. C. de edend.

Supplicatio.

S V M M A R I V M.

1 Supplicatio ad effectum surreptionis, est attendenda, non autem litera expedita.

Suppli-

2 *Supplicationis porrectio non facit quin alia possit per eumdem porrigi, & super ea cōsensum præstare.*

§. 1. in ROTA sæpius decisum fuit, quod *Supplicatio* ad effectum sureptionis est attendenda, non literæ expeditæ. *Rot. coràm Andrea in causa Bononien. Bonorum de Binarinis* 5. *Martij* 1618. vbi restatur, quod sic sæpius fuit decisum in Rota. ita etiã fuit dictum *corã Gyps. in causa Cæsaraugustana Pensionis* 19. *Februarij* 1590. *est decis.* 78. *in eius lib.* 1. *in manuscrip. incip. Didacus cuiusdam. & coràm fel. rec. Greg. XV. decis.* 108. *nu.* 11. *incip. In vltima positione. vbi Beltramin. in addit. in litera E. num.* 16. hanc materiam declarat.

Vide fusè materiam istam *sup. Part. I. ad Aebill. decis.* 281. *aliàs* 10. *de præbend. fol.* 142. *col.* 1. *in fin. Et ad Card. Caualer. in Vrbeuetana Bonorum Ven.* 14. *Iunij* 1613. *in Additionibus.*

§. 2. ROTA seruat, quod porrectio *Supplicationis* non faciat, quin alia possit per eumdem porrigi, & super ea consensus præstari, & sic non amplectendo rigorem. *text. in cap. quidam* 12. *extrà de renunt.* vt dicit *Put. in decis.* 40. *per tot. incip. Fuit resolutum in vna.* vbi Rota refert, & sequitur *decis. in vna Palentina Canonicatus, & præbendæ coràm eod. Put.* 19. *Octobris* 1543. *Idem dictum coràm eodem in decis.* 199. *incip. In vna Salamantina. & in decis.* 17. *incip. Porrectio. de renunt. vbi reprobatur decis.* 1. *Cassador. eod. tit.*

Vide, quæ diximus in *I. Part. fol.* 350. *col.* 2. *in princip. ad decis. Lancellott. Sen.* 155. *inter eius selectas in manuscript.*

Tempus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus sexaginta annorũ dicitur antiquum in teste.*

§. 1. ROTA seruat, quod *Tempus* sexaginta annorum dicatur tempus antiquum in teste, vt post *Caputaq. decis.* 344. *par.* 3. *incip. Vnio probatur.* dixit Rota *in Feretrana beneficij Ven.* 12. *Iunij* 1592. *coràm Gypsio. est decis.* 114. *in eius lib.* 1. *incip. In vna Feretrana.* vbi de probatione vnionis per testes.

Terminus, & Termini substantiales.

SVMMARIVM.

1 *Termini præfixio facta vigore commissionis, supplet obseruationem terminorum substantialium.*
2 *Termini substantiales, vt sanentur sufficit, quod interuenerint tot audientiæ, vt potuerint seruari.*
3 *Termini substantiales si fuerint malè seruati, possunt reiterari.*

§. 1. ROTÆ stylus est, quod præfixio *Termini* facta vigore commissionis suppleat obseruationem terminorum substantialium. *Card. Lancell. Senior decis. vna de termin. incip.* Rota *seruat. est decis.* 187. *in eius decis. select. in manuscript.* vbi dicitur, quod ita dictum fuit *in vna* Romana *pecuniaria* 4. *Iunij* 1576.

§. 2. ROTÆ stylus est circa seruationem *Terminorũ* substantialium, quod sufficiat interuenisse tot audiẽtias, vt potuerint seruari, quia postea licet inculcatè, & nulliter seruati per reiterationem sanantur. *Card. Seraph. decis.* 515. *Fuit resolutum pro validitate. nu.* 1. *&* 2. *& post eum Gregor. XV. decis.* 180. *Domini non dubitarunt. num.* 7.

Vt etiam notauimus *ad Seraphin. d. decis.* 515. *Part. I. fol.* 70. *col.* 2. *post med.*

Plura vide *in nostr. Obseru.* ex Rota Romana *in verb. Terminus. Obseru. circa Terminos substantiales.* vbi §. 4. habes quod, ijdem termini malè, etiam inculcatè seruati possunt sanari in Rota vigore Innocentianæ. Quod tamen non procedit quando non fuerunt seruati, vt habes ibidem §. 6. & §. 3. *sequent.*

§. 3. ROTA seruat circa *Terminos* substãtiales, quod si malè sunt seruati, possunt reiterari vigore Innocentianæ. *Cassad. decis.* 8. *nu.* 10. *de rescript.* præsertim in vltimis audientijs, & quando præcessit longa causæ discussio *ad Gabr. de sent. conclus.* 6. *nu.* 15. *Rota in Toletana dimidiæ annatæ Lunæ* 15. *Ianuarij* 1596. *coràm Orano.* vbi quod idem fuit dictũ *in Perusina emphyteosis* 20. *Iunij* 1578. *coràm* Card. *Lancellotto Senior.*

Et Innocentiana non habet locum extrà forum Rotæ, *Rota in Romana Saluiani Interdicti Vener.* 6. *Nouembr.* 1598. *coràm eodem Orano.*

Testamentum.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, ad hoc vt valeat, attendendus est locus conditi testamenti.*

§. 1. ROTA pluries sequuta est opinionem. *Bart. communiter approbatam in l. quia.* C. *de summ. Trinit.* vbi dicit, quod ad hoc, vt *Testamentum* substineatur, inspiciendus est locus conditi testamenti. Ita dictum fuit *in decis.* 396. *nu.* 2, *par.* 4. *diuers. incip. Dixerunt Domini, quod licet.*

Testis.

SVMMARIVM.

1 *Testes iurare debent tactis scripturis.*
2 *in Testibus in iudicio ciuili non requiruntur tot specificationes loci, & temporis.*
3 *Testis omni exceptione maior, quis dicatur.*
4 *Testis se referẽs ad id quod in priori examine dixit, an probet.*
5 *Testi affirmanti, se falsum deposuisse, non creditur in præiudicium partis.*
6 *Testis, qui non se communicauit illo anno, in quo examinatur, repellitur.*
7 *Testibus fides adhibetur propter impedimẽtum præstitum, quibus aliàs non adhiberetur.*
8 *Testis deponens, quod contenta in articulis sunt vera, probat,*
9 *Testes, qui non interfuerunt confectioni scripturæ probant, si deponunt de suo iudicio.*
10 *Testes in testamento possunt esse religiosi.*
11 *Testes, vt probent præscriptionem, aut possessionem, cuius ætatis esse dabeant.*
12 *Testibus mortuis, quando adhibenda sit eis fides simpliciter secundum opinionem Bart. & Bursat.*
13 *Testes examinandi, quando non faciunt fidem, quid Rota hoc casu seruet.*
14 *Testes etiam post datum Summarium admittuntur.*
14 *Testes, quod sint idonei, an sit probandum.*
16 *Testes examinati sine interrogatorijs quãdo valeant, & quando non.*
17 *Testis, qui secundo loco examinatus deposuit contrarium primi examinis, non est integer testis.*

18 *Testes*

18 *Testes nulliter examinati faciunt adminiculum.*
19 *Examen Testium nullum ex defectu citationis ad videndum iurare testes, sanatur per commissionem sanatoriam arbitrio Rotæ, quando fuerunt examinati cum interrogatorijs.*
20 *pro Testium examine sanando, quando intret arbitrium.*
21 *Testes nulliter examinati per Notarium suspectum, an sanentur vigore commissionis.*
22 *Examen Testium aliàs nullum ex defectu citationis, vel minus legitimè factæ, sanatur propter scientiā partis contra quàm examinantur.*
23 *Testi non datur maior fides cōtra inducentem, quam pro inducente.*
24 *Testes Vniuersitatis regulariter non repelluntur.*
25 *Testis vnicus deponendo de facto proprio plenè non probat.*
26 *Testis vnicus contra producentem an plenè probet.*
27 *Testis vnicus sufficit in iudicio summarijssimo manutentionis.*
28 *Testis vnicus contra inducentem non plenè probat.*
29 *Testi vnico non plus tribuitur contra inducentem deponenti, quam si exaduerso esset inductus.*
30 *Testes, vt probent valorem alicuius rei, debent deponere, quod ita valet, & vendi potest.*
31 *Testes, qui ignorant quantitatem, & qualitatem terrarum, & vinearum non probant communem valorem.*

§. 1. ROTA seruat, quod *Testes* iurent tactis scripturis, *Caputaq. decis.246. part.2.* Tamen si Notarius receptor attestetur se recepisse iuramentum in forma iuris, etiam quod non dicat tactis, &c. intelligēdum est illud fuisse præstitum eo modo, quo debuit legitimè, præsertim si talis sit stylus regionis, *vt in Hispania Ciuitaten. constructionis Capellæ 20. Februarij 1589. coràm Seraphino.* vbi allegātur aliæ decisiones.

Et vide *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Testis. Obseru. circa Iuramenta testium. §. 1. in Testium examine licet requiratur. & in §. 2. Testis præsumitur iurasse tactis.*

§. 2. ROTA non respicit tot specificationes loci, & temporis in *Testibus* in iudicio ciuili. vt dicitur *in causa Auximana bonorum. Ven. 27. Februarij 1573. coràm Gropperio.*

§. 3. ROTA non seruat illum rigorem, quod ad hoc, vt dicatur *Testis* omni exceptione maior superare debeat omnem quamcumq; friuolam exceptionem, adeò quod nulla sibi macula impingi possit, quando testis est idoneus. ita dixit *Rota in causa Ferrarien. Matrimonij. 18. Iunij 1610. coràm Ortembergo. quæ est impress. penès Farinacc. post 2. tom. consil. decis. 294. nu. 5. incip. Postquam in hac causa.*

§. 4. ROTA tenet, quod *Testis* referens se ad aliud examen probet, cum hoc lege permittente fiat *Bart. in l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. Idem in l. eos qui. num. 6. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Rot. coràm Cardin. Seraph. *decis. 1147. nu. 9. incip. Fuit dubitatum, an ex testibus. qui testatur passim obseruari in Rota. Et dictum fuit coràm eod. decis. 270. num. 5. incip. Fuit resolutum sufficiēter probari. vbi allegatur decis. in vna Toletana Portionis 17. Nouemb. 1567. coràm eodem.* In qua ita resolutum fuit per hæc verba præcisa. Testes satis sufficienter euacuarunt interrogatoria, dummodo vbi se referunt ad aliud examen saltem implicitè possit colligi ex eo responsio ad interrogatorium. *Idem dictum fuit in decis. 430. inter impress. diuers. part. 1. in fin. incip. Fuit resolutum, sufficienter.* vbi dicitur, quod Rota sæpius hanc opinionē secuta fuit quam etiam postea firmauit *in vna Conchen. Capellaniæ 17. Martij 1608. coràm Ortembergo, & latè in Carthaginen. Canonicatus 16. Ianuarij 1609. coràm Lancellotto.*

Et vide, quæ diximus *Part. I. ad Seraph. decis. 1069. incip. Fuit conclusum. fol. 103. col. 1. Et ad eiusdem Seraph. 270. quæ est in Calaguritana Matrimonij. ad nu. 5. vers. Nota cum nu. 5. fol. 55. col. 2.*

§. 5. ROTA sequitur illam communionem Doctorū opinionē, quod *Testi* affirmanti se falsum deposuisse, non creditur in præiudicium partis. ita dictum fuit in causa *Parmen. Status 23. Martij 1601. corā bon. mem. Card. Millino. est decis. 163. inter impress. penes Farin. post 2. tom. Consil. incip. Proposui iterum idem dubium num. 6.*

§. 6. ROTA sequitur eorum opinionem, quod *Testis*, qui in illo anno depositionis non confessus est sua peccata, neque recepit Sanctissimum Sacramentum, repellitur à testimonio. *Rot. coràm bon. mem.* Card. Millin. *in causa Parmen. Status Vener. 4. Iunij 1604. est decis. 114. inter impressas penes Farinac. post 2. tom. Consil. incip. Fuit iterum dubitatum. num. 6.* vbi testatur de tali obseruantia Rotæ, & allegatur *decis. in causa Vrbeuetana Tenutarum 21. Iunij 1575. coràm Cæsar. de Graff. est decis. 79. in eius impress. aliàs 9. de testib. incip. Primus testis.*

§. 7. ROTA solet adhibere fidem *Testibus*, etiam nulliter examinatis stantibus impedimentis, & tergiuersationibus partis, non solum ex æquitate, sed etiam iure ordinario. *vt per Doctor. in cap. peruenit. il 1. de testib. cogend. cum multis alijs citatis per Ferett. cons. 160. lib. 1.* Card. Seraph. *decis. 1154. nu. 2. incip. Distinxerunt Domini. & decis. 1296. num. 10. incip. Fuit dubitatum an sententia. vbi decis. allegatur in vna Carthagineñ. Pensionis Lunæ 14. Nouembris 1594. coràm eodem. est decis. 1044. incip. Domini recesserunt.*

§. 8. ROTA pluries tenuit illam opinionem, quod sufficiat, quod *Testes* deponant contenta in articulis esse vera, etiamsi explicitè per extensum non deponant. *Rot. penès Farinacc. post 2. lib. consil. decis. 8. in princip. incip. In vna Lucana.* ita etiam fuit dictum *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 578. num. 3. incip. Visum fuit Dominis. vbi Beltramin. in annot. in litera A. num. 13.* attestatur pluries Rotam tenuisse hanc opinionem, & ad hoc refert plures decisiones, & postea subdit, quod ab ista opinione toties per Rotam firmata, non est recedendum licet plures in contrarium tenentes referat *Farinac. de testib. q. 80. num. 100.*

§. 9. ROTÆ stylus est, quod *Testes* qui non interfuerunt confectioni scripturæ, probent si deponunt de suo iudicio, quoniam talis iustificatio in tali materia admittitur. *Oran. in vna Romana Dotis. Merc. vlt. Ianuarij 1596. post princip. est decis. 323. in eius lib. 2. in manuscr. incip. Fuit à Dominis resolutum.* in qua testatur, quod aliàs sic resolutum fuerit. *& allegatur decis. in vna Auinioneñ. Pecuniaria. Ven. 26. Aprilis 1560. coràm Decano Oradin. est decis. 23. in eius lib. 1. in manuscript.* Idem dictum fuit *in vna*

Bar-

Barchinonen. Matrimonij Mercurij 31. Ianuarij 1575. *coràm Robusterio. est decis.* 570. *diuers. part.* 1. *incip. Domini pro maiori parte. nu.* 2. *Et in decis.* 150. *coràm Card. Seraph. incip. Fuit resolutum constare. in princ.* vbi quod Rota admittit recognitionem testium dicentium se habere notam manum scribentis etiam in libris, referendo *Achill. decis.* 2. *de fid. instrum. aliàs* 193. *incip. Qui dquid sit in apocha. Idem habetur in decis.* 1163. *coràm eodem. incip. Quamuis Domini.*

Plura si desideras circa hanc materiã perquire *in nostr. Obseru. ex Rot. Rom. in verb. Recognitio. per tot.*

§. 10. ROTA solet tenere, quod Religiosi nõ possint esse *Testes*, & si testificentur examen erit nullum. *Rota in vna Colonien. Status.* Ven. 21. Aprilis 1559. *coràm Decan. Oradin. est decis.* 172. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Dubitaui an confessio.* vbi dicitur Rotam ita solere tenere, in qua etiam habes limitationem ad dictã opinionem post *Socc. lib.* 1. *cons.* 17. *in fin.* quod tunc valeat examen quando hoc non fuit oppositum.

Quod tamen in testamentis possint esse testes, quicquid sit de stricto iuris rigore, & quod ita obseruetur, & consuetudine generali receptum sit, *vt post Castrens. Natt. & Clar. testatur Rota coràm Dunozetto in vna Firmana Hæreditatis. Ven.* 7. *Iuny* 1619. *incip. Proposita. aliàs impressa in folijs volantibus.* vbi de Fratribus Capuccinis in testamento testibus.

§. 11. ROTÆ opinio, & stylus est, quod ad hoc, vt *Testes* probent præscriptionem, aut possessionem immemorabilem, requiritur ætas 54. annorum, nam cum testes debeant suo tempore probare continuam 40. annorum, necesse est vt tempore, quo videre cæperunt essent doli capaces. *Rot. in vna Valentina Decimarum de Zueca. Vener.* 14. *Nouembris* 1597. *coràm Decan. Pegn. est decis.* 67. *in eius lib.* 4. *in manuscript. incip. Cum arrendatarij.* vbi dicit, quod ista est opinio, & stylus Rotæ.

§. 12. ROTA non tenet simpliciter opinionem *Bart. in Auth. at qui semel. C. de probat. & in l. admonendi. ff. de iureiur.* dicentis testibus mortuis adhibendam esse fidem, nec deierasse præsumuntur, neque propterea Rota recipit *consil. Bursatt.* 7. *n.* 10. nisi concurrant requisita de quibus late. *Rot. apud Mohed. decis.* 178. *aliàs* 5. *de testib. incip. Inter communitatem Parmæ. Decan. Pegn. in vna Perusina spolij Domns. Vener.* 21. *Aprilis* 1606. *est decis.* 415. *la* 1. *in eius lib.* 5. *in manuscript. incip. Vtraque parte informante.* vbi testatur, quod Rota non teneat talem opinionem *Bart. nec Bursatt.* simpliciter, & in qua decis. propterea fuit adhibita fides testibus mortuis, quia testes fuerunt iudicialiter recepti, & examinati cum interrogatorijs partis, & aderat commissio sanatoria cum clausula arbitrio Rotæ.

§. 13. ROTA seruat, quod quando inclinat, quod *Testes* examinandi non facient fidem, mandat examinari, & poni ad partem, quia possunt postea testes pro nihilo haberi. *Mohed. decis.* 2. *in fin. de testib.*

§. 14. ROTÆ stylus est, quod *Testes* admittantur
1 etiam post datum summarium. † *Card. Seraph. decis.* 688. *nn.* 2. *incip. Fuit resolutum pro maiori parte.* vbi dicitur hunc esse stylum Rotæ. quam decis. secuta est posteà *Rot. in vna Senogallien. Spolij. Luna* 11. *Decembris* 1601. *coràm Corduba. est decis.* 272. *in eius lib. in manuscript. incip. Pro remissoria. & in causa Ianuen. Iurisdictionis. Luna* 21. *Februarij* 1611. *nn.* 4. *coràm fel. record. Gregor. XV. incip. Proposito semel. est decis.* 497. *in eius impress.* in qua pariter testatur de tali stylo Rotæ, & dicit quod habet locum, quando habitum fuit solum summarium, vel quando originale fuit ostensum, aut dimissum in manibus
2 procuratoris, † quod in Curia aliquando admittitur propter legalitatem, & probitatẽ procuratoris, cum soleat Rota confidere in eorum probitate, *vt testatur Beltramin. in addit. ad d. decis. in litera A.* multas cumulans ad hoc decisiones.

Larissimè de ista materia habetur per *Farinac. de testib. quæst.* 75. *nu.* 68. *& seqq.*

§. 15. in ROTA sæpius fuit resolutum, quod non sit articulanda, & probanda fides *Testium*, quando statutum requirit, quod sint idonei. Rota *coràm Card. Pamphil. Senior. in Senen. spoliorum. Lunæ* 5. *Iunij* 1595. *incip. Fuit resolutum testamentum. in fin.* vbi dicitur, quod tales præsumantur, quousque contrarium probetur. *cap. præsentium. de testib. Imol. in l.* 2. *§. si quis neget. ff. quemadm. test. aperian.* absque eo quod huiusmodi qualitas aliter probetur. Maximè cum statutum nõ dicat, quod sint omni exceptione maiores, sed contentetur, quod sint idonei. *Felyn. in cap. cum Ioannes. nn.* 44. *in fin. de fid. instrum. Socc. Iun. cons.* 29. *num.* 26. *lib.* 2. *Curt. in tract. de testib. conclus.* 35. *Alciat. præsumpt.* 2. *regul.* 3. *colum.* 2. *Couarr. in cap. relatum il* 1. *sub nn.* 7. *onm seq. de test.*

§. 16. ROTA circa *Testium* examen tenet, quod si sunt examinati sine interrogatorijs valẽr, & hoc de æquitate, debent tamen repeti, licet sit magnus Doct. conflictus *in cap. per tuas. de testib.* & de quodam rigore, & fortè secundum magis communem tale examen non deberet valere *iux. not. per Dec. in cap. licet causam. in* 5. *notab. de probat.* Et ita bis resolutum testatur *Accorãbon. decis.* 49. *incip. Fuerant examinati. lib.* 1. *& decis.* 50. *incip. Die tamen* 19. *Febr. eod. lib.* 1. vbi limitatur dicta conclusio, quod examen non valet stante partis protestatione de nullitate, & forma data à Iudice. & ita dicitur fuisse resolutum *in vna Pampilonen. coràm Capisucco.*

Vide, quæ super ista Conclusione diximus sup. *Part. I. ad Decis. Sanctiss. Ludouis. in Hispalen. Matrimonij Luna* 18. *Ianuar.* 1608. *fol.* 19. *col.* 1. *à med. vsque ad fin.*

Et fusiùs *in nostr. Obseruat. ex Rota Rom. in verb. Testis, Obseruat. circa* Interrogatoria. §. 5. *incip. Testium examen nõ est nullum propter omissionem interrogatoriorum. &* §. 6. *Testium examen sine interrogatorijs quãdo sustineatur. &* §. 7. *Testes si fuerunt examinati sine interrogatorijs.* & §. 8. *Testium examen sustinetur.*

§. 17. ROTA in pluribus causis secuta fuit illã opinionem, quod *Testis*, qui secundo loco examinatus deposuit contrarium eius, quod primo loco deposuerat, non per hoc tollitur in totum fides primæ depositioni, sed remanet solum debilitata, quoad fidem probationis, ita vt super eo non possit fundari sententia. *Rot. coràm bon. mem. Card. Millino in causa Parmen. Status* 23. *Martij* 1601. *est decis.* 163. *inter impress. penes Farinac. post* 2. *tom. Consil. incip. Proposui iternm. num.* 2. vbi attestatur istam opinionem sæpius Rotam secutam esse.

Vide, quæ diximus *sup. Part. I. ad Card. Seraph. decis.* 1029. *num.* 5. *fol.* 100. *col.* 2. *in med.*

K §. 18. RO-

§. 18. ROTA sæpius dixit, quod licet *Testes* nulliter examinati non probēt, tamen faciunt adminiculum. Rota coràm R.P.D.Coccin.*Decan.decis.*173.*num.*4. *incip.Domini resoluerunt, apocham*. vbi affirmatur, sic fuisse resolutum pluries in Rota.

Vide, quæ diximus *sup.Part.I.ad Card.Seraph. decis.*585.*incip.Fuit dictum Scholasticum.fol.*72. *col.*2.*in princ.*

§. 19. ROTÆ stylus est, quod *Examen* testium nullū ex defectu citationis ad vidēdum iurare testes sanatur per commissionem sanatoriam arbitrio Rotæ, quando fuerunt examinati cum interrogatorijs. *Comitul.in vna Toletana Primitiarū Ven.*23. *Feb.*1590. *est decis.*93.*in eius lib.in manuscrip.incip. Reseruatis aliis prætensis.* in qua testatur quod Rota ita passim seruat. Quod idem etiam affirmat *Buratt. in vna Meliten. Conserua Mercur.*10. *Ianuar.*1615.*est decis.*716.*in Recent.part.*2.*incip.Examini testium.*

Alias decis. circa hanc materiam cumulauimus *sup.ad I.Par.ad decis.Put.*301.*lib.*3.*incip. De mense.fol.*555.*col.*2.*in fin.Et ad Seraph.decis.*1489.*incip. Fuit dubitatum.fol.*130. *col.* 1. *in med.*

§. 20. ROTA quotidie seruat, quod arbitrium intrat pro sananda nullitate examinis *Testium*, quādo hinc inde sunt data interrogatoria. ita testatur *Rot.coràm fel.rec.Greg.XV.decis.*466. *nu.*1. *incip. Domini fuerunt concordes.*

Vide, quæ diximus *sup.in hac Part. in verb. Arbitrium.* §. 1. *Rota quotidie seruat.*

§. 21. ROTA seruat, quod non sanat vigore cōmissionis *Testes* nulliter examinatos per Notarium suspectum, *vt post Caputaq. in decis.*292. *part.*3. *fuit dictum in Toletana Primitiarum.Ven.*23.*Febr.*1590. *coràm Reuerendiss. Comitul. est decis.*93.*in eius libr. incip. Reseruatis alijs. nu.*4. licet fuerit dictum hanc obseruantiam non habere locum in casu ibi proposito, quia Notarius non erat prorsus parti suspectus.

§. 22. ROTÆ obseruantia est, quod *Examen* testium aliàs nullum ex defectu citationis, vel minus legitimè factæ, sanetur propter scientiam partis contra quam examinantur. *Rot.in vna Conchen.Decimarū dell' Infantando Mercurij* 1. *Iulij* 1615. *coràm Andrea. est decis.*686.*in Recen.part.*1.*in princ.in fin.incip. Cum ad multam.* vbi dicitur quod Rota propter hoc in pluribus causis substinuit examen testium aliàs nullum, & signanter *in vna Legionen. Sancti Facundi* 19. *Martij* 1590.*coràm Card. Pamphil.Senior. & in Calaguritana oblationum* 26. *Martij eod.ann.coràm Comitulo. est decis.*96. *in eius lib.in manuscript.incip. Validitatem examinis. & in vna Aurien. S. Pelagij* 11.*Februarij* 1604. *coràm Cardin. Seraphin. quæ est decis.*1489. *inter impress. versic. nec etiam. incip. Fuit dubitatum super validitate. & in Aurien. Congrua, seu fructuum.*4.*Maij* 1607.*coràm Reuerendiss. Attrebaten.* in qua decis. quamplures aliæ decis. recensentur.

§. 23. ROTÆ obseruantia est non dare maiorem fidem *Testi*, contra inducentem, quam pro inducente. *vt habetur in vna Calaguritana liquidationis* 9. *Iunij* 1610.*nu.*2.*coràm Card.Sacrato.est decis.*244.*in Recent. part.*1. *incip. Domini approbarunt decisionem. vbi citatur decis.in vna Bononien. Portonis* 8.*Martij* 1610.*coràm Pamphil.Idem etiam dictum fuit in vna Romana hæreditatis de Comitibus* 26. *Aprilis* 1560. *coràm Paleotto.n.*3.*est decis.*594.*par.*3.*lib.*3.*incip. Opponebatur Domino.* Adeò quod *cum in Assisien.pecuniaria* 7.*Maij* 1610.*corā Reuerendiss.Manzanedo.* Fuisset firmata conclusio in contrarium, fuit in specie reuocata illa decisio, quo ad hanc conclusionem 28.*Maij* 1611. *coràm eodem.*

§. 24. in ROTA sæpius fuit dictum, quod *Testes* Vniuersitatis regulariter non repelluntur ad testificandū pro ea. *Rot.coràm R.P.D.Coccino Decan. decis.*140. *num.*1.*in fin. incip. Fuit per Dominos resolutum.* vbi affirmatur, quod Rota pluries admisit hanc conclusionem, & præsertim *coràm Chisan.decis.*189.*& corā Card.Blanchett.in causa Conchen. Limitum* 19.*Ianuarij* 1596. *& coràm Lauretano in Pampilonen. sepulturæ* 5.*Decembr.*1584.

Vide, quæ diximus *sup. Part.I. ad felic. record. Gregor. XV. in causa Sabinen. Alluuionis* 19. *Nouembris* 1607. *fol.*36.*col.*1.*in fin.* vbi habes, quando prædicti testes non repellantur.

§. 25. ROTÆ obseruantiæ est, quod *Testis* vnicus deponendo de proprio facto, plenam probationem non faciat. *apud Card. Sacrat. in vna Calaguritana liquidationis* 9.*Iunij* 1610.*num.*3.*est decis.*244.*par.*1. *in Recent. incip. Domini approbarunt decisionem. & dictum etiam fuit coràm Card. Seraph.decis.*558.*n.*5. *incip.Bis proposui dubium. vbi allegatur decis. Achil. de Grass.decis.*3.*de testib. aliàs* 191.*num.*1.*incip.Testis vnus. & habetur etiam in vna Romana releuationis indemnitatis* 7. *Maij* 1612. *coràm Pirouano.* Quam etiam opinionē post plures hic inde relatos sequitur *Farinac.de testib. quæst.*63.*num.*209. *Idem dixit Rota coràm Sanctiss. Ludouij.decis.*439.*nu.*6. *incip. Sententias esse iustas. & vid.ibi Adden.in litera B.* attestando quod Rota sequitur hanc opinionem.

§. 26. ROTA non admittit illam opinionem, quantumcumque communem, quod *Testis* vnicus contra producentem plenè probet, cum per productionem censeatur approbata persona, non autem dictum. ita dixit Rota *coràm bo. me. Manzaned.in causa Assisien. Pecuniaria. Ven.*28. *Ianuarij* 1611. *quæ est decis.*130. *inter impress. penès Cenc. de Cersib.*

§. 27. in ROTA fuit sæpè decisum, quod *Testis* vnicus sufficit in iudicio summarijssimo manutentionis. *Rot. coràm fel.rec.Greg.XV.decis.*438.*nu.*3. *incip. Informante tantum.* vbi dicitur, quod sic sæpè fuit decisum in Rota, & signanter *in vna Romana Capellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ* 24. *Febr.* 1576. *coràm Lauretano. & coràm Gypj. in vna Aretina Iuris visitandi* 26. *Iunij* 1592. Nam hoc iudicium summarijssimum contentatur etiam leuioribus probationibus.

Vide, quæ diximus *sup. in hac Part. in verb. Possessio.* §. 7. *in Rota fuit sæpius dictum.*

Vide latè *in nostr. Obseruat. ex Rot. Romana in verb. Possessio. Obseruat. circa Probationem possessionis ibi per plures* §§.

§. 28. ROTA seruat, quod *Testis* vnicus non plenè probat contra partem à qua fuit inductus, nec quia inductus à parte, neque quia deponit de facto proprio, vt dicitur *in Calaguritana liquidationis Mercu. 9. Iunij* 1610.*coràm Card.Sacrato.est in Recent. decis.*244.*nu.*2.*part.*1. vbi quo de primo *est decis. in Bononien.portionis* 8.*Martij* 1610.*coràm Card.Pamphil. vbi aliæ decis.allegantur.De secundo sūt decis. Achil.* 3.*de testib. Caputaq.*271.*part.*3. Et assignantur ibidem vtriusque conclusionis rationes.

§. 29. ROTA non plus tribuit vni *Testi* contra inducen-

centem deponenti, quàm si ex aduerso esset inductus. *Perusina bonorum 12. Decemb. 1597. coràm Cardinali Seraphino.*

§. 30. ROTA sæpius dixit, quod *Testes* non probant valorem alicuius rei, si dicant, quod à tantis ab hinc annis est alicuius prætij, sed deponere debent, quod ita valet, & vendi potest. *Rot. decis. 553. nu. 2. par. 4. diuers. incip.* Ex depositionibus. vbi attestatur, quod ita in pluribus causis fuit resolutum, & præsertim *coràm Caputaquen. decis. 164. nu. 4. part. 3. incip. Testes sustinen tes. & coràm Cardin. Blanchett. in vna Neothicen. mala alienationis 3. Maij 1593.*

Vide, quæ diximus *sup. Pars. I. ad Card. Platt. in causa Anconitana Terrarum. 21. Aprilis 1589. fol. 529. col. 1. in princ. Et ad Card. Seraph. decis. 343. fol. 58. col. 2. in fin.*

§. 31. ROTA in pluribus causis resoluit, quod *Testes*, qui ignorant quantitatem, & qualitatem terrarum, & vinearum non probent communem valorem, maximè quando ignorant quantum communiter soleât æstimari terræ laboratiuæ, & vineatæ. *Card. Seraph. decis. 1377. num. 4. & 5. incip. Agebat Dominus.* vbi dicitur, quod sic fuit decisum in pluribus causis, & signanter *in causa Anconitana Terrarum de Tomassijs 17. Martij, & 21. Aprilis 1589. coràm Cardin. Platt. sunt decis. 98. inter eius in manuscript. incip. Dubitaui an duo testes, & 101. incip. Post datam.*

Transactio.

SVMMARIVM.

1 *Transactionem vitiat falsa causa, etiamsi sit iurata, cum defectus consensus vitiet conuentionem.*

2 *Transactio ex capite læsionis rescinditur.*

§. 1. in ROTA sæpè fuit decisum, quod falsa causa
1 vitiet *Transactionem*, † etiamsi transactio esset iurata, & adessent clausulæ pregnantissimæ. *Rot. in vna Romana rescissionis contractus. die Lunæ 15. Ianuarij 1590. coràm Decan. Pegn. est decis. 70. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Sabina Sancta.* vbi attestatur, quod sic sæpe fuit resolutum in Rota. Nam
2 error excludit consensum, sine quo nulla conuentio, seu obligatio tenet. *Rot. in supradict. decis. Pegn.* in qua etiam refert, & sequitur *decis. in causa Viterbien. Transactionis 15. Ianuarij 1578. coràm D. Cæsar de Grass. & decis. in causa Tiburtina Castri Sambuci. die 1. Decembris 1578. & 20. Februarij 1579. coràm fel. record. Clemente VIII. & decis. in causa Penestina Transactionis 21. Nouembris 1575. coràm Cardin. Seraphin. est decis. 275. in eius lib. in impress. incip. Causa fuit.*

§. 2. ROTA seruat opinionem, quæ etiam est magis communis, quod *Transactio* rescindatur ex capite læsionis iuxta terminos. *l. 2. C. de rescind. vendit. latè Gabr. de empt. & vendit. conclus. 1. sub nu. 68. & seq. Rota in Bononien. Transactionis de Capacellis. Lunæ 2. Decembris 1613. coràm Pamphilio. est decis. 539. part. 1. in Recent.* vbi quod idem fuit tentum *in Tirasonen. Decimarum coràm Robusterio. est decis. 102. num. 2. part. 1. diuers. & coràm Vbaldo in causa Romana rescissionis instrumenti. Lunæ 26. Nouembris 1612. habetur penès Cenc. de censib. decis. 275.*

Vide, quæ diximus Part. 3. *ad l. rem maioris. 22. C. de rescind. vendit.*

Trebellianica.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica est detrahenda, etiamsi non sit confectum inuentarium.*

2 *Trebellianica detractio potest prohiberi etiam filijs primi gradus.*

§. 1. ROTÆ opinio antiqua, & moderna est, quod licet hæres nô conficiat inuentarium, non ex hoc perdit ius detrahendi *Trebellianicam*. *Rot. coràm R. P. D. Coccin. Decan. in causa Perusina fideicommissi de Gratianis. Ven. 28. Iunij 1630. incip. Vita functo Vincentio. quæ est decis. 399.* inter recollectas à dilecto filio Paulo Rubeo. *nu. 5. & seq. to. 1.* vbi affirmat, quod ista est opinio Rotæ antiqua, & moderna, vt videre est *apud Cassador. decis. 3. nu. 6. de testam. incip.* In eadem causa. & *apud Gregor. XV. decis. 266. nu. 5. incip. Super prima. & fuit resolutum in causa Oriolen. Bonorum de anno 1590. coràm Oran. & in causa Cesenaten. Bonorum. 1. Iulij 1596. coràm eodem. & in causa Bononien. de Cattaneis. 10. Martij 1619. coràm Pirouano.* In qua *decis. Coccin.* etiam dicitur, quod iste articulus est valdè côtrouersus, & quod hinc inde adsit caterua Doctorum ex adductis *per Gayl. obseru. 138. n. 1. lib. 2. & per Crass. in §. Trebellianica. quæst. 7.* Itaut *Cassador. in d. decis. 3. in fin.* dixerit, hanc quæstionem egere decisione Principis. Sed quod tamẽ supradicta negatiua opinio est communior, & æquior, à qua etiam in iudicando non est recedendũ, & suprema Tribunalia illã debent sequi.

§. 2. ROTA seruat illam opinionem, quod etiam filijs primi gradus possit prohiberi detractio *Trebellianica. Rot. in vna Bononien. fideicomissi de S. Petro. Lunæ 2. Iunij 1603. coràm Decan. Pegn. est decis. 242. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Cum D. Virginia Cospia.* vbi dicit, quod ista est opinio Rotæ, & tenuit *coràm Cassador. decis. 4. de testament. incip. Vtrum Trebellianica.* ibi, secundum magis communem opinionem. Idem dictum fuit *coràm Card. Pamphil. Iunior. in vna Bononien. de Zambeccarijs 26. Ian. 1604. est decis. 67. part. 1. in Recent. incip. Fuit dictum, & coràm Coccino Decano. in vna Fulginten. Fideicõmissi. Lunæ 5. Decembris 1605. est decis. 155. in Recent. part. 2. incip. Ex prohibitione. nu. 3. & 253. in eius lib. in impress.* in qua affirmatur Rotam tenere talem opinionem. & *coràm Card. Seraphin. decis. 553. nu. 8. incip. Quantum ad priorem partem.* vbi dicitur pariter Rotam indifferenter tenere prædictam opinionem. quæ decisio fuit confirmata postea *coràm eod. decis. 570. incip. Quia pars. nu. 1.* in qua etiam habetur, quod ista est communis opinio, quam Rota amplectitur, & propter Rotæ auctoritatem seruãda. quam decis. amplexa fuit *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 421. num. 10. in impress.*

Vide, quæ diximus *sup. Part. I. ad decis. supradictam Cassador. fol. 293. col. 2. in fin. & fol. 453. col. 1. in med. ad d. decis. Pamphil.*

Et in nostris *Obseruat. Practica conclus. ex Rota Romana in verb. Trebellianica. Obseru. Vnic. §. 8. incip. Trebellianicæ detractio.*

Valor.

SVMMARIVM.

1 *Valor fructuum probatur ex libris Massariorum, & publicorum Officialium.*

2 *Valor obtentorum probatur per testes de auditu.*

§. 1. ROTA solet adhibere fidem libris Massariorum, & publicorum Officialium, quãdo sumus in probatione fructuum alicuius prędij. *Alex. cons.* 179. *nu.* 1. *lib.* 6. *Soccin. Sen. cons.* 205. *nu.* 2. *vers. tertiò probatur. lib.* 2. *Crauett. de antiquit. temp. p.* 1. §. 4. *num.* 62. *&* 66. & fuit dictum *apud Cæsarem de Graffis. decis.* 5. *num.* 5. *de restit. spoliat. incip. Quo ad primam. Card. Seraphin. in vna Perusina executionis* 19. *Nouembris* 1597. *incip. Fuit resolutum fructus. Litta in vna Papien. Bonorũ* 13. *Ianuarij* 1603. *Oran. in* Romana *Liquidationis fructuum.* 26. *Ianuar.* 1592. *incip. Domini tenuerunt sententiam.* & fuit dictum *in vna Cernien. Decimarum. Lunæ* 24. *Ianuarij* 1605. *coràm Decano Penia. Card. Caualer. decis.* 361. *nu.* 1. *incip. Cum in hac causa bis.*

§. 2. ROTÆ stylus est, quod *Valor* obtentorum probetur per testes de auditu. *Card. Seraphin. decis.* 962. *nu.* 3. *incip. Fuit resolutum fuisse iustificatam.* vbi attestatur de tali stylo. Idem etiam dixit *Rot. in vna Romana beneficij.* 13. *Iunij* 1607. *coràm Decan. Pegn. est decis.* 498. *in eius lib.* 5. *in manuscript. incip. Die* 2. *Maij.* vbi quod sufficit etiam probatio per vnum testem, vt fuit dictũ *in vna Ostunen. Capellæ* 16. *Maij* 1597. *coràm eod. Seraphin. est decis.* 1229. *in impress. incip. Domini censuerunt gratiam.*

Vicarius.

SVMMARIVM.

1 *à Vicario Episcopi prouisum si spolietur, solet illum* Rota *restituere.*

2 *Vicarius generalis sine speciali mandato, non potest vnire beneficia.*

§. 1. ROTA consueuit prouisum à *Vicario* Episcopi spoliatum restituere, non docto de potestate conferendi, quia Vicarius potest facere omnia quæ non sunt prohibita. *argum. c.* 2. *&* 3. *de offic. Vicar. in* 6. *Mohed. decis.* 3. *Vicarius Calagurit. in fin.* Eamdem decis. sequẽdo dixit Rota corã *Card. Plato in Oueten. Sacristiæ. Merc.* 13. *Iunij* 1590. *incip. Fuit resolutum sententiam. Est decis.* 196. *in eius lib. in manuscript.* vbi allegatur *Ant. Aug. in suo Epit. de tit. conferat. num.* 2. vbi dicitur quod sine titulo restituitur Parochia, quæ præstat baptisma, ad aliquam perceptionem *ex decis. Fab. Accoramb.* 39. *part.* 1. *incip.* In *vna Fauentina.* vbi habetur, quod cum quidam Plebanus esset spoliatus à quadam mẽsura tritici, quam ei præbebat domus singula dictæ Plebaniæ, quod erat restituendus, quia propter Sacramentum Baptismatis Ecclesiæ Baptismali debentur saltem decimæ personaliter, vt latissimè cumulat *Bart. cons.* 43. *vol.* 3.

☞ Quod ego non inuenio.

§. 2. ROTA sæpè tenuit, quod *Vicarius* generalis sine speciali mandato non possit vnire beneficia. *Rot. in causa Compostellana* Præstimonij *Vener.* 7. *Aprilis* 1595. *coràm Decan.* Pegn. *est decis.* 21. *in eius lib.* 3. *in manuscript. incip.* Præstimonium *Oppidi. vers. Nec obstabat.* vbi dicit, quod sic Rota sæpè tenuit, & præsertim *in Barchinonen. Hebdomadariæ die* 1. *Iulij* 1583. *coràm* Rubeo *Decan.* quam opinionem etiam tenuerunt *Gemin. cons.* 38. *incip. Pro clariori. num.* 10. *vers. Nam* Vicarius *Episcopi. Put. decis.* 53. *incip. In vna Calaguritana. lib.* 3. Petrus de Perusio *tract. de* Vnion. *Eccles. cap.* 4. *nu.* 32. Nam vnio nõ fit à Prælatis Episcopo inferioribus. *cap. sicut vnire. de excess. Prælat.* Et voluit Rot. *in ead. Compostellana coràm eod. Pegn.*

Visitatio.

SVMMARIVM.

1 *Visitationi multum solet deferre* Rota.

§. 1. ROTA solet multum deferre *Visitationi. Rot. decis.* 371. *nu.* 1. *part.* 1. *in* Recent. *incip. Pro informante tantũ.* vbi dicitur, quod visitationi multum est deferendum, & quod iste sit stylus Rotæ, testatur *Beltramin. in addit. à fel. rec. Gregor. XV. decis.* 479. *in litera* A. *in fin.*

Vita.

SVMMARIVM.

1 *Viuere quis præsumitur vsque ad centum annos, nisi vita sit fundamentum intentionis.*

§. 1. ROTA solet tenere hanc opinionem, quod quis præsumitur viuere vsque ad centum annos; quæ præsumptio non suffragatur illi, qui pro fundamento suæ intentionis tenetur probare aliquẽ viuere, quia tũc plenè probari debet *Vita*, iuxtà opinionem *Alex. cons.* 27. *lib.* 7. quicquid dixerit *Dec. in l.* 2. *C. de edend. in fin.*

☞ Vide, quæ super hoc diximus Part. I. *ad Achill. decis.* 165. *aliàs* 1. *de probat.* vbi adduximus, & *Cottam Decis.* 356. *Rotam Diuers. decis.* 102. *nu.* 6. *part.* 1. *Put. decis.* 81. *lib.* 1. *in nou. Seraph. decis.* 1171. *nu.* 2.

Voluntas.

SVMMARIVM.

1 *Puellæ sunt sequestrandæ in loco plenæ libertatis, ad hoc, vt eius voluntas indagetur.*

§. 1. ROTA perpetuò obseruauit ad indagandum liberam voluntatem *Puellarum*, vt sequestrentur in loco plenæ libertatis, nam impossibile est dare voluntatem spontaneam vbi non adest plena libertas, vt benè per Rip. *in cap. cum M. Ferrariensis. num.* 104. *de constitut. Rota in Toletana matrimonij* Ven. 12. *Maij* 1589. *coràm* Card. *Seraph. & in Nicien. matrimonij Lunæ* 3. *Martij* 1586. *coràm Gypsio.*

☞ Vide fusè *in nostris Obseruat. ex* Rota Romana *in verb.* Metus.

Vnio.

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta in augumentum cultus Diuini, non comprehenditur sub regulis reuocatorijs vnionum.*

2 *Vnio vt probetur, requiritur præscriptio immemorabilis.*

§. 1. ROTA in pluribus causis resoluit, quod quãdo *Vnio* est facta in augumẽtum cultus Diuini, tunc non comprehendatur sub regulis reuocatorijs vnionum. *Rot. in vna Calaritan. Præstimonij coràm Oradin. Decan. est decis.* 136. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Dubitatum fuit die Lunæ.* vbi testatur, quod ita fuit resolutum in pluribus causis.

§. 2. ROTA quandoque censuit, quod ad probandã *Vnionem*, requiratur præscriptio immemorabilis. *Decan. Pegn. in vna* Mutinen. *Capellaniæ Ven.* 12. *Maij, &* 9. *Iunij* 1589. *est decis.* 30. *in eius lib.* 1. *in manuscrip. incip.*

incip. *Beneficio, siue Capellania*. vbi affirmat, quod ita quandoque Rota censuit. Quæ conclusio procedit, vt dicitur *in d. decis.* quando vnio allegatur sine titulo, secus verò si cum titulo, etiam putatiuo per ea, quæ tradit *Felin. in cons. 2. num. 14. in vers. titulus autem. incip. Clarissime Doct.* & per *Rebuff. in prax. in tit. de vnion. benefic. num. 35. & multis seqq.*

Vsusfructus.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius non potest habere fructus nisi præstita cautione, quando hæc fuit petita, & vsufructuarius est in mora.*

2 *Vsufructuarius simplex non est, sed hæres pleno iure, quãdo quis relinquitur per totum tempus vitæ suæ.*

§. 1. ROTA pluries tenuit, quod licet *Vsufructuarius* regulariter nõ possit consequi fructus nisi præstita cautione. *Gloss. in l. vxori. la 1. de vsufr. legat. Corn. cons. 295. nu. 6. lib. 1.* Tamen quod hoc procedit, quando cautio petita fuit, & vsufructuarius est in mora, secundum *Bart. in l. vsufructu. nu. 7. C. de vsu, & habit. Angel. in l. 1. num. 2. eod. tit. Idem Bart. in l. si homo. num. 3. C. de vsucap. Natt. cons. 477. nu. 2. Berò. cons. 41. nu. 29. lib. 1.* vbi affirmat Doctores Legistas, & Canonistas communiter ita tenere. Et sufficit quod cautio huiusmodi præstetur in actu traditionis possessionis. *Bald. cons. 408. nu. 10. lib. 1. Ruin. cons. 91. nu. 8. vol. 2.* quem refert, & sequitur *Pinell. in l. 1. part. 2. num. 78. circa med. C. de bon. matern. Ita Rota in Romana fructuum Portarum. Lunæ 14. Octobris 1585. coràm Gypsio. Est decisio 188. incip. Dominus Octauius Gabrielius. lib. 1. in eius manuscript. in fin.* vbi affirmat quod ita aliàs Rota iudicauit in Romana quinquaginta millium de Vrsinis.

§. 2. ROTA pluries dixit, quod *Vsufructuarius* simplex non est, sed hæres pleno iure, quando ita relinquitur per totum tempus vitæ suæ, *vt per Bald. Angel. & Imol. in l. hæreditas. ff. de hæred. instit. Card. Seraph. in Cæsaraugustana duorum mille, & quingentorum. Veneris 15. Nouembris 1577. incip. Quantum ad primam partem. numer. 1. Est decis. 350. in impress.*

Et voluit *Rota in Fauentina legitimæ. 28. Martij 1590. coràm Gypsio. incip. Statutum Fauentinum. Est decis. siue potius discursus 107. in eius lib. 1. in manuscript.* Quod mater hæres instituta toto tempore vitæ suæ, non dicatur vsufructuaria, sed legataria, quia nõ fuit datus cohæres in proprietate in vita eiusdem matris. vbi post *Paris. cons. 60. nu. 71. lib. 2.* dicitur ita fuisse resolutum *in Perusina de Alphanis, & in Fauentina de Calderonibus. 16. Ianuarij 1587. coràm Card. Blanchetto.*

Vxor.

SVMMARIVM.

1 *Vxoris fideiussio pro marito licet non valeat, fallit tamen, quando interuenit iuramentum.*

2 *Vxoris obligatio facta pro marito est nulla, si remaneat indotata, vel non sit salua dimidia dotis.*

3 *Vxor instituta hæres, donec vitam vidualem seruauerit, cautionem Mutianam præstare tenetur, & ea non præstita, desinit esse hæres.*

4 *Vxor probata inopia mariti, potest petere, vt dos ponatur in tuto, & debet habere fructus dotis, & donationis propter nuptias.*

5 *Vxor, nè remaneat indotata attenditur tempus restitutionis dotis, non autem tempus obligationis.*

§. 1. in ROTA sæpè decisum fuit, quod licet fideiussio *Vxoris* pro marito non valeat. Id tamen non habet locum, quando fideiussio fuit munita iuramento. *Pamphil. Iunior in vna Romana Saluiani Interdicti Lunæ 15. Decemb. 1614. nu. 3. Est decis. 619. in Recent. part. 2. incip. Fuit per Dominos.* vbi dicitur, quod fuit sæpè decisum in Rota, & allegatur *decis. in vna Interamneñ. Mercuriĩ 4. Iunij 1597. coràm Decan. Pegn. est decis. 45. in eius lib. 4. in manuscript. incip. Hæredes Pauli.* in qua Rota refert, & sequitur *gloss. cõmuniter receptam. in c. ex rescripto. de iurciur. Curt. Iunior. cons. 47. nu. 2. & 5. part. 1. Tiraquell. in l. si vmquam. in princip. num. 135. de reuocat. donat.* vbi dicit *gloss. in Auth. si qua mulier. C. ad Velleian.* contrarium asserentem communiter à Canonistis reprobari. *Anton. Gomez. tom. 2. Variar. resolut. c. 13. num. 18. latè Bursat. cons. 56. num. 15. lib. 1.*

§. 2. in ROTA pluries fuit dictum, quod quando *Vxor* rem net penitus indotata, vel dimidia dotis sibi non sit salua, tunc contractus fideiussionis pro marito, non substinetur. *Rot. in causa Romana fideiussionis. Mercurij 9. Decembris 1615. coràm bo. me. Vbald. quæ est decis. 33. inter impress. penès Cenc. in tractat. de censib. incip. In instrumento Census. nu. 5.* vbi attestatur, quod sic sæpè fuit resolutum in Rota, & plures refert decisiones.

☞ Vide alia sup. *Part. I. ad Seraph. decis. 1187. in Romana fideiussionis. fol. 110. col. 1.*

§. 3. in ROTA pluries fuit resolutum, quod si *Vxor* sit instituta hæres, sub conditione, donec vitam vidualem seruauerit, ad hoc vt possit esse hæres, requiritur, quod præstet cautionem Mutianam de vita viduali seruanda, qua non præstita, hæres non est, & transeundo ad secunda vota, perinde est, ac si non esset hæres instituta. *Rot. decis. 330. nu. 1. incip. Conclusum fuit factum esse. part. 4. diuers.* vbi testatur, sic sæpius fuisse resolutum in multis causis, & præsertim *in vna Fauentina Fideicommissi. 21. Ianuar. 1584. coràm Card. Blanchett. & in eadem sub die 23. Ianuarij 1575. coràm Card. Pamphil. & in alia Asculana Hæreditatis. 14. Ianuarij, & 16. Decembris 1594. coràm Card. Millin.*

☞ Vide, quæ diximus sup. *Par. I. ad Card. Seraph. decis. 1354. nu. 1. fol. 122. col. 1. in princip.*

§. 4. ROTA pluries resoluit, quod firmata inopia mariti, potest *Vxor* petere, vt dos collocetur in tuto, & debet habere tàm fructus dotis, quàm donationis propter nuptias, quibus vti possit ad sui ipsius, filiorum, & mariti substentationem. *Ita coràm Robusterio in causa Albanen. collationis dotis. Lunæ 23. Februarij 1579. Est decis. 472. part. 1. diuers. Et in Romana fructuum. 7. Aprilis 1600. coràm Card. Millino. Et in Romana dotis. 21. Februarij 1611. coràm Card. Marquemontio. Est in Recent. decis. 292. nu. 2. part. 1. Per text. expressum in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. l. si constante. ff. solut. matrim. & l. si cum dotem. §. si verò. eod. tit. Et per Roland. cons. 9. nu. 12. lib. 1. & seq. Soccin. cons. 111. nu. 2. lib. 3.* Nec obstare, quod donatio propter nuptias fuerat promissa tantum in

casum mortis: quia clarum est quod tale pactum emanauit ad taxandam quantitatem dictæ donationis, non ad restringendos casus in quibus illa debetur de iure, & casus mortis, quod fuit expressus vti magis certus.

Et additur, quod satis dicebatur ad impleta dispositio dictæ *l. vbi adhuc.* quando dotis collocatio erat super bonis talibus, ex quibus mulier poterat liberè fructus percipere, & se, suamque familiam alere, vt dicitur *in d.* Romana *dotis. sub nu.4. & in dicta* Albaneñ. *sub nu.2.*

Et habetur *in dicta* Albaneñ. *nu.4.* ad quam rationem sint taxandi fructus dotis, nimirum quinque scutorum pro quolibet centenario, cum conuentum esset dotem in locis montium non vacabilium inuestiendam, quorum fructus ascendunt ad dictam summam, non autem erant taxandi ad rationem scutorum septem cum dimidio, iuxtà *Stat. Vrb. lib.1. capitul.137.* stante dicta conuentione.

Quod etiam notauimus Part. I. *ad Robusterijs in d. Albaneñ. collationis. fol.453. col.2. ad fin.*

§. 5. in ROTA pluries fuit decisum, quod ad effectum, nè Vxor remaneat indotata, attenditur tempus restitutionis dotis, non autem tempus obligationis. *Abb. in cap. peruenit. num.2. vbi de communi, & ibi Imol. num.12. ad fin. Anan. num.4. de empt. & vendit. Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vx.* §.17. *num.21. vers. Et mihi. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.76. nu.12. Paris. consil.75. nu.17. lib.3. Afflict. decis.223. num.9.* Rot. *in causa* Romana *Census, seu nullitatis Obligationis Lunæ 9. Maij 1616. coràm* Andrea. *quæ est decis.79. inter eius impress. num.3. incip. Dorothea Piraura.* vbi testatur, quod sic pluries fuit decisum in Rota, & allegatur *decis. in vna Interamnen. Mercium 4. Iunij 1597. coràm* Penia *Decano. est decis.459 in eius lib.4. in manuscript. incip. Hæredes Pauli.*


FINIS SECVNDAE PARTIS SINGVLARIVM

Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus Selectorum:

Circa Stylum, & Obseruantiam eiusdem Sacri Tribunalis.

THEO-

THEODOSII RVBEI
PRIVERNATIS I. C. ROMANI
SINGVLARIVM
Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decis. Selectorum
PARS TERTIA.
Circa Doctores.
Ipsorum Sententias à Rota approbatas, vel reprobatas continens.



ANONISTARVM, & Legistarum Sententiæ Sac. Rotæ Romanæ trutina lynceis oculis examinatæ, & ad veritatis lapidem lydium allisæ, in hac Tertia Parte Singularium prodeunt. Et sicut, teste Augustin. tractat. 36. in Ioan. Aquila probare dicitur pullos suos, opponendo ad Solis radios, & qui firmè contemplatus fuerit, filius agnoscitur, qui verò acie palpitauerit, tanquàm adulterinus, à patris vngue pendens, dimittitur. Ita etiam Sacrum hoc Tribunal tanquàm veritatis Magister, doctrinas in veritate fundatas, approbando amplectitur, aliquando etiam distinctionis fœdere declarando, à veritate verò alienas reprobando reijcit.

Hoc igitur est huius Partis argumentum, cuius vtilitas est, à falsis veras doctrinas discernere, cum harum veritas, & falsitas lites, & causas vincat, & vincantur. Initio igitur sciendum est Doctorum nomina Alphabetica seriè esse disposita, vt quilibet faciliùs inuenire possit doctrinas in hac Tertia Parte examinatas. Doctorum autem loca in Iure Canonico, & Ciuili, posuimus similiter ordine Alphabetico, non autem iuxtà dictorum Iurium titulos, cum per illum absque vllo labore, inueniantur.

Cathalogum autem Doctorum, quorum Sententiæ in præsenti Parte Tertia approbantur, vel reprobantur, seorsim posuimus in fine Sextæ Partis. Vbi præter Indicem vniuersalem materiarum, collocauimus titulos rerum in Secunda Parte contentarum; Doctorum nomina in Legum repetitionibus, Decisionibus, Consilijs, Tractatibus, Quæstionibus, alijsque libris, qui in hac Tertia Parte habentur. Iuris Canonici, & Ciuilis capita, & leges à Sacra Rota declaratas, prout in Quinta Parte. Ac denique diuersorum locorum Statuta, & Statutorum materiam examinatam in Sexta, & vltima Parte, omnia semper ordine Alphabetico disposita, vt faciliùs reperiri possint.

AVCTORVM DOCTRINÆ

A Sacra Rota Romana approbatæ, vel reprobatæ.

Abbas Panormitanus.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus agens ad interesse, & æstimationem rei, cum agat possessorio, intelligitur de æstimatione possessionis.*

2 *Villa data in dote, in qua sit iuspatronatus an præsentatus ab vxore sit præferendus præsentato à marito.*

3 *contrà Episcopum potest ab inferiori præscribi territorium.*

4 *Episcopus quando facit statuta, quando requiratur consensus, vel consilium Capituli.*

5 *Præscriptio, an consuetudo dicatur, quando agitur vt auferatur ius à Communitate, & illud Episcopo acquiratur.*

6 *in Collegiatis inferioribus ad Capitulum electio, ad Episcopum verò spectat beneficiorum confirmatio, vel institutio.*

7 *Appellationis extraiudicialis effectus est limitatus, vt nihil fiat contrà appellationem, & quando id procedat.*

8 *à Resignante non abdicatur ius, quando beneficium est de iurepatronatus, & illud resignatur contempto patrono, quia tunc resignatio est nulla ab initio non autem annullanda.*

9 *Cedens reseruata sibi pensione agit ad beneficium dotto de nullitate pensionis, non obstante, quod multis annis perceperit pensionem, & quod tertius possideat.*

10 *per Resignationem beneficij factam in manibus Papæ, ius à resignante non abdicatur, antea resignatarius acceptet, & quando hoc non procedat.*

11 *Præscriptio, & non consuetudo dicitur, quando agitur de auferendo ius à Communitate, & illud acquirendi Episcopo.*

12 *Abbat. doctrina in cap. in nostra. num.6. de iniur. & damn. dat. non est tuta.*

13 *in Beneficio non cessat affectio, quando prouisio est surreptitia, vel nulla.*

14 *Abbatis locus correctus. in cap. licet. de restit. spol.*

15 *Iudex an possit moueri ex his, quæ sunt extrà acta.*

15 *Prælatus Ecclesiæ, quando possit donare annuos redditus Ecclesiæ causa remunerationis. Et agitur de remuneratione facta filio militis, qui fortiter pugnãdo pro fide Catholica cõtra Turcas occubuerat.*

17 *Canonici vacante Ecclesia statuta condere possunt, & etiam Cardinales ante creationem Papæ.*

18 *Consuetudo, an dicatur, quando solutio incipit à spontanea solutione.*

19 *Bona Ecclesiæ possunt detineri, donec satisfiat de debito, & qualiter hoc intelligatur.*

20 *Preces in obtinendis beneficijs, & prælaturis non est licitum interponere, & qualiter intelligatur.*

21 *Vicarius Episcopi præfertur Archidiacono, & cæteris Dignitatibus.*

22 *Emphyteusim, qui accepit pro se, filijs, & nepotibus masculis, an per hoc videãtur exclusa fœminæ.*

23 *Beneplacitum Apostolicum, an suppleat defectam causæ.*

24 *Transactionem impugnans quando teneatur restituere accepta.*

25 *Præsentatio de absente, quando valeat.*

26 *Episcopus translatus de eius consensu, statim perdit iura primæ Ecclesiæ.*

27 *Episcopi consensus in creatione iurispatronus non præsumitur.*

§. 1. ABBAS *in cap. conquærente. num.13. de restit. spoliat. & Bero. ibid. num. 18. qui eum sequitur.* cum dicunt, spoliatum posse agere ad interesse, & ad æstimationem rei.

DECLARANTVR à Rota *coràm Card. Seraph. decis. 722. incip. Fuit resolutum non esse locum. nu. 2.* quem referendo sequitur Rota *in Burgen. fructuum. Lunæ* 14. Maij 1550. *coràm Card. Plato. Est decis. 185. in eius lib. in manuscript.* & ante eum fuit dictum. Quod sunt intelligendi secundum terminos huius materiæ, scilicet, ad interesse, & ad æstimationem possessionis illius rei, de qua agitur, aliàs esset contrà iura contrarium determinantia, & quæ constituunt differentiam inter interesse ratione possessionis, & ratione æstimationis rei, & quod propterea inualuit vsus, vt in sententijs merie possessorijs pronuncietur super restitutione possessionis rei petitæ non super possessessione rei, licet aliqnando admittatur interpretatio ex narratiua, quæ cantat in mero possessorio,

§. 2. ABBAS *in cap. cum dilecta. quod est fin. num. 8. de concess. prabend. vbi secundum Collectorem decis. 10. de iurepatr. in non. in fin.* tenet data villa in dotem in qua sit iuspatronatus, præsentatum ab vxore præferendum præsentato à marito.

REPROBATVR à Rota *in causa Alexanen. beneficij. Ven.* 29. Martij 1591. *coràm Mantica. nu. 10. post* Collectorem *d. decis. 10. de iurepatr. in non.* (ideò dicitur opinio Collectoris, quia illa subiungitur post Rotæ decisionem, & loquitur in prima persona, ibi, *crederem præferendum, cum proposuisset opinionem* Rotæ, *quod ante Abbat. vbi sup. aduertit etiam Ant. de Butr. in d. cap. fin. num. 12. ibi,* dicunt tamen ibi, quod putant, quod fuit solus Collector) quia dicta opinio non videtur tuta, cum repugnẽt rationes Dominorum, & cõtrariam sententiam sequitur, & tuetur R*oman. in l. vlt. num. 50. ff. solat. matr. idem tenet Butr. vbi sup. num. 11.*

Collectoris opinio saluari potest sine veri præiudicio, quoad maritum, qui fructus dotis percipit pro susti-

sustinendis oneribus matrimonij. *cap. salubriter. de vsur. & l. pro oneribus. C. de iur. dot. & l. si is qui. §. ibi dos. ff. eod. tit.* functus autē præsentationis non potest pertinere ad sustinenda onera matrimonij, & ideò secundum aliquos ius præsentādi non transit ad maritum, sed remanet penès vxorem, vt dicit *Butr. d. cap. fin. nu. 12. Abb. nu. 8. in fin. de concess. præbend. Ias. in l. diuortio. §. si vir in fundo. nu. 7. ff. solut. matr.*

§. 3. ABBAS *in cap. cum contingat. n. 11. de for. comp.* cum dicit contra Episcopum posse ab inferiori præscribi territorium.

DECLARATVR à Rota *in Constantien. Iurisdictionis*, prout ipse Abbas se ipsum declarat post *Ant. ibid. num. 18.*

Vide *sup. Part. I. ad Brauū. in Decis. Volaterrana Iurisdictionis 14. Ianuarij 1581. nu. 7. & 8. fol. 417. col. 2. & 418. col. 1. nu. 7. & 8.*

§. 4. ABBAS *in cap. cum consuetudinis. num. 5. extra de consuetud.* cum dicit, quod Episcopus potest facere statuta sine consensu Capituli, prout etiam non requiritur in exercenda iurisdictione, & corrigendis excessibus subditorum.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Pamphil. Senior. in causa Barbastren. Iurisdictionis Vener. 7. Iunij 1585. incip. Capitulum Ecclesiæ. est decis. 25. in eius lib. in manuscrip.* Quod hoc procedit dummodo tamen Episcopus adhibeat consilium Capituli, quia aliàs Statuta non valerent. *Host. in cap. quanto. extrà de his quæ fiunt à Prælat. & ipse Abb. in d. cap. cum consuetudinis. n. 8. Dec. in cap. cum omnes in 2. lectur. col. 3. de constit.* latè *Henric. Bott. in tract. de Synod. Episc. part. 3. nu. 132.* qui testatur de communi.

Nisi in quibusdam casibus, vt putà si agatur de re communiter spectante ad Episcopum, & Capitulum simul; quia hoc casu non sufficit consilium, sed requiritur etiam consensus. *Abb. in d. c. cum not. nu. 4. & in d. cap. quanto. num. 7. de his quæ fiunt à Prælat.*

Item vbi ius est in arduis, in quibus etiam debet interuenire consensus Capituli. *Abb. in d. c. cum consuetudinis. sub nu. 5. Dec. in d. c. cum omnes. in 2. lect. de constit. Henric. Bott. vbi sup. nu. 142.* Sicut etiam requiritur in corrigendis excessibus, & exercenda iurisdictione, vt latè per *Gabr.* qui alios allegat, & de communi testatur *conclus. 36. de crimin. in fin.* & fuit latè deductum *in Carthaginen. Iurisdictionis coràm Card. Lancell. Sen. Ven. 9. Octobr. 1579.*

Item requiritur consensus Capituli, quando agitur de præiudicio Ecclesiæ. *Abb. in cap. cum dilectus. nu. 11. de constit. & in d. c. quanto. sub nu. 7. Henric. Bott. vbi sup. nu. 142.* Quæ omnia sunt intelligenda, quando Episcopus procedit iure ordinario, quia in his, quæ procedit vigore Conc. Trid. vti Sed. Apost. delegatus facere potest, nullam habet communionem cum Capitulo, neque indiget aliqua Statutorum adiectione.

Vide, quæ diximus *sup. Part. I. ad Card. Lancel. Sen. decis. 28. inter selectas in manuscript. fol. 340. col. 1. in med.* & etiam

Vide *inf. Part. 5. circa Leges. ad c. Romana Ecclesia. 1. de censib. in 6.*

Vide etiam *in nost. Obseruat. in verb. Concordia. Obseru. circa Concordiam inter Episcopum, & Canonicos, vel Capitulum.*

Et *in verb. Episcopus. Obseru. circa Correctionem delictorum.*

§. 5. ABBAS *in cap. cum Ecclesia Sutrina. 3. sub n. 45. extra de caus. possess. & propriet.*

APPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus in hac Part. ad eundem *Abb. inf. in §. Abb. in c. ex literis. 2. extra de consuetud.*

§. 6. ABBAT. & aliorum opinio *in cap. cum Ecclesia Vulterrana. de elect. num. 1.*

APPROBATVR à Rota, vt per *Simonet. decis. 21. in manuscrip. incip. In vna Nouarien.* Videlicet, quod in Ecclesijs Collegiatis inferioribus beneficiorum electio spectat ad Capitulum, institutio verò, vel confirmatio ad Episcopum.

§. 7. ABBAS *in cap. cum nobis. 19. n. 7. extra de elect.* vbi dicit, quod effectus appellationis extraiudicialis sit limitatus, vt nihil fiat contra appellationem.

DECLARATVR à Rota *corā Achill. decis. 244. aliàs 18. de appel. incip. Effectus. in fin.* quod procedat, quādo appellatur, ne fiat electio per compromissum, quia possunt tunc eligentes procedere per scrutiniū.

§. 8. ABBAS *in cap. cum pridem. in fin. de pact.* vbi dicit, quod quando quis renunciat beneficio, vt aliud consequatur, si illud aliud non potest habere, non censetur à se abdicare ius, sed quod potest vti suo iure pristino, & ad primum redire.

APPROBATVR à Rota, vt per *Accoramb. decis. 37. in manuscript. lib. 1. incip. Resignauerat quidam.* vbi dicitur, quod hoc dictum Abbat. in multis causis Domini sunt secuti; & specialiter in casu ibi proposito, in quo fuit dictum, resignationem beneficij iurispatronatus sine consensu patroni fuisse nullam ab initio ipso iure, & non annullandam, & ius non fuisse abdicatum à resignante, quia non censebatur aliter, nec alio modo resignare voluisse.

Licet ipse *Accoramb.* vnà cum alio Domino multum dubitarent de hac resolutione ex fundamentis ab eis ibi positis. Acquieuerint tamē, *vt in fin. decis. dicitur*, & transiuerunt cum Voto Dominorum, quia fuerat allegatum, quod ita fuerat aliàs bis resolutum pro inualiditate resignationis ab initio, *in vna Hispalen. Capellaniæ S. Catharinæ coràm Rauellen. de anno 1536. Et in alia Gerunden. Beneficij de Corui coràm eod. de anno 1539.*

§. 9. ABBAS *in d. cap. cum pridem. in fin. de pact.*

APPROBATVR à Rota *coràm Accorambon. decis. 40. in manuscr. incip. Item in quadam causa. lib. 1.* vbi fuit conclusum, quod licet beneficium cedens in fauorem alicuius reseruata sibi pensione, quę fuit reperta nulla, licet dictam pensionem per tres annos, & vltrà per cepisset; Quia præsumitur, quod pensionarius ignorauerit nullitatem pensionis, non venit per regressum ob non solutionem, vel inualiditatem pensionis, sed per viam iuris nō abdicati à se ab ipso initio. Quia propter cōditionem tacitā, vel expressam, quæ est in huiusmodi cessionibus ad *Abbat. in hoc c. cum pridem. in fin. de pact.* ipse potuit agere non solum contra cessionarium, sed etiam contra eius successorem, & non solum ipse, sed etiam ille in cuius fauorem secundo loco habita notitia nullitatis pensionis, cesserat; Neque censebatur ratificasse cessionem primam per receptionem pensionis, cum præsumeretur ignorare nullitatem dictæ pensionis.

Additur in fine decisionis; Quod aliqui Domini, & fortè non malè, quod si sciuisset, potuisset agere de nullitate, quia non erat in eius facultate validare pensionem nullam.

§. 10. AB-

§. 10. **ABBAS** *in cap. cum vniuersorum. 8. nu. 8. extrà de rer. permut.* vbi dicit, quod quando aliquis resignat in manibus Papæ, ius ab eo non abdicatur, antea quam resignatarius acceptet.

DECLARATVR à Rota *coràm Put. decis. 23. incip. In causa Salamantina. in princip. de renunc.* quod id non procedit si resignatio fuerit resignatis fructibus, & regressu, & non aliàs aliter nec alio modo, statim quod Papa signat supplicationem adimpleta est omnis conditio sub qua resignauerat, & resignatario accipiente, licet nesciat regressum, & fructus reseruatos, tamen abdicatur ius a resignante, & transfertur in resignatarium.

§. 11. **ABBAS** *in cap. ex literis. 2. extrà de consuetud. & in cap. cum Ecclesia Sutrina 3. sub num. 45. & ibi* Rip. *nu. 124. de caus. possess. & propriet.* vbi dicunt quod quando agitur vt auferatur ius à Communitate, & illud acquiratur Episcopo, tunc non dicitur consuetudo, sed præscriptio.

APPROBANTVR à Rota *coràm Card. Pamphil. Sen. in causa Toletana Decimarum de Madrid.* Merc. 21. Maij 1586. *incip. Fuit conclusum in casu. est decis. 67. in eius lib. in manuscript.* Quia ista opinio est communiter approbata, vt ex late congestis *per Roland. cons. 5. nu. 26. lib. 1.* Et procedit etiam si agatur de acquirendo ius contra Vniuersitatem, quæ in hac materia habetur loco priuati. *Put. decis. 387. incip. Propositum fuit. lib. 2. & decis. 252. Eadem die. lib. 3. quæ decis. in noua impressione sunt decis. 377. lib. 2. & decis. 251. lib. 3.*

§. 12. **ABBAS** *in cap. in nostra. num. 6. ibi, vnde intelligo. de iniur. & damn. dato.*

ROTA *in Gerunden. Anniuersariorum 22. Iunij* 1587. *coràm Orano.* dicit doctrinam Abbat. hoc loco esse minus tutam, *vt eam Soccin. ibid. nu.* 11. reijcit, & loquitur quãdo Statutum fuit conditum ab Vniuersitate de obligando ipsum commune, & nihil fuerat præstitum ex parte singulorum, tunc enim vniuersitas potest illud reuocare, & singuli non possent prætendere se fuisse deceptos, cum nihil fuerit pro eorum parte adimpletum, ex quo dicere possent fuisse deceptos, & possent ad priores actiones redire.

Secus tamen est quãdo Statutum fuit acceptatum, & obseruatum, vt erat in casu decisionis per quamplurimos annos à beneficiatis, ac propterea ipsis nõ datur redditus ad pristinas eorum actiones propter antiquitatem, ex qua eorũ ius erat effectum deterius.

§. 13. **ABBAS** *in cap. inter dilectos. num. 10. de excess. prælat.* volens cessare affectionem, vbi prouisio subreptitia, vel nulla est, etiam ad fauorẽ certæ personæ.

REPROBATVR à Rota cum contraria opinio sit receptior, vt dicitur *in Oxomen. Archidiaconatus. Luna* 10. Martij 1614. *nu. 4. in fin. coràm Buratto. est decis. 570. p. 1. in Recent.* vbi quod cum in specie reprobat *Couarr. in cap. Alma mater. p. 1. §. 7. nu. 8. circa fin. de sentent. excommun. in 6.* Quia affectio non excluditur, sed inducitur etiam vbi prouisio Papæ est subreptitia, vel nulla. *Innoc. in d. cap. inter dilectos. col. 2. vers. sed nobis videtur. de excess. prælat.* Etiam quando prouisio est ad fauorẽ certæ personæ, cum Papa non tàm personæ, quàm beneficio prouidere censeatur, & indignum sit collationem, super qua Papa manum apposuit, reuerti ad inferiorem. *Anchar. cons. 58. in princ. ibi, pro certa persona. & sub nu. 3. Roman. cons. 335. nu. 6. & seq. Couarr. vbi sup. cum alijs multis more suo cumulatis.*

Et *nu. 5.* dicitur ita esse tenendum attenta *Extrauag. ad* Romani. *in §. Romani quoque. de præbend. inter cõmunes.* disponente beneficia remanere affecta ex prouisionibus, & mãdatis de prouidendo, etiamsi ex aliqua causa nõ sortiantur effectum; ex qua cessare dubitationem censuit. *Aeneas de Falcon. de reseruat. benef. quæst. 4. principali. effect. 16. vers. ista tamen dubitatio.*

Alia multa hic videri possunt pro confirmatione *d. conclus. vt num. 6.* quod talis affectio resultet ex decreto irritanti, atque inhibitione, *& num. 7.* quod tales clausulæ operantur in gratia subreptitia contrà impetrantem ad fauorem Papæ, cum dicta clausula etiam in gratia nulla concedentis intentionem declarent, *& nu. 8. post med.* quod per talem affectionem ligentur manus ordinariorum non autem expectantium auctoritate Apostolica venientium. *vt post Belleucin. de Charit. subsid. quæst. penult. nu. 12. dixit* Rota *in Toletana* Capellaniæ 1. *Decembris 1606. coràm Card.* Sacrato. *est decis. 287. part. 2. in Recent.*

Et num. 9. respondet ad Put. decis. 226. de qua vide suprà Part. I. in d. decis. ad Put. decis. 226. incip. In vna Germana. lib. 3.

§. 14. **ABBAS** *in cap. licet. 1. nu. 3. in vers. Nota quod si per testes. de restit. spoliat.* vbi dicit, quod si per testes admissos constat pro reo de iure proprietatis denegatur restitutio. Idem si constat per confessionem ipsius rei.

MENOCH. *in tract. recup. remed. 1. nu. 186. in 16. quæst.* (quem sequitur Rota *coràm Cotta decis. 334. vt suo loco ad* Menoch. *loco cit. notauimus.*) dicit ista vltima verba Abbat. esse subobscura, & forte corrupta, vt dicit etiam aduertisse. *Bero. in d. cap. 1. nu. 27. de restit. spoliat.* Et quod sic est legendum. *Idem si constat per confessionem de dominio ipsius rei.* vt sit sensus, si constat de dominio ipsius spoliatoris per confessionem ipsius spoliati.

§. 15. **ABBAS**, *& Felin. in cap. pastoralis. §. quia verò. de offic. delegat.* quod Iudex possit moueri ex his, quæ sunt extrà acta. *& Guidop. decis. 26.* quod suprema tribunalia possunt iudicare secundũ conscientiã.

REPROBATVR horum Doctorũ opinio à Rota, quia non est vera, *vt post* Couarr. *var. resolut. cap. 1. nu. 7. & 9. lib. 1.* Cassador. *decis. 12. nu. 8. super Regul.* fuit dictum *in vna Bononien. de Budriolis. Ven. 21. Nouembris* 1578. *coràm* Seraphino.

Vide in §. Afflict. decis. 28. hac eadem Part. 3.

§. 16. **ABBAS** *in cap. per tuas. in 2. notab. de donat. & in cap. si quis. fin. in vlt. not. de pecul. cleric. &* IAS. *in cons. 73. incip.* Pro *parte negatiua. vol. 3.* vbi volunt, quod Prælatus Ecclesiæ potest donare annuos redditus alicuius Ecclesiæ pro benemeritis.

DECLARANTVR à Rota. *vt per Accorambon. decis. 43. in manuscript. incip. Potest Prælatos. lib. 1.* vbi *in Neapolitana Casalium.* cum dubitaretur, an valeret donatio Prælati facta filijs cuiusdam militis, qui occubuerat strenuè certando contrà Turcas, pro fide Catholica quæ donatio fuerat postmodum confirmata à Leone Decimo. Posteà tamen Clemens Septimus reuocauerat generaliter omnes donationes, & alienationes factas in detrimentum Ecclesiæ Religionis Hierosolymitanæ, cuius membrum erat ista Ecclesia de cuius bonis alienatis agebatur.

Resolutum fuit talem donationem censeri reuo-

catam

catam tamquàm factam in detrimentum Ecclesiæ; Quia ad hoc vt donatio ob benemerita valeat, necesse est vt benemerita sint facta specialiter in fauorem illius Ecclesiæ, cuius bona donantur. Et quod ita loquuntur præcitati Doct. In casu verò proposito, benemerita erant in Ecclesiam vniuersalem non autem particularem, & licet ista esset eius membrum, tamen ex quo Ecclesia vniuersalis tenebatur ipsa ad alia benemerita, eo ipso quod ista remunerauit de suo particulari, & fecit id quod ipsa sola non tenebatur, dicebatur pati detrimentum. Et maximè, quia iste erat miles stipendiarius, & propter stipendium tenebatur certare pro Domino suo in omni prælio. Vnde præsentis intentio nō erat certare, vel occumbere pro Ecclesia, sed lucrari stipendium, & inseruire domino suo. Et quod ita fuerat dictum *coràm D. Thoma de Tanis. die* 24. *Ianuarij* 1545.

In simili materia remunerationis, quod Episcopus Regularis possit in vita disponere, & donare inter viuos eorum neptibus ex causa remunerationis pro dote, habes singularem. *decis. fel. rec. Greg. XV. in Vsseleñ. Spoliorum, seu donationis. Vener.* 13. *Februarij* 1609. *quæ inter eius impresi. est decis.* 401. *incip. Petrus Clemens*.

§. 17. ABBAS *in cap. sicut nostris*. 28. *de iureiur. in* 1.
1 *notab.* vbi dicit, † quod vacante Ecclesia Canonici
2 statuta condere possunt. *Imol. ibi in* 1. *notab.* † extendit ad Cardinales ante creationem Papæ. *Et Dec. in cap. porrecta. colum.* 2. *de confirmat. vtil. vel inutil.* Quod confirmatur *per text. in cap. significasti. vers. si per modum. de elect. post Innoc. & Host. ibi.*

APPROBATVR à Rota *coràm Accorambon. decis.* 40. *incip. Vacante Abbatia. part.* 2. vbi fuit ten-
3 tum, valuisse † Statutum à Canonicis habentibus facultatem eligendi Abbatem, factum vacante Abbatia, qui habito colloquio inter se de obtinendo à Papa, quod Abbatia de perpetua fieret temporalis, & triennalis, ita statuerunt vt futurus Abbas esset triennalis, & quod fructus, & prouentus dictæ Abbatiæ non spectarent ad Abbatem, sed incorporarentur in mensa Conuentuali, & quod Abbates futuri ita iurare, prout ab Abbate postea electo fuit iuratum. Et cum opponeretur huiusmodi electionem fuisse simo-
4 niacam. † Fuit dictum, quod stante dicta facultate statuendi præsertim saluo consensu Apostolico, nulla poterat considerari simonia. *Felin. in cap. ad aures. el* 2. *col.* 3. *de rescript. Parif. conf.* 30. *nu.* 26. *lib.* 4. Nam
5 tale † Statutum siue sit bonum, siue malū nunquàm committitur simonia, ex eo quod nullū fuit pactum, vt dicit *Host. post Innoc. in cap. cum M. Ferrarienfis.*
6 *de constit. num.* 24. vt enim † committatur simonia requiritur, vt aliquid detur, vel promittatur ab eo, qui est recipiēdus, quæ in præsenti nō concurrebant.

§. 18. ABBAS *in cap. per tuas.* 24. *sub n.* 4. *ext. de sim.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *inf. Part.* 5. *circa leges. ad cap. ad Apostolicam.* 42. *extra de sim.*

§. 19. ABBAS *in cap. nullus.* 1. *extra de pignor. in fin.* vbi dicit quod bona Ecclesiæ possunt detineri, donec de debito satisfiat.

DECLARATVR à Rota *coràm Gyps. in causa Camerineñ. Pensionis. Merc.* 15. *Ianuarij* 1597. *incip. Reseruata fuerat. in fin.* est *decis.* 60. *in eius lib.* 2. *in manuscript.* quod eius opinio locum habere possit vrgente necessitate, iuxta terminos *text. in cap. cum.* §. *hoc ins.* 10. *quæst.* 2. vel viuente Prælato, qui principaliter obligatus existit, & non quo ad alios singulares successores.

§. 20. ABBAS *in cap. tuam.* 10. *ext. de ætat. & qualit.* vbi dicit quod in beneficijs, & prælaturis non sit licitum preces interponere.

DECLARATVR à Rota *coràm Oran. in causa Pampiloneñ. Rectoriæ. Merc.* 5. *Nouemb.* 1586. *incip. Quod D. Ioannes. est decis.* 193. *in eius lib.* 1. *in manuscript.* quod procedat in beneficijs magni momenti, & in Prælaturis ratione dignitatis annexæ.

§. 21. ABBAS *in consil.* 21. *Viso dubio. lib.* 1. vbi tenet quod Vicarius Episcopi præfertur Archidiacono, ex multis ab eo adductis.

APPROBATVR à Rota *coràm Card. Seraphin. decis.* 639. *incip. Fuit dubitatum an consuetudo. nu.* 10. vbi dicitur quod Vicarius Episcopi præfertur cæteris Dignitatibus, intelligendo de Vicario generali.

Hanc quæstionem de præcedentia Vicarij quo ad Archidiaconum fuse habes examinatam *à Doctiss. Gratiano discept. forens. cap.* 111. *Quando Archipresbyter. nu.* 22. *vsque ad fin. vbi nu.* 23. ponit Votum R. P. D. Cantucij Rotæ Auditoris, in quo sex difficultates resoluit circa dictam quæstionem. *Et in prima firmat dictam opinionem Abbat. in d. cons.* 21. esse communiter receptam numero, & auctoritate grauiorum Doct. quàm sint pro contraria. Et in secunda difficultate *à nu.* 26. dicit Abbat. opinionem esse veram, & attenendam, alijs rationibus eam confirmando vltra rationes ab Abb. inductas, quæ sunt in contraria opinione. *Et etiam nu.* 83. *vers. Postremò pro hac.* dicit Abb. opinionem esse communiter à Doctor. approbatam.

Quod Votum est omnino in hac materia videndū, vbi etiam fusè refutatur. *Menoch. cons.* 51. *Cum rerum omnium. & Picard. inter consil. Menoch. cons.* 52. *Dubia semper.*

§. 22. ABBAS *in consil.* 36. *nn.* 1. *lib.* 1. *incip. Videtur primo.* IAS. *in l. si quis etiā quod. n.* 31. *ff. de iurisdict. omn. Ind.* DEC. *consil.* 93. *nu.* 1. *incip. Diligenter pro tenui.* vbi dicunt, quod si quis accepit emphyteusim pro se, filijs, & nepotibus masculis per hoc videantur exclusæ fœminæ.

DECLARANTVR à Rota *coràm Card. Pamph. Sen. in causa Cesenateñ. Bonarum. Lunæ* 1. *Decembris* 1586. *incip. Dubitari an D. Comes. est decis.* 87. *in eius lib. in manuscript.* Quia si in inuestitura sint vocati filij, & nepotes masculi, sine aliqua dictione taxatiua, ita quod videantur fœminæ esse exclusæ, tunc illa verba, *filijs, & nepotibus masculis* stant demonstratiuè, prout in dubio debent intelligi. *Bart. in l. Centurio. num.* 39. *ff. de vulg. Dec. in cap. quoniam Abbas. nu.* 14. *de offic. deleg.* vel si aliquam important taxationem, ea intelligitur durantibus, & existentibus masculis, vt, scilicet, fœminæ non succedant existentibus masculis.

Sed an fœminæ succedant in feudo, quando fuit concessum aliquibus pro se ipsis, & ipsorum hæredibus masculis tantum, cum natura illius dictionis, tantum, sit vt affirmatiuè posita excludat expressè non contentos.

Vide *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Feudum. Obseruatio circa Deuolutionem.* §. 1. *Feudum ad Ecclesiam deuolutur.*

§. 23. ABB. *in cons.* 41. *lib.* 1. *incip. In causa, quæ vertitur.*

APPRO-

APPROBATVR à Rota. Vide *Part.II. circa Stylum, & Obseruat. Rot. in verb. Beneplacitum.* §.2. *Rota sequitur consil.*

§. 24. ABBAS *cons.62. in fin. incip. Omnipotentis Dei. vers. postremo. lib. 1.* CORN. *cons. 188. nu. 16. & 17. incip. In præsenti vol.2.* GRAM. *dec. 66. n. 22. & seq. incip. In causa.* AFFLICT. *decis. 220. incip. In causa* qualiter transactionē impugnans teneatur restituere

DECLARANTVR à Rota *coràm Gypsio in vna Mediolanen. Legati* Mercur. 15. *Decembr. 1593. incip. Quæsitum fuit. est Decis. 120. in eius lib. in manuscrip.*

Quam declarationem, ne eodem sæpius repetamus habes *in nostr. Obseruat. ex Rota Romana in verb. Transactio. Obseruat. circa Rescissionem, & annullationem. §.2. incip. Ad Transactionis rescissionem agens. num. 5. & 6.*

§. 25. ABBAS *in cons. 76. nu. 2. incip. Plura sunt. p. 2.*

APPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus *inf. in hac* Part. *ad Lambert. in tractat. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 11. artic. 3.*

§. 26. ABBAS *in cons. 101. incip. Videtur primo. p. 2.* vbi fusè de translatione Episcopi.

APPROBATVR à Rota *in* Placen. *Canonicatus, & prabenda die Ven. 26.* Martij 1610. *coràm Card. Lancell.* quæ decisio fuit postea confirmata sub die 26. *Martij* 1613. *corā Reuerendiss. D. Decano Coccino. est in* Recent. *decis. 475. part. 1. nu. 1. & 4. ibi Abb. in d. cons. 101. nu. 3. & 4.* quæ solum videre sat esset pro resolutione præsentis articuli, *& num. 7. in fin.*

§. 27. ABBAS *cons. 106. n. 2. Quatuor. vers. item non interuenit. part. 2.* Quod Episcopi consensus in creatione Iurispatronatus requisitus non præsumatur tāquam solemnitas extrinseca.

Limitatur ista doctrina à Rota *in Firmana Iurispatronatus Luna 10. Decembris 1584. coràm Orano.* quando intercurrit spatium triginta annorum, *Doct. in l. sciendum. vbi Alex. n. 19. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. sicut. num. 29. cum seq. de re iudic.*

Afflictus.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio alicuius domini prorogari potest per vassallos si non agatur de re feudali.*
2 *Ius succedendi vigore primogenituræ, quanto tempore præscribatur.*
3 *Iudex non potest moueri ex informatione extra acta.*
4 *Via vicinalis media, an impediat ius congrui.*
5 *Papa solus potest facere votum validum etiam sine consilio Cardinalium, quod adhibet de honestate si vult. Secus in* Prælato *inferiori, qui non potest facere hos actus sine consensu* Capituli.
6 *Contractus in dubio præsumitur potius censualis, quàm emphyteoticus.*
7 *Decretum, quod sit indiuiduum, & fructus, quando non restituuntur.*
8 *Restitutio qualiter sit facienda ab impugnante transactionem.*
9 *In Iure congrui an sit præferendus vicinus, qui est contiguus horto, vel alius, qui contiguus domui.*
10 *In Causa ciuili, quando faciat supersedere causa criminalis.*
11 *Appellatio an detur à quocumque grauamine.*
12 *Venditio conditionalis, an dicatur perfecta.*
13 *Afflict. decis. 292. reprobatur remissiuè.*
14 *Moniali an debeatur legitima in bonis maternis.*

§. 1. AFFLICT. *in c. Imperialē. §. præterea. n. 28. & seq. de prohib. feud. alien. per Frider.*

REPROBATVR à Rota *in vna Nullius de Carrectis die 13. Nouemb. 1587. corā Reuerendiss. Comitulo.* quia Iurisdictionem alicuius domini prorogare possunt vassalli, quando agitur de re nō feudali *Isern. in d. c. Imperialem. §. præterea. nu. 28. in fin. Ias. in l. 1. §. & post operis. num. 13. de oper. nou. nunciat. Soccin. in cap. cæterum. num. 45. de iud. Capic. decis. 9. nu. 11. Clar. in §. feudum. quæst. 90. vers. fin.* vbi testatur ita communiter limitari tradita per *Bart. & DD. in l. 1. de iudic. & in d. §. post operis.* & quod sit communis opinio dicit Rota vbi suprà, quicquid contra senserit *Afflict. loc. cit.*

§. 2. AFFLICT. *in d. cap. Imperialem. §. præterea Ducatus. nu. 44. & vers. sed iuxtà hoc. de prohibit. feud. alien. per Frider. & in cap. satis. nu. 7. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in Decis. 248. num. 3.*

DECLARATVR à Rota *in Cauallicen. Feudi* Luna 17. *Decemb. 1612.* coram Pirouano. *num. 10. est in Recent. decis. 445. n. 10. vnà cum Isern. Balzar. Tiraq. & Molin. de quibus in d. decis. n. 4. part. 1. Quos remissiuè habes infrà in §. Isern. in cap. Imperialem, &c.*

§. 3. AFFLICT. *decis. 28.* latę fuerunt, *& Aym. cons. 198. in fin.* volentes Iudicem moueri posse ex informatione extra acta.

REPROBANTVR à Rota *in Rom. officij 23. Ian. 1608. coràm Scotto. & in Perusina separationis thori 28. Iunij 1589. corā Orano.* quia Iudex debet iudicare ex actis, vt etiam dicitur *in Bononien. de Budriolis 21. Nouemb. 1578. corā* Card. Seraph. *Rota corā Sanctiss. Ludouis. Decis. 1. in fin.* vbi Additio ponit concordantes, *& decis. 22. nu. 5. & ibi Addit. nu. 6.*

Vide *sup. in vers. Abb. & Felin. in c. Pastoralis. de offic. deleg.*

§. 4. AFFLICT. *decis. 62. Nardus Andreas.* vbi tenet, quod via vicinalis media non impedit ius congrui.

DECLARATVR à Rota *in Romana discooperti, siue prætensi retractus Luna 11. Decembr. 1589. coram Orano.* Hoc procedere, quando constat viam prædictam vicinalem confectam esse à vicinis, & de ipsa extaret memoria *Glos. l. 2. in verb. publicas. ff. ne quid in loc. public. Vrsill. ad d. decis. Afflict.*

§. 5. AFFLICT. *Decis. 101. incip. Archiepiscopus.* Vbi
1 dicit, † quod Archiepiscopus Salernitanus non potest concedere officium Notariatus actorum in præiudicium Archiepiscopi successoris, sed expirat gratia per eius concedentis mortem. Nisi esset facta concessio cum consensu Capituli, quia tunc ipsa Ecclesia videtur concedere, quæ numquàm moritur, & sic non potest expirare concessio, quia non moritur ipsa Ecclesia, quæ concedit.

DECLARATVR à Rota *coram* Cotta *in Romana Officij Camerariatus Luna 16.* Maij 1569. *incip.* An
2 *concessio. Est Decis. 262. in eius lib. in manuscr.* † Vbi dicitur, quod ista *decis. Afflict.* procedit in Prælato inferiori, qui multa prohibetur explicare sine con-
3 sensu Capituli. † Secus verò in Papa, qui de honestate (si vult) adhibet consilium Cardinalium, non autē de necessitate, quia potest sine illis actum validum facere cum tota potestas penès ipsum Papam residcat, vt per *Barbat. in cōs. 1. col. 11. vers. vltimo notat. vol. 1. & Iacobat. de Cōcil. fol. 45. col. 1. vers. Octauò facit. & fol. 488. col. 1. vers. Ad illud, quod dicitur.*

§. 6. AFFLICT. *decis. 129. incip. Comes S. Angeli. nu. 6.*

1 *nu.6. & 8.* cum dicit, † quod in re feudali præsumatur potius emphyteusis, quàm census.

NON transire sine difficultate hanc *decis.* dixit *Rota in Ortonen. Locationis. Vener. 14. Aprilis 1606. nu. 8. coràm Reuerendiss. Marquemontio. est decis. 170. in Recent. p. 2. Et quod contrarium tenet idem Consil. Neapolitanum. vt per Capic. decis. 103. cum alijs alle-*
2 *gatis per Vrsill. ad d. decis. num. 4.* † Et Rota semper tenuit, quod in dubio contractus censeatur censualis non emphyteoticus, & solutio in dubio ita censeatur facta. *Natt. cons. 3. nu. 3. lib. 1. Bero. cons. 113. n. 8. lib. 1. Menoch. qui de magis recepta testatur præsumpt. 166. n. 3. lib. 3. Cresc. decis. 3. de præsumpt. & decis. 1. de censib. Chirog. decis. 165. Et fuit dictum in Romana deuolutionis domus. 14. Iunij 1575. coràm Card. Blanchetto. & in Romana Vinea 22. Iunij 1592. coràm Brauo.*

§. 7. AFFLICT. *decis. 218. incip. Potita fuit. n. 3. & 4.* cum ibi dicitur decretum esse indiuiduum.

DVBITABILEM esse hanc *decis.* dixit *Rota coràm Rubeo. in Concheñ. Fructuum. Lunæ 12. Februarij 1560. est decis. 120. in eius lib. in manuscript. incip. Præsupposito.* dubitabilis inquit est ista *decis. ex his, quæ notantur in l. pluribus. in princip. de verb. oblig. & post alios Ias. in l. Titia. §. fin. eod. tit.*

Et ad illud quod *in fin. decis. Afflict.* dicitur, quod fructus auctoritate iudicis percepti non debent restitui nisi iudex sine ordine processisset, *Adde Rotam quæ approbat hic Afflict. corã Gypsio decis. 230. lib. 2. in suis manuscript. est in Dertuseñ. Parochialis. Ven. 11. Maij 1582. incip. Retentis alijs decisionibus.*

§. 8. AFFLICT. *decis. 220. In causa.*

DECLARATVR cum alijs Doct. à Rota, *vide remissiuè sup. in verb. Abbas. cons. 62. in fin. incip. Omnipotentis Dei. vers. Postremò. lib. 1.* vbi agitur de restitutione facienda ab impugnãte transactionẽ.

§. 9. AFFLICT. *decis. 223. In ciuitate.* dicendo ex duobus vicinis vnus contiguus horto, alius contiguus domui, in iure congrui præferendum qui est contiguus domui, quia hortus vti res rustica non trahit ad se vrbanum prædium.

DECLARATVR à Rota *in Romana discooperti, siue pratensi retractus. Lunæ 11. Decembris 1589. coràm Orano.* quod *d. decis. Afflict.* non procedit contrà retrahere volentem domum, cum discooperto venditam vnico prætio, quia tunc illud venit appellatione domus. *l. prædij. §. Titia. §. balnea. §. qui domum. & §. fin. de legat. 3. Copoll. de seruit. vrban. præd. cap. 76. Caputaq. decis. 342. part. 3.* & in consequentiam subiacet retractui iuxtà Bullam Sixti IV. Afflictus verò loquitur in concursu vicinorum quis sit præferendus, & ideò dicit hortum vti minus dignum, ratione vicinitatis non extendi ad prælationem in domos, secus tamen est, cessante dicto concursu, & venditione simultanea, vt dictum est, de domo, & discooperto. Vltrà quod Afflict. loquitur de horto de quo iudicatur vti de prædio rustico propter fructus venales. *Io. de Amic. cons. 1. nu. 33. & 45.* secus si fructus non sint venales, quia censetur prædium vrbanum, vt declarat *Copoll. de seruit. vrban. præd. cap. 11. nu. 4.*

§. 10. AFFLICT. *decis. 229. Sæpè, & sæpius euenit. num. 2. & 3.*

ROLAND. *consil. 13. In casu proposito. num. 17. lib. 1.*

APPROBANTVR à Rota *coràm Cæsar de Grassis decis. 92. Licet regula sit. num. 4.*

Vide *Part. 6. circa Constitutiones. ad Pium IV. Constit. 44. Reformationis Rotæ. num. 4.*

§. 11. AFFLICT. *decis. 269. Iudices inferiores. n. 1. & 2.*

REPROBATVR à Rota. Vide *in Glos. in cap. cum ad sedem. in verb. interdictum. in fin. vers. & nota. ibi, vnde aliud secundum Canones. de restit. spoliat. infrà Part. 5.*

§. 12. AFFLICT. *decis. 280. incip. Quondam Ioannes. num. 3.* cum dicit venditionem conditionalem esse perfectam, ita quod neque per moram incursam, & in iudicio etiam oppositam, & insuper protestatum non liceat vni partium discedere à contractu. In materia quod in contractibus nominatis non sit locus rescissioni contractus ob non implementum etiam pro æquipollens.

APPROBATVR à Rota *in Perusina executionis. Ven. 11. Maij 1582. coràm Card. Seraphino.* vbi etiam refutatur opinio *Cephal.* malè ibi allegat *in cons. 186. Cum sit. in cons. 118. nu. 18. incip. Contractus venditionis.* Et multum laboraui vt corrigere dictam allegationem.

Vide *in decis. Romana non adimplementi. Lunæ 17. Nouemb. 1597. coràm Card. Seraphino. Part. I.*

§. 13. AFFLICT. *decis. 291. Dicit consuetudo.*

REPROBATVR à Consilio Neapolitano. Vide *in §. Stat. Vrb. lib. 1. cap. 137. de fructibus dotis.* Moniali debent dos Monasterio dari solita, non autem iuxtà legitimam sibi debitam de iure naturæ.

§. 14. AFFLICT. *decis. 348. Pater filiam. num. 2.* Quod moniali debetur legitima iure naturæ in bonis maternis.

REPROBATVR ista decisio à Rota *in Romana dotis. Vener. 21. Iunij 1601. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 53. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Sorori Alexandræ. est decis. 60. part. 2. num. 2. in Recent. p. 2.*
1 † quia Monialis eam dotem habere debet, quæ Monasterio dari solet, qualis in Vrbe est scutorũ quingentorum, prout in puncto sæpius iudicauit *Consilium Neapolitanũ teste Vrsill. ad Afflict. d. decis. 348. num. 2. & habetur in decis. Neapolit. nouiss. decis. 40.* Quam opinionem Rota eò libentius fuit amplexa, non solum quia nititur æquitati, quam semper Rota sequi solet, vt fuit dictum *in Siracusana illegitimitatis. Lunæ 10. Decembris 1575.* & fauet conseruationẽ familiarum, in quo versatur interesse publicum. *leg. §. sed etsi seruus. ff. de ventr. inspic. Alex. cons. 89. sub nu. 3. lib. 6.* Sed etiam quia daretur occasio suscitandi infinitas lites. *Vnde non obstat d. decis. 348. Afflict.* quia post ipsam semper fuit contrarium seruatum ex præallegatis.

ANNOTATIO.

Decisio quæ hic allegatur *in d. Siracusana. est coràm Cantuccio,* quam habes *part. 2. diuers. decis. 12. num. 2.*

Albericus.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum restitutio spoliatis, qualiter fieri debeat.*
2 *Replicatio an sapiat naturam actionis.*

§. 1. ALBERIC. *in l. interdicto. 6. num. 3. ff. de vi, & vi arm.*

APPROBATVR à Rota *coràm Decano Rubeo.*

Vide *suprà Part.II. in verb. Spolium. §.4. Robs fernat, quod in Spolio. num.4.* Vbi de æstimatione fructuum Spoliatis restituendorum.

§. 2. ALBERIC. *in l. quæsitum.31. §. dolo. fin. ff. de petit.*

DECLARATVR à Rota *coràm Cantuc. in causa Romana Census 27. Iunij 1580.*

Vide, quæ diximus *infrà Part.5. circa Leges ad gloss. in verb. Sextum in d.l. quæsitum.*

Alciatus.

S V M M A R I V M.

1 *Text. in l. filius. de suis, et leg. hæred. an legendum sit, cum negatiua, videlicet non agnatus, nec ne.*
2 *Relatum, & non referens, est attendendum.*
3 *Maiumæ ludi, qui fuerint.*
4 *Paterfamilias vt qui sit habitus, quantum tempus requiratur.*
5 *Creditor an possit procedere contra debitorem pro parte debiti, per eum confessata.*
6 *Filia fratris, quando admittantur ad successionem alterius fratris.*
7 *Statuta disponentia, vt quis non admittatur in Collegium, nisi habeat certas qualitates, qualiter debeant interpretari.*
8 *Auth. Res quæ.* C. *commun. de leg. procedit etiam in nepotibus post obitum aui conceptis, contra Alciat. & Corn.*
9 *Probationes requiruntur exactissimæ ad probandum delictum narratum in gratia, non solum quando agitur criminaliter, sed etiam quando ciuiliter, & qualiter hoc intelligatur.*
10 *Possessio fideicommissarij, quando non dicatur vitiosa.*
11 *Milites, si donat causa mortis, an requirantur solemnitates requisitæ à Statuto in eorum contractibus.*

§. 1. ALCIAT. *lib.3. Parerg. cap.25. vbi text. in l. filius. ff. de suis & legit. hæred.* legendum dicit conditione negatiua, videlicet, nō est agnatus.

REPROBATVR à Rota *in Romana fideicommissi de Paluzzellis Lunæ 28. Febr. 1601. nu.3. & 4. coràm Mantuano.* est *decis.432. part.2. in Recent.*

Et vide *infrà Part.5. in d.l. filius patri. 12. ff. de suis, & legit. hæred.*

§. 2. ALCIAT. & BERTAZ.

REPROBANTVR à Rota *coràm felic. rec. Gregor. XV. decis.435. n.3. incip. Sententias esse iniustas.*

Vide, quæ diximus *sup. Part.II. circa Stylum, & Obseruantias Rotæ. in verb. Relatio. §.1. Rota in pluribus causis tenuit, quòd referens.*

§. 3. ALCIAT. *lib.5. Parerg. cap.15.* qui sequitur Suidam, dum dicunt, Maiumæ festum de quo *in l. vnic. C. de Maiuma. lib.11.* fuisse à Romanis mense Maio ad Ostia Tyberina celebrari solitum. Et videtur astipulari *Glossel. ibid.* posita, dum adducit simile de Regnis quæ Bononiæ fiunt.

REPROBANTVR à *Card. Cæsar. Baron. in Annot. ad Martyrologium Romanum sub die 26. Decēb. litera F. in verb. Maiume.* Vbi ostendit tale festum non à mense Maio, sed à loco, Maiuma videlicet Ciuitate dictum, quæ & Nauale, seu Portus Gazæ est appellata, vt est videre apud ipsum, vbi hoc pluribus examinat.

§. 4. ALCIAT. *de præsumpt. Reg.2. præsumpt.2. vers. in falsa.* Vbi dicit requiri decennium, vt quis sit habitus paterfam. vt filijfam. obligatio teneat.

DECLARATVR à Rota. Vide *infrà in Par.6. in vers. Stat. Vrb. lib.1. c.152. de contractibus prohibitis, &c. num.9.*

§. 5. ALCIAT. *in l. quidam æstimauerunt. 21. num.3. ff. si cert. petat.*

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphino decis.473. num.1. incip. Quamuis* Domini.

Vide, quæ diximus *infrà in §. Bald. in d. l. quidam æstimauerunt.*

§. 6. ALCIAT. *cons.39. incip.* Cōsideratis *verbis Statuti lib.2. tom.1.* cum dicit, filiam fratris admitti ad successionem alterius fratris siue patrui cum alio patruo, non obstāre, quod Statutum excludat sororem à successione fratris existente alio fratre, quia dicta neptis representat patrem, & sic fratrem defuncti.

REPROBATVR à Rota, eō quod malè consuluerit, *in causa Romana hæreditatis de Capranica Lunæ 23. Ianuarij 1581. coràm Card. Seraph.* Vbi voluit stante *Statuto Vrbis lib.1. c.146. in nou.* excludente, sorores à successione fratris defuncti existētibus fratribus defuncti, quod etiam excludat fratrum præmortuorum filias, quod fuit resolutum matura deliberatione causa bis proposita, & hoc ex maioritate rationis, vt ibi fuit probatur. Dicitur tamen, quod Alciati responsum saluari potest, quia in specie illa non adesset soror defuncti superstes tempore delatæ successionis, prout erat in casu decisionis.

§. 7. ALCIAT. *cons. 42. incip. Vera est conclusio. in princ. lib.2. tom.1.* cum dicit, quod Statuta disponentia de non admittendis in Collegium Doctorum, nisi habeant certas qualitates, sunt benignè, & non rigidè interpretanda, ex quo nullius præiudicium versatur, & in eō quod neminem lædit, benignior via est sequenda.

APPROBATVR hoc consilium à Rota *in Monasterien. Canonicatus Lunæ 24. Mar. 1572. corā Card. Seraph. n.3.* Vbi quod hoc passim tenet Rota in probandis habilitatibus. *Guidob. decis.11.* Et quod fuit originalis doctrina *Bald. in l. eam quam. num.8. C. de fideicom.*

§. 8. ALCIAT. *in cons.164. Numquid. auth. res quæ. lib.9.* & CORNEVS *in Auth. res quæ. nu.4. C. commun. de legat.*

REPROBATVR à Rota. Vide *infra ad Corn. in Auth. Res quæ. nu.4. C. comm. de legat. & fideic.*

§. 9. ALCIAT. *cons.2. num.41. incip. Tria principaliter. vol.1. lib.1.* vbi dicit, quod ad probandum delictum narratum in gratia, requiruntur probationes exactissimæ, quod non solum habet locum, quando agitur criminaliter, sed etiam quando ciuiliter.

DECLARATVR à Rota *coràm Gypsio in causa Casalen. seu Nullius præpositura Lunæ 21. Apr. 1597. incip. Postquam Rota in hac causa. est decis.64. in eius lib.2. in manuscript.* quod ista opinio, quando agitur ciuiliter etiam requirantur illæ exactissimæ probationes forsitan posset procedere, quando ageretur ad priuationem beneficij.

Quod fusius vide *sup. Part.I. ad d. decis. Gyps. fol.334. col.2. in med.*

§. 10. ALCIAT. *cons.17. incip. Est de iure clarum. num.7. tom.3. lib.5. aliàs est cons.350.* Vbi dicit, possessionem fideicommissarij non esse vitiosam, quando eam accepit antequam hæres hæreditatem adiret.

RE-

REPROBATVR à Rota *in Romana de Salomonibus Luna 14. Nouembris 1575. num. 3. coràm Card. Seraph. est decis. 271. in eius impress.* Quia dicta sententia non solum est contra communem, sed etiam contra auctores, quos ipse allegat, quia *Castrens. in l. non dubium. C. de legib.* cõtrarium expresſè probat. Et hanc decisionem secuta est Rota *in Viterbien. hæreditatis. Merc. 18. Nouemb. 1575. coràm Robusterio. est decis. 83. part. 1. diuers. & in Romana de Marescotis Merc. 20. Nouembr. 1613. coràm Card. Sacrato. est in Recent. decis. 526. nu. 3. p. 1. Et coràm Gregor. XV. decis. 206. incip. Fuit vnanimis. nu. 6. & 7.* vbi de veriori, & receptiori opinione post *Rolãd. cons. 78. Habita diligenter. num. 20.*

Vt etiam notauimus *sup. Part. I. ad d. decis. 271. num. 3. Seraphini.*

§. 11. ALCIAT. *in l. hac verba. 2. ff. de legat. 1.*

REPROBATVR à Rota *coràm bon. mem. Card. Marcomont. in causa Camerinen. Donationis Luna 19. Decembris 1605. incip. Quamuis hæc. est decis. 19. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quæ diximus *infra in hac Part. in §. Ias. in d. l. hac verba.*

Alexander.

SVMMARIVM.

1 *Pater relinquens filiæ dotem, an per hoc verbum, relinquo, adiectum doti, intelligatur filia instituta. & num. 9.*
2 *Spoliatus à Iudice nulliter procedente potest incontinenti absque vitio spolij recuperare possessionem.*
3 *Inspectionis ventris, quando sit locus, ad effectum videndi, an mulier sit grauida. Item inspectioni corporis in homine, ad effectum cognoscendi quando sit potens, vel impotens.*
4 *Aestimatio fructuum spoliatis debitorum qualiter sit facienda.*
5 *Monachus capiens possessionem nomine Monasterij sine mandato, illam acquirit Monasterio sine ratificatione.*
6 *Restitutio in integrum petita non impedit executionem trium conformium.*
7 *Fideicommissum relictum in diem mortis, non cedit ante diem mortis naturalis.*
8 *Testis deponens de decem sine taxatiua non excludit quindecim, & quando hoc locum habeat.*
9 *Pater relinquens filiæ dotem, an per hoc verbum, relinquo, adiectum doti, intelligatur filia instituta.*
10 *Donatio an trãseat ad heredes donatarij, vel donãtis.*
11 *Alex. cons. 178. lib. 2. declaratur remissiuè.*
12 *Testamentum ad pias causas, & inter liberos, si est scriptum totum manu testatoris, etiam quod nullus adsit testis, valet.*
13 *Solutio simpliciter facta cedit in causam duriorem, si aliàs non constet ex mente partium.*
14 *Actus si mandatur à statuto fieri certo modo, eo non seruato est nullus etiam quod non habeat decretum annullatiuum.*
15 *Testibus publicatis coràm arbitro possunt dicti testes iterum examinari coràm Iudice si non fuerint didicita testificata.*
16 *Sententia nulla quando impediat cursum fatalium.*
17 *Emphyteuta non potest alienare irrequisito domino etiam stante licentia alienandi.*
18 *Tutor est legitimè constitutus etiamsi non iurauerit.*
19 *Via ordinaria, & executiua cumulari potest.*
20 *Sententia confirmans primum etiam nullam, quod sit valida, & transeat in iudicatum.*
21 *Pater relinquens dotem filiæ, vt de ea sit contenta, an per hoc videatur instituta.*
22 *Testes non benè informati de qualitate rei, non probant valorem.*

§. 1. ALEX. *in Rub. ff. solut. matrim. sub num. 30.* REPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà in hac parte. in §. Imol. in c. Raynutius. 16. num. 18. vers. dicit tamen. de testam.*

§. 2. ALEX. *in l. a diuo Pio. 15. §. si post. nu. 9. ff. de re iudic.* Vbi dicit, quod quando Iudex spoliat aliquem nulliter procedendo, potest spoliatus incontinenti absque vitio spolij recuperare possessionem.

APPROBATVR à Rota *coràm Card. Lancellott. Sen. decis. 174. inter eius selectas in manuscript. aliàs decis. 1. de restitut. spoliat. Romana domorum. die 21. Maij 1568. incip. Iudex immiserat.* quod ista opinio *Alex.* plus placuerit Dominis, quam opinio *Angel.* quia non est differentia inter priuatum, & Iudicem, qui nulliter procedit, quia ita potest recuperare possessionem propria auctoritate spoliatus à Iudice nulliter procedente, sicut à priuato. *Aym. cons. 18. num. 8. incip. Andreas Iuuenis. lib. 1. Menoch. de recuper. possess. in 8. remed.*

§. 3. *ad* ALEX. *Addentes in l. et quæ. fin. n. 4. in verb. crimen actoris. C. de edend.* Vbi dicunt, quod non datur ventris inspectio, si mulieri obijciatur, quod est prægnans, & ita in facti contingentia obtinuisse.

DECLARATVR à Rota *coràm Gypsio in Mediolanen. impotentiæ.* Mercur. 16. Martij 1588. *Est decis. 133. in eius lib. 1. in manuscript. incip.* Alphonsus *Pallauicinus. post med. in §. Non obstat quod ventris inspectio.* Quod hoc potest habere locum, quando ad probandum crimen inspectio desideratur: quo casu exhibitio seu inspectio iustè denegatur *Verall. decis. 293. part. 1.* nisi delictum sit notorium, & manifestum, *iuxtà not. in cap. si fortè. de elect. & Lap. alleg. 13.*

Secus verò quando non agitur de detegendo crimine, prout in casu decisionis erat res adeo clara, vt non esset locus vllus dubitationi. Vbi agebatur de probanda impotentia viri, de qua constabat ex eius confessione, & multis alijs adminiculis. Et quod propterea allegata ab illis addentibus nõ obstabant propositæ controuersiæ.

Vide plura *in d. decis. Mediolanen. quæ notata habetur in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Inspectio. Obseruat. circa Miscellanea. §. 1. incip. ad Inspectionem corporis cogi quis potest. Et in §. 2. incip. Inspectio corporis non est deneganda.* vbi habetur præsens declaratio ad Addentes *ad Alex. vbi sup.*

§. 4. ALEX. & CASTRENS. *in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. matrim.*

DECLARANTVR à Rota *coràm Rubeo.* Vide *suprà Part. 2. in verb. Spolium. §. 4. Rota seruat quod in spolio. num. 7.* vbi de fructuum spoliatis debitorum æstimatione.

§. 5. ALEX. *in l. possessio. 1. §. per seruum corporaliter. num. 9. ff. de acquir. possess. vbi post glos. fin. in verb. possideat.* dicit, dominium acquiri vero domino pro seruum alienum, & liberum hominem, *vt in d. l. 1. §. sed per eum.*

REPROBATVR à Rota *coràm Guidob. decis.* 45. *incip. Fuit tentum. in manuscript.* vbi ex hac doctrina infertur, quod Monachus capiens possessionem nomine Monasterij sine mandato, illam acquirit Monasterio sine ratificatione.

§. 6. ALEX. *in l. si se non obtulit. §. condemnatum. num.* 27. *vers. secundò fallit. ff. de re iudic.* vbi vult restitutionem in integrum petitam non impedire executionem trium conformium.

APPROBATVR à Rota reiectis aliorum opinionibus, vt dicit *Simon. decis.* 77. *incip. In vna Illerdeñ.*

Vide, quæ notauimus Part. II. *circa Restitut. in integr.* §. 2. *Rota non semper eodemmodo seruauit. num.* 5. *&* 6. licet *Cassad.* videatur tenere cum *Salic.* destruendo fundamentum opinionis *Alexand. vt ibid. num.* 3. *&* 4.

§. 7. ALEX. *cons.* 23. *nu.* 1. *per tot. incip. Optime consideratis. lib.* 1.

APPROBATVR à Rota *decis.* 113. *num.* 3. *incip. Domini ex deductis.* Quod eius opinio sit communis, & vsu recepta.

Vide, quæ diximus *inf.* Part. 5. *circa Leges, ad l. Status Florus.* 48. §. *Cornelio Felici. fin. ff. de iur. fisc.*

§. 8. ALEX. *in cons.* 94. *nu.* 7. *lib.* 2. *incip. In præsenti consultatione.* Vbi dicit, quod si testis deponat de decem sine taxatiua, non excludat quindecim.

DECLARATVR à Rota *corã fel. rec. Greg. XV. decis.* 298. *nu.* 9. *incip. Domini recedentes.* Quod non procedat in teste deponente de facto proprio, & in teste deponente de propria ætate, & dictum *Alexand.* procedere posset, quando agitur de probando certo actu, *Afflict. decis.* 72. *sub nu.* 6. *incip. Nardus Andreas.* ita etiam sensit *Addit. ad* Alex. *in supradict. consil. in litera G.*

§. 9. ALEX. *in cons.* 70. *nu.* 8. *lib.* 2. *incip. Viso cõsilio.*

REPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus *inf. in hac* Part. *in* §. *Imol. in c. Rainutius.* 16. *n.* 18. *vers. dicit tamen. de testam.*

§. 10. ALEX. *cons.* 43. *lib.* 3. quod replicatur *lib.* 6. *cons.* 53. *Consideratis his.*

DECLARATVR à Rota, vt per *Achill. decis.*
1 300. *aliàs* 1. *de donat. incip. Donatio.* † Vbi deciditur, quod donatio facta pro se, & descendentibus ex suo corpore natis, moriente vltimo ex descendentibus, donatio non reuertitur ad donantem, sed transit ad hæredes donatarij. Quia ista erat natura donationis, vt perpetuaretur, & quod censetur quodammodo in quolibet personarum gradu vnica donatio.

Et est perinde ac si dicatur, vltimo donatum esse sine aliquo onere, sicut in fideicommisso *l. cum pater. §. libertis. de legat.* 2. *& l. pater. §. quindecim. de legat.* 3. Licet enim alijs descendentibus non sit donatum, quod nõ propterea sequitur, quod debeat reuerti ad donantem, sed remanet sine grauamine vbi descendentes deficiunt.

2 *Alex. verò d. cons.* 53. *lib.* 6. fuit declaratus, † vt intelligeretur in terminis casus, quem ponit *Cyn. in Auth. sed si quis. C. de secund. nupt.* quando, scilicet ex aliquibus verbis appareret, quod deficiente conditione res deberet reuerti ad donantem.

Marian. etiam Soccin. Iun. *cons.* 53. *vol.* 2. fuit re-
3 probatus, † non obstante taxatiua, quæ in suo casu aderat, & esse idem tenendum, quia licet donatio sit facta illis tantum, & non alijs, non propterea sequitur, ergo debet reuerti ad donantem, *Put. decis.* 273. *lib.* 3. *Illustr. Ascanius.*

§. 11. ALEX. *cons.* 178. *In occurrenti casu. n.* 19. *lib.* 2.

DECLARATVR à Rota *post Mantic.* qui eum allegat.

Vide *infrà in* §. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 26. §. *Quinto educitur.*

§. 12. ALEX. *cons.* 76. *Ponderatis. in princip. lib.* 3. Vbi dicit in testamento inter liberos à patre scripto requiri saltem duo testes.

REPROBATVR à Rota, vt per *Achill. decis.* 301. *aliàs* 1. *de testam. incip. Testamentum ad pias causas. n.* 5. Vbi idem dicitur de testamento ad pias causas, quod valeat sine testibus. Idem dicit *Put. decis.* 14. *de testam. Testes non requiruntur.*

Et has duas Decisiones esse amplectendas, non autem *Put. decis.* 97. *lib.* 3. *incip. In vna Romana.* quę vel est corrupta, vel non est vera, vt etiam dicitur in *d. decis.* 14. *de testam.* dixit Rota *coràm Lancell. Sen. decis.* 64. *inter eius Selectas. est in Leodien. domus, seu testamenti.* 9. *Iulij* 1574. *incip. Placuit Dominis.*

Aduerte, quod Decisiones Putei, & Achill. sunt omnes in eadem causa coràm Rossanen. compilatæ tamen, à Put. & Achill. & illa, Put. 97. *non est vera, vel est corrupta.*

Quæ etiam notauimus Part. I. *ad Achill. de decis.* 301. *& Put.* 97. *lib.* 3.

§. 13. ALEX. *in cons.* 85. *lib.* 3. *incip. Ponderatis narratis.* vbi dicit, quod solutio simpliciter facta cedit in causam duriorem.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualer. decis.* 165. *nu.* 3. *in fin. incip. Supererat in hac causa.* quod non habeat locum, quando constat partes consensisse, vt cedat in aliam causam. *iuxt. l.* 1. *ff. de solut. & l. vsuram. C. de vsur.*

Vide plura circa hanc materiam *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Solutio. Obseruat. circa Solutionem. per plures* §§.

§. 14. ALEX. *cons.* 24. *Inspecto. nu.* 3. *vers. sed ad hoc respondeo. lib.* 4. Quod quando à Statuto mandatur aliquid fieri certo modo, tũc si ille modus non seruatur, actus non est nullus, si Statutum non habet decretum annullatiuum.

REPROBATVR à Rota *coràm Put. decis.* 330. *incip. Constitutio Gerundensis. nu.* 8. *lib.* 1. *in nou.* Vbi præsens quæstio fusè discutitur. Et reprobatur *Alex. per eumdem Alex. vt ibi dicitur in l.* 1. *col.* 2. *vers. & pro ista opinione. Angelus. ff. deliber. & posthum. per Dec. in cap.* 2. *col.* 2. *vers. secundò limitatur. de testib. & per eumdem cons.* 532. *col.* 1. *vers. & videtur Statutum prædictum. vol.* 3.

§. 15. ALEX. *consil.* 59. *num.* 6. *&* 7. *vol.* 4. dicens Sententiam nullam non impedire cursum fatalium. Intelligitur quando Sententia lata est post lapsum fatalium. *Caputaquen. in Parmen. Castri Tizzani* 13. *Nouembris* 1560. *Put. decis.* 9. *de appellat.*

§. 16. ALEX. *cons.* 84. *incip. Consideratis his. lib.* 4.
1 *num.* 3. §. *sed præmissis.* Vbi vult, † quod post publicata testificata coràm Arbitro, possunt testes examinari coràm alio Iudice, non tamen super eisdem materijs.

APPROBATVR à Rota, vt per *Guidob. decis.* 101. *in manuscript. incip. Duodecima Decembr.* Et subdit
2 *Guidob.* per hæc formalia verba, videlicet: † Licet ego dicerem, idem esse super eisdem, quia super diuersis

uersis semper recipiuntur, nec publicatio impedit, neque hoc esset magis speciale in testibus examinatis coràm Arbitro, quã alio Iudice, si restringeretur ad diuersas materias. Et subdit, quod hoc sibi videbatur esse, quod dicit *Alex.d.cons.*84.

ANNOTATIO.

ADVERTE, *quod Alex. d.cons.*84. non loquitur simpliciter, † quod possint examinari testes coràm Iudice, quando fuit facta publicatio coràm Arbitro, sed quando per dictam publicationem non fuerunt didicita testificata per *gloss.in c.constitutus. vlt.de testib.* vt ipse *Alex.* dicit *nu.*5.*& seq.* vbi hoc latè comprobat.

3

§. 17. ALEX. *cons.*106. *incip. Viso themate instrumenti. num.*3. *lib.*4. vbi sequitur *Specul. de emphyt. quæst.*94. qui tenet, quod emphyteuta non potest alienare irrequisito domino stante etiam licentia alienandi.

REPROBANTVR ambo à Rota, vt habes infrà *ad Specul.loc.cit.*

§. 18. ALEX. *cons.*80. *incip. Visis themate. num.*14. *lib.*5. cum dicit tutorem esse legitimè constitutum, licet non iurauerit iuxtà formam §.*fin.in Auth.vt ij, qui oblig.se hab.* dummodo adsint verba æquipollentia, putà si dixit, quod obligauit se ad omnia ad quæ tenetur de iure, & ex forma Statutorum, cum forma data possit impleri per æquipollens.

APPROBATVR à Rota *sub die* 11.*Nouẽb.*1551. *coràm Fabio.est decis.*18. *lib.*2. *quam post d.Alexandrum iterum secuta est Roca in vna Firmana bonorum Vener.*29.*April.*1583.*coràm Card.Seraph.*

Vide Part.5.*ad l.sancimus. fin.* §.*ominem. C.de adminiftr.tutor.*

§. 19. ALEX. *in cons.*58.*num.*3.*incip. Viso, & perlecto.vol.*5. vbi dicit, quod cumulatio viæ ordinariæ, & executiuè sit permissa.

DECLARATVR à Rota *coràm Cæsar.de Grass. decis.*191. *aliàs* 2.*de sent. excom. incip. Plures deducuntur.num.*3. quod non dicat, vt electa iam altera via, liceat ad aliam procedere, sed quod possint simul cumulari.

§. 20. ALEX. *cons.*111. *incip. Viso themate. lib.*5. & quæ dicuntur à *Ias.in l.*4. §.*condemnatum. de re iud.* Quod Sententia confirmans primam etiam nullam ex capite iurisdictionis, sit valida, & transeat in iudicatum. Reprobata doctrina *Card.in cons.*71.*incip. Seriatim super singulis.& Dec.in cap.*1.*in fin.de confirm. vtil. vel inutil.* distinguentium inter vitium remissibile per partem, vel non: quia est contrà prædictas Doctrinas.

CANONIZANTVR à Rota, vt per *Achill. de Grass.decis.*4. *incip.Sententia confirmans. de sentent. & re iudic.*

DECLARANTVR *Alex. & Achill. à Rota corã Coccino in Foroliuieñ.Emphyteusis.* Lunæ 1.Iulij 1613. *est in Recent.part.*2.*decis.*474.*incip.Domini dixerunt non intrare. nu.*4. *&* 9. vt intelligantur, quando secunda sententia confirmans transitum fecit in iudicatum. Quæ decisio fuit posteà in eadem causa coràm eodem confirmata, vt habetur *decis.*510. *in Recent. part.*2. *incip. Placuit Dominis.*

§. 21. ALEX. *in cons.*168. *nu.*10. *lib.*5. *incip. Ponderatis narratis.* vbi dicit, quod pater relinquens aliquam rem filiæ pro dote, iubens eam esse tacitam, & contentam, videatur reliquisse iure institutionis.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubal. in causa Viterbieñ.hæreditatis.Venẽr.*20.*Aprilis* 1584.*incip. Dubitaui in causa. est decis.*222. *in eius lib. in manuscript.* Quod hoc procederet si verba essent directa ad filiam, vt loquitur *Cuman. in l.his verbis. num.*2. *ff. de hæred. instit.*

Vide, quæ diximus *inf.in hac parte.ad Imol.*§.2. *in cap.Rainutius.* 16. *num.*8. *vers. dicit tamen. de de testam. num.*4. *&* 5.

§. 22. ALEX. *cons.*54. *incip. Circa primum. num.*4. *lib.*6. vbi dicit quod testes non benè informati super qualitate alicuius rei non probent illius valorem.

APPROBATVR à Rota in pluribus causis. vt habetur *coràm Card.Seraph.decis.*1462. *nu.*4. *incip. Domini in hoc dubio.* vbi testatur sic Rotam pluries approbasse tale consilium. & præsertim *coràm Card. Plat. in causa Anconitana terrarum.* 17. *Martij, &* 21.*Aprilis* 1589. *est decis.*101. *in eius lib. in manuscript. incip.Post datam.*

Alphonsus Soto.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris primi Cardinalis defuncti, qui ante familiaritatem primi beneficia obtinebat, si transit ad familiaritatem secundi Cardinalis, & ea durante decedat, Papa debet conferre de consensu istius secundi Cardinalis.*

2 *Vnio non dicitur effectuata nisi sequuta possessione. Et propered vnio per cessum, vel decessum suspenditur per resignationem factam à possessore beneficij vniti in fauorem certæ personæ cum clausula suspensionis omnium vnionum.*

3 *Alphonsus Soto in Regul.Cancell.6.de Cubic.declaratur remissiuè.*

§. 1. ALPHONS. SOTO Glosator, siue Commentator Regul.Cancell. cuius auctoritatem semper Rota plurimi fecit, vt dicit *Card. Seraphin. decis.*1072. *incip. Domini steterunt in decisis. cum d.Alphons.in Regul.Cancell.*30. *de impetrat.benef. per obit. famil. Card. in vers. Item ex ista deciditur dubium.* dicit, quod si familiaris vnius Cardinalis eo mortuo transeat in familiaritatem alterius Cardinalis, & in ea decedat, beneficia sic vacantia debere conferri cum consensu secundi Cardinalis.

APPROBATVR à Rota *Put. decis.*227. *in nou. lib.*3.*incip.Bernardinus de Grassis in Addit.marginali.* vbi testatur *de decis. coràm Reomano.* quam etiam ponit *Fab.Accoramb. lib.*2.*decis.*11. *incip.Quoniam prouiderat Papa.*

Et Canonizatur contrà *Sarnens.* à Rota *coràm Seraph. d. decis.*1072. vbi adducuntur decisiones concordantes. Et anteà *coràm Orano in causa Luneñ. Sarzaneñ. beneficiorum. Mercur.* 19. *Ianuarij* 1594. *incip.Vitalis Blanchis.est decis.*236.*lib.*2.*in eius manuscript.* vbi non facit mentionem de d. Glosatore, sed *Seraph.in eadem causa d.decis.*1072. extollit eius dictum contrà *Sarnens. in d. regul. quæst.*18.

Vide *eandem conclus.in nostr.Obseruat. ex Rota Romana in Regul.* Cancell. *la* 1. *& la* 2. *Et in* 1.*ad regul.*31. §.1. *incip.Regula* 31.*Cancellariæ. Et in* 2. *in d. regul.* 31. *nu.*13. *incip. Hæc regula habet locum in familiari.*

Et in nostris Singul. ex Rota Romana ad Oran. d. decis.236. lib.2. est in fol.406. col.2. post med.

§. 2. ALPHONS. SOTO in Glos. Regul.11. Cancell. Apostol. quæ est circa reuocationem Vnionum. col.2. §. & in quantum illa Regula. vbi dicit ex quadam Extrauag. Martini V. declarante istam Regulam;
1 quod Vnio non dicitur sortiri effectum, nisi sequuta possessione.

Approbatur à Rota, vt per Accorambon. decis.20. incip. Resolutum fuit. lib.1. vbi in fin. dicitur, quod Rota sæpè hanc opinionem fuit sequuta.

Ex qua conclusione fuit confirmata illa decisio,
2 nimirum, † quod Vnio facta de certis præstimonijs supprimendo titulum, & processum, vel decessum possessorum, suspendebatur per cessionem factam ab vno ex possessoribus ad fauorem certæ personæ cum suspensione omnium vnionum etiam in fauorem cultus diuini.

3 Quod † Rota dixit procedere etiam quod nõ fuerit expresse derogatum Regulæ de iure quæsito. Quia si rectè consideretur in isto casu non tollebatur ius quæsitum, sed suspendebatur, vel alterabatur. Si enim possessor non cessisset, non propterea hoc beneficium obtinuisset ille, cui fuerat facta vnio, sed opus fuisset expectare dicti possessoris mortem, & ille in cuius fauorem erat facta cessio poterat citius mori quàm cedens, siue resignans: Et ideò nullũ ius effectualiter tollitur, licet ius suspendatur, seu alteretur, quia citius potest decedere vnus quàm alter.

4 Nec obstare illa verba vnionis, † per cessum, vel decessum. Quia oportet intelligere stylum Curiæ de simplici cessione, nõ autem de cessione facta in fauorem certæ personæ cum suspensione omnium vnionum, vt per Cassad. decis.3. de renunc.

5 Neque † obstare Oldrad. cons.257. incip. Factum tale. num.15. in fin. Quia ibi iam erat facta vnio, & nulla erat facta mentio, nec suspensio vnionum, prout in isto casu, vnde ibi permutatio non valuit ratione surreptionis, quia de vnione debet fieri mẽtio. Felin. in cap. in nostra. de rescript. Et eodem modo respondetur ad Oldrad. cons.223. incip. Factum tale est. Quæ duo consilia, vt dicitur in decis. per vnum ex Dominis pro alia parte allegabantur. Et in hoc cons.223. possessor beneficij obierat non cesserat, & sic erat diuersa ratio.

§. 3. ALPHONS. SOTO circa Regulam 6. de Cubicularys. quod dicta Regula comprehendat Cubicularios extra muros.

Declaratur à Rota in Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus. Lunæ 19. Martij 1601. coram Card. Lancellotto. est in Recentior. decis.43. nu.8. part.1. Quod procedat ante Cõstitutionem Leonis X. erectionis Collegij Cubiculariorum.

Vide in nostr. Obseru. in verb. Regulæ Cancellariæ 2. ad dictam Regulam 6.

Ananias.

§. 1. ANAN. consil.22. incip. Ad approbandum. sub num.3.

Approbatur à Rota. Vide ad Abbat. sup. consil.36. vbi ipse Abbas reprobatur.

§. 2. ANAN. cons.43. post princip. incip. Stante vicissitudine.

Declaratur à Rota coràm Oran. in causa Luneñ. Sarzeñ. Beneficij. Lunæ 29. Martij 1599. est decis.101. in eius lib.3. in manuscript. incip. Fuit dubitatum an collatio.

Vide latè quæ diximus sup. Part.I. ad Put. decis.179. & etiam in nou. incip. In eadem Salamantina. fol.561. col.2. in fin.

Ancharanus.

SVMMARIVM.

1 *in Præscriptione an semper necessariò requiratur bona fides.*
2 *Iurisdictio quando censeatur concessa cumulatiuè, & quando priuatiuè quoad Iudices ordinarios.*
4 *Proximiore vocato, quando veniat primus proximior tantum. Et an proximior grauati, vel grauantis.*
5 *in Iurepatronatus prouisio facta à fundatore sibi, & filijs, & certis personis, non excludit eorum hæredes.*
6 *Redimendi ius, quando spatio 30. annorum præscribatur.*
7 *Executor merus pro Iustificatione executionis, faciendo ex abundanti aliquos actus, si non tangit proprietatem, non desinit esse merus executor.*

§. 1. ANCHAR. in c. siue possessione. 3. sub nu.7. in fin. de regul. iur. in 6. vbi dat quamdam limitationem ad illam regulam, quod in præscriptione requiratur bona fides.

Declaratur à Rota coràm Card. Pamphil. Senior. in causa Perusina Bonorum de Bartholinis Lunæ 19. Decembris.1584. incip. Domini dixerunt ad effectum. est decis.5. in eius lib. in manuscript. Quod illud non procedat in quærendis, in quibus non requiritur bona fides. Soccin. cons.53. nu.7. lib.1. Balb. de præscrip. 2. part.3. part. princ. quæst.13. nu.9. Tiraquel. latè in l. si vmquam. verb. reuertatur. nu.391. C. de reuocat. donat. Et licet illa limitatio sit in se vera, tamen applicatur in quæsitis, non autem in quærendis. Idem dictum fuit coràm eod. in eadem causa sub die 4. Febr. 1585. incip. Fuit resolutum quod si. est decis.17. in eod. lib. in manuscript.

§. 4. ANCHAR. cons.27. Non seruato. n.6. circa med.
1 in vers. Et saluo saniori consilio. dicens, † quod vocatis proximioribus, non intelligitur de primis proximioribus tantum, sed successiuè de alijs proximioribus.

Declaratur à Rota in Romana fideicommissi Lunæ Lunæ 26. Martij 1610. num.7. & 8. coràm Sanctissimo
2 Ludouisio. est decis.282. in Recent. p.2. † quod procedat dictum Anchar. quando est habita ratio agnationis conseruandæ, secus quando apparet non fuisse habitam Aym. cons.161. sub num.9. vers. nec obstat, quod scribit Anchar. Rub. Alex. cons.106. nu.4. Rol. cons.70. nu.31. lib.3. Mantic. de coniect. lib.6. tic.15. num.12. Crass. in §. Fideicommissum. q.16. nu.7. in fin.

3 Vltra † quod in casu Anchar. ex onere, quod fuit in perpetuum iniũctum antiquioribus de domo, colligitur intentio testatoris, quod fideicommissum esset perpetuum, & non esset perpetuum, nisi ad vlteriores gradus successionis extenderetur, ita intelligit Natt. cons.531. nu.28. & seq. Decian. cons.10. sub nu.7. vers. secundò respondit. lib.3. Mantic. sub d. num.12. vers. sed rursus.

4 Quæ † doctrina cessat vbi non est habita ratio cõseruationis agnationis, prout erat in casu decisionis, vt

vt fusè extenditur à *nu.3.Et in fin.decis.* dicitur quod particulariter examinaretur dictum Anchar. si opus esset.

Huc facit, quod dicit Rota coràm R. P. D. Pirouano in *Romana fideicommissi de Vrsinis Luna 9.Maij 1611.incip.Io.Corradus.Est decis.320.p.1.in Recet. Repetita p.2.decis.344.vbi Rota in decis.320.nu.25. §.Non etiam ad limitationem.& in decis.344.nu.22.*

5 *eodem* §.†quod proximioribus in eodem testamento enunciatis omnes in eodem gradu existentes simul vocati censentur. *Bald.in l.peto.§.fratre.in 1.versic. secunda quæstio.ff.de legat.2. Surd.cons.247.In quadam.num.8.vol.2.* Etiam quoad descendentes essent vocati in numero singulari. *Surd.d.cons.247.nu.10.*

6 Proximioribus à testatore vocatis, † quando intelligantur proximiores grauantis, vel grauati. *habetur in Decisione Bononien. fideicommissi de Catancis,Ven.12.Iunij 1615.coràm* R.P.D. *Pirouano.est decis.693.incip.In disputatione.nu.3.& 4. in Recent. part.2.* vbi quod in casu decisionis erat attendenda proximitas testatoris grauantis, non grauati, quia illos non istos prædilexerat, ad *Caphal.* ita distinguentem conciliando opiniones descendentium in hoc articulo.*cõs.493.in fin.lib.4.Petr.de fideic.q.11. nu.5.Peregr.de fideicommiss.art.20.n.9. Card.Mant. de coniect. lib.8.tit.12. num.31. cum alijs ibi num.3. congestis.*

7 Cum aliàs † attendatur proximitas grauati, & non grauantis circumscriptis coniecturis in contrarium, vt fusè Rota *coràm Buratto in Fauentina fideicommissi de Castellanis Luna 6.April.1615.incip.Domini resoluerunt. nu.2.& 4. Est decis.681.part.2. in Recent.* vbi *in fin.* quod Rota sequitur hanc opinionem, vti veriorem, & communiorem. Vbi aliæ Decisiones allegantur.

8 Limitatur † tamen ista Conclusio à Rota coràm *Card.Pamph.decis.627.Postquàm per plures.num.5. in Recent.part.2.* vt non procedat, quando constat testatorem voluisse fideicommissum deuenire ad nouam, & diuersam lineam, quod tunc non attendatur proximitas vltimi grauati. *Caphal.d.cons.493.n.40. lib.4.cum alijs ibi citatis.*

9 Idem etiam si † donator vocat proximiores, intelligendi sunt proximiores agnati donatariorum, non donantium Rota coràm *Cotta in Romana Castrorũ de Comitibus. Vener.3.Martij 1564.incip.An debeat. Est decis.74. in eius lib.in manuscript.*

§. 5. ANCHAR. *cons.81. incip.Prima facie. & Cald. cons.4.incip.Titius habens. de Iurepatr.* Quod in *Iurepatr.* prouisio à fundatore facta sibi, & filijs, vel certis personis, non excludat eorum hæredes dummodo non sit facta taxatiuè.

Approbantur à Rota, & est opinio communiter recepta, vt patet ex cumulatis *in vna Cremonen. Iurispatr. 21.Maij 1576. coràm* Robusterio, *vt habetur decis.385.per tot.diuers.part.1.* quæ decisio fuit postea confirmata à Rota *in eadem causa.Vener.6.Iunij 1578.corã* Card.Seraph. vbi quod dd. Doct. optimis rationibus probãt, quod prouisio huiusmodi hominis non facit cessare prouisionem legis, cum *Iuspatron.* de sui natura sit transitorium ad hæredes extraneos, vt per *gloss.in c.considerandum.16.q.7.*& alijs ibi cumulatis. Et dicitur non esse attendendam opinionem *Gemin.cons.45.in 3.dubio.*quia loquitur contra communem.

§. 6. ANCHAR. *in cons.331. incip. Visis diligenter.*

Declaratur à Rota *coràm bon.mem. Card.*Marcomont. *in causa* Mediolanen. *de Brioschis Veneris 3. Martij 1606. incip.Proposito, quod in alia.est decis. 72.in eius lib.in manuscript.*

☞ Vide, quæ diximus *inf.in hac Part.in* §. *Bald. in cons.303.num.3.incip. Ad euidentiam.*

§. 7. ANCHAR. *in cons.224.nu.2. incip. Iste Dominus.* Vbi dicit, quod quando merus executor pro iustificatione executionis, facit ex abundanti aliquos actus, si tamen non respiciunt proprietatem, in qua est facienda executio, non tamen propter hoc desinit esse merus executor.

Approbatur à Rota *corã Card. Caual. decis.359. num.10.incip. Rota resolnit.* Quod executor faciens actus tendentes ad iustificandam executionem, non desinit esse merus executor, dum nõ cognoscit super proprietate tituli, vnde nõ propterea quod ipse reijcit exceptiones à parte oppositas, datur ab eius executione appellatio, quia prædicta omnia censetur fecisse ex abundanti. vbi etiam dicit, quod hoc consiliũ *Anchar.* fuit canonizatũ à Rota corã *Manzaned. in causa* Pacen. *Prioratus 11.Decembr.1609.* in qua refertur alia *decis. in* Vercellen. *Coadiutariæ. coràm Card.Lancellot.*

§. 8. ANCHAR. *cons.430. incip. Fuisset expediens.*

Reprobatur. Vide *infrà in* §.*Gabr. cons.16. à* ☞ *nu.35.&seq. lib.1.*

Anna.

SVMMARIVM.

1 *Anna cons.23.reprobatur remissiuè.*

§. 1. ANNA *cons.23.*

Reprobatur. Vide *infrà in* §.*Gabr. cons.16.* ☞ *à num.35. & seq.lib.1.*

Archidiaconus.

SVMMARIVM.

1 *Falsitatis supectio ad infirmandam probationem habetur pro falsitate, quando agitur ciuiliter.*

§. 1. ARCHIDIAC. *in cap.in memoriam.nu.12. distinct.19.* vbi dicit, quod quando adest falsitatis suspitio quoad infirmandam probationem, si agatur ciuiliter, tunc illa suspitio habetur pro falsitate.

Approbatur à Rota, vt per *Cordub.in vna Toletana primitiarum 15.Maij 1595.post princ.est decis.30. in eius lib.in manuscript.incip.Dubitaui an processus.* vbi testatur celebre esse tale dictum.

Angelus Aretinus.

SVMMARIVM.

1 *Institutis pluribus sub contrarijs conditionibus secundo nominatus non dicitur substitutus, sed institutus.*

2 *Clausula, cum libera, importat facultatem vendẽdi, etiam habita fide de pretio, & quando secus.*

3 *Legatarius potest executiuè agere contra hæredem, ad hoc vt consequatur suum legatum, & quando hoc locum non habeat.*

5 *Pater potest filiorum tutelam matri adimere.*

6 *Institutus quando dicatur nolle adimplere conditionẽ, ita quod hæreditas deuoluatur ad alios vocatos.*

7 Filius

7 *Filius quantum tempus habeat ad petendum supplementum legitimæ, & quantum eius hæres.*
8 *Possessio capta authoritate Iudicis ritè procedentis, non requirit expulsionem, vel recognitionem colonorum.*
9 *Testamentum manu testatoris scriptum valet inter liberos, & ad pias causas etiam sine testibus.*
10 *Successor singularis, quãdo possit agere de euictione*
11 *in Fama probanda, quando requiruntur testes omni exceptione maiores.*
12 *Redimendi ius, quando spatio 30. annorum præscribatur.*

§. 1. ANGEL. *num.4. & Faber. in princ. num.2. Instit. de vulgar. substit.* quod pluribus sub contrarijs conditionibus institutis, secundò nominatus non dicatur substitutus, sed institutus.

Approbatur à Rota *in Rauennaten. Hæreditatis Vener. 4. Iulij 1586. coràm Card. Seraph.* & antea fuerunt etiam approbati *in eadem causa sub die 22. Apr. 1582. coràm Decano Rubeo, relata inter nouiss. diuers. decis. 696. p. 1. & postea sub die Mercur. 24. Nouemb. 1582. coràm eod. est decis. 225. part. 2. diuers.*

Et vide *inf. in §. Bart. in l. etsi pepercerit. 3. §. filius. nu. 3. de liber. & posthum.*

§. 2. ARET. *in §. venditæ. num. 4. vers. tu ergo dicas. Institut. de rer. diuis.* IAS. *in l. à Diuo Pio. §. sed etsi emptor. nu. 8. & ante nu. 10. ff. de re iudic.* vbi dicunt, quod clausula, *cum libera*, importat facultatem vendendi, etiam habita fide de pretio.

Declaratur à Rota corã *Card. Canal. decis. 24. n. 1. incip. Iterum proposui.* quod non procedat eorum dictum, quando facultas vendendi fuit data ob certam causam, veluti pro soluendis debitis, quia tunc quantumuis procurator sit constitutus cum libera, non tamen potest vendere habita fide de pretio. *Salicet. in l. inciuile. nu. 4. vers. quæro modo, quæ sunt, & vers. & idem dicit ipse. C. de rei vind.* Idem dixit *Rot. in ead. causa. coràm eod. Canal. decis. 18. nu. 1. & 4. incip. Domini dixerunt constare.*

§. 3. ARET. *in §. illud. n. 57. auth. de hæred. & falcid.* vbi dat limitationem ad regulam *l. maior 25. annis. cum ibi not. per Bart. & alios. ff. de minor. Angel.* quẽ ibi sequuntur *Castrens. & Alex. in l. ait Prætor. §. si Iudex. ff. de rei vind.* Quod non procedat in legato, pro quo vult, quod possit procedi executiuè.

Declaratur à Rota coràm *Card. Pamphil. Senior. in causa Mediolanen. Legati Merc. 30. Octob. 1585. incip. Fuit per Dominos. est decis. 32. in eius lib. in manuscr.* Quod non procedat in casu, quando fuit cœptum agi via ordinaria, & lata est sententia diffinitiua, quia tunc non potest quis redire ad viam executiuam. cui ordinariè agendo censeatur renunciasse. *cap. vt qui duas. de elect. in 6.* viam enim, quam elegit illam sequi poterat. *l. si mulier. §. fin. ff. quod met. caus. Auth. qui semel. C. quom. & quãd. Iud. Dec. in cõs. 460. n. 12. Viso puncto. Aym. cons. 74. n. 8. Michael Matthei. benè Galles. de obligat. in form. Cam. part. 39. num. 3. & in proprijs terminis Guliel. de Renid. in cap. Rainutius. n. 194. extrà. de testam. Boer. decis. 295. n. 12. Et primo.*

Dicitur etiam in supradict. decis. quod illa opinio Aret. maximam patitur difficultatem, vt apparet ex notat. *ab Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem. sub n. 6. ff. solut. matrim. Dec. & alij Adden. ad l. fin. nu. 26. & Zuccard. nu. 136. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Rip. in d. l. ait Prætor. §. si Iudex. nu. 6.* qui tenet contrariam opinionem, quam etiam latè comprobat *Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. num. 693.*

§. 4. ANGEL. *in l. Centurio. nu. 5. vers. & ponit. C. de impub.*

Reprobatur à Rota, & Doctor. Vide *sup. Par. I. ad Bubalum in Firmana bonorum Lunæ 5. Nouemb. 1584. in fin. in §. sequitur secundo. vers. Additur vlterius. in Additionibus ad Primam Partem.*

§. 5. ANGEL. *Dyn. & Bart. in l. miles. 11. §. sexaginta. ff. ad l. Iul. de adult.* quod pater potest filiorum tutelam matri adimere.

Approbantur à Rota *in Bononien. Tutelæ. Ven. 13. Febr. 1615. nu. 5. coràm Vbaldo. est decis. 668. par. 1. in Recent. Reprobata opin. Bald. cons. 308. lib. 2.*

Vide *inf. in §. Bald. cons. 308. incip. Testator in testamento. num. 2. lib. 2.*

§. 6. ARET. *in l. is, qui hæres. 13. & Ias. num. 10. ff. de acquir. hæred.* vbi dicunt, quod eo ipso, quod institutus dicit se nolle implere conditionem potestatiuã per viam declarationis, conditio dicitur defecta, & hæreditas deuoluitur ad alios vocatos.

Reprobantur à Rota coràm *Card. Pamph. in causa Fauentina fideicommissi de Pasijs Vener. 22. Martij 1585. incip. Dixerunt Domini Camillam. est decis. 21. in eius lib. in manuscript.* Quia contrarium senserunt ibi *Castren. & Alex. vterque sub num. 4.* quos sequitur *Eman. Costa select. interpr. lib. 2. c. 2. nu. 4.* vbi verius esse conditionem, nec esse defectum, & in omnem euentum opinio ARET. procedit, vbi adest expressa declaratio instituti, quod nolebat parere cõditioni, nec sufficit tacita, quæ ex reproductione oritur. vt ipsemet *Aret. in d. col. 1. vers. non obstat iste text. & Ias. nu. 13.* declarat. Quare si quis facit solam restitutionem fideicommissi, & si ista restitutio est nulla, pariter quoque nulla redditur tacita declaratio, si qua ex ea oriri posset. *Aret. & Ias. vbi sup.*

§. 7. ANGEL. *in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de in offic. testam.* cum dicit iuri petendi supplementum legitimæ in filio durare vsque ad 30. annos, respectu vero hæredis durare quinquennio.

Reprobatur à Rota *in Romana Census de Celsis. Ven. 17. Decemb. 1610. coràm Sanctiss. Ludouis. post Ias. in l. si quis filium. num. 6. vers. sed iste intellectus. C. de in offic. testam.*

Et vide, quæ diximus *ad Bart. in d. l. si quis filiũ. in vers. vlterius. in eadem decisione. & infrà etiam notauimus ad Bart. in ead. l. in fin.*

§. 8. ARET. *in l. qui vniuersas. 30. §. cũ Prætor. ff. de acquir. possess.* vbi dicit, quod quando possessio est authoritate, & mandato Iudicis capta, quod tunc nõ requiritur expulsio, vel recognitio colonorum.

Declaratur à Rota coràm *Bubal. in causa Asten. Fendi de Mulatijs Lunæ 16. April. 1584. incip. Concluserunt Domini. est decis. 220. in eius lib. in manuscrip.* Quod hoc procedat, si Iudex ritè. & rectè procedit, secus verò si nulliter, & iniustè, vt etiam fuit dictum *in vna Romana Domus 13. Iunij 1576. coràm Cardin. Lancellot. Sen. est decis. 125. inter eius selectas in manuscript. aliàs est decis. 4. de possess.*

Vide plura circa hanc materiam *sup. Part. I. ad d. decis. Lancellott. fol. 347. col. 1. in med.*

§. 9. ARET. *in l. si is qui. de testam.* vbi videtur limitare conclusionem, quod testamentum manu testatoris scriptum valeat inter liberos, & ad pias causas etiam sine testibus, per text. *in c. cum esset de testam.*

Decla-

Declaratur à Rota coràm *Achil. decis. 301. aliàs 1. eod. tit. de testam. incip. Testamentum.* quod illa debeant intelligi, quando testamentum non est scriptum manu testatoris.

§. 10. ANGEL. *in l. si pro te. 22. §. si pro euictione. ff. de euict.*

Declaratur à Rota. Vide, quæ diximus *infr. in hac Part. in §. Bart. in d. l. si pro te.*

§. 11. ANGEL. *in l. testamentum. 2. §. diem. vers. Et nota diligenter C. quemadm. test. aper.*

Declaratur à Rota *coràm Bubal. in causa Nullius Montis Portij. Luna 20. Nouembris 1583. incip. Agebatur in hac causa. est decis. 195. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quæ diximus in hac parte *inf. ad Bald. in cap. dudum. 54. el 2. de elect.*

§. 12. ANGEL. *in cons. 55. incip.* Ad euidentiam.

Declaratur à Rota *corã bo. me. Card. Marcomont. in causa Mediolanen. de Briofchis. Vener. 3. Martij 1606. incip. Proposito, quod in alia. est decis. 27. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quæ diximus *infrà in hac Part. in §. Bald. in cons. 303. nu. 3. incip. Ad euidentiam.*

§. 13. ARET. *in cons. 168. incip. In isto dubio. ante fin.*

Declaratur à Rota *coràm Oran. in causa Perusina hæreditatis. Vener. 16. Nouembris 1584. incip. Cum Thesæus testamento. est decis. 59. in eius lib. 1. in manuscript.*

Vide fusè *suprà Part. I. ad hanc decis. fol. 386. col. 2. in med.*

Aymo, Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Legata, quando sunt soluenda ex redditibus bonorum testatoris, à quibus sunt adimplenda.*
2 *Legatum pro dote, an sit purum, & nuptijs non secutis vtrum transmittatur ad hæredes.*
3 *Instrumentum minus solemne facit fidem, si adest eius obseruantia.*
4 *Iudex an possit moueri ad iudicandum extrà acta.*
5 *Solemnitas extrinseca, vt præsumatur, quantum tempus requiratur.*

§. 1. AYM. *in consil. 19. sub num. 16. incip. Super transactione.*

Declaratur à Rota. Vide, quæ diximus *inf. in hac parte. in §. Castrens. in cons. 16. num. 3. lib. 2.*

§. 2. AYM. *cons. 101. Nobilis Guigo. num. 1. vers. sed præmissis*, dicens legatum pro dote esse purum, & nuptijs non secutis transmitti ad hæredes. ita etiam *Bald. cons. 286. incip. Super primo puncto. num. 4. ibi, super tertio puncto. lib. 3.*

Reprobatur à Rota cũ loquatur contrà cõmunem, vt dicitur *in Bononień. legati. Luna 17. Decẽb. 1607. coràm Sanctiss. Ludouis. est decis. 346. in med. decis. post Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 18. num. 24. in fin. post Riminald. Iun. quem allegat consil. 334. nu. 19. & infrà*, vbi in specie dicit, magis esse sentire *Crauett. in d. cons. 101. & cõtrà Bald. & Crauett. communem esse sententiam, & allegat etiam Menoch. cons. 60. nu. 51. coniuncto nu. 38. vers. secundò.* In qua decisione resoluitur tale legatum esse conditionale, & nõ deberi nisi nuptijs secutis ex adductis per *Mantic. d. lib. 11. tit. 22. nu. 12. & seq. iuncto nu. 7. vers. secundus casus. Menoch. præsumpt. 146. nu. 24. iuncto num. 6. & seq. lib. 4. & quod ita tenuit Rota in Bononień. successionis. 11. Februarij 1598. coràm Cardin. Pamphilio. & in causa Fideicommissi de Martinis. 5. Iunij 1599. coràm Iusto.*

Et hoc non solum propter expressam mentionem dotis, sed etiam quia factum fuerat sub comminatione nuptiarum.

§. 3. AYM. *in d. cons. 101. n. 4. incip. Nobilis Guigo. lib. 1.*

Approbatur à Rota. Vide, quæ diximus *suprà Part. 2. circa Stylum, & Obseruantias Rotæ in verb. Instrumenta. §. 9. Rota sæpius amplexa est doctrinam.*

§. 4. CRAVETT. *in cons. 198. num. 11. in fin. incip. Videtur esse locus.*

Reprobatur à Rota, *coràm bo. me. Scott. in causa Romana Officij. 23. Ianuarij 1608. est decis. 14. in eius lib. in manuscript. incip. Proposito dubio.*

Vide, quæ diximus *sup. Pars. 2. circa Stylum, & Obseruantias Rotæ. Obseruat. circa Iudices. §. 1. Rota semper reiecit.*

§. 5. AYM. *de antiq. temp. part. 3. in princip.* dicens, cum possessione sufficere tempus decem annorum ad præsumendum solemnitatem extrinsecam sciente, & patiente aduersario.

Reprobatur à Rota *in Cæsaraugustana. Decimarum. Luna 3. Iunij 1577. coràm Cardin. Seraphino.* cum etiam in casu suo loquatur contrà communem *Doct. opinionem in cap. Albericus. de testam. & cap. illud. de præsumpt. vbi volunt Doct.* contrà tertium requiri tempus saltem triginta annorum.

Baldus ad Rubricas.

SVMMARIVM.

1 *in Rubricis confessio certæ quantitatis, quando angeatur, vel minuatur per verba plus, & minus.*
2 *in Canonicum creationem important clausulæ, videlicet Canonicatum etiam ex nunc, & præbendam, seu dignitatem, &c. Item clausula secunda, & de prouisione Canonicatus cum plenitudine iuris Canonicatus ex nunc, &c. & non important expectatiuam.*
3 *Notarius quando possit ex sua imbreuiatura siue matrice, siue notula originali extendere instrumentum.*
4 *ex Scripturis factis in forma simplicis confessionis ad obligandum non apposita causa, an inducatur obligatio.*

Baldus ad Ius Canonicum.

5 *Spoliatus vsque ad vltimum quadrantem tàm possessionis, quàm fructuum ante omnia debet restitui.*
6 *Feudorum priuatio Laici Iure præsentandi post lapsum quadrimestre dicitur pœna.*
7 *in Fama probanda, quando requiruntur testes omni exceptione maiores.*
8 *Gratia concessa motu proprio, si reperiatur, quod pro illa sit supplicatum, accipitur pro capite potentiori, nempè pro motu proprio.*
9 *Fama probatio qualiter fiat.*
10 *Fama pariter qualiter probetur.*
11 *ad Litis expensas, quod teneatur Ciuis litigans cum Ciuitate.*
12 *Hypoteca in nominibus debitorum quandiu duret.*
13 *Sanus mente quilibet præsumitur, nisi aliquando in furorem incideris.*

14 ad

Baldus in Consilijs.

§. 1. BALD. *in Rubr. C. de pos. quæst. 6.* Vbi dicit, quod confessio debiti ex causa depositi in decem, & plus, & minus, prout in codice rationum continetur, non minuitur, neque augetur ex verbis illis, plus, vel minus, nisi appareat aliquid per quod appareat minui, *ad not. ff. eod. in l. Publica. 26. §. fin.*

Declaratur à Rota *coràm Rubeo in Romana domus, seu 2000. Vener. 11. Februarij 1569. incip. Astantibus. Est decis. 490. in eius lib. in manuscript.* Quod loquatur, quando præcedit expressio certæ quantitatis, secus verò in casu quando est expressa incerta quantitas, prout erat in casu decisionis, cum fuisset facta expressa incerta per verba plus, & minus, quæ faciunt qualem qualem incertitudinem, maximè cum dicta verba fuissent prolata ab eo, qui non erat certus de quantitate soluta.

ANNOTATIO.

Ad quam incertitudinem tollendam, resultantem ex dictis verbis, *Plus, vel Minus* consultò Zeno Imperator.

perator. *in l. ex quo. C. de ædific. priuat. post princip. in §. sed enim nostra Constitutio*. sustulit ex eius constitutione circa ædificia.

Quæ l. cum non habeatur in omnibus Codicibus, eam propterea inseruimus suprà *in 1. Parte circa Decisiones. ad Decis.* R. P. D. *Pirouani. fol.* 512. *In illa ardua causa Romana Tramontana.*

§. 2. BALD. *in Rubr.* C. *de exercit. act. nu. 23. vers. sed hoc est contrà.* quem sequitur *Ias. in l. posthumo. nu. 37. in fin. vers. Præterea secundũ istam solutionem.*

1 † vbi dicit, quod si procuratores fuerint constituti cum expressione, quod cũ plena, & cum libera, quod tunc insolidum dicuntur constituti, aliàs si non esset ista plenitudo, vel libertas.

Approbatur à Rota *coràm Cotta in Segobien. Canonicatus. Merc. 14. Martij 1565. incip. An clausula.*

2 *Est decis. 141. in eius lib. in manuscript.* † vbi ex dicta doctrina infertur quod quis dicatur creatus in Canonicum, & non dicatur habere gratiam expectatiuam ex sequentibus clausulis, videlicet, in supplicatione, C*anonicatum etiam ex nunc, & prebendam, seu dignitatem, &c.* Item ex secunda clausula in literis in qua principaliter, vt ibi dicitur, fuit fundata resolutio, videlicet, *Et de prouisione Canonicatus cum plenitudine iuris* Canonicatus *ex nunc, &c.* Quæ secunda si prima haberet aliquam dubitationem tollit illam: Nam si posset importare expectatiuam ad primum Canonicatum vacaturum non daretur plenitudo prouisionis ex nunc iuris Canonicatus. Præsertim

3 † quia ista secunda clausula habet sub se aliam, quæ illã multũ ampliat, videlicet, *latissimè extenden.* licet ista clausula nõ fuisset cõsiderata in disputationibus.

4 Et in fine dicitur, † quod Domini non multum attendebant formam, & modum loquendi supplicationis, in quibus aderat illa prima clausula, quæ à parte impugnabatur ob repetitionem. Quando literæ sunt expeditæ, secundum quas est iudicandum.

5 † Ac etiam quia supplicatio est prothocollum, & res informis.

§. 3. BALD. *in Rubric.* C. *de fid. instrum. num.* 41.

1 Vbi dicit, † quod Notarius potest suam imbreuiaturam extendere circa substantialia.

Declaratur à Rota *coràm Rubeo in Assisien: bonorum. Mercurij 22. Iunij 1569. incip. Stante nota originali. Est decis. 499. in eius lib. in manuscript.* vbi pro intellectu præsentis materiæ ponuntur tres casus:

Primus est, in notula, seu cartula Notarij reperta

2 de per se. † Et ea non facit fidem, nec potest ex ea leuare instrumentum. Et hoc regulariter esse verum, & quod ita procedunt tradita per *Paris. lib. 2. consil. 27. Aym. consf. 216.*

Secundus casus est, quando nota originalis non facit fidem, & ex ea vult sumi instrumentum publi-

3 cum; † Et tunc regulariter sumptum nõ facit fidem. *Aufhar. consf. 431.*

Tertius casus est, quando apparet nota originalis, & ex ea sumitur prothocollum, & ex eo sumitur in-

4 strumentum publicum, † tunc statur sumpto: Et ita procedit doct. *Bald. in d.* R*ubr. num. 41.* C. *de fid. instrument.*

§. 4. BALD. *in d.* R*ubr. nu. 61.* C. *de fid. instrument.* cum dicit, ex scripturis factis in forma simplicis confessionis ad obligandum non apposita causa, non induci obligationem, quia scriptura non est medium inducendi obligationem.

Declaratur à Rota *in Prænestina bonorum. Merc. 5. Nouembris 1578. coràm Card. Seraphino.* quod licet non obliget, tamen præsumptionem obligationis inducit, vt ipsemet fatetur, & sic deseruire ad probandum non ad obligandum, & quod ita sunt intelligendi qui eum sequuntur.

In *Decis. ista Seraphini corrigantur. nu. 33. & ponatur 60. & 61. Bald. in d. Rubr.*

Baldus ad Ius Canonicum.

§. 5. BALD. *in cap. conquærente. nu. 1. vers. in textu, ibi, integrè. de restit. spoliat.* quod vsque ad vltimum quadrantem tàm possessionis, quàm fructuum debet spoliatus in integrum restitui ante omnia, & si vnus nummus deficeret non tenetur in alijs respondere, quod dicit esse notabile, & idem putat de expensis litis: Et si Iudex reseruauit sibi taxationem, oportet taxari, & restitui antequàm spoliatus possit conueniri.

Sequitur hanc doctrinam Rota *in Alerien. beneficij. Vener. 15. Martij 1596. coràm Card. Seraphino. est in impress. decis. 1176. nu. 2. par. 2.* vbi allegantur aliæ decisiones, videlicet *Caputaq. decis. 150. numero 1. part. 1. & decis. 270. nu. 2. part. 2. in impress. & 224. lib. 1. in manuscript. Paleott. decis. 369. in fin. Peregr. decis. 246. lib. 2. Put. 138. In vna Oueten. lib. 1.* Et *in d. Alerien.* fuit dictum in materia attentatorum. Et in spolio fuit tentum, vt ibi dicitur *in Regien. bonorum de Gonzaga. 27. Maij 1579. coràm Sanctiss. Aldobrandino.* vbi quod multò magis procedit in attentatis, quæ omnia alia iudicia suspendunt quantumuis priuilegiata, & etiam spolij. *cap. non solum in fin. de appellat. in 6. Rot. decis. 1. de ordin. cognit. in antiq. Caputaq. decis. 231. lib. 1. in manuscript.* Idem fuit dictum in attentatis *in Panormitana Archidiaconatus. Vener. 22. Maij 1592. coràm Pegna. & in Farfen. bonorum. Merc. 16. Ianuar. 1608. coràm eod.*

Sequitur eandem doctrinam Rota *in Toletana Capellaniæ de Pastrana. Mercurij 15. Decembris 1610. coràm Pamphilio. est in Recent. decis. 269. nu. 7. p. 1.* Vbi quod hanc opinionem Rota seruat in attentatis, & alijs iudicijs priuilegiatis *ad Caputaq. d. decis. 150. nu. 7. p. 1.* nec sufficit oblatio cũ deposito vnius iulij.

Nec supradictis obstat quod aliàs voluit Rota *in vna Hispalen. beneficij. Veneris 24. Februarij 1584. coràm Seraphino. est decis. 695.* quod sufficiat oblatio vbi agitur de purgatione attentatorum, vel spolij *ad Seraphin. decis. 15. lib. 1. Ant. August. 5. de fruct. in repert. Mohed. decis. 311. incip. Crusiferorum fratrum. alias inter Cruciferos fratres. est decis. 17. de restit. spol.* Quia fundatur super *d. decis. Mohed.* de qua dicitur non esse curandum *in d. Alerien. beneficij.* & eò magis quia incidenter fuit hoc ibi tactum, & sic habet locũ quod dicitur *in Lucana pensionis. 14. Maij 1593. coràm eod. Seraphino.* Quod quando Rota perfunctoriè, & non ex professo aliquam materiam tractat, melius posteà considerando potest ab illa recedere, & ideò quod talis decisio non obstat.

Et in solutione pensionis stante mandato de manutenendo quod debeat fieri integra solutio vsque ad oboium non obstante oblatione residui, & cautione de restituendo ad effectum, vt quis dicatur paruisse mandato Rotę, fuit dictum in *Pacen. pensionis. Vener. 4. Decembris 1598. coràm Orano. est decis. 80. in eius lib. 3. in manuscr. post Put. decis. 292. lib. 1.*

lib. 1. Caputaquen. decis. 150. part. 1. & 270. part. 2. Quod etiam fuit dictum ad effectum clausulę, Parito breui in d. Hispalen. beneficij. Ven. 24. Febr. 1584. coràm Seraphino. est decis. 655. Ad quàm vide Par. 1.

Vide aliqua super hac conclus. sup. Part. 1. in decis. Achill. decis. 249. aliàs 23. de appell. fol. 141.

Et in materia attentatorum quoad refectionem expensarum extraiudicialium quod sufficiat depositum iulij, dixit Rota in Parmen. Status. Ven. 1. Iunij 1611. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 503. in impress. & ibi Annotatio.

Declaratur hæc doctrina Baldi à Rota coràm R. P. D. Pirouano in Anconitana bonorum. Vener. 1. Martij 1619. incip. Posteaquàm in hac causa impressa apud Marchesan. de commiss. par. 2. §. 3. decis. 46. vbi nu. 2. dicitur, quod si contendatur in iudiciali spolio aliter dicendum, quando scilicet inordinate fuit processum, & minus solemniter, quod tunc liceat creditori retinere bona donec fuerit satisfactus. Bald. in l. fundus, qui Lucij Titij. in antiq. lect. nu. 5. ff. de rescind. vendit. per illum text. Negus. de pign. 3. part. membr. 2. nu. 20. Surd. decis. 46. nu. 2. & seq. Quod si hæc opinio esset attendenda quod nihilominus non datur retentio, nisi probetur creditum certum, & liquidum, prout erat in casu dictæ l. fundus. vt ibi explicatur.

§. 6. BALD. in cap. cum vos. 4. nu. 7. in fin. extrà de offic. iud. ordin. vbi dicit, quod priuatio Laici Iure præsentandi post lapsum quadrimestre non dicatur pœna, sed potius quædam limitatio concessa.

Reprobatur à Rota coràm Oran. in vna Imolen. Iurispatronatus. Lunæ 19. Nouembr. 1584. incip. Fuit per Dominos resolutum. circa med. est decis. 63. in eius lib. 1. in manuscript. quod immo verius sit contrarium, quod scilicet huiusmodi priuatio etiam intrà quadrimestre dicatur pœna. & allegat Lambert. de Iurepatr. 1. part. lib. 2. quæst. 10. art. 4. num. 21.

§. 7. BALD. in cap. dudum. 54. el 2. extrà de elect. ANGEL. in l. testamentum. 2. §. diem, vers. & nota diligenter. C. quemadmod. test. aperian. MARSIL. in l. de minore. 10. §. plurimum. nu. 99. de quæst. vbi dicunt, quod quando est probanda fama, cum sit probatio contrà regulas Iuris, & nititur iure speciali, necesse est, quod probetur per testes omni exceptione maiores, & non patientes aliquos defectus.

Declarantur à Rota coràm Bubal. in vna Nullius Montis Portij. Lunæ 20. Nouembris 1583. incip. Agebatur in hac causa. est decis. 195. in eius lib. in manuscrips. Quod loquuntur aut in casu, in quo per statutum requiritur hæc qualitas in testibus, qui sint omni exceptione maiores, quæ qualitas hoc casu debet articulari, & probari, vt dicit Angel. in d. l. 2. & alij eum sequentes, vt benè considerat Couarr. in cap. relatum. 1. sub num. 7. vers. 2. respondeo. de testament. post Altiat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 2. num. 10. Aut loquuntur in casu, quando per statutum admitteretur aliqua præsumptio contrà dispositionem iuris communis, putà, si statuto caueretur, quod fama de recenti in aliquo casu plenè probaret, quo casu requirerentur testes omni exceptione maiores. Marsil. in singular. 539. Dec. cons. 37. sub num. 8. In causa rigorosa. & alij quamplures allegati.

§. 8. BALD. in cap. nisi specialis. 3. extrà de offic. leg. vbi dicit, quod si in eadem gratia reperiatur supplicatum, & concessio facta motu proprio, tunc accipitur causa in potentiori capite motus proprij, postquam non est repugnantia, & videtur proprius motus præuenisse supplicationem.

Approbatur à Rota. vt per Cassad. decis. 1. Habebat Cardinalis. de reseruat. num. 4. Quoniam in his non est repugnantia, & quod videtur motus proprius præuenisse supplicationem, ita quod viuificatur gratiam per clausulã, motus proprij. Et quod est dicere secundum Bald. ibid. quod motus proprius etsi non ampliet, viuificet tamen gratiam quod nõ possit dici de obreptione Clem. si Romanus. de præbend. & quod motus proprius designat ad nullius petitionẽ factam.

Idem etiam aliàs seruauit Rota, vt diximus Part. I. ad Bellam. decis. 745. in 2. notab. Et Part. 2. circa Motum proprium. §. 1. Rota sequitur illam opinionem, quod idem operatur Motus proprius.

§. 9. BALD. in cap. per tuas. de probat. & in cap. præterea. nu. 9. de testib. circa probationem famæ publicæ.

Approbatur à Rota. Vide suprà Part. 2. Singul. circa Stylos, & Obseruantias Rotæ. Obseruat. circa Famam. §. 2. Rota seruat quod fama publica.

Et suprà Part. I. ad Cassad. decis. 3. de probat. incip. Ad hoc vt testes. fol. 288. col. 1.

§. 10. BALD. in cap. præterea. num. 9. de testib. & in cap. per tuas. de probat. circa famæ probationem.

Approbatur à Rota. Vide suprà Part. 2. Singul. circa Stylos, & Obseruantias Rotæ. in verb. Fama. §. 2. Rota seruat quod fama publica.

§. 11. BALD. in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de legat. 1. nu. 2.

Declaratur à Rota. Vide infrà ad Bart. in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de legat. 1.

§. 12. BALD. in l. adhuc. 29. nu. 37. versic. sed pone maritus. C. de iur. dot.

Et in Consil. 25. incip. In quæstione. num. 5. lib. 1.

Et Negusant. de pignor. 2. membr. 2. part. num. 23. versic. Item & secundò. Qui sequitur Bald. vbi suprà. in l. adhuc.

Vbi dicit Bald. quod hypotheca in nominibus debitorum durat solum, quantum ipsum nomen manet in posse debitoris obligati.

Declaratur à Rota in Florentina, seu Parisien. pecuniaria. Lunæ 17. Nouembris 1614. coràm Decano Coccino. incip. In hac causa. num. 4. est in Recent. decis. 595. part. 2. Quod hoc est verum in præiudicium debitoris, cuius nomen fuerat obligatum, sed respectu secundi creditoris, qui exegit secus est, quia si cõsumpsit mala fide, contrà ipsum poterit agi. Surd. cons. 4. nu. 43. prout etiam secus est, si secundus creditor consumpsit bona fide, & primus creditor non potest se reualere contrà principalem, & secundus retineat ex causa lucratiua, quia competit condictio ex lege. Bart. in l. fin. §. etsi præfatam. nu. 4. C. de iur. delib. Afflict. decis. 190. num. 4.

§. 13. BALD. in l. cum in libris. fin. C. de hered. instit.

Declaratur à Rota coràm Card. Mantica. decis. 60. num. 3. Conclusum fuit.

Vide, quæ diximus infrà Part. 5. ad d. l. cum in libris.

§. 14. BALD. in l. cum super. 10. nu. 3. C. de rei vend. quod ad probandum Iuspatronatus multum valet antiquissima possessio, quæ habetur pro titulo. & idem habet in Auth. quas actiones. num. 17. & 18. C. de Sacrosanct. Eccles.

Approbatus fuit à Rota in pluribus causis. Cassad. decis. 2.

decis.21 nu.4. & seq. de probat. Achill. decis.6. de Iurepatr. Put. decis.60. in fin. lib.1. & in Barchinonen. Vnionis. Ven.5. Decembris 1597. *coràm Gypsio*, quam referendo sequitur *Rota in Lucana Iurispatronatus. Veneris 7. Maij* 1604. *coràm* Coccino Decano. *est in Recent. decis.77. num.2. part.1.* vbi ex publica voce & fama iuncta quadragenaria possessione præsentandi probatur Iuspatronatus.

Eiusdem Baldi opinio fuit canonizata in vtroque loco *in vna Firmana Iurispatronatus. Ven.* 8. *Martij* 1591. *coràm Orano.* Eandem conclusionem sequitur Rota *post Cassad. d. decis.2. in vna Gerunden. beneficij. Merc.* 15. *Decembris* 1599. *coràm Seraphino.* vbi allegatur *alia Gerunden. beneficij. Ven.20. Iunij* 1597. *coràm eodem Orano.*

Approbata tertio fuit vtraq; *Bald. doctrina in Aurien. Parochialis de Pao. Lunæ* 5. *Decembris* 1605. *coràm Manzanedo. nu.5. est in Recent. decis.154. p.2.*

Approbatur vlterius *Bald. doctr. in d. l. cum super. à Rota in vna Mediolanen. Iurispatronatus. Merc.4. Nouembris* 1609. *coràm Reuerendiss. Ortembergo. est in* Recent. *decis.195. nu.1. part.1.* vbi similis allegatur decisio *in Imolen. Iurispatronatus.* 28. *Maij* 1584. *coràm Cantuccio. inter nouiss. diuers. decis.792. p.1. & in Tirasonen.* Iuris *præsentandi.* 5. *Maij* 1593. *coràm tunc Decano Pegna.*

Pretereà post decisiones *in Iacen. Portionis.* 4. *Maij* 1601. *coràm Card. Millino. & in Tirasonen. Capellania.* Ven.14. *Decembris* 1602. *coràm Pamphilio.* idem fuit dictum *ex d. doctrina Bald. in d. l. cum super.* quod Iuspatronatus probatur ex tribus enunciatiuis antiquissimis, quæ cum habeatur vim famæ probatur in antiquis iunctis adminiculis *in Firmana altaris de Dorijs.* 15. *Februarij* 1610. *coràm* Cardin. *Marquemontio. est in Recent. decis.224. num.4. part.1. Et coràm Seraph. decis.*1141. *incip. Fuit dubitatum, an constet. num.5. & 6.*

Vide etiàm *in nostr. Obseru. pract. conclus. in verb. Iuspatronatus. el 2. n.391. incip. Declara procedere.*

§. 15. BALD. *in l. cum precibus. in fin.* C. *de probat.* cum dicit, quod quando simulatio est in personis, & veritas in actu, quod ius quæritur veræ personæ non fictæ.

Declaratur à Rota *in Romana* Societatis *officij.* 29. *Nouembris* 1596. *coràm* Card. *Seraphino.* quod ista doctrina non applicatur societatibus officij, in quo contractu nulla adest simulatio, neque simulandi causa cum hoc negocium per se, vel per alium possit expedirn dans pecunias. Et quotidie videmus has societates conferri in tertias personas, & per alios fieri, & sufficit quod comodum spectet ad dominos pecuniarum, præuia conuentione cum his quorum nomine societas contrahitur.

§. 16. BALD. *in l. data opera.* 11. *nu.69.* C. *de his qui accus. non poss.* vbi dicit, quod tantò possessio est iustior, quantò magis est causata à proprietate.

Approbatur à Rota *coràm fel. record. Gregor.* XV. *decis.412. nu.1. incip. Pro Illustrissimo Commendatario.* quod ista verba *Bald.* sint aurea, vt inquit *Curt. Senior. cons.73. num.15. in fin. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.100. ff. de acquir. possess.*

§. 17. BALD. *in l. Deo nobis. nu.1.* C. *de episc. & cler. Et in Auth. nisi rogati. nu.11.* C. *ad Trebell.* In quibus locis dicit, licere patri plus relinquere filiæ nubenti in seculo, quàm si fiat monialis, cum quo transeunt multi relati per *Gabr. de leg. conclus.2. Mantic. de coniect. lib.1. tit.18. nu.28. & seq. Couarr. variar. resol. lib.1. cap.19. nu.9. Menoch. cons.169. num.18. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib.4. interpret.1. dubio 5. num.19. Peregr. de fideicom. art.28. nu.73. Sanch. de matrim. disput.34. nu.1. & seq.*

Approbatur à Rota *in Romana Legati. Vener.* 4. *Nouembris* 1613. *coràm* R.P.D. *Pirouano. est in Recent. decis.480. p.2. incip. Hoc dubium. nu.2. & seq.* vbi dicitur, quod ista opinio magis placuit Dominis, quæ fundatur in expressa morientium voluntate, nec religioni aut vitæ contemplatiuæ cōtraria probatur, nititurquè æquitati, & communi obseruantiæ.

Et per singula capita discurrendo, doctissimè vt solet dicta conclusio roboratur, & respondetur ad contraria *num.7. 8. & 9.*

Nam num.7. dicitur non obstare *text. in §. sed & hoc præsenti. Auth. de Sanctiss. Episc.* tamquàm exorbitatem à regulis iuris communis volentibus conditionem debere impleri in forma specifica verè, & non fictè. *l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de liber. & posthum.* Non debet extendi vltrà casus ibi expressos, nempè, simplicis conditionis nuptiarum vel liberorum: & ideò cum prouisio legis versetur in supplendo voluntatem testatoris, quando non cogitauit de ingressu Religionis, vt eodem modo filia ingrediens Monasterium consequatur relictum, ac si nupsisset in seculo: quod non propterea videtur posse deseruire, quando legando constat de expressè voluntate ipsius testatoris, vt erat in casu decisionis. in quo certa quantitas in vtroque casu, nuptiarum videlicet, & religionis fuerat legata. Et quod talem intellectum potui recipere obseruantia, cum non repugnet literalis sensus, & quod illum cum obseruantia probauerunt grauissimi *Doct. post Bald. in d. l. Deo nobis.* C. *de episc. & cleric.* relati *à Mantic. de coniect. d. lib.11. tit.18. nu.31. Peregr. & Sanch. vbi suprà.*

Et num.8. Respondetur ad l. Titia si non nupserit. ff. de condit. & demonstr. post Bald. in d. l. Deo nobis. & Mantic. d. tit.18. num.32.

Denique *num.9.* dicitur cessare rationem fundamentalem contrariæ opinionis, quod hæc conditio sit reijcienda tamquàm repugnans Religioni, & retrahens ingredientem à monachatione, sit reijciēda. Quia Rota intellexit illam posse procedere, quando constaret dictam conditionem fuisse appositam Monasterij, vel Religionis, veluti, si præsbyter, vel Monachus non fiet, tunc enim reiecta dicta conditione tamquàm improba, legatum deberetur. *l. conditione. ff. de condit. & demonstrat. Peregr. de fideicomm. art.28. num.75.*

Et quod in his terminis possunt procedere. *Mohed. decis.2. de consuetud. & 3. de testam.* quia ibi conditio respiciebat actum recedendi ab ordine Subdiaconatus. Vltrà quod Domini valdè dubitabant, ne illæ decisiones essent extensæ de mente Rotæ, *quia Put. qui eandem decisionem extendit. lib.2. decis.87. nulla verbum de illa conclusione firmata per Mohed.*

ANNOTATIO.

LICET *Surd. cons.192. incip. De anno 1575. n.20.* dicat communem opinionem esse contrà *Bald. in d. l. Deo nobis.* Tamen stante quod Rota eam amplectitur respondendo ad omnia contraria non est recedendum à Baldo.

M §. 18. BALD.

§. 18. BALD. *doctrina in l. eam quam. num.8. C. de fideicomm.*

Canonizatur à Rota. Vide *in §. Alciat. cons.42. incip. Vera est conclusio. in princip. lib.2. tom.1.*

§. 19. BALD. *in l. vnic. Et nomen. §. vbi autem. nu.6. C. de cad. tollen.*

Limitatur à Rota. Vide, quæ diximus *infrà in hac Part. in §. Bart. in l.1. studentibus. C. de offic. Præfect. Vrb.*

§. 20. BALD. *in l. ex conuentione. 11. nu.1. vers. quod est verum. C. de pact.* vbi dicit, quod æstimatio non facit venditionem, quando non est facta condigno prætio.

Reprobatur à Rota *coràm fel. record. Gregor. XV. decis.194. nu.20. & 21. incip. Domini vnanimi consensu.* Quia prætium præsumitur iustum, & qui dicit contrarium, tenetur probare. *Bald. in l. per diuersas. in 4. quæst. C. mand. Roland. cons.92. nu.17. lib.2. incip. Magnifica Domina Antonia.*

§. 21. BALD. *in l. falsus. nu.22. §. solue si iudex. C. de furt.* quod valet sententia quando iudex ex aliqua præsumptione, vel informatione credit partem fuisse citatam.

Approbatur, & declaratur ista doctrina à Rota *coràm Cotta in Taurinen. Canonicatus. Lunæ 15. Februarij, & Vener. 10. Martij 1563. illa est decis.23. ista est decis.25. in eius lib. in manuscript.*

Et quia de hac cōclusione fusè dictum est *ad Bart. in l. multū interest. in fin. ff. de condit. & demonstr.* ideò ibi videas ne eadem frustrà repetamus.

§. 22. BALD. *in l. filius, quem. 24. C. famil. ercisc. num.37. vers. Ego breuiter. ibi, aut loquimur in foro*
1 *iudiciorum.* vbi dicit, † hæredem non conficientem inuentarium, si per confessionem legatariorum apparet de vera quantitate bonorum, non teneri vltrà in foro iudiciali. Quia legatarij tunc non possunt se fundare in præsumptione, cum appareat contrarium per eorum confessionem.

Approbatur à Rota *in Tyburtina Castri Arsularum. Lunæ 5. Decembris 1565. coràm Rubeo. incip. Præsupposito. Est decis.396. in eius lib. in manuscript.*

2 Vbi proptereà dicitur, † hæredem non teneri pro residuo, quia cessat præsumptio iuris, & de iure, quod hæres occultauerit bona hæreditaria, & quod ideò non tenetur *ex Bald. loc. cit. quem refert & pro notab. sequitur Paul. de Castr. in l. in ratione. la 1. §. quod vulgò. in fin. ff. ad l. falcid. Doct. in l. fin. C. de iur. delib. vbi Corn. in princip. num.8. & §. si verò. col 2. vers. est & alius casus. Alex. nu.3. & Ias. num.2. in §. etsi præfatam.* Et quod hoc pro cautela tradit *Veronens. caut.7. Rom. in Rubric. ff. de acquir. hæred. vbi Aret. colum.2.* De hoc tamen dubitabat *Alex. in d. §. quod vulgo. num.13.* quem simpliciter refert *Felin. in cap. accedens. il 1. circa fin. vt lit. non contest.*

Quæ Doctrina fuit declarata à Rota *coràm eodem Rubeo in eadem causa sub die Ven. 15. Februarij 1566. incip. An ex articulis. Est decis.399. in eius lib. in*
3 *manuscript.* † Quod procedat in hærede simpliciter adeunte hæreditatem, non autem intelligatur quādo hæres declarauit à principio se adire cum benef. leg. & inuentarij, quia Doct. indistinctè loquuntur, &
4 † quod ratio quā mouentur habet locum in hærede simpliciter adeunte.

Confessio etiam prędicta debet percutere tempus,
5 † cum non sufficiat præsumi durātē paupertatem, quia *d. doctr. Bald.* requirit confessionem claram, ex qua tollatur dicta præsumptio iuris & de iure, quem effectum non operatur præsumptio durationis paupertatis.

In eadem causa *coràm eod. Rubeo sub die Ven. 29. Martij 1566. incip. Stāte motu proprio. est decis.404. in eodem lib.* Rota dixit, causa latissimè disputata,
6 † quod non videbatur constare de confessione expressa, quia non percutiebat tempus. Et quod maior pars Dominorum erat, quod cōstaret de probatione, & præsumptione ex præsuppositis, & consequenter de confessione, quæ oriebatur ex facto; Quod tamen tenebat, si executio non poterat fieri, atque perfici nisi constaret quod nō extabant alia bona, super quo particulariter volebant informari.

Et in eadem causa *coràm eodem sub die Vener. 21. Maij 1568. incip. Præsupposito Motu proprio. Est de-*
7 *cis.470. in eodem lib.* † Rota dixit non constare de confessione sufficienti ad effectum vt intraret dicta limitatio Bald. Quia confessio, quæ desumebatur ex mandato executiuo cum inde secutis, non erat certa, cum potuisset executor exequi in Castro Arsulatum, quia credidisset nō extare alia bona, vel si extabant, quod ea non inuenerat, & quod propterea cessabat illa confessio clara agentis contrà hæredem.

§. 23. BALD. *in l. Gallus. §. ille casus. nu.3. de liber.*
1 *& posthum.* vbi dicit, † quod si vnus testis probat veritatem, & alius famam, fit efficax probatio coniunctis istis probationibus.

Approbatur à Rota *coràm Gropperio in Rauennaten. Parochialis S. Agathæ. Vener. 1. Iulij 1565. incip. Stantibus testibus. Est decis.255. in eius lib. in manu-*
2 *script.* † vbi agebatur de probatione primi extremi in spolio, quod vnus testis probabat de publica voce, & fama, alter verò idem de visu, quia ista duo coniunguntur ad probandum iuxtà dictam opinionem Bald. quàm Rota sequitur, vt ibidem dicitur.

3 Eandem † conclusionem in materia Matrimonij amplexa est Rota *coràm Sanctiss. Ludouis. decis.247. nu.5. & 6. Est in Parmen. Status. Lunæ 10. April. 1606.*

Ad quam etiam notauimus *suprà Part. I. fol.25. col.1. in prim. impress.* vbi allegatur *decisio concordans coràm bo. me. Card. Marquemontio.*

Limitatur dicta cōclusio à Rota *coràm Seraphin.*
4 *decis.393. incip. Dubitaui an constet. num.15.* † vbi quod talis probatio non admittitur ad probandum notorium.

Vt etiam notauimus *suprà I. Part. ad d. decis. Seraphin. vbi etiam adduximus similem decisionem coràm Iusto.*

§. 24. BALD. *in l. generaliter. 13. nu.33. quæst.11. C. de numerat. pecun.*

Declaratur à Rota *in Parisien. pecuniaria. Ven.16. Decembris 1612. coràm Reuerendiss. Decano Coccino. num.5. est in Recent. decis.433. part.1.*

Et vide *supra Part. I. circa Decisiones. In decis. Bellam. decis.690. Confessio emissa. num.7.*

§. 25. BALD. *in l. id quod pauperibus. 24. num.27. quæst.14. vers. ex hoc sequitur. C. de episc. & cleric.*

Approbatur à Rota *in Romana hæreditatis de Vanninis. Ven.17. Februarij 1606. nu.1. coràm Reuerendiss. Marquemontio.*

Vide *infrà in §. Paris. cons.97. incip. Vidi processum. num.3. & seq. lib.2.*

§. 26. BALD. *in l. in ciuile. 12. C. de rei vend. in princ.*

† cum

1 † cum dicit, in contractibus nominatis, licet altera
pars non obseruet, quod non habet locum pœnitentia,
& quod propterea illa regula in contractibus nomi-
natis, non seruanti fidem fides nõ seruetur, quod pro-
cedat ante executionem, non post.

Declaratur à Rota *coràm* Cotta *in* Romana *Casa-
lis. Lunæ* 17. *Iunij* 1575. *Est decis.*462. *in eius lib. in*
2 *manuscript. incip. An exceptio.* † Quod procedit di-
cta doctrina si vera est (quia vt ibi dicitur cõtrà eam
tenuit *Alex.cons.*212.*lib.*2.) quando res est integra,
3 & ante executionem contractus. † Et quod adhoc vt
res non sit integra, sufficit quod aliquid fuerit adim-
pletũ circa præp. ratione ad *Cephal. cons.*91. *nu.*39.
4 † Et quod si fuit facta cessio litis, & causæ, quod cen-
seatur pars contractus secundum Ruin. *consil.* 128.
*num.*9. *lib.*5.

Et quod maior pars Dominorũ tenuit, quod adhuc
5 si res esset integra, quod in contractibus nominatis
non sit locus pœnitentiæ, & resolutioni contractus,
ex latè tunc deductis per D. Bernardinum Bisciam
patrem Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Lelij
Bisciæ S. R. E. Cardinalis, & quod *Curt. Iun. con-
sil.*331. *nu.*20. *cum seq. lib.*3. testatur de communi.

§. 27. BALD. *in l. in suis.* 11. *in princip. ff. de liber. & posthum.* vbi dicit, dominium continuari in suis hæredibus, & quod non videtur aliquid de nouo obuenire, nisi administratio bonorum, nisi sint hæredes extranei.

Declaratur à Rota, *vt per Achill. decis.*105. *aliàs* 5. *de caus. poss. & propr. num.*4. *& à Fab. decis.*63. *& fin. par.*2. *quæ decisiones sunt in eadem causa* Cremoneñ. *ab istis ambobus Auditoribus compilatæ, & à* Capntaq. *decis.*420. *part.* 2. Quod si intelligatur generaliter de possessione omnium bonorum, habet cõtrà se communem opinionem, & loquitur in filio, non in alijs hæredibus. Si verò intelligatur de possessione iuris vniuersalis, vt videtur sentire ipso *Bald. tunc requiritur actus facti*, videlicet, aditio hæreditatis.

Vide, quę super hac conclusione diximus *ad Lambert. de Iurepatr. lib.*2. *part.*1. *quæst.*3. *art.*22.

§. 28. BALD. *in l. liberti, libertæquè.* 10. *num.*30. C. *de oper. libert.*

Reprobatur à Rota *coràm Card. Caual. decis.*555. *num.*2. *incip. Domus controuersa.*

Vide fusè quæ diximus *sup.* Part.2. *circa Stylum, & Obseruantias* Rotæ. *verbo Emphyteusis.* §. 3. *Rota sequitur illam opinionem tamquàm receptissimã.*

§. 29. BALD. *in l. minus.* 1. *nu.*4. *quem sequitur ibi Salyc.* C. *si aduers. rem iudic.* vbi dicit, quod non potest per iudicem vna pars summæ petitæ per sententiam terminari, & altera relinqui indecisa; quia ratione partis indecisæ refricaretur etiam, & denuo ventilaretur pars decisa.

Declaratur post *Paul. de Castr. in d.l.*1. *num.* 8. *& ibi Iacob. de S. Georg. nu.*2. à Rota *in Romana pratij grani. Lunæ* 4. *Martij* 1613. *coràm Vbaldo. est decis.*434. *in Recent. p.*2. *incip. D. Franciscus Caluus. n.*2. Quod præfata doctrina Baldi procedit, quando ab eadem persona, & ex eadem causa petitur, secus quando sunt conuentæ diuersæ personæ, & ex diuersa causa, prout erat in casu decisionis, in qua vnus agebat ex instrumento, & alius ex consignatione frumenti.

§. 30. BALD. *in l. optimam.* 14. *nu.*10. C. *de contrahend. empt.* vbi videtur tenere, quod licet locus loci in instrumento sit apponendus, id verum putat in ciuitatibus populosis, & amplis, non autem in locis angustis.

Non recipitur in Rota eius doctrina, vt habetur *coràm Cæsar. de Graß. decis.*45. *aliàs* 1. *de dolo, & contumac. num.*6. Cum stylus Rotæ sit, quod locus loci sit apponendus in instrumento.

Vide, quæ diximus *suprà* Part.2. *circa Stylum, & Obseruantias Rotæ. in verb. Instrumentum.* §. 1. *Rota seruat, quod instrumentum.*

§. 31. BALD. *in l. properandum. in* §. *etsi quidem. num.*13. C. *de iudic.* vbi dicit, quod citatio sustineri potest, ex eo quod nuncius dicit se fecisse omnia, quæ habuit in mandatis, quem sequitur *Alex. in l.*4. §. *ait prætor. ff. de damn. infect. & Dec. in cap. cum parati. num.*41. *de appell.*

Declaratur à Rota, *vt per Accorambon. decis.*15. *incip. Exequutio citationis. lib.*2. Quod hoc non potest referri ad dimissionem copiæ, ex quo nuncius prius dixerat, se omnia fecisse, & dixisse, nec posteà subiunxerat se affixisse. Non enim dici potest, quod validè citatio fuerit executa, ad effectum impediendi cursum triennalis possessionis, quando post affixionem, & dimissionem originalis, non fuit eius loco dimissa copia, quod de necessitate ad validitatem citationis per edictam, vel affixionem requiritur, teste *Io. Paul. decis.*18. qui asserit Rotam coram eo ita voluisse, & esse *Rot. decis.*223. *aliàs* 8. *de dol. & contum. in nou. in fin.* quæ seruatur, & maximè cum per huiusmodi citationes arctetur ignorans, & ita arctetur, & valeant ac si personaliter factæ fuissent *Clem.* 1. *de indic.*

Vide in hac materia citationis per edictum quod requiratur affixio, quæ diximus Part.1. *ad Cassad. decis.*1. *de appellat. in* §. *Tentum fuit. fol.*289. *col.*2. *in med. Et ad Guidob. decis.*46. *fol.*321. *col.*2. *in med. Et ad Put. decis.*168. *lib.*2. *fol.*547. *col.*1. *in med.*

§. 32. BALD. *in l. quamquàm.* 1. *in fin. vers. Item si duo.* C. *qui testam. fac. poss. & in cap. cum omnes. num.*20. *vers. item facit ad quæstionem. de constitut.* vbi voluit, quod socius cogitur stare locationi, & consequenter domum solitam locari socio inuito inhabitare non possit.

Declaratur à Rota *coràm Gypsio in* Romana *Spolij. Vener.* 26. *Octobris* 1584. *incip. In vna Romana. Est decis.*245. *in eius lib.* 1. *in manuscript. in fin.* quod prædicta doctrina Bald. debet intelligi, quando locatio tempore apto ad consuetudinem inducendam durasset, quia ipse in illa se fundat dicens, alteram naturam esse; & quod idem etiam voluerunt *Doct. post glos. in cap. cum Ecclesia Sutrina. de caus. possess. & propr. Afflict. decis.*305. *nu.*18. *latè Gabr. de locat. & conduct. conclus.*1. *num.*4.

§. 33. BALD. *in l. quidam æstimauerunt.* 21. *in princ. ff. si cert. petat. & ibi* CASTREN. *&* ALGIAT. *num.*3. FELIN. *in cap. cum inter vos.* 13. *nu.*16. *extrà de re iudic.* vbi dicunt, quod quãdo debitor confitetur aliquam partem debiti, tunc creditor pro illa parte potest contrà eum procedere.

Declaratur à Rota *coràm Card. Seraph. decis.*473. *num.*1. *incip. Quamuis Domini.* Quod eorum doctrina procedat, quando illa pars, in qua reus se fatetur esse debitorẽ est omnino certa, alioquin anteaquam possit contrà eum procedi ad exequutionem necessa-

M 2 tium

tium est omnino liquidari illam partem, aliàs non dicitur in mora constitutus. *vt per DD. in l.* 1. *§. si stipulanti. de verb. signif. & ibi per Alciat. num.*48. *Anchar. cons.*232. *nu.*2. *Soccin. cons.*207. *nu.*2. *lib.*1. *Riminald. cons.*361. *num.*10. *lib.*2.

§. 34. BALD. *in l. quod quis.* 8. *C. de procurat. vbi nu.*7. *in* 6. *quæst.* dicit, quando procurator substitutus possit reuocari.

Approbatur à Rota *coràm Gropperio in Arianeñ. beneficij. S. Onuphrij. Merc.*26. *Februarij* 1567. *incip. An procurator. Est decis.*291. *in eius lib. in manuscr.* vbi dixit, procuratorem potuisse litem prosequi si ante substitutionem erat effectus dominus litis, vel si in mandato habebat facultatem plures substituẽdi, vel si erat procurator generalis ad lites, & negocia, *iuxtà doctr. Bald. in d. l. quod quis.*

Et fuit additum, quod si erat procurator generalis ad lites, Domini non concordabant, cum aliqui sentirent procuratorem non posse reassumere, inhærentes literæ *cap. is. qui de procurat. in* 6. *& opinioni retentæ ibi per Franc. colum.*1. Aliqui verò sentiebant contrarium, intelligentes doctr. Bald. in procuratore generali, & dicentes quod eum ibi sequitur *Salyc. Paul. & alij.* Nec fuit capta resolutio: neque vlterius aliquid in hac causa, & dubio reperio fuisse decisum.

§. 35. BALD. *in l. quoties. colum.*1. *C. de suis, & leg. hæred.* vbi dicit, quod fœminæ possint succedere in feudo franco, in quo nullum est seruitium exhibendum.

Reprobatur à Rota *coràm Mohed. decis.*281. *aliàs decis.*5. *de feud. incip. In eadem causa.* vbi dicitur, quod dicta doctrina Bald. nõ sit vera, vt tenet etiam *Alex. cons.*29. *vol.*1. *incip. Omne datum.* nisi in concessione talis feudi fuerit facta mentio, quod erat francum, quod est necessarium.

§. 36. BALD. *in l. fin. Sancimus. §. omnem. C. de administrat. tutor. Alex. cons.*80. *num.*14. *lib.*5. *incip. Visis themate.* vbi dicunt, quod sufficit tutorem promittere de benè administranda tutela per verba æquipollentia.

Approbantur à Rota *coràm Bubalo. in causa Firmana Bonorum de Montanis. Vener.* 16. *Decembris* 1583. *incip. Conclusum fuit per Dominos. est decis.* 199. *in eius lib. in manuscr.* vbi dicitur, quod quamuis in acceptione tutelæ, tutor non promittat in specie vtilia facere, & inutilia prætermittere, & pupillorum defensionem, tamen satisfacit huic promissioni per æquipollentia, dicendo se velle gerere tutelam benè, & fideliter iuxtà suum posse, eo modo, & forma prout de Iure, & secũdum formam statutorũ.

§. 37. BALD. *in l. si falsum.* 5. *C. plus valer. quod agit.* vbi dicit, quod testibus iteratò deponentibus, iteratò debet eis legi testificatio, vt per relectionem dictum compleatur & error (si quis esset in subscribente) remoueatur. Et hoc per text. *in d. l. si falsum. ibi, non relegentem.* quem dicit esse multũ notabilem.

Approbatur à Rota *coràm Decano Pegna in Spoletana bonorum. Mercor.* 5. *Iulij* 1589. *incip. Ad instantiam. Est decis.*41. *in eius lib.*1. *in manuscript.* vbi dicitur, quod ista praxis Bald. est laudabilis, & in foro iudiciali omnino seruanda, refert, & sequitur *Felin. in cap. per tuas. de testib. circa fin. nu.*7. *vers. secundò adde. Aegid. Boss. tit. de tortura. test. nu.*24.

Declaratur ibidem ista doctrina Bald. vt procedat sine difficultate, quando in eodem examinis actu, antequàm testis recedat, & instrui possit, petit sibi legi suam testificationem, ad effectum addendi, mutandi, vel corrigendi. Secus verò, prout in casu decisionis euenerat, si post aliquod tempus, vt erat *in d. decis.* quatuor dierum ab examine completo, testis reuerteretur ad petendum, quod sibi suum legeretur examen, quia in hoc casu non procedit, neque est seruanda *d. doctr. Bald.*

§. 38. BALD. *in l.* 1. *Si prius. C. de iure fisc. lib.*10.
1 † *vbi circa fin. num.*35. *vers. Item pone, vendidi tibi fundum.* vult eum, qui recuperat rem ex pacto de retrouendendo teneri stare colono.

Approbatur communiter ista doctrina eam se-
2 quendo Doct. † vt dixit *Rota coràm Decano Pegna in Romana affictus, siue locationis. Mercur.*26. *Aprilis* 1589. *incip. Tenutam turris Mancinæ. Est decis.*18. *in eius lib.*1. *in manuscript.* Et allegatur *Alex. in l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. nu.*11. *vers. Item fallit quando vendidi fundum. ff. solut. matrim. & ibidem Cuman. licet Baldi mentionem non faciat. num.*7. *vers. si autem transferretur. Soccin. Senior. cons.*125. *incip. Visa narratione. nu.*3. *vers. confirmatur per id. lib.*1. *Roland. cons.*49. *incip. Decreueram. num.*2. *& seq. vers. tamen quod ea non obstante. lib.*2. *Gozad. in l.*2. *nu.*143. *C. de pact. inter empt. & vend.* quam sententiam licet expressè non amplectatur. *Tiraq. de retract. conuent. §.*3. *glos.*1. *num.*14. *vers. sed & illud quærendum ducimus.*

Neque ab hac opinione Baldi in practica esse re-
3 cedendum, † cum contradictore careat, vt dicit *Alex. in d. l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. num.*11. *ff. solut. matrim. & Roland. cons.*49. *nu.*5. *lib.*2. *& Cagnol. in l.*2. *quæst.*75. *num.*220. *vers. sed contrarium. C. de pact. inter empt. & vendit.* licet à Baldi sententia recedere niteretur, nihilominus *ibid. nu.*221. *vers. hanc conclusionem.* ibi, *retenta tamen.* in practica contra opinionem Baldi obtinere, durum esse fatetur.

Et quod hanc doctr. probat *d. l. si filiofamilias. §. si*
4 *vir in quinquennium. ff. solut. matrim.* † Cum mulier locationi fundi dotalis per maritum factæ matrimonio soluto stare debeat, propterea quod translatio, quæ fit in eum sit necessaria, non voluntaria, vt not. *Alex. in d. §. si vir. nu.*1. *vers. nam si translatio. Glos. in l. diuortio. quæ aliàs incip. Papinianus. ff. solut. matrim. Corn. Salyc. & alij in l. emptorem. ff. locat.*
5 Quæ ratio similiter † reperitur in redimente rem venditam cum pacto de redimendo, & sic in eum translatio est necessaria, licet enim contractus ab initio sint voluntarij, postquàm tamen sunt perfecti efficiuntur necessarij. *l. sicut. de action. & oblig. l. in commodato. §. sicuti. ff. commodat.*

Confirmatur vlterius *ista doctr. Bald. in eadem de-*
6 *cis. in §. accedebat.* † Nam quando quis habet plenam administrationem rei alienæ, rem locare potest, ita ut rei dominus locationi stare teneatur. *l. si tutelas. ff. de administrat. tut. Cyn. in d. l. emptorem.* 9. *nu.*6. *quæst.*3. *vers. aut si habuit solidam rei administrationem.* quem, vbi dicitur, alij communiter sequuntur. *C. locat. Soccin. Sen. cons.*32. *incip. Ex his quæ superius. nu.*7. *vers. quintò probatur. lib.*1. *Roland. d. cons.*49. *nu.*7. *vers. hinc etiam videmus. lib.*2.
7 Vnde cum emptor, † qui fecit pactum de retrouendendo, quamdiu venditor non redimit, plenam

rei

rei administrationem habeat, locare potest, & eius locationi venditor stabit quamuis redimat. Et *Alex. in d. §. si vir in quinquennium. nu. 1. paulò post princ.*
8 † propterea soluto matrimonio mulierem locationi per maritum factæ stare debere dicit, quia maritus cōstante matrimonio nedum plenam administrationem rei dotalis habet, sed illius etiam verus dominus esse censetur. *l. doce ancillam. C. de rei vendic.*

Quæ doctr. *Cyn. in d. l. emptorem.* sine difficultate
9 procedit, † quando locatio bona fide, non malitiosè facta fuit. *Paul. de Castr. in d. §. si vir in quinquennium. num. 2. vers. sed maritus. & num. 3. vers. & ratio quare. & ibid. Alex. num. 1. circa fin. Soccin. Sen. cons. 32. incip. Ex his, quæ superius. num. 7. lib. 1. Rol. d. cons. 49. nu. 5. vers. pro cuius confirmatione. lib. 2. Cagnol. in dicta l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. quæst. 79. num. 221. vers. retenta tamen opinione.* Et quod hæc ratio multum mouit Dominos ne à recepta Bald. sententia recedendum putarent.
10 Nam de bona fide non dubitabatur † cum locatio tenutæ de qua agebatur, fuisset facta ad nouennium pro annuis scutis 600, & duæ præcedentes similiter ad nouennium, vna pro scutis annuis 300. alia pro 450.

Et quod hæc Baldi sententia minus dubitabilis visa fuit Dominis, quoniam non agebatur præcipuè,
11 † an venditor cum pacto de retrouendendo teneretur præcisè stare colono, sed numquid deberet reficere damna, quæ colonus, ob id quod ei non staretur, passus fuerat, stāte præsertim eius protestatione.

Ratio enim præcipua, quæ mouit *Cagnol.* vt à Baldi sententia recederet (vt dicitur *in eadem decis.*
12 *in §. Præcipua etiam ratio.*) illa fuit, † quia non videbatur satis probari, imò potius impugnari, *ex text.* quæ pro ea citari solet *in d. l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. ff. solut. matrimon.* quatenus ibi iuxtà quorumdam interpretationem, mulier non tenetur præcisè stare locationi, sed solum cauere quod maritus ex coloni expulsione detrimentum nō
13 patiatur. † Nam licet concederetur veram esse hanc interpretationem, ille text. saltem probat, quod nemo vertit in dubium, eamdem mulierem teneri reficere marito quicquid occasione molestiæ colono il-
14 latæ passus fuerit. † Vnde sicut mulier tenetur marito ad prædictum damnum, ita etiam, & qui ex pacto redimit, teneri debet retrouendenti ad damna, quæ conductor patitur, quia locatione frui non potest;
15 † Cum maritus non sit solidior dominus rerum dotalium, quàm sit rei emptæ, aut sibi assignatæ cum
16 pacto de retrouendendo. † Quinimo talis emptor probabiliorem spem habere videtur, quod aliquādo futurus sit verus rei dominus, quàm maritus, qui certus est saltem tempore mortis vxoris se fundum do-
17 talem restiturum. † Vnde cessat illa obiectio *Cagnol. in d. l. 2. nu. 220. C. de pact. inter empt. & vend.* maritum non debuisse cogitare dissoluendum matrimonium perinde, ac emptorem retrouenditioni locum esse futurum: Quia ex prædictis constat facilius maritum debere credere locum futurum restitutioni dotis, quàm emptorem restitutioni rei emptæ.
18 Nec denique dictam Bald. sententiam † esse intelligendam de locatione facta ad vnum annū tantum, secus si vltrà annum, vbi singulis annis percipiuntur fructus, quia tunc successor non tenetur stare colono *Cagnol. in d. l. 2. quæst. 57. num. 221. vers. secundò limita. C. de pact. inter emptor. & vendit. Hieron. Gabr. cons. 68. lib. 1.*

Quia Rota dixit hanc Baldi sententiam sine re-
19 strictione vnius anni procedere, † præsertim cum *text. in d. §. si vir in quinquennium.* qui ad eam limitationem probandam affertur, pro ea non faciat, quia ibi vnius anni fit mentio, non quia maritus præcisè stare teneretur locationi magis pro anno, quàm pro quinquennio, sed quia contigit matrimonium constitisse per annum post locationem, & ideò cum maritus fructus percepisset nō erat quod illi caueretur pro tempore, pro quo nullum damnum poterat sustinere.
20 Regulam etiam illam generalem, † quod successor singularis non teneatur stare colono, desumpta *ex l. emptorem. C. locat.* de qua *Alex. cons. 118. lib. 5.* & cæteri, quos refert *Ant. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 3. num. 9. vers. Item quæro an contractus.* non impugnare hanc decisionem, vt dicitur in fin. ipsius decisionis, cum multas patiatur limitationes, quas prosequitur *Alex. in d. §. si vir in quinquennium.* inter
21 quas vna est hęc, quæ hic fuit firmata à Rota, † quod locationi factæ per emptorem, qui rem habuit cum pacto de retrouendendo stare tenetur venditor, quāuis redimat, cum emptor de voluntate domini locasse videatur, & dominus redimere potuisset si locari, & frui impedire voluisset. *l. si vir vxori. ff. de præ-*
22 *script. verb.* † Quæ fuit ratio *Bald. in d. l. 1. num. 35. C. de iure fisc. lib. 10.* Et dominus rei saltem tacitè locationi rei suæ consentire videtur. *argum. l. cum antiquitas. C. de vsufr. Alex. in d. §. si vir in quinquennium. nu. 11.* præsertim cum si noluisset ab vsufructuario eam locari à principio id expressisset, & in pactum deducere potuisset.

ANNOTATIO.

23 QVOD dictum est *sup. nu. 15. & 16.* † Quod maritus non sit solidior dominus rei dotalis, emptore rei emptæ cum pacto redimendi, & habeat hic probabiliorem spem quod aliquando sit futurus verus dominus, super hoc videri potest *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. vnic. à num. 36. & seq.* vbi multis probat talem emptorem esse verum dominum. *Et num. 74. vers. Ex quibus vides.* quod talis venditio, cum dicto pacto non sit conditionalis. Vt ibi fusè habetur.

§. 39. BALD. *in Auth. litigiosa. C. de litigios.* dicens beneficium non dici litigiosum, quando non petitur vt suum, sed vt sibi conferendum.

Approbatus pluries à Rota dicitur *in Salamantina dimidiæ portionis.* Mercurij 27. Maij 1609. *coràm Cardin.* Marquemontio. *est decis. 253. nu. 5. part. 2. in Recent.*

§. 40. BALD. *in Auth. Præterea. C. vnde vir. & vxor.* dicens, quartam de qua in dicta Auth. deberi vxori tàm omnino indotatę, quàm habenti paruam dotem nō sufficientem congruè ad victum & vestitum, dummodo tamen ista parua dos computetur in quarta.

Approbatur à Rota, *& Doctor. cumulatis in Romana successionis quartæ. Ven. 22. Maij 1609. coràm* Manzanedo. *num. 15. & seq. & in specie. nu. 18. vers. ex quibus. Habetur apud Statil. de Salman. decis. 174. in secunda impress.*

§. 41. BALD. *in Auth. quæ supplicatio. num. 1. C. de precib. Imperat. offer.* cum dicit quod valet appella-

tio, quando non iudici, sed Notario fuit dicta appellatio dat; quem sequitur *Alex. in addit. ad Bart. in l.1. §. libellum in litera G. ff. de appellat.*

Declaratur à Rota in *Salernitana contributionis. Ven. 14. Nouembris 1614. coràm Reuerendiss. Dunozetto. incip. Preposito dubio. num.3. Est decis.594. in Recent. part. 2. vbi post Grauat. ad Vestrium lib.7. cap.3. num.58. vers. Caterum Bald.* dicitur præfatam Bald. doctr. procedere, vbi iudicis præsentia haberi non potest, & quod idem post alios tradit *Guid. Pap. decis.436. num.64. vers. in absentia tamen iudicis. Mandos. ad Lap. allegat.38. in verb. si quis.*

Et in tantum coràm Iudice debet appellatio interponi, quod Notario nolente adire iudicem, potest alius adhiberi, qui rogatur de dicta appellatione ad referendum, iuxtà stylũ Curiæ, *prout in eadem causa coràm eod. fuerat anteà dictum sub die Luna 12. Maij eiusdem anni 1614. est in Recent. decis.595. num.2. part.1. incip. Domini censuerunt constare.*

§. 42. BALD. *in Auth. Sed & periculum. nu.2. vers. hoc autem nisi Ecclesia. C. sine censu, vel reliqui.*

Declaratur à Rota. Vide *Part.5. ad cap. tributum.23. quæst.8. num.7. vers. Declarat Bald.*

§. 43. BALD. *in cap. prima autem causa.1. §. porrò si dominum. nu.6. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. in vsib. feud.* cum dicit verba illa literarum Apostolicarum, indignationem Petri, & Pauli, importare comminationem priuationis beneficiorum Ecclesiasticorum, quod dicit esse menti tenendum.

Reprobatur à *Barthol. Bellincin. de charitat. subsid. quæst.44. incip. Quadragesimo quarto quæro dictũ est sup. per tot. & Bellincinum sequitur Sacr. Congreg. Concilij.* quæ censuit Bullam Pij V. præfixam in Missali nouo præcipientis in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub pœna indignationis ne quis vtatur in Missa, vel Officio Missalibus, & Breuiarijs antiquis, nõ inducere per dictas clausulas, priuationẽ beneficiorum, aut excommunicationem, sed contra facientem incurrere peccatum mortale si scienter, & absq; iusta causa contrafecerit. Et subdit *dictum Baldi. vbi sup.* visum fuisse Congregationi non esse verum, vt testatur *Bellencin. d. quæst.44.* quia nullo iure probatur, nec priuari quis debet beneficio sine graui culpa, & quia priuatio nunquàm inducitur, nisi expresso iure caueatur, quod tamen puniri poterit pœna arbitraria, & contrafaciens peccat mortaliter, etiam quod aliàs materia esset præceptiua, aut ad mortale peccatum inductiua. *Io. de Grass. in tract. de rescript. Apostol. num.92.* inquit quod clausula indignationem omnipotentis Dei, excludit ab omni gratia Ecclesiæ, non tamen contrafacientem reddit excommunicatum, licet possit excommunicari ex huiusmodi indignatione. Sed quod ad peccatum attinet, clarum esse facientem contrà præceptum legis peccare mortaliter, etiamsi faciat sine contemptu. *Abb. in rubr. de obseru. ieiun. in fin.* vbi citat S. Thom. sed quando subesset causa rationabilis excusaretur à peccato, vel quando lex non vteretur verbis præceptiuis. *Abb. ibid. & Syluest. in verb. Inobedientia.* secus si ignoranter, dummodo non sit crassa, aut affectata ignorantia. Summistæ passim.

§. 44. BALD. *in cap. si causa. num.6. de controuers. inter vass. & aliũ de benef.* vbi dicit, quod vassallus non dicitur alienare, quando transegit dimittendo feudum apud possessorem, non autẽ tradendo.

Declaratur à Rota, (omisso quod habet multos contradictores. *vt per Surd. in cons.501. Requisitus de simplici voto. nu.6. & 9. vol.4.*) *in Messanen. Baronia. Mercur. 10. Iunij 1609. coràm Sanctiss. Ludouisio. num.7. est decis.256. in Recent. part.2. & inter eius impressas. est decis.418.* Quod illud procedat quoad validitatem transactionis, & ne per eam transigens incidat in pœnam alienantis, non autem quoad præiudicium aliorum vocatorum, *vt per Melchior. Palaez de maior. p.4. quæst.2. sub nu.2. Molin. de primog. Hispan. lib.4. cap.9. num.18. circa med.*

ANNOTATIO.

ADVERTE quod hic dicitur in allegat. *decis.418.* quod non potest allegari pro decisione, cum sit dubium à Ponente excitatum, vt patet ex illis verbis in *num.9. in princip.* ibi, quam vellem particulariter discuti, loquitur enim in prima persona; vt patet ex his quæ aliàs notaui ad dignoscendum decisiones, & suffragia Patrum, vel etiam eorum dubia in decisione inserta *in Annotat. ad Seraphinum in decis.210. Romana compromissi. & antea admonui in nostris Obseruat. ex Rota Rom. in verb. Possessio. Obseruat. circa Causam possessionis. §.1. incip. Possessor potest mutare causam sua possessionis.*

§. 45. BALD. *in cap. vassallus. num.3. si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat.* Quod emphyteota non cadat à tota emphyteosi ob malam indicationem, sed tantum à parte.

Approbatur à Rota contrà Ruinum. Vide *in §. Ruin. cons.50. In quæstione. num.18. & 20. lib.1.*

§. 46. BALD. *in cap. Vassallus.1. num.10. de inuestit. in marit. fact.* in quo casu loquatur, & ex quibus eius ratio tollatur.

Vide *in l. si merces.28. ff. locat. & conduct. nu.2. & fusius in ibi allegata decis. coràm Mantic. 235. n.6. vers. non obstat, quod scribit Bald. & n.11. in fin.*

Baldus in Consilijs.

§. 47. BALD. *in cons.25. incip. In quæstione. n.5. lib.1.*

Declaratur à Rota. Vide in §. *Baldus in l. adhuc. 29. nu.27. vers. sed pone maritus. C. de iur. delib.*

§. 48. BALD. *in cons.268. Factum tale est. nu.1. lib.1.* vbi dicit, quod citatio pro singulis diebus, & horis est nulla, quia nõ habet debitum spatium temporis, quod requiritur inter dilationem, & dilationem.

Approbatur à Rota, *vt per Mohed. decis.4. Inter Dominas. num.3. de testib.* vbi habetur quod hoc consilium Rota aliàs semper sequuta est.

Eandem conclusionem firmat *Put. decis.256. in nou. Senator Mediolanensis. lib.1. & decis.37. locus debet exprimi. de iudic.*

Idem post *Bald. d. cons.268. vers. Item nullo modo.* vbi dicit, quod talis modus citandi nullo modo sustinetur, nec de iure ciuili, neque iure Canonico. tenuit *Rota coràm Card. Lancellotto Senior. decis.2. de testib. in manuscript. incip. Testium examen.*

In eadem conclusione persistit *Ant. August. in suo Epit. in tit. de dol. & contum. num.24.*

Vt habes *suprà Part.1.* & notauimus ad eundem *Ant. August. in dicto loco. ante Epit. & ad Mohed. d. decis.4. de testib. necnon ad Put. d. decis.262. quæ in nouis est.256. lib.1.*

Idem etiam habes *suprà Part.2. in verbo Citatio. §.7. Rota semper secuta est cons. Bald.268.*

§. 49. BALD.

§. 49. BALD. *in conf.280. Quæritur si Rex Romanorum. nu.8. vers. sed contrarium probari potest. vol.1.*

Reprobatur à Rota *coràm Pue. decis.124. in nou. incip. Quod non staretur. lib.1. & decis.17. de probat. narratiua rebellionis.*

Vt notauimus Part.5. *ad Clem. literis.1. de probat. num.5. vers. nec est omittendum.*

§. 50. BALD. *in conf.303. num.3. incip. Ad euidentiam. lib. 1.* ANGEL. *conf.55. incip. Ex pacto de reuendendo. &* ANCHAR. *in conf.331. incip. Visis diligenter.* vbi dicunt, quod Ius quandocunque redimendi præscribatur spatio 30. annorum.

Declarantur à Rota *coràm bo. me. Cardin. Marcomont. in causa Mediolaneñ. de Brioschis. Ven.3. Martij 1606. incip. Proposito, quod in alia. est decis.17. in eius lib. in manuscript.* Quod eorum conclusio procedit, quando quis in vim pacti tenetur retrouendere, & interim possidet pro suo, vnde concurrente possessione nomine proprio, cum lapsu legitimi temporis præscribi potest, vt tangit *Conarr. variar. resolut. lib.1. cap.9. num.1.*

§. 51. BALD. *in conf.357. lib.1. Nulla mulier.*

Approbatur à Rota. Vide in §. *Ruin. in conf.49. incip. Viso, & diligenter. in fin. lib.3.*

§. 52. BALD. *conf.441. Quidam magister. lib.1.* Cum *num.3.* dicit, ad locatorem spectare, probare culpam incendij, & si non probat, succumbit.

Declaratur à Rota *coràm Gregor. XV. decis.278. Rota censuit. num.4.* vbi quod Bald. & alij qui allegabantur in contrarium, procedunt, quando locator directè, & principaliter agit ad emendationẽ damni, quod ex inceudio prouenit, actione, vel ex locato, vel ex *l. Aquilia.* quia tunc fundat se in culpa conductoris, vnde non est mirum quod locator illam probare debet tamquam fundamentum suę intentionis.

Secus tamen est, quando locator agit ad restitutionem rei locatæ (putà, Casalis, vt erat casus decisionis) cum omnibus suis membris, & pertinentijs melioratæ potius, quàm deterioratæ, iuxtà promissionem in instrumento factam, obligatione Camerali vallatam. Quia tunc conductor ad excusandum se à restitutione rei locatæ cum excipiat de incendio, debet probare, quod nulla sua præcedente culpa contigerit, quia excipiens habet probare omnes qualitates necessarias, ad effectum vt exceptio concludat intentionem suam *Franc. in cap.1. not.1. de præscript. in 6. Aym. conf.226. num.8.*

§. 53. BALD. *conf.46. incip. Quidam nomine Cola. lib.2.* vbi videtur velle, quod substitutio facta impuberi in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, non sit vniuersalis.

Declaratur à Rota *in Perusina fideicommissi, seu nullitatis testamenti. Luna 25. Iunij 1582. coràm Card. Seraphino.* procedere quando nulla adest dictio repetitina per quàm appareat factam substitutionem vniuersaliter in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, & ideò restricta, & non vniuersalis; Secus verò est quando testator dixit in omnibus meis bonis mobilibus, & stabilibus; quia tunc est vniuersalis, vt in dicta decisione.

§. 54. BALD. *in conf.234. Statuto cauetur. lib.2. Cum*
1 *num.2. in §. In contrarium est veritas.* dicit, † quod in obligatione bonorum nõ venit obligatio in diem, quia nondum est nata actio.

Reprobatur à Rota *in Florentina, seu Parisieñ. pecuniaria. Vener.6. Nouembris 1615. coràm Decano Coccino. Est decis.760. incip. Creditum Regium. in Recent. part.2. num.4.* vbi dicitur, quod hoc fundamentum Baldi non est verum, quia secundum magis cõmunem opinionem *Doct. de qua testatur Alex. in l. si stipulatus. 76. §. cum stipulamur. nu.2. ff. de verb.*
2 *oblig.* † & ante diem dicuntur cõpetere iura, quia est orta obligatio, & actio ante diẽ. Quod etiam sensit idem *Bald. dum ibidem subdit*, quod etsi nata esset actio, est tamen non intentabilis, & ideò tunc non dicetur esse in bonis sed in diem, quare interim non potest agi: Quod est verum, sed adueniente die, & purificata conditione potest agi. *Dec. conf.551. nu.7. & conf.629. num.4.*

3 Et additur, † quod quatenus esset verum dictum Baldi quod non esset nata actio, est tamen in bonis spes agendi, vt dicit ipse Baldus *d. num.2.* quæ venit in obligatione generali iurium, vt dicit *Petr. de Bellapert. in d. l. si stipulatus. 76. num.7. ff. de verb.*
4 *obligat. & ibi cæteri Doct.* † Quæ spes transmittitur etiam conditione pendente. §. *ex conditionali. Instit. de verb. obligat. §. cum quis sub aliqua. Instit. de inutil. stipulat. cum alijs per Surd. decis.151. Domini de Agnellis. num.7. vers. nam eo casu.* vbi dicitur, quod dicta spes potest etiam donari, & cedi, ac etiam vendi. Et quod fideicommissum conditionale transmittitur ad hæredem, quando est factum in contractu, ex ibi allegat.

§. 55. BALD. *in consil.308. incip. Testator in testamento. num.2.* ibi, imò plus dico, quod si expressè vellet adimere, non posset. *lib.2.* vbi tenet, patrem non posse adimere tutelam filiorum matri.

Reprobatur à Rota *in Bononieñ. Tutelæ. Ven.13. Februarij 1615. num.5. coràm Vbaldo, d. Baldi, & in doctrina, & familia successore, est decis.668. num.5. p.1. in Recent.* cui magis placet opinio *coràm Bart. Dyn. &* Angel. *in l. miles. §. sexaginta. ff. ad l. Iul. de adulter. quam secutus est* Alex. *conf.140. num.6. & 16. lib.1.* Quæ etiam efficaci rationi nititur, quia in materia tutelari iudicium paternum potissimum spectandum est, *vt probatur in §. ex his. Auth. de hæred. ab intest. venient. vnde sumpta est d. Auth. matri, & auiæ.* C. *quand. mul. tut. offic. fung. poss.* quem textum ponderat *Alex. loco allegat.* Et sicut in quaeumque materia, ita in tutelæ datione, seruanda est volũtas testatoris. §. *disponat. Auth. de nupt. l. vlt.* C. *de curat. fur.* Montan. *de tutel. cap.37. registr.2. num.154. Decian. conf.49. nu.10. & seq. lib.1.* Vnde iudex non potest dare tutorem pupillo, quem præter prohibuit dari. *l. scire oportet. §. sed si quis. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l.1. C. si tut. contr. volunt. matr.* quę prohibitio tenet etiam in matre. *Alex. conf.140. num.6. lib.1.*

Et opinionem *Dyn. in d. §. sexaginta. approbat Surd. conf.428. num.9. lib.3.* Et licet leges multum deferant pietati maternæ, amplius tamen deferunt patri circa personam, & negotia filij, *vt in l. donari. in princip. C. de curat. furios. & in l. si furioso. ff. eod. in l. 1. 2. & 3. ff. de confirm. tut. cum alijs congestis pro* Decian. *in allegat. conf.49. num.9. & seq. lib.1.*

Ad prædicta optimè facit *Surd. d. conf.428. lib.3. ferè per tot.* vbi determinat, sorores à testatore datas tutrices præferri matri, & remanere saltem administratrices, quatenus tutela non sustineretur.

Hanc Bald. opinionem fuit aliquando secutus

Doctiss.

Doctiss. Gratian. discept. forens. cap. 812. Dubium propositum. à nu. 29. vers. ex prædictis. vsq; ad 34. lib. 5.

§. 56. BALD. *cons. 326. incip. Filia primi matrimonij. lib. 2.* & *Soccin. cons. 84. incip. Visa prædicta. nu. 2. & seq. lib. 1. Et cons. 241. incip. Circa primam difficultatem. num. 9. lib. 2.* dicentes, quod frater vterinus vterinam sororem non excludit vigore statuti fæminas propter masculos excludentis: cum cesset ratio agnationis propter quàm fæmina dicitur à masculis exclusa.

Approbantur à Rota *in Firmana pecuniaria.* 10. *Iunij* 1613. *coràm* Card. *Verospio. est decis. 461. in* Recent. *p. 2. n. 6. & 7.* vbi quod *Bald. & Socc.* opinio videtur magis communiter recepta quando præsertim statutum ratione cõseruandæ agnationis est conditum, prout erat in casu decisionis, vt fatentur qui contrariam tuentur opinionem, *vt Gabr. cons. 15. num. 40. & seq. incip. Ducalis constitutio. lib. 1. & cons. 18. Videtur igitur. num. 44. lib. 2. Honded. cons. 1. num. 17. lib. 2.*

§. 57. BALD. *consil. 400. lib. 2. Circa primum, cum loquatur contrà communem refutatur à* Rota, *vnà cum Gemin. cons. 45. in tertio dubio.*

Vide *in §. Geminianus cons. 45. in tertio dubio. & in §. Anchar. cons. 81. incip. Prima facie. in fin.*

§. 58. BALD. *in cons. 442. Primo Statuto. lib. 2. in fin.* vbi tenet, maritum lucrari tertiam partem dotis, stante statuto de quo ibi *in princip.*

Approbatur à Rota *in Narnien. restitutionis dotis. Vener. 3. Iunij* 1588. *coràm* Card. *Plato.* vbi voluit, quod quemadmodum maritus soluto matrimonio sine filijs fuisset lucratus tertiam partem dotis, ita etiam debet lucrari eandem tertiam partem in casu, quo soluto matrimonio cum filijs vigore pacti teneretur ad restitutionem dotis, qui casus deciditur à *Bald. d. cons. 442. in fin.*

Reprobatur tamen idem *Bald. dum in princ.* dicti consilij conclusionem firmat circa lucrum totius dotis, quæ communiter est reprobata, ex traditis per *Roland. de lucro. dot. quæst. 43. & 87. Phanuc. de dot. Glos. 5. in princip. & allegat Achill. decis. 7. de dote.*

§. 59. BALD. *in cons. 64. incip. Numquid arbiter. lib. 3.* Qui generaliter velle videtur, non esse necessariam citationem in electo ad prætium arbitrandum, ea ratione, quia præsentia non trahcret arbitratorem ad aliud, quàm sibi ipsi videatur.

Declaratur à Rota *in Romana domus. Ven. 4. Iulij 1614. coràm Buratto. est in* Recent. *decis. 585. p. 2. incip. Sine sequamur. vbi num. 3.* dicitur, quod illa opinio Baldi, vel procedit in relatione non in cognitione negocij, in qua trahi potest peritus ad declarationem maioris, vel minoris prætij ex informatione partis, *vt per Salyc. in l. fin. nu. 10. vers. aut est arbitrator.* C. *de contrah. empt. Cagnol. in l. 1. nu. 260. & 261.* C. *de rescind. vendit.*

Vel non procedit, vbi declaratio prætij fit per accessum ad locum, & mensurationem, præsertim vbi periti sunt plures: tunc enim moueri possunt per informationem partium, & sine illis non possunt plenè scire qualitates rei, quo casu informationem partis admittit. *Bald. d. num. 1.*

§. 60. BALD. *in cons. 68. incip. Ad euidentiam. nu. 3. lib. 3.* Quod restringens se ad diem, debet illum probare, & non sufficit fama. *l. 1.* C. *qui accus. non poss.*

Canonizatur à Rota *in Salamantina beneficij de Arapiles. Luna 3. Iulij* 1600. *coràm* Pegna Decano. *est decis. 50. in eius lib. 5. in manuscript.* vbi volens probare obitum in tempore certo, concludenter, & non pro famam probare tenetur.

Et vide *sup. Part. I. in d. decis. Salamantina beneficij, &c. num. 2.*

§. 61. BALD. *in cons. 89. verba instrumenti. lib. 1. & cons. 2. Factum tale. lib. 3.*

Approbatur à Rota *in Firmana bonorum. 5. Aprilis* 1585. *coràm Bubalo. & in Narnien. dotis. Luna 2. Maij* 1588. *coràm Card. Seraphino. & in alia Narnien. restitutionis dotis. Vener. 3. Iunij* 1588. *coràm* Card. *Plato.* in materia restitutionis dotis fiendæ patri stipulanti *contrà Soccin.*

Vide *in §. Soccin. cons. 9. incip. Prosequendo ordinem. num. 1. & 22.*

§. 62. BALD. *cõs. 204. n. 7. lib. 3.* qđ scripturæ informes, quæ per se non probant, inseruiunt pro adminiculo.

Sequitur Rota *in Vratislavien. Matrimonij.* Ven. 17. *Nouembris* 1609. *coràm* Cardin. *Caualerio. est in Recent. decis. 198. in fin. part. 1. & in eadem coràm eod. Luna 28. Februarij 1611. num. 3. est in d. Recent. decis. 310. ead. part. 1.* vbi etiam adducitur *text. in l. instrumenta domestica.* C. *de probat.*

§. 63. BALD. *cons. 286. incip. Super primo puncto. nu. 4. vers. super tertio pũcto. lib. 3. post* Aym. *cons. 101. n. 1.*

Reprobatur à Rota in *Romana legati. Luna 17. Decembris 1607. coràm Card. Ludouisio.*

Vide *in §. Aym. cons. 101. Nobilis Gnigo. num. 1. vers. sed præmissis.*

§. 64. BALD. *in cons. 474. Post biennium. lib. 3.* vbi dicit quod per lapsum longi temporis censentur remissæ vsuræ dotis.

Declaratur à Rota *in Rauennaten. fructuum dotis. Ven. 28. Februarij* 1603. *in fin. coràm* Sanctiss. *Ludouisio. est decis. 94. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Domini vnanimiter censuerunt.* & habetur *in Recent.*
1 *part. 2. decis. 80. num. 4.* † Quod, vltrà quod eius opinio est multum controuersa, cuius veritate omissa; non procedit, quando fructus sunt debiti conditione ex Statuto *Paul. de Montepic. cons. 19. num. 13.* qui etiam loquitur, quando Statutum nõ solum marito, & vxori, sed etiam alijs concedit actionem, quale
2 est *Statut. Rauennaten.* † Vltrà quod opinio Baldi fundatur in tacita remissione, & præsumpta donatione, vt ipsemet dicit, & tradit *Dec. cons. 570. sub nu. 5. vers. tertio potest responderi. Alciat. præsumpt. 32. regul. 1. Grammat. decis. 70. nu. 3. & probat text. adductus pro Bald. in l. cum quidam. §. diuus. de vsur.* ibi (vt gratior apud eum esset) habet locum in eo qui tacet, nec aliquid protestatur *Dec. vbi sup. vers. quartò considerandum. Grat. cons. 57. num. 6. lib. 1.* Vnde cessat præsumptio de fructibus consequendis facta sæpius super eis protestatione.
3 In qua decisione etiam habes, † quod dictus fructus debetur etiam quod fuerit recepta sors principalis, cuius talis receptio non præiudicet, quando sunt debiti iure actionis ex ibi allegat. & adducitur *Rota decisio in Romana consignationis depositi. 24. Maij 1595. coràm Pegna. est decis. 31. in eius lib. 3. in manuscript.*

ANNOTATIO.

AD allegat. *Bald. cons. 474. lib. 3.* Vide quæ ad ipsum cumulat Rouescal. *in Annotat. ad consilium Bald. quod apud eum est cons. 466.*

§. 65. BALD.

§. 65. BALD. *in consf.400. num.5. lib.4. incip.Super primo. & consf.402. num.9. lib.5. incip.Quaeritur an per solam.* vbi dicit, quod scripturae antiquae Notarij ex obseruantia capiunt robur.

Approbatur à Rota *coràm Cardin. Seraphin. decis. 1334. num. 5. incip. Fuit resolutum constare.* In qua etiam dicitur, quod ita in pluribus causis fuit decisum. Et ideò ne frustra eadem repetamus.

Vide *suprà Part.2. circa Stylum, & Obseruantias Rotae in verb. Scripturas. Obseru. circa Scripturas §. 5. Rota tenet, quod scripturae.* vbi habes concordantes decisiones.

§. 66. BALD. *consf.167. Quidam Franciscus. num.1. vers. dico igitur. lib.5. & Ias. qui eum sequitur in consf.230. In praesenti. n.9. vers. tertio praedicta. lib.2.* vbi volunt donatorem qui cogitauit de posthumo, & non disposuit non tolli ex eo dispositionem. *l. si vnquã. C. de reuoc. donat.* secus si cogitauit, & disposuit.

Rota *in Albaneñ. donationis. Lunae 20. Iunij, & posteà sub die Merc. 26. Octobris* 1588. *coràm Card. Seraphino.* in simili casu donationis non cepit resolutionem, sed ab vna parte ex dominis, vt in posteriori *decis. num.3. vers. & cum haec.* qui affirmatiuam tuebantur, quod sufficienter esset renunciatum *d. l. si vnquàm dicebatur. quod Bald. & Ias.* loquebantur contra communem, vt aduertit *Tiraq. in d. l. si vnquàm. in praefat. num.75. & Gabr. consf.127. nu.41. lib.1.* Negatiuam verò tenentes dicebant, *vt in d. decis. posteriori. num. 10.* Baldum, & Ias. non impugnare communem sententiam, sed distinguere inter cogitationem indeterminatam, & eam, quae est directa ad certum effectũ, & quod licet *Tiraq. & Gabr.* eos impugnent, plures tamen eam sententiam sequuntur ex ibi in decis. adductis. Et in dubio debemus sequi opinionem distinguentem. *Glos. vlt. in fin. in cap. sciente. de censib. Imol. in cap. super literis. n.2. de rescript. Alex. consf.50. nu.7. lib.7. Neuiz. in Sylu. lib.5. num.32.*

Ista causa non reperitur vlterius disputata, quia per concordiam fuit, vt audiui, finita.

§. 67. BALD. *in consf.342. lib.5. incip. Super dicto puncto.* vbi vult, habentem gratiam ad vnum, duo, tria, vel plura beneficia, 200. floren. summam non excedentia, non posse capere nisi duo beneficia, vigore illius pluralis locutionis, *vel plura,* quae duorum numero contentatur. *ex doctr. Archidiac. & alijs ibi allegatis.*

Reprobatur à Rota, *vt per Guidobon. decis.26. incip. Alphonsus Diaz. in eius manuscript. vbi quod ita fuit resolutum coràm Chisaneñ. in vna Zamoreñ. Canonicatus, & praebendae.* Quod habens talem gratiam potest capere non solum duo beneficia, in quibus dicta pluralis locutio verificatur secũdum *Bald. d. consf.342. lib.5.* sed tot beneficia, quae complerent taxam in gratia expressam, quam secundum valorem, non secundum numerum metitus est Papa: Et hoc per dictum *Innoc. in cap. cum dilectus. de iurepatr. & Archid. in cap. quamuis. de praebend. in 6. & Compostell. in cap. capitulum. de rescript.*

Fundamentum decisionis fuit, quia licet pluralis locutio requirat ad minus numerum duorum, non tamen semper est eo numero contenta, sed secundum subiectam materiam est intelligenda prout in isto casu, ex taxa valoris colligitur mens Papae, quae enumerando vnum, duo, tria, quatuor, & plura, ostendit nolle terminare gratiam numero beneficiorum, sed valore 300. ducatorum.

Et quod ita aliàs contrà Bald. fuerat resolutum teste *Simonett. de reseruat. quaest.66. incip. In reseruatione. vbi num.8.* dicitur, quod stylus ita dictam gratiam interpretatur, & Rota suis temporibus ita semper obseruauit.

Barbatia.

SVMMARIVM.

1 *circa Ecclesiae immunitatem à gabellis, tributis, & oneribus.*

§. 1. BARBAT. *consf.1. lib.3.* Magnus scripsit. & CEPOLL. *inter consil. Felin. consil.46. in quarto dubio.*

Reprobantur à Rota. Vide Part.5. *ad cap: Tributum. 23. quaest.8. à num. 10. vers. Rota coràm Pegna. vsque ad num.14.*

Bartolus.

SVMMARIVM.

1 *Milliariorum numerus inter loca, si vulgi, opinione, & fama certus sit, illi standum est, nisi probetur contraria fama, & vulgi opinio.*

2 *in Subhastatione praesentia pecuniae est de consilio, non de necessitate.*

3 *Ciuis quando litigat cum Ciuitate tenetur ad collectam impositam pro sumptibus litis, non autem quando beneficiatus litigat cum alijs beneficiatis.*

4 *Testis facit semiplenam probationem, quando res probaretur per duos testes, qualis est probatio confessionis, qui tamen testis debet esse omni exceptione maior, qualis non est, qui detegit confessionem Sacramentalem, maximè quando non applicarentur limitationes pro eius excusatione.*

5 *in Conductore sub certa annua praestatione habet locum. l. fin. cum dubitabatur. C. de iure emphyt. ad effectum nullitatis contractus irrequisito domino directè, non autem respectu poenae priuationis.*

6 *Emphyteusis finita per generationem finitam descendentes debent inuestiri. Et quid in materia feudali.*

7 *Testes, vt probent temporis cõtinuationem qualiter deponere debent.*

8 *Filij positi in conditione censentur vocati stante grauamine.*

9 *Ciuitas ex mutuo obligatur, si probetur versio.*

10 *Notario, cui commissum est examen testium, censetur etiam commissa receptio iuramenti.*

11 *in Legato annuo si fructus non sufficiant, non cogitur haeres ad alienandã bona.*

12 *Obligatione principali annullata, remanet etiam nulla obligatio accessoria, & qualiter hoc intelligatur.*

13 *Statuta, & consuetudines quando ligent forenses in contractibus, & vltimis voluntatibus.*

14 *Forenses ligantur statuto loci, ad quem est destinata solutio.*

15 *Statutum loci circa solutionem attenditur, vbi petitur.*

16 *Statutum, vel consuetudo, quod testamentum fiat cum duobus, vel tribus testibus, est fauorabilis.*

17 *Statutum valet diminuens numerum testium.*

18 *Forenses tenentur seruare solemnitates loci conditi statuti.*

19 *si*

19 *si Statutum loquatur in personam, si defunctus erat forensis, statutum non ligat, sin autem subditus statuto, secus.*

20 *Publicatio quando non fit de iure communi, tunc non veniunt bona sita extrà territorium.*

21 *de Teste deponente circa ætatem.*

22 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur.*

23 *Testes de fama deponentes quando eam probent.*

24 *Locus loci examinis testium exprimi debet, & etiam sufficit, quod ex circumstantijs concipi possit.*

25 *ex Actu facto cum alio, quando quis vult eum obligare, debet esse cautus de versione.*

26 *Sententiæ executionem quando possit impedire legitimus contradictor, si veniat post latam sententiam.*

27 *Socius potest rem communem pro indiuiso etiam inuito socio locare.*

28 *Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus industriales ante motam litem perceptos, quatenus est factus locupletior.*

29 *Institutiones plures quando sunt, quæ non possunt simul concurrere, tunc dicuntur institutiones, & substitutiones.*

31 *Sententiæ, & censuræ sunt indiuiduæ quando continent vnum capitulum, & vnam summam tantum, non obstante quod fructus, & pecunia sit diuidua.*

32 *Testator, quando dicit substituo Titium, & eius filios, & hæredes, qualiter ista substitutio intelligatur.*

33 *Verba enunciatiua prolata ab eo, qui potest adire hæreditatem, an inducant aditionem, seu probationem voluntatis.*

34 *Testatoris voluntas interpretatur iuxtà statutum.*

36 *Fideiussor an aliquid pro fideiussione possit percipere.*

37 *Emphyteuta an possit expelli, si dominus recipiat pensionem elapso termino pro tempore non solum decurso, sed etiam pro futuro.*

39 *Procurator quando possit prosequi appellationem, vt secunda sententia non dicatur nulla.*

40 *Locator operarum, post finitam locationem, si remansit in seruitio, potest agere actione negotiorum, & qualiter hoc procedat.*

41 *Scientia quando idem operetur quod denunciatio, & quando secus.*

42 *Legatum quando cognoscatur factum esse gratia oneris, vel gratia ipsius legati.*

43 *Pater potest filiorum tutelam matri adimere.*

44 *Substitutio pupillaris facta in testamento minus solemni, quando sustineatur.*

45 *Sententia lata antequam Iudici constet de executione citationis est nulla.*

46 *Onus soluendi æs alienum relictum per defunctum pertinet ad vsufructuarium, & non ad hæredem.*

47 *Pater quod expendit pro filio studente, vel pro assecutione beneficij censetur donatum, vt non computetur in legitimam.*

48 *Populus iurisdictione carens non potest condere statuta pœnalia decisoria.*

49 *Verba quando inducant dispositionem, & quando non.*

50 *Testator an possit in testamento indicere vsuras.*

51 *Tutor dicitur possidere, quando pupillus est minor infante, & eo decedente possessio non dicitur vacua.*

52 *Pater quando stipulatur dotem filiæ reddi, tunc filia transmittit dotem ad filios tamquàm hæredes.*

53 *Filij fratrum nullis existentibus patruis succedunt patruo defuncto in stirpes.*

54 *Procurator non habet mandatum cum libera, si est constitutus cum clausula rati, &c.*

55 *Sententia est nulla, si Iudex de meritis causæ ex angustia temporis non potuit esse instructus.*

56 *Directè quod non licet, quando per consequentiam liceat.*

58 *Pauper an aliquis sit, inspiciuntur fructus, & non valor bonorum.*

59 *Testamentum, ad hoc, vt valeat, inspiciendus est locus conditi testamenti.*

60 *de Teste qui deponit per verbum, videtur.*

61 *in Alternatiuis quando electio sit creditoris, vel debitoris.*

62 *ad Fideicommissi remissionem, non sufficit generalis renunciatio.*

63 *Reus an dicatur in mora partem debitum non soluendo creditori plus debito petenti.*

64 *Actus factus, qui communiter æstimatur licitus, licet in veritate non sit, non per hoc dicitur illicitus, & qualiter intelligatur.*

65 *Pater in testamento centum relinquens filiæ licet non dixerit pro dote, tamen quando intelligatur pro dote relictum.*

66 *Collectam an possint imponere Laici omnibus prædijs eorum Territorij, itaut agri, qui posteà ad Ecclesiam peruenerint obnoxij sint collectis imponendis.*

67 *Solemnitas extrinseca, quando præsumatur.*

68 *Fructuum acquisitio quando impediatur ex errore iuris, & quando non.*

69 *Conductor qui tenetur de casu fortuito, intelligitur de solito non de insolito, & inconsueto.*

70 *Ratio semel reddita, an amplius reddi debeat.*

71 *Vsufructuarius omnium bonorum licet iuxtà communem opinionem possit capere vsumfructum omnium legatorum, hæc tamen non procedit stantibus coniecturis in contrarium.*

72 *Præscriptio statutaria an currat in actionibus personalibus sine bona fide.*

73 *Minor dotem recipiens an possit se obligare ad restituendum sine decreto Iudicis.*

74 *de Nullitate quando post rem iudicatam amplius dici non possit.*

75 *Fructus bonorum paraphernalium licet maritus possit conuertere in communes vsus, non inde sequitur, quod isti fructus ei debeantur propter onera matrimonij.*

77 *Decretum Iudicis an possit pro parte valere, & pro parte non.*

78 *Replicatio an sit eiusdem naturæ, qualis est actio.*

79 *à Legitima omne onus detrahitur.*

80 *Successor singularis quando possit agere de euictione.*

81 *Instrumentum vt sit authenticum positum in libro instrumentorum sufficit subscriptio posita in fine vltimi instrumenti, dummodo ad omnia instrumenta possit referri.*

83 *Legitimæ supplementi petitio præscribitur spatio triginta annorum.*

84 *Debitor sub pœna, an teneatur facere consignationem in loco destinato solutioni, si ibi non adest certus procurator ad recipiendum.*

85 *Debitor quando liberetur per depositum.*

85 *Confideiussori competit exceptio cedendarum quando se obligauit respectu mutui periculi.*

87 Actio-

87 *Actiones in rem scriptæ transeunt in singularem successorem, qualis est actio cap. reintegrandæ. 3. q. 1.*
88 *Expensæ necessariæ non deducuntur ex mercede conuenta, si ad illam fuerit quis condemnatus, quia contractum non adimpleuit.*
90 *Iurisdictio censetur concessa cumulatiuè, non priuatiuè, quoad Iudices Ordinarios; sed hoc fallit ratione personæ, in quam exerceri debet.*
91 Donatio inofficiosa qualiter reuocetur.
92 *Filia dotata à patre non succedit, vel an aliquid dicere possit contrà testamentum.*
94 *Tutoris, vel curatoris datio, an valeat si non fiat mentio tutoris testamentarij.*
95 *Bona emphyteutica non hæreditaria non comprehenduntur sub generali dispositione bonorum.*
97 *Testibus an sit adhibenda fides, quando sunt mortui.*
98 *circa Filiorum naturalium successionem.*
99 *Arbitri electi assertioni, cum clausula, sine scriptis est credendum.*
100 *Feudum concessum pro se, & filijs masculis, & fæminis intelligitur ordine successiuo.*
101 Simulatio sine causa non admittitur.

§. 1. BART. *in Tract. de testib. num. 55.* vbi ait, si vulgi opinione, & fama inter loca certus milliariorum numerus nuncupatur, illi standum esse, non si probetur contrarium, & postea subdit, est autem ei, qui illud postulat mensurari suis expensis mosgerendus.

Declaratur à Rota, cum dicit, nisi contrarium probetur, quod ipse non intelligit, nisi contrarium probetur per mensurationem, aliàs enim eius dictum implicaret contradictionem, postquàm vult vt stetur vulgi opinioni, & famæ, ideò illud est intelligendum quando contraria vulgi opinio, & fama probaretur, cum soleat plerumque euenire, vt per testes probentur famæ contrariæ: & quod subdit morem gerendum ei, qui vult suis expensis mensurare, intelligendum est, quando non constat, quænam sit vulgi opinio, & fama, cui est standū, vt bene explicat *Abb. in cap. nonnulli. testans de communi. nu. 6. de rescript.* dicens, si non apparet quomodo vulgus accipiat dietas, tunc in defectum vulgarium recurrendum est ad legales, Et ita dixit Rota *in vna Balneoregien. bonorum 14. Iunij 1600. coràm Seraphino.* vbi etiam fuit dictum, hanc opinionem esse amplectendam, quia aliàs daretur occasio multarū litium, si recederetur à communi opinione distantiæ locorum recurrendo ad mensurationem, quæ decisio fuit postea confirmata *sub die 10. Decembris 1603. coràm eodem Seraphino. Quod fuerat antea in eadem causa decisum sub die 10. Aprilis 1595. coràm Iusto.*

§. 2. BART. *in l. à Diuo Pio. 15. §. sed si emptor. nu. 1. vers. quartò ibi. ff. de re iud.* dum vult in subhastatione præsentiam pecuniæ esse de consilio non de necessitate.

Reprobatur à Rota, de quo vide *in Part. 2. in verb. Subhastatio. §. 1. Rota sæpius firmauit subhastationem. num. 3. & 4.*

§. 3. BART. *in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de legat. 1.* & clarius *Bald. ibid. num. 2.* Cum dicunt, quod si vnus ciuis litigat cum Ciuitate tenetur ad collectam impositam pro sumptibus litis.

Declaratur à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 162. Apud me. num. 8.* Quod præfata doctrina procedat in Ciuitate, quæ Collegium facit. *l. quod maior. ff. ad municip.* quia Consilium Ciuitatis totam Ciuitatem repræsentat. *Glos. in Rubr. C. quæ sit long. consuet.* cum alijs ibi allegatis.

Secus verò in Beneficiatis, qui non faciunt Collegium, vnde si vnus Beneficiatus litigat cum alijs Beneficiatis non tenetur contribuere ad expensas litis, vt in specie notat *Bald. per illum text. in l. Imperatores. de tutel. & ration. distrah. & Alber. ibid. nu. 2.* colligit, quod si rusticus litigat cum con muni, & collecta imponatur pro expensis litis, ipse nō teneatur contribuere. Non obstante quod à maiori parte beneficiatorum hoc fuerit constitutum, vt ibidem dicitur, Et additur quod non fuerat ex causa necessaria, sed voluntaria, & iniusta, prout litis euentus ibi declarauerat. Quod non solum non debebat contribuere, sed vlterius eius portio desumpta ex communi ærario debebat ei restitui.

§. 4. BART. *in l. admonendi. 31. nu. 36. ff. de iureiur.*
1 † vbi dicit, quod in casibus in quibus sufficiunt duo testes, tunc per vnum testem fit semiplena probatio quando talis testis est omni exceptione maior, secus si talis testis esset talis conditionis, propter quàm eius fides in aliquo vacillaret. Quàm conclusionem etiam tenent alij Doct. *vt Aret. in cap. cum causam. in fin. de probat. Alex. cons. 152. Viso processu. in fin. lib. 5.* qui loquuntur in materia confessionis, quod probetur per duos testes.

Approbatur à Rota *coràm Cotta in Florentina legitimitatis. Luna 15. Ianuarij 1571. incip. An dictus testis. Est decis. 303. in eius lib. in manuscript.* vbi hoc fuit dictum in materia cōfessionis circa materiam sponsaliorum, cui testi posteà non fuit adhibita fides, vt habetur *in eadem causa coràm eodem Cotta sub die Ven. 16. Martij 1571. incip. An testis.*
2 *Est decis. 310. in eod. lib.* † qui erat Sacerdos, & Confessarius, ex quo propalauit id, quod sibi fuerat dictum in confessione Sacramentali. *c. omnis vtriusq. §. caueat. de pænit. vbi Abb. & alij.* Cum non applicarentur limitationes, quæ allegabantur.
3 Et † primò illa, quod potuit reuelare, cum id, quod sibi dictum fuerat, fuerat dictum per modum consilij, non confessionis. Quia verba testis in confessionem, non in consilium sonabant, videlicet, *Essendo vennto al detto atto della confessione, nel discorso di quella, disse &c.*

Præterea, quod communicatum fuerat Sacerdoti
4 illi peccatum etiam concernebat, † quia confitens narrando copulam detegebat matrimonium clandestinum, propter quod imponitur pænitentia. *Abb. in cap. cum inhibitio. nu. 5. de clandest. desponsat.* Ideò non debebat propalare, nam quoties materia sapit peccatum ex reuelatione peccatum detegitur, prout in isto casu, confessor ratione clandestinitatis nō debet reuelare, & quod facit doctr. *Abb. in d. §. caueat.*

§. 5. BART. *in l. 1. Ait prætor. §. quod autem. ela. num. 1. vers. Quidam est superficiarius, qui conduxit. de superfic.* vbi putat dispositionem *l. fin. C. de iur. emphyt.* procedere etiam in conductore sub certa annua præstatione, vt ita demum possit vendere, vel alienare sicut emphyteuta potest.

Approbatur cum declaratione à *Rota coràm Cardin. Seraph. decis. 288. Quia causa. num. 7. vers. Et primò Bart.* cum de hac doctr. Bart. actum esset *coràm eod. Seraphin. decis. 286. Quia ex duobus. sub num. 3. vers.*

verſ. tertiò hac fuit. & nu.21. verſ. tertiò non obſtat.

Declarata autē fuit præfata doctr. *in d. deciſ. 288. num. 7. 8. 9. & 10.* vt procedat non reſpectu pœnæ, & caducitatis, ſed reſpectu validitatis contractus, vt requiratur conſenſus directi domini, cum iſta ſimul poſſint ſtare, quod quis ſit prohibitus alienare, & tamen quod alienando non cadat à iure ſuo. *l. cum pater. §. libertis. de legat. 2.* diuerſæ enim ſunt pœnæ nullitas contractus, & iuris ſui priuatio.

Quod etiam fuit replicatum poſt hanc *deciſ. Seraphin. à Rota coràm Decano* Coccino. *deciſ. 75. Ioannes Gomez. num. 2. & 3.*

§. 6. BART. doctrina *in l. ait prætor. 1. §. permittitur.*
1 *ff. de aqua quotid. & æſtiu.* † quod emphyteoſi finita per generationem finitam deſcendentes debent inueſtiri.

Approbatur à Rota, quæ magis communiter dicit eſſe receptam *in Lucana emphyteoſis de Arnolphinis. Ven. 6. Iunij 1567. coràm Oradino. eſt deciſ. 145. lib. 2. in manuſcript. poſt Clar. recept. ſentent. in §. emphyteoſis. quæſt. 43. verſ. ſed hic occurrit.* Quæ concluſio procedit non ſolum in agnatis deſcendentibus, ſed etiam in agnatis tranſuerſalibus, & de communi teſtatur *Dec. conſ. 131. col. fin. Clar. d. q. 43.*
2 *verſ. & hæc quidem concluſio.* † Quæ concluſiones ſecundum Dominos locū etiam habetur in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & eſt communis opinio, *vt per d. Clar. in d. quæſt. 43. verſ. ſed quæro.* Et vlterius dicta concluſio procedit etiam quando res nō eſt integra, vt quia facta ſit renouatio in extraneos, vt tenent *Alex. in l. ſi mihi, & Titio. num. 20. de verb. oblig. Curt. Sen. conſ. 47. num. 10. Pariſ. conſ. 28. nu. 4. lib. 1. Gozad. conſ. 86. num. 24. licet alij contrarium teneant.* Et quod placuit Dominis diſtinctio *Curt. Sen. in d. conſ. 47. & Gozad. in d. conſ. 86. nu. 24. verſ.*
3 *non obſtat quod illa opinio.* † quod aut agnati fuerunt negligentes, & renouatio fuit facta extraneo, & valeat; aut non fuerunt negligentes, & non obſtante renouatione extranei debeat fieri renouatio agnatis.

Et hæc diſtinctio fuit etiam approbata à Rota *in Ceruicñ. bonorum. 4. Iulij 1590. coràm Orano poſt allegat. deciſ. coràm Oradino.*

Approbata etiam fuit doctrina Bart. vti communiter recepta à Rota *in Bononieñ. de Bologninis. Ven. 10. Decembris 1568. coràm Card. Seraphino poſt deciſionem ſuprapoſitam coràm Oradino.*

Approbata fuit dicta doctrina Bart. vti vera, & communis à Rota *in Brixieñ. feudi. Lunæ 16. Maij 1583. coràm Bubalo.* vbi quod idem Rota voluit *in vna Bononieñ. bonorum. Vener. 10. Decembris 1582. coràm Robuſterio. & in alia Cernieñ. bonorum. Merc. 23. Martij 1583. coràm Card. Seraphino.* vbi multæ conſiderantur limitationes ad d. doctrinam Bart.

Declaratur iſta Doctr. Bart. in materia feudali à Rota *in Cluſina Poſtæ. Vener. 20. Martij 1615. coràm* R. P. D. *Pirouano, eſt deciſ. 664. part. 2. in Recent. incip. Sequendo ordinem.*

Vbi *num. 8.* dicitur, hanc Bart. doctrinam in ma-
4 teria † feudali non ita indiſtinctè procedere. Cum multi tenuerint eam non eſſe veram, nec practicabilem, prout reſpondet *Roman. conſ. 70. num. 3. verſ. non obſtant. dicens veram non eſſe. Andr. Gayl. pract. Obſeruat. lib. 2. Obſeru. 148. num. 3. verſ. ſed verior.*
5 Poſt alios affirmans veriorem opinionem, † quod Dominus non teneatur conſanguineos præferre extraneis, & ita in practica obſeruari, niſi aliter de conſuetudine ſit receptum. & *Clar. in §. feudum. q. 87.* teſtatur, contrarium numquàm vidiſſe in feudis obſeruari, & quod durum eſſet obtinere, & illum ſequitur *Menoch. conſ. 400. num. 31. verſ. reſpondetur primò. Roſenthal de feud. tom. 1. cap. 7. concluſ. 24. num. 21. & Piſtor. in lib. 2. quæſt. 44. num. 10.* dicunt aduerſari ex diametro omnibus iuris feudalis ratio-
6 nibus, † cum conceſſiones ita factæ intelligantur, vt feudo finito id ad dominum libere redeat. *cap. 1. ſi de feud. defunct. cap. 1. de ſucceſ. fratr.* Neque vaſſalus aliquod de feudo ſtatuere poſſit, quo ſe defuncto ipſum dominum obliget. *cap. 1. §. etſi clientulus. de alien. feud. cap. 1. §. è contrario. de inueſt. de re alien. fact.*

Vltrà quod in ſupremo Principe, prout eſt Papa,
7 Imperator, † dict. Bart. non videntur procedere, vt affirmant *Pariſ. conſ. 23. nu. 250. lib. 1. Gabr. de iure emphyteot. concluſ. 1. nu. 22. Roſenth. de feud. d. cap. 7. quæſt. 24. num. 20.*

Quod etiam probatur ex eiſdem Bart. propoſitionibus, dum ad repellendam iniuriam denegatæ
8 renouationis ſubdit, poſſe † appellari de iure Canonico ad Superiorem, vt cogat, quod fiat refirmatio, quod non conuenit Papæ non habenti Superiorem. *Bart. in l. omnes populi. num. 53. verſ. præterea ſpeciale. ff. de iuſt. & iur. Bald. in proœm. ff. num. 23. cum alijs per Pariſ. conſ. 118. num. 1. vol. 1.* vbi latiſ-
9 ſimè firmant hanc concluſionem. † Quod indubitabile etiam redditur, quando mouentur ſupremi Principes ex iuſta cauſa, nempè, ob benemerita, vt conſiderant ſuprà relati *Pariſ. & Gabr.* quæ concurrebant in familia de Cornea, de qua in hac deciſione agebatur.

Declaratur Secundò, *& ſic euitatur doctr. Bart. vt*
10 *in eadem deciſ. num. 10.* cum non verſamur in conceſſione facta de aliqua re particulari, quo caſu procedit dicta doctr. Bart. ſed in fructu, & emolumento ſuccedente ex qualitate vniuerſalitatis feudi, *ex Schrader de feud. part. 3. cap. 4. num. 41. & 42.* cuius alienatio non poteſt impediri, ſtante natura vniuerſalis conceſſionis, vt transferatur omne ius concedentis, etiam ſi illud particulariter cedi, vel alienari non poſſit.

§. 7. BART. *in l. Celſus. num. 24. de vſucap.* vbi vult, quod vt teſtes probent continuationem temporis in poſſeſſione, requiratur copula, &, ante dictionem citrà, putà ſi diceret quod poſſedit per decem annos, & citrà.

Approbatur communiter à Rota in multis cauſis, & ſignanter *in Hiſpaleñ. decimarum. Lunæ 6. Iunij 1580. coràm Card. Seraphino. & in Paceñ. decimarū. Vener. 16. Decembris 1594. coràm eod. & in Burgeñ. decimarum de Tardaios. Lunæ 10. Martij 1597. coràm Orano. & in Zamorcñ. dimidiæ annatæ. Merc. 5. Martij 1586. coràm Gypſio. & in Burgeñ. Iuriſpatr. de Cardegna. Ven. 18. Aprilis 1597. coràm eodem. & in Farfeñ. territorij. Vener. 2. Aprilis 1593. coràm eod. & in Hiſpaleñ. iuris votandi. Vener. 27. Maij 1593. coràm eod. in Hortana locationis. Vener. 14. Aprilis 1606. num. 5. coràm Cardin. Marquemontio. eſt in Recent. deciſ. 170. part. 2. & in Oxomeñ. beneficij. Lunæ 24. Octobris 1611. coràm nunc Card. Sacrato. num. 4. eſt deciſ. 361. part. 2. in Recent.*

Sufficit autem quod cum dictione citra adſit dictio

ctio semper, quæ etiam significat temporis continuationem Rota *in Toletana iuris nominandi. Mercur. 10. Decembris 1586. coràm Orano, & in d. Parfen. territory. Mercur. 7. Aprilis 1593. coràm Gypsio.*

Et licet testis non deponat cum dicta copula, &, sufficit quod appareat eum sentire de tempore continuato, vt si subdat, quod numquàm viderit obseruari contrarium, & quod imò si fuisset aliquod in contrarium actum, illud vidisset, & sciuisset, Rota *in Toletana Primatiarum. Mercur. 1. Iulij 1587. coràm eodem Seraphino.* Idem habetur *in Caualliceń. feudi. Lunæ 17. Decemb. 1612. coràm Pirouano. in fin. n. 12. est in Recent. decis. 445. part. 1. & 702. nu. 4. incip. Receptum est.*

§. 8. BART. *in l. Centurio. de vulg. & pupill.* cum dicit, quod filij in conditione positi censeantur vocati stante grauamine.

Reprobatur communiter, & in specie à Rota *in Bononień. de Felicinis. Lunæ 18. Februarij 1591. coràm Card. Seraphino.* secus concurrentibus coniecturis, tunc enim vera est Bart. doctrina, & vt dicit *Pur. decis. 215. Nicolaus de Passijs. lib. 3.* quæuis coniectura leuis facit quod opinio Bart. sit vera.

§. 9. BART. *in l. ciuitas. 27. nu. 8. ff. si cert. pet.* quod ciuitas ex mutuo obligatur si probetur versio in eius vtilitatem.

Rota *in Romana Census scutorum octodecim millium. Vener. 11. Martij 1611. coràm Sanctiss. Ludouisio. est in impress. decis. 511.* Declarat præfatam doctrinam habere locum in mutuo, in quo loquitur, speciale enim est, vt requiratur probatio versionis. *Innocent. & alij in cap. 1. de deposit. Bald. in Authent. hoc ius porrectum. nu. 22. & ibi Castr. nu. 5. C. de Sacrosanct. Eccles. Idem Castr. cons. 337. circa princip. lib. 1. Ias. in d. l. ciuitas. nu. 15. Purpur. cons. 433. sub num. 14. vers. secundò quia.* Secus in venditione, in qua emptor soluens creditoribus emptoris non debet esse sollicitus, an adsint alij anteriores, vel si soluat ipsi venditori non debet curare an ex ijs satisfactum sit creditoribus, *vt ibid.* dicitur *num. 10.* & subditur *num. 11.* quoniam secundum magis communem opinionem, neque emptor rei Ecclesiæ debet esse sollicitus de dicta versione, *vt per Dec. cons. 36. num. 8. vers. tertiò principaliter. latè Surd. decis. 156. num. 9.*

Vltrà quod Bart. loquitur ad effectum obligandi alium ex solutione alij facta, & ad actionem acquirendam ex ipsa solutione. Secus verò vbi agitur de liberatione consequenda à venditore cui soluitur, cum facilius inducatur liberatio, quàm obligatio. *l. Arrianus. ff. de action. & oblig. cap. ex literis de probat.*

Accedit quod Bart. loquitur, quando quis accipit solutionem nomine tertij, prout in his terminis loquitur *d. l. ciuitas. Bald. ibi in Summario. & in primo notabili. Angel. in repet. in 3. nota Butigel. nu. 2.* vnde soluens si videt non habere sufficiens mandatum, debet esse cautus, vt in vtilitatem, seu causam Domini conuertat solutionem, *vt dicit Bart. in l. 1. §. non autem. in fin. ff. de exercit.*

Eodem modo respondetur *ad Bart. in l. doli mali. num. 7. ff. de nouat.* loquitur enim expresse quando quis ex actu facto cum aliquo vult alium obligare, & ita respondet *L. 3. §. penult. ff. de in rem vers. post gloss. fin. in d. l. doli mali. & idem dicit ibi Bald. in fin.*

§. 10. BART. *in l. cui iurisdictio. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & IAS.* qui eum sequitur *ibid. in 4. limit.* vbi dicit quod commissa causa nõ censetur commissum iuramentum, quod est maius expresso, & quod regula illius legis non procedit, nisi præambulum esset maius.

Reprobatur à Rota, *vt per Mohed. decis. 4. Inter Dominos. num. 3. de testib.* Quia per commissionem examinis testium, videtur etiam commissa receptio iuramenti tamquàm præambulum *per d. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & ibi Alex. & per Ant. in cap. constitutus in 4. notab. de appellat.* quem referendo sequitur *Felin. in cap. 2. de testib. col. 3.*

§. 11. BART. *in l. cum alimenta. penult. ff. de alim. & cib. leg.* vbi dicit, quod in legato annuo alimentorum si fructus non sufficiunt, non possit cogi hæres ad alienanda bona. Secundum quam opinionem ita se Arimini vna cum Baldo fratre consuluisse dicit *Angel. in l. 1. nu. 5. C. de legat.*

Declaratur à Rota *in Romana annui legati. Vener. 4. Iulij 1614. coràm Buratto. incip. Prætendente. n. 3. & 4. Est in Recent. part. 2. decis. 583.* vbi dicitur, quod dato quod ista opinio esset vera, quàm impugnat *Pic. in l. Titia. §. Titia. num. 157. ff. de legat. 2.* Quia non minor, sed maior videtur ratio vendendi bona in annuo legato alimentorum, quàm in alijs, in quibus tamen possunt distrahi bona, *iuxtà l. fin. §. sin autem legata. C. de bon. quæ liber. Natt. consil. 48. num. 6. vers. præterea illud.*

Quod dicta opinio Bart. procedit in legato annuo alimentorum simplici, & indeterminato, quod liquidatione eget. Tunc enim ex coniectura testatoris mente secundum quantitatem redditum restringitur. Secus verò quando ipse testator taxauit certam annuam summam relinquendo, quia in claris non est opus coniecturis. *ad text. in d. l. fin. §. sin autem legata. C. de bon. quæ liber. Bertrand. cons. 268. vol. 2. part. 1.*

§. 12. BART. *in l. cum lex. 47. ff. de fideiussor.* Vbi dicit, quod annullata principali obligatione, remaneat etiam nulla obligatio accessoria.

Declaratur à Rota *coràm Iusto in causa Tudertina census. 16. Maij 1600. quæ est decis. 138. inter impress. apud Cenc. de censib. incip. Dubitaui an mandatum.* Quod annullato contractu principali annulletur obligatio fideiussoris, quando nullitas est propter defectum formæ, quia facit contractum ab initio non valere, tunc enim non habet vbi consistat obligatio accessoria.

☞ Vide *suprà Part. I. circa hanc materiam ad decis. Ludouis. in Bononień. pecuniaria. 6. Iunij 1607. & ibi Addent. in litera B. &*

☞ Vide etiam fusius *in nostr. Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Fideiussor. per plures Obseruat.*

§. 13. BART. *in l. cunctos populos. 1. C. de summ.*
1 *Trinit. & fid. cathol. num. 14. & 37.* vbi dicit, † quod in contractu forensium attendi debent forma, & solemnitates Statuti loci vbi contractus celebratur, & non statutum loci vbi sita est res super qua fit contractus.

Approbatur à Rota *coràm Seraphino. decis. 791. incip. Fuit dubitatum an in donatione. nu. 4.* vbi etiam dicitur, quod ea quæ dicuntur *à Bart. ibid. num. 32.*
2 † procedunt in statutis inhabilitantibus personas, non autem in concernentibus solemnitates contra-

 ctuum,

ctuum, prout erat statutum exaduerso allegatum in casu decisionis.

§. 14. BART. *in ead. l. num.13. & 19.* † vbi dicit,
3 forenses ligari Statuto loci ad quem est destinata solutio in his, quæ veniunt extrinsecus ex aliquo accidenti, vt mora, vel negligentia; *Et in d. nu. 19. vers. Ecce alia.* infert ad Statutum de præscriptionibus.

Approbatur à Rota *coràm Rubeo, in vna Bracharen. pecuniaria. Luna 19. Nouemb. 1565. incip. Stante instrumento. est decis. 394. in eius lib. in manuscript.*
4 † vbi dicitur, quod cum hac doctr. Bart. transeunt communiter Doct. vt testatur *Ias. in 1. lect. nu. 19. & in 2. nu. 66. & post Soccin. nu. 121. Purpur. num. 153.* cum pluribus sequentibus dicens doctr. Bart. communiter teneri. Et in casu decisionis solutio erat destinata in Ciuitate Vlixbonen.

Approbatur à Rota *coràm Gypsio in Veneta literarum Cambij. Luna 4. Iunij 1584. incip. Licet in præterita. est decis. 278. in eius lib. 1. in manuscr. select.* vbi dicitur quod ista doctr. Bart. est vera, & communis.

Approbatur etiam à Rota *coràm Bubalo in Romana mercedis. Luna 17. Martij 1578. incip. Dubitaui an statutum. Est decis. 9. in eius lib. in manuscript.*

Et diximus *suprà Part. 1. ad Bubal. dicta decis. 9. fol. 252. col. 1.*

§. 15. BART. *ibid. num. 18. cum dicit, in vers. Se-*
5 *cundò, & tertiò casu.* † Quod attenditur statutum loci vbi petitur, videlicet, quando solutio est collata in pluribus locis alternatiuè, ita quod electio sit actoris, aut in nullum locum, quia fuit facta promissio simpliciter.

Approbatur à Rota *in vna Ianuen. seu Romana pecuniaria. Luna . Iunij 1580. incip. In causa Ianuensi. coràm Card. Lancell. Sen. est decis. 3. de Statut. inter eius selectas.*

Vide *suprà Part. 1. Singul. ad Bubal. decis. 9. post num. 4.* Quæ non reperio.

Et etiam diximus *in nostris Obseruat. vt ibid. ad Bubal. aduertimus post num. 5.*

§. 16. BART. *ibid. num. 23.* † vbi dicit statutum, vel consuetudinem, quod testamentum fiat cum duobus, vel tribus testibus esse fauorabilem tàm ratione personæ testantis, quàm eorum quibus relinquitur, & etiam testium ne à suis negocijs auertantur.

Approbatur à Rota *coràm Card. Pamphilio in vna Senen. spoliorum. Luna 5. Iunij 1595. incip. Fuit re-*
7 *solutum testamentum.* † vbi in fine dicitur propter dictas rationes Bart. quibus etiã additur *Caccialup. in d. l. cunctos populos. nu. 168. C. de summ. Trin. & fid. cathol. Bald. in l. si non speciali. sub num. 5. C. de*
8 *testam.* † talia statuta, & consuetudines comprehendere etiam clericos. *Doct. in cap. Ecclesia S. Mariæ. de constit. Oldrad. cons. 32. Roman. cons. 180. num. 2. Soccin. Iunior. cons. 10. num. 23. lib. 1. Paris. cons. 48. num. 8. lib. 4.*

§. 17. APPROBATVR secundò à Rota *coràm Pamphilio in eadem decis. in princ. quatenus Bart. in n. 22.*
9 *vers. Ego credo quod statutum.* † Quod valeat statutum diminuens numerum testium, post *Cyn. ibid. à Bart. allegat. nu. 23. vers. & ita videtur sentire Cyn. & ibid. Ias. sub nu. 171. cum seq. Caccialup. nu. 161. Felin. in cap. 2. sub num. 9. & Dec. num. 12. de probat. Alex. in l. si non speciali. & ibi Corn. num. 14. C. de testam. Boer. decis. 228. num. 6.*

§. 18. IDEM BART. *ibid. sub nu. 24.* † vbi dicit fo-
10 renses teneri seruare solemnitates loci conditi testamenti, etiam quoad bona existentia extrà territorium statuentium.

Approbatur à Rota *coràm Pamphilio in alleg. decis. Idem etiam tenet Iason. in d. l. cunctos populos. nu. 82. Caccialup. n. 162. Alex. cons. 44. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 95. nu. 4. lib. 2. Paris. cons. 12. num. 46. lib. 3. Gabr. concl. 4. de testam. latè Card. Mantic. lib. 6. de coniect. vlt. vol. tit. 8. nu. 14.* Et quod aliàs ita Rota tenuit *in vna Bononien. de Solimeis coràm Decano Rubeo.* Multæ etiam aliæ rationes, & doctrinæ ibidem congeruntur.

§. 19. BART. *in eadem l. cunctos populos. num. 42.*
11 *vers. mihi videtur.* † vbi dicit, quod si statutum loquatur in personam, si defunctus erat forensis, statutum non ligat, si autem subditus statuto, secus.

Reprobatur communiter à Doct. vt testatur *Rota coràm Card. Blanchetto decis. 295. incip. Fuit in rerum natura. nu. 9. in nouiss. diuers. part. 1.* Licet illa verè non sit decisio, sed discursus D. Ponentis super opinionibus Dominorum; Cum resolutio ponatur posteà *ibid. in decis. 304. incip. Proposui dubium. vbi num. 8.* dicitur quod *Curt. Iun. cons. 5. num. 42. vers. ad secundam.* testatur de communi contrà distinctionem Bart. *Et ibid. num. 3.* dicitur communem esse contrà Bart. iuxtà ea quæ dicta fuerant in discursu *sub alleg. num. 9.*

Et vide *Achill. decis. 2. de constitut. incip. Statutum habilitauerat. qui nu. 6.* intelligit doctr. Bart. respectu bonorum alibi sitorum, vt ibi per eum.

§. 20. BART. *in eadem l. in fin. vers. Aut publicatio*
12 *non fit.* † vbi dicit, quod quando publicatio non fit de iure communi, tunc non veniunt bona alibi sita extrà territorium. Secus si fit de iure communi.

Approbata est communiter ista doctrina, vt testatur *Rota coràm Bubalo in vna Mantuana bonorum. Vener. 27. Nouembris 1579. incip. Domini dixerunt inualiditatem. Est decis. 100. in eius lib. in manuscr.*

Idem etiam tenuerat anteà *Rota coràm Pironano decis. 575. Fuit per Dominos nu. 2. in Recent. part. 1.* vbi dicitur *ex Farinac. in sua prax. quæst. 25. nu. 99.* hanc conclusionem non solum esse communem, sed carere etiam omni prorsus difficultate.

Quod etiam notauimus *infrà Part. 5. in §. Auth. Bona damnatorum. C. de bon. proscript. num. 4.*

§. 21. BART. *in l. de ætate. num. 7. vers. sed iuxtà hoc quæro. ff. de minor.* vbi de probatione ætatis.

Declaratur à Rota *coràm Gregor. XV. decis. 290. Licet fuerit. num. 11. vers. non obstat.* Quod Bart. loquitur ad effectum saluandi testem à cõtrarietate.

§. 22. BART. *in l. de his. de legib.* vbi dicit, quod creditur Doctori attestanti de consuetudine.

Reprobatur à Rota, *vt per Mohed. decis. 2. & 3. de consuetud.* vt notauimus ad *Mohed. in dicta decis. Part. 1. & Part. 2. in verb. Doctor. §. 1. Rota tenet, quod non creditor Doctori.*

§. 23. BART. *in l. de minore. §. plurimum. nu. 22. de quæstion.* circa testes de fama deponentes, quando eam probare dicantur.

Reprobatur à Rota. Vide *suprà Part. 2. Singul. in verb. Fama. §. 2. Rota seruat quod fama publica.*

§. 24. BART. *in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de nou. oper. nunc.*

FELIN. *in c. scripturã. n. 12. de fid. instrum.* vbi dicunt, quod locus loci examinis testiũ exprimi debet.

Decla-

Declarantur à Rota coràm Card. Mantic. decis. 64. num. 1. incip. Fuit resolutum examini. Quod hoc esset verum, quando ex alijs circumstantijs, non posset concipi, sed aliud est, si ex præcedentibus actis, aut alijs circumstantijs intelligi possit. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. 27. ff. de edend. Bald. in cons. 208. nu. 2. lib. 1. incip. Præmissis tribus.

§. 25. BART. in l. doli mali. nu. 7. ff. de nouat. quod quando quis ex actu facto cum aliquo vult illum obligare, quod debet esse cautus de versione.

Vide suprà in §. 9. Bart. in l. ciuitas. 27. nu. 8. ff. si cert. pet.

§. 26. BART. in l. Edicto. fin. C. de edict. D. Adr. toll.
1 num. 21. † Quod legitimus contradictor non potest impedire executionem sententiæ si veniat post latam sententiam.

Declaratur, vel (& melius) Bart. se ipsum declarat, ut dicit Rota in Valentina Canonicatus, & Sacristiæ. Lunæ 15. Iunij 1615. coràm Buratto. incip. Commissa mihi. Est decis. 728. part. 2. in Recent. vbi num. 4. dicitur, quod Bart. optimè seipsum declarat, dicto num. 21. vers. quandoque quis venit post iussum.
2 † Quod scilicet contumax, qui aliàs est legitimus contradictor tunc impediat immissionem, quando comparuit re integra, quod est ante immissionem, vel executionem factam, licet post iussum de immittendo, & ad purgandā cōtumaciam fuerit admissus.

Et quod ita communiter intelligunt, & sequuntur Alex. ibid. n. 23. vers. Secundus quando. Iacobin. n. 45. Curt. Iun. num. 75. vers. tertia conclusio. & Zucard. num. 408. & quod trad. etiam Personal. in tract. de adipisc. possess. num. 75. & 76.

Et secundum hanc doctr. Bart. ita communiter receptam, & intellectam, quod Rota dixit ita procedere, & esse intelligendas doctrinas, & decisiones quæ in contrarium erant adductæ. nimirum in Elneñ. beneficij, sub diebus 13. Nouembris, & 16. Decembris 1602. coràm Pegna, in cuius lib. 5. in manuscript. solum inuenio decis. in d. causa sub die Mercur. 15. Nouembris 1602. est decis. 189. incip. De vacante. d. lib. 5. vbi in §. Rursus non obstabat; dicitur quod productio tituli prouisionis beneficij post sententiam nun impedit executionem, ex d. doctr. Bart. in l. fin. num. 21. C. de edict. D. Adr. toll. & allegatur ibid. decis. Seraph. in Pientina beneficij. Vener. 18. Aprilis 1578. est decis. 357. part. 1. inter eius impressas.
3 Quod ibidem Confirmatur nu. 5. † ex stylo Rotæ, iuxtà quem verus contumax ad appellandum admittitur post sentētiam intrà decendium à die sentētiæ. Rot. decis. 364. aliàs 16. in fin. de dol. & contum. in nouquam referunt & sequuntur Card. in Clem. 1. nu. 15. propè fin. vers. Curia Romana. eod. tit. Felin. in cap. 1. sub nu. 7. vers. vnum etiam scias. vt lit. non contest. Et Rota in Broianeñ. beneficij. 6. Iunij 1614. coràm eod. Buratto.

§. 27. BART. in l. & hac distinctio. §. fin. nu. 2. ff. locat. quod socius possit rem communem pro indiuiso locare etiam inuito socio.

Declaratur à Rota in Romana Euacuationis. Merc. 2. Decembris 1615. num. 4. & 6. coràm Vbaldo. est decis. 692. part. 1. in Recent. Quod procedat quando vnus ex socijs habentibus rem communem pro indiuiso locari solitam, vt domum, vel fundum, qui commodè diuidi non possit, vult eum locare, & tunc si vtiliter locat, potest etiam consocio inuito locare, vt ibi per Bart. & ibid. Castr. quem in his terminis declarat Soccin. cons. 58. num. 1. lib. 4. & idem Bart. in l. serui electione. 1. ff. de leg. 1. & ibi etiam Soccin. n. 4. & alij. Ias. in l. quo minus. nu. 16. ff. de flum. cum alijs per Surd. cons. 43. num. 8. Menoch. de arbitr. iud. casu 442. num. 2.

Et procedit dicta doctr. quando socius vtiliter, vt dictum est, locat, & iuxta solitum rem communem, aliàs secus. Bald. & Angel. in l. 1. in fin. vbi etiam Dec. nu. 21. C. qui testam. fac. poss. Alex. in l. serui electione. §. Labeo. nu. 3. ff. de legat. 1. Non enim potest vnus ex socijs alterare formam locationis in præiudicium alterius. glos. mag. in fin. in l. Sabinus. ff. commun. diuid. & ibi Florian. num. 7. vers. hæc videtur. Paris. cons. 63. num. 6. & 13. lib. 1. cum alijs per Surd. consil. 387. num. 11. lib. 3.

§. 28. BART. in l. & ex diuerso. nu. 7. de rei vendic. vbi tenet quod possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus industriales ante motam litem perceptos quatenus est factus locupletior, & hanc communem testatur Turpur. & Alciat. relati à Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 3. nu. 6. vers. tertia conclusio. cum alijs relatis à Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 598. & à Modern. Regiens. cons. 46. num. 6. Viu. opin. commun. 622. num. 2.

Reprobatur à Rota in Romana fructuum portarū. Merc. 20. Nouembr. 1585. coràm Gypsio. est decis. 189. in eius lib. 1. quam decisionē posteà secuta est Rota in Salamantina fructuum. Lunæ 9. Martij 1587. coràm eod. Gypsio. vbi, in dicta, videlicet, Romana fructuū, dicitur ex dinumeratione facta Doctorum demptis quibusdam negatiuā opinionē esse magis cōmunem præsertim habito respectu ad ipsorum auctoritatem.

Et quod hæc seruetur in praxi, & in Rota, Vide fusè ex d. decisione in Romana fructuum, in nostr. Obseruat. ex Rota Romana in verb. Fructus. Obseru. circa Restitutionem. §. 6. Fructus industriales ante motam litem. per totum.

Adde Rotam in Anximana spolij. Vener. 3. Decembris 1610. coràm Pirouano. à nu. 1. & seq. est decis. 320. in Recent. p. 2. Ludouis. decis. 74. Fuit conclusum. in princip. Seraphin. decis. 1469. Domini inclinarunt.

§. 29. BART. in l. etsi pepercerit. 3. §. filius. num. 3. de liber. & posthum. vbi vult, quod quando sunt plures institutiones, quæ non possunt simul concurrere, sed vna in defectum alterius, tunc dicuntur diuersa capitula, & diuersi gradus, vt institutio, & substitutio.

Declaratur à Rota in Rauennateñ. hæreditatis. Vener. 4. Iulij 1586. coràm Card. Seraphino. vt procedat in institutionibus puris, non autem in conditionalibus, in istis enim duobus institutis sub contrarijs conditionibus secundò nominatus non dicitur substitutus, sed institutus, vt per Aret. post Fabr. in instit. de vulgar. substit. nu. 4. vbi Vigl. nu. 6. testatur de communi, & habetur in eadem Rauennateñ. 22. Aprilis 1582. & anteà sub die Mercur. 24. Nouemb. 1582. coràm Decano Rubeo. illa est decis. 696. part. 1. ista est decis. 225. part. 2. in nouiss. diuers. in quibus decisionibus approbatur dicta doctrina Angel. & Fabr. Et in decisione coràm Seraphino eadem conclusio probatur ex Cuiac. ad Afric. tract. 2. in enarratione. l. si mater. §. si filius. de vulgar. substit. vbi voluit, quod defecta conditione is cui defertur hæredicas non dicitur substitutus, sed institutus.

Ex alio etiam capite in dicta decisione non habebat locum doctr. Bart. quia vxori sub conditione viduitatis, & vitæ honestæ institutæ, ea deficiente fuerat instituta mater, quæ pro legitima, à qua lex omnem reijcit conditionem. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam.* concurrit respectu dictæ legitimè vna cum vxore viuo, & eadem tempore.

§. 30. BART. *in l. ex facto. col.3. de vulgar. & pupill.*

Approbatur communiter *Achill. decis.6. Legitimationem. nu.3. in fin. qui fil. sint legit.*

Vt habes remissiuè *infrà in §. Castrens. in l. folct. ff. de iurisdict. omn. iud.*

§. 31. BART. *in l. extrà territorium. fin. nu.3. ff. de iurisdict. omn. iud.* vbi dicit, quod sententia est indiuidua quando continet vnum capitulum tantum, & vnam summam tantum, & tunc non potest pro parte valere, & pro parte non valere.

Approbatur a Rota, & dicitur communiter eius opinio recepta *in vna Hispaleñ. fructuum. Merc. vlt. Ianuarij 1560. coràm Rubeo. Est decis.113. in eius lib. in manuscript. incip. Stante obligatione. & allegatur Modern. in §. si stipulanti. in l. 1. de verb. oblig. & quod ibi Alciat. nu.39.* attestatur de communi.

Et hoc ibi Rota tenuit in materia censurarũ quod sint indiuiduæ, prout etiam sententia est indiuidua, non obstante quod fundamentum esset in annua fructuum præstatione, quia fideiussor tenebatur ad omnium fructuum præstationẽ, & licet principalis perciperet annuos fructus, tamen obligatio fideiussoris erat, vt omnes fructus percipiendos restitueret, non obstante, quod fructus, vel pecunia esset diuidua.

Et vide, quæ de sententia, & censuris quod sint indiuiduæ notauimus *Part. I. ad Put. decis. 323. & in nouis. est 315. incip. Ad instantiam Archiepiscopi Turritani. lib.1.*

§. 32. BART. *in l. Gallus. §. & si parente. nu.6. ff. de liber. & posthum.* quod quando testator dicit, substituo Titium, & eius filios, & hæredes, non requiritur vtrumque copulatiuè, sed debet intelligi filios tantum, vel hæredes tantum.

Reprobatur a Rota cum dicta opinio sit communiter damnata, vt dicitur *in Cerueñ. bonorum. Lunæ 7. Februarij 1583. coràm Card. Seraphino. & allegatur Iaf. in l.2. nu.88. C. de iur. emphyt. Parif. qui de communi conf.48. nu.10. lib.4. Clar. in §. emphyteosis. quæst.37.*

Reprobata cõmuniter dicitur ista opinio à Rota *in Romana mensæ Nummulariæ. Merc.30. Iulij 1614. nu.18. coràm Reuerendiss. D. Decano Coccino. est decis.663. part.1. in Recent. post decis. in d. Cerueñ. coràm Seraphino.* vbi articulus fuit ex professo examinatus, & doctorum sententiæ discussæ, & etiam *num.17.* idem replicatur.

Et propterea est cauendum, vt dicitur *num.18. à Surd. conf.140. nu.22. qui sequitur Bart. in d. l. Gallus. & est decis. in Bononieñ. deuolutionis. 14. Ianuarij 1602. coràm Iusto.* quæ fundatur in dicta opinione Bart. In quibus habetur quod in emphyteosi concessa pro filijs, & hæredibus, veniant fœminæ saltem sub nomine hæredum, & sic disiunctiuè accipiendo filios, vel hæredes, cum tamen stent coniunctiuè ex allegat.

§. 33. BART. *in l. gerit.87. nu.14. §. circa secundum. ibi, aut illa verba proferuntur. ff. de acquir. hæred.*
1 cum dicit, quod † verba enunciatiua prolata ab eo, qui potest adire hæreditatem, quod inducunt aditionem, seu probationem voluntatis adeuntis *per d. l. gerit. Et Bart. sequitur Matthesil. singul.34. incip. Nota, quod siue in instrumento.*

Declarantur à Rota *in Bremeñ. Præpositurae. Ven. 4. Iulij 1614. coràm Decano Coccino. incip. De mandato S. D. N. nu.4. est in Recent. decis.580. part.2.*

2 Quod dicta conclusio procedat, quando † verba enunciatiua de præsenti sunt prolata principaliter propter se, quando, scilicet, nõ terminantur ad aliud, nec respiciunt alium finem nisi sese, & quod tunc talia verba disponunt, si talis est actus, qui possit tunc geri sola voluntate; vt si hæres tamquam talis constituit procuratorẽ, vt in exemplis *Bart. & Matthesil.*

3 † Secus verò quando verba fuerunt prolata vltrà principale propositum, & sunt de præterito, tunc nullo pacto important dispositionem, prout elegantissimè declarat *Bald. conf.263. incip. Verba instrumenti. nu.3. lib.1. Parif. conf.127. in fin. lib.1. Afflict. decis.83. nu.2. & per tot. Aym. conf.511. nu.15. & conf.832. n.2. & 3. vers. quartò monendi sumus. Bero. conf.170. in princip. lib.2.*

Erat autem casus præsentis decisionis, vt ibi dicitur *nu.3.* quod Gregorius XIII. confirmauerat quoddam statutum Ecclesiæ Bremeñ. cuius statuti vigore prætendebatur per Capitulum Præposituram conferre Canonico. Contrà verò fuit à Rota resolutum
4 non obstante dicto statuto, † quia illud principaliter disponebat super administratione bonorum Præpositurae, & quod Præpositus, sicut cæteri Canonici posset optare bona ibi expressa, & quod super hoc
5 veniebat principaliter confirmatio Apostolica: † Et licet incidenter, & per parenthesim ibi diceretur, quod ab isto iure optandi hactenus Præpositi erant exclusi, quamquàm ij tenerentur esse Canonici: Tamen quod non propterea sequebantur, quod prædictum statutum disponeret, quod Præpositus deberet esse Canonicus, sed enunciat actum de præterito, quod Præpositi tenebantur esse Canonici, quod non probabatur ex dicta enunciatiua.

6 Et per consequens quod † confirmatio Apostolica nihil operabatur, quia dabat solum robur statuto
7 quoad ius, non quoad factum. Vnde cum † statutum nihil disponeret super eo, quod Præpositus esset Canonicus, vt dictum, confirmatio Apostolica super hoc non proderat. *Bald. conf.181. in princip. lib.1. Roman. conf.12. nu.4. & conf.371. num.3. vers. nec confirmatione.*

§. 34. BART. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* vbi dicit, quod testatoris voluntas interpretatur iuxtà statutum.

Approbatur à Rota *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.464. num.8. incip. Alexander Bischalia.* cum eius doctrina sit communiter recepta.

§. 35. BART. *in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell.*

Approbatur communiter, vt habetur *infrà in §. Statutum Vrb. lib.1. cap.145. excludens fœminas.*

§. 36. BART. *in l. hoc iure. §. 1. C. de donat.*

Declaratur à Rota *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis.76. num.4. Fuit conclusum D. Marium.*

Vide, quæ diximus *infrà Part.5. circa Leges. ad d. l. hoc iure.*

§. 37. BART. *in l. in emphyteoticarijs. num.8. in fin. quæ est l. 2. C. de iur. emphyt.* cum dicit emphyteotam posse expelli si dominus recipiat pensionem

elapso

elapso termino pro tempore non solum decurso, sed etiam pro futuro si fuerit protestatus, se recipere sine præiudicio caducitatis, communis opinio est contrà Bart. vt dicit Rota *in Romana deuolutionis domus. Mercur. 2. Decembris 1592. nu. 2. coràm Card.* Mantica. *est decis. 200. in impress.* vbi quod ita profitetur *Ruin. cons. 110. nu. 4. lib. 1.* & communem attestatur *Gig. de pension. quæst. 73. num. 3. Clar. in §. emphyt. quæst. 10. paulò post princip.* dicens incompatibile esse, quod pensio recipiatur pro tempore decurso post caducitatem, & quod saluum sit ius caducitatis, & consequenter quod quis eodem tempore habeatur pro emphyteota, & pro non emphyteota, & quicquid cantet protestatio, factum præualet verbo. *Bald. cons. 8. num. 2. lib. 1.*

§. 38. BART. *in l. in interdictis. 3. vers. tu die. ff. de interdict.*

Non est tuta doctrina, vt dicitur *in Calaguritana liquidationis de Autol.* Mercur. 4. Maij 1611. *coràm Reuerendiss.* Saeratio.

Vide *suprà Part.* I. *in decis. Licień. redecimæ.* Ven. 14. *Octobris* 1588. *coràm Card. Seraphino. num. 3.*

§. 39. BART. *in l. Innitus.* C. *de procurat.*

Approbatur à Rota *coràm Rubeo in Aqueń. Præpositura. Ven. 6. Aprilis* 1565. *incip. Stante mandato. Est decis. 378. in eius lib. in manuscript.* vbi Rota voluit, sustineri secundam sententiam si in mandato procuræ aderat clausula, ad prosequendum, item quod si non aderat, cessabat adhuc nullitas propter doctr. Bart. & aliorum *in d. l. innitus.* C. *de procurat.* Et non obstare illa verba, ad appellandum, & intimandum, quia erant apposita ad declarandum, vt apparebat ex alijs verbis.

In eadem materia videri potest. *Rot. decis. 9. de procurat. in nou. incip. Si procurator.* quæ etiam in *Addit. ad Bart. in d. l. innitus. in litera A. in verb. prosequi habetur.*

§. 40. BART. *in l. item queritur. 14. §. qui impleto. num. 5. ff. locat. & conduct.* vbi dicit, quod locans operas suas ad certum tempus, si eo tempore finito remanet in seruitio, non per hoc dicitur renouata locatio, & ideò non potest agere actione locati, sed actione negotiorum gestorum.

Declaratur à Rota *coràm Card.* Canal. *decis. 520. nu. 2. incip.* Marchesinus *promisit.* Quod loquatur in eo, qui erat positus ad custodiam fundi pro certo tempore, & certa mercede, & finito tempore permanserat in eadem custodia, & non in illo qui non stetit toto tempore conuento in seruitio, veluti, quia ante tempus conuentum fuit dissolutum negotium, quoniam si posteà inseruiat per aliquod tempus, potest tunc agere non actione negotiorum gestorum, sed actione locati, cum eo casu ei debeatur merces conuenta, & integra, si promisit seruitium certo tempore, etiamsi posteà dissoluatur negotium. *Dec. cons. 108. in princip. incip. Pro tenui facultate.*

§. 41. BART. *in l. Item veniunt. §. petitam. ff. de petit. hæred.* vbi dicit, quod non semper scientia simplex idem operatur quod denunciatio, sed solum quando denunciatio fit ad notificandum tantum, quia tunc sufficit, quod quomodocumque veniat in notitiam, *vt in d. §. petitam.* Sed quando denunciatio fit non solum ad notificandum, sed ad incitandũ vt aliquid fiat, vel ad prohibendum ne quid fiat, & tunc quod non sufficit simplex scientia.

Approbatur à Rota *coràm Cardin. Seraphino decis. 1046. Fuit resolutum nulla. num. 4.*

§. 42. BART. *in l. Lucius Titius. 90. §. à te peto. ff. de legat. 2.* dum distinguit de onere habente determinatam, vel indeterminatam expensam, vt cognoscatur, an legatum sit factum gratia oneris, vel gratia ipsius legati.

Reprobatur cõmuniter à Doctor. *vt ibi per Castr. & Imol. & sequitur* Rota *in* Romana *Censuum vigintimillium. Vener. 24. Februarij* 1612. *coràm* Card. *Ludouisio decis. 544. Marchionissa. nu. 35. Et nu. 34. declaratur ibid. Bart.*

§. 43. BART. *Dyn. & Angel. in l. miles. 11. §. sexaginta. ff. ad l. Iul. de adulter.* quod pater potest filiorum tutelam matri adimere.

Approbantur à Rota *in Bononień. tutelæ. Ven. 13. Februarij 1515. num. 5. coràm Vbaldo. est decis. 668. p. 1. in* Recent. *Reprobata opinione Bald. in cons. 308. incip. Testator in testamento. lib. 2.*

Vide *infrà in §. Bald. in cons. 308. incip. Testator in testamento. nu. 2. lib. 2.*

§. 44. BART. *in l. moribus. 2. num. 18. de vulg. & pupill.* vbi dicit, quod substitutio pupillaris facta in testamento minus solemni valeat, quando alter filius est substitutus, secus si extraneus.

Approbatur à Rota *coràm Card. Seraph. decis. 820. in fin. incip. Illustris Dominus Guido.* in qua affirmatur, quod ista opinio communi ferè omnium Doctorum calculo comprobatur.

§. 45. BART. *in l. multum interest. in fin. ff. de condit.*
1 *& demonstr.* dicens, † quod sententia lata antequam
iudici constet de relatione executionis citationis,
est nulla.

Approbatur pro vera ista sententia à Rota *coràm Cotta in Taurineń. Canonicatus. Luna 15. Februarij 1563. incip. Au sententia. Est decis. 23. in eius lib. in manuscript. vbi in fin.* quod ista doctrina est communiter recepta, vt testatur V*ant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. citat. num. 146.* Sed quod contrà Bart. latissimè *Hippolyt. de* Marsill. *in l. patre, vel marito. num. 46. de quæstion.*

Verum quia vnus ex interesse putantibus allega-
2 bat sufficere † quod Iudex ex aliqua præsumptione,
vel informatione crediderit partem fuisse citatam,
licet de relatione non constaret ante sententiam, *vt*
3 *per Bald. in l. falsus. nu. 22.* C. *de furt.* † Et quod
vnus ex Dominis dicebat, quod etiamsi ex testibus
probaretur scientia iudicis de dicta executione citationis,
tamen esse aduertendum, quod doctrina Bald.
in d. l. falsus. intelligitur, vt sit vera si postmodum
incontinenti sit secuta relatio nuncij, quia tunc valebit
sententia, *vt per Franc. in terminis. in cap. cum
parati. nu. 45. & Gemin. ibid. nu. 37. de appellat. in 6.*

Et causa iterum proposita *sub die Ven.* 10. *Martij 1563. coràm eod. Cotta est decis. 25. in eod. lib. incip. Domini pro maiori parte.*

Vbi fuit tentum *iuxtà doctr. Bald. in d. l. falsus.*
4 *num. 22.* C. *de furt.* † quod valet sententia, quando
iudex ante dictam sententiam habuit aliquod indicium
executionis citationis, licet nõ haberet in actis
plenam probationem, & quod sufficit, si posteà
quandocumque opponitur de nullitate sententiæ ex
defectu citationis, producatur instrumentum executionis,
vel aliàs probetur plenè executio. Et quod
sequuntur Doct. simpliciter, & alijs ab ipso Cotta

notatis in libro suo Obseruationum. addit Felin. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ. col. 10. vers. 10. de constitut. Dec. in cap. quoniam contrà. nu. 29. de probat.

5 Pro qua opinione dicitur, † quod facit, quod in istis vbicumque concurrit aliqua præsumptio cum veritate, vehemens opinio operatur, idem quod plena probatio. *Ias. in l. certa. nu. 5. & 10. ff. si cert. pet. Hippol. singul. 205. & in l. patre, vel marito, num. 42. cum seq. de quæstion.*

Et vlterius, quod probationes sunt arbitrariæ, & non sunt de substantia processus, & defectus proba-
6 tionis non facit sententiam nullam, † quia Iudex potuit habere notitiam, seu aliam informationē extrà acta, ad *Afflict. decis. 28. nu. 5.* Et cum in casu decisionis esset aliqualiter probata executio citationis ante sententiam, quamuis probatio non esset plena, defectus plenæ probationis non reddebat sententiam nullam.

Et adducuntur multa pro confirmatione præsentis decisionis, quæ à Dominis dicebantur, vt est in ea videre. Inter quæ non videtur omittendum id, quod dicitur.

Non obstare primo quatenus vnus ex Dominis volebat sublimitare doctr. Bald. *in d. l. falsus. nu. 22.*
7 † vt procederet, quando incōtinenti producitur plena probatio citationis ex mente. *Franc. & Præpos.*
8 *in cap. cum parati. de appellat.* † Quia fuit dictum, quod si incontinenti post sententiam fit plena probatio, non est necesse quod ante sentētiam appareat iudici aliquod inditium, nam quæ incōtinenti fiunt,
9 inesse videntur. † Et quod ita est intelligenda illa limitatio *Franc.* quod dicitur patere ex eo, quia *Franc.* facit duas limitationes. Prima quando in sententia constat de aliquo inditio. Secunda quando incontinenti post sentētiam probatur executio. Et ita quod
10 sunt duę limitationes, & nō vna, & quod licet † *Præposit.* voluerit aliter intelligere, quod decipitur, quia nihil allegat nisi Bald. *in d. l. falsus.* qui tamen non dicit aliquod de incontinenti.

Secundò etiam dicitur non obstare, quod vnus ex Dominis dicebat, quod alias ipse *in vna Casaleñ. Præceptoriæ coràm D. Verallo.* obtinuerit in Rota,
11 † non esse dandam remissoriam ad probandam executionem citationis post sententiam ex quo non incontinenti.

12 Quia, vt ibi dicitur, † Respondebatur dupliciter, Primò quod non erat iudicandum exemplis. Secundò, quod esset bene consideranda illa resolutio, quia iste Dominus nō recordabatur, an in illa causa essent ante sentētiam in actis aliqua indicia de executione,
13 prout cōstabant in casu pręsentis decisionis. † NAM tota vis huius decisionis in hoc dicitur stare, quod sufficiat iudicem habere aliqua indicia de executione citationis concurrente veritate, quæ probatur quando de ea opponitur: ET quod ita MAIOR PARS DOMINORVM tenebat.

Tertiò etiam non dicitur obstare, quod penultimus ex Dominis dicebat, qui cum maiori parte
14 Dominorū tenebat † tribus tamen concurrentibus. Primò quod sententia esset iusta. Secundò, ex quo executio non erat facta in partibus inobedientibus Sedi Apostolicæ, quo casu sufficiunt leuiores probationes. Tertiò quod iudex ante sententiam haberet de executione aliqua indicia, prout inquit Bald. Nec iste Dominus tenebat sublimitationem *Franc. & Præposit.* de incontinenti, ex quo Bald. loquitur indistinctè, & communiter Doctor. illum indistinctè sequuntur.

15 Attamen Maior pars non se † restrinxit ad ista tria requisita, sed ad vltimum solum, quod Iudici ante sententiam constaret per aliqua indicia de exe-
16 cutione citationis, † quia Rota magis attendit veritatem, quàm iuris apices.

Pro complemento, & plena intelligentia præsentis decisionis, & conclusionis, cum materia sit exemplaris, & in Rota plenè discussæ, vt apparet ex conflictu opinionum Dominorum.

Et etiam quia decisiones Cottæ hucusque lucem publicam non aspexerunt, placet hic etiam subnectere quod quidam ex Dominis in hac materia dicebant, de quibus in principio decisionis, nimirum. Quod addebat vnus ex Dominis, licet alij duo de hoc expresè dubitarent, & alij nihil dicerent.

17 Quod sicut potest produci † mandatum, & probari absentia in processu contradictarum *Crescent. decis. 18.* quod ita in casu decisionis sufficiebat docere de executione citationis post sententiam quandocumque opponeretur.

Duo verò illi Patres replicabant ad hoc quod
18 † opinio Bart. *in d. l. multum interest.* quod debet constare iudici ante sentētiam de citatione est com-
19 muniter recepta. † Item quod si introduceretur hoc, quod iudex antequàm illi aliquo modo constet de citatione possit pronunciare, orirentur, & sequerentur maxima inconuenientia. Et quod propterea esset valdè cogitandum super his.

Alius verò ex Dominis, qui tenebat contrarium replicabat, quod verum esset opinionem Bart. esse communiter approbatam, sicut etiam communis
20 opinio est, † quod iudex non potest procedere contrà aliquem tamquàm absentem, nisi probata sit ab-
21 sentia ante sententiam. † Neque cum aliquo tamquàm Procuratore, nisi iudici constet de mandato.
22 Et tamen quod ex † stylo Rotæ sufficit ad sustinendum sententiam, quandocumque docere de mandato, vel absentia. Quia Rota solum attendit veritatem, *vt per Crescent. decis. 18.* Neque possunt sequi inconuenientia, si probatur verè illum fuisse citatum: Nam si non probatur, nullus contradicit, quando sententia fit nulla. Neque videbat rationem diuersitatis inter casum *decis. 18. Crescent.* & istum de citatione, prout alij duo nullam differentiæ rationem allegabant.

Nihil tamen fuit firmatum circa hanc rationem, ex quo in casu decisionis aderant in actis aliqua adminicula ante sententiam de executione citationis, ita quod intrabat doctr. Bald. *in d. l. falsus, num. 22. C. de furt.*

ANNOTATIO I.

23 EX hac decis. colligi videtur, † quod Rota sequitur opinionem Bart. *in d. l. multum interest.* quod ad hoc vt valeat sententia debet iudici constare de executione citationis antequàm sit lata sententia, *vt est dictum sup. num. 1.*

24 Moderatur tamen ista opinio Bart. † vt etiam valeat sententia, si iudex ante sententiam habuit aliquod indicium executionis citationis, licet non haberet in actis plenam probationem, & quod sufficit si posteà quandocumque opponitur de nullitate sententiæ

tentiæ ex defectu citationis, producatur instrumentum executionis, vel aliàs probetur plenè executio. *vt sup. nu. 2. 3. & 4. & deinceps, & num. 15.*

ANNOTATIO II.

ADVERTENDVM est circa id, quod ex Rota
25 dictum est *num. 6.* † quod iudex potest habere notitiam, seu informationem extrà acta. *ex Afflict. decis. 28. num. 5. cui concordat Aym. cons. 198. in fin.*

Quod Rota loquuta est incidenter quod plena probatio potest haberi quando iudex informare se potest extrà acta. Quia Rota non seruat, neque sequitur hanc opinionẽ, vt dicit *Cas. de Graß. decis. 2. de solut. incip. Resolutum fuit. nu. 9. & 10. post Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. sub nu. 6. Rota in Perusina separationis thori. 28. Iunij 1589. corã Orano. Seraphin. decis. 1261. num. 5. & corãm Sanctiß. Ludouisio decis. 1. incip. Domini dixerunt sententiam. num. 4.* vbi Additio ponit concordantes, quas decis. cum alijs sequitur *Rota corãm Scotto. Merc. 23. Ianuarij 1608. incip. Proposito dubio. est decis. 14. in eius lib. in manuscript.* quæ etiam habetur apud *Marchesan. de*
26 *commiß. tom. 1. fol. 22.* † Non enim potest iudex moueri extrà acta, & quod proptereà Rota non sequitur *Afflict.* neque *Aym. Et notauimus sup. ad Afflict.*

§. 46. BART. *in l. multum interest. quæ est fin. ff. de vsu, & vsufr. legat.* vbi tenet, quod onus soluendi æs alienum relictum per defunctum non pertinet ad hæredem, sed ad vsufructuarium.

Reprobatur communiter, & à Rota *in Esina bonorum. Lunæ 19. Febr. 1590. corãm Orano. Bald. cons. 87. nu. 2. lib. 5. Castrens. in l. fin. §. si autem. ff. de bon. quæ liber. & cons. 294. num. 4. lib. 2. & cons. 459. num. 3. eod. lib. per text. in l. vsufructu bonorũ. ff. ad l. falcid. Alex. in l. si filio. §. si vir. num. 14. ff. solut. matrim. cum relatis per Roland. cons. 8. n. 13. lib. 2. & Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 2. num. 4.* Idque ex pecunijs testatoris si sint in hæreditate, aliàs ex iuribus, & actionibus, & nominibus debitorum, si extent, sin minus aut nõ sufficiant, ex mobilibus, & postmodum immobilibus minus fructuosis, & damnosis. *Bellon. cons. 7. nu. 3. cum alijs suprà allegatis.*

§. 47. BART. *in l. Nesennius. 35. nu. 5. de negot. gest.* vbi dicit, quod id quod pater expendit pro filio studente, videtur facere de suo.

Approbatur à Rota *corãm Cotta in Carpentoraten. bonorum. Veneris 15. Martij 1577. Est decis. 524. in eius lib. in manuscript. incip. An expensas.* vbi ex dicta doctr. Bart. fuit dictum, expensas per patrem factas pro assecutione beneficiorum, non esse computandas in legitimam ipsius filij, quia censetur donatum ex pietate paterna. Maximè si pater percepit fructus, quia sunt dictæ expensæ compensandæ cum fructibus.

§. 48. BART. *in l. omnes populi. nu. 3. de instit. & iur.* vbi vult quod populus iurisdictione carens, non potest condere statuta pœnalia decisoria.

Reprobatur communiter, & à Rota *in Balneoregien. bonorum. Lunæ 15. Maij 1589. corãm Orano. & per Iason. in d. l. nu. 7. & 8. Natt. cons. 12. nu. 1. Rol. cons. 99. num. 27. lib. 1.* Et sufficit quod detur casus, quo populus etiam iurisdictione carens, circa præmissa disponat, quod si populus solitus sit statuta condere, aut Castrum de consuetudine habeat facultatem statuendi, pro statuto ab eo condito validitate non est necessaria præsumptio confirmationis superioris. *Rol. d. cons. 99. nu. 20. & seq.* non secus ac statutum à populo conditum per conniuentiam superioris fuerit diuturna obseruantia robor. tum, vel simpliciter approbatum, nam neque ijs casibus efficietur statutum Domini. *Bald. in l. ex placito. nu. 8. & seq. C. de rer. permut.*

§. 49. BART. *in l. pater filiam. §. fundum. num. 3. in fin. de legat. 3.* vbi distinguit, quod aut verba sunt prolata per modum enunciationis cuiusdam futuri euentus, & tunc non inducunt dispositionem, secus verò si sint expressa per modum rationis, quàm theoricam *Bart. sequuntur Roman. cons. 457. nu. 1. Castr. cons. 77. nu. 5. lib. 1.* & communiter receptam post alios dicit *Peregr. cons. 49. num. 2. lib. 3. & cons. 44. num. 23. & num. 28. lib. 2.* & illam *ibid. num. 24.* inducit ad hoc, quod verba sic prolata per modum rationis amplient dispositionem de persona ad personam *Crot. in l. filius familias. §. Diui. nu. 127. vers. aliquando. Socein.* & alios quos ibi citat. Et quod prædicta verba, & ratio ita generalis extendant fideicommissum de persona ad personam, vltra relatos à *Peregr. vbi sup. tradit Castr. cons. 302. num. 5. lib. 1. cum alijs relatis à Rota in Bononien. fideicommissi de Lambertinis. Lunæ 22. Iunij 1609. corãm Manzanedo. num. 6. & 7. est in Recent. decis. 193. p. 1.* vbi facto fideicommisso ad fauorem institutorum, & descendentium ab ipsis, testator subiecit rationem, quoniam voleb. t quod bona sua, & hæreditas integra deueniret ad proximiores descẽdẽtes masculos, &c. de casata, & agnatione, &c. Ex qua ratione Rota voluit vltrà primum fideicommissum ad fauorem institutorum fuisse inductum secundũ fideicommissum ad fauorem agnationis eiusdem testatoris, per dictam doctrinam Bart.

Attamen reuocata fuit supradicta decisio *sub die Ven. 11. Martij 1611. corãm eod. Manzanedo. est in Recent. decis. 300. part. 1.* & fuit dictum vnum tantum fuisse fideicommissum non duo, Et in specie *num. 22. 23. & 24.* Respondet ad doctrinam Bart. Quod dicta doctrina non caret contradictoribus, & ipse Bart. aliàs contrarium sensisse videtur, vt dicit *Mandell. cons. 361. nu. 12.* & Bart. solum dicit, quod ratio quando est generalior dicto declarat dictum, & ita in casu decisionis, ratio illa, quoniam voluit bona sua remanere in familia, & agnatione, &c. ampliat præcedentes substitutiones, non tamen eas extendit de persona ad personas. Vltrà quod Bart. ibi non loquitur in ratione consecutiua, sed in oratione, quæ stat de per se, ibi, ideò feci, quia hoc volo, quæ ratio, quia generalior est, quàm dictum, illud declarat. Secus vero quando testator non dixit, & hoc ita disposui quoniam volo &c. sed omninò consecutiuè, & causatiue dicit in fine suarum substitutionum, quoniam voluit &c. Vnde videtur, quod voluerit reddere rationem substitutionum factarum, non autem vocare aliàs personas vltrà contentas in substitutionibus. quod etiam voluit *Rot. decis. 221. nu. 2. part. 2. diuers.* dicẽs resultare simplex fideicommissum, quia testator non per viam rationis, sed per viam principalis dispositionis ordinauerat, dicendo absolutè, remaneat, non verò dicendo, vt remaneat, vel quia voluit remanere, & faciunt tradita *per Peregr. de fideicomm. art. 14. nu. 13. & 24.*

Et ad *Rot. decis. 568. part. 1. diuers.* fuit dictum quod

quod ibi verba non stabant per modum consecutiuæ rationis, sed euidenter proferebant nouam dispositionem, vt pater ex lectura testamenti super quo dicta decisio emanauit. Eodem modo Respondetur ad Doct. tenentes quod ratio generalior amplietur. Quia mouentur quando ratio apponitur principaliter, & dispositiuè, non autè causatiuè, & consecutiuè.

§. 50. BART. *in l. pænam. quæ est. 2. ff. de his quæ pæn. nom. num. 3.* vbi vult quod testator non potest indicere vsuras in testamento, cum de iure ciuili vltrà certam quantitatem, & de iure Canonico in totum sint prohibitæ.

Declaratur à Rota *in Romana Saluiani interdicti de Vrsinis. Lunæ 20. Aprilis 1592. coràm Orano.* vbi dicitur quod licet ista doctrina sit controuersa, potest tamen habere locum in casu in quo legatum est pecuniarum simpliciter, non autem vbi pecuniæ illæ sunt conuertendæ in emptionem rei stabilis, quoniã tunc taxatio fieri potest per testatorem vsquè ad verum redditum illius rei, ita quod deseruiat loco damnorum & interesse, non autem vsuræ; Neque in contrarium facit quod pecunia destinata ad emptionem prædiorum non computetur inter immobilia, *vt per Soccin. Iun. cons. 130. num. 19. lib. 1.* Quia non ideò contenditur deberi fructus, quod hoc legatum reputetur legatum rei mobilis, quia si pecunia conuertenda erat in emptionem officiorum, vel locorum montium, potuit testator propter negligentiam hæredis, siue executoris, aut tutoris, cum isti omnes vnicam representẽt personam, taxare fructus ad eam rationem, quàm reddidissent officia, & loca montium, ex quo resultat verum interesse ex rei euidentia.

§. 51. BART. *in l. possessio. 1. ff. de acquir. possess. cum num. 21.* dicit, quod tutor nec detinet nec possidet, & quod potest sibimet tradere possessionem *per l. fistulas. §. 1. ff. de contrah. empt.*

Declaratur à Rota *coràm Card. Seraph. decis. 77. Fuit resolutum possessionem. in fin.* vt procedat doctr. *Bart. iuxtà l. fistulas.* quam ipse allegat, & sic quando pupillus est maior infante, & pro se possidere potest, quando est minor infante.

Vide, quæ ad hanc *Seraph. decis. notauimus suprà Part. I. vbi coràm Vbaldo in decis. ibi allegat.* idem fuit dictum de possessione patris mortuo filio in infantili ætate, quod non potest dici remansisse vacua saltem ad effectum, vt tamquàm vacua potuerit per alium occupari prætendentem successionem in dictis bonis possessore non vocato. *ex allegat. in ead. decis.*

§. 52. BART. *in l. post dotem. quæst. 4. num. 27. ff. solut. matrim.* quod quando pater dotans filiam stipulatur dotem reddi filiæ, quod tunc filia trasmittat dotes ad filios tamquàm hæredes, *& Bart. secutus est Castr. cons. 145. lib. 1.*

Approbatur à Rota *in Bononien. compromissi. Mercur. 14. Martij 1582. coràm Card. Seraphino. vbi num. 6.* dicit doctrinam Bart. esse communiter receptam, *vt per Alex. & Dec. in l. illam. C. de collat. Rip. in l. in quartam. nu. 193. ad l. falcid. Mar. Soccin. Iun. ibid. num. 140.*

§. 53. BART. *in l. post consanguineos. 2. §. hæreditas. ff. de suis. & legit.* vbi tenet *cum glos.* contrà *Azo.* filios fratrum nullis existentibus patruis succedere patruo defuncto in stirpes.

Reprobatur à Rota. Vide in §. *Accurs. in §. hac etiã. in verb. superstites. Inst. de legit. agnat. success.*

§. 54. BART. *in l. procurator. 58. nu. 3. ff. de procurat.* vbi dicit, quod si procuratori est permissum facere quicquid ipse dominus facere potest, est idem, quod concedere liberam.

Reprobatur à Rota *coràm R. P. D. Merlino in causa Romana Census. Lunæ 13. Maij 1630. incip. Bo. me. Cardinalis. est impress. in folijs volantibus.* vbi dicitur, quod clausula rati &c. non importat facultatem cum libera. *Ias. in l. transactionis. nu. 8. C. de transact. Addentes ad Bart. in litera F.* & Iason dicit Bartolum plures illo dicto fefellisse. *Dec. cons. 500. nu. 12. incip. In causa, quæ Mantuæ. Card. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16. nu. 21.* Idem dictum fuit *coràm Card. Seraph. decis. 1124. nu. 3. incip. Cum Illustris.* vbi pariter reprobatur dicta opinio Barr. & dicitur quod opinio contraria est verior, & receptior. vt tradit *Bero. q. 25. num. 5. & fuit resolutum in causa Valentina beneficij. sub die 17. Decembris 1582. coràm Clem. VIII.*

Vide plura circa Mandatum cum libera *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana in verb. Mandatum Obseru. circa Mandatũ cum libera. per plures. §§.*

§. 55. BART. *in l. prolatam. 4. C. de sentent. & inter loc. omn. iudic.* vbi dicit, quod sententia est nulla, si iudex de meritis causæ ex angustia temporis, non potuit esse instructus.

Declaratur à Rota *coràm Card. Mantica decis. 84. num. 6. incip. Conclusum fuit sententiam.* Quod loquitur, quando tanta est angustia temporis, vt Iudex de meritis causæ nullo modo potuerit esse instructus, secus si potuit instrui, licet non plenè. *vt not. Abb. in cap. tum ex literis. num. 6. de rescript. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ. num. 23. aliàs num. 87. de constitut. Put. decis. 4. de iudic.*

§. 56. BART. *in l. quamquàm. 1. ff. de auct. tut. & curat. vbi num. 1. post Dyn.* dicit, † quod quando
1 aliquod separatim per se separatim ab alio est prohibitum, sed illud necessariò sequitur ad positionem alterius permissi, quod non licet directò, licet per consequentiam, *vt in ead. l. 1.*

Approbatur à Rota *in Hispalen. Legitimitatis. Lunæ 11. Maij 1615. coràm Reuerendiss. Manzanedo. incip. Cum ista causa. Est decis. 687. par. 2. in Recent.*
2 *num. 17.* vbi dicitur, † quod amplissima potestas Pontificis super matrimonio in radice dispẽsando extenditur etiam ad effectus exinde consequutiuè resultantes, & etiam quoad præiudicium tertij aliàs successuri. Quia cum ex dicta dispensatione in radice matrimonij de facto reponatur in tali statu validitatis, in quo fuisset, si illud legitima dispensatio præcessisset, & ad eumdem statum reducitur proles ex illo susceptа. *Quod dicitur nu. 16. fuisse resolutum in eadem causa coràm Vbaldo. Die 4. Februarij 1613.* Ea ratione, quia istud præiudicium venit consequutiuè, quod non attenditur sublato impedimento inter contrahentes per dispensationem. *Ruin. cons. 189. num. 16. lib. 2. Anchar. cons. 409. num. 5. vers. canonica igitur constitutio, cum alijs adductis in d. decis. quibus alij adduntur d. num. 16. videlicet Boer. decis. 264. nu. 33. Molin. de primog. lib. 3. cap. 2. num. 10. & seq. Peregr. de fideic. art. 24. num. fin. Ludou. Lopez in 2. part. inst. cap. fin. §. de dispensat. pet. vers. præterea notandum est, quod legitimatio. Et fusè comprobatur vsque ad num. 20.*

Huc etiam facit, quod aliàs dixit Rota *coràm Clemente VIII. in Pharen. pensionis. Merc. 16. Ian. 1577.*

incip.

incip. Domini æqualiter. est decis.240. part.1. diuers. quæ potius est discursus, cum resolutio habeatur illius
3 causæ. *decis.454. eadem part.1.* † vbi dicitur quod odium quod venit in consequentiam fauoris toleratur. *post Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obligat.*

§. 57. BART. *in l. quæ dotis. ff. solut. matrimon. & alij ibid.*

Declarantur à Rota *in Ciuitatis Castelli bonorum. Ven.18.Martij 1611. coràm Card.Marquemontio.est decis.336. la 1. num.7.*

Et vide *infrà Part.6. in §. Statutum Ciuitatis Castelli requirens in testamento vxoris. in fin. in vers. nec vlterius obstare.*

§. 58. BART. *in l. qui bonis. 6. ff. de cess. bonor.* vbi
1 dicit, † quod ad dignoscendum, an aliquis sit pauper inspiciuntur fructus, & non valor bonorum.

Declaratur à Rota *decis.48.num.6.incip. Conclusum fuit negatiuè.diuers.part.2.* Quod non loquatur ad effectum dignoscendi qualitatem paupertatis, sed respectu exigendi aliquem debitorem, in quantum facere potest, quo casu (inquit) inspiciendum esse quantum ex eius patrimonij fructibus redigi potest, & non quantum ex venditione rerum redigeretur.

2 *Et text. in d.l. qui bonis.* † in quo doctrina Bart. fundatur, loquitur tantum de bonis quæsitis post cessionem, in quibus iura magis fauent ei, qui cessit bonis, vt non teneatur, nisi in quantum facere potest, sed secus in bonis quæsitis ante cessionem, in quibus iura fauent creditoribus, vt patet *tot. titul. de cess. bon. & ita illum text.* intelligit *Imol. in l. si maritus. num.2. in fin. vers. nec ob quem. vbi sequitur* Alex. *num.4. ff. solut. matrim.* Idem *Alex. in l. si maritum. col. vlt. propè fin. vers. l. qui bonis. ff. eod. titul.* vbi etiam subdit debitorem bona acquisita ante cessionem, debere omnia dare creditoribus etiam si nudus remaneret. *arg. l. penult. & ibi not. ff. de cess. bon. sequitur etiam Campeg. de dot. part.3. quæst.239. sub nu.2.*

§. 59. BART. *in l. quia. C. de summ. Trinit.*

Approbatur à Rota. Vide, quæ diximus *suprà Part.2. circa Stylum, & Obseruantias Rotæ in verb. Testamentum. §. 1. Rota pluries. sequuta est opinionem.*

§. 60. BART. *in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de recept. arbitr.* vbi de teste deponente per verba mihi videtur.

Declaratur à Rota *coràm Gregor. XV. decis.290. Licet fuerit. num.8. vers. His præsuppositis. & num.9. & 10.* vbi quod Bart. loquitur ad effectum saluandi testem.

§. 61. BART. *in l. qui Romæ. in princip. ff. de verb.*
1 *oblig.* † quod quando alternatiua est posita gratia creditoris ad ipsum spectat electio.

Approbatur à Rota *coràm Gropperio in Tyburtina Castri S. Angeli, seu trium millium ducatorum. Ven. 21. Nouembris 1572. Est decis.379. in eius lib. in ma-*
2 *nuscript. incip. Præsupposito.* † vbi dicitur hoc procedere quando principaliter tendit in fauorem creditoris, *iuxtà not. in l. qui exceptionem. in princip. ff. de condict. indeb.*

Aliàs verò dixit Rota *coràm Reuerendiss. Comitulo in vna Pampilonen. celebrationis Missarum. Ven. 16. Decembris 1588. est decis.37. in eius lib. in manuscr.*
3 *incip. Fuit resolutum modernos beneficiatos.* † Quod in alternatiuis electio sit debentis *ad Bart. in l. Lu-*
4 *cias. 2. de legat.2. Afflict. decis.397. nu.5. & 7.* † vbi quod hoc procedit ante electionem secus post electionem *ad text. cum glos. in l. si quis stipulatus, & ibi Alex. nu.6. & 7. de verb. oblig.*

5 Et in dubio, † quod in alternatiuis electio sit creditoris, vbi de gratiato, qui est quasi creditor. *Rota coràm Sanctiss. Ludouisio. decis.431. incip. Resolutum fuit Rectores. num.2.* maximè concurrente obseruantia, vt ibi dicitur *post Cæs. de Grass. decis.185. num.5.*

6 Debitoris autē quod electio † sit in alternatiuis, procedit in contractibus, non in legatis dixit Rota *coràm Card. Marquemontio decis.203. incip. Testator legauerat. nu.3. in Recent. part.1. prout notauit etiam D. Beltraminus ad d. decis. Ludouisij.*

Et nos *Part.6. ad l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solut.* Videri etiam potest *Gratian. discept. forens. iudic. cap.338. incip. Obligatio.*

§. 62. BART. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu.18. in quæst.5. de verb. oblig.* quod ad remissionem fideicommissi non sufficiat generalis renunciatio quoad id quod ignorabat, & ignorare præsumitur.

Approbatur à Rota *in Romana legitimæ. Lunæ 16. Decembris 1591. coràm Seraphino, & communem esse dicit addit. ad Bart. in litera A.*

§. 63. BART. *in l. qui solidum. in princip. de legat.2.* dicens, reum non constitui in mora partem debitam non soluendo creditori plus debito petenti.

Reprobatur à Rota *in Romana rescissionis contractus. 19. Ianuarij 1575. coràm* Cardin. *Seraphino.* vbi quod Rota amplectitur contrarium sententiam, quam tenet idem *Bart. in l.1. §. si stipulanti. nu.2. de verb. oblig.* quod pro parte debita constituatur in mora.

Et fusè ad hanc conclusionem vide Accorambon. *decis.34. part.2. quæ est coràm Ant. August. & citatur hic ab ipso Seraphino. & nos fusè notauimus. ad Capyc. decis.16. In causa.*

§. 64. BART. *in l. quis sit fugitiuus. 17. §. Apud Labeonem. ff. de ædilit. edict.* vbi dicit, quod actus factus, qui communiter æstimatur licitus, licet in veritate non sit, quod per hoc non dicatur illicitus.

Declaratur à Rota *coram Card. Lancellott. Senior. decis.171. aliàs decis.2. de societ. inter eius decis. select. in manuscrip. Romana societatis officij. 20. Iunij 1570. incip. In eadem causa.* quod procedat, quoad euitationem pœnæ, non quoad validitatem pacti. *Bero. in cap. quia in omnibus. nu.8. cum seq. de vsur. &* Aym. *cons.145. num.12. incip. Viso processu.*

§. 65. BART. *in l. quod autem. ff. de iur. dot.* cum dicit, quod pater in testamento si relinquat filiæ centum licet non dixerit pro dote, quod tamen intelligatur pro dote, stante statuto quod filia dotata non succedat.

Declaratur ista doctrina à Rota *in Romana diuisionis bonorum de Piatettis. Lunæ 11. Decembr. 1570. coràm* Card. *Seraphino.* quod nō procedit indistinctè.

Limitatur enim non procedere quando relinquit filiæ non nubili. *Alex. ibi in apostill. ad Bart. & repetit in cons.211. n.9. lib.7. Natt. cons.363. n.9. lib.2.*

Cessat vlterius dicta doctrina stantibus potentioribus coniecturis in contrarium, putà, si testator æqualiter dilexit masculos, & fœminas. Secunda si quando voluit in causam dotis relinquere, illam expressit. Tertia si pater substituit, ex qua clarè cōstat, noluisse dotare ad effectum statuti, quando disposuit contrà statuti prouisionem, ex quo censendus est noluisse

noluisse pro dote relinquere, sed pinguius eis prouidere, & hęc coniectura fuit Dominis visa potētissima.

§. 65. BART. *in l. rescripto. 6. §. sciendum. fin. ff. de muner. num. 5. vers. sed pro his.* vbi dicit, quod possunt Laici à principio efficere tributaria, & affecta oneribus omnia prædia eorum Territorij, itaut agri, qui posteà ad Ecclesias peruenerint obnoxij sint collectis imponendis.

Reprobatur à Rota *coràm Merlin. in causa Alben. Gabellæ, seu onerum. Vener. 28. Iunij 1630. post med. §. Tertia est species. incip. Iudex Taurinensis. impress. in folijs volant.* Quia indirectè permitteretur contrà libertatem Ecclesiasticā, quod directè omninò prohibitum est. *cap. quæ Ecclesiarum de constitut. auth. causa. C. de Sacrosanct. Eccles.* & ita eleganter Bart. impugnando arguit. *Bald. in l. omnes. n. 12. 13. & 14. cum seqq. C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss. & in l. placet. num. 10.* vbi quod Bart. in casu quem posuit non dicit verum *C. eod. tit. de Sacros. Eccles. & in l. neminem. nu. 4. C. eod.* vbi quod hæc onera tunc nec certa essent, prout tamen requiritur ad effectum, vt ad Ecclesiam transeant prædia, cum suis oneribus. Idem *Bald. in cons. 112. nu. 7. incip. De generali. lib. 2.* vbi quod Bart. contrà communem, & & non benè loquitur, neque dicit verum, & quod illius cautela non valet vnam festucam, quia non potest considerari tributum, nisi post indictionem, & specificationem, quæ fieri nequit, postquàm fecit transitum res in Ecclesiam. *Abb. in cap. fin. nu. 13. de vit. & honest. & cler. Ias. in d. l. placet. num. 21.* vbi quod dictum Bart. est falsum, & damnatum per omnes, & idem testatur *Guidopap. quæst. 381. incip. De clericis autem. Ruin. cons. 117. num. 8. incip. Videtur primo. lib. 4. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ. nu. 76. de constit. Plot. in addit. ad cons. vlt. Laudens. n. 10. & 13.*

§. 67. BART. *in l. sciendum. nu. 20. ff. de verb. oblig.*

Declaratur à Rota *coràm Card. Mantic. decis. 340. num. 6. Placuit Dominis.*

Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circa Leges. ad l. quæcumque. 15. §. vlt. ff. publ. in rem act.*

§. 68. BART. *doctrina in l. sed etsi lege. §. scire. nu. 4.*
1 *ff. de petit. hæred.* † vbi distinguit inter errorem iuris, cui ius non resistit, nec assistit, & errorem, cui ius resistit, vt hoc posteriori casu titulus non prosit ad acquisitionem fructuum, quæ distinctio videtur communiter à Doct. recepta.

Declaratur à Rota *in Auximana spolij. Vener. 3. Decembris 1610. coràm Pirouano. nu. 4. est decis. 320.*
2 *in Recent. par. 2.* † Quod non videtur habere locum in alienatione bonorum minoris sine solemnitatibus, quia hæc non est absolutè prohibita, sed datur certa
3 forma seruanda vbi alienantur; † & tunc quamuis ius resistere videatur, non tamen impeditur acquisitio fructuum secundum *glos. in l. si contrà. 2. in verb. si non bona fide. C. si quis ignor. rem minor.* quæ loquitur præcisè in rebus minorum sine solemnitatibus alienatis, quam sequuntur *Alex. & Crot. in l. 1. §. si vir vxori. nu. 15. ff. de acquir. poss. & alij plures relati per Osasc. decis. 160. nu. 9. Bec. cons. 95. num. 15. vers. secundò suffragatur. Curt. Senior. cons. 72. num. 52. Vasquez controuers. illustr. lib. 1. cap. 81. num. 8.*

Quicquid contrà consuluerit *Surd. consil. 115. Quoad bona nu. 24. & 27. vt ibidem subditur num. 5.*

§. 69. BART. *in l. sed etsi quis. 4. ff. si quis caut. cum nu. 3. in fin.* dicit, quod qui tenetur de casu fortuito, intelligitur de solito non de casibus inconsuetis, vel non verisimilibus, *vt l. fistulas. 78. §. frumenta. de contrah. empt.* quē dicit esse casum valdè notabilem.

Approbatur à Rota *Mobed. decis. 5. In causa Taurinen. num. 1. & 2.*

Ad quam vide quæ notauimus *suprà Part. I. ad Mobed. d. decis. 5.* vbi etiam declaratur *d. decis. à Rota coràm Gypsio.*

Eamdem doctrinam approbatam, & declaratam habes apud *Accorambon. decis. 39. incip. Propter casum fortuitum. part. 2.*

Et nos notauimus fusè *infrà Par. 5. ad l. si merces. 28. §. Vis maior. ff. locat.* vbi videre poteris multa in dicta materia ex duabus decisionibus Accorāboni.

§. 70. BART. *in l. semel. 2. C. de apoch. publ. lib. 10.*

Declaratur à Rota. Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circa leges. ad d. l. semel.*

§. 71. BART. recepta opinio *in l. Sempronio. num. 1. & 2. ff. de vsufr. legat. post text. apertum in l. si alij. 19. eod. tit. quàm sequitur Pichus in l. Titia. §. Titia cum nuberet. nu. 69. de legat. 2.* eamque communem cum Bart. testatur *Dec. in l. in toto iure. nu. 13. ff. de regul. iur. Paris. cons. 94. in fin. lib. 2. Rol. cons. 8. n. 36. vol. 2. Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. nu. 7. Gabr. cons. 102. vol. 1. Becc. cons. 98. num. 9. Surd. cons. 466. num. 4. vol. 4. qui alios allegat.*

Declaratur a Rota *in Romana legati pij. Ven. 18. Martij 1611. coràm* R.P.D. *meo* Pironano. *est decis. 336. la 2. in* Recent. *part. 2. num. 2.* vt dicta opinio Bart. procedat, nisi ex apparentibus coniecturis contrariæ voluntatis testatoris ab ea sit recedendum, ita Abb. restringit opinionem *Bart. cons. 4. nu. 6. lib. 2. Paris. cons. 97. num. 21. vol. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 6. nu. 23 in fin. Surd. d. cons. 466. nu. 15.* Et ratio est, quia in materia vltimarum voluntatum voluntas testatoris totum facit, & pro lege habetur. *§. disponat. Auth. de nupt. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstr. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 3. nu. 3. & sequent.*

Ex duplici verò coniectura fuit in præsenti decisione à dicta communi opinione recessum. Primò vt dicitur *num. 3.* quia Confraternitati fuerat factum legatum cum onere missarum, quod numquàm à legato inseparabile inseparabilis etiam iudicatur vsusfructus, etiam quod onus minus sit eo quod legatum importat. Secundò vt dicitur *num. 5. & seq.* quia cum testator expressisset, quæ volebat, cum non expressisset vsumfructum legati, censetur noluisse ad vsumfructuarium omnium bonorum, sed ad legatarium voluisse pertinere.

§. 72. BART. *in l. sequitur. §. si viam. num. 2. ff. de vsucap.* quod currat præscriptio statutaria in actionibus personalibus sine bona fide.

Reprobatur communiter à Doct. & Rota. Vide *infrà in §. 21. Castrens. in l. sequitur. §. si viam. n. 6. vers. aut loquimur in actionibus. ff. de vsucap. in fin.*

§. 73. BART. *in l. si constante. nu. 77. §. sed pone. ff. solut. matrim.* vbi dicit, quod minor dotem recipiens non potest se obligare ad restituendum sine decreto iudicis.

Reprobatur communiter à Doctor. vt dixit Rota in Maceraten. *dotis. Lunæ 27. Ianuarij 1614. coràm Reuerendiss. Manzanedo. n. 5. est decis. 511. in Recent. part. 2. post Ias. in 1. lect. nu. 210. in d. l. si constante. Corn. cons. 354. num. 7. Curt. Iun. cons. 168. num. 20.*

Negus.

Negus. de pignor. 2. par. 4. membr. nu. 75. Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuil. 58. Gabr. cons. 29. num. 38. lib. 2. Et vide, quæ in eadem decisione dicuntur *num. 3.* quod solemnitates non requiruntur in minore, quia talis restitutio receptæ dotis est necessaria.

§. 74. BART. *in l. si expressim. nu. 3. ff. de appell. & in l. 1. C. quando prouoc. non est necess.* dicens, quod quando est commissa causa appellationis, & nullitatis, & quod quando index videtur reijcere nullitates, tunc post iudicatum quod non possit dici amplius de nullitate.

Declaratur à Rota *coràm Decano Coccino. vt in Recent. part. 2. decis. 474. incip. Domini dixerunt non intrare. num. 10.* vt intelligatur dicta doctrina quod non possit dari amplius de nullitate post iudicatum, idest, postquam sententia confirmans transitum fecit in iudicatum, non autem simpliciter, quod post confirmatam sententiam nullam, quæ non fecit transitum in iudicatum, non possit amplius dari de nullitate.

Vide etiam quæ habentur *infra in §. Felin. in cap. ea quæ. nu. 2. vers. à qua etiamsi appelletur. de sent. & re iudic.*

§. 75. BART. *in l. fin. si mulier. in princ. C. de pact.* vbi dicit, quod fructus bonorum paraphernalium potest maritus conuertere in vsus communes.

Declaratur à Rota *coràm fel. rec. Gregor. XV. decis. 80. nu. 8. Dominus Octauius.* Quod ex eo non inde sequitur, quod isti fructus debeantur marito, seu vxori, tamquàm destinati ad supportanda onera matrimonij, vt contingit in fructibus dotis promissæ, & loquitur Bart. in fructibus perceptis ex bonis paraphernalibus de sui natura fructiferis, ideò hoc cessat, quando sumus in parapherno consistente in quantitate, & pecunia, quæ sterilis est, & nullos parit fructus. *cap. ejciens, & ibi Arcbidiac. 88. distint. Idem Archidiac. in cap. 2. 14. distint. 3.*

§. 76. BART. *in l. singularia. 15. num. 19. vers. Ego dico Campsori. ff. si cert. petat.*

Reprobatur à Rota *coràm Card. Lancellott. Sen. decis. 98. inter eius select. in manuscript. aliàs vnica de mercator. Bononien. pecuniaria. 13. Ianuarij 1581. incip. Guainus deposuerat.*

Vide fusè *suprà* Part. I. *ad hanc decisionem Lancell. fol. 345. col. 1. in med. & Part. 2. in verb. Debitor.* §. 1. Rota tenet, quod debitor, & etiam

Vide *in nostris Obseruat. ex Rot. Roman. in verb. Mercator. Obseruat. circa literas. §. 1. Mercatorie litera acceptata.*

§. 77. BART. *in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indeb.* vbi dicitur, quod si Iudicis decretum in parte est nullum, in totum vitiatur.

Declaratur à Rota *coràm Card. Mantic. decis. 153. num. 3. incip. Apud me, quæsitum.* Quod hoc non procedit, quando iudicium, & decretum est indiuiduum. *l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. l. si idem. in fin. ff. de iurisdict. omn. iud. Bart. in l. vlt. in fin. ff. eod. tit. Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. Dec. in cons. 403. n. 21. incip Quamuis in præsenti.*

§. 78. BART. *in l. si pactum. 6. in fin. C. de except.* Declaratur à Rota *coràm Cantuce. in causa Romana census. 27. Iunij 1580.*

Vide, quæ diximus *infrà* Part. 5. *circa Leges. ad glos. in verb. Statutum. in l. quæsitum. 31. §. dolo. fin. ff. de pecul.*

§. 79. BART. *in l. si pater. num. 2. vers. ego iam sic in concursu. C. de instit. & substit.* vbi tenet quod textus *in d. l. si pater.* fit correctus. pro *l. quoniam in prioribus. & l. seimus. §. eum autem. C. de inoffic. testam.* quod à legitima omne onus detrahatur.

Approbatur à Rota *in Rauennaten. bonorum. Ven. 30. Maij 1586. coràm Card. Seraphino.* vbi fusè disputata fuit materia, & conclusum opinionem Bart. esse æquiorem, & in fine dicitur, quod est communior ex tunc allegatis.

§. 80. BART. *in l. si pro te. 22. §. si pro euictione. nu. 2. & ibi*

ANGEL. *nu. 7. ff. de euict.* vbi dicunt, quod singularis successor non potest agere de euictione.

Declarantur à Rota *coràm sanct. mem. Greg. XV. decis. 25. nu. 5. incip. Fuit resolutum vna tantù.* Quod hoc non procedat stante iurium cessione successori facta prægnantissimis verbis. *l. si res quam. ibi nisi cessa. ff. de euict. iunct. ibi notat. per Doctor. Bart. in l. Iulianus. §. qui fundum. num. 6. Paul. de Castr. in fin. Alex. sub num. 9. Ias. nu. 14. & seq. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 74. sub nu. 1. vers. isti tamen circuitus. incip. Diligenter pro viribus. Capyc. decis. 197. nu. 9. incip. In causa Sberti.* & fuit dictum *in vna Mediolanen. bonorum 24. Ianuarij 1596. coràm Card. Arigonio. & in alia Mediolanen. euictionis 4. Februarij 1600. coràm Card. Mellin.* Item etiam singularis successor potest agere de euictione, quādo eius auctor stipulatus fuit pro se hæredibus, & successoribus, ita dixit *Beltramin. in addit. ad d. decis. Gregor. XV. in litera A.* & ad hoc allegat decisiones.

§. 81. BART. *in l. si quis ex argentarijs. 6. §. si initium. in 2. lectur. num. 31. vers. quaro, quod si verba. ff. de edend.* vbi dicit, quod si notarius in fine libri instrumentorum attestatur se fuisse rogatum, talis subscriptio refertur etiam ad alia instrumenta in dicto libro contenta.

Approbatur communiter, vt dicit Rota *coràm Decano Pegna in Placentina fructuum. Lunæ 12. Decembris 1588. incip. In hac causa. Est decis. 1. in eius lib. 1. in manuscript.* vbi etiam allegantur alij Doct. videlicet, *Alex. in d. §. si initium. nu. 6. vers. similiter illud. & Ias. num. 5. & seq. vers. tertiò nota. Castrens. num. 1. & 2. Bald. & Salic. in l. eo quod à multis. per illum text. C. si cert. pet. Idem Bald. in Rubr. C. de fid. instrum. & Angel. in l. Lucius. ff. de testam. milit.*

Dubitabatur autem in casu decisionis de quodam instrumento mādati an esset authenticum ex eo quod in processu dictum instrumentum non habebat subscriptionem Notarij, sed in fine alterius instrumenti, quod proxime subsequebatur in eodem processu. Et fuit dictum, quod hoc satis erat, vt instrumētum diceretur authenticum, & in forma probanti; Cum non sit necessarium singulis instrumentis, quæ vnicò volumine continentur, subscriptionem Notarij adhiberi, sed sufficit si vel in fine omnium apponatur, dummodo sit talis, quæ ad omnia possit referri ex dicta doctrina Bart. communiter approbata.

§. 82. BART. *in l. si quis. 1. C. de relat.*

Approbatur à Rota. Vide *infrà ad Innoc. in cap. cum in iure peritus. de offic. delegat.*

§. 83. BART. *in l. si quis filium. 34. ff. de inoffic. testam. in vers. vltimò nota.* cum dicit, ius petendi supplementum legitimæ præscribi spatio quinquennorum, sicut querela inofficiosi testamenti.

Reprobatur communiter à Doct. & à Rota *in*

Romana

Romana census de Celsis. Ven. 17. *Decembris* 1610. *coràm* Sanctiss. *Ludouisio. quæ inter eius impressas est decis.* 489. *incip. Resolutum fuit hæredibus.* Quæ etiam habetur *inter Recent. part.* 2. *decis.* 419. *vbi num.* 2. *in Recent. & nu.* 5. *inter eius impress.* dicitur hanc Bart. sententiam communiter damnari, non enim verificatur ius petendi supplementum legitimæ subrogari querelæ inofficiosi testamenti, quia tantum abest, quod petitio supplementi legitimæ subrogetur querelæ inofficiosi, quod imò fuit inductum ad illam destruendum, & habent inuicem oppositam naturam, & contrarium effectum operantur, cum querela prodita fuerit ad destruendum testamentum. *l. posthumus.* §. *si quis. de inoffic. & l. Papinianus.* §. *si ex causa. ff. de inofficios. testam.* supplementum autem legitimæ ad illud sustinendum. *l. omnimodo. C. eod.* Et sic inter ista non potest cadere subrogatio, quæ præsupponit eamdem naturam. *l. si eum.* §. *qui iniuriam. ff. si quis cautionibus.*

Eandem opinionem fuerat antea secuta Rota contrà Bart. vt dicitur *sub princip. dicta decis. coràm Ludouisio in causa* Senen. *hæreditatis, & bonorũ coràm Thoma de Thanis.* 28. *Martij* 1544. vt de ea restantur Mohed. *decis.* 2. *de præscript. &* Put. *decis.* 127. *quæ in nonis. est decis.* 124. *lib.* 2. Quibus concordat *decis. coràm* Card. *Caualerio in* Romana *legitimæ. die* 17. *Maij* 1613. *vt in allegat. decis. coràm Ludouisio notatur in litera A. in Addit.*

Quod à Doctoribus communiter Bart. opinio reprobetur patet ex citatis *à* Surd. *in cons.* 148. *Nullo iure. num.* 13. *& à* Crass. in §. *Legitima. quæst.* 47. *incip. Iuxtà prædicta.*

§. 84. BART. *in l. si reus.* 73. *ff. de procurat. in fin.* vbi dicit quod debitor sub pœna non tenetur facere consignationem in loco destinato solutioni, si ibi non adest certus procurator ad recipiendum.

Declaratur à Rota *coràm Gomesio decis.* 75. *in princip. lib.* 1. *in impress.* quod hoc dictum Bart. habeat tantum locum in casibus, in quibus requiritur consignatio, veluti ad impediendum cursum vsurarum aliàs secus, vt declarat *Alex. cons.* 92. *n.* 10. *lib.* 1.

§. 85. BART. *in l. si soliturus.* 39. *num.* 5. *vers. sed oppone. ff. de solut.* vbi quando liberetur debitor per depositum.

Declaratur *vnà cum d. l. si soluturus. à Rota coràm Orano in Bononien. bonorum de Gambarinis. Lunæ* 4. *Nouembris* 1585.

Quam declarationem habes *in nostris Singularibus in Addit. ad Aldobrand. in d. Bononien. bonorum de Gambarinis. Veneris* 4. *Nouembris* 1580. *num.* 10. *&* 11.

§. 86. BART. *in l. si stipulatus.* §. *si ex duobus. nu.* 2. *ff. de fideiuss.* quod confideiussori competit exceptio cedendarum, quando se obligauit respectu mutui periculi.

Declaratur à Rota *in Romana census. Lunæ* 20. *Martij* 1589. *coràm Card. Seraphino.* quod non loquatur, sicut & alij Doct. post eum, in casu quando debitor promisit facere accedere plures fideiussores, sed quando plures simul accedunt, vel si post vnius accessionem alter accessit, tunc enim censentur mutua contemplatione accessisse, sed vbi adest tantum promissio debitoris dandi plures fideiussores facta ipsi creditori, vtique accedens antequàm alij accesserint, non censentur fecisse aliorum contemplatione, cum potuerit præuidere, creditorem posse esse contentum vnius tantum obligatione, vt sæpè fieri solet, quando fideiussor est idoneus omissis alijs à debitore oblatis. *Et ideò Castr. ibid. nu.* 3. *in* 4. *casu,* excipit, nisi actum fuisset de secundo dando, quod intelligendum est cum fideiussore, non autem cum creditore, & ita intelligit *Neguss. de pignor. part.* 5. *membr.* 3. *nu.* 36. *in fin.* potest enim hac ratione sibi fideiussor prospicere, qui primo loco se obligat, aliàs præsumitur solius debitoris intuitu se obligare. Præterea qui accedit sub spe aliorum fideiussorum, quæ cum sit ex parte debitoris non potest trahi ad creditorem, doctrina enim Bart. procedit vbi facto creditoris non possunt cedi actiones, & in creditore qui fecit pactum de non petendo, prout etiam loquitur ille text. & ideò applicatur limitatio illa, quam tradunt, *ibid. Doct.* & refert idem *Neguss. vbi sup. d. n.* 36. *vers. secundò fallit.* videlicet, quando non potest fieri cessio ex facto debitoris, quia nimirũ non dedit alios fideiussores quos promiserat, quod etiam tenuit *Rota in Cornetana grani. Lunæ* 20. *Februarij* 1589. *coram Gypsio.* vbi creditoribus agentibus fuit dictum non obstare exceptionem cedendarum, quia confideiussor, qui erat Cardinalis Ferrariæ non proprio, sed protectorio tantum nomine se obligauerat, vnde cum eius bona non essent obligata, consequenter actiones contrà ipsius bona cedi non poterant; Nec propterea creditoribus obstare debere dictam exceptionem, quia non ipsorum facto, nec culpa euenerat, quod D. Cardinalis nomine proprio non se obligauerit.

§. 87. BART. *in l. si tertius.* §. *si quis prius. ff. de aq. pluu. arcend.* vbi dicit, quod actiones in rem scriptæ transeunt in singularem, vel particularem successorem.

Approbatur à Rota quod sit vera, & communis doctr. *vt per Mohed. decis.* 3. *Post multas allegationes. de restit. spoliat.* Ex quo ibi infertur, quod remedium *cap. reintegranda.* 3. *quæst.* 1. tamquàm actio in rem scripta competat successori, & transeat ad successorem singularem. Et approbatur ibidem doctr. *Cassad. decis.* 7. *de restit. spoliat.*

Hæc tamen doctr. *Cassad.* qualiter procedat diximus *sup. Part.* I. *ad Cassad. d. decis.* 7. *ex decisione Orani.* vt ibi videre poteris.

§. 88. BART. *in l. si vno.* 17. §. *Item cum quidam. nu.* 5. *ff. de locat. & conduct. vbi in* §. *sumus expediti. vers. aut opera non præstantur.* dicit, quod locanti operas suas, si illæ non præstantur propter factum conductoris, debetur tota merces.

Approbatur à Rota *coram Martino de Spinosa. vt per Cassad. decis.* 1. *de locat. & conduct. incip. Locauerat Raphael.* Quæ decisio fuit etiam compilata à *Simonett. decis.* 36. *in manuscript. incip. Coram Spinosa.* sed non ita distinctè, *prout à Cassad.* vbi talis casus fuerat propositus; Cum Raphael locasset operam suam, & rem, hoc est Burchia, seu Nauigia ad conducendum sal in Capitolium in Ripa seu Marmorata, præparauerat Burchia, & alia necessaria, & fecerat portari partem non totum, quia Sauli conductores noluerunt, petebat integram mercedem, absque eo, quod deducerentur expensæ, quas necessariò in portando residuo fecisset, ex quo per eum non steterat.

Et causa sæpius proposita, quatuor ex Dominis,

inter

Approbatur à Rota à qua pluries fuit ista doctrina canonizata, Mohed. decis. 208. vbi quod Rota tenuit iuxtà dictum Castrens. in d. l. 3. & quod visa est quasi omnibus Dominis quædam exemplaris, æqua, & rationabilis decisio digna Tribunali Rotæ. Et in quatuor eiusdem causæ positionibus, vt patet in dicta decisione, semper fuit canonizata dicta doctrina Castrens. & in tertia positione fuit dictum quod opinio Castrens. erat cõmunis. Eamdem conclusionem tenuit Rota in Romana fundaci. Lunæ 9. Decembris 1585. coràm Card. Seraphino. quæ fuit postcà confirmata sub die Mercurij 26. Februarij 1586. coràm eod. Et in Romana Cambiorum. Vener. 17. Maij 1591. coràm eod. Seraphino. Et in Senogallieñ. prædij. Ven. 27. Ianuarij 1595. coràm eodem Seraphino. vbi quod Rota pluries secuta est dictã doctrinã Castrens. Et in Assisieñ. Subhastationis. Vener. 30. Maij 1597. coràm Orano. Et in Romana damnorum, & interesse. Ven. 2. Iunij 1589. coràm Pegna. est decis. 26. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Super societate inita. & in Romana Societatis. Vener. 23. Iunij 1600. coràm Card. Millin. vbi quod Rota seruat dictã doctrinã Castrens. idem dictum fuit coràm Card. Caualer. decis. 345. num. 7. incip. Resolutum fuit, pro informante. & coràm Coccino Decano decis. 256. nu. 4. incip. Petebat Dominus Quinones, & coràm eod. decis. 6. nu. 1. incip. Pro informante. vbi decis. Card. Mantic. decis. 171. nu. 3. incip. Conclusum fuit.

§. 16. CASTR. in l. qui bis. 17. num. 2. vers. Sed quod si pluries. de verb. oblig. & in l. cum res. nu. 4. vers. sed aduerte. C. de probat. & in l. contractus. num. 9. vers. Quæro quid in contractibus modernis. C. de fid. instrum. in quibus locis vult, quod quando venditio facta est de prædio, expresso certo prætio, & coràm testibus ita fuit conclusum à partibus, & dictũ quod notarius deberet esse rogatus, quod illa conclusio non attendatur, quia contractus videtur suspensus donec rogatus sit notarius.

Reprobatur à Rota in Romana Scommissæ. Lunæ 30. Ianuarij 1589. nu. 3. coràm Card. Seraphino. vbi quod Rota semper amplexa est opinionem contrà Castrens. quod nimirum contractus solo partium consensu perficiatur, vt non sit locus pænitentiæ, nec scriptura requiratur ad contractus substantiam, sed ad faciliorem probationem, Dec. cons. 340. num. 2. & 3. cum alijs ibi citatis. Et aliàs etiam fuit à Rota reprobatus Castr. vt post Peregr. dicit Put. decis. 43. incip. Contractus. lib. 3. vbi ex Dec. & Aret. dicitur præfatam doctrinam Castr. esse communiter reprobatam, quod etiam dicit Dec. in d. l. pactum quod bona fide. num. 3. vers. & ex hoc infertur.

Declaratur vlterius dicta doctrina Castr. à Rota in dicta Romana Scommissa. num. 5. vt non procedat, vt dictum est quando sumus in claris, quod partes habuerunt contractum pro perfecto, vbi verò sumus in dubio, tunc procedere opinionem Castrens. & post Dec. in cons. 11. nu. 1. in fin. sed debet diceri cons. 340. num. 2. in fin. hanc conclusionem secuta est Rota ibi in dicta Romana scommissa. & post Aret. in cons. 160. Longa est. col. 3. idem tenet Dec. in d. l. pactum quod bona fide. nu. 3. vers. & Aretin. cons. 160.

Declaratur etiam dicta doctrina, vt sustineatur si dictum fuisset quod deberet rogari notarius, & quod contractus aliter non valeat, vt post Bart. dicit Dec. in d. l. pactum quod bona fide. nu. 3. vers. Sed tamen hoc dictum Paul. & videtur esse de mente Rotæ, vt per Put. d. decis. 43. in princip. cum dicit, quod contractus dicuntur fieri in scriptis, quando dictum est quod aliter non valeant post Peregr. decisionem ibi allegatam.

§. 17. CASTR. in l. quicumque. in fin. C. de seru. fugit. vbi tenet quod testi vnico de facto suo creditur.

Reprobatur à Rota, vt per Achill. decis. 3. incip. Testis vnus. num. 4. de testib. vbi quod semper fuit reprobata ista doctrina Castrens. à Rota, quia contrà communem, vt per Alex. cons. 192. nu. 13. lib. 6. & Ias. in l. admonendi. fol. penult. vers. vltrà alia scripta. de iure iur. pro qua est etiam Castr. sibi contrarius. in cons. 337. incip. Primò quæritur. colum. 2. vers. item non obstat, quod hæc confessio. lib. 1.

§. 18. CASTR. in l. quidam æstimarunt. 21. ff. si certum petatur.

Declaratur à Rota coràm Card. Seraph. decis. 473. num. 1. incip. Quamuis Domini.

Vide, quæ diximus suprà in §. 33. Bald. in d. l. quidam æstimarunt.

§. 19. CASTR. in l. quod de bonis. §. quod anus. ad l. falcid. quam sequitur ibi Alex. & ibi latè defendit Herculan. in 4. not. & cõmunem dicit Soccin. cons. 57. num. 13.

nu.13.lib.3. qui vult, quod hæres tenetur imputare fructus perceptos ex hæreditate in suum creditum.

Reprobatur à Rota *coràm Bubalo in Romana fideicommissi Lunæ 23. Maij 1583. incip. Domini quoad primam partem. Est decis. 176. in eius lib. in manuscr.* vbi in fine dicitur, quod contrariam opinionem vti veriorem tenet Rota quod hæres non tenetur imputare fructus in debitum, nisi testator hoc expresse dixerit, quam etiam communem esse dicit *Alexand. in l. mulier. §. cum proponeretur. num. 14. ad Trebell. Ruin. cons. 115. nu. 13. lib. 2.* Et quod ita tenuit Rota *coràm Sanctiss. Aldobrand. in Romana de Incoronatis Ven. 28. Iunij 1577. incip. Quia prima pars. Est decis. 680. diuers. part. 1.* vbi dicitur quod ista opinio est verior, & communior. Et respondetur ad leges in contrarium adductas.

Hanc decis. de Incoronatis secuta pluries est Rota vt habes *sup. Part. I. ad d. decis. Aldobrandini.*

§. 20. CASTR. *in l. sancimus. num. 3.* C. *de testam.*

Approbatur à Rota. Vide *suprà in §. Castr. in cons. 12. incip. Tota disputatio. nu. 7. lib. 1. in fin.*

§. 21. CASTR. *in l. sequitur. §. si viam. num. 6. vers. aut loquimur in actionibus. ff. de vsucap.* qui distinguit. An statutum dirigat verba in debitorē, & tunc non procedit præscriptio cum mala fide; aut in creditorem, & tunc procedit præscriptio.

Reprobatur à Rota *in Auximana Dotis Mercur. 27. April. & Merc. 22. Iunij 1583. coràm Card. Seraphin. & additur quod opinio Castr. non est communiter approbata, quicquid dicat Gabr. de præscript. conclus. 4. nu. 4.* & subiungit, Statutum de præscriptionibus non valere cum mala fide vti nutritiuum peccati, cum ibi allegat. Et sequendo hanc decisionem contra doctrinam *Castr. & contra Gabr. qui illam dicit cōmunem, pluribus confirmat Rota in alia Auximana tutelæ Merc. 23. Ianuar. 1585. coràm Gypsio.* vbi quod idem fuit tentum *in* Recanaten. *pecuniaria 27. Iunij 1576. coràm Robusterio. & in decisione corā Gypsio.* eò etiam refellitur *Castr.* quia ipse cōtrarium tenuit *in cons. 98. incip. In causa appellationis. num. 4. lib. 2.*

Et vide *in nostr. Obseru. ex Rota Rom. in verb. Statutum. Obseruat. circa præscriptionem statutariam. §. 5. Statutum de præscriptionibus licet. ferè per tot.*

Et in vtraque decisione *coràm Seraphino dicitur communis opinio est contrà Bart. in d. l. sequitur. §. si viam. num. 2. ff. de vsucap.* vbi tuetur præscriptionem statutariam sine bona fide in actionibus personalibus, quasi in eis cessante possessione cesset bona fides.

§. 22. CASTR. & eum sequentes *in l. si cum dotem.*
1 *23. num. 12. ff. solut. matrim.* vbi dicit, quod si † Statutum disponat, quod maritus lucretur dotem vxoris præmortuæ sine liberis: si autem cum liberis succedant in dote ipsi liberi. Quod isto casu potest mulier de dote testari, & sic filij succedunt iure hæreditario, vel ab intestato si non fecerit testamentum. Secus verò si Statutum dicat, *Lucrentur, vel habeant,* quia tunc filij ex Statuto possunt succedere omisso iure hæreditario, nec eo casu potest mater de dote testari. Quam distinctionem admisit *Rota in causa Esina Dotis. 5. Iunij 1595. coràm* Card. *Blanchetto.* Quæ est eadem in qua consuluit *Honded. cons. 16. lib. 2. vt etiam notatur in fine d. consilij.*

Declaratur à Rota *in Romana Lucri dotis. Vener. 20. Febr. 1615. coràm R. P. D. Pirouano. est decis. 653.*
1 *in Recent. part. 2. incip. Cum Catharina. nu. 7.* † Quod cum Statuta differant inter se in deferendo lucro respectu personarum, & in modo, ita & diuersimodè sunt intelligenda.

Nam si verba dirigātur ad maritum, prout in *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 131.* tunc per verbum, *Lucratur,* nihil filijs defertur inducendo nouam successionem, sed fauore mariti determinatur lucrum, & nihil ad fauorem filiorum disponitur, *vt fusè habetur in d. decis. à num. 1. & per tot.*

3 Si autem verba dirigantur † in filios, prout in Statuto per Castrens. supposito; Et tunc quod benè dicat Castr. quia verba, *liberi lucrentur, vel habeant,* tamquam dispositiua directa sunt apta inducere nouam dispositionem, & dare ex illo Statuto successionem: Quo stante non potest mulier disponere de dote auferendo filijs per vltimam voluntatem, quod eis à lege datum est, vt cōsiderat idem *Castr. cons. 82. incip. In hoc negocio. in 3. dubio. part. 1. & Osasc. decis. 20. num. 7. Thesaur. decis. 34. num. 1.*

4 Secus verò si † Statutum vtatur verbis communibus, prout, *remaneant,* vt in Statuto Esino, vel *reseruare teneatur, vt in d. Statut. Vrb. lib. 1. cap. 131.* Et tunc quia dos potest remanere, vel conseruari in filijs alio iure, nempè iure communi per successionem ab intestato, vel ex testamento, satis est quod dos filijs remaneat, vel in eis conseruetur, absque eo quod inducatur noua successio iuri communi derogando, vt ponderat *Cuman. cons. 48. incip. Statutum Florentiæ. in fin. & idem* Castr. *de cons. 82. in fin.*

5 *Et concludit ibi Decisio, quod d.* † *Statutum* Vrb. *lib. 1. cap. 131. disponit solum de lucro dotis fauore mariti in vsufructu consistente, & nihil noui fauore filiorum inducit.*

§. 23. CASTR. *in l. solet. ff. de iurisdict. omn. iud. Et in l. sed si hac. §. patronum. de in ius vocand.*

Declaratur à Rota, vt per *Achill. decis. 6. qui fil. sint legitim. num. 3. & 4.* vbi dicitur prout etiam *in decis. 5. eod. tit.* quæ sit legitimatio, & quæ dispensatio contra opinionem *Host. in cap. per venerabilem. col. 2. in fin. qui fil. sint legitim.*

Et in eadem materia *n. 3. in fin.* dicitur quod doctr. *Bart. in l. ex facto. col. 3. de vulgar. & pupill.* est communiter approbata.

§. 24. CASTR. *in l. testamentum. 17. n. 6.* C. *de testam.*

Limitatur à Rota *coràm felic. record. Gregor. XV. decis. 4. num. 6.* Vide, quæ diximus *sup. in §. Bart. in l. 1. studentibus. C. de offic. Præfect. Vrb.*

§. 25. CASTR. *in l. Testator. 92. §. fin. de legat. 2.* quod ignorantia non excuset ab alienatione rei subiectæ fideicommisso, quando adest expressa prohibitio testatoris.

Approbatur à Rota *tamquam communis, & receptissima ista opinio. Vt habes infrà Part. 5. ad l. Testator. 92. §. fin. maritus. ff. de legat. 2.*

§. 26. CASTR. *in l. Titio certum. §. Titio genero. n. 8. vers. ego pluries. ff. de condit. & demonstr.*

Approbatur à Rota. *Vide in §. 91. Bart. in l. Titio. centū. §. Titio genero. n. 4. & 5. de cōdit. & demōstr.*

Cephalus.

S V M M A R V M.

1 *Legitimatus non venit in inuestitura sub nomine legitimi, & naturalis.*

3 *Contractus conditionalis resoluitur per moram incursam, & oppositam.*

4 *Te-*

4 *Testator, si iubet neptem ex filio dotari de bonis per fideicommissum restituendis, qualiter sit facienda ista detractio.*

§. 1. CEPHALUS *conf.23. incip. Feudum de quo agitur lib.1.* cum dicit legitimatum non venire in inuestitura sub nomine legitimi, & naturalis.

Reprobatur à Rota *in Bononien. bonorum de Bologninis Vener. 10. Decembr. 1568. coràm Card. Seraphino.* vbi fuit dictum, legitimationem tenere in præiudicium fœminarũ in inuestitura vocatarum, stante communi Doct. opinione, quod Princeps potest præiudicare iuri quærendo, vt per *Cuman. conf.168. per tot. Castr. conf.461. num.4. vol.2. Dec. conf.269. num.8. & conf.390. num.11. Reprobatum etiam fuit dictũ conf. Cephal. in Ciuitatis Castelli Castri Montoni Vener. 10. Maij 1577. coràm eodem.* vbi etiam declaratur Cephalus, vt loquatur in legitimante non habente potestatem, vt concludit in fine consilij.

§. 2. CEPHAL. *conf.244. per tot.* & RIMINALD. *Sen. conf.114. lib.1.*

Reprobantur à Rota. Vide *in verf. Riminald. Sen. conf. 114. lib.1.*

§. 3. CEPHAL. *conf.118. incip. Contractus venditionis. num.18. lib.1,* cum dicit per moram incursam, & oppositam contractum conditionalem resolui.

Reprobatur à Rota *in Perusina executionis Ven. 11. Maij 1582. coràm Card. Seraph.* vbi malè allegatur *Cephal. conf.186. nu.18. cum debeat dicere conf.118. num.18.* pro qua correctione multas consumpsi horas, & fuit approbata *decis. Afflict. 280. nu.3.*

De qua vide *in §. Afflict. decis.280. incip. Quondam Ioannes. nu.3.*

§. 4. CEPHAL. *conf.485. incip. Magnifici Domini. num.60.* vbi dicit, quod si testator iubet neptem ex filio dotari de bonis per fideicommissum restituendis, non sit computatio nec cum legitima, nec cum trebellianica debitis filio grauato, quia tũc dos non solueretur de bonis fideicommissi, sed de bonis filij, & in effectu eo modo auus dictas quartas deduci prohibuisset, contra *tex. in Auth. sed cum testator. C. ad l. falcid.*

Reprobatur à Rota ista ratio *Cephal. in vna Port... bonorum 15. April. 1580. coràm Card. Seraph.* quia euidenter est erronea, filio enim non cẽsetur per indirectum prohibita detractio legitimæ, filius namque tenetur de suo dotare filiam suam, hoc enim est paternum officium. *l. fin. C. de dot. promiss.* Si ergo pater mandat filio, vt dotet de suo, & in euentum quod non habeat dotet de patrimonio sui patris, magis releuat, quàm grauat filium, cum relicta legitima possit ad libitum de alijs bonis disponere.

Cepolla.

SVMMARIVM.

1 *ad Moniales prospiciendas non licet eleuare ædificia, nec in eis facere fenestras prospectiuas.*

2 *circa Ecclesiæ immunitatem à gabellis, tributis, & oneribus.*

§. 1. CEPOLLA *de seruitut. c.62. de fenestra. n.2. vers. tertiò fallit.* vbi tenet secluſa æmulatione posse ædificium eleuari ex quo Moniales conspici possint.

Reprobatur à Rota. Vide *Part.5. ad cap.1. Periculoso. de stat. regul.*

§. 2. CEPOL. *inter conf. Felin. conf.46. in 4. dubio.* BARBAT. *conf.1. lib.3.*

Reprobantur à Rota. Vide *Part.5. ad cap. tributum. 23. quæst.8. à num.10. verf. Rota coràm Pegna vsque ad num. 14.*

Clarus.

SVMMARIVM.

2 *Legitima filiorum quando bona patris confiscantur, est dimidia pars hæreditatis, etiam si vnicus, vel duo sint filij, & an hoc hodie seruetur.*

3 *Filij in conditione positi censentur vocati ex coniecturis, &c. dummodo sint ex descendentibus testatoris.*

§. 1. CLARVS *in prax. crimin. in §. hæresis. nu.9. vers. nota in proposito.* vbi sequitur *Boer. decis.341.* qui ambo impugnant *Rot. decis.875. in antiq. alids 1. de hæresie.*

Reprobantur *à Io. de Roias. vt notauimus suprà ad Boer. dicta decis.341.*

§. 2. CLAR. *in prax. crimin. §. fin. quæst.78. num.25.*

1 † vbi dicit hodie in practica non seruari, quod facta confiscatione bonorum filijs referuetur dimidia pars bonorum, *iuxtà text. in l.1. in fin. & in l. fin. de bon. damnator. allegat Cassan. super consuet. Burg. fol.89. num.16.* sed quod filijs illa tantum pars referuetur, quæ regulariter eis debetur in bonis patris.

Declaratur à Rota *in Interamnen. legitimarum. Lunæ 22. Aprilis 1613. coràm Reuerendiss. Coccino*

2 *Decano. num.3. est in Recent. decis.479. par.1.* † quod loquatur de consuetudine particulari nõ autem vniuersali, & Cassaneus nil tale dicit, loquitur contrà text. vt benè aduertit *Moder. Eugub. consil.110. num.17. lib.1.*

3 Licet enim regulariter † legitima sit triens, quãdo filij non excedunt numerum quatuor, semis autem si excedant. *Auth. nouissima. C. de inoffic. testam.* secus autem quando agitur de bonis confiscatis, tunc enim est semis, vbi adsunt duo vel vnicus filius *d. l. fin.* ibi dimidia parte ærario vendicata, alia eis referuatur. *l. cum ratio. §. si plures. & ibi glos. Odofr. & Salic. ff. de bon. damnat. latè Rol. conf.97. num.30. lib.2. Modern. Eugub. d. consil.110 nu.7. & seq. lib.1. Plot. conf. crim. diuerf. 130. nu.87. lib.1. Modern. Roman. de delictis. quæst.24. nu.37. & seq.*

4 Ad hanc etiam † deductionem legitimæ non est spectanda mors patris, sed confiscatio. *Rol. d. consil.97. num.78. lib.2.* & communem dicit *Auctor tract. de iure fisc. lib.5. tit.1. nu.37. per text. in d. l.1. de bon. damnat.* ibi, portionem ex bonis patris damnati accipiunt.

§. 3. CLAR. *in §. Testamentum. quæst.79. in fin.* vbi dicit in conditione positos censeri vocatos ex coniecturis, &c. dummodo sint ex descendentibus ipsius testatoris.

Reprobatur à Rota *in Bononien. fideicommissi de Pannoliniis. 10. Decembris 1610. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis.266. nu.5. part.1.* vbi ex pluribus coniecturis probatur in conditione positos ex tribus extraneis hæredibus institutis censeri vocatos.

Reprobatur etiam *in Viterbien. fideicommissi. Ven. 10. Maij 1613. num.20. coràm Reuerendissimo Manzanedo. est decis.486. part.1. in Recent.* cum simpliciter

citer Clarus dicit, quod tantum in descendentibus coniecturæ contrà *glos. in l. Lucius. la 2. in verb. liberos. de hæred. instit.* & communem opinionem admittantur, cuius opinio non ita simpliciter, sed cum distinctione est intelligenda.

Et pro intellectu vide *infrà in Glos. in l. Lucius. la 2. §. liberos. ff. de hæred. instit.*

Corneus.

SVMMARIVM.

1 *pro Dote constituenda liberis conceptis post mortem testatoris, an habeat locum Auth. res quæ. C. comm. de legat.*

2 *Lex Mosaica seruanda est inter Iudæos, & in specie lex circa successionem.*

3 *Restitutio qualiter sit facienda ab impugnante transactionem.*

4 *Tutoris, vel curatoris datio, an valeat, si non fiat mentio tutoris testamentarij.*

5 *Donatio si sit facta alicui purè, & donatorius eadem die promittat ei aliquid dare annuatim, an dicatur donatio ob causam.*

6 *Hæres non tenetur restituere bona acquisita post aditam hæreditatem, si tamen aliunde acquisiuit.*

7 *in Substitutione vulgari collata post mortem, an in ea sub intelligatur conditio si sine filijs, &c.*

8 *Aegidianæ non est locus, quando sententia non iustificatur ex actis, & ad hoc non potest ex nouiter deductis iustificari.*

9 *Fideicommissarius possidens est legitimus contradictor ad impediendam immissionem, ex l. fin. C. de edic. Diu. Adr. toll.*

§. 1. CORNEVS *in Auth. res quæ. nu. 4. C. comm. de legat. & fideicom. quod d. Auth. res quæ.* non habeat locum pro dote constituenda pro liberis conceptis post mortem testatoris, quia testator non tenebatur dotare, dicta verò Auth. procedit solum in eis, quibus ex aliquo vinculo imminebat sollicitudo dotandi secundum *Bald. in lectura. antiq. in 3. quæst.*

Reprobatur à Rota, quia communis opinio est in contrarium, vt dicitur *in Portuen. bonorum. Lunæ 16. Maij 1580. coràm Card. Seraphino. est decis. 461.*

Et contrarium fuit resolutum *in Romana dotis. Mercurij 9. Iunij 1574. coràm Decano Rubeo. est decis. 37. part. 1. diuers. in nouiss. quod d. Auth. res quæ.* habet locum in omnibus descendentibus conceptis post obitum disponentis, & subdit quod licet *Corn. d. nu. 4.* dicat Bald. in lectura antiqua contrarium tenere, tamen dicta lectura non reperitur, & quod Corn. est in opinione affirmatiua, *dum eodem nu. 4.* ponderat rationē positam in d. text. esse generalem.

Et *in d. decis. nu. 6. reprobatur Alciat. in cons. 164. Numquid. lib. 5. in princip.* quia rationes quibus mouetur non subsistunt; Et quod contrà hanc opinionem tenent *Curt. Iun. in d. Authent. nu. 18. vers. vltimò circa hoc, & Ruin. consil. 89. Casus iste. num. 41. vers. Ad hoc respondetur. vol. 2.*

Quam *decis. 37.* sequitur Rota *in dicta decis. 461. num. 6. coràm Card. Seraphino.* & etiam *coràm Card. Blanchetto in vna Anconitana fideicommissi. Merc. 5. Decembris 1584. nu. 4. incip. Domini dixerunt, quod Felici. quæ est decis. 889. inter recollectas à Farinac. impress. Lugdun. de anno 1612.* vbi etiam reprobatur *Alciat. vbi suprà.* & quod omnibus benè respondet *Curt. Iun. cons. 95.*

§. 2. CORN. *cons. 180. In hac consultatione. num. 12. & 13. lib. 2.* quod lex Mosaica sit seruanda inter Iudæos, & in specie lex circa successionem, quæ habetur *Numer. cap. 27.*

Reprobatur fusè à Rota *in Romana successionis Hæbreorum. Vener. 1. Iunij 1612. coràm Reuerendiss. Decano Coccino. est in Recent. decis. 414. per tot. p. 1.* & præsertim *à nu. 6.* & in specie contrà *Corn.* & alia in contrarium adducta *num. 7. & seq.* In qua decisione firmatur, legem Mosaicam circa successionem hodie non esse seruandam, cum deficiant per adimplementū ea, ex quibus dicta lex fuit ordinata, ac propterea, Matrem de iure ciuili succedere filio morienti ab intestato excluso patruo, etiam quod agatur de successione Hæbreorum. Quæ decisio est notabilis, exemplaris, & singularis, & copiosè, ingenioseque extensa, prout reliquæ omnes dicti D. mei Decani, & olim condiscipuli decisiones.

§. 3. CORN. *cons. 188. In præsenti. num. 16. & 17. volum. 2.*

Declaratur à Rota cum alijs Doct. Vide remissiuè *suprà in §. 24. Abbas cons. 62. in fin. incip. Omnipotentis Dei. vers. Postremò. lib. 1.* vbi agitur de restitutione facienda ab impugnante transactionem.

§. 4. CORN. *in consil. 281. num. 6. & 7. lib. 7. incip. Præmittendum est.*

Declaratur à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in hac Part. in §. 93. Bart. in l. tutor. 5. nu. 7. ff. de tut. & curat. dat. ab his &c.*

§. 5. CORN. *cons. 350. aliàs vlt. lib. 2. incip.* In hac *consultatione.* vbi tenuit, quod si donatio fuerit facta alicui purè, & simpliciter, & eadem die promisit donatarius dare annuatim certam quantitatem vini, & olei, non censetur id fecisse contemplatione prioris donationis, vt ea dicatur correspectiua, & ob causā.

Reprobatur à Rota *in Romana de Zābeccarijs. 10. Martij 1589. nu. 7. & 8. coràm Reuerendiss. Comitulo, & à Caputaq. in decis. 235. in fin. post Tiraq. in l. si vnquàm. in verb. Donatione largitus. nu. 120. §. licet aliud. C. de reuoc. donat.* Colligitur enim actuum correspectiuitas ex earum vicinitate, & coherentia eodem die gestorum. *Bald. in l. petens. num. 49. C. de pact. & ibi Doct. nu. 3. Corn. cons. 115. num. 13. lib. 2. Aegid. decis. 12. nu. 2.*

Et vide *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Actus. Obseruat. circa correspectiuitatem.*

§. 6. CORN. *in cons. 304. num. 11. in fin. incip. Rem arduam. lib. 3. &* MANTIC. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 4.* vbi dicunt, quod si hæres post aditam hæreditatem aliqua bona acquirit, non tenetur in casu restitutionis, ea restituere.

Declarantur à Rota *corā Card. Caualer. decis. 374. num. 8. incip. Laurentius Celsus.* quæ decis. etiam habetur *in Recent. p. 1. decis. 698.* Quod non loquantur ex bonis acquisitis ex hæreditate, sed de bonis acquisitis aliunde, & sic extrà hæreditatem.

§. 7. CORN. *in cons. 1. incip. Circa primum. num. 30. lib. 4.* Quod in substitutione vulgari etiam collata post mortem non subintelligatur conditio, si decesserit sine liberis, tum quia non reperitur hoc iure cautum, nec militat ratio, quæ militat in substitutione fideicommissaria, non enim defertur hæreditas filijs instituti, si institutus repudiat, vel abstinet, sed deuol-

deuoluitur ad cohæredem, vel substitutũ. Et si dicta conditio sine liberis, non censetur adiecta in vulgari, suadet ratio quod nequè censeatur adiecta in fideicommissaria, quia quando vnum determinabile determinat plura determinabilia, interpretatur, quod illa pariter determinet.

REPROBATVR à Rota ista subtilis consideratio Cornei, *in Romana fideicommissi de Stãchis. Lunæ 13. Ianuarij 1597. corã Card. Seraphino.* vbi quod difficultatem tollit vrgentissima ratio, nam si vera esset consideratio Cornei, vtique in tali substitutione non solum filia fæmina, sed etiam filius masculus per substitutionem excluderetur, quod est maximè absurdum, & ab omni æquitate alienum. Et ideò Corneus non satis fidens huic considerationi, tradit eam procedere in suo casu, ex quo aderat persona filij prædilecti à testatore.

§. 8. CORN. *cons. 10. incip. Præsupposito Statuto. n. 2. lib. 4.* cum dicit, Ægidianæ non esse locum, quando sententia non iustificatur ex eisdem, & ad eum effectum non potest ex nouiter deductis iustificari.

APPROBATVR à Rota *in Beneuentana Notariatũ. Lunæ 16. Martij 1562. coràm Gropperio.* vbi dixit tunc cessare attentata, & non esse locum Ægidianæ.

Et in Bononien. de Budriolis Vener. 21. Nouembris 1578. coràm Card. Seraphin. vbi quod pluries fuit à Rota resolutum *iuxt. num. 6. cons. Corn.*

Eadem conclusio fuit firmata *in Romana testamẽti, seu hæreditatis q. Baldassaris Rusconi Vener. 17. Iunij 1611. coràm Card. Sacrato. non facta mentione dicta conclus.*

Et in Beneuentana Domus Vener. 4. Maij 1612. coràm Card. Pamphil. est inter Recent. decis. 391. nu. 6. part. 2. Vbi iuxtà hoc cons. Corn. dicitur, Ægidianm non habere locum stante nullitate, & iniustitia sententiæ, & allegantur aliæ decisiones.

§. 9. CORN. *cons. 231. circa primum consulationis articulum. nu. 15. lib. 4.* quod fideicommissarius possidens sit legitimus contradictor ad impediendum immissionem *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* quando sunt detrahendæ portiones.

DECLARATVR à Rota *in Romana de Salomonibus. 14. Nouemb. 1575. coràm Card. Seraphino.* vbi, vt testatur etiã *Rot. in Romana de Capizucchis Lunæ 10. April. 1606. contra Card. Lancell. est in Recent. decis. 115. part. 1. num. 12. in fin.* valdè dubitauit de his quę dicit *Corn. & pluribus d. consilio Respondet Surd. decis. 333. à n. 12. §. parum etiam resistit. vsquè ad fin.*

Et vide infrà *Part. 5. in l. edicto. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. ad num. 5.*

Couarruuias.

S V M M A R I V M.

3 *in Restitutione in integrum an sit attendenda bona, vel mala fides.*
4 *Filij hæreticorum an priuentur beneficijs obtentis ante parentis lapsum.*
4 *Contrahentium, & Litigantium voluntate, & consensu fieri potest, vt lis, & causa decidatur iuxtà assertionem, & declarationem alterius partis.*
6 *ad Vendendum domum, an quis possit cogi vigore l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. fun.*
7 *Debitor etiam inuito creditore potest pignus vẽdere.*
8 *Titulus putatius sufficit ad excludendam petitionem hæreditatis.*
10 *Papa si det licentiam remanendi in matrimonio contracto non dicitur dispensare in radice matrimonij.*
11 *Voluntas captatoria an sustineri possit.*

§. 1. COVAR. *in regul. Possessor. in 2. part. §. 8. num. 3.*

REPROBATVR à Rota. Vide infrà *Part. 5. in l. cum quærebatur. quæ est l. fin. C. vnde vi.*

§. 2. COVAR. *var. resolut. lib. 1. cap. 1. nu. 7. vbi refutat Guidop. decis. 29. Et nu. 9. vbi reprobat Abb. & Felin. in cap. pastoralis. §. quia verb. de offic. delegat.*

APPROBATVR à Rota. Vide *in §. 15. Abb. & Fel. in cap. pastoralis. §. quia verò. de offic. delegat.*

§. 3. COVARR. *var. resolut. lib. 1. cap. 3. nu. 5.* cum in restitutione in integrum attendit bonam, vel malam fidem.

REPROBATVR à Rota *in Perusina executionis. Mercur. 19. Nouembris 1597. coràm Card. Seraphino.* Quia in hoc iudicio restitutionis in integrum attenditur tantum quod restituatur in statum pristinum ante rem iudicatam, vt tradit *Abb. in cap. ad nostram. nu. 8. de reb. Eccles. non alien. Sfort. de restit. in integr. quæst. 45. art. 2. num. 20. & probat text. in cap. sciscitata. de in integr. restit.*

§. 4. COVARR. *variar. resolut. lib. 2. cap. 8. num. 4. vers. hæc verò glosa.* vbi tenet filios hæreticorum non priuari beneficijs obtentis ante parentis lapsum, licet contraria opinio sit magis communis, vt ipse dicit *dicto nu. 4. post lapsum.*

REPROBATVR à Rota *in vna Concheñ. pensionis. Vener. 6. Martij 1598. coràm Peregrino.* quæ decisio habetur apud *Garsiam de benefic. p. 11. cap. 10. num. 79.* vbi fusè probatur contraria conclusio per totum.

§. 5. COVARR. *variar. resolut. lib. 2. cap. 13. incip.*
1 *Memoria teneo. nu. 1. vers. Illud sanè verum est.* † vbi dicit, posse conuentione, & consensu litigantium, & contrahentium fieri, vt lis, & causa decidatur iuxtà assertionem, & declarationem alterius partis, & testatur de communi referendo multos eiusdem sententiæ. Et paulò infrà, *ante §. Cæterum.* Idem asseuerat de contrauentione æstimationis damnorum, expensarum, & interesse *post Afflict. decis. 91. incip. Iterum in causa. num. 9. vers. sed in contrarium.*

APPROBATVR à Rota *coràm Cotta in Perusinã damnorum. Vener. 20. Octobris 1564. incip. Me proponente. Est decis. 110. in eius lib. in manuscript.* vbi di-
2 citur, † quod licet non desint, qui teneant præfatam conuentionem, videlicet, quod stetur simplici verbo partis aduersæ de damnis, & interesse, non valere, maximè *Corn. in l. si quis in conscribendo. quæst. vlt.* C. *de episc. & cleric. Salic. in l. ius iurandum quod ex conuentione. in princip. ff. de iureiur. Speculat. in tit. de probat. §. restat. vers. quid si. Signorol. cons. 133. incip. Cum in instrumentis. n. 3. §. in oppositum. & cons. 156. incip. Factum sic se habet. nu. 18. Venio ad secundum.*
3 *vers. in oppositum:* † Ea potissimum ratione, quia si talis conuentio valeret de facili homines inuitarentur ad delinquendum. Tamen † quod vno ore dixe-
4 runt, communem esse opinionem, quod huiusmodi conuentio valeat. *Ias. in d. l. iusiurandum, quod ex conuentione. nu. 1. ff. de iureiur. Io. Dilect. de testam. tit. de legat. caut. 48. Afflict. decis. 91. num. 9. in fin. Soccin. cons. 90. lib. 4. vers. 12. & seq. Alex. cons. 47. lib. 1. nu. 4. & cons. 130. & 137. col. fin. & cons. 54. num. 1.*

num.1. vol.2. & conf.67. col.2. lib.2. & conf.123. col.3. lib.4. Angel. Aret. in §. non solum. Institut. de verb. obligat. Marian. Soccin. in cap. dilecti filij. col.1. de for. compet. Dec. in cap. veniens. in fin. de testib. & cap.2. col.3. de fid. instrum. Abb. conf.81. lib.1. Alciat. in l.1. §. vlt. nu.24. ff. de verb. oblig. Plot. qui & alios refert in l. si quando. nu.740. C. vnde vi.

Ad argumentum contrariæ opinionis fuit responsum,

5 illud cessare, † quandoquidem standum esset declarationi damnum passi, quia illa declaratio arbitrio boni viri relinquitur sit nè æqua, & sic cessat illa occasio delinquendi.

Et quod ita hanc communem conclusionem *Doct. intelligunt, & declarant, præsertim Bart. Soccin. in d. conf.90. num.12.* qui de communi testatur, & alios refert *Gerard. singul.6. Afflict. d. decis.91. num.10. & Couar. d. cap.13. var. resolut. lib.2. num.1. ante vers. cæterum.*

Quod tantò magis, vt ibi in decis. dicitur, tenebatur,

6 † quia probato interesse damni emergentis solet Rota illud moderari *Ant. Aug. in epit. tit. de eo quod interess. num.2.*

Fuit tamen *in d. Decis. à Rota consideratum*, quod partes non aduerterant, quod cum contractus, in quo talis conuentio interuenerat, factus esset cum

7 Communitate, & hominibus Terræ Gualdi, † fortè eo quod talis conuentio non valeret, sicut nec valet si cum tutore, aut curatore minoris fiat *Bart. in l. iusiurandum quod ex conuentione. num.5. ff. de iureiur.* Et quod in specie in Vniuersitate tenet *Plot. in d. l. si quando. num.745.* arguendo à minori ad Communitatem.

8 In qua difficultate, † licet aliqui dicerent non applicari hanc conclusionem casui decisionis, quia pro Communitate interuenerat quidam particularis, qui particulariter, & insolidum, & tamquàm persona priuata se obligauerat, contrà quem agebant, & non contra Communitatem.

NIHIL tamen fuit circa hoc firmatum. Sed fuit

9 dictum quod poterat videri *Natt. conf.51. nu.8.* † vbi dicit, quod licet in instrumento Communitatis interuenerit aliquis vti particularis, possit tamē Communitas pro defensione particularium adducere exceptiones ex sua persona competentes. Et quod ita etiam posset Communitas, de qua agebatur, adducere exceptionem nullitatis conuentionis pro defensione dictæ personæ particularis.

Subdit tamen *D. Pouens causæ, videlicet* R. P. D.

10 *Cotta*, † quod sibi videbatur istam difficultatem dirimi per *text. in l.2. C. de fideiuss. min.* vbi exceptio resultans ex priuilegio personæ, licet excuset priuilegiatum non tamen excusat fideiussorem, sed ista exceptio nullitatis oritur propter priuilegium personæ ob imbecillitatem minoris ætatis, vnde illa persona particularis remaneret obligata, cum non habeat dictum priuilegium, vt dicitur *in d. l.2.*

§. 6. COVAR. *var. resolut. lib.3. cap.14. num.8. vers. cæterum si controuersiam istam.* Licet videatur sentire contra cōmunem opinionem *ex l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. funer.* quod quis non possit cogi ad vendendum domum vigore *d. l.*

Tamen ipsemet *num.7. vers. quibus sanè* fatetur illam esse communem. *Et nu.8. in §. fin.* fatetur iudicem æquissimè facturum vtendo prædicta frequentissima Doct. sententia, vt notauit Rota *in Romana demolitionis domus. 29. Febr. 1608. corā Manzanedo. est decis.213. part.2. in Recent.*

Et vide infrà *Part.5. circa leges. in l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. num.12.*

§. 7. COVAR. *lib.3. var. resolut. cap.18. num.4. dum*

1 *tradit*, ita in praxi obseruari, † vt assignato extraneo possessori, à quo fuerat abdicata res per anteriorem creditorem congruo termino, intra quem possit, si velit, rem sibi euictam liberare, soluta pecunia creditori debita, qui illam euicit; si intrà eam diem non fuerit solutum, & liberatum pignus, tunc solemni, & iudiciali subhastatione vendatur ad satisfactionem creditoris.

COVAR. hoc idem repetit. *Pract. quæst. cap.29.* De creditore priuilegium habente, &c. *nu.3. §. cæterum, quando hac in parte.*

REPROBATVR à Rota *in Romana Casalis Capocotta Ven. 30. Octob. 1515. coràm Card. Cauale. Est decis.759. p.2. in Recent. incip. Reuerendi Canonici. Vbi num.3. dicitur*, quod hæc opinio *Couar.* non placuit Dominis, tāquam contraria cōclusioni iuris, quæ elicitur *ex text. in l. si creditor. ff. de distract.*

2 *pign. & in l. distractis. C. de pign.* † vt scilicet, debitor etiam inuito creditore possit pignus vendere, quod etiam clarè tenuit *Rota apud Put. decis.260. n.1. lib.3.* vbi expressè dicitur, quod debitor, qui rem suam hypothecat, vel pignorat creditori, si illam alienet, va-

3 let alienatio: † Nec dicitur facere cōtra legem hypothecæ, vel pignoris, ex quo in contractu non promisit non alienare, vel vendere, *per text. in d. l. distractis.* Vbi omnes, & in specie *Bald.* vnde dominium

4 est validè translatum, † & actio hypothecaria non percutit dominium rei alienatæ, sed solam possessionem, vt expressè loquitur *text. in Auth. hoc ita. C. de pign. & in corpore vnde desumitur. in Auth. de litig. ibi, si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet, eam-*

5 *dem rem vendicare, donec ei satis pro debito fiat.* † Et sic apparet quod datur retentio rei auocatæ à tertio emptore ad tempus, donec creditori satisfiat, nō autem facultas distrahendi. Et quod sic intelligun-

6 tur † *leges 1.2.3. & 4. C. de distract. pign. quas Couar. allegat pro sua opinione*, nempè, de facultate distrahendi pignus, cuius possessionē habet creditor cessante dominio tertij, vel quatenus penes debitorem reperitur, aliàs quod pugnaret de directò, quod alienatio facta per debitorem esset valida, & quod creditor rem alienatam posset vendere.

7 Et ideò quod Rota concludit, † contrà tertium possessorem, & dominum rei effectum, eatenus esse prouisum à iure, vt creditor ratione anterioris hypothecæ possit tantūmodo ab eo auocare possessionem eiusdem rei à se retinendam, donec de fructibus in sortem imputandis de suo credito satisfiat. Et quod ita procedit libellus in hypothecaria, vt tradit *Neguf. de pignor. part. vlt. membr. vlt. num.24. Menoch. consil.361. num.7. vbi allegat Papiens. in sua prax. 1.* in forma libelli in actione hypothecaria, non autem eam rem distrahere. Et respondetur ad alia fundamenta ipsius *Couarr. in eodem num.4.*

REPROBATVR Secundo Couar. à Rota *in Romana fructuum quinquaginta millium. Merc. 13. Iunij 1576. corā Decano Rubeo. incip. In causa Romana. Est decis.43. Diuers. part.1. vbi num.2. in fin. dicitur,*

2 † Non subsistere de iure, quod debitor in Saluiano inter-

interdicto possit cogi ad soluendum, alioquin quod pignus distrahatur, vt per *Couar. locis cit. in var. resolut. lib. 3. & cap. 18. num. 4. & Pract. quæst. in tit. de libell. in hypotheca cum fructibus. Est cap. 29. num. 3.*

9 Quia fuit responsum per Dominos, † quod fundamentum procedit in actione hypothecaria non in Saluiano interdicto, quod multum differt ab actione hypothecaria, cum iudicium hypothecarium sit petitorium, non in Saluiano quod est possessorium; in primo datur appellatio, in secundo denegatur: in primo admittitur exceptio nullitatis hypothecæ, in secundo excluditur, saltem quando requirit altiorem indaginem. In primo præsupponitur pignus, in secundo minimè, cum alijs multis ibi adductis. Et subdi-

10 tur, † non vrgere, quod vigore actionis hypothecariæ auocetur possessio, sicut vigore Saluiani interdicti. Quia non propterea iudicium desinit esse petitorium, prout in rei vendicatione, qua mediante quis consequitur possessionem, & tamen iudicium est petitorium l. *is qui destinauit, & ibi Bart. de rei vend.*

SEQVITVR hanc Rubei decisionē cum reprobatione opinionis *Couar. Rota in Senogallien. Prædij Lunæ 5. Decembr. 1554. coràm Card. Seraphin. Est in eius impress. Decis. 1100. incip. Fuit dubitatum. in princip.*

11 † Vbi dicitur subhastationem, & deliberationem prædij fuisse nullam, quia facta fuerat à misso in possessionem ex Saluiano per quod sola possessio auocatur. Vnde non poterat procedere ad subhastationem, & deliberationem, per quam auocatur dominium ex allegat. *in d. decis. coràm Rubeo.*;

ANNOTATIO.

REPROBATVR opinio Couar. tàm *d. lib. 3. var. resolu. cap. 18. num. 4.* quàm *Pract. quæst. c. 29. nu. 3. à Rota coràm Rubeo. & coràm Seraphin. vt dictum est.* ex eo quod velit creditorem vigore Saluiani posse cogere dominum ad subhastandum, & deliberādum pignus. Et ideò dicitur, quod dicta opinio non subsistit, quia Salnianum est remedium possessorium, quod secus est in actione hypothecaria, quæ est iudicium petitorium, vt dictum est.

Attamen, ni fallor, *Couar. in dictis locis non videtur loqui de Saluiano interdicto*, sed de actione hypothecaria, *vt in d. cap. 18. num. 4. in princip. ibi, verum hoc in capite de actione tractamus hypothecaria.* Et paulò infrà, ibi, *nam quoad exterum possessorem, à quo res actione hypothecaria euicta est. Et in Pract. quæst. d. cap. 29. n. 3. ibi, Cæterum quando hac in parte de hypothecaria actione non vulgarem quæstionem attigerim.* Et paulò post ibi, *creditor etenim egerat contrà tertium possessionem cuiusdam rei actione hypothecaria*, &c.

Vndè non video quomodo à Rota corā *Rubeo, & postea coràm Seraphino*, qui eum sequitur, reijciatur Couar. quasi de Saluiano fuerit loquutus, cum expressè, vt dictum est ipse de creditore agente hypothecaria nō Saluiano quæstiones resolutas proponat.

Ex quibus Decisionibus videtur potius colligi cōfirmatio, quam refutatio opinionis Couar. qui ideò dicit agentem hypothecaria posse deuenire ad subhastationem, & deliberationem pignoris, vt dicit *in d. cap. 18. num. 4. in secunda ratione.* quia res illa iure pignoris, & hypothecæ ad creditorem pertinet; & subdit, quod ius pignoris, & hypothecæ hoc habet à lege, vt vendi possit res ipsa data in pignus à creditore auctoritate Iudicis. *l. 2. & 3. C. de distract. pign.* Et sic quod iudicium actionis hypothecarię attingat, & sit petitorium, cum ratione dictæ actionis res hypothecata vendi, & distrahi possit. Cui non contra dicit, sed confirmat Decisio coràm Rubeo, vt dictum est.

BENE tamen verum est, *quod Decisio corā Card. Caual.* de qua in prima Reprobatione reijcit dictam opinionem Couar. hoc eodem fundamento, quod destruit opinionem Couar. & etiam Decis. Rubei, quia actio hypothecaria non percurit dominium, sed possessionem dumtaxat *ex d. tex. in Auth. hoc ita. C. de pignor. cum alijs ibi in Decis. & sup. à nobis hic repetitis.*

Vnde hac præsenti *Decis. corā Caual. Reprobatur, vt dictum est, & Couar. & Rub. d. decis.*

§. 8. COVARR. *pract. quæst. cap. 12. nu. 4.* dicens, quod titulus putatiuus sufficiat ad excludendam petitionem hæreditatis.

REPROBATVR à Rota *in Cernien. bonorum. Merc. 4. Maij 1575. coràm Card. Seraphino.* vbi quod ad excludendam petitionem hæreditatis, seu inretdictum quorum bonorum requiritur titulus validus, nec sufficiat titulus inualidus, seu putatiuus. *l. nec vllam. §. 1. ff. de petit. hæred.* etiamsi esset cum bona fide, vt latè *per Doct. in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* quæ sententia est communiter recepta.

§. 9. COVAR. *pract. quæst. cap. 36. nu. 4. vers. similiter si beneficia patrimonialia.* vbi videtur velle quod beneficia patrimonialia numerata non cadant sub reseruationibus,

REPROBATVR à Rota *in Calaguritana de Arçaya. Vener. 28. Iunij 1591. coràm Card. Seraphino.* cum dictis beneficijs conueniant generalia verba reseruationum *ad Felin. in c. postulasti. nu. 5. de rescript.* & comprehendantur sub indultis Cardinalium, *vt per Put. decis. 163. lib. 3. Caputaquen. decis. 66. par. 1. & decis. 89. part. 2.* vnde à fortiori debent comprehendi in reseruationibus generalibus, præsertim vacationis in Curia, quæ est clausa in corpore iuris. *cap. 2. de præbend. in 6.* cum in his procedatur per viam legis vniuersalis. *Calder. in cons. 11. de priuileg. Imol. in Clem. 1. in vlt. notab. de sepult.* & fuit aliàs discussum non tamen plenè resolutum *in vna Calaguritana de Apedaza. 30. Martij 1590. coràm Orano.*

Aduerte tamen quod licet Couarr. sit in opinione negatiua, vt dictum est, tamen ipse non figit pedes, cum dicat hanc opinionem esse dubiam quoad patrimonialia, & Canonicatus, vt ibi per eum.

§. 10. COVAR. *super 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 8. num. 13. vers. Ex quibus.* volens, quod si Papa det licentiam remanendi in matrimonio contracto, non dici de radice matrimonij.

REPROBATVR à Rota *in Pampilonen. Matrimonij. Vener. 5. Aprilis 1585. coràm Orano.* Quia Doctores, quorum auctoritate dictum suum confirmat, hoc non dicunt. Et ipse Couarr. non loquitur in terminis dispensationis, in qua sunt plura alia verba, sicut vbi decernitur æqualiter proles suscepta, & suscipienda legitima, & quemadmodum ex vi matrimonij sit suscipienda proles legitima, ita etiam iam suscepta. Quod etiam in casu decisionis ostendebatur ex secunda dispensatione, in qua decernebatur, quod si vnus contrahentium decessisset ante finitam litem super professione, prolem susceptam legi-

legitimandum fore, & esse, ac si de legitimo matrimonio nata foret; Id quod fieri nõ poterat nisi prius matrimonium approbatum fuisset, & sic in radice matrimonij dispensasset.

Et contrà Couarr. & Thom. Sanc. idem dictum fuit post d. Pampiloneñ. in Hispaleñ. legitimitatis. Lunæ 4. Februarij 1613. coràm Vbaldo. nu. 11. Est decis. 455. Stantibus resolutionibus. in Recent. part. 1.

Hanc decisionem contrà Couarr. distinguentem inter dispensationem validantem matrimonium à principio, & eam quæ dat licentiam de matrimonio contracto, sequitur Rota in Messaneñ. legitimitatis. Lunæ 13. Martij 1595. coràm Card. Seraphino.

REPROBATVR fusè Couarr. vbi sup. & Thom. Sanchez qui eũ sequitur in suo tract. de matrim. lib. 8. disput. 7. num. 25. à Rota in Hispaleñ. legitimitatis. Lunæ 11. Maij 1615. coràm Reuerendiss. Manzanedo. incip. Cum ista causa. Est decis. 687. par. 2. in Recent. vbi à nu. 12. vsque ad 16. fusè dicta opinio Couarr. reprobatur.

Et nos etiam diximus Part. I. ad Oran. decis. 85. lib. 1. in Addit. quæ est in d. Pampiloneñ. Matrimonij. Vener. 5. Aprilis 1585.

§. 11. COVAR. in cap. cum te. nu. 13. vers. hæc tamen. de testam. cum confutat Ruin. cons. 20. incip. Viso testamento. num. 6. lib. 2. defendentem captatoriam voluntatem posse sustineri.

APPROBATVR à Rota d. Couarr. cuius sententiam verissimam esse censuerunt Domini, in vna Romana seu Ciuitatis Castelli donationis. Lunæ 2. Iunij 1578. coràm Cardin. Seraphino. cum captatoriæ voluntates ex legibus, & doctrinis claris sint prohibitę, vt patet ex allegat. in decisione in eadem causa sub die 28. Aprilis 1578. ex quibus etiam apparet quod Ruin. fallitur in explicatione voluntatis captatorię.

Crotus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus vendens rem subiectam fideicommisso antequàm aliquos fructus percipiat, validè alienat, ita vt emptor non possit inquietari.*

2 *Mora an possit purgari, etiam de equitate canonica, vbi quis in instrumento conuentionis, renuntiauit omni legum auxilio.*

3 *Mulier an possit alienare partem suam dotis pro marito excarcerando, stante statuto prohibente dotis alienationem.*

§. 1. CROTI in Repet. l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legat. 2. Distinctio, † quod venditio
1 rei subiectæ fideicommisso facta per grauatum antequàm aliquos fructus perceperit, sit valida, itaut emptor non possit inquietari.

APPROBATVR à Rota in Romana Domus de Vsazzis. Merc. 5. Martij 1608. nu. 1. & seq. coràm Canalerio. est decis. 215. in Recent. part. 2. Quamuis
2 enim † alienatio rei subiectæ fideicommisso regulariter prohibeatur per text. in l. vltim. C. commun. de legat. hoc tamen non procedit quoad quartam Trebellianicam, cum quoad illam alienatio teneat, ad text. expressum in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. his verbis. Res quæ ab hærede alienatæ sunt in quartam imputantur hæredi; quæ imputatio ex eo fit, quia alienatio tenuit: & iste text. indistinctè loquitur de hærede absque differentia inter hæredem extraneum, & filios primi gradus, prout Doct. ibi eumdem textum intelligunt, & clarè Bart. ibi nu. 2.

Et quamuis bona subiecta restitutioni sub conditione illa pendente possint alienari, ea tamen adueniente reuocatur, vt dicit text. in d. l. vlt. §. sin au-
3 tem. C. commun. de legat. † Hoc tamen intelligitur, quatenus alienatio sit vltrà quartam, nam intra illam remanebit firma. Imol. in d. §. res quæ. nu. 10. vers. in eadem glos. ibi, prima placet. vbi etiam dicit hoc procedere in fideicommisso vniuersali puro. & Bolognett. in l. quartam. ff. ad l. falcid. num. 237. vbi de communi.

Et in d. decis. sub num. 6. dicitur, per d. text. in §.
4 res quæ. † absque vlla temporis præfinitione concedi hæredi facultatem alienandi. Et licet tempore restitutionis fideicommissi facienda sit deductio Trebellianicæ, & bona alienata sint imputanda in Trebellianicam vsque ad quartam, non tamen impeditur hæres per prędictæ rei alienationem illius electionem facere, ad hoc vt posteà tempore debito illam imputet in Trebellianicam. Et quod cum hac distinctione cõcilientur Doctores, & cessat omne dubium.

5 Et nu. 7. † dicitur, quod fructus percipiendi post alienationem non sunt computandi in Trebellianicam, quæ semel fuit in alienatione detracta.

Denique num. 9. post Bart. in d. §. res quæ. nu. 2.
6 † dicitur, præfatam alienationem sustineri dummodo absit dolus, & malitia.

Vide infrà Part. 5. in l. si duobus. fin. §. sin autem. C. commun. de legat.

§. 2. CROT. in l. insulam. col. fin. vers. quinta difficultas. ff. de verb. oblig. Vbi dicit, quod mora non potest purgari etiam de equitate canonica, quando quis in instrumento conuentionis, renuntiauit omni legum auxilio.

REPROBATVR à Rota coràm Put. decis. 465. & in nou. 456. num. 1. incip. Dicebam ego. Quod non sit verum, quia purgatio moræ est concessa a lege ex causa miserationis. secundum Bald. in l. sancimus. col. 2. C. de fideiuss. & tali beneficio concesso miserationis causa non renunciatur per verba generalia, sed specialia. secundum Roman. cons. 269. incip. Non est dubium. col. 2.

DECLARATVR posteà tale dictum Crot. in ead. decis. Put. nu. 2. in fin. quod forsitan procederet vbi etiam interueniret iuramentum, quia tunc videtur verum, quod dicit Crot. per tradita à Tiraquell. in repetit. l. si vnquàm. num. 127. vers. si posteriorem. C. de reuocat. donat.

§. 3. CROT. cons. 74. num. 8. & seq. vbi dicit, quod non obstante statuto prohibente dotis alienationem, mulierem posse partem suæ dotis alienare pro marito ex carcerando.

DECLARATVR à Rota in Bononieñ. census. Ven. 20. Februarij 1609. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 177. num. 7. part. 1. quod non propterea dicit alienationem fieri posse absque solemnitatibus statuti, vltrà quod in fine cõsilij dicit, quod illo casu non fuit alienatio. Totum etiam illud consilium in eo fundatur, quod statutum esset irrationabile, si adimeret absolutè mulieri omnem facultatem subueniendi suo viro in necessitate constituto. Quæ non procedunt quando filius minor consentit patri alienanti, vt eximat patrem è carceribus.

Cumanus.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio detractionis legitimæ, vt valeat, quid requiratur.*

2 *Descendentes, quando sunt vocati, censentur vocati per fideicommissum respectu primorum vocatorum.*

3 *Fructus à grauato percepti, quando ei computentur in legitimam.*

§. 1. CVMANVS *in l. cohæredi. §. cum filio. nu.2. ff. de vulg.* vbi dicit, quod prohibitio legitimæ est valida, quando filius fuit institutus in maiori parte hæreditatis, quàm importabat legitima.

DECLARATVR à Rota *coràm R.P.D. Dunozetto in causa Anconitana legitimæ. Lunæ* 15. *Ianuarij* 1629. *incip. Legitimam, & fructus.* Quod ista doctrina procedat quando pater filium honoratum in vniuersa hæreditate, vel maiori parte bonorum, quàm importat legitima, grauat in legitima, hoc addito, quod ipse recusans onus acceptare, sit institutus tantum in legitima, iuxtà cautelā relatam *à Soccin. Iun. cons.*122. *num.*8. *lib.*1. *Pereg. de fideic. art.*36. *tit.*2. *quæst.*8. *nu.*6. *Rot. decis.*653. *nu.*13. *par.* 1. *in Recent.*

§. 2. CVMAN. *in l. cum ita. §. in fideicommisso. nu.*4. *ff. de legat.*2. opinio est quod quando sunt vocati descendentes, censeantur vocati per fideicommissum respectu primorum vocatorum, sed inter se ipsos per vulgarem, non autem per fideicommissum reciprocum, ita vt vno descendentium admisso, fideicommissum expiret, quæ doctrina videtur plusquàm cōmunis ex latissimè deductis *per Menoch. consil.*85. *num.*54. *& per Surd. cons.*315. *nu.*13. *&* 14. *& consil.*370. *num.*1. *&* 2. *lib.*3. *& decis.*340. *num.*18.

Rota verò *in Florentina fideicommissi de Dethis. Mercur.* 7. *Februarij* 1607. *coràm Iusto. est in Recent. decis.*125. *In hac causa. num.*9. Dixit hanc Cuman. doctrinam pati non mediocrem difficultatem ex auctoritatibus in contrarium allegatis. & in specie *Decian. cons.*41. *num.*9. 81. *&* 83. *lib.*1. vbi ostendit Soccin. non approbasse opinionem Cumani, quam communiter reprobari dixit *Tormell. in l. Gallus. §. quidam rectè. num.*72. *ff. de liber. & posthum.* & quod istos refert *Peregr. de fideicommiss. art.*19. *num.*28.

Et ibidē *n.*9. *&* 11. *limitatur d. doctrina Cumani.*

Fusè circa eandem opinionem Cumani *in d. l. cum ita. & in l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & posth.*

☞ Vide *in eadem causa Florentina fideicommissi. Lunæ* 3. *Decembr.* 1607. *coràm Reuerendiss. Manzanedo. est in Recent. p.*1. *decis.*143. *num.*10. *§. Quibus non obstat Doctrina Cumani.*

☞ Et vide *in decis. Bononieñ. fideicommissi de Pannolinis.* 10. *Decembris* 1610. *num.*12. *coràm Cardin. Marquemontio. est in dd. Recent. decis.*266. *par.*1. vbi Cumanus seipsum declarat. *& in l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & posthum.*

☞ Et vide *in Auinioneñ. Status. Vener.* 6. *Iunij* 1578. *coràm Bubalo. est decis.*22. *in eius lib. in manuscrip. & in Viterbieñ. fideicommissi. Ven.* 24. *Ianuar.* 1605. *coràm Card. Ludouisio.*

☞ Vide etiam *in Decis. Auximana fideicōmissi Sabbat.* 26. *Nouembris* 1611. *coràm Vbaldo. est in Recent. decis.*357. *nu.*2. *part.*1. in quarum decisionum casibus fuit approbata doctrina Cumani. *Et in Mediolaneñ. Iurispatr. Lunæ* 9. *Aprilis* 1613. *num.*2. *coràm Pirouano. est in Recent. decis.*482. *part.*1. vbi aliæ allegantur, & quod Rota in pluribus causis sequuta est doctrinam Cumani.

☞ Vide, quæ diximus *sup. Part.*2. *circa Stylum, & Obseruantias Rotæ in verb. Substitutio. §.*4. *Rota passim sequitur.*

§. 3. CVMAN. *consil.*25. *incip. Ad primum videtur. num.*4. *§. Circa autem legitimam.* vbi dicit fructus à grauato perceptos in legitimam imputare; quando testator filium instituit in maiori portione quàm sit sua legitima, & grauauit restituere id quod accepit, cum hac quod legitimam non detrahat; & quod hæc patris dispositio operatur, vt si fructus ex maiori parte percepti ascendant ad legitimam, teneatur filius integram portionem habitam, & sic etiam legitimam, restituere.

REPROBATVR communiter, vt dicit *Rota in Romana Legitimæ. Ven.*27. *Iunij* 1614. *nu.*13. *coram Verospio. est decis.*653. *part.*1. *in Recent. vt per Alex. in l. in fideicommissaria. num.*6. *&* 7. *ff. ad l. falcid. & ibi Rip. num.*41. *vers. mihi non placet ista decisio Raphael. Aquens. num.*7. *Soccin. cons.*82. *num.*3. *vers. sed quicquid. lib.*4. *Buasatt. cons.*44. *nu.*18. *Riminald. Iun. cons.*50. *nu.*89. *& cons.*150. *nu.*48. *Magon. decis. Lucens.*85. *nu.*19. *vers. tamen contrariam sententiam.* vbi testatur hanc esse æquiorem, & magis cōmunem opinionem. *Gabr. de legit. conclus.*1. *num.*41. *vers. contrarium circa istam limitationem.*

Quod si pater relinquendo legatum pinguius legitima vult prohibere illius detractionem, debet addere quod aliàs filius institutus sit tantū in legitima.

☞ Vide *sup. Part. I. in decis. Romana legitimæ. Ven.* 11. *Decemb.* 1609. *coram Reuerendiss. Manzanedo.*

Curtius.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum reciprocum, quando inducatur ex prohibitione diuisionis.*

§. 1. CVRTIVS *Iun. in cons.*111. *&* 112. *&* 116. vbi dicit, quod fideicōmissum reciprocum inducitur ex prohibitione diuisionis.

DECLARANTVR à Rota *coràm Card. Pamphil. Senior. in causa Vrbeuetana fideicommissi. Lunæ* 28. *Aprilis* 1586. *incip. Fuit resolutum ex verbis. est decis.*58. *in eius lib. in manuscript.* Quod eius opinio fundatur ex eo, quod ista prohibitio diuisionis virtualiter contineat prohibitionem alienationis, & ideò non procedit, vbi prohibitio alienationis non importat fideicommissum reciprocum absolutum.

Et maximè procedit dicta opinio Curt. quando prohibitio alienationis est iusta, videlicet, vt bona remaneant penès suos descendētes, vt ipse ponderat *in d. cons.*111. *num.*20. *& in cons.*112. *num.*2. *& in cons.*116. *num.*5. *&* 7. & est posita in clausula principali de per se, & non accessoriè, neque consecutiuè, ad præcedens fideicommissum.

Cynus.

SVMMARIVM.

1 *Locationi tenetur stare ille qui dedit plenam administrationem personæ, quæ locauit.*

2 *Notario non solum adhibetur fides circa relationem citationis Nuncij, sed etiam in concursu magis creditur Notario id asserenti, quàm Nuncio neganti.*

§. 1. CYNVS *in l. Emptorem. 9. n. 6. quaest. 3. vers. aut si habuit solidam rei administrationẽ, C. locat.* vbi dicit, quod habens plenam rei admistrationem locando tenetur stare locationi.

APPROBATVR à Rota *coràm Decano Pegna, Vide sup. ad Bald. in l. 1. si prius. C. de iur. fisc. lib. 10, à num. 6. per multos sequent.*

§. 2. CYN. *in l. si quis decurio. C. de fals.* Vbi voluit
1 non solum † fidem adhiberi Notario circa relationẽ citationis Nuncij, sed etiam in concursu magis credi Notario scribenti Nuncium citasse, quàm ipsi Nuncio id neganti.

DECLARATVR à Rota *in Anconitana fructuum Merc. 20. Nouembr. 1613. num. 2. coràm Vbaldo, est in*
2 *Recent. decis. 535. part. 1.* † Quod in casu Cyni fuerat specificatum nomen Nuncij, & ad quid facta fuerat citatio, nec Notarius se retulerat ad schedulam. Secus verò esse, quando nomen Nuncij esset in albis, prout in casu Decisionis, nec appareret ad quam rem
3 rem emanasset citatio. † Maximè cum neque persona citati esset certa, cum esset alternatiuè sub hac forma concepta, & in termino citationis factae filijs D. Petri, seu Io. Ferrantino eorum asserto tutori, &c. cum tamen citatio debeat esse certa *l. aut quod aliter.*
4 *ff. quod vi, aut clàm.* † Et relatio facta fuerat ad schedulam quae reperiebatur, cum tamen in casu Cyni non desideraretur, quatenus ibi circa finem dicit, quod cum in eo casu scriptura Notarij haberet suam formam, dictum alterius illi non praeiudicat; quae forma hic deficiebat cum esset facta relatio ad schedulam, qua non fuerat registrata in actis, neque fuerat exhibita, ideoquè non constabat de tenore citationis, quod etiam aliàs Rota tenuit *in causa Lauretana bonorum Lunae 28. Iunij 1604. coràm Decano*
5 *Pegna. est decis. 315. in eius lib. 5. in manuscript.* † Vbi fuit dictum sententiam fuisse nullam ex defectu citationis ad sententiam de qua non constabat, non obstante assertione partis dicentis procuratorem fuisse monitũ, quia in hoc ei nõ est credendũ, sicut neq. crederetur Notario id asserenti, aut de citatione facta testificãti, nisi de ea in actis cõstaret *Paris. cõs. 31. n. 14.*
6 *lib. 4.* † Imò quod neque sufficeret monitio, quia in sententia requiritur, quod citata fuerit pars auditura sententiam, aliàs sine appellatione rescinditur, *l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quae sent. sine appell. rescind.*

In d. vero decis. in causa Anconitana, fuit dictum disdictam census fuisse nullam ex defectu citationis, de qua, vt dictum est, non constabat.

Decius.

SVMMARIVM.

1 *Confessio resultans ex productione instrumenti, dicitur tacita, & in alio iudicio non praeiudicat, & quando id procedat.*
2 *Fideicommissarius non potest retardare immissionem haeredis, si non docet in continenti de iure suo.*
3 *Pensio post prouisionem per Breue liberè factam, assignata non tenet, non obstantibus coniecturis, quod Papa prouisionem huiusmodi anteriorem pro perfecta non habuerit. Quia in spiritualibus solo titulo acquiritur possessionis ius.*
4 *Copia copiae concurrentibus adminiculis probat, quae aliàs non probaret.*
6 *Appellatio iudicialis suspendit effectum sententiae super legitima institutione, secus extraiudicialis. Institutio habet vim diffinitiuae si in iudicatum transeat, secus si fuit appellatum.*
8 *Iurisdictio, quando censeatur concessa cumulatiuè, & quando priuatiuè, quoad Iudices ordinarios.*
9 *Fideiussor an aliquid pro fideiussione recipere possit.*
10 *Sententia, quando dicatur continere mixturam.*
13 *Clausula, si preces veritati nitantur, in impetratione semper intelligitur, & ideò narrata sunt verificanda, & quando procedat.*
14 *Patronus non constituitur in quasi possessione Iuripatronatus per consensum resignationi praestitum.*
15 *Patronorum consensus probat quasi possessionem Iurispatronatus.*
16 *Clausulae. Ad habendum, vis, an eneruetur, per clausulam sequentem, ita tamen, &c.*
17 *Emphyteusim, qui accepit pro se, filijs, & nepotibus masculis, an per hoc exclusae foeminae videantur.*
18 *Nati ex his inter quos, non potest consistere matrimonium an possint legitimari, vel cum eius dispensari.*
20 *Donatio facta à patre filiae in potestate existenti, quando valeat.*
21 *Alienationis probibitio, & substitutiones si fiant eodem contextu, verba prohibitionis non extenduntur vltrà personas comprehensas.*

§. 1. DECIVS *in l. is apud quem. 2. C. de eden. col. fin.* vbi dicit, quod confessio resultans ex productione instrumenti dicatur tacita, & in alio iudicio non praeiudicet.

DECLARATVR à Rota *coràm Achill. decis. 161. aliàs 2. de confess. incip. Confessionem quae resultat.* quod procedat in confessione ficta ex contumacia, & sic quãdo non adest vllus actus implicitus expressus, sed sola taciturnitas.

Vide, quae notauimus ad *Achill. decis. 165. aliàs 1. in tit. de probat. in Addition.*

§. 2. DEC. *in l. fin. Edicto. C. de edict. Diu. Adrian. toll. num. 48.* vbi dicit, quod fideicommissarius non potest impedire immissionem haeredis, si non doceat in continenti de iure suo.

APPROBATVR à Rota *corã Card. Pamphil. Sen. in causa Fauentina fideicommissi de Pasius Mercur. 29. Aprilis 1587. incip. In hac causa Fauentina. est decis. 103. in eius lib. in manuscript.* vbi dicitur, quod eius opinio, & *Bart. in d. l. fin. num. 22.* seruatur à Rota, vt fuit resolutum *in causa Romana Casalis de anno 1573. coràm Robusterio.*

Vide, quae diximus *sup. in hac Part. in §. 26. Bart. in supradicta l. fin.*

§. 3. DEC. *in l. traditionibus. num. 14. C. de pact. vbi post Specul. tit. de locat. quaest. 70.* dicit, quod in rebus ecclesiae, siue spiritualibus statim ex ipso titulo absq. alia apprehensione possessionis ius acquiritur.

APPROBATVR à Rota, vt per *Accoramb. decis. 9. incip. Vacante Taruisina Ecclesia. p. 2.* vbi ex hac conclusione fuit decisum, quod cum Papa prouidisset per Breue de Ecclesia Taruisina, non poterat postea per Bullam super ea pensionem reseruare, quia pensionis constitutio nõ tenet facta post prouisionem liberam Episcopatus. Cum enim per Breue prouisio fieri possit, vt aliàs ibidem dicitur fuisse resolutũ, quo stante non solum ex coniecturis non potest apparere de intentione Papae non habuisse gratiam pro perfecta, neque hoc potuit facere nisi de plenitudine potestatis,

ris, & cum derogatione Regulæ de iure quæsito non tollendo, ea ratione, vt dictum est, quia in spiritualibus ex ipso titulo absquè alia apprehensione possessionis ius acquiritur. *Dec. vbi sup.* Vnde quicquid post concessum Breue alteri conceditur, id totum à dicto Episcopo aufertur, quare posterior concessio potius debet censeri propter importunitatē, & circumuētionem impetrata, quàm quod quis indebitè damnum patiatur *Alciat. de prascrip. Cart. 386. n. 30.* Imò potius superfluam, & frustratoriam censeri debere, vt not. *Alex. in l. fin. §. si in computatione. C. de iur. delib. col. penult.* cum alijs multis in dicta decis. cumulatis.

§. 4. DEC. *in Auth. si quis in aliquo, nu. 8. C. de edend.* vbi dicit, quod copia copiæ non facit fidem etiam, quod à pluribus Notarijs esset confecta.

REPROBATVR à Rota, vt per *Caputaq. decis. 234. Copia copia. nu. 1. & 4. p. 1.* Quod Dñi aliquando dant fidem copiæ copiæ concurrentibus pluribus adminiculis, coniecturis, & indicijs sufficientibus ad inducendum animum Iudicis ad credēdum illi, cum probationes sint arbitrariæ. Quod etiam fuit dictum *coràm Orano in vna Burgen. Iurisdictionis S. Ioannis Vener. 20. Decemb. 1596. incip. Fuit resolutum D. Abbati. Est decis. 386. in eius lib. 2. in manuscrip.* vbi post *Caputaq. d. decis. 234.* fuit dictum, standum esse copiæ Priuilegij quia erat adminiculata.

Vide, quæ diximus *sup. Part. I. fol. 475. ad Pegnam decis. 171. lib. 2. in manuscr. incip. Vna tātum parte.*

Et *Part. 2. circa Styl. & Obseru. in verb. Sumptum. §. 3. Rota pluries censuit quod copia copia.*

§. 5. DEC. *in cap. 1. in fin. de confirm. vtil. vel inutil.*

REPROBATVR à Rota. Vide *sup. in §. 20. Alex. cons. 111. incip. Viso themate lib. 5.*

§. 6. DEC. *in Cap. constitutis. el 2. num. 12. §. prædicta*
1 *conclusio. de appellat.* † Vbi videtur sentire, quod appellatio non suspendat effectum sententiæ super legitima institutione, & sic non retardare possessionem captam vigore dictæ sententiæ.

DECLARATVR à Rota *coràm Cotta in Zamoren. beneficij Veuer. 10. Iunij 1575. Est decis. 458. in eius*
2 *lib. in manuscript. incip. An in causa.* † Quod procedit in appellatione extraiudiciali, prout loquitur
3 *Abb. in d. cap. num. 6.* secus verò in iudiciali. † Vbi etiam Rota subdit, quod minus obstabat *Lambertin.* . . . . dictum allegatum, quia loquebatur in institutione, quæ habet vim diffinitiuæ. Quia regulariter institutio non habet vim diffinitiuæ, nisi transiuerit in iudicatum, si ab ea non fuerit appellatum, vt per *Card. in c. consultationibus. num. 5. de iurepatr.* secus si fuit appellatum, quia non habet diffinitiuæ, & per appellationem omnia suspenduntur.

§. 7. DEC. *in cap. cum parati. 19. num. 12. de appell.* non SERVATVR in Rota. Vide, quæ diximus *infrà in §. 9. Felin. in c. de quo vult. 1. n. 13. de iudic.*

§. 8. DEC. *in cons. 3. nu. 3. incip. Et pro tenui.*

LIMITATVR à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in hac Part. in §. 90. Bart. in l. 1. Studentibus. C. de offic. Præfect. Vrb.*

§. 9. DEC. *cons. 7. in princ. incip. Prima facie.*

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 76. num. 4. Fuit conclusum D. Marium.*

Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circa Leges. ad l. hoc iure. §. 1. ff. de donat.*

§. 10. DEC. *in cons. 28. incip. Pro tenui facultate.*

APPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus *sup. Part. 2. circa Styl. & Obseru. Rotæ. in verb. Sententia. §. 22. Rota sæpius tenuit. in fin.*

§. 11. DEC. *cons. 44. incip. In causa. num. 4. & 5.*

REPROBATVR. *Vide in §. 4. Gabr. cōs. 16. à n. 35. & seq. lib. 1.*

§. 12. DEC. *in cons. 103. num. 1. incip. In causa possessionis. tom. 1.*

REPROBATVR à Rota *coràm Card. Lancell. Sen. decis. 125. inter eius Selectas in manuscript. aliàs 4. de possess. Romana Domus ad Imaginem Pontis 13. Iunij 1576. incip. Colonorum expulsio.* Vide fusè *suprà Part. I. in hac decis. fol. 347. col. 1. in med.*

§. 13. DEC. *in cons. 142. num. 6. incip. Pro tenui facultate, vol. 1.* vbi dicit, quod in impetratione semper intelligitur illa clausula, si preces veritati nitantur, & ideò omnia narrata sunt iustificanda.

DECLARATVR à Rota *coràm Gypsio in causa Seguntina Iurisdictionis Veneris 17. Nouembr. 1587. incip. Domini cum præsupposito. §. Nec refragatur. est decis. 258. in eius lib. 1. in manuscript.* quod loquatur in impetratione in forma communi, non autem de ea, quæ est facta ex certa scientia, & cum causæ cognitione.

Vide *infrà Part. 5. circa* Interpret. *legum. in l. vniuersa. fin. C. de diuers. rescript.*

§. 14. DEC. *cons. 149. In causa Iurispatronatus. nu. 4.* ibi, *non tamen videtur constitutus in quasi possessione.* Vbi tenet patronum non constitui in quasi possessione Iurispatr. per consensum resignationi præstitum.

REPROBATVR à Rota, vt per *Mohed. decis. 10. nu. 4. de Iurepatr.* quæ tenet ad Iuspatron. suffragari quasi possessionem de beneficio vacante per resignationem, ac si esset præsentatio de vacante per obitum *ad Abbat. cap. 1. de relig. domib.* & fuit dictum *in Lucen. Iurispatr. Ven. 7. May 1604. coràm Decano Coccino. est in Recent. decis. 77. num. 3. part. 1. Has decisiones sequitur Rota in Mediolanen. Iurispatr. Merc. 4. Nouemb. 1609. nu. 3. coràm Reuerendiss. Ortembergo in Recent. decis. 195. part. 1.*

§. 15. Idem etiam *Dec. d. cons. 149. Reprobatur à Rota, vt per Crescent. decis. 2. Consensus. de Iurepatr.* quod cōsensus patronorum probet quasi possessionem Iurispatronatus, licet in contrarium videatur *Dec. d. consil. 149.* cuius dictum declaratur à Pisaurensi, vt habes *in d. decis.*

DECLARATVR Decius *à Put. decis. 310. aliàs in nou. 301. num. 2. incip. In vna Eluensi.* vt quod dicit Decius, possessionem in vno actu non extēdi ad aliū, intelligatur, alio existente in possessione, vel quando resistit ius commune.

Vide, quæ diximus *ad Put. d. decis. 301. sup. Part. I. fol. 551. col. 2.*

§. 16. DEC. *cons. 170. incip. In causa Venerabilium Monialium. num. 3. vers. quartò, & vltimò.* Quod vis clausulæ ad haben. eneruetur per clausulam sequentem, ita tamen, &c. in qua cauetur quod inuestitis non licet alienare sine licentia inuestientium, qui si emere voluerint præferantur, &c. & sic vis clausulæ, ad habendum, reducatur ad solam alienationem inter viuos, cum moderamine tamen petendi licentiam, & prælationis Dominorum. Decium alij sequuntur, vt per *Corbul. de caus. priuat. ob alienat. irrequis. dom. fac. limit. 3. num. 2.*

RE-

REPROBATVR à Rota *in Nouantulana bonorum Lunæ 31. Ianuarij 1611. coràm Cardin. Sacrato. est in Recent. decis. 287. num. 2. part. 1.* Quia ista doctrina inducit superfluitatem, imò subitaneam correctionem, & repugnantiam in sermone contrà regulas iuris. Superfluitatem, quia secundum hunc intellectum, clausula ad habẽdum nihil operaretur, nam cũ in clausula, Ita tamen, contineatur quod alienatio fiat inter viuos cum moderamine licentiæ, & prælationis, frustrà permittitur dicta clausula ad habendum, & quicquid placuerit faciendum, si ex illa nihil magis potest facere inuestitus quàm quod cõtinetur in dicta clausula, Ita tamen. Subitam correctionem, & repugnantiam, quia clausula ad habendum, importat facultatem alienandi per viam vltimę voluntatis, & inter viuos etiam alio modo, quàm per venditionem, ex dictis in hac eadem causa 14. Iun. 1510. vnde si per clausulam, Ita tamen, auferretur talis facultas, & reduceretur ad solam vẽditionem, esset sine dubio repugnantia, & subita correctio, quia esset dicere, concedo vt possis alienare per viam vltimæ voluntatis, & immediatè subiungere, nolo vt possis alienare per viam vltimæ voluntatis. Verus autem sensus est, quod per clausulam, ad habendũ, data sit omnimoda facultas alienãdi tàm in vltima voluntate, quã inter viuos, non solum per viam venditionis, sed etiã permutationis, donationis, & similium; & quod clausula, Ita tamen, limitatiuè restringat modum alienãdi per viam venditionis, quia in ea cadit æquitas, vt dominus directus præferatur, & in cæteris regula maneat pro inuestito. Et Doct. qui sequuntur Dec. non stant pro eo, vt clausula, ad haben. destruatur à clausula, Ita tamen, sed quod in casu vẽditionis præferatur dominus directus si voluerit emere. *Hanc decis. sequitur Rota in Romana Emphyteusis Lunæ 12. Nouembr. 1612. coràm Card. Caual. num. 12. est decis. 435. part. 1. in Recent.*

DEC. *d. cons. 170. num. 3. vers. secundò dico.* quod clausula ad habendum, non comprehendit alienationem per viam vltimæ voluntatis, quando in inuestitura est specialiter cautum circa hæredes, & sic quod non veniant extranei sub nomine hæredum, vt ibi per eum.

REPROBATVR à Rota *vbi sup. num. 3.* Quia vel prætendit Dec. quod nomine hæredum veniant extranei, & habemus intentum, cum non sit curandum de modo dummodo idem sequatur effectus. Aut non comprehenduntur, & cessat obiectus particularis expressionis, & remanet in generalitatis clausulæ, quæ omnes comprehendit.

§. 17. DEC. *in cons. 193. n. 1. incip. Diligenter pro tenui.*

☞ DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *sup. in hac Part. in §. 22. Abb. in cons. 36. nu. 1. lib. 1.*

§. 18. DEC. *cons. 377. In casu. num. 3. & Pedem. decis. 119. num. 3.* cum volunt, natos ex his inter quos non potest consistere matrimonium, non posse legitimari, sed solum cum eis dispensare.

REPROBATVR à Rota *in Romana de Zambeccariis. 2. Decembr. 1588. coràm Reuerendiss. Comitulo.* Quia aliud est dispensare super matrimonio, & eius impedimento, quod soli Papæ est reseruatum, aliud disponere super statu liberorum, eos legitimando, & natalibus restituendo, quamuis suscepti sint ex parentibus inter quos matrimonium iure diuino, vel humano interdictum est, vt declarat *Ias. cons. 11. & cons. 40. lib. 3. Ruin. cons. 63. num. 2. & 4. lib. 3. Rol. cons. 61. nu. 5. lib. 1. & cons. 12. nu. 61. lib. 4.* Hoc enim Imperiali auctoritate fieri potest remouendo differentiam legitimitatis, & illegitimitatis iure ciuili inductam. *§. licet. Auth. quib. mod. natur. effic. sui.* ita vt sic restituti, quoad successiones, & alios iuris effectus non differant à natis ex legitimo matrimonio. *Bald. in l. etsi contra. in fin. C. de nupt.* Et sic verè legitimati intelliguntur, non tamen dispensati ex sententia quam Rota veriorem iudicauit, *vt per Achill. decis. 4. & 5. de legitim. & Mohed. decis. 246.*

☞ Et vide fusè *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Legitimatio. Obseru. Personarum legitimationem. §. 2. Legitimandi priuilegium Imperiale.*

§. 19. DEC. *cons. 495. Viso eleganti. num. 17. vers. sed tamen his non obstantibus.*

☞ REPROBATVR à Rota. Vide *infrà 10. ad Io. Andr. in Addit. ad Speculat. in tit. de testament. §. in primis. in fin.*

§. 20. DEC. *in cons. 432. num. 3. incip. Cum sit, quod.*

☞ DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. ad l. 1. siue fuerit. §. si pater. ff. de vsucap. pro donat.*

§. 21. DEC. *cons. 636. Prima facie. nu. 6.* quod quando eodem contextu fuit facta prohibitio alienationis, & factæ substitutiones, verba dictæ prohibitionis non sunt extẽdenda vltrà personas in dicto fideicommisso, & substitutionibus comprehensas, adeò quod illa ab istis recipit interpretationem, & pro hac opinione, & consilio Decij plures cumulat *Petr. Ant. à Petr. de fideicomm. prohibit. quæst. 6. in princ.*

APPROBATVR à Rota, quę passim sequitur hanc opinionem, *& consil. Dec. vt dicitur in Faneñ. bonorum. Lunæ 5. Iunij 1589. coràm Card. Seraphino.* vbi reprobatur idem Petra; qui hanc opinionem impugnat. *num. 15.* asserens contrariam esse magis communem, sed tamen fallitur. Vbi etiam dicitur, quod non est attendendum an prohibitio procedat, vel sequatur fideicommissum, quia vis non est in ordine, sed in coniunctione dispositionum.

☞ Et vide *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Fideicõmissum. Obseru. circa inductione. §. 5. Fideicommissum inductum fuerat. nu. 6. & 7. Idem dicitur in Perusina de Fumagiolis. coràm Litta.* quæ decisio allegatur *in alia Perusina fideicommissi de Bigazzinis. Lunæ 14. Nouembris 1605. coràm eod. Litta.* Et pluries fuisse obseruatum dicitur *in Bononieñ. fideicommissi de Matthesilanis. Lunæ 19. Iunij 1600. coràm Card. Seraphino.*

Et pluries à Rota fuisse canonizatum dicitur *in Bononieñ. fideicommissi de Lambertinis. Lunæ 22. Iunij 1609. coràm Reuerendiss. Manzanedo. nu. 8. & 12. per tot. vbi in fin.* ponit intellectum dicti consilij *ex Cephal. cons. 134. num. 38. & seq.* quem refert, & sequitur *Surd. cons. 96. num. 47. & 48. habetur d. decis. in Recent. decis. 193. par. 1. licet ibi fuerit dictum non habere locum d. consil. Sed reuocata fuit d. decisio sub die Vener. 11. Martij 1611. coràm eod. est in Recent. decis. 300. part. 1. vbi num. 20. dicitur consilium Dec. 636. num. 3.* pluries fuisse canonizatum, & applicatur casui ibi proposito, quod ratio post fideicommissum posita non inducit nouum fideicommissum, vt fusè ibi demonstrat, & copiosè vt solet *R. P. D. meus Manzanedo. & coràm Card. Pamphil. Sen. in Vrbeuetana fideicommissi. Lunæ 28. Aprilis 1586.*

Se-

Sequitur idem *consil. Dec.* quando prohibitio est consecutiua ex præcedenti vocatione, & sic ex ea non potest aliquid inferri. vt dicitur *in Romana fideicommissi. 4. Maij 1611. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 315. num. 6. in fin. part. 1.*

SEQVITVR *idem consil. Rota in Fauentina fideicommissi de Pasijs. Vener. 20. Maij 1588. coràm Card. Pamphilio. est decis. 19. nu. 2. part. 1. in Recent. incip. Domini pro maiori parte.* vbi quod prohibitio alienationis cum causa veniens accessoriè, & consecutiuè ad præcedentes substitutiones non excedit fines earum, & prohibitio censetur adiecta eodem themate retento.

DECLARATVR à Rota *d. consil. Dec. in allegat. Perusina de Bigazzinis.* quod solum habeat locum quando prohibitio est dependens à subsequenti substitutione, secus quando stat de per se, & separatim, latè *Menoch. cons. 348. num. 43. vol. 4.* vbi cum hac distinctione cõcordat omnes Doct. inter se dissentientes, & sequitur *Rota in Romana Vinearum. 27. Februarij 1572. coràm Oradino. & in Foroliuien. fideicommissi. Lunæ 19. Martij 1576. coràm Sanctiss. Aldobrandino. & in Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis. Lunæ 24. Nouembris 1586. coràm Card. Pamphilio. & in d. Bononien. de Matthesilauis. coràm Seraphino. & in Bononien. fideicommissi de Lambertinis. Lunæ 22. Iunij 1609. num. 12. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est in Recent. decis. 193. part. 1.*

Et additur *in d. decis. Perusina de Bigazzinis non obstare decisionem in allegat. Perusina de Fumagiolis. coràm eodem Litta.* quia ibi prohibitio erat limitata ad certum tempus, & de per se non subsistebat, sed habebat relationem ad præcedentem substitutionem mediantibus illis verbis (vt suprà) & quod ita fuit illi responsum *in Firmana fideicommissi de Fulchis. 10. Decembris 1691. coràm Card. Pamphilio. Et in eadem Firmana sub die 2. Aprilis 1601. coràm eodem Pamphilio.* Eodẽ modo fuit declaratum *d. cons. Decij,* vt non procedat in prohibitione alienationis consecutiua, & accessoria ad præcedentem substitutionem, si sine filijs decesserit, nisi ex ea colligatur intentio testatoris, quod voluerit conseruare agnationem, & bona perpetuò vt remanerent ad memoriam testatores *ad Corn. cons. 22. num. 9. lib. 2.*

Dynus.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest filiorum tutela matri adimere.*

§. 1. DYNVS *Bart. & Angel. in l. miles. 11. §. sexaginta. ff. ad l. Iul. de adulter.* quod pater potest filiorum tutelam matri adimere.

APPROBATVR à Rota *in Bononien. tutelæ. Ven. 13. Februarij 1615. nu. 5. coràm Vbaldo. est decis. 668. part. 1. in Recent.* reprobata opinione *Bald. in consil. 308. lib. 2.*

☞ Vide *sup. in §. 55. Bald. in cons. 308. incip. Testator in testamento. num. 2. lib. 2.*

Faber.

SVMMARIVM.

§. 1. FABER, *nu. 2. & Angel. nu. 4. Instit. de vulgar. subst.*

☞ APPROBANTVR à Rota. Vide *in §. 29. Bart. in l. etsi pepercerit. 3. §. filius. n. 3. de liber. & posth.*

Federicus de Senis.

SVMMARIVM.

1 *Monialis translata ad aliud Monasterium, an sufficiat quod sit professa in primo Monasterio.*

2 *Alienatio ad vitam, est modici præiudicij, sed non sic est in rebus Ecclesiasticis.*

3 *Episcopus si aliquam Ecclesiam à se generaliter eximat non potest à se abdicare visitationem, & correctionem, & qualiter hoc procedat.*

4 *Donatio iurata non eget insinuatione à statuto requisita, neque quando est renunciatum statutis per generalem renunciationem.*

§. 1. FEDERICVS *de Senis cons. 5.* & alij volentes, quod ad effectũ, vt monialis vnius Monasterij sit ad aliud translata, non sufficiat professio in primo Monasterio emissa.

DECLARANTVR à Rota *in Romana fideicommissi de Vecchijs. Lunæ 29. Martij 1604. coràm Litta. est decis. 115. num. 8. part. 2. in Recent.* Quod vel debent intelligi vbi fit transitus de vno Monasterio ad aliud eiusdem tamen ordinis, & Regulæ, vt declarat *Rebuff. de translat. monach.* vel vbi fit auctoritate Papæ, & hoc propter clausulam, quæ in tali translatione apponi solet, *vt per Rebuff. vbi sup.*

§. 2. FEDER. *de Sen. in cons. 52. ad fin.*

☞ DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà in hac Part. in §. 16. Oldrad. cons. 226. nu. 6. incip. Quidam Episcopus.*

§. 3. FEDER. *in cons. 111. n. 4.* vbi dicit, quod si Episcopus aliquam Ecclesiam à se generaliter eximat, non potest à se abdicare visitationem, & correctionem.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 4. num. 14. incip. Sententiam prouisoris.* Quod illud possit procedere, in Ecclesia iam constructa, & fundata, tunc enim agitur de amittendo iure quæsito, secus verò est in fundatiõne, quia agitur de iure quærendo, & forsitan aliter non fuisset fundata, nisi cum illa lege. *vt benè per Abb. & Rocch. ibi citat.*

§. 4. FEDER. *de Sen. cons. 281.* cum dicit insinuationem requiri in donatione intrà certum tempus à statuto requisitam.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraph. in decis. 746. incip. Dominus Vincentius. num. 4.* Quod statutum simpliciter loquens non trahitur ad donationes, & contractus iuratos. *Alex. cons. 27. col. vlt. & cons. 125. n. 12. lib. 1. cum alijs ibi citatis.* Cum insinuatio non requiratur in contractu iurato, supplet enim iuramentum defectum insinuationis, *vt per Gabr. conclus. 1. num. 66. de donat.*

Et dictum *cons. Federici*, quod non procedat vbi est renunciatum statutis, vt ipsemet tradit, & quod ita fuerat *coràm ipso Seraph. decisum in vna Vrbeuetana hæreditatis. 15. Iunij 1580. est decis. 472. Dubitaui. num. 14.* vbi in specie fuit dictum sufficere generalem renunciationem *per cons. Corn. 186. incip. De duobus. num. 18. lib. 2.*

☞ Vide etiam *Part. 2. in verb. Insinuatio. §. 1.*

Felinus.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij contrà possidentem ab actore obijciente probari debet, & non à reo possessore etiamsi non constaret de iure possessoris, vel etiam si constaret de non iure.*

3 Clau-

3 *Clausula, anteferri, quando non tollit ius quæsitum.*
4 *Decretum irritans quando operetur reuocationem postea gestorum.*
5 *Decretum irritans afficit ignorantes quoad nullitatē actus, non quoad pœnam. Et pœna non dicitur restitutio fructuum, sed interesse.*
6 *Forma; quando possit impleri per æquipollens.*
7 *Creditor an possit procedere contrà debitorem pro parte debiti, per eum confessata.*
8 *Tertius veniens ad causam in tertia instantia in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, non potest appellare à tertia sententia contrà eum lata.*
9 *Notario talem se esse attestando an credatur.*
11 *Sententia prima si sit nulla, & secundus Iudex sit competens, & eius sententia transiuit in rem iudicatam, non impugnatur amplius prima.*
12 *Collegij omni iure priuatus si restituatur non recuperat primum locum, nisi esset amotus. Ita etiam per regressum, cum quis dicatur amotus recuperat primum locum, quem habebat tempore resignationis.*
14 *Præscriptio non interrumpitur per litem terminatam ad fauorem possessoris.*
15 *Potestas deuoluta regulatur vti propria non autem vti deuoluta.*
16 *Iurisdictio, quando censeatur concessa cumulatiuè, & quando priuatiuè quoad Iudices ordinarios.*
18 *Locus loci examinis testium, quando exprimi debet.*
19 *Regula de Annali potest opponi in quacumque instantia, etsi producatur in secunda, vel tertia, sententiæ præcedentes sunt nullæ propter decretum irritans positum in Regulis Cancellariæ.*
20 *Solemnitas, & consensus etiam non enunciati præsumuntur tempore antiquissimo. Secus in tempore decem annorum.*
21 *Titulus præsumitur ex possessione quadragenaria, etiam in beneficialibus, nisi sit interrupta.*

§. 1. FELINVS *in cap. ad aures. num. 4. vers. Tertia conclusio. de rescript. Et in c. dudum. fin.*
1 *num. 3. de præsumpt.* Vbi dicit, † quod impetranti dicenti beneficium non valere plusquàm expresſit, incumbit onus probandi, quia impetrans habet regulariter probare id quod asseruit, quia est causa suæ intentionis, quicquid sit in prophanis per *l. cum de lege. fin. de probat.*

DECLARATVR à Rota *coràm Fab. Accorambon. decis. 62. In quadam reseruatione. part. 2.* Quod hoc
2 non procedit, † quando reus est in possessione, & actore non probante est absoluendus *c. fin. de iuram.*
3 *calumn. l. fin. C. de rei vend.* † etiamsi de iure possessoris non constaret, aut etiam si constaret de non iure *Rot. decis. 6. de re iud. in antiq.* Nam voluit *Calder.*
4 *cons. 10. de probat.* † quod vbi per aliquem dicitur, non esse vera narrata in gratia, ille probat veritatem, vel falsitatem narratorum, cuius principalis intentio eidem veritati, vel falsitati nititur, nisi sit contraria præsumptio, quod refert, & sequitur *Felin. in c. con-*
5 *stitutus. col. 1. de rescript.* † Opponens enim obiectus illos tenetur probare, vt dicimus de excommunicatione obijciente, nã non iuuatur præsumptione, sed tenetur probare excommunicationem *Rot. decis. penult. de except. in nou.*

§. 2. Nec obstare not. per FELIN. *in d. cap. ad aures. & d. cap. dudum.* quia ex prædictis, dicebatur appa-
6 rere, † quod actori incumbit onus probandi. Et per
7 *decis. Bellam. 611. Actor admissus.* † Vbi voluit, reseruationem obiectam per actorem comprobandam plenius, etiamsi pro eo esset præsumptio, quod etiam sequitur. Idem *Bellamer. decis. 470. incip. Testis cum fama.*
8 Et in casu decisionis coràm Fab. † antiquitas quadraginta annorum faciebat indubitabilem præsumptionem pro valore enũciato, & expresso ad not. per *Felin. in c. quoniam contra. col. 14. de re iud.* Maximè cum ageretur de beneficio Iurispatronatus propter præiudicium ordinariorum.

§. 3. FELIN. *in cap. Capitulum. 30. nu. 8. vers. quinta conclusio. extrà de rescript.* vbi dicit, quod clausula, anteferri, non tollit ius quæsitum.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubalo. in causa Placentina Applicationis Fructuum Vener. 24. Febr. 1584. incip. Domini quoad primam. est decis. 211. in eius lib. in manuscr.* Quod intelligatur de iure quæsito tempore datæ secundæ gratiæ, non autem de iure quæsito ad rem. *Rot. decis. 8. incip. Similis est. & decis. vltima. incip. Innocentius. de rer. permutat. in nou. Stafil. de liter. grat. Betrand. cons. 242. n. 3. in 1. secundi. Felin. in cap. causam quæ. num. 26. de rescript.*

Vide plura circa hanc clausulam *in nostris Obseru. ex Rot. Rom. in verb. Clausula. la 2. Obseruat. 55.*

§. 4. FELIN. *in cap. cæterum. de rescript. num. 18. in vers. prima restrictio.* vbi dicit, quod regula decreti irritantis non operatur reuocationem literarum ante notitiam, nec processus aut iurisdictionis antequàm pars excipiat de secundis, quasi intelligatur conditio' si pars voluerit, & quod solus vsus operetur nullitatem postea gestorum, & decretum incipiat operari post illum vsum, & non prius.

REPROBATVR à Rota, vt per *Cassad. decis. 12. sup. Regul. incip. Obtinui in vna. num. 7.* Quia communis opinio est in contrarium, ex curiosè (vt ibi dicitur) collectis per Felin. ibi, à qua communi opinione non est recedendum in iudicando.

§. 5. FELIN. *in cap. cum accessisset. de Constit.* Vbi
1 latè dicit, † quod decretum irritans ligat ignorantes.

DECLARATVR à Rota *in vna Gerunden. Hebdomadariæ 18. Octobr. 1542. coràm Sarnense, vt refert Accoramb. decis. 19. in manuscr. incip. Coràm R. P. D.*
2 *Sarnense. lib. 1.* † Quod hoc intelligi debeat quoad nullitatem actus, non autem quoad alias pœnas, vt tradit *Io. Andr. in c. tibi qui. de præbend. in 6.* Et ideò quod contrafaciens non incurrat censuras, seu alias pœnas pecuniarias.

Et cum in eadem positione dubitaretur, quid de fructibus perceptis post annullationem actus? prout in casu ibi propositio occurrerat. Quidam enim contrà Eugenianam habentem decretum irritans processerat contrà aduersarium iter Romam versus suscipientem.

Fuit conclusum, † fructus debere restitui, qui non petuntur tamquam pœna, sed tamquam interesse, & veniunt in necessariam consequentiam post annullationem actus: Si enim actus est nullus, ergo indebitè, & sine titulo fructus percipit. Et quod in simili fuit adductum dictum *Card. in Clem. Statutum. q. 2.*
4 *de elect.* † & quando debenti soluere aliquid adest, & petenti abest, nõ dicitur pœna, vt traditur *in §. pœnales. Instit. de action.*

§. 6. FELIN. *in cap. cum dilecta. 22. num. 6. extrà de rescript.*

DE-

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circa Leges. ad l. qui per salutem suam. 33. ff. iureiur.*

§. 7. FELIN. *in cap. cum inter vos. 13. num. 16. extrà de re iudicat.*

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraph. decis. 473. num. 1. incip. Quamuis Domini.*

Vide, quæ diximus *suprà in §. 33. Bald. in l. quidam æstimauerunt. 21. ff. si cert. petat.*

§. 8. FELIN. *in cap. cum super. 17. in fin. extrà de re iudic.* vbi videtur sentire, quod quando tertius venit ad causam in tertia instantia in statu, & terminis in quibus causa reperitur, si feratur sententia tertia, contrà eum possit appellare.

REPROBATVR à Rota *coràm Put. decis. 71. post princip. incip. Iacobus Cordellas.* quia dum hoc dicit, videtur sibi contrariari, quoniam primò dicit, quod dicta tertia sententia dicatur esse tertia, & postea subiungit quod si non appellet transit in rem iudicatam, itaque videtur sentire, quod possit appellare, & tamen prius dicit quod sit tertia sententia, ergo appellare non poterit.

Item FELIN. ad hoc nihil allegat, & ideò fuit à Rota tale dictum reiectum, & fuit tentum, quod illa sententia dicatur tertia, & sic non potest ab ea appellare.

§. 9. FELIN. *in cap. de quo vult. il 1. num. 13. vers. quarta conclus. de iudic.* DEC. *in cap. Cum parati. 19. num. 12. de appellat. & Ruin. cons. 69. num. 5. vol. 5. Viso processu.* vbi dicunt, quod Notario talem se attestando esse nõ credatur, sed istorum doctrina, nõ

SERVATVR in Rota, vt dicitur *coram Caputaq. decis. 245. seu 3. incip. Notario attestanti. part. 2. & decis. 166. aliàs 1. incip. Nuncia referenti. ead. part.*

Vide fusè *sup. Part. 2. circa Stylum. & Obseruantias Rotæ in verb. Notarius. §. 1. Rotæ stylus est, quod notario.*

§. 10. FELIN. *in cap. dudum. fin. nu. 3. de præsumpt.*

DECLARATVR à Rota. Vide *sup. §. 1. Felin. in cap. ad aures. n. 4. vers. Tertia conclusio. de rescrip.*

§. 11. FELIN. *in cap. ea quæ. num. 2. vers. à qua etiamsi appellaretur. de sent. & re indic.* cum dicit, quod si prima sententia est nulla, & secundus iudex est competens, & eius sententia transiuit in rem iudicatam, non impugnatur amplius prima, quia ex ea non tuetur se victor, sed ex secunda, à qua etiam si appellaretur, non nocebit ei incompetentia primi, sed aliquis alius defectus secundum *Angel. de Aret. in l. si expressim. col. 36. vers. quæro an etiam actor. ff. de appellat.*

DECLARATVR à Rota *coram Coccino Decano in Foroliuien. emphyteosis. Lunæ 1. Iulij 1613. incip. Domini dixerunt non intrare. n. 5. & 6. est inter Recent. part. 2. decis.* 474. Quod Felin. intelligitur, prout ipse præsupponit, quod secunda sententia transitum fecerit in iudicatum. Et licet ipse subdat, à qua etiam si appellaretur non nocebit ei incompetentia primi, ex serie verborũ apparere Felinum intelligere, si appellaretur postquàm secunda sententia transitum fecerat in iudicatum, quod suadent illa verba, non impugnaretur amplius prima, quia ex ea non se tuetur amplius victor, sed ex secunda. Et quod clarè colligitur dictum *Felin. cum alleget Ang. de Aret. d. vers. 36. aliàs num. 56. col. 26.* qui nihil tale dixit, sed solum quod potest confirmari, & confirmatio tenet, si sententia transitum fecit in iudicatum.

In eadem decis. nu. 4. DECLARATVR *Alex. consil. 111. lib. 5. Et nu. 7. & 8. declaratur decis. Finetti. Et num. 9. declaratur à Rot. decis. 7. de sent. & re iud. in antiq. & Achill. decis. 4. eod. tit. Et nu. 10. declaratur Bart. in l. si expressim. de appellat. & in l. 1. C. quand. prouoc. non est necess.*

Quæ decisio *coràm Coccino fuit posteà coràm eodem confirmata in eadem causa. vt habetur decis. 508. incip. Placuit Dominis. in Recent. part. 2.*

Et vide quæ super eadem conclusione diximus *sup. §. 20. ad Alex. cos. 111. incip. Viso themate. lib. 5.*

Et etiam quæ diximus *ad Cordubam decis. 189. in eius lib. in manuscript. est in Elboren. iuris conferendi. per tot. Part. 1. in Addit.*

Vbi etiam *num. 3.* habes quando dicta secunda sententia non dicitur transire in iudicatum.

§. 12. FELIN. *in cap. ex insinuatione. num. 5. vers. ex-*
1 *trà glos. facit. de simon.* † vbi dicit, quod priuatus
omni iure Collegij, si restituatur non recuperabit
primum locum, maxime si sit priuatus propter delictum. Quod tamen limitat nisi esset amotus à Collegio.

APPROBATVR, & inducitur ista doctr. à Rota, *vt per Accoramb. decis. 52. in manuscript. lib. 1. incip. Reseruauerat sibi regressum.* ad decisionem casus ibi propositi. Videlicet, Resignauerat quidam ad fauorem nepotis Canonicatum, & præbendam, & reseruauerat sibi regressum, & fructus, & stallum in choro, & locum in Capitulo; Deinde nepos postquàm per aliquod tempus in vltimo loco sederat, retrocesserat in fauorem patrui primi resignantis, qui volebat redire ad primum suum locum propter ius optandi, & alia emolumenta. Et cum Domini essent varij, tamen dicitur in decis. quod maior pars Dominorum inclinabat, quod posset, quia veniebat ex
2 † regressu, qui dat titulum de præterito, & habebat
3 clausulam, † in omnibus, ac perinde haberi, ac si
non resignasset. *argum. l. 1. de legat. 1. Et D. Accoramb. pro ista parte allegauit annot. à Felin. in d. cap. ex insinuatione.* quia iste qui resignauerat, non poterat dici priuatus beneficio, cum nullum delictum commisisset, neque purè, & simpliciter resignauerat, sed cum regressu, qui semper tribuebat illi ius saltem ad
4 rem, vnde potius poterat dici amotus. † Stante præ-
sertim plenissima restitutione, *Non obstante aliqua constitutione*, quæ clausula vltrà quod erat plenissima, in regressu aderant alia verba prægnantia, nimirum, *In omnibus, & per omnia perinde, ac si nunquàm cessisset.*

§. 13. FELIN. *in cap. ex parte decani. num. 15. vers. ex hoc inferri potest. de rescript.*

DECLARATVR à Rota. Vide *Part. 5. ad Clem. cum illusio. 1. de renunciat. num. 4.*

§. 14. FELIN. *in cap. illud. num. 17. vers. Decima quarta. extrà de præscript.*

APPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus *sup. Part. 2. circa Stylum, & Obseruant. Rotæ in verb. Præscriptio. §. 2. in Rota fuit sæpius dictum.*

§. 15. FELIN. *in cap. licet ex suscepto. num. 2. extrà de for. compet.* vbi dicit, quod quando potestas est deuoluta, verbi gratia, ad Papam tunc regulatur vti propria, non autem vti deuoluta.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphin. decis. 1363. incip. Fuit resolutum publicationem. n. 6.*

vt

vt loquatur, quando potestas Papæ regulatur vti propria, non autem vti deuoluta. Nam licet Papa sit dominus beneficiorum tamen si confert beneficium deuolutum, confert vti deuolutum. vt dicitur *in causa Mediolanen. Beneficij. 13. Ianuarij 1597. coràm Cordub. incip. Dixerunt esse. est decis. 97. in eius lib. in manuscript.*

§. 16. FELIN. *in cap. Pastoralis. 11. sub num. 2. extrà de offic. ordin.*

LIMITATVR à Rota. Vide, quæ diximus *sup. in §. 90. Bart. in l. 1. studētibus. C. de offic. Præfect. Vrb.*

§. 17. FELIN. & ABB. *in c. pastoralis. §. quia verò. de offic. de legat.*

REPROBATVR à Rota. Vide in *§. 15. Abb. & Fel. in cap. pastoralis. §. quia verò. de offic. de legat.*

§. 18. FELIN. *in cap. scripturam. num. 11. extrà de fid. instrum.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *sup. in hac Part. in §. 24. Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de nou. oper. nunc.*

§. 19 FELIN. *in cap. sententia. 1. de sent. & re iudic. num. 12. post med. in §. scias etiam. vers. Idem dic. de sententijs contrà Regulas Cancellariæ.* Et paulò inferius ibi, *Et de Stylo Rotæ est.* vbi dicit post alios, quod sentētia lata contrà Regulas Cancellariæ Apostolicæ non est ipso iure nulla, quia non sunt Constitutiones generales. Et quod est de Stylo Rotæ quod nisi allegentur, & producantur in actis valet sententia contrà eas, nec aliter potest iudicari secundum earum tenorem, & quod ista seruantur etiam in literis habentibus clausulam decreti.

REPROBATVR fuisè à Rota *coràm Cassad. decis. 12. sup. Regul. incip. Obtinui. num. 2. vers. sed pro decisione potest respondere. vsque ad fin.* Et confirmat propositam ibi decisionem videlicet, quod Regula de Annali potest produci non solum in prima, sed etiam in secunda, & tertia instantia, & præcedentes sententiæ sunt nullæ vigore decreti irritantis positi in Regulis Cācellariæ, quicquid dicat *Felin. vbi sup.* Et quod ita sæpius vidit indicari, prout etiam restatur *Simonett.* compilando eādem decisionem *in suis recollectis manuscrip. decis. 59. incip. In vna Vilnen.* vbi etiā dicit quod inoleuit vsus apud Rotam, quod Extrauagantes licet impressæ, & notoriæ producuntur, alioquin sententiæ contrà eas latæ valent, & tenent, quicquid sentiat *Felin. vbi sup.*

Et ad Stylum Rotæ allegatum à *Felin. vbi suprà,* respondet *Cassad. num. 5.* quod ille stylus procederet de validitate sententiæ contrà Regulas Cancellariæ latæ, si numquam produceretur Regula, aut quousquè produceretur, vt teneat dicta sententia, & Regula extrà acta in nulla sit consideratione, secus si producatur, quia statim decretum operit nullitatem etiam retrò, vel detegitur nullitas per productionē, nam decretum irritat omnia, & ligat ignorantes ex ibi allegat. Et vltrà præsentem decisionem in materia *Regulæ de Annali allegat. num. 6. similem decisionem in Mediolanen. Castrorum. & in fin. decis. aliam in causa Auenionen.* In quibus similes sententiæ fuerunt declaratæ nullæ.

§. 20. FELIN. *in cap. sicut. 16. num. 33. vers. Benè fateor. de sent. & re iudic.* cum dicit, quod consensus requisitus in aliquo actu à principio, qui ibi non exprimitur, non præsumitur interuenisse talis solemnitas ex temporis diuturitate.

REPROBATVR à Rota cum communis opinio sit in contrarium, vt per *Accoramb. decis. 22. in manuscript. incip. Clemens Septimus. lib. 1.* quæ communis opinio ibi latè comprobatur.

Et agebatur ibi de validitate transactionis ante trecentos annos emanatæ contrà Indultum concessum Magno Magistro à *Clem. 7.* & fuit conclusum dictam transactionem obstare dicto Indulto stante consensu Magni Magistri, qui præsumebatur ex dicto tempore antiquissimo interuenisse ex latè ibi cumulatis. Et obseruantia cum diutissimo tempore.

Quæ decisio eadem fuit etiam compilata *à Mohed. decis. 2. de transact. incip. Transactio fuit.* vbi Rota saluauit dictam opinionem Felin. posse intelligi in facto decem annorum, non autem in tempore antiquissimo, prout & erat casus decisionis, prout idem etiam dicitur *in decis. Accoramboni.*

Ad *Decis.* præfatam *Mohed.* notauimus *Part. I.* & quod etiam sequitur *Seraphin. decis. 792. num. 1.* vbi etiam refellitur *Felin. loc. cit.*

Remissiuè etiam alia loca notauimus in nostris Obseruation. ex Rota Romana pro ampliori dictæ conclusionis confirmatione.

§. 21. FELIN. *in cons. 2. incip. Clarissime Doctor. n. 27. vers. sed bene dico.* vbi dicit, quod Clericus astrictus à suo Superiore, vt ostendat titulum suæ Ecclesiæ, si non habet bullas, quia amisit, & probat se diu tenuisse Ecclesiam præsumitur pro titulo, & sufficit per dictum *Innoc. in c. illud. de præsumpt.* vbi vult, quod si homines dicunt illum rexisse Ecclesiam, vt Rector, & aliter non ostenditur titulus, vel verus, vel putatiuus, sufficit.

APPROBATVR à Rota *coràm Cotta in Spoletana S. Crucis Lunæ 15. Ianuar. 1571. incip. An stantibus. Est Decis. 302. in eius lib. in manuscript.*

Quæ tamen conclusio limitatur à Rota in eadem causa coràm eodem *Cotta sub die Vener. 15. Iun. 1571. incip. Quæ probatio. Est decis. 326. in eod. lib.* vt non procedat quādo quadragenaria fuit interrupta, maximè quia pro Episcopo stat ius commune, vt ibidem dicitur, vltrà interruptionem de qua per testem pro parte beneficiati inductum, & alios testes Episcopi.

Ferrettus.

SVMMARIVM.

1 *L. Barbarius. ff. de offic. prætor. non habet locum, quando inhabilitas non potest remoueri, per eum, qui deputauit.*

§. 1. FERRETTVS *cons. 8. num. 3. volens. l. Barbarius. ff. de offic. prat.* non habere locū, quando inhabilitas non potest remoueri per eum, qui deputauit, vt in Vicario Capituli Sede vacante, qui cōtrà decretum *Conc. Trid. sess. 7. cap. 10.* dedit literas dimissorias ante annum, cum non sit in potestate Capituli, qui Vicarium deputauit, dare ipsi Vicario potestatem cōcedendi literas dimissorias intrà annum.

DECLARATVR à Rota *in vna Burgen. Canonicatus Vener. 17. Octobr. 1586. coràm Gypsio.* quia in casu Ferretti inhabilitas personæ ab initio concurrebat *iuxt. trad. per. Gabr. de probat. concl. 8. in 3. limit.* Secus verò quando à principio deputatio fuit ritè, & rectè facta, cum initium spectandum sit, quamuis effectus contrarius sit secutus *Clement. fin. vbi Card. de rescript.*

Fran-

Francus.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non censetur deserta, quando æquè, & principaliter est commissa causa nullitatis, & iniustitiæ sententiæ.*
2 *Sententiæ nullitas non censetur deserta propter desertionem appellationis.*
3 *Citatio sine die est valida.*
4 *Assessor an eligi possit parte non citata.*
5 *Appellatio à diffinitiua sine scriptis, non est valida.*

§. 1. FRANCVS *in c. dilecto. 63. q. 58. de appellat.*
1 † Vbi dicit, quod appellatio non censetur deserta, quando æquè, & principaliter est commissa causa nullitatis, & iniustitiæ sententiæ.

APPROBATVR à Rota *coràm Card. Pamph. Sen. in causa Recanaten. Bonorũ Luna 7. Iuly 1587. incip. Vt satisfacerem. est decis. 124. in eius lib. in manuscrip.* Cum ista opinio sit communiter recepta, vt per *Couar. practic. quæst. cap. 24. in fin.* & fuit resolutum *in causa Calaguritana Decimarum de Arophia 20. Febr. 1574. coràm Card. Laucellott.* vbi fuit dictum *decis. Achill. 17. de rescript. incip. Quicquid sit.* quæ videtur testari de Stylo Rotæ, in contrariúm, non procedere,
2 † quando est detecta iniustitia sententiæ. Idem dictũ fuit *coràm Gyps. in vna Corduben. Statutorum. 11. Iun. 1585. incip. Mandatum de manutenendo. est decis. 98. in eius lib. 1. in manuscript.*

§. 2 FRANC. *in d. cap. dilecto. quæst. 58. num. 171.* vbi
3 dicit, † quod quando appellatio est deserta, censetur etiam nullitas sententiæ deserta.

REPROBATVR à Rota *coràm Achill. in d. decis. 17. de rescript. in princip.* Quod semper contrà ipsum fuerit seruatum.

Vide, quæ diximus *sup. Part. I. ad Oran. decis. 157. lib. 2. fol. 405. col. 2. in med.*

§. 3. FRANC. *in cap. cum parati. 19. col. 4. extrà de appellat.* vbi distinguit, ad hoc vt citatio sine die sit valida.

REPROBATVR à Rota *coràm Put. decis. 212. & in nou. 207. incip. Vigesima tertia.* Quia simpliciter est verum, quod citatio sine die est valida, nam intelligitur ad primam, vel quam primùm compareri potest, per ea quæ dicit *Alexand. in l. liber homo. la seconda. §. decem. num. 5. ff. de verb. obligat.*

§. 4. FRANC. *in cap. cum speciali. 61. quæst. 17. n. 39. extrà de appell. quod Assessor debet eligi parte citata.*

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Mantic. decis. 5. num. 4. incip. Dubitaui an sententia.* Quod hoc intelligitur habere locum, quando Iudex ex statuto, vel consuetudine, vel tenore commissionis debet eligere assessorẽ, vt loquitur *Bald.* quem *Franc.* allegat *in l. 1. num. 1. C. de relat.* & ita intelligit *Paul. de Castr. in cons. 6. num. 1. lib. 1. incip. Pro declaratione.* Sed secus est, quando Iudex sua spontè eligit assessorem, quia tunc inuitis etiam partibus efficere potest, vt reiecta opinio *gloss. tenet Innoc. in cap. super quæstionum. num. 6. Barbat. num. 11. de offic. delegat.* quam sententiam veriorem, & receptiorem esse testatur, & sequitur *Cagnol. in l. consilij. num. 16. ff. de reg. iur.*

§. 5. FRANC. *in cap. vt debitus. num. 15. vers. septimò quæritur. de appellat. in 6.* vbi videtur dicere, quod appellatio si fiat incontinenti potest fieri viua voce sine scriptis. Et declarat quando dicatur appellati incontinenti, si appelletur Iudice adhuc sedente pro tribunali, etiamsi Iudex sedeat per magnam horam, secus si à tribunali, seu à banco discesserit, ex doctr. *Specul. ibid.* allegat.

DECLARATVR à Rota, vt per *Put. decis. 102. in nou. incip. In vna Gerunden. lib. 3.* vbi *num. 4.* dicitur quod *Franc.* loquitur ab interlocutoria, & in appellatione à diffinitiua illud non firmat.

Et quod Rota noluit approbare opinionẽ *Franc.* quia sic introduceretur stylus, quod in omnibus causis beneficialibus non appellaretur in scriptis.

§. 6. FRANC. & OLDRAD.

APPROBANTVR à Rota *corã Rubeo.* Vide *Par. 5. in cap. licet pater. 4. de sepult. in 6.*

Fulgosius.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratori an detur retentio iurium, & Instrumentorum sui principalis pro suo salario.*
2 *Identitas in fideicommisso qualiter probetur.*
3 *in Conductione ad longum tempus an habeat locum pœna. l. fin. C. de iur. emphyt.*

§. 1. FVLGOSIVS *in l. ante litem. nu. 14. de procurat. & Gayl. lib. 2. Obseruat. 17. num. 5.*
1 † Qui volunt dari procuratori retentionem iurium, & instrumentorum sui principalis pro salario.

REPROBANTVR à Rota *in Gerunden. Vnionis. Mercur. 2. Decembris 1615. num. 3. coràm Verospio. est decis. 691. part. 1. in Recent.*

FVLGOS. *enim ex trad. per illum, in l. si non sortem. §. si centum. num. 6. vers. quamquàm. ff. de condict. indeb.* est sibi contrarius, & eius opinio *in d. l. ante litem,* vti nulla ratione, vel auctoritate munita, non videtur attendenda cum in contrarium sint. *Ias. in d. l. si non sortem. §. si centum. n. 10. Boer. decis. 15. num. 3. Capic. decis. 11. num. 1. Rota in Burgen. mer-*
2 *cedis. 4. Iunij 1604. coràm Insto.* † Idquè meritò quia non potest vna res pro alia retineri. *l. fin. vbi Doct. C. commod. l. si non inducta. C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. Negus. de pign. 4. membr. 5. par. Surd. de alim. priuil. 62. in princip. tit. 8. & quæst. 32.*
3 *tit. 19. num. 53.* † Datur autem dicta retentio iurium procuratori pro expensis, vt probatur *in l. quæ omnia. §. planè. vers. item si retentione, vbi glos. & Bart. num. 2. Angel. num. 5. Castr. num. 4. ff. de procurat. Gayl. Obseruat. 12. num. 5. lib. 2. Iacob. de S. Georg. in l. sumptus. num. 2. de pact.* & fuit dictum *in causa Placentina nullitatis reuocationis procuratoris. 23. Ianuarij 1598. coràm Litta, & in causa Oueten. mercedis. 5. Maij 1606. corã Reuerendiss. D. Decano Coccino.*

GAYLVS verò dum agit de procuratore, & Ad-
4 uocato, loquitur solum de retentione † pro expensis, non pro salario, & licet exemplificet in casibus in quibus retentio pro mercede conceditur, vt in sutore, qui non soluta sibi mercede potest vestem retinere, & similibus, his tamen propter laborem, & quia rem meliorem reddiderunt, datur retentio, prout etiam datur ei qui librum scripsit ratione laboris in eo præstiti, licet exemplar in quo non scripsit, retinere non valeat, *vt per Bart. in d. l. si non sortem. §. si centum. num. 8. ff. de condict. indeb.*

Quibus non obstat decisio *in Placen. Salarij. 23.*
5 *Ianuarij 1598. coràm Litta.* † Quia incidenter ibi loquitur de salario; & in diuersis terminis, & quamuis expensas, & salarium confundat, nihilominus re-

spectu salarij refert solam opinionem. *Fulgos. in d. l. ante litem*, quæ ex suprascriptis non subsistit, in reliquis verò allegat *Bald. in l. quæ omnia. §. item si retentione.* quæ tantum loquitur de expensis.

§. 2. FVLGOS. *in consil. 145. num. 2. incip. Quoniam de plurimis.*

APPROBATVR à Rota *in decis. 706. sub nu. 2. in Recent. part. 2. incip. Fuit resolutum constare.*

Vide, quæ diximus *suprà Part. 2. circa Stylum, & Obseruantias Rotæ in verb. Identitas. §. 2. Rota tenet, quod in materia.*

§. 3. FVLGOS. *in consil. 240. incip. Pro euidentia.* vbi vult quod pœna *l. fin. C. de iur. emphyt.* locum habeat in conductore ad longum tempus, qui similis est emphyteotæ.

REPROBATVR in vtroque capite à Rota *in Romana Casaliam de Maximis. Lunæ 20. Februarij 1576. coràm Card. Seraphino. vbi num. 5.* dicitur, quod contraria opinio maiori parti Dominorum visa fuit verior, *& num. 7.* multæ ponuntur differentiæ inter vtrumquè contractum, quæ decisio fuit confirmata, postea in eadem causa *coràm eadem sub die Mercurij 14. Martij 1576.* vbi examinatis Doctoribus, qui videntur fauere opinioni Fulgosij, & expensis rationibus, in fine concluditur, sententiam Fulgosij non solum iuribus non probari, sed neque etiam auctoritatibus ita fulcitam esse, vt pro communi haberi possit, & ab ea non sit recedendum.

Et stetit deniquè *Rota in decisis sub die Mercur. 4. Decembris 1577. coràm eod.* vbi dicit, quod Rota noluit recedere à resolutis, quia rationes quæ ex aduerso allegabantur patiebantur maximas difficultates, licet videretur maiorè Doctorū numerū habere.

Et hanc conclusionem, & decisiones duas præcedentes ante tertiam confirmatoriam prædictam secuta est Rota *in vna Zamoren. Castri. Lunæ 10. Decembris 1576. in princip. coràm eodem Seraphino. Et Coccino decis. 75. Ioannes num. 3.*

Gabriel.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares probant concurrentibus adminiculis, & quando secus, vt in probatione simoniæ.*

2 *Statutum excludens fœminas sub modo dotationis, masculis totam hæreditatè defert, & fœminis competit solum actio ad consequendam dotem.*

4 *Emancipatio facta à patre substinetur, etiam quod filia statim fuerit testata ad fauorem patris, in præiudicium neptis ex dicta filia.*

5 *in Locationis contractu ob non implementum, agi non potest ad rescissionem.*

§. 1. GABRIEL *in conclus. 2. de testib. in fin.* vbi dicit, quod testes singulares concurrentibus adminiculis probant.

1 DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphin. decis. 1029. incip. Fuit resolutum simoniam. num. 12.* quod generaliter loquatur, dicendo quod testes singulares probent concurrentibus adminiculis, nec loquatur in materia simoniæ ad effectū priuationis.

§. 2. GABR. *consil. 5. num. 10. Illustriss. D. Antonellus. lib. 1.* vbi dicit, quod si statutum excludat fœminas, non sub conditione, sed sub modo dotationis, tunc masculis statim defertur tota hæreditas, & fœminis solum competit actio ad consequendam dotem.

APPROBATVR à Rota *coràm Cotta decis. 537.* & testatur ipsemet *Gabr. in consil. 139. num. 1. lib. 2. & nouissimè fuit approbatū in causa Romana Retractus Mercur. 23. Ianuarij 1610. coràm R. P. D. Merlino. incip. Permanserunt Domini in decisis. ante fin.*

§. 3. GABR. *consil. 15. Ducalis constitutio. nu. 40. lib. 1. & consil. 18. Videntur igitur. nu. 44. lib. 2. Et Honded. consil. 1. num. 17. lib. 1.*

REPROBANTVR à Rota. Vide *suprà in §. 56. Bald. consil. 316. incip. Filia primi matrimonij. lib. 2. in fin.*

§. 4. GABR. *consil. 16. à num. 35. & seq. vsq; ad fin. lib. 1.* vbi tenet emancipationem à patre de filia factam, sustineri, non obstantè quod filia statim fuerit testata ad fauorem patris in præiudicium neptis ex dicta filia, reprobata opinione *Anchar. in cōs. 430. incip. Fuisset expediens. Annæ consil. 23. & Dec. consil. 245. incip. In causa. num. 5. quos etiam declarat num. 37. ibi, Anchar. verò.*

APPROBATVR à Rota *in Senogallien. tutelæ. Vener. 17. Iunij 1588. coràm Gypsio.* vbi fuit resolutum auum, & auiam maternam non esse à tutela neptis propter suspicionem remouendos, licet filia patrem hæredem instituerit post emancipationem. Et post decisionem ipse Gypsius compilator decisionis, notat post factam resolutionem incidisse *in d. consil. Anchar. Ann. & Dec.*

Et vide idem annotatum *in nostris Obseruat. ex Rot. Rom. in verb. Tutor. Obseru. circà Miscellanea §. 13. Tutores pupillæ si nominati fuerint.*

§. 5. GABR. *in consil. 75. lib. 1. incip. Sentio Hieronymum.* vbi dicit, quod ob non implementum in contractu locationis, agi potest ad rescissionē contractus.

REPROBATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 130. nu. 3. incip. Sententia Gubernatoris.* Quia in contrarium sunt authoritates, & decisiones Rotales, quas ibi per te videre potes. Et ibi *Beltram. in addit. in litera B. n. 6.* qui refert eos, qui Gabr. sequ. Vide *infrà post Innocentium. fol. 192. col. 1. vbi habetur §. 6. 7. & 8. ad Gabrielis consilia.*

Geminianus.

SVMMARIVM.

1 *Gratia pro absente quando dicatur subreptitia.*

2 *de Capitulo ad effectum essendi non sufficit, in quibusdam, vel in omnibus actibus habere votum in Capitulo.*

4 *Filiatio vt probetur ad effectum successionis sufficiunt leuiores probationes.*

5 *Geminian. reprobatur, cum loquatur contrà communem.*

6 *Regula de publicandis resignationibus non dicitur satisfactum per adeptionem possessionis cum Notario, & aliquibus testibus, cum publicatio debeat esse populo, Nisi adesset continuatio possessionis per vnam, vel duos menses, quæ æquipollet publicationis.*

8 *Iuramento alicuius statur, quando agitur solum de præiudicio conscientiæ, & animæ ipsius, & cessante alio interesse.*

§. 1. GEMINIANVS *in cap. gratia. 7. de rescript. in 6. in princip.*

REPROBATVR à Rota, vt per *Cresc. decis. 10. incip. Gratia impetrata de prabend.* vbi de gratia pro ab-

absente impetrata quando dicatur subreptitia. Vt habes *Part.I. ad Cresc. in d.decis.*

§. 2. GEMIN. *in cap.mandatum.n.5.fin. de præbend. in 6.num.6. & 7.* quod ad effectum essendi de Capitulo non sufficiat in quibusdam, vel in omnibus actibus habere votum in Capitulo.

DECLARATVR à Rota *in Calciaten.coniudicum. 1.Iunij 1615.coràm Andrea.num.6. est in Recent. decis.708.part.2.* quod secus est, quando statuto, vel consuetudine expresse caueatur, quod aliqui sint de Capitulo, vt erant ibi Portionarij, vbi allegantur aliæ decisiones. quod etiam expresse fatetur ipse *Gemin. d.num.5. vers.aut quærimus.*

§. 3. GEMIN. & ANCHAR.

REPROBANTVR à Rota *coram Rubeo.* Vide *Part.5.in cap.licet pater.4. de sepult. in 6.*

§. 4. GEMIN. *cons.27.nu.10.* Quod ad probandam filiationem ad effectum successionis sufficiunt leuiores probationes.

APPROBATVS fuit pluries à Rota, vt dicitur *in Vlixbonen.matrimonij 2.Decembr.1594.coràm Card. Seraph. & in Mediolanen. hæreditatis 18. Maij 1598. coràm eod.in Turritana tertiariæ 8.Iunij 1589.coram eodem.* vbi quod quando agitur de probando aliquid incidenter,& nō principaliter sufficiunt leuiores probationes. *Et in Romana hæreditatis 20. Nouembris 1598. coràm eod. & in vna Veneta intelligitimitatis 1.Febr. 1572.coram eodem.* vbi de probando matrimonio ad effectum legitimitatis.

Canonizatum sæpius fuisse à Rota dicitur *in Vratislauien. matrimonij Ven. 27. Nouembr.1609. coràm Caualerio. num.1. est in Recent. decis.198. part.1.* & præcipuè *in Romana, seu Amerina domus 8.Iun. 1576. coràm Cantuccio. In causa Parmen. Status 20. Martij 1556. coràm Ant. Aug. & in eadem Parmen. Status 6. Martij 1592.coràm Card. Seraph.* vbi loquitur in casu quando constabat de malo initio, videlicet, de concubinatu præcedente, prout erat *in d. Vratislauien.* licet tunc requirantur plures coniecturæ,& fortiores. Et *in Hispalen. legitimitatis Ven.11. Maij 1612. corā Vbaldo. est in Recent.decis.406.nu.8.part.1.* vbi agebatur de iustificatione literarum dispensationis, quod præsumeretur facta iuxtà *Conc.Trid.sess.22.cap.5.de reformat.* maximè quia agebatur de matrimonio incidenter ad effectum legitimitatis prolis, vt ibi dicitur, & allegatur similis decisio vbi *d. consil. Gemin.* fuerat approbatum *in Valentina illegitimitatis 16. Martij 1612. coràm Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio.*

Rota etiam *coràm Rubeo in vna Mediolanen. legitimitatis Lunæ 24.Martij 1561. incip. Stantibus resolutionibus. Est decis.187. in eius libr. in manuscript.* dixit quod licet leuiores probationes admittantur in causa legitimitatis etiam prouenientis ex matrimonio, iuxtà hoc *Gemin. cons.27.* tamen quoad dictam legitimitatem probandam repellantur testes consanguinei vsquè ad quartum gradum de Iure ciuili computandum, etiam quod sint coniuncti per lineam fœmininam non obstante, quod dicti consanguinei repellantur in probatione matrimonij, in quo maior probatio requiritur. Quia quod dicit *Gemin.in dicto cons.* quod in legitimitate minores probationes sufficiant, intelligitur quod facilius probatur legitimitas, vt putà per publicam vocem,& famam, per tractatum, & nominationem, & similia, quæ non ita facilè probarent in causa matrimoniali, sed prædicta debent probari per integros testes nō per suspectos.

Hoc quod ex Rubeo dictum est, notatum etiam habes *infrà Part.5.ad cap.super.22.de testibus. sup. d.decis.Rubei 187.* cum plures decisiones sint enumeratæ, & recollectæ super *d. cap.super eo.*

Eadem doctrina *Gemin.* approbatur à Rota *corā Pegn. in causa Venetiarum legitimitatis Lunæ 30. Ianuarij 1606. incip. Anno 1578. est decis.393. in eius lib.5.in manuscript.* vbi affirmat, quod *d.consil.* fuit sæpè approbatum à Rota. *& coràm Cardin.Caualer. decis.10.nu.2.incip.Martinus de Vrnieta.*in qua etiam testatur Rotam sæpius canonizasse tale cons.& nouissimè fuit dictum *in causa Romana de Catalanis Merc. 27. Nouembris 1630. coràm R.P. D. Merlino. incip. Domini dixerunt constare. est impress. inter recollect. à dilecto filio Paulo Rubeo decis.409. vol.1.*

§. 5. GEMIN. *cons.45. in 3. dubio,* loquitur contrà communem,& ideò eius opinio non est attendenda, cum cōmunis sit iuxtà *Anchar. cons.81. & Calder. in cons.4.de Iurepatr.* vt latè fuit discussum, & resolutū *in Cremonen.Iurispatronatus coràm Robusterio, vt in decis.385.num.1.& 12.vers.non obstat. Gemin. dicto cons.45.* vbi etiam excusatur,quia non plenè difficultatem examinat, *& nu.17.in med.* & fuit dicta decisio confirmata in eadem causa *6.Iunij 1587. coràm Card. Seraphin.* quæ decisio fuit confirmata *21.Nouembris eiusdem anni coràm eodem.* vbi propter eamdem rationem fuit refutatus *Bald. cons.400. lib.2.* Idem etiam notatur *suprà in §.5. Anchar. consil.81. incip. Prima facie. in fin.*

Et vide ad materiam *in vers. Iuspatronatus non extinguitur si sit fundatum pro aliqua familia, in nostr. Obseruat.*

§. 6. GEMIN. *cons.75.incip.In causa.* vbi dicit *nu.2. vers. secundò dicitur. vsquè ad fin.* quod publicatio non dicitur legitimè facta ad effectum Regulæ de publicandis resignationibus, quando quis accepit possessionem beneficij coràm quatuor testibus. *Et nu.7.* concludit, quod talis nec rigori dictæ Regulæ, neque generalem æquitatem seruauit.

APPROBATVR à Rota, vt per *Accoramb. decis. 13. incip. Quidam vigore expectatiuæ. lib.1.* Ea ratione, quia possessio non fuit populosa, sed coràm aliquibus particularibus, & allegatur *Abb.cons.99. incip. Illud in præsentiarum.nu.2.& seq.vol.1.*

Nec obstare (subditur in decisione) quod *Sarnēs. de public.resignat.quæst.11. dicat, quod d.cons.Gemin.* non soleat à Rota teneri.

Quia intelligitur hoc quoad secundū caput. Nam Gemin. duo dicit. Primò quod apprehensio possessionis non populosa, sed particularis, non satisfacit Regulæ. Et in hoc, quod ab omnibus teneatur eius opinio,& *Abb.d.cons.99.vol.1.*Secūdò dicit Gemin. quod nec etiam continuatio possessionis satisfacit. Et quod in hoc non tenetur, & quod in casu decisionis non constabat de continuatione. Et de hoc secundò capite intelligitur, & loquitur *Sarnens. vbi suprà.*

ANNOTATIO.

SARNENS. *d.quæst.11.nu.4.& 5. de publicand. resign. huic cons.75. Gemin.* à Rota reprobato quoad continuationem, addit alia duo consilia eiusdem à Rota similiter reprobata, videlicet, *Consil.113.incip.*

Super dubio. vbi de prærogatiuis Auditorum, & *Consil.* 78. vt ipse dicit, de sequestro Iudicis secularis.

Quibus addit quod ipse *Sarnens.* notauit decem consilia *Gemin.* quæ non tenentur in Rota, quæ non refert, licet *Gemin.* fuerit multum practicus, cum in Rota Rotauerit per sexdecim annos, vt ipse dicit *Consil.* 39. *incip. Videtur primò. n.* 16. *verf. Sed domus.* quod ante mortē, ibi, & ista est vna maxima in Rota tristissima in aurib9 meis, sexdecim annis rotaui, &c. Et fuit etiam *Auditor Cameræ Apostolicæ, vt ipse dicit Consil.* 128. *incip. Super primò. in fin. & Consil.* 138. quod non inuenio in hoc *Consil.*

§. 7. GEMIN. *conf.* 107. *incip. Super primo dubio.*

REPROBATVR à Rota, & communiter à Doct. vt per *Achill. decif.* 279. *aliàs* 16. *de præbend. num.* 18. *& Accoramb. decif.* 30. *incip. Dubitatum fuit. part.* 2.

Et vide *Part.* 5. *ad cap. si pro te.* 13. *de rescript. in* 6.

§. 8. GEMIN. *in conf.* 110. *num.* 10. *incip. Super ista supplicatione.* vbi dicit, quod quando sumus in actu dependente à conscientia, vel intentione alicuius, & solum præiudicium infertur animæ illius, tunc statur suo iuramento.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Cauaier. decif.* 337. *num.* 4. *in fin. incip. Cum bo. me. Franciscus.* Quod tale dictum cesset, quando agitur de alio interesse iurantis.

Gigas.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus non est capax pensionis absque dispensatione super illegitimitate, non obstante quod sit dispensatus ad clericatum, & ordines.*

2 *Pensio an sit quid spirituale, vel quid prophanum.*

§. 1. GIGAS *de pens. quæst.* 16. *& Rebuff. in prax. titul. de dispensat. ex defect. natal. nu.* 48. qui volunt illegitimum esse incapacem absquè dispensatione super illegitimitate, non obstante quod fit dispensatus ad clericatum, & ordines. *& Gig. d. quæst.* 16. *in fin. notat Sarn. qui quæst.* 21. *in fin. de annal.* tenet illegitimum sine dispensatione posse obtinere pensionem.

REPROBANTVR isti Doct. à Rota *in vna Toletana pensionis.* 11. *Maij* 1601. *coràm Decano Coccino.* Quia Rota seruat opinionem quod illegitimus si sit clericus, non est incapax pensionis, quia illegitimus ex eo est incapax pensionis, quia non potest esse clericus. *Sarn. in d. quæst.* 21. *& fuit dictum in vna Legionen. & Zamoren. pensionis.* 16. *Octobris* 1577. *coràm Robusterio. relata diuers. part.* 1. *decif.* 425. *vel melius* 424. quia ibi est error in numeris. *incip. Nihil resolutum. num.* 1. *Paleot. de not. & spur. quæst.* 58. *Gambar. de auct. legat. lib.* 6. *num.* 284.

Hoc idem diximus in *Part.* 2. *S.* 1. *Rota perpetuò seruat opinionem quod illegitimus. In fin.*

Illud tamen hic non videtur omittendum, quod licet *Gig. d. quæst.* 15. *in fin.* dicat durum sibi videri, quod Curia daret reseruationem pensionis illegitimo nō dispensato, tamen subiungit, quod stylus Curiæ lex est; Propterea cum Rota ita seruet, ipse non videtur huic stylo contradicere, cum sit lex.

§. 2. GIGAS *de pension. quæst.* 99. *num.* 7. cum dicit, quod pensio nec est quid spirituale, neque spiritualitati annexum, sed potius quid prophanum in mera temporalitate consistens.

REPROBATVR à Rota *in Britonien. Cōmenda. Luna* 12. *Decembris* 1588. *coràm Gypsio.* vbi voluit simoniam committi, quando quis renunciat pensioni super beneficio, vt assequatur quid temporale, quia pensio non est merè temporale, quicquid voluerit *Gig. vbi sup. sed spiritualitati annexa, vt ostendit Prob. ad Glos. grammat. tit. de collation.* §. *item quod vniuersitatis. verf. beneficiorum. num.* 4. *Rebuff. de pacif. poss. num.* 114. Cum simonia etiam cadat in re spiritualitati annexa *cap. quæsitum. de rer. permutat. Roman. conf.* 368.

Gozzadinus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatis, quando pater possit plus relinquere, quàm filijs legitimis, & naturalibus.*

2 *Compensatio non fit, quando in contractu est appositum iuramentum, & qualiter hoc intelligatur.*

§. 1. GOZZADINVS *in conf.* 6. *num.* 17. *verf. sed nos loquimur. incip. Circa primum.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *in hac Part. in S.* 2. *Præpos. in cap. per tuas.* 12. *nu.* 28. *extrà qui fil. sint legit.*

§. 2. GOZZAD. *conf.* 69. *num.* 4. *incip. Videtur prima.* vbi dicitur, quod compensatio fieri non potest, quando in contractu est appositum iuramentum.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Pamphil. Senior. in causa Beneuentana deuolutionis. Vener.* 14. *Iunij* 1585. *incip. Domini dixerunt Archipresbyterum. est decif.* 26. *in eius lib. in manuscript.* Quod hoc non habeat locum, ad effectum incurrendi pœnam, putà, caducitatis. *Io. Fabr. & Iaf. in* §. *Bonæ fidei. num.* 85. *Institut. de actionib. Felin. in cap. ad nostram. col.* 3. *de iur. iuran. Parif. decif.* 121. *nu.* 39. *lib.* 1. *incip. Primò animaduertendum.* vbi testatur, quod ista est communis conclusio, & illa opinio nō procedit, quando ageretur de euitatione pœnæ, & periurij. *Grat. conf.* 121. *num.* 5. *lib.* 1. *incip. Videtur prima.*

Nam & in simili videmus, quod iuramentum non cōstituit in mora absquè interpellatione ad effectum pœnæ. *Gozzad. consil.* 22. *incip. Super dubio.* & hoc etiam tenuit *Rota in vna Perusina Pœnæ de anno* 1577. *coràm Card. Blanchetto.* Et hoc multò magis procedit, quando solitum est inter contrahentes facere talem compensationem. *ad not. per Alex. consil.* 124. *num.* 4. *lib.* 5. *incip. Consideratis.* cum alijs adductis *per Gabriel. conclus.* 1. *de consuetud. num.* 9.

Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus admittitur per viam recursus solum ex eisdem actis.*

2 *Restitutio qualiter sit facienda ab impugnante transactionem.*

3 *Testes subornandi consuetudo an præsumatur adesse in Regno Neapolitano.*

§. 1. GRAMMATICVS *decif.* 35. *incip. Cum fuisset. num.* 4. cum dicit, fuisse admissum per viam recursus quemdam inquisitum dumtaxat ex eisdem actis.

DECLARATVR à Rota *in Placentina bonorum.* 23. *Ianuarij* 1581. *coràm Card. Seraphino.* quod ibi, Prorex limitate commiserat causam reuisionis ex eisdem dumtaxat actis, cum aliàs quando committitur

causa

causâ appellationis, supplicationis, vel reuisionis per viam recursus audienda est pars ex nouiter deductis *iuxtà text. in l. per hanc. C. de temp. appellat.* cum inter has commissiones, vel non sit differentia, vel saltem idem sit effectus, vt in dicta decisione habetur, vbi notat *Riminald. in cons. 398. num. 21.* quod malè, & sine auctoritate fuerit loquutus.

§. 2. GRAMMAT. *Decis. 66. incip. In causa. nu. 22.*

DECLARATVR cum alijs Doct. à Rota. Vide remissiuè *sup. in §. 24. Abb. cōs. 62. in fin. incip. Omnipotentis Dei. vers. Postremò. lib. 1.* vbi agitur de restitutione facienda ab impugnante transactionem.

§. 3. GRAMMAT. *vot. 14. In causa Regij. num. 11. & 14.* vbi dicit, quod in Regno Neapolitano adest consuetudo subornandi testes.

REPROBATVR à Rota *coràm Card. Sacrato decis. 277. num. 4. Fuit resolutum dandam. p. 1. posthum.* Quia proprio se ligone percutit, nam si adesset illa praua consuetudo in Regno Neapolitano, nec ipsimet Grammatico tamquam viro Neapolitano esset credendum, quia, & ipse præsumeretur subornatus ab habente interesse in causa, in qua consuluit, arguendo à consuetis regionis.

Gratus:

SVMMARIVM.

1 *de Liberatione legata.*
2 *in Manutentionis iudicio possessio, quæ probari debet de tempore motæ litis, potest probari verè, & præsumptiuè iuxtà veram, & communem opinionem.*
3 *Venditio rei prohibitæ alienari est nulla, & etiam qualibet promissio, & pæna appositio ad illius conseruationem adhibita.*

§. 1. GRATVS *in cons. 23. num. 1. lib. 1. incip. In causa Illustrium.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circa Leges. ad l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liberat. legat. num. 5.*

§. 2. GRATVS *cons. 50. Reuerendissime. num. 33. & 34. vers. & si dicatur. lib. 1.* vbi vult Regulam *l. siue possidetis. C. de probat.* quæ est de præsumptiua probatione possessionis non habere locum in interdicto vti possidetis, sed requiri præsentem probationē.

REPROBATVR à Rota *corā Cantuccio. decis. 4. Fuit conclusum ad fauorem. à num. 15. vsquè ad fin. diuers. part. 2.* vbi dicitur *num. 12.* quod ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo sufficit probare possessionem de tēpore motæ litis præsumptiuè, cum ex possessione præterita præsens præsumatur, vt tradunt communiter Doct. *in d. l. siue possidetis. C. de probat. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 21. cum simil.* Quia possessio de tempore motæ litis dupliciter probatur, verè, & præsumptiuè ex *reg. d. l. siue possidetis.* quæ præsumptio locū sibi vendicat, quādo reus non probauit se medio tempore possedisse, vel nisi probetur aliquis actus intermedius cōtinens priuationem possessionis, prout in his terminis dicit, quod ita firmat *Afflict. decis. 194. nu. 2.* & aljs multis *in d. decis. num. 14.* citatis, & *in fin.* allegat *Didac.* asserentem hanc esse veram, & cōmunem opinionem *in regul. possessor. 2. part. §. 1. num. 4. vers. quin. & interdic. de reg. Iur. in 6.* Et *in d. decis. à nu. 17. vsquè ad fin.* reprobatur *Grat.* tum quia opinio est contrà communem, tum quia eius ratio non videtur vera, cum in vtroquè interdicto vti possidetis, & vtrobi, probari debeat possessio ante motā litem, videlicet, in vti possidetis, de tempore interdicti, in vtrobi verò anteriorem possessionem in maiori parte anni, nō propterea in vtroquè interdicto excludebatur probatio præsumptiua ex *d. l. siue possidetis.*

§. 3. GRATVS *cons. 91. Casus talis est. nu. 20. & 21. lib. 1.* vbi tenet, quod venditio rei prohibitæ alienari est nulla, & etiam quælibet promissio, & pęnę appositio ad illius conseruationem adhibita: Quia sublato principali tollitur omne accessorium.

REPROBATVR à Rota *in Romana Saluiani interdicti Lunæ 1. Iunij 1587. coràm Seraphino.* vbi fuit reuocata alia in eadem causa *decisio sub die 29. Martij 1585. coràm Cantuccio.* vt ibi dicitur, & in eius causæ discursu *coràm eodem Seraph.* (qui inter eius decisiones connumeratur *in decis. 785.* vbi etiam notaui quod sit discursus) vbi quod Rota ex *d. cons. Grat.* mota fuit. Ad quod tripliciter fuit in hac *decis. corā Seraphino* responsum. Primò, quod assumptum est falsum, videlicet, venditionem fuisse absolutè nullā à principio, quia fuit nulla respectu alienationis, nō respectu præiudicij venditoris, vt fusè in dicta decisione ostenditur, & propter breuitatem omitto. Secundò respōdetur ex doctr. *Angel. in l. cum lex. n. 1. de fideic.* quod tunc contractu nullo existente accessoria quoquè corruunt, quādo contractus annullatur propter defectum formæ, secus si ratione materia, qualis est præsens casus, in quo contractus peccat ratione materiæ, quia res vēdita est prohibita alienari. Idem sub alijs verbis sentit *Castr. ibid. nu. 2. vers. aliquando.* Tertiò, quod vbi non militat eadem ratio in clausula accessoria, quæ militat in principali, non tolluntur clausulæ accessoriæ sublato principali contractu, vel si talis clausula potest de per se stare, prout vtrâquè limitationem multis auctoritatibus probat *Gabr. de claus. conclus. 10. num. 9. & 10.* & in casu proposito aderat diuersa ratio, quia prohibitio respicit tantum effectum alienationis à contractu resultantem, quare in cæteris sustineri potest contractus ex sua propria natura, in præiudicium venditoris, qui non tenetur præcisè tradere dominium, sed tenetur ad interesse *l. contractus. C. de fid. instrum.*

Et dicitur in fine decisionis, nō obstare *cons. Grat.* suprà allegatum, cuius auctoritas non est tanti, vt debeamus à receptissimis conclusionibus recedere, & quod benefaciunt adducta per *Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 278. num. 4.*

§. 4. GRATVS *cons. 132. incip. Etsi præsens. num. 17. lib. 1. & cons. 5. Etsi hoc responsum. nu. 86. lib. 2.*

DECLARATVR à Rota de qua declaratione. Vide *suprà Part. I. in Decis. Vrbeuetana fideicommissi 24. Nouemb. 1610. corā Coccino. nu. 4. fol. 432.*

Guido Papa.

SVMMARIVM.

2 *Monachus simplex, & claustralis non potest esse Officialis, secus si habeat administrationem.*
3 *Ius est metiendum ex parte actoris, non autem rei.*

§. 1. GVIDO PAPA *decis. 29.*

REPROBATVR à Rota. Vide *in §. 15. Abb. & Felin. in cap. pastoralis. §. quia verò. de offic. delegat.*

§. 2. GVIDOP. *decis. 563. incip. An Monachus*. vbi dicit, Monachum simplicem, & claustralem non posse esse officialem, secus si habeat administrationem, quia talis potest esse officialis, & Iudex.

APPROBATVR à Rota, *vt per Guidob. decis. 113. incip. An Monachus*. vbi dixit, quod licet simplex Monachus non possit esse officialis, seu Vicarius Episcopi, prout neque potest esse procurator. *Clement. religiosus, de procurat.* secus si sit Abbas habens administrationem.

§. 3. GVIDOP. *decis. 629. incip. Supra quæstione, vers. Alia verò ratio.* vbi dicit, quod quando metiendum est ius, sit metiendum ex parte actoris, non autem rei.

APPROBATVR à Rota *coràm R. P. D. Coccino Decano decis. 452. nu. 7. incip. Fuit resolutum Ecclesiæ*, vbi habetur quod talis decisio pluries fuerit canonizata à Rota.

☞ Vide, quæ diximus *suprà Part. 2. in verb. Causa. §. 6. in Rota tritum est*.

☞ Quod etiam notauimus *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana in verb. Actor. Obseru. circa Ius. §. 1. incip. Ex actoris persona.*

Hondedeus.

SVMMARIVM.

2 *Bullæ Pij Quarti contrà illegitimos intellectus.*

3 *in Emphytensi an primus acquirens possit præiudicare vocatis.*

4 *Statutum Esinum disponens, quod mortua vxore sine filijs dos remaneat penès virum nomine filiorum, declaratur.*

§. 1. HONDEDEVS *cons. 1. nu. 17. lib. 1. & Gabr. cons. 15. Ducalis constitutio. num. 40. lib. 1. & cons. 18. Videntur igitur. num. 44. lib. 2.*

☞ REPROBANTVR à Rota. Vide *suprà in §. 56. Bald. cons. 317. incip. Filia primi matrimonij. lib. 2. in fin.*

§. 2. HONDED. *cons. 64. Moniales. nu. 39. lib. 1. &* ODDVS *in cons. 16. Fideicommissum de quo agitur. nu. 14. lib. 1. Circa intellectum Bullæ Pij Quarti contrà illegitimos.*

☞ REPROBANTVR à Rota, vt habes *infrà §. 1. Odd. d. cons. 16.*

§. 3. HONDED. *in consil. 14. num. 47. lib. 2. incip. Quamuis.*

APPROBATVR à Rota *coràm Card. Caualer. decis. 583. num. 3. incip. Fuerat resolutum in hac causa.*

☞ Vide fusè, quæ diximus *sup. Part. 2. circa Stylum, & Obseruantias Rotæ in verb. Emphyteusis. §. 1. Rota tenet illam opinionem.*

§. 4. HONDED. *cons. 16. incip. Statutum Ciuitatis Esij. lib. 2.* Circa Statutum Esinum, disponens quod mortua vxore sine filijs dos remaneat penès virum nomine filiorum, in quo multa concludit.

DECLARATVR à Rota *in Romana lucri dotis. Vener. 20. Februarij 1615. coràm R. P. D. Pirouano. est in Recent. part. 2. decis. 653. num. 6. & 7. incip. Cum Catharina.*

☞ *Et nos suprà notauimus §. 22. Castrens. in l. si cum dotem. 23. num. 12. ff. solut. matrim.*

Hostiensis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an sit immoderata remittitur arbitrio iudicis, & agitur de donatione facta ab Episcopo ad fauorem nepotum ex causa dotis.*

2 *Ecclesia Parochialis mutato ex semine potest excludere Monasterium veniens ad exactionem decimarum certæ speciei.*

3 *si Rescriptum priuatam ipsius impetrantis vtilitatem concernit, potest impetrantem ante citationem Aduersarij pœnitere, & eo non vti, quod procedit etiam si rescriptum contineat commodum tertij.*

4 *in Legitimationis, & dispensationis materia.*

5 *Pars citata ad productionem iurium, si nihil opponat ex tacito consensu partis aduersæ dicuntur fidem facere.*

6 *Archidiaconus si est Sacerdos præcedit Archipresbyterum in celebratione Missarum solemnium absente Episcopo.*

§. 1. HOSTIENSIS *in Summ. de donat. §. Et quid. num. 6. in fin. & Ias. in cons. 73. Pro parte. num. 28. §. non obstat. lib. 3.* Qui dicunt, quod donatio an sit immoderata remittitur arbitrio iudicis, qui iudicare debet quantitatem bonorum donantis, & iuxtà merita, & qualitatem donatarij.

APPROBANTVR à Rota *coràm Gregor. XV. decis. 401. Petrus Clemens, num. 17. vers. Non obstat.* vbi agebatur de donatione facta ab Episcopo Regulari pro maritandis duabus neptibus, & dicebatur non esse excessiuam, quia domus empta debebat inseruire pro dote dictarum duarum neptuum.

§. 2. HOSTIENS. *in cap. cum in tua. de decim.*

DECLARATVR à Rota *in Concben. decimarum dell'Infantado. Vener. 10 Maij 1613. coràm Pirouano. est in Recent. decis. 485. part. 1. vbi num. 2.* dicitur, quod licet Hostiens. videatur firmare, quod Ecclesia Parochialis mutato semine possit excludere Monasterium veniens ad exactionem decimarum certæ speciei, non tamen præsupponit ius reale, & coæquale ex parte Monasterij respectu terrarum decimandarum, sed ex præscriptione, quæ cum habeat iuris resistentiam, numquàm extendit ius quæsitum vltrà casum expressum, & declaratum ex possessione, *Put. decis. 102. lib. 1. in noua impressione. Mubed. decis. 7. de præscript.* Secus verò quando concurrit ius reale cum iuris assistentia, quia ex causa vniuersali iuris decimandi mutatio seminis non alterat obligationem, sed de vna specie fructuum, quæ procedit ab vna radice fit transitus ad quascumque alias, etiam nouas fructuum species. *Rebuff. de decim. quæst. 14. num. 18. Didac. pract. quæst. cap. 37. num. 5. Rota in Hispalen. iuris votandi. decis. 17. nu. 1. part. 2. diuers.* quod etiam fuit dictum *in Legionen. decimarum. 27. Martij 1613. coràm eodem Pirouano.*

Propterea in dicta Conchen. cum Episcopus, & Rectores venirent ex coæquali iure ad decimas, & ius Episcopi esset reale, fundatum in ipsis terris, ex mutatione seminis tritici, hordei, & vini, in crocum, & oliuas, meritò fuit dictum de croco, & oleo vti de fructibus subrogatis esse dandam decimam Episcopo ratione sui iuris realis.

Ex quo *in d. decis. num. 3.* dicebatur cessare obiectum, quod ista fuisset diuisio fructuum, vt ideò esset locus secundò capiti distinctionis. *Hostiens. in d. cap. cum in tua.* Quia non agebatur de alia Ecclesia veniente ad percipiendum decimas, in quibus terminis loquitur Hostiens. Sed de habente ius coæquale, quod

quod per mutationem seminis tolli, aut mutari non potest.

Quæ decisio, cum Rectores nihil probarent contrà Episcopum in coæqualitate iuris percipiendi decimas, *fuit postea confirmata sub die Ven. 8. Nouembris 1613. coràm eodem Pirouano. est in Recent. decis.520. part.1. vbi num.2. & 3. declaratur l. fundi Trabatiani. ff. de vsu. & vsufr. legat. quam declarationem vide infrà Part.5. in d. l.*

§. 3. HOSTIENS. *in cap. ex conquæstione. 10. nu.6. extrà de restitut. spoliat.* vbi dicit, quod impetrantem rescriptum, quod non publicam, sed priuatam ipsius impetrantis vtilitatem concernit, potest ante citationem aduersarij pœnitere, & eo non vti, neque aduersarius potest vti huiusmodi rescripto, tum quia ante citationem non consideratur interesse eius contrà quem rescriptum impetratum est, tum etiam quia si rescriptum, quo ad fauorem impetrãtis principaliter esset concessum, in eius odium, & præiudicium redundaret contrà *l. quod fauore. C. de legib.*

APPROBATVR à Rota *coràm Bubal. in causa Salamantina Pensionis. Vener. 13. Ianuarij 1584. incip. Fuit resolutum R. D. est decis.202. in eius lib. in manuscript.* vbi dicitur, quod cum ibi cæteri sequuntur *Io.Andr. col.2. vers. Hostiens. probat Card. circa fin. vers. Et in fine quæro. Imol. sub num.9. Butr. num.12. vers. Hostiens. concludit. Anchar. num.8. Abb. nu.10. Ias. in l.3. in princ. nu.12. & ibi Rimin. nu.3. ff. quod quisque iur. Bald. in l. postquàm liti. nu.141. C. de pact. Felin. in Rub. de rescript. nu.3. Aret. cons.33. nu.3. post med.* & hanc esse communem testantur *Card. & Abb. in d. cap. ex conquæstione. Dec. in d. l.3. in fin. princip.*

Quod procedit etiam si rescriptum contineat aliquod priuilegium non solum ad fauorem impetrantis, sed etiam ad commodum tertij, vt expressè tenet *Anchar. in d. cap. ex conquæstione. num.9. hoc etiam tenent ibi Innocent. nu.3. Hostien. col.2. in fin. Io. And. col.2. in fin. Butr. nu.13. & Abb. num.11.* Dummodo non appareat concedentem voluisse ius acquiri tertio de tempore datæ. *vt ibi Abb.*

§. 4. HOSTIENS. *in cap. per venerabilem. col.2. in fin. qui fil. sint legit.* & qui eum sequuntur.

REPROBATVR à Rota *coràm Achill. decis.5. qui fil. sint legit. incip. Legitimationem in qua quis esset restitutus plenè. vbi nu.1.* enumerantur qui sequuntur *Hostiens. & nu.2.* qui cõtrariam opinionem tuentur, quando sit legitimatio, & quando dispensatio.

Quod etiam dicitur *decis.6. eod. tit. coràm Achill. & remissiuè sup. §.23. Castr. in l. solet. de iurisdict. omn. iud.*

§. 5. HOSTIENS. quem refert, & sequitur *Anton. de Butr. in cap. quoniam contrà. num.23. vers. vnde non habet. de probat. Alex. in auth. si quis in aliquo. nu.9. vers. plus voluit Hostiens. de edend. & sequitur Felin. in cap. vltim. nu.7. vers. fallit secundò. de fid. instrum. & sequitur Rot. decis.264. aliàs 2. eod. tit. in nou. Put. decis.4. eod. tit. & decis.159. nu.2. lib.1. Accorambon. decis.35. lib.1.* dicendo, quod pars citata in productione iurium, si nihil opponat, ex tacito consensu partis aduersæ dicuntur fidem facere.

DECLARATVR à Rota *in vna Gerunden. vini. Lunæ 28. Ianuarij 1591. coràm Card. Mantica.* hoc habere locum post sententiam latam, vt non possit amplius opponi, quia tunc intelligitur Iudex hæc iura recepisse. Diuersum est si sententia non fuerit lata, quia tunc aduersarius potest opponere, quamuis non dixerit, generalia contrà. Nam Iudex qui non protulit sententiam, non videtur ea recepisse, & ideò sicut ipse ex officio potest ea reijcere, & fidem eis non adhibere, quia ad eum pertinet veritatem inuestigare, ita etiam pars aduersa potest opponere. *Dec. in Auth. si quis in aliquo. num.27. vers. decimò, & vltimò fallit. de edend.*

Et ita distinguendo repugnantes cõciliat opiniones. *Put. decis.119. lib.2. & hæc distinctio à Dominis fuit recepta in Tullen. Prioratus 19. Nouembris 1584. coram Sanctiss. Aldobrandino. Et in Torcellana pensionis. Mercur. 8. Nouembris 1589. coram Comitulo.*

Et procedit supradicta conclusio, quod ante sententiam latam potest pars opponere contrà iura producta, etiam quod eidem fuerit præfixus terminus ad opponendum, & nihil opposuerit. Quia similiter loquitur *Put. dicta decis.119. lib.2.* loquitur quando facta fuerat citatio ad diceñ contrà, quæ quidem habet vim præfixionis termini, vt est notorium.

§. 6. HOSTIENS. *in cap. si Archipresbyter. 1. de offic. Archipresb.* quem ibi sequũtur *Io. Andr. Anchar. Butr. & alij passim, qui num.5. vers. sed quod si Archidiaconus.* dicit, quod si Archidiaconus est Sacerdos ipse in celebratione Missarum solemnium est præferendus Archipresbytero absente Episcopo. Et vanitas est dicere quod Hostiens. non loquatur in celebratione Missarum, sed in simplici præcedentia. Quia contrarium colligitur ex eius verbis immediatè præcedentibus, in quibus ponit regulam officij celebrationis Missarum ad fauorem Archipresbyteri, & postea firmat quæstionem, Quid si Archidiaconus esset Sacerdos? & tunc dicit quod Archipresbyter ei cedere debet; quod est intelligendum retentis eisdem terminis, & vt exceptio sit de regula, & sic vt cedat quoad celebrationem Missarum.

APPROBATVR à Rota *coràm Cardin. Sacrato in vna Viterbien. celebrationis Missarum. Vener. 11. Decembris 1609. incip. Stante quod.* vbi supradicta conclusio firmatur auctoritate, & ratione.

Auctoritate, vltrà Hostiens. & qui eum sequuntur, allegatur *Bero. quæst.22. num.31. Card. Tusc. in verb. Archidiaconus. conclus.482. num.15. Glos. in cap. Pontifices. in verb. quæ licita. iuncta glos. in verb. Sacerdotes. 7. quæst. 1.*

Ratio etiam adducitur pro Archidiacono, quia ipse simpliciter loquendo est dignior, & eminentior Archipresbytero, & ob hanc rationem illi in Ecclesia, & extrà præcedere debet, vt admittunt omnes *in d. cap. 1. & latè Barbat. cons.5. lib.2. per tot.* & quod videtur conuenire Maiestati Sanctissimi Sacramenti, & decentiæ Ecclesiæ, vt per digniorem celebretur, nisi aliàs obstet defectus ordinum.

Multis prætereà confirmatur ista conclusio in hac decisione, quæ fuit facta ad instantiam informantium pro Archipresbytero, porrectis etiam memorialibus tunc Sanctissimo D. Clementi VIII. qui iussit fieri iustitiam, & satisfieri iuris conclusionibus pro Archipresbytero per decisiones Rotales iuxtà Constitutionem Pij Quarti.

Quia ista decisio est singularis placuit eam per extensum ponere *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana in verb. Archidiaconus post §. 6. incip. Archidiaconus quando est Sacerdos.*

Iaco-

Iacobus de Arena.

SVMMARIVM.

1 *Visitator specialis facit cessare generalem.*

§. 1. IACOBVS de ARENA *in l. quod rerum. 11. §. si quis potest. ff. de legat. 1. nu. 1.* vbi dicit, quod visitator specialis facit cessare generalem.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 8. num. 2. incip. Quadam Francisca.* Quod procedit in Prælato regulari, cui speciali iure censetur concessa iurisdictio priuatiuè. *Abb. in cap. pastoralis. nu. 6. vers. sed in regularibus aliud putò, & ibi Felin, num. 4. extrà de offic. ordin.*

Iason.

SVMMARIVM.

3 *Procuratores diuersi si constituantur, tunc videtur quodammodo prohibitum, quod ipsi appellent, & quando hoc procedat.*

4 *Mulier etiamsi donet causa mortis, nihilominus sunt seruandæ solemnitates requisitæ in contractibus mulierum.*

5 *Iurisdictio, quando censeatur concessa cumulatiuè, Et quando priuatiuè quoad Iudices ordinarios.*

6 *Institutus, quando dicatur nolle adimplere conditionem, ita quod hæreditas deuoluatur ad alios vocatos.*

7 *Solemnitas extrinseca an præsumatur.*

8 *Emphyteusim, qui accepit pro se, filijs, & nepotibus masculis, an per hoc videantur exclusæ fœminæ.*

10 *Dos pro legitima, quando imputetur.*

12 *Clericus testando an censeatur disponere de bonis proprijs, & de ecclesiasticis, maximè si facultatem habeat disponendi de fructibus beneficiorum.*

§. 1. IASON *in l. à Diuo Pio. §. sed etsi emptor. n. 8. & ante num. 10. ff. de re iudic.*

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualer. decis. 24. num. 1. incip. Iterum proposui.* Vide, quæ diximus suprà in hac parte *in §. 2. Aret. in §. venditæ. num. 4. vers. tu ergo dicas. Institut. de rer. diuis.*

§. 2. IAS. *in l. ait prætor. la 2. n. 4. & seq. ff. de iureiur.*

APPROBATVR à Rota *coràm Orano. in causa Perusina hæreditatis Vener. 16. Nouemb. 1584. incip. Cum Theseus testamento. est decis. 59. in eius lib. 1. in manuscript.*

Vide *suprà Part. I. ad hanc decis. fol. 386. col. 2. in med.*

§. 3. IAS. *in l. exigendi. 12. num. 9. C. de procurat.* vbi dicit, quod quando diuersi procuratores sunt constituti, tunc videtur quodammodo prohibitum, quod ipsi appellent.

3 DECLARATVR à Rota *coràm Card. Pamph. Sen. in causa Bononien. Bonorum de Seta Lunæ 27. Aprilis 1587. incip. Fuit resolutum litis consortium. est decis. 102. in eius lib. in manuscript.* Quod non procedat, quando procurator consortis est negligens. *Castren. in l. si largius. §. si illud. sub num. 5. ff. de offic. deleg. Put. decis. 23. iuxtà nouam impressionem. incip. Eadem die in vna Nursina. lib. 2.*

§. 4. IAS. & ALCIAT. *in l. hæc verba. 2. ff. de legat. 1.* vbi dicunt, quod quando statuta requirunt quasdam solemnitates in contractibus mulierum, istæ non sunt necessariæ, quando mulier donat causa mortis.

REPROBANTVR à Rota *coràm bon. mem. Card. Marcomont. in causa Camerinen. Donationis Lunæ 19. Decemb. 1605. incip. Quamuis hæc mulier. est decis. 19. in eius lib. in manuscript.* Quia solemnitates à statuto requisitæ in contractibus mulierum debent etiam concurrere in donatione causa mortis, & est communis opinio, vt fatetur ipse *Ias. & patet ex traditis per Rip. in d. l. 2. num. 10. Benedic. in cap. Raynutius. vers. testamentum. 4. nu. 31. de testam. Riminald. Iun. Instit. de donat. in princip. num. 592. & 198. Couar. de testam. in 3. p. rub. nu. 1. & 15. Lambert. super statut. de contract. mulier. glos. 23. num. 2. & 3.* Ratio est in promptu, quia donatio causa mortis, licet sortiatur effectum post mortem, tamen quoad ordinationem, & initium, & prout est æquiparatur contractibus *Doct. in d. l. 2. de legat. 1. Couar. vbi sup. Paris. consil. 97. num. 4. vol. 3.*

§. 5. IAS. *in l. quod in rerum. 24. §. si quis potest. n. 8. ff. de legat. 1.*

LIMITATVR à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in §. 90. Bart. in l. 1. studētibus. C. de offic. Præfect. Vrb.*

§. 6. IAS. *in l. is, qui hæres. 13. num. 10. ff. de acquir. hæredit.*

REPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in hac Part. in §. 16. Aret in d. l. is, qui hæres.*

§. 7. IAS. *in l. sciendum. num. 16. & seqq. ff. de verb. obligat.*

DECLARATVR à Rota. Vide *infrà Part. 5. circa Leges. ad l. quæcumquè. 15. ff. de public. in rem act.*

§. 8. IAS. *in l. si quis etiam. 7. num. 31. ff. de iurisdict. omn. iud.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *sup. in hac Part. in §. 22. Abb. in cons. 36. num. 1. lib. 1.*

§. 9. IAS. *in l. si se non obtulit. §. 4. condemnatum. de re iudic.*

APPROBATVR à Rota. Vide *sup. in §. 20. Alex. cons. 111. Viso themate. lib. 5.*

§. 10. IAS. *in Auth. Præterea. num. 19. vers. Ad istam. C. vnd. vir, & vxor.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. ad l. Quoniam nouella. 29. C. de inoffic. test.*

§. 11. IAS. *in cons. 73. incip. Pro parte negatiua. n. 28. lib. 3.*

DECLARATVR à Rota. Vide *suprà §. 16. ad Abbat. in cap. per tuas. in 2. notab. de donat.*

Et vide *§. 1. ad Hostiens. in Summ. de donat. §. & quod. num. 6. in fin.*

§. 12. IAS. *in cons. 75. incip. Non videtur dubitādum.*
1 *lib. 3. à num. 2. & 8.* vbi tenet, † clericum testando non posse disponere de fructibus beneficij, & quādo habet bona propria, & ecclesiastica, tunc non censetur de ecclesiasticis disposuisse, sed solum de proprijs: Maximè si nihil expressè de dictis bonis ecclesiasticis, & fructibus beneficiorum disposuit.

DECLARATVR à Rota, vt per *Guidob. decis. 51.*
2 *incip. Erat præsupposita.* Vt procedat, † quando non adest facultas disponēdi de fructibus beneficiorum, secus si adsit talis facultas, quæ in casu dictæ decisionis præsupponebatur, quæ erat *in vna Pampilonen. de anno 1554. coràm Decano. qui erat Accorambonus.*
3 Et fuit resolutum † hæredes Ioānis de Horadaxa qui testatus fuerat de omnibus, & quibuscumquè bonis ad se spectantibus vbicumquè existētibus, quamuis non fecerit in specie mentionem (prout

etiam

etiam in casu Iasonis) de fructibus beneficiorum, poterant capere huiusmodi fructus beneficiorum ex causa testamenti, propter generalitatem verborum ad *Bald. in conf. 313. Præmittendum est. num. 2. & 3. lib. 2.*

Dicitur tamen in fine Decisionis, quod Oradinus, & ipse Guidobonus dubitauerant de ista decisio-
4 ne, quia eis videbatur, † quod dicta generalitas verborum erat restricta per verba, *ad se spectantes.*

DECLARATVR Secundò à Rota *coràm Lancell. Sen. in vna Palentina fructuum. die 16. Febr. 1580. Est decis. 118. inter eius Selectas. incip. Beneficiatus licet de iure.* vbi *nu. 3.* dicitur, quod Iason, loquitur de eo, qui habebat bona propria, & bona ecclesiastica manifestè distincta à dictis proprijs bonis.
5 Ideòquè † disponendo de bonis suis, quod censeatur in dubio voluisse de bonis proprijs testari, non de bonis ecclesiasticis, de quibus prohibebatur testari. Stante verò dicta consuetudine (de qua statim dicetur) potest testator disponete de vtrisque bonis.

Consuetudo autem in eo consistit, quod cum Be-
6 neficiatus, † licet de iure communi non possit testari de fructibus beneficiorum, cum illi pertineant ad successorem in beneficio *c. præsenti. de offic. Ordin. in 6. cap. cum in officijs. in fin. de testam.* & est communis opinio de qua per *Ias. d. conf. 75.*

7 Tamen † ratione consuetudinis, quæ viget in Regno Hispaniarum, beneficiatus inferior ab Episcopo, non solum potest de illis testari, verum etiam ei potest ab intestato succedi, vt trad. *Couar. in d. cap. cum in officijs. nu. 9. & Sarmient. de reddit. ecclesiast. p. 2. cap. 6.* Et quod propterea *Rota in d. Palentina* dixerat, quod hæres institutus a beneficiato vigore dictæ
8 consuetudinis poterat agere ad dictos fructus. † Et quod de dictis fructibus testator voluisset disponere, Rota non dubitabat, quia aderant verba non solum vniuersalia, sed etiam geminata.

Imola.

SVMMARIVM.

1 *Iuri suo non præsumitur renunciare, quando quis est præsens actui necessario, & coacto, & quem impedire non potuit, & hoc quando procedat.*

2 *Dotem si relinquit pater filiæ, intelligitur reliquisse iure institutionis, quia cum dos sit ius vniuersale, verbum, relinquo, importat hæredis institutionem.*

§. 1. IMOLA *in cap. ex ore. extrà de his quæ fin. à maior. part. cap.* vbi dicit, quod non censeatur iuri suo renunciare, quando quis est præsens actui necessario, & coacto, & quem impedire non potuit.

DECLARATVR à Rota *coràm Orano. in vna Lucana Canonicatus Mercur. 21. Nouembr. 1584. incip. Domini steterunt. in fin. est decis. 55. in eius lib. 1. in manuscript.* in qua dicitur, quod tale dictum procedat in tacente, non autem in casus positiuos faciente.

§. 2. IMOL. *in cap. Raynutius. 16. num. 8. vers. dicit tamen. de testam.* ALEX. *conf. 70. num. 8. lib. 2. incip. Viso consilio. & in Rub. solut. matrim. sub num. 30.* RVIN. *conf. 17. num. 9. lib. 2. incip. Perspectis.* vbi
1 dicunt, † quod cum filiabus debeat relinqui sua pars iure institutionis, ideò si pater relinquit dotem filiæ, illud verbum, relinquo, relatum ad dotem relictam filiæ in testamento, non trahitur ad institutionem, & sic testamentum erit nullum.

REPROBANTVR à Rota *coràm Bubal. in causa Viterbien. Hæreditatis Vener. 20. April. 1584. incip. Dubitaui, est decis. 222. in eius libr. in manuscript.* Quia contraria opinio affirmatiua est communis, &
2 verior, nam cum dos, † sit quoddam ius vniuersale, ideò tunc illud verbum, relinquo, importat hæredis institutionem, quam opinionem secuti sunt *Butr. in d. cap. Raynutius. num. 6. vers. secundò nota. Alexand. conf. 17. num. 20. lib. 3. incip. Ponderatis his. Ruin. conf. 14. num. 6. & 7.* vbi testatur de tali communi, & veriori opinione. *incip. De pluribus. Riminald. Sen. conf. 259. num. 24.* & latissime *in conf. 111. nu. 9. cum seq. Ang. conf. 81. colum. 2. vers. primò quia dos. Clar. §. testamentum. quæst. 38. Cassan. conf. 67. n. 51. incip. Ad primum dubium. Aym. in rub. de leg. nu. 74. in fin. Guliol. de bene. in d. cap. Raynutius. in vers. In eodem testamento. num. 274. & seq. Cagnol. in Auth. ex causa sub num. 64. C. de liber. præterit. Thob. Non. conf. 18. num. 14.*

Quæ conclusio tamen non habet locum, quando verba sunt directa ad personam hæredum principa-
3 liter institutorum, nempè, quod hæredes dotent, † non autem ad personam filiæ, quia tunc non potest dici, quod filia directò, & in primo gradu sit instituta, vt per *Bart. in l. pater. §. fin. num. 1. ff. de legat. 3. & ibi Florian. Angel. in l. quoties. in fin. C. de hæred. institut. vbi Alex. conf. 9. Ias. nu. 8. Corn. nu. 10. Iacob. de Sancto Georg. n. 7. Paul. de Castr. in Auth. nouissima. sub num. 5. C. de inoffic. test. Gugliel. de Bened. vbi sup. num. 41. Modern. in tract. de legit. in tit. quo tit. sint reliq. lib. num. 18. Emmanuel. Cost. in cap. si per. p. 1. vers. incerta. num. 10. de testam. in 6.*

Et ista institutio nec inducitur, si pater mandet fi-
4 liæ, † vt non possit petere vltrà dotem cõstituendam ab hæredibus, licet ex istis verbis videatur colligi, quod voluntas patris fuerit, filiam in dote hæredem instituere, vt per *Alex. conf. 168. nu. 10. lib. 1. incip. Ponderatis narratis. Mant. conf. 259. nu. 1. lib. 1.* Quia hoc procederet si verba essent directa ad filiam, & ita loquuntur *Cuman. in l. his verbis. n. 2. de hæred. instit.* & alij super allegati. Prædicta tamen coniectura
5 procedere posset, † quando verba possent adaptari ad vtrumquè intellectum, secus verò si solum ad titulũ singularis relicti, vt benè declarat *Paul. de Castr. conf. 323. sub num. 3. vers. & hoc si verba. lib. 1. incip. Super primò.*

Si igitur filiæ nihil relinquitur titulo institutionis, prout requiritur *in §. aliud quoquè Capitulũ. in Auth. vt cum de appell. cognosc.* testamentum substineri nõ potest de iure communi, Limita tamen prædicta non
6 valere, † quando in loco adest statutum per quod iubetur filias esse contentas relicto patris, & quod amplius petere non possint.

Innocentius.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium possidens in Ecclesia non auditur petens declarari alteri ius non competere in eodem beneficio, nisi vltrà possessionem, quam habet, doceat se habere ius in ipso beneficio.*

2 *Beneficij possessio quando dicatur pacifica ad effectum, vt per assecutionem secundi vacet primum.*

3 *Processus per Iudicem recusatum parte non appellante in Rota habetur pro valido.*

4 *Præ-*

4 *Præsumitur pro processu, & iurisdictione lata sententia parte præsente, & non contradicente.*
5 *Dominij exceptio de qua per sententiam, & rem iudicatam constat, qualiter agentem spolio repellat.*
6 *Innocentij locus emendatus.*
7 *Procurator præsumitur habere mandatum ad totam causam, si principalis scit, & patitur illum in aliquibus actibus interuenire, præsertim concurrentibus coniecturis.*
8 *Commissio, siue rescriptum extenditur vltrà expressa stantibus clausulis, Rebusquè alijs necnon, quam, & quas.*
9 *Falsa expressio in gratiosis præsumitur dolosa. Et quando legitimatio sustineatur.*
10 *Dispensationem vitiat expressio ætatis non vera, quamuis non necessaria cum in rescriptis gratiosis falsa expressio vitiet gratiam, secus in rescriptis ad lites.*

§. 1. INNOCENTII doctrina *in cap. Abbate. nu. 1. in fin. vers. & hac prædicta ratione. de verb. signif.* quod is, qui possidet Ecclesiam, si velit alteri imponi silentium, vel declarari nullum ius cōpetere, non auditur, etsi doceat se habuisse possessionem, nisi etiam doceat se habere ius in beneficio, sicut in rei vendicatione non auditur, qui non docet se esse dominum, vel quasi, licet doceat de possessione. *Innoc.* sequitur *Castr. in l. si contendat. nu. 2. de fideiuss. Felin. in cap. olim. num. 9. post princip. vers. vnde dixit. de rescript. Marsil. singul. 280. Gabr. de action. conclus. 6. num. 37. & ita tenuit Rota in Toletana quintæ partis fructuum 27. Iunij 1584. est decis. 81. part. 1. diuers.*

DECLARATVR à Rot. *in Portugallien. fructuū Ven. 26. Febr. 1611. num. 4. coràm Ortembergo. est decis. 331. p. 2. in Recent.* Quod non procedat quando quis non habet ius super beneficio, vel bonis illius, sed tantum prætendit certam quotam fructuum, & sic contrà talem competit negatiua *Cardin. in d. cap. Abbate. quæst. 1.*

§. 2. INNOC. *in cap. constitutus. el 2. de appellat. & ibi Host. & Archic. in c. licet Episcopus. de præbend. in 6.* vbi volunt, quod pacificus possessor dicitur ille, qui percipit fructus, licet illi moueatur lis super titulo beneficij. Quod idem etiam voluit *Rot. decis. 3. in antiq. de caus. possess. & propr. & decis. 3. de præbend. in nou. in Addit.*

REPROBATVR à Rota *coràm Seraph. decis. 997. Fuit dubitatum an Archidiaconatus. nu. 12.* vbi quod dicta doctr. Innoc. reprobatur à Rota, *vt per Aegid. decis. 596. Non est locus. Cassad. decis. 9. de caus. poss. & propr. incip. Rota in antiquis. Sarnens. de Trienn. quæst. 53. in princip.* vbi post multa in fine tamdem dicit, quod pacificus possessor tàm ad effectum regulæ, quàm cuiuslibet alterius rei, de pacifica possessione loquentis, dicitur ille, cui non mouetur controuersia iudicialis, vel extrajudicialis super beneficio, iuxtà dictum *Paul. Imol. & Card. in Clem. gratiæ de rescript.* quicquid alij tenuerint.

Quod etiam notauimus *suprà Part. I. ad Rot. decis. 3. de caus. poss. & propriet. in antiq.*

ANNOTATIO.

ADVERTE, quod si Ioannes Faber vidisset reprobari doctrinam *Innoc. fortè in §. pupillus. n. 1. Instit. de inutil. stipul.* non dixisset, quod si sequaris *Glos. & Innoc.* in iudicijs, coronaberis, præsertim in Curia Ecclesiastica, vbi adorantur, vt idolum: quem tamen ipse etiam vocat *Innocentium Dominum Canonistarum in §. fideiussores. nu. 6. Instit. de fideiussor.* Cum Sacer Patrum Romanæ Rotæ cætus non solum aliorum doctrinas, sed tamquàm iustus Iudex etiam suas decisiones corrigat, declaret, ac penitus quando opus est in totum reuocet, non solum antiquas & nouas, sed etiam nouissimas, vt ex se satis est clarum, vt patet *ex nostra Prima parte Singularium.*

§. 3. INNOC. *in cap. cum speciali. de appellat.* vbi dicit, quod processus per iudicem recusatum parte non appellante de iure canonico valet, quem sequitur *ibidem Dec. in fin. & Franc. communem appellat. num. 47.* vbi plenissimè.

APPROBATVR à Rota, *vt per Achill. decis. 1. Processus. de except.* vbi quod Rota tenet dictam opinionem Innoc. & quod ita pluries fuit tentum, cum limitatione ibidem posita.

Et quod hanc opinionem seruet Rota dicitur *coràm Lancellotto Seu. in vna Papien. bonorum. Merc. 27. Nouembr. 1577. incip. Fuit resolutum sententiam. inter eius selectas. est decis. vnic. de suspit. Iudic. Et habetur decis. 563. diuers. Part. I.* vbi etiam

DECLARATVR dicta doctrina Innoc. vt dicta appellatio quando fit ante diffinitiuam, quod debeat interponi in scriptis, data particulari cedula dictæ appellationis in actis, per ea quæ not. *Franc. in c. 1. num. 10. vers. aduerte secundò. de appellat. in 6. Put. decis. 104. In vna Carthaginen. lib. 2.*

Et quod debent etiam peti apostoli, vt appellatio dicatur legitima *Clem. quamuis. de appellat. l. eos. §. apostolos. C. eod.*

Vide *suprà Part. 2. in verb. Processus. §. 1. Rota passim habet. & in verb. Sententia. §. 21. in Rota obseruatur.*

§. 4. INNOC. *in cap. cum in iure penitus. de offic. de legat. num. 4. & 5. Et Bart. in l. si quis. 1. C. de relat.*

APPROBANTVR à Rota, *vt per Simonett. decis. 26. in manuscript. incip. In eadem.* Quod licet non constet de iurisdictione, tamen si sententia fuit lata parte præsente & non contradicente, quod præsumitur pro processu, & per iurisdictione.

§. 5. INNOC. *in cap. dilectus. de caus. poss. & propr.* vbi tenet, exceptionem dominij, de qua per sententiam, & rem iudicatam constat, non aliter agentem spolio repellere, quàm si sententia fuerit post spolium lata, ex quo potuit spoliato ex post ius superuenisse.

APPROBATVR à Rota vti verior opinio *in vna Burgen. Pontidij. Lunæ 4. Aprilis 1588. coràm Orano. vbi etiā allegatur Host. & Io. Andr. in d. cap. dilectus. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 12. & ibi Rip. num. 44. Coras. in 2. part. nu. 67. ff. de acquir. poss.*

§. 6. INNOC. *in cap. dilectus filius. 12. in princip. de conceß. præbend.* cum dicit, quod appellatione Ecclesiæ, & Monasterij non venit Cathedralis.

ANIMADVERTENDVM est, quod corrupta est lectura Innoc. hoc loco, vt notauit *Rota coràm fel. record. Aldobrandino in vna Tharen. pensionis. est decis. 233. diuers. part. 1.* vbi dicitur *num. 16. vers. etsi fortè.* quod cum in dicta lectura ita habetur, *de Ecclesijs, & Monasterijs Ecclesiæ,* debet dicere, *de Ecclesijs, & Ministerijs Ecclesiæ.* Quod patere dicitur iungendo *text. in cap. nulla. 2. & cap. dilectus. 12. de conceß. præbend.*

§. 7. IN-

§. 7. INNOC. *in cap. ex parte Decani. nu. 33. num. 2.*
1 *de rescript.* vbi dicit, † quod si dominus videt causam suam suo nomine agi per falsum procuratorem, & non contradicit, quod sibi præiudicat, quia ex voluntate sua creditur agere, cum possit eum prohibere, & non prohibet.

Examinatur fusè ista doctrina *ab Alex. in l. sæpè. à nu. 87. vsquè ad num. 96. ff. de re iudic. ita vt Felin. in d. cap. ex parte Decani. de rescript. num. 5. vers. decreui super isto passu.* ...at nihil esse addendum cum Alex. exactissimè tàm pro Innoc. quàm contrà discutiat, licet solum addat vndecimam saluationem, & aliqua paralipomena.

APPROBATVR à Rota, *vt per Accorambon. decis. 23. in manuscript. incip. Ardua fuit quæstio. lib. 1.* vbi dicitur, quod fuit ardua quæstio siue dubitatio. An scientia domini scientis procuratorem suum comparere pro se in quadam lite, præiudicauerit sibi,
2 quoad omnes alios actus illius causæ. † Et quod omnes Domini concluserant, in casu proposito induci tacitum mandatum quoad totam causam; Tacitum enim mandatum inter alios casus in quibus. *Innoc. in d. cap. ex parte Decani. quos ponit Felin. ibi, & Alex. in d. l. sæpè.* inducitur, quando vltrà scientiam Domini concurrunt aliæ coniecturæ, sicut in casu ibi proposito concurrebant.

Et primò dubitabatur de mãdato propter quoddam instrumentum mandati productum, quod licet non plenè probaret, tamen dubietatem quandam
3 inducebat. † Et in dubietate mandati cum scientia Domini saluatur dictum *Innoc. vt per Felin. in d. cap. ex parte Decani. num. 6. vers. Item vltrà decem saluationes.* ibi, *sed si esset dubium.*

4 Secundò, † quia reperiebantur multa instrumenta producta, quod verisimiliter facit præsumi mandatum, *iuxtà not. in cap. coràm. vbi Felin. post alios. de offic. delegat. & not. in l. 1. C. de procurat. & not. Abb. in cons. 7. col. 2. cum seq. vol. 2.*

5 Tertiò, † quia Dominus fuerat pluries citatus ad producendum iura infrà certum terminum, & prædictus procurator in eodem termino instrumenta, & iura produxerat; quod ideò debet præsumi procuratorem agere sine cautione. *Felin. in d. cap. coràm. n. 9. vers. limita primò.*

6 Quartò, † quia in pluribus citationibus reperiebatur citatus prædictus procurator vnà cum domino, & ambo erant in eadem ciuitate. Vnde plusquàm verisimile erat, quod dominus sciuisset totam causam agi; Et sic in istis coniecturis saluatur dictum Innocent. quod sequitur necessariò, quod intelligatur de mandato ad totam causam, non autem de mandato ad certum tempus, vel ad certum actum, cum alijs multis in decisione adductis, quæ propter breuitatem omittuntur.

APPROBATVR secundò à Rota *coram eod. Accoramb. decis. 27. incip. Dubitatum fuit. part. 2.* vbi in fine dicitur, quod Rota sæpius sequuta est hanc do-
7 ctrinam Innoc. † Et fuit ibi decisum, productionem falsorum testiũ à procuratore factam fuisse de consensu, & scientia suorum principalium, quia quando dominus est præsens, & procurator producit iura, præsumitur ea habuisse de manu domini, adeòque etiamsi de mandato nõ constaret ex hoc procurator præsumeretur ex dicta doctrina Innoc.

§. 8. INNOC. *in cap. Super literis. nu. 3. vers. & nota. de rescript.* vbi dicit, quod processus, quem quis habiturus est coram delegato debet esse talis, quod comprehendatur sub verbis rescripti, aliàs nõ valet, Quem sequitur *Castrens. cons. 253. incip. Ad confirmationem. num. 1. vers. Circa secundum. part. 1.*

DECLARATVR à Rota *coràm Comitulo in vna Nullius de Carrettis. Ven. 13. Nouembris 1587. incip. Intendit D. Bonifatius. Est decis. 13. in eius lib. in manuscript.* Quod procedit quando commissio est restricta ad aliquam causam particularem, prout in casu decisionis in quo fuerat obtenta commissio iuxtà dispositionem. *l. diffamari. C. de ingen. & manumiss.* & non erat restricta ad causam nullitatis matrimonij, & illegitimitatis, quo casu intraret dictũ Innoc. Secus verò quando commissio est generalis propter clausulas adiectas, videlicet, *Rebusque alijs.* necnon, *Quam, & quas,* quarum virtute commissio non restringitur ad expressa, sed protenditur ad omne ius deducibile super prænarratis in commissione, *vt per Sarnens. de infirm. quæst. 34. num. 4. Achill. decis. 14. Cõmissa causa. de rescrip. Et decis. 22. Actor. de appell.*

Vide præter ea quæ diximus *suprà Part. I.* super dictis clausulis, *Quam, & quas, Rebusque alijs.* vt patet ex eius Indice.

Vide inquàm, quæ cumulauimus *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Clausula. la 1. per 17. §§. & in Clausula. la 2. Obseruat. 482. per 40. §§. & in Clausula, Rebusque alijs. in d. verb. Clausula. la 2. Obseruat. 556.*

§. 9. INNOC. *in d. cap. super literis. nu. 4. de rescript.* vbi dicit, quod in gratiosis falsa expressio præsumitur dolosa.

APPROBATVR à Rota, & solita est eum sequi reiecta *decis. Cassad. 10. de præbend. vt dicit Mohed. decis. 4. incip. Rauennaten. hæreditatis. num. 3. qui fil. sint legit.* vbi habetur, quod sustinetur legitimatio facta à Comite Palatino, etiã quod causæ ab eo narratæ non essent probatæ, quia Comiti credendum tamquàm personæ publicæ in legitimatione, & quod sufficiunt illæ causæ, secus si causæ essent narratæ per legitimatum, vel per patrem, quia videtur dolosa narratiua, & quod inualidaret legitimationem per dictum *Innoc. in d. cap. super literis.*

Quod etiam notauimus *suprà Part. I. ad Cassad. d. decis. 10. de præbend. Et ad Mohed. d. decis. 4. qui fil. sint legit. Et decis. 8. In eadem dispensatione. de rescript.* vbi habes decis. concordantes.

Mohedanum in vtraque decis. sequitur Robusterius in quodam suo Voto *in causa Salamantina Canonicatus. Merc. 9. Decembris 1562. coràm Cotta. Est decis. 14. in eius lib. in manuscript.* Quod Votum habetur per extensum in fine dictæ decisionis, & quia est valdè singulare in hac materia probationis narratiuæ, placuit illud etiam pro extensum ponere in his *nostris Singular. Part. 2. in verb. Literæ. §. 3. Rota seruat, quod actor petens.*

Vbi *num. 15.* ita habetur. Item addo quod quando narratur aliquod de facto proprio, est verificandum, licet sine eo Papa concessisset, quia in facto proprio præsumitur dolus, qui irritat gratiam *Mohed. decis. 336. aliàs 8. de rescript. in fin. & decis. 246. post med. num. 3. aliàs 4. qui fil. sint legit.* qui dicit ista seruari quicquid dixerunt *Cassador. decis. 10. de præbend. Sarnens. in Reg. de Trienn. quæst. 57. in fin.*

§. 10. INNOC. *in eodem cap. super literis. num. 4.*

de

de rescript. vbi dicit, quod in rescriptis, falsa expressio præsumitur dolosa, & reddit gratiam nullam.

APPROBATVR à Rota, vt per *Accorambon. decis. 17. incip. In vna Hispalen. lib. 1.* vbi quod eius dictum procedit etiam si expressio illa non erat necessaria, prout erat in casu decisionis, vbi in dispensatione fuerat expressa ætas non vera, quæ ideò non erat necessaria quia Papa in ea non se fundauerat, sed potius in alijs narratis, quæ erant sufficientia ad monendum Principem ad concedendum gratiam; vt propterea dispensatio vitietur.

Licet secus sit in rescriptis ad lites, in quibus ex pluribus narratis sufficit aliqua esse vera, si sunt sufficientia ad monendum Principem ad cócedendum.

AD LECTOREM.

Cum ista tria consilia Gabrielis fuissent prætermissa in fol. 182. col. 2. in suo loco, hic reponuntur.

Gabriel.

SVMMARIVM.

6 *Dos an succedat loco legitimæ.*

7 *Minor non potest se obligare ad solutionem dotis sine solemnitatibus Aegidianæ Constitutionis.*

8 *Societas Officij contrahitur inter officialem, & dantem pecuniam, recognoscentes verò bonam fidem cum officiali tantùm.*

§. 6. GABR. *consil. 116. num. 40. lib. 1.*

REPROBATVR à Rota. Vide *in §. 92. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. n. 4. & 5. ff. de condit. & demonstr. & etiam Reprobatur à Rota in Romana de Marganis. Ven. 9. Decembris 1616. coràm Buratto.* ea ratione quia ipse nititur ostendere dotem non succedere loco legitimæ, cuius contrarium patet *ex distinctione Castr. de qua in d. §.*

§. 7. GABR. *consil. 20. incip. Pro vera resolutione. lib. 2.* vbi fusè tuetur, quod minor non potest se obligare ad solutionem dotis sine solemnitatibus *Aegidianæ Constit. cap. 25. lib. 5. & Stat. Mantuæ. cap. 26.*

Contrà quem in eodem casu consuluit *Menoch. consil. 242. incip. Cum excellens. lib. 3.* qui latissimè eius fundamentis, & rationibus respondet.

REPROBARI videtur à Rota *in Macerateñ. dotis. Lunæ 27. Ianuarij 1614. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 511. in Recent. part. 2. num. 4. & 5.*

DIXI, quod videtur reprobari, quia Gabr. consuluit in dotis solutione, & casus decisionis erat in restitutione dotis, & propterea non applicabatur dictum consilium.

Super qua materia vide quæ infrà habentur *Par. 6. in §. Aegidiana Constitut. cap. 25. lib. 5. & Stat. Mantuæ. &c.*

§. 8. GABR. *consil. 63. incip. Paulus Saganta. lib. 2. num. 5. 6. & per tot.* vbi fusè habetur, quod Societas officij contrahitur inter officialem, & dantem pecunias, recognoscentes verò bonam fidem non contrahunt cum dante pecunias, sed cum officiali.

APPROBATVR à Rota *in Romana Societatum officij. Lunæ 19. Maij 1604. coràm Sanctiss. Ludouisio. num. 2. est decis. 117. part. 2. in Recent.*

CONTRA *d. consil. Gabr. vide Surd. decis. 308. incip. Plures erant. nu. 5. & 15.* vbi de cessione iuriū.

Ioannes de Anania.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an aliquid pro fideiussione recipere possit.*

§. 1. IOANNES de ANANIA *in cap. final. nu. 4. de vsur.*

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 76. num. 4. Fuit conclusum D. Marium.*

Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circà Leges. ad l. hoc iure. §. 1. C. de donat.*

Ioannes Andreas.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Regularis, vel Abbas quando per stipulationem dicantur acquirere Ecclesiæ.*

2 *Capellania, quando habet annexum ordinem sacerdotalem, an præsentatus requiratur, quod attingat 25. annum.*

3 *Legitimatio non fit in radice matrimonij, nisi in prole genita ex coitu matrimoniali, saltem ex affectu, vel consensu.*

4 *Papa potest legitimare indistinctè in temporalibus, & spiritualibus.*

5 *in Priuilegio, vel alia concessione præiudiciali, vt sunt decimæ, non requiritur métio possessionis eius, qui eas percipit ex iure communi, vel aliàs.*

6 *Impetrans beneficium certo modo vacans cum clausula, vel alio quouis modo vacet, tunc vigore dictæ clausulæ, venit omnis alius modus vacandi.*

7 *per Vnionem non extinguitur ius priuilegiati in annata.*

10 *Fideicommisso quando censeatur renunciatum per diuisionem.*

§. 1. IOANNES ANDREAS *in c. cum olim. el 2. 14. num. 5. de priuileg.* cum dicit, quod simplex Canonicus regularis, vel Monachus per stipulationem etiam nomine proprio factam, acquirit monasterio non sibi.

DECLARATVR à Rota *coràm Gregor. XV. decis. 401. Petrus Clemens. num. 9.* Quod dicta doctrina non procedit, quando apparet Episcopum (agebatur in decisione de Episcopo regulari professo Ordinis Carmelitani) noluisse Ecclesiæ, sed potius alteri acquirere, putà, quando alteri stipulatur, quia tunc nón acquirit Ecclesiæ ex defectu voluntatis *Innoc. in d. cap. cum olim. num. 3. circa med. Host. sub num. 12. Io. And. sub num. 5. Henric. Boich. sub num. 4.*

§. 2. IO. ANDR. *in cap. ei cui. 19. de præbend. & dignitat. in 6.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circà Leges. ad Clem. generalem. vlt. de ætat. & qualit.*

§. 3. IO. ANDR. *in cap. per venerabilem. nu. 30.* ibi, *dic opin. glosæ veram. qui fil. sint legit.* quod legitimatio nó fit in radice matrimonij, nisi in prole genita ex coitu matrimoniali saltē ex affectu, vel cōsensu.

APPROBATVR à Rota *in Pampilonen. illegitimitatis Vener. 5. Decembr. 1608. num. 3. coràm Iusto. quæ decisio fusè fuit postea confirmata in eadem causa sub die Merc. 10. Iunij 1609. in princip. & etiam nu. 5. coràm eod. habentur inter Recent. illa est decis. 166. ista est 191. part. 1.* Et discutitur fusè in hac secunda decisione materia legitimationis, quando fit in radice matrimonij. *Et nu. 12. vsque ad fin.* Quod Papa possit legitimare, quoad spiritualia, & temporalia.

§. 4. IO. ANDR. *in cap. per venerabilem. qui fil. sint legit.* in lectura antiquissima manuscripta, tenet opinionem *Host. in d. cap. per venerabilem. & in summ. eod. tit. in §. qualiter, & à quo. num. 11. vers. Salua reueren-*

uerentia aliorum, quod Papa indistinctè possit legitimare in spiritualibus, & in temporalibus, posse habere locum quando pater in vita sua petijsset legitimationem, sicut petiuit *Rex Franciæ in d. cap. per venerabilem*. Dum autem in lectura impressa *num.29.* allegat *Gofredum*.

REPROBATVR à Rota, seu aliquibus ex Dominis *in Pampilonen.illegitimitatis Mercurij 10.Iunij 1609.nu.12. coràm Iusto. est in Recent. d.decis.191. part.1.* quia allegatio est Mendosa, *Gofred. de Trano*, qui fuit Rotæ Auditor *in Summ. eodem tit.* concludit, quod is quem Papa legitimat intelligitur legitimatus ad temporalia per consequentiam quamdam per *d.text. in cap. per venerabilem*.

§. 5. IO.ANDR. *in cap.super.34.nu.4. de decim.* vbi vult, quod concessio decimarum non tenet non facta mentione eorum, qui possidebant.

REPROBATVR à Rota *coràm Cotta in Seguntina Pensionis Vener.4.Iulij 1572.incip.An in ista translatione. Est decis.364. in eius lib. in manuscr.* Quia contrarium tenet *Cassad.in decis.1. de priuileg. incip. Fratres Minores*. Ad quam *Decis.Part.I.* plures adduximus concordantes, & in specie hanc *decis. coràm Cotta. ita S. sequitur octauo. in Addit.*

§. 6. IO.ANDR. *in cap. susceptum. de rescript. in 6.* volens, impetrantem beneficium certo modo vacans cum clausula, vel alio quouis modo vacet, quod comprehendat omnem alium modum vacandi.

APPROBATVR à Rota *decis.2. incip. Si mandetur.in fin.de rescript. in nou.* vbi quod ista opinio est tutior, & eligenda, & seruanda, & hactenus in Rota seruata.

Vide, quæ notauimus *Par.I.ad hanc.decis. fol.567. col.1. in fin.* vbi habes concordantes.

§. 7. IO.ANDR. *in cap. tua nobis. num.3. vers. nec putat.de verb. signif. & Butr. num.7. vers. quæro an*
1 *hoc priuilegium.* † Qui dicunt per vnionem non extingui ius priuilegiati in annata.

DECLARANTVR Primò à Rota *coràm Decano Pegna in Burgen. Quindemniorũ Lunæ 10.Mart.1603. incip. Ad multam instantiã. Est decis.219.in eius lib.5. in manuscript.post princ. in S. Rursus non obstabant.* Prætendebatur autem à Capitulo de beneficijs vnitis Annata, & ea per vnionem deficiente cum cessaret vacatio, cuius occasione debebatur Annata, prætendebat Capitulum Quindemnia, vel aliam recompensam, quæ deberi negatiuè fuit resolutum, prout fusius ante fuit resolutum *coràm Seraph. decis. 1410. licet fuisset inclinatum pro eis antea in decis.1401. Et Capitulum in hac positione coràm Pegna opposuit de doctr.Io.Andr.vbi sup.& Butr.quæ dicitur nõ obstare.*

Quia, vt dicitur in dicta decisione, fuit consideratum eos loqui de Indulto percipiendi annatam in prima tantum vacatione. Et prius constituisse regu-
2 lam, quod † Priuilegium de percipiendis fructibus beneficiorum non habet locum in beneficijs, quæ non vacant, & quando addunt, quod priuilegium non impedit vnionem, sed priuilegiatus suo tẽpore debet percipere fructus beneficiorum, loquuntur in prima vacatione, quando scilicet euenit vnio post vacationem per obitum in tẽpore biennij, quo tempore ex Priuilegio habebant fructus: Nam illo casu
3 verum est † Priuilegiatum debere recipere residuum fructuum illius temporis biennalis, & etiam post
4 vnionem. † Postea verò effectuata vnione post obitũ beneficiati cessante vacatione, Priuilegium non habere amplius locum, neque Doct.allegati pro Capitulo loquebantur in hoc casu.

5 Et additur, quod respectu † Quindemniorum non poterat dici extinctum ius Capituli, neque deperditum, cum numquam ei tale ius competijsset, contrà cum numquam iure cautum reperiatur, quod loco Annata debeantur Quindemnia, quæ solum ex speciali Priuilegio reseruata reperiuntur Cameræ Apostolicæ propter vniones beneficiorum, vt patet ex *Bulla Pauli II. incip. Decet Romanum Pontificem.in Bullario. num.8.*

DECLARATIONI prædictæ cum Capitulũ, quod semper viuit, non acquiesceret, necnon pluribus sententijs contrà se in Rota reportatis *coràm Seraphino, Pamphilio, Pegna, & Dunozetto, tamdem coràm Andrea Lunæ 16.Martij 1615.est decis.659.incip.Contrà sententias. inter Recent.par.2.* causa introducta, fuit conclusum vnanimiter sententias esse confirmandas.

Et causa latè discussa, & responsum ad omnia, quæ contrà obijciebantur.

In specie verò ad declarationem *Io. Andr. datam*
6 *suprà coràm Penia* pars dicebat, vt ibi *num.5.* † quod non potest intelligi de prima vacatione: quia esset restringere ad vnicum casum, scilicet, quando vnio esset facta de vacaturo, & tamen quod allegat *text. in cap.pastoralis.de priuileg.* in quo facta vnione Ecclesiæ secularis alicui Monasterio iura Episcopalia manẽt illesa, quæ tamen sunt perpetua. Et quod cum *Io.Aandr. & Doct.* ibi loquantur de non vacantibus sua natura, vt sunt beneficia de mensa, Hospitalia, & similia, non poterant intelligi de prima vacatione, sed etiam de tempore futuro, quando vacatio cessauerat. Et propterea.

DECLARANTVR Secundò *Io. Andr. & Doctor.in d.cap.tua nobis. in d.decis.num.12.& 15.* Quod ista
7 doctr. † procedit in vnione Ecclesiæ per quam non extinguitur titulus, nec alteratur status Ecclesiæ vnitæ *iuxt. cap.exposuisti. vbi not.Abb.nu.7.de præbend. quem text. citat Io.Andr.in d.cap.tua nobis.num.3.in glos.in verb. retinere.in vers.nec putat.* Et quod in simili vnione tenuit *Rota in Parmen. Prioratus 14. April.1600. coràm Decano Pegna.incip. Die 29.Febr. est decis.21. in eius lib.5. in manuscript.*

8 TEXTVM etiam † *in d. c. pastoralis. de priuileg.* similiter loqui in concessione Ecclesiæ, quæ non mutat statum illius, atquè ita in statu pristino conseruatur, & ita post *Innoc. & Doct. magistraliter declarare Abbat. ibi num.7.*

Ex quibus inferebatur *Io.Andr. & DD. vbi suprà.* loqui in Priuilegio compatibili cum vnione de vacaturo, quo casu Priuilegium poterat sortiri effectum in prima, vel vlteriori vacatione, & sic non applicari
9 ad † vniones beneficiorum, quæ mutant statum, & extinguunt titulum beneficij *iuxtà Decis. Rot. 11. de reb.eccles.non alien.in antiq. Cassad.decis.13.num.1. super Regul. Et quod propterea non dicuntur vacare Sarnens. in Regul. de trienn. quæst.8. Paris. cons.31. num.10.lib.4.Rebuff. in prax. in tit. de Vnion. n.13. Osasc. decis.116. num.3.*

Et in terminis, quod Priuilegium Annatæ de quo
10 *in cap.tua nobis.de verb.signif.* † non comprehendat casum *in quo non vacat amplius beneficium, iux.text. in cap.cum accessissent. de constit. post Vincent. Petr. & Abbat. Antiq. in d.c.tua nobis.* tenent ibi *Io.Andr.*

num.2.Card.in 2.opposit.vers.an hac indulgentia. & tenuit Rota in d.decis.coràm Pegna.

§. 8. IO.ANDR. in Addit. ad Specul.in tit.de Emphyteus. §.nunc aliqua. quæst.93. in verb. qui tabernas. litera Z.

DECLARATVR à Rota in Clusina Postæ Ven.20. Martij 1615. coràm R.P.D.Pironano. incip.Sequendo ordinem.Est decis.664. in Recent.part.2.

Vbi num.16.circà conj.86. Honded.lib.2. qui allegat Io.Andr.vbi sup. dicitur, quod Io.Andr. loquitur de eo, cui concessum est in feudum ius percipiendi pensiones alicuius feudi,nō autem in recognitionem, quæ soluitur domino directo insignum superioritatis.

§. 9. IO.ANDR. in Addit.ad Speculat. de decim. §.1. verb. Vnica. in litera A.

REPROBATVR à Rota. Vide in decis.Comeñ decimarum 28.Iunij 1602. & 27.Nouembr.1606. coràm Card.Sacrato. in fin.

§. 10. IO.ANDR. in Addit. ad Specul. in tit. de testam.§.in primis.vers.Itē si duobus.in Addit.in verb. Filium naturalem. ibi, quando verò dubitatur. Vbi dicit, quod si fratres scientes fideicommissum, promiserunt st.re dictioni, nec de rebus diuisis in perpetuum alter ab altero aliquid petere, aliqua ratione, iure, vel causa quæ dici,vel excogitari possit,de iure, vel de facto, quod censetur renunciatū fideicōmisso.

APPROBATVR à Rota, vt per Mohed.decis.24. incip.Bonoorum diuisio.de testam. vbi multi alij cumulantur,& Reprobatur Dec.cons.495.Viso elegāti. num.17.vers. sed tamen his non obstantibus. vbi dicit opinionem Io.Andr. non esse communem, & ipse neminem allegat reprobantem Io.Andr.

Io.Monachus.

SVMMARIVM.

1 Ratio semel reddita, an amplius reddi debeat.
2 Dispensatio Episcopi iuxtà formam c.1. de fil. presbyt. cum illegitimo facta, ad præbendas cathedrales non extenditur.

§. 1. IO.MONACHVS in cap.cum percussio.1.n.9. de cler. ægrot.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus infrà Par.5.circà Leges.ad l.semel.2.C.de apoch.pub.

§. 2. IO.MONAC. in cap. is, qui defectum.1. extrà de fil. presbyt. vbi dicit, quod dispensatio Episcopi facta iuxt. formam d.cap.cum illegitimo,ad præbendas cathedrales non extenditur.

APPROBATVR à Rota decis.136.aliàs 2.de fil.presbyt.in nou.in princip. incip. Voluerunt Domini. quod ita dictam opinionem Monach. voluerunt Domini de cætero seruari, & hoc propter præeminentiam,& maioritatem, quam habent Canonici Ecclesiæ Cathedralis, super alios clericos Ciuitatis,& Diœcesis.

Io de Roias,

§. 1. IO. de ROIAS in tract.de hæret.part.1.à n.69. & per multos sequent. & part.2. assert. 30. num.278. fusè.

DEFENDIT Rotæ decis.875.in antiq. aliàs 1.de hæretic.contrà Boer. decis.341. incip. Et ista quæstio. num. 4. & qui eum sequitur Iul. Clar. in prax. crimin. in §.hæresis.num.9. vers.Nota in proposito. Et nos notauimus sup.in I.Part.in Singul.ex Rot. in antiq. in d.decis.875.incip.Non tamen in prima impressione.

Io. Oinotomus.

SVMMARIVM.

1 Fratres incestuosi, & ex damnato coitu nati, an succedant fratribus similibus.

§. 1. IO. OINOT. aliàs IO. SCHNEIDEVVIN in Iustit.de hæredit.quæ ab intest. defer. Cum agit in particulari tit. de success.fratr.incestuosorum. cum dicit quod fratres incestuosi, & ex dānato coitu geniti non succedunt alijs similibus fratribus,nec ratione cognationis, & sic ab eadem matre genitis, & hoc secundum communem opinionem.

REPROBATVR à Crass.de success.in §.de success. ab intest.quæst.34.incip.prædicta de successione.in fin. vbi eum allegat Io. Schneidennin. Et pro contraria communi opinione allegat Corn.cons.21.vol.1.Curt. cons.123. & Didac. Couar. in Epit.4. decret. part.2. cap.8. §.5. num.19.

Et ROTA sequitur Crass. coràm Seraphino decis. 1282. incip. Fuit dubitatum, an constet.nu.7.Et maximè hoc dicitur procedere nu.9. quod nati ex damnato coitu non excludantur à successione transuersalium, quando talis coitus licet sit damnatus non tamen est punibilis pœna temporali, allegatur Soccin. cons.148. nu.2.lib.1. Paleott.de not. & spur.cap.42. num.11.Roia.in Epit. success.cap.10. num.6.

ANNOTATIO.

Quicumque sit Auctor Commentariorum in quatuor Imperialium Institutionum Libros, quæ sub Io. Oinotomi nomine circumferuntur, id tamen sciendum est Librum esse magno studio, & eruditione compositum, in quo tota sis scientia legalis comprehenditur, ex quo profiteor me totū scire si quid scio, cum maximis vigilijs totum Volumen non solum Apostillis notauerim, sed etiam in Compendium redegerim, quod forsitan Deo fauente ad publicam commoditatem lumen aspiciet, Eundemque filijs meis dilectissimis post Institutionum literalem explicationem integrum perlegere intendo, prout fuit perlectum cum hodie 9.Octobr.1617.peruenerimus ad hunc locum, quem hic suprà annotauimus.

Isernia.

SVMMARIVM.

1 In Primogenitura probatione.

§. 1. ISERNIA in cap.Imperialem, §.prætereà Ducatus.nu.38.de prohib. feud. alien. per Frider. & Afflict. ibid.num.44. vers.sed iuxtà hoc.& in cap. satis. num.7.de prohib. feud. alien. per Lothar. & in decis.248.num.3.Balzaran.in d.§.prætereà Ducatus. num.17. cum alijs allegat. per Tiraq. de iur. primog. q.30.nu.8.& per Molin.de primog.lib.2.cap.6.n.22.

DECLARANTVR à Rota in Caualliceñ.feudi. Luna 17.Decembris 1612. coràm Pironano. nu.10.est in Recent.decis.445.nu.10. & allegationes horum Doct. habentur. num.4. part.1. Cum præfati Doct.loquuntur de probatione primogenituræ per testes, intelligendi sunt,quod loquantur,quando simpliciter agitur de vnigenitis filijs, nec probatur quod alij præcesserint in possessione Primogenituræ,habentes fratres qui exclusi remanserant, secus verò est quando alij præcesserunt, vt erat in casu decis. vt ibidem dicitur num.6.

Lader-

Laderchius Imolensis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula non potest dici posita in executiuis, si ponatur ante perfectam dispositionem.*

§. 1. LADERCH. *Imolens. cons. 1. num. 14.* † Quod
1 clausula non possit dici posita in executiuis, si ponatur ante perfectam dispositionem.

APPROBATVR a Rota *in Nonantulana bonorũ. Luna 31. Ianuarij 1611. corám Cardin. Sacrato. est decis. 287. nu. 1. part. 1. in Recent.* vbi dixit clausulam,
2 † Ad habendum, &c, licet adhæreat clausulæ, inuestientes, &c. non obstante quod hæc clausula respiciat executionem. *iuxtà decis. Pedem. 164. nu. 3.* Quia inuestitura ita dicebat, concesserunt N. & N. pro eorum & cuiuslibet eorum filijs hæredibus, & descendentibus in perpetuum vnam possessionem, &c. inuestientes ad habendum, &c. Vnde patet clausulam, Ad habendum, contineri in periodo dispositionis, quia verbum, concesserunt, in quo stat dispositio, regit verbum, inuestientes, & verbum, inuestientes, regit clausulam, ad habendum, ergo clausula ad habendum regitur à verbo concesserunt, sicut causatum regitur à causa suæ causæ. *Doct. in l. manumissiones.*
3 *ff. de iust. & iur.* Et † contraria procedunt quando post perfectam orationem incipit nouus periodus, vt per clausulam, quæ omnia &c. vel Quas res &c. Præsertim si dictam clausulam ad habendum, sequantur solutio Canonis, pacta circa alienationem & similia,
4 quæ tangunt dispositionem. Et † ad cognoscendum an dicta clausula, Ad habendum, stet executiuè non solum attenditur conceptio verborum, sed clausulæ quæ illam hinc inde concomitantur, an sint executiuæ, vel dispositiuæ, *vt d. decis. Pedem. 164. nu. 3. vers. si fuerint scriptæ in medio.*

Hanc decisionem *in Nonantulana bonorum secuta fuit postea Rota in Romana emphyteusis. Luna 12. Nouembris 1612. corám Card. Caualerio. num. 11. & seq.*
5 *est in Recent. decis. 435. part. 1.* † vbi dicitur clausulam, Ad habendum, esse positam in parte dispositiua, quia erat ante cõstitutionem pensionis, & ante clausulam. Hanc autem nouam locationem fecerunt, quia promisit soluere, &c. non autem in executiuis *Ossesc.*
6 *decis. 164. num. 1.* † Et additur quod propter dictam clausulam poterat non solum primus acquirens, sed etiam alij inuestiti locare bona emphyteotica, cum dicta clausula extendatur, Ad habendum, fruendum, fructificandum, & de dictis domibus, & domunculis disponendum pro eorum libito: ponderando dictionem, eorum, in numero plurali, quæ non potest restringi ad primum inuestitum, sed necessariò debet referri ad omnes inuestitos.

7 Et *num. 12.* dicitur † quod clausula, conditionibus prædictis semper saluis, apposita post clausulam, Ad habendum. non obstat, quia erat apposita ad præseruanda pacta ad fauorem Monasterij concedentis, vt propterea intelligatur, vt in præiudicium Monasterij ad cuius fauorẽ est apposita, inuestiti non possint alienare, non autem intelligitur, quod concessione durante, non possint alienare in præiudicium vocatorum, quia præseruatio non restringit facultatem alienãdi tributam per clausulam dantem facultatem alienandi. *Soccin. Sen. cons. 43. sub nu. 4. vers. sed ad hac. lib. 4.* Aliàs enim induceret subitaneam correctionem, & repugnantiam in sermone contrà regulas iuris. *Soccin. sub d. num. 4.* & fuit dictum in
8 allegata Nonantulana. † Importat enim dicta clausula, ad habendum, idem quod clausula, & quibus dederit. *Rota in Romana S. Eustachij. 17. Februarij 1571. corám Cardin. Lancellotto Seniore. in Romana Casalium 4. Decembris 1575. corám Card. Seraphino. & in d. Nonantulana 14. Iunij 1610. corám Cardin. Sacrato.*

Lambertinus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium fundatum intra limites Ecclesiæ, & ex bonis eiusdem Ecclesiæ dotatum, an huiusmodi beneficium sit liberum, vel de Iurepatronatus Ecclesiæ Rectoris.*

2 *Præsentandi quasi possessio non transfertur à patre in filium sine apprehensione.*

3 *Præsentatio de absente valet, quando præsentatus est taliter notus habenti illum instituere, vt examine non indigeat.*

4 *Præsentatio etiam post tempus admitti potest ab Ordinario, & qualiter hoc procedat.*

§. 1. LAMBERTINVS *de Iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 2. art. 15. nu 4.* vbi voluit beneficium fundatum intra limites Ecclesiæ, & ex bonis eiusdem Ecclesię dotatum huiusmodi beneficium sic erectum, vel esse liberum, vel de Iurep. tr. Rectoris Ecclesiæ.

SEQVITVR hanc doctrinã Rota *in Pampiloneñ. beneficij de Aricaleta. Ven. 4. Iulij 1604. nu. 4. corám Remboldo. est decis. 658. part. 1. in Recent.* Cum sit optimis rationibus, & auctoritatibus fundata. Vbi etiam fuit dictum, illam sine difficultate procedere in casu ibi proposito, quia beneficium de quo agebatur fuerat dotatum ex decimis spectantibus ad Ecclesiam matricem, quæ cum sint debitæ Ecclesiæ, vel Rectori, de iure diuino, non poterat dici beneficium fuisse dotatum de bonis vniuersitatis, sed de bonis ipsius Ecclesiæ. Vnde non poterat vniuersitas aliquod ius acquirere, & præsertim ad effectum impediendæ reseruationem Apostolicam.

§. 2. LAMBERT. *de Iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 3.*
1 *art. 22. nu. 2. vers. Tamen contraria.* vbi vult, † quod quasi possessio præsentandi patris, seu antecessoris, dicatur possessio filij, seu hæredis successoris. Et sic post talis possessio iuris in corporalis transeat ad filios sine apprehensione.

REPROBATVR à Rota *in vna Cremoneñ. Capellaniæ Lunæ 5. Decembris 1552. corám Decano Deza.* Quæ decisio reperitur compilata à tribus Auditoribus, videlicet ab *Achill. decis. 105. aliàs 5. de caus. possess. & propriet. incip. Fuit deputatum in vna Cremonen.* licet ipse, vel potius impressores, dicat fuisse deanno 1548. Et à *Caputaq. decis. 420. part. 2. incip. Quasi possessio.* Et à *Fab. Accoramb. decis. 63. & fin. part. 2. incip. Fuit dubitatum in Cremonen. Quæ est quasi ad verbum cum illa Achill.*

2 In quá *Decis.* fuit tentum contrà *Lambertin.* † possessionem non transferri in incorporalibus sine apprehensione, & possessionem iuris præsentandi non transire in hæredem, & hoc propter generalitatem *l. cum hæredes. ff. de acquir. possess.* & præsertim in
3 incorporalibus, in quibus est difficilior transitus. † Et propterea non transfertur per constitutum. *Bart. in l. quod meo. vers. quid si concedo. de acquir. poss.* cum

alijs allegat. *in d.decis. Achill. num.* 4. vbi etiam numeris sequentibus exponuntur *Bald. Feder. & Rota exaduerso à Lambert. per se alleg.*

Sequitur hanc *Decis. Rota corā Orano in vna Pampilonen. Iurispatr. & Parochialis del Belconzo Luna 18. Iunij 1584. Et Sanctiss. Ludonis. decis.* 222. *incip. Non constat.num.6.vbi etiam Addit.in littera C.* ponit concordantes.

Vide etiam quæ ad hanc *Decis. Ludonis. notauimus Part. I. qua est in Albanen. Parochialis, seu Iuspatr. Luna 27. Iunij 1605.* vbi alia congessimus etiam remissiuè.

§. 3. LAMBERT. *in tractat.de Iurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.*11. *artic.*3. ABB. *in cons.*76.*nu.*2. *incip. Plura sunt. part.*2. ROCCH. *de Iurepatr. in verb. honorificum. quæst.6.sub num.*27. vbi dicunt, quod præsentatio de absente valet, quando præsentatus est taliter notus habenti illum instituere, & examine nō egeat.

DECLARATVR à Rota *corā Card. Pamphil. Sen. in vna Regien. Prioratus Vener.26. Iunij 1587. incip. Fuit resolutum præsentationem. est decis.*121. *in eius lib. in manuscript.* Quod intelligitur secuta acceptatione præsentati infrà tempus, & admissione Ordinarij, & etiam debet concurrere perfecta ipsius præsentati notitia, secus verò si hoc deficit, & non probatur talis notitia, vt absque alio examine possit institui, prout requiritur, vt inquit, *Abb. in cons.76, num.*2. *part.*2. *Lambert. d.quæst.*11. *artic.*3. *Rocch. in supradict. loc. sub nu.*27. *circa fin.* Et quandò præsentatus est exemptus à Iurisdictione Ordinarij, & non est de ouibus suis, tunc potius præsumitur ignorantia, quàm notitia *Lambert. d. art.*3. *num.*7.

§. 4. LAMBERT. *de Iurepatr.*2.*part.*2.*lib. artic.*27. 1.*quæst. princip.* vbi dicit, quod præsentatio, etiam post lapsum tempus potest ab Ordinario admitti.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis.*177.*n.*5. *incip. Domini persistētes in resolutione.* Quod loquitur vbi de solo præiudicio Ordinarij agitur, quia cum id ipse patiatur, non dicitur damnū pati, vt etiam considerat idem *Lambert. ibi sub nu.*3. *&* 5. *vers. Dicerem etiam secus.* Vnde hoc non procedit in præiudicium illius, qui iam præsentatus fuit in tempore.

Lapus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere, & Ordinarius licet possint vti decreto irritanti, tamen non ligat ignorantes, nisi solus Papa.*
2 *Sacerdos actu quando esse debeat præsentatus ad Iuspatronatus.*
3 *Delegatio, præsertim quæ fit ante litem primò, & postea per subdelegationem est de ordinatorijs indicij, & sic de actis contrà Lap.*
4 *Successor in beneficio non tenetur iustificare titulum sui prædecessoris.*
5 *Resignatarius quando possit iuuari Allegat. Lapi* 89.
6 *Canonicatus prouisio quando canonizetur per hanc Lapi allegationem* 89.
7 *In Lapi allegatione* 89. *quod tempus requiratur.*
8 *Lapi allegatio* 89. *in quibus procedat.*
9 *Lapi allegatio* 89. *quando non suffragetur.*

§. 1. LAPVS *Allegat.*14. *Conclusio prima est. nu.*3. vbi tenet, quod decretum irritans Legati de latere ligat etiam ignorantes.

REPROBATVR à Rota, vt per *Cassad. decis.*3. *incip. Supposito. de decret. in reseruat.* Vbi videre poteris *in Part. I. in Addit.*

§. 2. LAP. *Allegat.*35. *Vtrum absquè. num.*2. vbi dicitur, quod obligatus celebrare diuina potest hoc per alium impleri absquè personali residentia.

APPROBATVR à Rota Vide *suprà Part.*2. *circa Iuspatronat. §.*9. *Rota obseruantia est, quod quando in fundatione.* vbi *ante fin.* habes resolutionem *Sac. Cong. Interpret. Sac. Conc. Trid.* in qua approbatur *d. Lap. alleg.*35.

§. 3. LAP. *Allegat.* 81. *Non valuit. num.*4. vbi dicit, quod delegatio, & subdelegatio non dicuntur acta iudicij.

REPROBATVR à Rota, vt per *Achill. decis.* 52. *aliàs* 1. *de offic. delegat. incip. Delegationem.* vbi quod Rota tenuit, delegationem, maximè eam quæ ante litem primò, & post per subdelegationem, eam esse de ordinatorijs iudicij, & sic de actis.

§. 4. LAP. *Allegat.* 89. Quod successor in beneficio non tenetur iustificare titulum sui prędecessoris, circa hanc Allegationem videndæ sunt decem *Decis. Pnt.* hoc titulo.

Et *Ant. Aug. in suo Epitome hoc tit. quod habes sup. I. Part. fol.* 149. *col.* 2.

§. 5. LAP. *Allegat. ista* 89. iuuari potest resignatarius, quando resignans per triennium pacificè ante possedit, non obstante quod ex actis appareat, & ex confessione ipsius resignantis de malo iure suo. Quia dicta Allegatio in fauorem successoris possessoris triennalis facit præsumere alium titulum meliorem, quàm haberi possit. *Rota coràm Guidobono decis.* 1. *incip. Voluerunt Domini in eius lib. in manuscript.*

Quod procedit prout declarat *Crescent. decis.* 2 1. *Successor non tenetur. de testib.*

§. 6. LAP. *d. Allegat.* 89. canonizat gratiam, seu prouisionem Canonicatus per resignationem eius, qui prius ante triennium cessetat in fauorem alterius, sed postea triennio possedit, non obstante prima resignatione in fauorem alterius *Rota corā Gnidob. decis.* 2. *incip. Fuit tentum. in eius lib. in manuscript.*

§. 7. IN eadem *Alleg. Lap.*89. dum quæritur quod tēpus in ea requiratur, vt hanc primā quæstionē ponit *Mandos. in Addit. in litera* I. *in verb. cap. vni.* vbi post duas opiniones tertiam ponit de mente Rotæ, quod verba Lapi, *Diu steterit*, intelligantur de tempore triennali, & allegatis ibi decisionibus potest addi *Simonett. decis.*85. *incip. Quod successor in beneficio.* vbi dicit, vt etiam *Mandos. vbi sup. in fin.* quod Regula Triennalis secuta est post *Allegat. Lap.* cuius verba hac sunt, videlicet. Quia illud dictum Lapi præcessit ante Regulam de Triennali, *qua in Concilio Basilien. processit, & est sumpta ex Clem.* 1. *de sequestr. poss. de iure prætereà illud Diu.* ità intelligit Rota. Et quod ità dicebat per alios duos Seniores, quod ita semper fuerat obseruatum. *Idem testatur Accoramb. decis.*24. *incip. Successor. part.*2.

§. 8. LAP. *Allegat.* 89. Quod successor in beneficio non tenetur iustificare titulum sui prædecessoris.

APPROBATA fuit pluries ista allegatio à Rota, in diuersis causis, vt testatur *Sarnens. in Reg. de trien. quæst.* 30. *in fin.* in tantum quod quando nominatur allegatio Lapi, absquè alia specificatione, de hac omnes intelligunt, cum eius frequens sit in iudicijs vsus.

Præ-

Præsens allegatio Lapi 89. non habet locum in spolio, vt post *Cassad. decis. 5. nu. 1. de restit. spoliat. Fuit dictum in vna Abulen. præstimonij Luna 18. Martij 1577. coram Card. Seraphino.*

Ista allegatio requirit titulum. *Rota in Fauentina monitorij 17. Maij 1604. coram Card. Seraphino.*

Habet locum dicta allegatio etiam quando quis venit per cessionem. *Rota in Nursina Prioratus. 23. Maij 1567. coram Sarmiento.*

Possessor iuuari potest dicta allegatione, quæ non obstante quod titulus inualidus fuerit productus, dispensationem, & meliorem titulum superuenisse præsumere facit, post *Cassad. decis. 3. num. 4. de caus. poss. & propriet. fuit dictum in Agrigentina Canonicatus Luna 10. Decembris 1586. coram Gypsio.* Et hoc ea maximè ratione, quia in beneficialibus tituli possunt multiplicari. *cap. post electionem. de concess. præbend. Cassad. super regul. decis. 21. num. 5.*

Et est locus dictæ allegationi, quando constat de possessione triennali, & continuatione *Caputaq. in Compostellana Parochialis 15. Octobr. 1554.*

An autem possessio transferatur per resignationem conditionalẽ, ita vt sit locus allegationi Lapi. *Vide in Camerinen. Canonicatus, & præbendæ Luna 15. Maij 1564. coràm Robusterio.*

§. 9. LAP. *Allegat. 89.* non suffragatur prætendenti beneficium curatum stante decennali possessione commendatarij, cui à Capitulo Parochialis fuerat

1 commendata. † Licet enim faciat, vt præsumatur melior titulus de mundo, etiam in successore per resignationẽ *Cassad. d. decis. 2. de caus. poss. et propriet.*

2 *Mohed. decis. 241.* † Et dicta præsumptio non tollatur per productionem tituli infecti, veluti commendæ, stante cursu temporis, vt per *Cassad. decis. vlt. nu. 7. de procur. Cresc. decis. 261. aliàs vlt. de probat. Sarnens. de trienn. quæst. 10.* † Tamen non potest hoc ti-

3 tulo se iuuare, qui dictum titulum impugnauit, dicendo ipsum possedisse sine titulo valido, & contra eum litẽ introduxerit super fructibus malè perceptis. *c. ex eo. de regul. iur. in 6. cum alijs per Mandos. ad d. alleg. Lap. 89. q. 5.* maximè si ipse obtinuit, & ille commẽdatarius cõposuit cum Camera ad euitãdum molestias.

4 Vltra † quod non est locus *d. Allegat. Lap.* quando constat ex qua causa prædecessor possedit. *Caputaq. decis. 93. Allegatio Lapi. lib. 1. in manuscr. vbi refert ita Rotam censuisse in vna Anconitana de anno 1553.*

5 *de mense Iunij coram Capisucco.* † Ideò cum constet de causa in principio possessionis, non præsumitur alius titulus *Caputaq. decis. 93. & ita declarat Put.*

6 *decis. 360. Leo X. lib. 1.* † Et licet præsumptio resultans ex *d. Allegat. Lap.* sit iuris & de iure, tamen admittit probationem in contrarium dummodo sit cõcludens, vt per *Caputaq. decis. 26. part. 1. in impress.* Et in præsenti aderat confessio istius prætendentis

7 beneficium, quæ probatio † solet admitti etiam contra præsumptionem iuris, & de iure *Glos. in l. in contractibus. C. de non num. pecun.* quam communiter teneri, tradit *Couar. de sponsal. part. 2. c. 4. §. 1. nu. 3.*

8 Vltra † quod iste, qui vult niti allegatione Lapi allegauit titulum infectum *Crescent. decis. vlt. de probat. Toletana Parochialis Luna 24. Februarij 1592. coram Card. Seraphino.*

SEQVITVR *Discursus circa Allegationem Lapi, qui circumfertur, & est Auditoris antiqui de anno 1553. vt patet ex num. 10.*

§. 10. Discursus super allegatione Lapi.

SVMMARIVM.

1 *Allegatio Lapi 89. à Rota communiter approbata.*
2 *Tria requiruntur, vt huic allegationi locus sit.*
3 *An tempus decem annorum, vel trium sufficiat.*
4 *Ratio quę mouit Lapũ, et sequaces ad ita terminãdũ.*
5 *Quis, & qualis modus probationis sit d. allegationi.*
6 *Fictio non habet locum in contractu pertinente ad beneficia.*
7 *Allegatio prædicta habet locum cum beneficium impetratur per obitum.*
8 *Amplia in beneficio resignato.*
9 *Et procedit etiam si à principio titulus prædecessoris fuisset inualidus.*
10 *Idem est si detur concursus veri, & putatiui.*
11 *Item ad præsumendum dispensationem.*
12 *Procedit etiam contra habentem regressum.*
13 *An habeat locum contra ignorantem.*
14 *Negligentia non requiritur in hac allegatione.*
15 *Quid in beneficio resignato, & retẽto per resignãtẽ.*
16 *Quid quando quis habet regressum per cessum, vel quamcumque amissionem, seu dimissionem.*
17 *In resignatione, vt plurimum videtur scientia, & consequenter negligentia semper interuenire.*
18 *Dispensatio an præsumatur interuenisse.*

1. FREQVENTER occurrit in hoc sacro Auditorio, quod causæ beneficiales definiuntur *ex 89. Allegat. Lapi*, cuius summa est, vt impetrans beneficium ad iustificationem sui tituli nõ cogatur docere de titulo sui prædecessoris, & auctoris, per cuius mortem illud beneficium impetrauit, sed sufficit probare, quod Prædecessor longo tempore possedit beneficium, idest, per decennium, & quod communi opinione reputabatur habere ius, & titulum in beneficio. Et hæc cõcludit *Lapus d. Alleg. 89. col. 14. vers. sed quicquid.* Et idem tenẽt *Domini de Rot. in antiq. de rer. permut. decis. 10. in fin. quæ est repetita in nouis eod. tit. decis. 4. aliàs 109. & Aegid. conclus. 594. licet possessio, & 645. non obstantibus Anchar. cons. 107. vbi loquitur in antecessore, qui possedit 17. annis, & erat in viridi obseruantia tempore Cassadori, vt ipse refert. de caus. poss. decis. 2. in princ. & decis. 3. idẽ tenuerunt Gemin. & Franc. in cap. susceptum. de rescript. in 6. Boer. decis. 42. nu. 30. & hoc tempore tenet Rota, vt per Sarnen. in reg. de triennali. quæst. 16. & quæst. 49. in fin.*

2. Sed plura sunt tractanda circa hanc allegationem. Et primò quot & quæ requirantur, vt sit locus huic allegationi Lapi: Et tria requiri videntur, vt colligi potest ex eadem allegatione *col. 14. vers. Sed quicquid.* Primus est, quod Prædecessor fuerit communiter reputatus pro Rectore beneficij *arg. l. si quis patremfamilias. ff. ad Macedon.* Secundum est possessio eiusdem beneficij, quæ cum dicta communi opinione durauerit longo tempore, idest, per decennium idest iusta tradita per *Canon. in cap. illud. vbi latè Felin. col. 3. vers. nota primò. de præsumpt.* Tertium est quod superiores Iudices Ecclesiastici, qui ex necessitate officij singulis annis visitant, & inquirunt de titulis possidentium iuxtà *cap. ordinarij. de offic. Ordin. lib. 6.* Et clerici Ecclesiæ, seu alij vt Parochiani, qui non veris Rectoribus non libẽter obediunt, sed potius contradicunt iuxtà *notat. in c. cum super, & cap. cum olim. de caus. poss. & propriet.* diu tolerauerint Prędecessorẽ ipsum possidere beneficiũ.

3. Est tamen notandum circa prædicta, quod licet Lapus requirat cursum longi temporis, & decennij: Tamen secundum *Cassad. in d. decis. 2. in fin. de caus. poss.* dicit, quod tempore suo Palatium voluit sufficere triennalem pacificam possessionem attenta breuitate hominum vitæ nostri temporis. Et ita vidi seruari tempore meo, licet ego numquam probauerim illum vsum, quia cum allegatio Lapi exorbitet à regulis Iuris communis, vt alibi dicam, non debet habere locum in possessione triennali, quia Lapus ita statuit ob diuturnam possessionem, & communem opinionem, ad quę facit *d. conclus. Aegid. 594.* & breuitas vitæ hominum est debilis, & frigida causa quoad cursum decennij, nam solet attendi quoad ea quæ sunt antiqua. Et rursus quatenus Lapus faciat vim in visitatione Ordinariorum non desunt, qui dicant quod idem iuris sit hodie, licet Ordinarij negligentes sint in visitando *per not. per Felin. in d. cap. illud. num. 8.*

4. Secundò videndum est, quæ ratio mouerit Lapum, & sequaces ad ita statuendum. Et videtur quod in causa fuerit, quia non est pronunciandum super Iure, & titulo prædecessoris siue auctoris, & ideò in eius probatione non requiritur plena probatio, ita sentit *Aegid. d. conclus. 654.* vel quia subest magna difficultas probandi titulū Prædecessoris, & sequeretur absurdum, quod successor teneretur probare non solum titulum antecessoris immediati, sed etiā aliorum antecessorum etiam vltrà cētesimum, vt eleganter dicit *Lap. col. 15.* vtilitatis ergo gratia receptum fuit sufficere diutinam possessionem, & communem opinionē, quod pluribus exemplis cōprobari posset.

5. Tertiò inuestigandum est, quis, & qualis modus sit iste, An per præsumptionem, vel per fictionem. Et aliqui videntur sentire in allegatione Lapi versari fictionem, *vt Sarnen. in reg. de triennali. d. quæst. 16. nu. 8.* & hoc suaderi potest, quia in allegatione Lapi non admittitur probatio in contrarium, quod antecessor tempore mortis non fuerit verus Rector, & quod possederit sine titulo, vt tenet *Lap. col. 16. ante fin. vers. Nec obstat.* Ergo consequens est, quod sit fictio, nam contrà fictionem legis non admittitur aliqua probatio, quod veritas aliter se habet, vt est *glos. in cap. 2. de arbitr. in 6. Felin. in cap. quanto nu. 2. de præsumpt.* sed verius est, quod sit præsumptio non fictio, quia Lapus ex illis tribus præsumit superuenisse istum, ac Canonicum titulum, vt ipsemet *Lapus* dicit *d. col. 15. in fin. & alij in princip. alleg.* Et hoc probatur viua ratione, quia fictio inducitur super certo, aduersus veritatem contrà ipsam veritatem; sed præsumptio inducitur super incerto, in quo præsumitur aliquid fuisse, vel esse *glos. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. action. Alex. lib. 2. consil. 158. num. 7. Alciat. de præsumpt. num. 2.* Cum ergo non appareat vtrum antecessor habuerit iustum titulum ex lōgæua possessione, & cōmuni opinione præsumitur iustum titulum superuenisse. Nec obstat, quod non admittatur regulariter probatio in cōtrarium, quando super ea inducitur firmum ius, & habetur pro veritate *l. antiq. C. ad Velleian. latè Alciat. de præsumpt. in 2. p. num. 5. vbi limitat septem modis.* Voluit ergo Lapus quod ista sua præsumptio sit quasi species præsumtionis Iuris, & de Iure.

6. Ex ijs inferebam pluries, quod valet argumentum quo vtuntur nonnulli ex eo quod putant in allegatione Lapi versari fictionem, & eo magis quia in tractatu pertinente ad beneficia non solet habere locum fictio.

7. Quarto inquirendum est in quibus casibus locum habeat prædicta allegatio. Et proculdubio locum habet quando beneficium impetratur vt vacans per mortem prædecessoris, & ita vere loquitur *Lapus in d. alleg. col. 14. & 15. Rot. d. decis. 10. de rer. permut. in antq. & alij in princip. alleg.*

8. Amplia vt locum habeat allegatio Lapi in casu, quo beneficium fuit resignatum, nam resignatarius non tenetur aliter iustificare titulum resignātis quàm modo supradicto, & ita sentit *Lapus in Themate suæ allegationis & Rot. in d. decis. 2. Cassad. nu. 4. de caus. poss.* quia eadem ratio est in resignante quæ in moriente, vt colligitur ex dictis suprà in prima quæstione.

9. Idem si probaretur prædecessorem habuisse titulum ab initio inualidum, quia præsumitur superuenisse titulum validum *Cassad. decis. 3. num. 4. de caus. poss. Sarnen. de triennali. q. 10. in fin. & q. 26. num. 12.*

10. Idem quando daretur concursus veri, & putatiui, vt latè *Cassad. decis. 3. de caus. poss. & propriet.*

11. Idem si ageretur non solum de præsumendo titulum, vel titulum iustum, ac validum, sed etiam vt præsumatur dispensatio, vt putà si antecessor fuisset illegitimus, ita tenet *Lapus col. 16. in princ.* & in terminis *Anchar. consil. 117.* Et ideò Domini tenuerunt hoc anno, & præterito 1554. in pluribus causis, quod in promotis ad Episcopatum pręsumatur dispensatio ad retinenda beneficia incompatibilia.

12. Item si allegatio Lapi induceretur contrà habentem regressum *Cassad. de caus. possess. & propriet. decis. 5. Sarnen. in d. regula de triennali. q. 16. in fin. & quæst. 49. in fin.* & ita tenuit Rota tempore meo.

13. Quinto tractandum est, An huiusmodi allegatio locum habeat contrà ignorantem, qui prætendit ius in beneficio. Et hic articulus difficilis est, & tempore meo fuit discussus subtiliter, & copiosè *in vna Eugubina coràm R. P. D. Io. Baptista Guidobono inter Card. Sanctæ Crucis*, qui impetrauerat per obitum D. Ioannis Valentiñ. Scrignetti Monasteriū, seu Abbatiam Sancti Æmiliani, sed nihil fuit conclusum, & in alia coràm R. P. D. Episcopo Vestano Viceñ Præpositura, quæ adhuc pendet, & licet aliqui dicant allegationem Lapi habere locum contrà ignorantē ex trad. per *Cassad. de caus. poss. & propriet. decis. 5. per Sarnen. in regul. de triennali. d. q. 16. & 49. in fin.* hoc dictum indistinctè positum non est probabile; vnde vt veritas dilucidius appareat res est explicanda distinguendo plures casus quorum.

14. Primus est, An simpliciter loquendo in allegatione Lapi requiratur negligentia illius, qui prætendit ius in beneficio, & opponit contrà impetrantem quod tenetur iustificare titulum sui antecessoris, & tunc dicendum est non requiri negligentiam, & Lapum sensisse, quod sua allegatio habeat locum nulla attenta negligētia, quia vt fuit dictum in prima quæstione, fundamentum Lapi versatur in longæua possessione antecessoris, & in communi reputatione, atquè tolerantia Ordinarij, & subditorum quæ consistunt in facto aliorum, & non illius qui prætendit ius in beneficio; vnde cum hæc possint verificari absquè negligentia prætendentis ius, ea non requiritur nec est in aliqua animaduersione. Et ideò si intelligimus Lapum in vnico impetrāte cum quo concur-

curreret alius similiter impetrans excipiens impetranti, quod iustificet titulum sui auctoris. Vnde vult absolui iuxta ea, quæ tradit *Cassador, in decis. 3. nu. 2. in fin. de cons. poss.* nulli est dubium quod negligentia non est in aliqua consideratione, & ad hoc tendunt, quæ argumentando considerat *Sarnen. d. quæst. 16. num. 2.* & hic primus casus non videtur habere dubitationem.

15. Secundus casus est, quando applicamus allegationem Lapi facto continenti præsumptam retrocessionem, prout videtur loqui *in d. quæst. 16. in vers. Tamen prædictis non obstantibus*. finge enim quod aliquis impetrauit beneficium per obitum Martini, & quærit canonizare suum titulum, & obtinere condemnatoriam contrà possessorem, qui obijcit quod beneficium non vacauit per mortem eo quod Martinus anteà illud resignauerat, sed impetrans replicat, quod Martinus resignans post resignationē remansit in possessione, in qua sterit per decennium secundum Lapum, vel per triennium secundum Cassad. & vsq; ad mortem, & fuit communiter habitus pro vero Rectore, & vt talis toleratus ab ordinario, & subiectis, quæritur, an ad hoc, vt sit locus allegationi Lapi requiratur negligentia resignatarij, eò quia vltra quod sciuit factam sibi resignationem habuit notitiā de posteriori possessione resignantis, & de communi opinione, & tolerantia, & in isto casu potest defendi requiri negligentiam resignatarij, & sic quod habuerit scientiam supradictorum, quia Lapus præsumit superuenisse nouum, & iustum titulum in resignante, qui non potest commodè præsumi nisi præsumatur retrocessio facta à resignatario, & sic quod ipse idem beneficium retrocesserit Martino primo resignanti, nam cum per primam resignationem legitimè factā, & admissam Martinus abdicauerit à se ius, & illud fuerit collatum per Papam in resignatarium ipso viuente, vel non priuato, non potuit beneficium viuentis in Martinum de nouo transferri. *cap. 2. de conceß. præbend.* Cum ergo præsumatur facta retrocessio à resignatario in Martinum consequens est, vt præsumatur resignatarium sciuisse Martinum primum resignantem possedisse; Nam ignorans non censetur ius suum renuntiare. *l. mater. ff. de inoff. testam. & de inuestit. trad. Alex. lib. 3. cons. 8. nu. 18. & in literis Ducas. lib. 4. cons. 1. col. 4. & in priuilegio Communitatis. lib. 5. cons. 33. col. 2. ante fin.* & renunciari non potest rei, quàm quis ignorat. *Abb. in cap. vnico. num. 3. de Cleric. per salt. promot.* Imò renunciatio expressa non trahitur ad ignorata latè *Tiraq. in l. si vnquàm. in princip. num. 96. vers. secundo modo. C. de reuocand. donat.* Quapropter vt præsumptio superuenientis tituli, quæ non potest introduci absque præambula retrocessione possit accommodari necesse est, vt resignatarius sciuerit statum ipsius negotij, & cum non curauerit ius competens sibi in beneficio prosequi, verisimile est concurrentibus cæteris, quod ipse retrocesserit, & consequenter superuenerit nouus titulus resignanti.

16 Tertius casus est quando accomodamus allegationem Lapi illi speciei in qua aliquis habet regressum per cessum, vel quamcunque amissionem, & dimissionem præterquàm per obitum ipsius Rectoris, & impetrans per mortem vult iuuari allegatione Lapi, sed aduersarius opponit de suo regressu, & impetrans replicat, quod postquàm euenerat casus regressus antecessor permansit in possessione per longū tempus habitus & toleratus pro vero Rectore. Et tūc dubitatur, an habeat locum allegatio Lapi, & secundum *Cassad. in d. decis. 5. de caus. posseß. per Sarnens. in d. quæst. 16. num. 8. & 49. in fin.* Aut habens regressum permisit postquàm regressioni fuerat locus antecessorem pacificè possidere, & tunc est locus allegationi Lapi, vt successor possit excludere habentem regressum, quia cum sciret vacationem beneficij, & subintraret regressus, & distulerit per longum tempus agere contrà possessorem, præsumendum est quod regressum extinxerit, atque cessauerit, aut habens regressum ignorauit, & tunc impetrans non iuuatur allegatione Lapi, quia in ignorante non cadit præsumptio extinctionis regressus, & quod contrà ignorantem non sit locus allegationi Lapi inducitur ex mente *Sarnen. in d. quæst. 49. in fin.* quia præsumptio non currit contrà ignorantem. *l. 1. C. de annal. except. cap. quia diuersitatem. de conceß. præb.* Sed hoc vltimum fundamentum mihi non placet, quia similitudo inter præscriptionem, & allegationem Lapi non vsquequaque procedit, vt idem *Sarneñ fatetur eadem quæst. 49. num. 6.* & fortius quia præscriptio longi temporis currit contrà ignorantem. *l. fin. C. de long. temp. præscript. latè Balb. de præscript. in 28. quæst. 4. part. 4. post princip.* quæ conclusio procedit etiam si aliquis scit ius sibi competere, & ignorat factum, quo mediante competit sibi exercitium illius iuris, *vt post Socein. & Felin. tenet Balb. in dicta 28. quæst. in fin.* Præterea & hoc penitus dissoluit fundamētum prædictum quia cum statuitur aliquod tempus in merum cuiuspiam fauorem non etiam in odium negligentis, tunc id tempus statutum currit etiam ignoranti. *cap. statutum. de præbend. lib. 6. & ibi glos. in vers. numerandi. in princip. eum qua transeunt ibi Gemin. & Franc. col. 1.*

Vnde ego dicebam in dicta causa Eugubina, quod si volumus in isto casu impetrantem iuuari allegatione Lapi præsumendo cassationem, & extinctionem regressus tunc vera fuit resolutio facta à Dominis relata *per Cassad. & Sarneñ.* quia non potest præsumi cassatio in ignorante ex ijs, quæ dicta sunt in secundo casu: Si verò volumus procedere allegationē Lapi absquè extinctione regressus, tunc res habet maiorem difficultatem, & inquirendum est, an possit præsumi superuenisse iustum titulum stante regressu, *& Sarneñ. in d. quæst. 49. num. 12.* præsupponit potuisse superuenire meliorem titulum exclusiuum regressus, quod mihi videtur durum, & non facilè occurrere nisi præsumamus Papam consensisse, & suspendisse regressum, super quo amplius agitandū est.

Ego tentabam in hoc articulo sic dicere, & distinguere quod aut potest præsumi titulus in antecessore, sine aliquo præiudicio iuris illius, qui obijcit, quod iustificetur titulus prædecessoris, vt contingere potest in duobus impetrantibus per obitum antecessoris, & quærentibus canonizare ius suum, vel in vno impetrante agente contrà possessorem nullum aliud ius prætendente, quàm solius possessionis & petentem se absolui eo quia actor non iustificat titulum sui auctoris, vel quando vnus resignauit simpliciter in manibus ordinarij, qui beneficium contulit, sed nulliter tamen prouisus stetit in possessione per longum tempus reputatus & toleratus, vt verus Rector, vt est casus confictus à *Sarnen. in d. quæst. 16. vers. tamen*

men

men prædictis non obstantibus . & istis & similibus casibus in quibus præsumi potest titulus in auctore absq; eo quod præsumamus contendentē cum impetrante remāsisse, vel cassasse aliquod ius, quia nullum ius præcedens prætendit, dico, quod locus est allegationi Lapi absquè vlla consideratione scientiæ, vel negligentiæ illius contendentis, quod iustificetur titulus prædecessoris, nam intrant rationes, & argumenta Lapi absquè eo quod aliqua ratio habeatur scientis, vel ignorantis, negligentis, vel diligentis ex dictis in primo casu, nam iste modus probandi receptus fuit vtilitatis gratia ex concessione requisitum, & ob difficultatem probandi titulos alienos, vt diffusè Lapus exequitur.

Aut non potest præsumi titulus in auctore nisi ex eo inferatur præiudicium iuri alicuius, vt resignatarij, cuius præsumitur retrocessio, vel resignatarij, cuius cassatio regressus præsumitur, vt sit casus *Cassad. & Sarnen.* Et tunc commodius est præsumere retrocessionem, & extinctionem per media habilia, & causas antecedentes, & sic est præsumendum, quod resignatarius, & regressarius habuerint notitiam totius facti, & sic quod ille auctor remansit in possessione, & fuit habitus, & toleratus pro vero Rectore, aliàs non commodè præsumeretur retrocessio, vel cassatio, qua non data non commodè præsumitur titulus, & hoc planè procedit tenendo quod nō possit subintrare titulus nisi præsupponatur retrocessio, vel cassatio, secus si posset dari titulus absquè impedimento retrocessionis, & cassationis.

Nota tamen, quod quatenus *Sarnen. in d. 16. quæst.* dicere videtur, quod in allegatione Lapi præsumitur retrocessio, hoc non est apud me expeditum; quia in casu Lapi; vt in princip. ipse proponit, collatio non deuenerat ad notitiam resignātium aut compermutantium; Ergo non fuerat ius quæsitum eis. *cap. si tibi absenti. de præbend. lib. 6.* Nisi dicamus quod cum interim beneficium illud non potuerit conferri *eod. cap.* si sibi non potest cadere quod præsumatur alius titulus, vt intendit *Lap. col. 15. in fin. & col. vlt.* Ideò vt sit locus intentioni Lapi est præsumenda retrocessio, & sic est danda scientia, & negligentia ex supradictis.

17. Secundò notandum est, quod in resignatario, vt plurimum videtur scientia, & consequenter negligentia semper interuenire, nam ipse qui acceptauit resignationem scit ius sibi competere, & resignantem illud à se abdicasse, *vt per Rot. in nou. de rest. spol. decis. 1.* Ergo patiendo resignantem per longum tempus possidere sibi præiudicat, nisi dicamus quod fortè ignorauit ipsum remansisse in possessione, & haberi, & tolerari pro vero Rectore, quod non facilè euenire puto, quia acceptando resignationem verisimile est, quod ius suum prosequi voluerit. *l. cum de indebito. ff. de probat.*

Aut potest præsumi quod auctor habuerit titulum absquè eo quod inferamus præiudicium iuri illius, qui prætendit ius in beneficio, quod non est necesse, quod præsumamus retrocessionem, vel cassationem regressus, vt si quis habet regressum, & beneficium vacauit per adeptionem incompatibilis, vel per promotionem ad Episcopatum, vt erat casus causæ Viceñ Præpositurae coràm Episcopo Vestano, & tunc potest præsumi titulus dispensationis, non dico, quod ille superuenerit, sed quod ab initio interuenerit, nam ex longæua possessione in qua auctor obijt, & ex communi reputatione, & tolerantia ita præsumendum, quia & tunc non requiro scientiam, & negligentiam habentis regressum, quia non inducitur hoc per modū, & viam extinctionis, quia volo quod regressus subsistat, & præsumitur titulus à principio, qui excludit regressum facto Papæ dispensantis, non facto regressatarij aliquid scientis, vel patientis, vel negligentis, nec regressus impedit supereminentiam tituli, cum ex lapsu temporis alijs concurrentibus præsumam ab initio dispensationem interuenisse, aliàs ille non staret in possessione diu, nec diu fuisset toleratus.

Est benè verū, quod si cum requisitis à Lapo concurreret scientia, & negligentia resignatarij esset minus dubia, & faciliùs calumniosa, quia verisimile est, quod si non interuenisset dispensatio quod regressatarius non tolerasset.

Et ideò non probo resolutionem Dominorum in illa causa Vrbeuetana, vbi locus erat regressui, quia beneficium vacauit per adeptionem incompatibilis, quia ego non . . . . . de cassatione, sed de præsumendo dispensationem ex intentione Lapi, *vt per eum d. col. 16.*

18. Annotandum tamen illud, quod difficultas versatur maior quando constaret ab initio de prouisione auctoris promoti ad elatum beneficium, vel ad Episcopatum, nec in literis apparet de dispensatione, vel retentione: nam si volumus præsumere eas superuenisse, tunc infertur præiudicium regressui . . . . factus fuit locus, si præsumimus dispensationem superuenisse inferimus præiudicium . . . . . postquàm illi locus factus, quo casu inducitur, tunc requiri scientiam, & negligentiam, & hoc modo posset locum habere resolutio. *Sarnen. in d. quæst. 16. in fin.* Sed difficultatem mihi faciunt duo, vnum quod Lapus ponens in qua concurrere debuit non concurrat; nec vim facit in negligentia illius prouisi cuius ius allegatur cōtrà impetrantem, alterum est quod longæua possessio, & communis reputatio, ac tolerantia inducunt nos ad credendum quod auctor iustè tenuerit beneficium aliàs non possedisset, nec toleratus fuisset, vt suprà est deductum.

Cōcludo igitur salua meliori deliberatione, quod vbicumque potest præsumi ab initio titulus iustus, vel quod ex post facto superuenerit absquè eo quod extinguatur ius alterius, quod tunc sit locus allegationi Lapi nulla habita consideratione scientis, & negligentis, qui prætendit ius in beneficio de quo agitur, &c.

Mandosius.

SVMMARIVM.

2 *Episcopus tenetur, quoad causas cuiuslibet Ecclesiæ in illa cognoscere, ne Diœcesani trahantur extrà Diœcesim, & quando secus.*

§. 1. MANDOSIVS *ad Regul. 6. Cancell. quæst. 1. cum loquitur de Cubicularijs.*

REPROBATVR à Rota *in Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus. Lunæ 19. Martij 1601. coràm Card. Lancellotto. est in Recent. decis. 43. n. 3. p. 1.*

§. 2. MANDOS. *in cons. 27. num. 9. incip. Interrogatus.* Vbi dicit, quod Episcopus tenetur, quoad causas cuiuslibet Ecclesiæ in illa cognoscere, ne Diœcesani trahantur extrà propriam Diocæsim.

DE-

DECLARATVR à Rota coràm Cardin. Caualer. decis.418. num.11. in med. incip. Dubitatum fuit an clero. quod tale dictum non procedat, quando Ecclesiæ sunt vnitæ, quia tunc pro vnica reputantur, & hoc maximè, quando vicinitas etiam accederet.

Cardinalis Mantica.

SVMMARIVM.

1 Hæres an teneatur restituere bona acquisita post aditam hæreditatem.
2 Fideicommissum relictum sub conditione, nec ad liberos transmittitur.
3 Promissor debet cogitare id, quod euenire potest aliàs sibi ipsi imputare potest.

§. 1. MANTICA de coniectur. vlt. volunt. lib.7. tit.8. num.4.

DECLARATVR à Rota coràm Cardin. Caualer. decis.374. num.8. incip. Laurentius Celsus.

Vide, quæ diximus sup. in §.6. Corn. in consf.304. num.11. in fin. incip. Rem arduam. lib.3.

§. 2. MANTIC. de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.20. num.1. Vbi dicit, quod fideicommissum relictum sub conditione, nec ad liberos transmittitur.

DECLARATVR à Rota coràm eod. Card. Mantic. decis.120. num.4. incip. Quæsitum est. Quod hoc potest intelligi, quando liberi non sunt positi in conditione, veluti, si fideicommissum relictum sit filio sub conditione, si Titius Consul factus fuerit. Nam si filius relictis liberis decesserit, antequàm Titius Consul factus fuerit, ad liberos suos non transmittit, & idem intelligitur de alia conditione, dummodo liberi non sint positi in conditione.

§. 3. MANTIC. de tacit. & ambig. conuent. lib.3. tit.1. num.26. §. Quintò deducitur. vbi dicit, promissorem debere cogitare id, quod euenire potest, aliàs sibi imputare debet.

DECLARATVR à Rota in Romana Census Scut. Octodecim millium. Vener.11. Martij 1611. coràm fel. rec. Gregor. XV. est decis.511. in eius impress. nu.16. Quod illud procedit in ijs, quæ verisimiliter contingere possunt, vt dicit ipse ibi post Gabr. quem allegat. cons.156. num.18. & in his quæ naturaliter contingunt secundum naturam rei subiectæ, vt patet in casu Alex. cons.178. num.19. lib.2. quem allegat, imputatur enim ei, qui promisit Collegio, & familiæ si non cogitauit numerum Collegialium, & familiarium posse augeri, cum naturaliter Collegiũ, & huiusmodi recipiant augumentum, & diminutionem, vt dicit Boer. pariter ibi allegatus à Mantic. decis.213. nu.12. Omisso quod illa decisio Alex. improbatur ibi ab Addent. ad ipsum. & à Brun. de augm. conclus.10. num.16. vers. ex prædictis. dicit eam reddi dubiam.

Vbi Rota ex his dicit præfatam opinionem non applicari casui ibi proposito, vbi debitor soluerat creditoribus descriptis in lista, non habito respectu quod poterant adesse alij anteriores, quia non propterea ipsi est imputandũ, vt fusè habetur in d. decis.

Marsilius.

SVMMARIVM.

1 In Fama probanda, quando requiruntur testes omni exceptione maiores.
2 Testi vnico producto ab eo, contrà quem fuerat corruptus pecunia, ne testimonium diceret contrà corrumpentem eum, hoc deponat, plenè probat.

§. 1. MARSILIVS in l. de minore. 10. §. plurimum. num.99. ff. de quæst.

DECLARATVR à Rota. Vide suprà in hac Part. §.7. ad Bald. in cap. dudum. 54. el 2. extrà de elect.

§. 2. MARSIL. Singul.112. incip. In ore duorum. vbi dicit, quod testi vnico producto ab eo contrà quem fuerat corruptus pecunia, ne testimoniũ diceret contrà corrumpentem eum, hoc deponat, plenè probat, quod fuit verbum singulare Bald. in cap.1. nu.7. si de inuestit. inter domin. & vasall. lis oriat. in vsib. feud. quod dictum pro notab. refert, & sequitur Felin. in cap. licet causam. num.7. in fin. de probat.

REPROBATVR à Rota in causa Parmen. Status Lunæ 16. Iunij 1597. coram Card. Seraphino. Quia dictum Marsilij nec est verum, neque probatur per auctoritates per eum allegatas. Quia Baldus per eum citatus in d. cap.1. non agit de fide adhibenda vnico testi dicenti se subornatum, sed de adhibenda fide testi subornato, si inducatur per eũ contrà quem fuit subornatus, quod est singulare; & melius interpretatus est doctrinam Baldi Rom. Singul.330. incip. Tu textum. & ita etiàm loquitur Felin. vbi suprà & clarius per Bero. quæst.59. num.5. & 6. qui expressè vult prius debere constare de corruptione, vt testis qui dicitur corruptus admittatur contrà corrumpentem, quod esset frustratorium, si ei dicenti se corruptum, fides esset adhibenda, ad idè Grammatic. Vot.11. num.10. & 11. vbi optimè concludit contrà Aretinum.

Nota quod in decis. impress. Seraphini in hac decis. sup. allegat. quæ est 1230. nu.3. in fin. loco, Marsilij, pone Aretinum, contra quem concludit Grammat. vbi sup.

Mathesilaus.

§. 1. MATHESIL. Singul. 34. incip. Nota quod siue in instrumento.

DECLARATVR à Rota vnà cum Bart. quem sequitur Mathesil. Vide in §.33. Bart. in l. gerit. 87. num.14. §. circa secundum. ibi, Aut illa verba proferuntur. ff. de acquir. hæred.

Menochius.

SVMMARIVM.

1 Excommunicatus perseuerans in excommunicatione non est propriè hæreticus, sed suspectus de hæresi.
2 Legatario competit Saluianum interdictum super bonis hæreditarijs defuncti.
3 In Mandato de manutenendo veniunt fructus etiam ante litem contestatam.
4 Restitutio non datur spoliato, quando constat de dominio ex confessione partis.
5 Vicarius Episcopi præfertur Archidiacono.
8 Masculinum concipit fœmininum quando separatim fit mentio fœminarum.
9 Statuta Principum quando ligent filios ipsorum.

§. 1. MENOCHIVS de arbitrar. Iudic. cas.416. incip. Superiore casu. num.58. & 59. cum dicit, excommunicatum perseuerantem in excommunicatione non esse propriè hæreticum, sed suspectum tantum de hæresi, Io. Andr. in c. vlt. de pœn. cum alijs ab eo allegat. Et quod hodie iuxt. Concil. Trid. sess.25. cap.3. in fin. procedi potest contrà hunc pertinacem tamquàm contrà suspectum de hæresi.

Et

Et sic quod iste est citandus, vt ad iudicium veniat, & de ea suspitione se purget: qui si iustam causam alleget, non erit, vt hæreticus declarandus, secus si nullam, vel iniustam, quia tunc poterit declarari clauium contemptor, & per consequens hæreticus, & sic ipsò iure priuatus beneficijs. *cap. cum secundum. de hæretic. in 6.*

REPROBATVR à Rota *in Segobien. in sordescentia Ven. 5. Iunij* 1598. *coràm Card. Seraphino.* Quia vt quis priuetur beneficio ob insordescentiam notanda est distinctio *Doct. in cap. 1. de iudic. vbi Abb. nu. 24. & 27. Glos. & Franc. in cap. cum cõtumacia. de hæret. in 6. Roman. Singul. 307. & ibi Addit.* quod, Aut excommunicatio lata fuit propter crimen, quod ipsò iure priuat clericum beneficio: Et tunc per insordescentiam habetur pro confessò, & censetur ipso iure priuatus. Aut excommunicatio lata fuit ob crimen, propter quod non est priuatus beneficijs ipso iure, sed venit per sententiam priuandus: Et tunc poterit post contractam insordescentiam priuari. Aut crimen est tale propter quod nullo modo potest imponi pœna priuationis, putà, ob debitum ciuile pensionis, & tunc nũquàm ob insordescentiam imponitur pœna priuationis, sed alia arbitraria, & vt dicit *Aufrer. ad Capell. Tolos. decis. 366.* satis est, quod ex tali insordescẽtia oritur confessio delicti absquè eo quod alia pœna imponatur. Idem censuit *Felin. in cap. postulasti. de homicid. Couar. in cap. alma mater. part. 1. §. 7. de sent. excom. lib. 6. & quod ita seruatur. quicquid dicat Menoch. vbi suprà, & iuxtà hanc distinctionem est intelligendum Concil. Trident. d. sess. 25. cap. 3. in fin.*

§. 2. MENOCH. *de adipiscen. possess. remed. 3. nu. 31. &* SARMIENT. *in comment. de redit. Eccles. par. 3. cap. 2. num. 21.* vbi dicunt, quod Saluianum interdictum non conceditur legatarijs, sed tantum eis competunt tres actiones, nempè ex testamento, rei vindicatio, & hypothecaria.

REPROBANTVR à Rota *coràm Cordub. in causa Romana legatorum Ven. 3. Decembr.* 1599. *incip. Agebant Dominæ. est decis. 211. in eius lib. in manuscript.* vbi reprobata supradicta opinione dicitur Legatario competere Saluianum interdictum, vt etiam fuit resolutum *coràm fel. rec. Clement. VIII. in causa Balneoregien. Legat. & coràm Card. Paleott. in causa Forliuien. bonorum 24. Februarij* 1561.

Nam si pro legato competit hypothecaria. *l. 1. C. comm. de legat.* debet etiam competere vtilè Saluianum, quod regulariter conceditur vbicumquè datur hypothecaria. *Arctin. in §. Item Seruiana Instit. de action. Neguzan. de pignor. 3. membr. 8. part. n. 19. & fuit resolutum in causa Romana fructuum 4. Martij 1577. coràm Decano Rub. est decis. 44. incip. In causa Romana. diuers. part. 1. nu. 4.* vbi affirmat, quod sic sæpius fuerit resolutum in Rota.

Vide circa hanc materiam alias decisiones cumulatas *suprà Part. 2. circa Stylum, & Obseru. Rotæ. in verb. Legata. §. 1. Rota semper resoluit.* Et vide *infrà ad Sarmient. loco sup. cit. §. 1.*

§. 3. MENOCH. *de retinend. remed. 3. num. 289.* vbi dicit post *Fabr. ab eo allegat.* quod in mandato de manutenendo veniunt fructus etiam ante litem contestatam.

REPROBATVR à Rota *in Calaguritana liquidationis de Autol. Mercur. 4. Maij* 1611. *coràm Card. Sacrato.* Vide fusè *Part. I. in Decis. Licien. Redecima Ven. 14. Octobr.* 1588. *coràm Card. Seraphino.*

§. 4. MENOCH. *in tract. Recuperand. poss. remed. 1. num. 186. in quæst. 16.* vbi dicit, quod spoliatus non restituitur, quando constat de dominio ex confessione partis, post *Abbat. in c. 1. in 4. notab. de restit. spoliat.* quem etiam ipse declarat, & post *Rot. decis. 16. 17. & 19. de restit. spoliat. in nou.* & alios ibi congestos.

APPROBATVR à Rota *coràm Cotta in Romana Spolij Vineæ Lunæ 5. Nouemb. 1571. incip. An constet.*

§. 5. MENOCH. *cons. 51. Cum rerum omnium, & Picard. inter cons. Menoch. cons. 52. Dubia semper.* Qui tenent Vicarium Episcopi non esse præferendum Archidiacono.

REPROBATVR fusè à *R. P. D. Cantuccio Rotæ Auditore,* & postea Episcopo Lauretano, in quodam suo Voto, quod ad extensum habes apud *Gratian. disceptat. forens. cap. 111.* Quando Archipresbyter. *à num. 23. vsquè ad fin.*

§. 6. MENOCH. *in cons. 55. num. 1. & seq. incip. Reuocatur in dubium. lib. 1.*

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualer. decis. 217. num. 6. incip. Postquàm de ordine.*

Vide, quæ diximus *sup. in hac Part. in §. 1. Bec. consil. 45. num. 10. & seq. tom. 1.*

§. 7. MENOCH. *cons. 106. incip. Hæc iuris consultatio. num. 158. lib. 2.*

DECLARATVR à Rota *in Maceraten. hæreditatis 18. Iunij 1610. coram R. P. D. Manzanedo, quam decis. sequitur, & refert Rota in Fauentina bonorum de Naldis Merc. 18. Maij 1511. coràm R. P. D. Vbaldo. est in Recent. decis. 323. num. 6. part. 1.*

§. 8. MENOCH. *cons. 111. Tria sunt nu. 62.* vbi vult masculinum concipere fœmininum, quando separatim fit mentio fœminarum.

REPROBATVR à Rota *in Cernien. bonorum. Lunæ 7. Februarij* 1583. *coràm Card. Seraphino. vbi nu. 6.* dicitur, quod quando masculus est stipulator, masculinum non concipit fæmininum, qui quando voluit fæminas exprimere, id fecit *Corn. cons. 49. num. 2. & cons. 271. num. 19. lib. 4.* ea ratione, quia apparet non esse mentem disponẽtis comprehendere fæmininum sub masculino, Et quod frigida sit responsio *Menoch. d. cons. 111. num. 62.*

§. 9. MENOCH. *in consil. 250.* Cum interrogatus secundum. *num. 54. & per tot. lib. 3. & cons. 351.* Respondendum esse. *num. 2. & 26. lib. 4.* in quibus locis vult, Statuta Principum non ligare filios ipsorum.

REPROBATVR à Rota *in vna Balneoregieñ. bonorum. Lunæ 9. Maij* 1588. *coràm Orano.* Quia ratio qua mouetur *cons. 250. num. 60.* quod filiæ, & neptes domini non possunt considerari vti subditæ, ex quo Princeps vti duplex persona considerari non potest, vt scilicet respectu filiarum sit priuatus, respectu verò iurisdictionis Princeps, non est vera, si quidem filia, & neptis semper dicuntur subiectæ Principi. *Abb. in cap. per venerabilem. nu. 13. qui fil. sint legit. Roland. cons. 86. num. 54. & 68. lib. 1.* Quod etiam cõuincitur ex ratione eiusdem Menochij *d. cons. 250. num. 47. & cons. 351. num. 14.* quod si paria sunt statutis ligari, & forum sortiri, certum est, quod si filius Principis coràm ipso Principe patre cõuenitur, quod Princeps est talis, qui in causa potest iudicare. Et licet

l. qui

l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. aliud videatur disponere, hoc ideò est, quia loquitur quando versamur in causa domini, in qua quemadmodum dominus non iudicat, ita nec in causa suorum, non quidem ex defectu iurisdictionis, sed quando suspectus est. Nequè repugnat altera eiusdem Menochij ratio, *vbi suprà nu. 27.* qua voluit, priuilegium competens patri, competere etiam filio. Quia hoc procedit in his, quæ possunt conuenire filio sicut patri: vnde cum filius sit subditus Principis patris, eiusquè iurisdictioni subsit, ratio priuilegij, quæ est in patre, non potest considerari in filio. *Sic etiam cessat tertia ipsius consideratio, num. 52. & 53. & in cons. 351. num. 16.* Vbi voluit Statuta Mantuæ, & Ferrariæ dici statuta ciuium, & ideò nõ obligare dominos, etiamsi ab ipsis confirmentur: Quia quando populus nullam habet iurisdictionem, sed solus Princeps, populus non potest facere statutum. *Bald. in l. omnes populi. num. 3. vbi Io. Baptista de S. Seuerino. num. 8. de iustit. & iur. Roland. cons. 99. in princip. lib. 2.* Ideòq; confirmatio Domini non dicitur simplex, sed noua dispositio, ex quo confirmat illud, quod prius sine illa confirmatione fuit inualidum, quo casu actus tribuit confirmanti, non autem facienti. *l. more. vbi Doct. de iurisdict. omn. iud. Paris. cons. 19. num. 27. lib. 1.*

Restringitur dictum Menochij ad casus illarum ciuitatum, quibus per leges permissum est statuta condere, *iuxtà l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.* & quibus concessa fuit facultas à pace Constantia.

☞ Hæc, & alia plura ex dicta decisione, & alia eiusdem confirmatoria, habes *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Statutum. Obseruat. circa Miscellaneum. §. 19. Statutum quamuis non liget dominũ.*

Molina.

SVMMARIVM.

1 *Ex delatione armorum non induci coniecturam conseruandæ agnationis.*

§. 1. MOLINA *de primog. Hisp. lib. 2. cap. 14. n. 9.* Vbi dicit ex delatione armorum non induci coniecturam conseruandæ agnationis.

DECLARATVR, prout se ipsum declarat hoc procedere in Hispania, non in Italia, iuxtà cuius consuetudinem, onus iniunctum deferendi arma testatoris inducit præsumptionem voluntatis conseruandæ agnationis.

☞ Vide *suprà Part. I. in decis. Vrbeuetana fideicommissi. 24. Nouembris 1610. coràm Reuerendiss. Decano Coccino. nu. 2. 3. & 4.* vbi idem dicitur de Grato qui fuerat exaduerso allegatus.

Natta.

SVMMARIVM.

1 *Legata, quando sunt soluenda ex redditibus bonorum testatoris, à quibus sint adimplenda.*

2 *Monetæ certa species, quando est promissa, quæ extet de tempore solutionis, illa species est soluenda, vel eius æstimatio.*

§. 1. NATTA *in consil. 323. num. 5. part. 1. incip. Quoniam lis.*

☞ DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in hac Parte in §. 6. Castr. in cons. 16. n. 3. lib. 2.*

§. 2. NATT. *in consil. 453. Super contingenti controuersia. num. 3.*

REPROBATVR à Rota *in Narnieñ. legitimæ. Lunæ 17. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino.* vbi quod Natta vbi suprà decipitur, æquiuocando de moneta, quæ est in obligatione, ad eam quæ est in facultate soluendi, & quod malè sentit, & contrà communem Doct. sententiam, quæ est, quod quando certa species monetæ est promissa, quæ extet de tempore solutionis, illa species est soluenda, vel eius æstimatio de tempore fiendæ solutionis, de qua communi opinione testatur *Aret. cons. 11. num. 3. Gabr. de solut. conclus. 2. in princip. Soccin. Iun. cons. 44. nu. 5. lib. 4.*

Nauarrus.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor non tenetur residere, licet possit, si velit.*

§. 1. NAVARRVS *consil. 2. incip. Præsupposito, quod. nu. 4. de cleric. ægrot.* vbi quod coadiutor non tenetur residere, licet possit si velit.

ROTA *in Tirasoneñ. coadiutoriæ. 14. Ianuar. 1611. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 276. num. 3. par. 1.* dixit Nauarrum hoc dicere, quia in illo casu coadiutoria habebat circa residentiam, & seruitium verba facultatiua, possis &c. non autem verba necessitatis, videlicet, debeas, & tenearis, quæ important necessitatem. *Clem. exiui de paradiso. vers. item credo. de verb. signif. l. 1. §. 1. quod quisquè iur. Paris. cons. 19. num. 132. lib. 2. latè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glos. 15.* Deinde quod in casu Nauarri nihil omninò erat coadiutori reseruatum; secus quando plura emolumenta fuerunt attributa. Demum quod dictum consil. Nauarri non videtur verum, quia secundum illum intellectum gratia coadiutoriæ esset quodammodo simplex expectatiua, quæ pro Sacrum Concilium prohibita est, Et Sacra Rituum Congregatio proponente *bo. me. Card. Pamphilio, aliàs dictum consilium dicitur reprobasse.*

Et *num. 4.* habetur, quod si non resideat potest priuari iuris tamen forma seruata de qua in *cap. ex iure. de cleric. non resid.* non obstante quod in casu non residentiæ apponatur pęna in literis ad fauorem coadiuti, & sic videtur cessare pæna priuationis. *Cassad. decis. 2. de iure iur. Verall. 124. p. 2.* & fuit dictum *in Burgeñ. præeminentiarum. 4. Iulij 1605. coràm Ortembergo.* Quia istæ rationes non concludunt ratione seruitij Ecclesiæ debiti. Et illa pæna ratione coadiuti intelligitur de modica cessatione seruitij, & absentia.

Negusantius:

SVMMARIVM.

§. 1. NEGVSANTIVS *de pignor. 2. membr. 2. part. num. 23. vers. Item & secundò.*

☞ DECLARATVR à Rota. Vide *in §. 12. Bald. in l. adhuc. 29. num. 37. vers. sed pone maritus. C. de iur. deliber.*

Oddus.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ Pij Quarti contrà illegitimos intellectus.*

§. 1. ODDVS *in consil. 16. Fideicommissum de quo agitur. num. 14. lib. 1. &*

HONDED. *cons. 64. Moniales Monasterij. nu. 39.*
1 *vers. præterea dicitur. lib. 1.* Qui volunt † Bullam Pij Quarti contrà illegitimos ad literam cantare, quod legitimationes factæ in præiudicium fideicommissa-

missariorum, & vocatorum ad aliquid ex testamento, vel alia vltima voluntate, nullius sunt roboris, aut momenti.

REPROBANTVR à Rota *coràm Card. Virili. in Ferrarieñ. Emphyteusis. Vener. 16. Nouembris 1629. incip. Disputato dubio. in fin. §. Sicuti non applicatur.* habetur impressa in folijs volantibus.

☞ Quam nos ferè per extensum posuimus *infrà Part. 6. circa Bullas, & Constitut. ad Constitutiones Bonifatianam, & Paulinam.*

2 Quia † dicta Bullæ Pij Quarti tollit legitimationes, quæ fiunt contrà voluntatem testatoris, non autem eas quæ fiunt ad illius voluntatē, & instantiam, qualis erat legitimatio de qua agebatur in dicta decisione, & approbatur *Eugen. conf. 52. num. 65. lib. 1.* quem improbat *Honded. vbi suprà.*

☞ Vt etiam habes *infrà d. Part. 6. ad dd. Constitut. Bonifatianam, & Paulinam. num. 15. vers. Nec denique fuit dictum.*

Oldradus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum relictum sub conditione, si sine filijs decesserit, expirat decedente hærede cum filijs, licet ipsi quoquè posteà sine filijs decesserint.*

2 *Examinatus ad Parochialem potest per nonum examen reprobari.*

3 *Cardinales sunt familiares Papæ non tamen sunt continui commensales.*

4 *Monasterium si reducatur ad pristinum rigorem regulæ, an ibi existentes compellantur seruare illam reformationem.*

5 *Instituti plures ad curam animarum penes Episcopum dicitur esse immediata cura, qui habet curam totius diocæsis.*

6 *Materia quando non dicatur obiectiua.*

7 *Dispositio præuia ad testandum, seu nuda enunciatio, non est testamentum licet posteà sit in testamentum redigenda.*

8 *Facultas addendi, & minuendi non habet locum in ijs, quæ disposita sunt secundum ius: nequè extenditur ad totalem derogationem, & alterationem.*

9 *Beneficij valor impetrati attendi debet iuxtà æstimationem loci, vbi adest.*

13 *Substitutio an expiret, si non eueniat casus, quod testator decedat pluribus liberis relictis, prout ipse disposuerat.*

14 *Circa filiorum naturalium successionem.*

15 *Circa Beneficiorum vnionem.*

16 *Alienatio ad vitam iudicatur temporalis, & sic est modici præiudicij, sed hoc non habet locum in alienatione rei Ecclesiæ.*

17 *ex Beneficij collatione successiua probatur effectuatio*

§. 1. OLDRADVS *in cons. 21. Thema tale est.* vbi tenet, expirare fideicommissum relictum sub conditione, si sine filijs decesserit, hærede cum filijs decedente, licet ipsi quoquè posteà sine filijs decesserint.

1 APPROBATVR communiter à Rota, vt dicitur *in vna Bononieñ. fideicommissi de Matthesilanis. Lunæ 19. Iunij 1600. coràm Card. Seraphino. & in Romana fideicommissi de Maximis. Vener. 30. Aprilis 1574. corā Robusterio, relata inter nouiss. diuers. decis. 230. p. 2. vbi nu. 1.* dicitur, quod opinio *Oldrad. in dicto cons. 21. est communis.* & absquè omni dubitatione, pro qua conclusione, & etiam nominatim pro opinione Oldradi multos cōgerit *Menoch. cons. 85. incip. Proposita hac consultatio. nu. 47. & in specie pro dicta opinione Oldrad. ibid. vers. Et cum Oldrad. communem esse opinionem. Et in Bononieñ. fideicommissi de S. Petro. Lunæ 27. Maij 1596. coràm Card. Mantica.* Vbi dicit, quod dictum consilium Oldrad. fuit sæpissimè in Rota receptum. Et sæpius etiam à Rota fuisse approbatum dicitur *in Viterbieñ. fideicommissi. Vener. 10. Maij 1613. coràm Reuerendiss. Manzanedo.* & à pluribus Doctoribus secutum; hoc celebre consilium ex congestis per *Couarr. in cap. Rainaldus. in princip. num. 3. vers. sed & illud. de testam. & per Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11, tit. 6. num. 6. & per Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 6. num. 16. & per Peregr. de fideic. art. 29. num. 22. & per multos sequentes præsertim. nu. 27. Et in Tudertina fideicommissi. Lunæ 13. Aprilis 1587. coràm Gypsio. Et in Imoleñ. bonorum. Mercur. 13. Nouembris 1596. coràm Orano.* vbi fuit iudicatum iuxtà dictum consilium.

2 DECLARATVR à Rota in pluribus causis, & signanter *in Bononieñ. bonorum de Seta. Vener. 29. Maij 1587. coràm Orano.* vbi fuit dictum cessare consilium Oldrad. approbando decisionem in hac eadem causa factam coràm Cardinali Pamphilio. Quia testator vlterius processerat, post substitutionem enim reciprocam inter omnes fratres primo loco institutos, si sine filijs decessissent, subiecerat substitutionem fideicommissariam inter omnes descendentes dictorum fratrum in infinitum, & post substitutionem aliorum duorum fratrum ascripserat reciprocū inter omnes prædictos, quæ reciproca intelligitur in infinitum: qua reciproca existente inter omnes, & in infinitum non est locus consil. Oldrad. vbi etiam dicitur idem fuisse resolutum *in vna Mediolanen. fideicommissi. coràm Card. Blanchetto. & in Iannen. fideicommissi de Pallauicinis. Lunæ 24. Nouembr. 1586. coràm Card. Pamphil. Sen.*

3 *Et in Firmana fideicommissi de Fulchis. Lunæ 2. Aprilis 1601. coràm Card. Pamphilio.* vbi quod sæpius fuit decisum *d. cons. Oldrad.* non habere locum ex contraria mente defuncti etiam ex coniecturis elicita. *Dec. cons. 477. Gabr. de fideic. concl. 7. nu. 4.* Et in specie quando fuit habita ratio conseruandæ agnationis. *Curt. Iun. cons. 121. sub nu. 15. & seq. Marzar. cons. 4. nu. 11. & 43. & cons. 7. num. 10. Rimiuald. Iun. cons. 456. n. 32. col. 4. Quæ decisio fuit in eadem causa confirmata sub die Lunæ 10. Decemb. 1601. coràm eod.*

4 *Et in Iannen. fideicommissi de Pallauicinis. Lunæ 24. Nouembris 1596. coràm eod. Pamphilio.* vbi fuit dictum non esse locum *d. cons. Oldrad.* quia testator prohibuerat bonorum alienationem, vt nequè in minima parte possent exire, vel auferri vllo vnquàm tempore ab eius hæredibus, &c. Nec istæ prohibitiones poterant intelligi retentis terminis *d. consil. Oldrad. & Dec. 636.* Quia non erant consecutiuæ, & accessoriæ ad substitutionem, sed stabant de per se, & non regebantur à prima substitutione, qualis erat casus *in d. Romana de Maximis, & in alia Albaneñ. bonorum.* in quibus fuit dictum habere locum *d. cons. Oldrad.* secus quando substitutiones stant principaliter, & de per se, & habent verba separata, & sunt positæ in diuersis, & separatis orationibus, quo casu inducitur diuersum, & separatum fideicommissum

missum à præcedenti. *Dec.conf.38.colum.2. & quod idem fuit resolutum in causa Foroliuien. fideicommissi. 19. Martij 1576. coràm Aldobrandino.*

5 *Et in dicta Bononien. fideicommissi de S.Petro. Lunæ 27. Maij 1596. coràm Card. Mantic. est decis. vlt. in impress. vbi quod d. cons. Oldrad.* sæpissimè in Rota receptum, non habet locum, quando ex inferioribus verbis testamenti apparet fideicommissum fuisse relictum, etiamsi filij primi gradus decessissent cum filijs, qui posteà sine filijs defuncti sint; nam ex inferioribus verbis testamenti proculdubio inducitur fideicommissum, & voluntas testatoris declaratur. *l. quamuis. de fideicomm.*

6 Præterea subditur, Oldradum non loqui quando in vltimo gradu vlteriores agnati sunt substituti, aut facta est prohibitio alienationis, nam ex his colligitur testatorem voluisse producere fideicommissum, & quod ad *d. cons. Oldrad.* respondet *Curt. Iun. consil. 326. vers. secundò principaliter. & Riminald. Iun. sup. allegat. cons. 456. num. 34. & sensit Dec. cons. 477. iuncto principio cum fine.*

7 *Et in d. Bonónien. fideicommissi de Matthesilanis. Lunæ 19. Iunij 1600. coràm Card. Seraphino.* vbi quod *d. cons. Oldrad.* procedit, vbi non adsunt aliæ coniecturæ, ex quibus constet testatorem voluisse omni casu fideicommissum absolutum relinquere, nam concurrentibus coniecturis receditur à dicta Regula.

8 *Et in d. Viterbien. fideicommissi. Vener. 10. Maij 1613. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est in Recent. decis. 486. part. 1.* vbi dicitur notissimam, & non nouissimam, vt incorrectè ibi *num. 2.* legitur esse conclusionem, quod conclusio ab Oldrad. firmata in dicto consilio cessat, & eius consilium, quoties ex coniecturis apparet, testatorem vlterius processisse ad instituendum perpetuum, & absolutum fideicommissum, quia tunc conditio, si sine liberis, porrigitur ad omnes substitutos, & descendentes in infinitum ex pluribus relatis per *Gabr. cons. 123. num. 10. & 27. lib. 1. & per Ant. Gabr. in tit. de fideicomm. conclus. 7. num. 4. lib. 4. & Crass. de successión. §. fideicommissum. quæst. 33. num. 6.*

9 Et in hac decisione fuit tentũ iuxtà *d. cons. Oldrad.* & fuit responsum ad multas coniecturas, quæ videbantur facere cessare dictum consilium. Et multæ coniecturæ fuerunt etiam examinatæ *in d. Tudertina fideicommissi. Lunæ 13. Aprilis 1587. coràm Gypsio,* & fuit conclusum contrà fideicommissum iuxtà consil. Oldrad. Prout etiam iuxtà dictum consilium Oldradi fuit tentum *in Narnien. fideicommissi de Cardolis. Ven. 8. Nouembris 1613. coràm Card. Verospio. nu. 2. est in Recent. decis. 519. part. 1.*

10 *Et in Vrbeuetana fideicõmissi. Lunæ 25. Iunij 1592. coràm Orano.* vbi fuit assignata differentia inter casum decisionis, & casum Oldrad. Quia in illo descendentes fuerant positi in conditione cum circumstantijs, quæ faciebant eos cẽseri vocatos, & expressè fuerant vocati; & cõditio si sine liberis decederent, solum adiecta fuerat in prima substitutione, in qua filios inuicem substituerat, non autem in secunda, in qua si omnes filij, & descendentes masculi decessissent, substitutæ erant fæminæ. Secus verò est in casu Oldradi, in quo nulla descendentium potest considerari vocatio, & conditio prædicta semper fuit repetita.

11 *Et in Leodien. fideicommissi, Lunæ 1. Decemb. 1608. coràm Caualerio. est in impress. decis. 34.* vbi quod non procedit *dicto cons. Oldrad.* quando ex coniecturis apparet quod testator voluit inducere fideicommissum simplex perpetuum, & absolutum. & vltrà *Dec. & Gabr. vbi sup. adducit Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 6. num. 19.*

12 Idem dicitur *in Bononien. fideicommissi de Lambertinis. Lunæ 22. Iunij 1609. nu. 14. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est in Recent. decis. 193. p. 1.* & fuit dictum non procedere in casu ibi proposito, sed reuocata fuit dicta decisio. *Ven. 11. Martij 1611. coràm eod. est decis. 300. part. 1. in Recent.*

Et in Spoletana fideicommissi Lunæ 27. Nouembris 1628. coràm Card. Vbaldo. Est decis. 216. inter recollectas à dilecto filio Paulo Rubeo in primo Volumine. incip. Iulius Cæsar Rosatus. Fuit similiter dictum. n. 8. & 9. quod non erat locus dicto cons. 21. Oldrad. quia ex lectura testamenti apparebat de voluntate testatoris faciendi fideicommissum perpetuum, & absolutum inter omnes vocatos.

§. 2. OLDRAD. *in cons. 18. Circa primum. in princip.* cum dicit examinatum ad parochialem posse per nouum examen reprobari.

DECLARATVR à Rota *in vna Mediolanen. beneficij. Lunæ 9. Decembr. 1591. coràm Seraphino.* quod præterquã quod hoc posset habere locũ in beneficio curato, de quo ipse loquitur, nõ videtur posse procedere quando concurrit probatio extremorũ, vt quando quis fuit ante, & post præsentationem ad aliquod beneficium etiam simplex, vt erat in casu decisionis, idoneus repertus ad beneficium curatum, valdè videtur inuerisimile, quod medio tempore fuerit inhabilis, maximè ad beneficium simplex.

Et licet quis per nouum examen possit reprobari, potest etiam per nouum examen, & per vrgentiores præsumptiones approbari.

§. 3. OLDRAD. *cons. 48. incip. Ius commune. nu. 2.* vbi dicit, quod Cardinales sunt magis familiares Papæ, quàm alij, & principalius seruitio Ecclesiæ insistunt.

APPROBATVR à Rota *coràm Gomesio in vna Salamantina de Selua, vt per Simonett. decis. 24. in manuscript. incip. Coràm D. Ludouico Gomesio.* Et additur, quod licet sint familiares Papæ non tamen dicuntur continui commensales licet habeant panem, Quia non in solo pane viuit homo.

Et quod propterea exceptiones, quæ ponuntur in indultis Cardinalium, *præterquàm ratione familiarium, & commensalium nostrorum.* non comprehendunt beneficia vacantia per obitum Cardinalium. Imò quod Cardinales habentes indulta possunt illa conferre.

Inter decisiones Gomesij, *ista est decis. 3. in impress. incip. Cardinales non sunt familiares. Idem dicitur decis. 10. incip. Familiarium appellatione.*

§. 4. OLDRAD. *in cons. 96. incip. Numquid Monacham.* vbi dicit, quod Religiosus professus non potest cogi, vt contrà suam voluntatem seruet vitam arctiorem.

REPROBATVR à Rota *coràm Bubalo in causa Neapolitana professionis. Vener. 4. Maij 1584. incip. Postquàm Domini. est decis. 226. in eius lib. in manuscript.* Quia contraria opinio est communis, nam si regula alicuius Monasterij in aliquo sit relaxata, & collapsa, si reducatur ad primum rigorem regulæ, pristinamquè seueritatem, ibi existẽtes præcisè compelluntur seruare illam reformationem, ita tenet

Innoc. in cap. super eo. de regul. & ibi Ioan. And. Butr. Card. & Abb. idem Abb. plenè in cap. ad nostram. n. 4. & ibi latè Felin. num. 4. & 5. Dec. nu. 5. & 6. Præpos. nu. 6. de appell. Butr. in cap. cum causam. nu. 13. & 15. de elect. Aluarot. Pelag. de plant. Eccles. lib. 2. cap. 8. col. 4. Et rationem assignat Abbas in d. c. ad nostram. quia per professionem renunciarunt propriæ voluntati. vt dicit Summ. Asten. tit. 47. de regular. art. 3. in 7. quæst. Nam profitentes profitentur regulam, & non consuetudinem, & propterea ad eius obseruantiam compelli possunt, hanc eamdem opinionem tenuit Io. Monach. in cap. 1. num. 7. & ibi latè Prob. num. 14. & seq. qui testatur de communi. num. 18.

§. 5. OLDRAD. in cons. 67. Quæstio talis est. num. 3. ibi, & dicimus in talibus Ecclesijs. cum dicit, quod quando sunt plures instituti ad curam animarum, penès Episcopum dicatur esse immediata cura, qui habet curam totius diocæsis.

ROTA dubitauit de ista opinione Oldrad. in Toletena iuris nominandi. 28. Ianuarij 1583. coràm Robusterio. est decis. 309. part. 2. diuers. Et hanc decisionem sequitur Rota in Messanen. iurisdictionis. 24. Nouembris 1610. coràm Card. Marquemontio. est decis. 258. sub num. 4. in Recent. vbi etiam citatur similis decisio in Pampilonen. Parochialis de Stella. Lunæ 14. Decemb. 1598. coràm Card. Seraph. est in eius impress. decis. 1304. num. 2. vbi quod cura particularis non potest esse penès Episcopum cum sit incompatibilis cum Episcopatu, vt fuerat resolutum in alia Pampilonen. decimarum de Gorgona. 13. Decembris 159[?]. coràm Card. Pamphilio. est enim penès Episcopum cura generalis non particularis vnius Parochiæ, vt dicit Seraphinus loc. cit. Et quod d. consilium Oldrad. in specie reprobatur in d. Toletana, expressè dicitur in allegata Messanen. sub num. 4.

ANNOTATIO.

QVALITER curæ resideat penes Episcopum incidenter tetigimus in nostro responso circa præcedentiam in funeralibus quod habetur inter disceptationes Doctiss. D. mei Stephani Gratiani. lib. 2. cap. 298. à num. 71. ad 73.

§. 6. OLDRAD. in cons. 116. Titius impetrauit. & cons. 170. Ad hoc.

REPROBATVR à Rota, vt per Cassad. decis. 2. In eadem causa. de except. vbi contra Oldrad. dicitur, quod materia non est merè obiectiua quando nedum agitur de exclusione gratiæ aduersarij, sed etiam de inclusione impetrantis, & non consideratur vt obiectus, sed vt ius partis. Rot. decis. 18. de except. in antiq.

Cassadorum sequitur Put. decis. 21. in nou. incip. Fuit dubitatum in vna. num. 5. lib. 1.

Idem fuit dictum coràm Cresc. decis. 18. Familiaritas ad inducendum. in fin. de probat. Prout ad has tres decis. Cassad. Put. & Cresc. aduertimus supra Part. I. & adduximus concordantē decis. Gypsij in vna Casalen. seu Nullius Præpositura. Lunæ 21. Aprilis 1597. incip. Post quàm Rota. in fin. est in eius manuscript. decis. 64. lib. 2.

§. 7. OLDRAD. cons. 119. Titius condidit testamentum. vbi dicit, quod præuia dispositio ad testandum, seu nuda quædam enunciatio, non est testamentum, licet posteà sit in testamentum redigenda.

2 APPROBATVS communiter dicitur à Rota in Romana educationis. Lunæ 15. Maij 1600. coràm Seraphino. quæ decisio fuit posteà confirmata in eadem causa sub die Ven. 23. Iunij 1600. corā eod. Card. Seraphino. post Ias. ibidem allegat. in cons. 155. lib. 4. nam quando fuit aliquod dictum non adhibito notario, neque testibus, apparet manifestè fuisse nudam præparationem ad testandum, non autem dispositionem ad actum testandi factam, quæ non est habenda pro perfecta. vt dicitur in priori decisione sub nu. 6. Et posteà nu. 15. refellitur Curt. Iun. cons. 303. & 304. qui impugnat Oldrad. quia eius opinio est communiter recepta.

3 Additur in posteriori decisione, quod casus educationis de quo controuertebatur erat magis clarus, quàm casus Oldradi, nam in hoc poterat dici non fuisse redactam in scriptis dispositionem, de qua testes deponebant, quia testator fuit morte præuentus; In casu verò decisionis testator non fuit morte præuentus, imò posteà condidit testamentum, & nullam in eo facit mentionem de dicta educatione.

4 Et ex quibus cognoscatur, quod testator voluerit testari, & non facere præparatoria ad testandum, & per consequens non intrare d. cons. Oldrad. fuit dictū in Romana hæreditatis de Pichis. Merc. 3. Iunij 1582. coram Card. Seraphino. quæ decisio in eadem causa fuit posteà confirmata sub die Mercur. 1. Iunij 1583. coràm ead. Seraphino. vbi num. 6. fuit tentum non habere locum in proposito ibi casu d. consil. Oldrad. quia in eius casu clarum erat omnia per testatorem sine notario facta, fuisse præparatoria ad testandum, non quod tunc actum testandi applicare voluerit, secus verò in casu decisionis, vbi aderat Notarius, qui interrogauerat testatorem super sua voluntate, & iam prius facta fuerant præparatoria mediante persona testatori propinqua, & propterea fuit dictum illam fuisse suæ voluntatis explicationem.

5 In posteriori † decisione sub die 1. Iunij 1583. Rota distinxit difficultatem, quod aut testator tractat de præparatione sui testamenti, non autē versatur circa actum testandi, & tunc voluntas in præparatione declarata non habetur pro perfecta, & ita procedit d. cons. Oldrad. 119. Ias. d. cons. 155. lib. 4. Aut testator est constitutus in ipso actu testandi, & disponēdi adhibitis Notario, & testibus, & tūc est sub distinguendum, quod aut non apparet testatorem suspendisse voluntatem in tempus publicationis, & tunc si voluntas per testes probetur ea tenet, & est valida non solum inter liberos, sed etiā omni respectu licet scriptura publicata non fuerit, quæ conclusio probatur ex text. in d. l. si is qui. cum ibi tradit. de testam. & ex glos. communiter approbata in l. hac consultissima. §. sed quia. in verbo, octauum. C. qui testam. fac. poss. cum alijs in eadem decis. allegatis. vbi num. 8. dicitur ex isto diuisionis mēbro decidi casum ibi propositū, cum ex circumstantijs facti appareret testatorē fuisse in actu disponendi, maximè cum iusserit vocari testes l. Pamphilio. §. propositū. de legat. 3. Ruin. cōs. 15. num. 10. lib. 2. Aut verò apparet testatorem suspendisse voluntatem suam, & tunc possent procedere allegata ex Ruin. in cons. 1. lib. 3. Soccin. Iun. cons. 71. num. 24. lib. 4. Bero. cons. 16. num. 16. lib. 2.

§. 8. OLDRAD. cons. 128. Quoniam ad inuestigationem. num. 10. 11. & 12. dicens, quod per facultatem augendi, & minuendi posse ad nihilum deueniri per iteratas minutiones, maximè ponderando verba, prout visum fuerit expedire.

DECLARATVR à Rota *in Montis Regalis Iurisdictionis Vener. 13. Febr. 1609. num. 4. & seq. coràm Card. Cauaier. est decis. 240. in Recent. part. 2. & inter eius impress. decis. 45.*

Primò, quod dicta facultas addendi, & minuendi non habet locum in ijs, quæ secundum ius commune sunt disposita *Felin. in cap. quod super his. n. 4. & 11. de maior. & obed. Roman. cons. 325. nu. 5.* Vltrà quod mutatio non intelligitur de totali mutatione, & destructione substantiæ. Neque *Oldrad.* loquitur in casu quãdo diminutio, vel augmentũ sunt terminata à iure, vt ipse se declarat *num. 12. in fin. & num. 13.*

Et dum *Oldrad.* dicit quod per iteratus minutiones posse deueniri ad annihilationem; Domini dixerunt hoc habere magnam difficultatem, & esse intelligendum tractu temporis per plures diminutiones paulatim factas, non autem vnica vice tantum, nec totalis substantia potest annihilari, vt dictum est.

§. 9. OLDRAD. *cons. 168. incip. Ad primam quæstionem. num. 1.* vbi vult valorem beneficij impetrati attẽdi debere iuxtà æstimationẽ loci vbi est beneficiũ.

REPROBATVR à Rota *in Burgen. Pensionis Lunæ 17. Iunij 1585. coràm Gypsio.* Quia debet attendi locus vbi fit gratia, & non vbi est beneficium *Aegid. decis. 2. nu. 3. Felin. in cap. ad aures. conclus. 11. in fin. de rescript. Rota vbi sup. reprobat etiã Gig. cons. 158.* qui idem sentit.

DECLARARI etiam potest *Oldradus*, vt procedat eius dictum respectu solutionis in loco beneficij fiendæ ad *Rot. decis. 64. Nota quod vbi. de rescript. in antiq.* Aliàs Papa qui locorum consuetudines ignorare præsumitur facilè deciperetur, vt dicitur *in dicta decis. Aegid.*

Aduerte quod licet *d. decis. in causa Burgen.* fuerit postea reuocata *à Rota in eadem causa sub die Lunæ 4. Nouembr. 1585. coràm eod.* reuocatio tamen solum concernebat quod gratia non esset surreptitia, quia surreptio erat modica, & non dolosa, quæ non rettraxisset Papam à cõcessione gratiæ, fructus enim ascendebant *ad ducat. auri de Camera 438. & fuerat narratum ascendere ad ducat. 450.* Vltrà quod non est habenda ratio aggij, cum semper in Cancellaria ducatus valeat Iulios duodecim, & Iulij sex mediũ ducatum, & sic fuit dictum sublato aggio nullam posse considerari subreptionem.

§. 10. OLDRAD. *in cons. 136.* Quod ex productis. *num. 5.* vbi dicit, quod rescriptum præsumatur impetratum ab eo cuius nomine cantat.

DECLARATVR à Rota, vt non procedat indistinctè. Et vide *suprà Part. I. in Decis. Ant. August. decis. 120. aliàs 121. lib. 3. quod rescriptũ. fol. 145.*

§. 11. OLDRAD. *in consil. 169. per tot. incip. Factum tale est.*

REPROBATVR à Rota *in decis. 305. nu. 8. incip. Filius natus ex meretrice. coràm Achill. de Grass. n. 9. vel restringitur ad nobiles.*

§. 12. OLDRAD. *cons. 170. Ad hoc.*

Vide *Oldrad. cons. 116. Titius impetrauit, vbi de hoc etiam cons. 170.*

§. 13. OLDRAD. *cons. 177. incip. Testator in suo vltimo testamento. & Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de testam. §. 1. in addit. magn. quæ incip. Cũ Patronus. vers. occurrit casus nouissimus.* Quod si non eueniat casus, quod testator decedat pluribus filijs relictis, prout ipse disposuerat, quod substitutio expiret.

REPROBATVR à Rota *in Vrbeuetana fideicommissi Lunæ 10. Decembr. 1607. coràm Decano Coccino. est in impress. decis. 144. num. 8. in fin. decis.* vbi quod communis opinio est contrà *Oldrad.* vt testatur *Ias. cons. 148. incip. Aggredior primũ dubium. n. 15. vers. Septimo pro ista parte. & num. 16. vers. & sic est diligenter aduertendum. lib. 2.* vbi dicit eam esse de iure veriorem, & quod est opinio *Bart. in l. quamdiu institutus. 68. nu. 10. de acquir. hæred.* quam ibidem alij communiter sequuntur, vt dicit *Ias.* loco proximè allegato. Communem etiam dicit *Pancir. cons. 39. in fin. vers. non obstat cons. Oldradi.* & latè *Manzar. de fideicommiss. quæst. 13. per tot. & cons. 1. num. 1. & pro dicta opinione, & casu decisionis adducitur text. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell.*

§. 14. OLDRAD. *in cons. 196. per tot. incip. Factum tale est.*

REPROBATVR à Rota, vel restringitur ad nobiles. *coràm Achill. decis. 305. n. 9. incip. Filius natus.*

Vide *sup. in §. 95. Bart. in auth. ex complexu. C. de incest. & inutil. nupt.*

§. 15. OLDRAD. *consil. 223. & 257. eodem modo. incip. Factum tale.*

DECLARATVR à Rota, vt per *Accorambon. decis. 20. incip. Resolutum fuit. lib. 1. in materia Vnionis.*

Vide *in Part. 5. ad Alphons. Sot. in glos. Regul. 11. Cancell. num. 5.*

§. 16. OLDRAD. *in cons. 226. num. 6. incip. Quidam Episcopus.* FEDER. *de Sen. cons. 52. ad fin.* vbi dicũt, quod agitur de modico præiudicio, quando alienatio non est perpetua, sed ad vitam, quia tunc potius iudicatur temporalis.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Pamph. Sen. in causa Senen. Pradij Lunæ 8. Octobr. 1584. incip. Dubitaui in causa. est decis. 2. in eius lib. in manuscript.* Quod quicquid aliàs fortè dicẽdum sit, certè in materia alienationis rei Ecclesiasticæ falsa est prædicta conclusio, & contrà *text. in Clement. 1. de reb. Eccles. non alien.* vbi expresè prohibetur alienatio rei Ecclesiæ ad vitam sine solemnitatibus iuxtà *tradit. ibi per glos. in verb. eris, & in verb. non habeat. & Card. Anchar. Imol. & alij. Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccles. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 3.* vbi alios adducit.

Et maximè hoc procedit hodie stãte Paulina, qua prohibentur omnes locationes, & alienationes vltrà triennium, nedum Prælatis secularibus, sed etiam regularibus.

Vide plura circà hanc Constitutionem Pauli II. *sup. Part. I. ad Mohed. decis. 1. de constitut. fol. 353. col. 1. in fin.*

Luculentissimè verò si desideras hanc materiam alienationis rei Ecclesiasticæ.

Vide *in nostr. Obseruat. ex Rota Romana in verb. Alienatio Obseruat. circà Alienationem rei Ecclesiasticæ. ibi per multos §§.*

§. 17. OLDRAD. *cons. 229. Hæc sunt. nu. 2.* quod ex successiua collatione beneficij probetur effectuatio.

APPROBATVR communiter à Rota in materia præsentationis ad Iuspatr. quod præsentationis effectuatio probetur eo ipso, quod ex persona prẽsẽtati, & instituti fit postea præsentatio, & institutio alteri, quod in pluribus causis fuit resolutum, & signanter *in Bononien. Iurispatr. Parochialis de Varignana Lunæ 25. Maij 1587. coràm Gypsio.*

In Gnesnen. Vnionis Mercurij 1. Iulij 1587. coràm Comi.ulo.

In Cæsaraugustana Capellaniæ 4. Maij 1573. coràm Card. Blanchetto.

In Bononien. Iurispatronatus 29. Martij 1574. coràm Robusterio.

In Valentina de Consentayna 30. Ianuarij 1581. coràm Card. Seraphino.

In Regien. Prioratus 24. Maij 1585. coràm Card. Pamphilio.

In Pampilonen. Iurispatronatus 16. Iunij 1586. coràm Orano.

In Foroliuien. Beneficij 20. Iunij 1585. coràm Blanchetto.

In Lucana Mainsculatus 4. Decembris 1587. coràm Orano.

In Romana Capellaniæ 12. Iunij 1589. coram Card. Pamphilio.

In Aquilana Capellania Luna 7. Maij 1590. coram Comitulo.

In Aretina Capellania Veneris 22. Iunij 1590. coram eodem.

In Lucana Plebis 11. Martij 1591. coràm Gypsio.

In Comen. Capellaniæ 17. Iunij 1591. coram Penia.

In Iacen. portionis 16. Decembris 1591. coràm Card. Pamphilio.

In Pampilonen. præheminentiarum 17. April. 1592. coram eodem.

In Papien. Iurispatris 18. Iunij 1593. coram Blanchetto.

In Pampilonen. de Ians 20. Nouembris 1595. coram Card. Mantica.

In Lucana Capellaniæ 11. Maij 1598. coram Penia.

In Gerunden. Beneficij 11. Decembris 1599. coram Card. Seraphino.

In Barchinonen. Beneficij 23. Ianuarij 1600. coram Card. Pamphilio.

In Papien. Archipresbyteratus 19. Februar. 1601. coram eodem.

In Spoletana Beneficiorum 24. Maij 1617. coram Card. Caualerio.

Prout eas omnes, & alias decisiones posuimus in nostris sæpius citatis *Obseruat. ex Rota Romana in verb. Beneficium. el 4. Obseruat. 35. circa Probationem præsentationis effectuata. num. 710.*

In Bononien. Beneficij Veneris 1. Iulij 1611. coram Vbaldo. est in Recent. decis. 347. num. 1. part. 1.

In Romana S. Thomæ. Luna 14. Ianuar. 1613. coram Pirouano. est in Recent. decis. 423. incip. Fuit resolutum dandum. part. 2. vbi num. 2. dicitur, An aliquando Rota non adhæserit d. cons. Oldrad. ex effectuatione per resignatarium.

In Neapolitana Iuris conferendi Luna 23. Februarij 1615. num. F. coram Manzanedo. est decis. 643. Domini steterunt in decisis in Recent. part. 2.

In Toletana Primiceriatus 5. Iunij 1613. coram Cardin. Cauaier.

In Fauen. Parochialis 18. Maij 1615. coram eodem.

§. 18. OLDRAD. *cons. 268. Quæstio est.*

DECLARATVR à *Ferrett. cons. 102. num. 11. & cons. 258. num. 10. & seq. quem sequitur Rota in Valentina decimarum de Cotalua Luna 10. Decembris 1601. nu. 4. in fin. coram Litta. est in Recent. decis. 48.* quod loquatur in decimis noualium, in quarum concessione debet fieri mentio possessionis, secus in decimis antiquis debitis ex iure com nuni, vel speciali *ad Cassad. decis. 1. de priuileg.* qui de istis non de illis loquitur, vt habes *in decis. Cassad. 1. Fratres minores. in 1. declaration. num. 5.*

§. 19. OLDRAD. & FRANC.

APPROBANTVR à Rota *coram Rubeo*. *Vide Part. 5. cap. licet pater. 4. de sepult. in 6.*

Parisius.

SVMMARIVM.

1 *In Prothocollo an requiratur subscriptio, & signum Notarij.*
2 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, reintegrantur ad successionem.*
3 *Vxor relicta vsufructuaria eius vita durante, & postea alio harede instituto, si hic prædecedat vsufructuariæ, transmittit dictam hæreditatem ad suos hæredes.*
4 *Cippi Domus appellatione, quando possit intelligi de fœminis agnatis.*
5 *Possidens absque vitio potest mutare causam possessionis absque noua apprehensione.*
6 *Restitutio in integrum aduersus aditionem hæreditatis eum sit diuidua non prodest maiori, si à minori petatur.*
7 *Sequestrum qualiter substineatur, cessante suspitione dilapidationis.*
9 *Beneficij collationi, vel possessioni non contradicens, quod censeatur iuri suo renunciare.*
10 *Literæ Apostolicæ possunt plures expediri super pluribus partibus gratiæ, non tamen potest vtriari vna vis electa.*
12 *Notarius recipiens minus idoneum fideiussorem, quando teneatur ad damna, & interesse.*

§. 1. PARISIVS *cons. 12. Transactio ista. num. 124. & 125. vers. tamen alia opinio. lib. 2.* qui in prothocollo requirit subscriptionem, & signum Notarij. Et *Purpurat.* qui *in cons. 572. num. 4.* videtur asserere, quod in prothocollo requirantur omnia, quæ in instrumento publico, de quibus per *Glos. in l. generali. C. de tabul. lib. 10. & allegat 10. de Anan. cons. 33. & deinde affirmat Dec. cons. 447. & Curt. cons. 162.* loqui contra communem opinionem.

REPROBANTVR à Rota *in Parmen. Status Mercurij 7. Februarij 1590. coram Card. Seraphino. Paris.* enim contrariam tuetur opinionem, vt causæ suæ inseruiret, ex eiusdem tamen allegationibus apparet plures, & maioris auctoritatis Doctor. stare pro contraria sententia.

Purpurat. verò fallitur cum dicit *Dec. & Curt.* loqui contra communem opinionem, & ex numero, & pondere Doct. pro cōtraria parte allegatorum patet de contrario, Et non mutatur auctoritate *Castr.* quem allegat *in cons. 195. lib. 2.* quia ibi non negat *Castr.* ex tali nota instrumentum leuari non posse, sed requirit, quod hoc fiat parte citata, & causa cognita, quæ res manifestè arguit talem defectum nō vitiare prothocollū, ita vt fidem non faciat *Angel. verò cons. 275.* quem etiam allegat, est pro contraria opinione. Et tollitur omnis difficultas, quia in hac re potissimum attenditur consuetudo regionis, & Notarij, vt trad. *Cardin. cons. 133. num. 5.* quam sententiam admittit idem *Purpurat. in cons. 183. in fin. & cons. 181. num. 7. & 15.* Et hoc etiam de consuetudine fuerat antea

antea in eadem causa dictum *sub die Ven. 15. Decembris 1589. coràm eod. Seraphino.*

Et fuit sublata omnis difficultas, quia Rota tenet opinionem, quod in prothocollo non requiratur subscriptio, & signum notarij, *vt per Ghisan. decis. 73. & in d. Parmen. Status sub die 7. Februarij.*

§. 2. PARIS. *cons. 85. num. 40. lib. 2. incip. Olim Ser. Candidus.* vbi dicit, quod filia exclusa ad tempus per dictionem, quousque, & similes, tunc demum reintegratur, quando ipsam excludens mortuus est sine filijs, secus si cum filijs decedat, quia tunc non reintegratur.

DECLARATVR à Rota *in Perusina reintegrationis. Lunæ 6. Nouembris 1595. incip. Præsupposito statuto. circa med. in §. Ad cons. Paris. coràm Decano Pegna. est decis. 49. in eius lib. 3. in manuscript.* Quod ista doctrina Parisij procedit in casu sup, quando fæmina excluditur propter masculos, non tamen quando non solum filij primi positi sunt in conditione, sed omnes descendentes ex linea masculina, quia tunc est locus reintegrationi, quàdo omnes deficiũt.

Et vide quæ diximus *Part. 6. ad Statutum Perusin. lib. 2. Rubric. 45. de dotibus, & dotatis, &c.*

§. 3. PARIS. *cons. 97. incip. Vidi processum. nu. 3. & seq. lib. 2. post Bald. in l. id quod pauperibus. 24. n. 27. quæst. 14. in §. ex hoc sequitur. C. de episc. & cleric.*
1 cum alijs ibi citatis. † qui tenet, quod si vxor fuerit relicta domina, & vsufructuaria quousque vixerit, & post eius mortem institutus fuerit alius hæres, quod talis hæres ita institutus, erit hæres purè, & statim & poterit hæreditatem adire, & acquirere dominium rerum excepto vsufructu, quem non poterit consequi, nisi dicta vxore defuncta. In tantum quod si hæres vsufructuariæ prædecedat, ipse hæreditatem transmittet ad suos hæredes. *Ad idem à Paris. nu. 7. & 8. allegantur Castr. & Bart.*

APPROBATVR à Rota *in Romana hæreditatis de Vanninis. Ven. 17. Februarij 1606. num. 1. coràm Card. Marquemontio. est decis. 162. in Recent. part. 2.* vbi quod hæc opinio est verior, & communior, magisq; verbis testatoris inhęrens, vt dicit *Bero. cons. 58. num. 6. lib. 2. quam sequuntur Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 2. & Gayl. pract. obseruat. lib. 2. cap. 143.*

Et in d. decis. num. 4. ad idem approbatur doctrina
2 † *Bart. in l. Titiacum uuberet. num. 2. de legat. 2.* vbi vsufructu finito fuerat dictum quod bona restituerentur hæredi, quod non tantum admittitur hæres, sed hæres hæredis morientis ante vsufructuarium.

3 LIMITATVR dicta conclusio, † vt habetur in eadem *decis. num. 6.* vt non habeat locum, quando quis est relictus hæres nõ solum in vsufructu, sed vniuersalis *ad text. in l. his verbis. de hæred. instit. & §. penult. instit. de hæred. qual. & differ.* Et quod ita procedit decisio in Romana hæreditatis de Castagnola, quia nullus fuerat ibi datus cohæres vniuersalis. *Et in decis. Perusina coràm Brauo.* fuerat vxori relictus vsusfructus in vita, sed etiam eamdem hæredem instituerat in omnibus suis bonis eius vita durante, & post mortem vxoris fratres suos, qui casus satis differebant à casu proposito.

§. 4. PARIS. *in cons. 35. num. 6. incip. Si in præsentibus. & in cons. 47. num. 50. incip. Si consideramus.* vbi dicit, quod cippus domus comprehendit etiam fœminas agnatas.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Mantic. decis. 351. nu. 3. Domini censuerunt non esse.* Quod tunc appellatione cippi fœminæ non excluduntur, quando testator nullam habuit rationem conseruandæ agnationis, sed diuersum est, si testator habuit rationem conseruandæ agnationis, quoniam per fœminas agnatio non potest conseruari. *l. pronunciatio. in fin. ff. de verb. signif. Soccin. Iun. in cons. 168. num. 30. lib. 2. Roland. cons. 56. num. 26. lib. 3. incip. Quoniam ex facto.*

§. 5. PARIS. *cons. 53. nu. 110. in fin. & seq. lib. 3. incip. Dominus Hieronymus.* vbi dicit, quod possides, absq; vitio potest mutare causam possessionis, absque noua apprehensione.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualer. decis. 534. nu. 3. incip. Domini steterunt in decisis.* Quod loquatur in casu, quando fideicommissarius possessionem, quàm antea habebat pro indiuiso, continuauit patiente, & sciente hærede, quæ patientia habet vim traditionis, & maximè, quando cum tali patientia cõcurrit etiam diuturnitas temporis, secus autem si hæres statim post mortem testatoris reclamat, vt vti hæres instituatur, & admittatur ad ipsius bonorum possessionem, & tale *cons. Paris.* fuit tentum à Rota *coràm Card. Pamphil. Iun. in causa Fulginaten. Redintegrationis 24. Maij 1610.*

Et quod causa possessionis superueniente alio titulo censeatur mutata absque alia declaratione, diximus *suprà Part. 2. in verb. Possessio. §. 17. Rota tenet illam opinionem.*

§. 6. PARIS. *cons. 65. Paternum feudum. nu. 59. lib. 3.* vbi dicit materiam confectionis inuentarij esse indiuiduam, & quod propterea maior consequenter ex persona minoris, quod ex propria persona consequi nõ potest, quem sequitur *Sfort. de restit. in integr. p. 1. quæst. 46. art. 5. num. 21.*

DECLARATVR à Rota *in Viterbien. fideicommissi. Merc. 19. Ianuarij 1609. coràm Coccino Decano. est decis. 132. in Recent. par. 2. num. 6.* Quod præfata doctrina non habet locum in restitutione petita à minore post aditam hæreditatem, quia materia est diuidua, 1 prout est *text. apertus in l. si minor. ff. de acqu. hæred.* vbi portio minoris restituti aduersus aditionẽ
2 hæreditatis non accrescit minoribus inuitis. *Roman. in l. cum hæreditate. sub nu. 5. vers. & hanc legem. vbi Imol. sub nu. 3. vers. quintò vero. ff. de acquir. hæred.*

Vltrà quod Parisius reprehenditur *à Phann. de inuentar. part. 2. num. 31.* præsupponit enim id de quo quæritur, nempè, materiam esse indiuiduam.

§. 7. PARIS. *cons. 107. incip. Quæritur primò. à nu. 61. & præsertim. num. 70. vsque ad 86. lib. 3.* vbi voluit, cessante suspicione dilapidationis sequestrum sustineri in vim inhibitionis de non soluendo vigore hypothecæ. *iuxtà l. nomen. C. quæ res pign.*

DECLARATVR à Rota *in Ciuitatis Castelli, seu Romana sequestri. Lunæ 15. Iunij 1615. coràm Buratto. incip. Domini steterunt in resolutione facta. Est decis. 727. part. 2. in Recent.* Quæ est confirmatoria decisionis *654. incip. Pro annullatione. ead. p. 2. in Recent.* in qua vbi *num. 5.* dicitur hoc dictum Paris. posse procedere respectu debitoris inhibiti, qui tenetur inhibitioni parere, aliàs malè soluit, & quod ita loquitur *text. in l. fin. ff. de leg. commiss. ibique Bart. & Bald. Idem Bart. in l. 1. num. 27. quæst. 11. ff. de noui oper. nunc. qui à Paris. citatur.* Sed respectu debitoris alius, qui inhibitionem obtinuit, quod non reperitur immutata regula prohibitiua sequestri, vbi cessat dilapidatio,

vel eius suspicio, & vbi est cautum creditori, vt per fideiussores, prout erat in casu decisionis.

Et inhibitio de soluendo habet vim sequestri, & permissa est, quando fit in executionem iudicati. *Bald. in l. fin. C. de sequestr. possess.*

Vide multa circa sequestri prohibitionem *in dd. decis. 654. & 727. part. 2. in Recent.*

§. 8. PARIS. *consil. 45. Ruit monitorium. num. 12. & seq. lib. 4.*

DECLARATVR à Rota *in Carpentoratem. pensionis.* quam declarationem.

Vide *suprà in Part. I. in decis. Segobien. pensionis. 16. Maij 1598. coràm Corduba. n. 8. fol. 303. in fin.*

§. 9. PARIS. *consil. 76. incip. An Capituli facta. nu. 14. lib. 4.* Quod habens ius in beneficio, si eo præsente, & tacente de illo prouidetur alteri sibi præiudicat, & dicitur renunciare.

APPROBATVR à Rota *in Portuen. bonorum. Vener. 4. Nouembris 1575. coram Card. Seraphino. nu. 6. & 7. est decis. 269. in impress. & allegatur etiam Soccin. consil. 115. lib. 3.* Et licet *in d. Portuen.* Rota nihil firmauerit, & tenentes pro contraria parte respondebant ad dicta consilia Parisij, & Soccini.

SEQVITVR tamen *d. Paris. cons. Rota in Campanien. Canonicatus. Lunæ 26. Octobris 1598. n. 1. coram eodem Seraphino. est decis. 1298. in impress.* vbi de eo qui citatus non contradixit possessioni Canonicatus super quo ius prætendebat.

SEQVITVR dictũ consilium Parisij Rota *in Burgen. Canonicatus. 28. Martij 1583. coram Card. Lancellotto Senior. est decis. 1. tit. de collat. inter eius selectas in manuscript. incip. Canonicatu vacante.* vbi quod Archiepiscopus per quinque menses non contradicens prouiso à Capitulo, eumquè in possessione existentem non molestans non censetur sibi præiudicare, nec iuri suo renunciare cum habeat tempus sex mensium ad contradicendum, nisi pro parte Capituli probarentur contrarij actus positiui circa dictam approbationem.

SEQVITVR idem consilium Rota *in Lucana Canonicatus. Vener. 22. Iunij. Et in eadem Vener. 21. Nouembris 1584. coram Orano. illa est decis. 44. ista 55. in eius lib. 1. in manuscript. illa incip. Fuit per Dominos. Ista verò, Domini steterunt in decisis.* vbi quod Ciampantes sibi præiudicauit, licet non interfuisset collationi factæ, tamen fecerat actus positiuos in recognoscendo Martinum in confratrem in adeptione possessionis vigore collationis sibi factæ; Nequè obstare dictum *Imol. in cap. ex pre. de his quæ fiunt à maiori part. capit.* quod non censeatur iuri suo renunciare; quando quis est præsens actui necessario, & coacto, & quem non potuit impedire. Quia procedit in tacente, non autem in faciente actus positiuos.

SEQVITVR idem *consil. Paris.* Rota *in Romana Beneficiatus S. Petri. Lunæ 2. Decembris 1591. coram Gypsio. est decis. ... in eius lib. 1. in manuscript. incip. In alia positione.* vbi quod collatio, & possessionis traditio facta sciente, & non contradicente Paride Canonico qui prætendebat collationem ad se spectare vigore distributionis hebdomadatum, ipsi præiudicauit.

DECLARATVR illud *Paris. consil. 76.* à Rota *in ... Vener. ... Martij 1600. coram Pegna. est decis. ... in eius lib. ... in manuscript. incip. Prætendebant Præpositi. & habetur decis. 25. part. 2. in Recent.*

num. 3. Quod præsens & tacens collationi videatur renunciare iuri suo, Parisius intelligat de iure respectu tituli, non autem de iure respectu bonorum, prout erat casus illius decisionis; cum inter vtrumquè ius latum sit discrimen, cum ius respectu tituli non possit esse penès plures, secus verò respectu bonorum, cum vt ibi dicitur, potuerit esse penes Capitulum tamquàm Dominum, & respectu tituli penes Præpositos.

§. 10. PARIS. *consil. 77. In causa ista. nu. 7. & seq. lib. 4.* vbi dicit, quod quando quis expediuit beneficium tamquàm vnitum, non potest posteà expedire in titulum, cum ista tamquàm repugnantia non possint concurrere, & nõ possit quis vti gratijs contrarijs sibi concessis sub eadem data, & succumbens in vna non potest tueri ex alia contraria.

APPROBATVR à Rota *coràm Lancellotto Sen. in Hispalen. pensionis. 23. Ianuarij 1572. incip. Supplicatio reformationis. est decis. 175. inter eius select. in manuscript. sub tit. de spoliat. restit. decis. 2.* vbi sequitur *decis. Mohed. 140. aliàs 11. de restit. spoliat. incip. In eadem causa.* vt notauimus *sup. Part. I. ad Mohed. d. decis. 11.* vt ibi potest videri, *& in fin. approbatur Paris. hoc cons. 77. fol. 359.*

§. 11. PARIS. *consil. 90. num. 12. lib. 4. & Vitalin. & Cas. de Grass.*

DECLARANTVR à Rota. Vide *in decis. Valentina emolumentorum, seu administrationis. 2. Decembris 1587. coram Bubalo. fol. 422.*

§. 12. PARIS *de Put. in tract. de sindicat. part. 3. §. si iudex. in princip.*

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Plat. in vna Romana Pecuniaria. Lunæ 19. Februarij 1590. incip. Licet regulariter. est decis. 165. in eius lib. in manuscr.*

Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circa Leges. ad l. 1. ordinem. §. si præses. ff. de magistr. conuen.*

Paulus à Monte Pico.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio ad Iuspatronatus non spectat ad vsufructuarium.*

§. 1. PAVLVS à MONTE PICO *in l. Titia. §. Titia cum nuberet. quæst. 39. nu. 106. aliàs 129. vers. nec obstat. de legat. 2. & habetur Tom. 4. Repetitionum Ciuilium fol. mihi 261. col. 1.* vbi volt, præsentationem ad Iuspatronatus non spectare ad vsufructuarium, cum illi dumtaxat fructus spectent ad vsufructuarium, qui sunt pro alimentis destinati, in quo genere non reperitur præsentatio.

REPROBATVR à Rota *in causa Alexanen. beneficij Vener. 29. Martij 1591. coràm Card. Mant. nu. 5. vers. Nequè iure.* Quia vsufructu legato omnes fructus ad vsufructuarium spectant. *l. vsufructu legato. ff. de vsufruct.* & nulla res est, quæ non cadat in vsufructum. *l. vsufructu bonorum.* & ibi not. *Alex. ff. ad l. falcid. l. vxori meæ.* ibi, omnium pertinere. *de vsufr. legat.*

Maximè si est relictus vsusfructus omnium bonorum, quia non videtur tunc relictus pro alimentis tantum; quia hoc casu restringi deberet tantũ ad vsum, & tamè inter vsum, & vsumfructum magna est differentia, vt colligitur ex *l. 1. & toto tit. ff. de vsufruct. & l. plenum. post princip. & tot. tit. de vsu, & habit.* Constat etiam aliud esse titulum *de vsufruct. legat.* alium *de aliment. legat.* Nequè legatum vsusfructus

restringi

restringi debet ad alimenta, nisi fuerit expressum, *Angel. in conf. 338. num. 7.* & hoc certo certius est, vt apparet ex prædictis iuribus.

Pedemontanæ Decisiones.

SVMMARIVM.

2 *Clausula, Ad habend. quando dicitur posita in executiuis, & quando in dispositiuis.*

§. 1. PEDEMONTANA *Decis. 119. nu. 3. & Dec. cons. 377. In casu. num. 3.*
REPROBATVR à Rota. Vide *in §. 18. Dec. cons. 377. In casu. num. 3. & Pedemont. decis. 119. nu. 3.*

§. 2. PEDEMONT. *Decis. 164. Aliæ sæpè. n. 3.* Quod clausula, ad habend. tunc dicatur posita in executiuis, quando est posita in clausulis loquentibus de inuestitura, & de traditione possessionis.

DECLARATVR à Rota *in Nonantulana bonorum Luna 14. Iunij. 1510. corã Card. Sacrato. est decis. 294.*
1 *in Recent. pars. 2. num. 7.* Vt † tunc dicatur posita in executiuis dicta clausula, quando adijcitur ex interuallo post perfectam dispositiuã, secus si immediatè post, vt declarat illamet *decisio sub num. 1. in princip. & sub num. 2. in fin.* Et in casu dictæ decisionis Rotæ posita erat post dispositiuam, & sic suum operabatur effectum, secus si esset in executiuis. *Pur. decis. 396. lib. 1. quod etiam tenuit Rota in Camerinen. domus 4. Iunij 1593. coràm Gypsio.*
2 Eiusdem clausulæ † effectus qui est, vt faciat emphyteusim transitoriã ad extraneos, impeditur, quando est personalis, & restricta ad primos inuestitos. Item vbi adest expressa prohibitio alienandi, vel pactum, quod emphyteosi finita per mortem vltimi inuestiti res locata cum melioramentis ad locantes reuertatur, prout erat *in decisione Romana domus 9. Martij 1609. coràm Manzanedo.* quæ decisio non procedit quando dicta clausula non est ita restricta, prout *in d. Nonantulana.*

Petra.

§. 1. PETRA *de fideic. prohib. quæst. 6. num. 15.*
REPROBANTVR à Rota. Vide *in §. 21. Dec. cons. 636. Prima facie. num. 6.*

Petrus Aldobrandinus.

SVMMARIVM.

1 *Iuris congrui Constitutio Gregoriana procedit in vicino coherente, & contiguo à parte anteriori domus in facie, non in posteriori, & interiori parte.*

§. 1. PETRVS ALDOBRANDINVS Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocatus fel. rec. Clementis Papæ Octaui germanus frater, & Pater Eminentissimi recol. mem. Petri Cardinalis Aldobrãdini S. R. E. Camerarij, in celebri illo suo consilio super Constitutione Gregorij Decimitertij super iure cõgrui, Vbi consuluit, beneficium dictæ Constitutionis non suffragari vicino cohærenti à parte interiori, seu posteriori, & quando facies publica ædificij, Vrbisq. ornatus, quem principaliter dicta Constitutio intendit, non inde speciosior euaderet. Idquè iuribus, & quindecim exemplis in causis in Rota occursis etiam ipso informante confirmauit, in quibus & alijs plurimis ita iudicatum, & sententiatum fuisse restatur.

APPROBATVR à Rota *coràm R. P. D. Merlino in causa Romana retractus sub die Lunæ 29. Ianuarij 1629. incip. Dominus Leonellus. non longè à fin.* Quæ decisio habetur inter recollectas à dilecto filio Paulo Rubeo *in 1. Volum. decis. 242. nu. 42.* vbi dicitur hoc celebre consilium esse passim receptum, præsertim in Sacro Cameræ Apostolicæ Tribunali. Idem in eadẽ causa coràm eodem *sub die Mercurij 23. Ianuar. 1630. incip. Permanserunt Domini.* Quæ etiam habetur *in primo d. Volum. in decis. 339. num. 16.* vbi dicitur celebre consilium. Idem antea dixerat, & de eo facit hic Rota mentionem, *bon. mem. Stephan. Gratian. Discept. forens. iudic. c. 503. incip. Non est locus. nu. 14. & cap. 947. incip. Domus, de qua agimus. num. 16.* vbi dicit, quod multis ratiotionibus defenditur opinio dicti Petri Aldobrandini, & propterea non esse ab ea recedẽdum tamquam per multiplicem obseruãtiam approbata. Et cum ita fuerit sæpè iudicatum, vt patet ex sententijs in dicto consilio adductis ex quibus quindecim numerantur inter alias, quæ possent adduci, vt in eodem consilio dicitur; vt propterea non sit alia dissimilis sententia ferenda, vt ibidem dicit *Gratian.* iuxta ea, quæ latè dixerat *in cap. 544. Ex illa ratione. à num. 33. vsquè ad nu. 37.* vbi probat, quod non est iudicare exemplis, quando iudicatur iuxta declarationem factam per summum Tribunal, prout est illud Cameræ Apostolicæ, & Sacræ Rotæ, cum debeaot sequi exempla summorum iudicum, ex iuribus, & rationibus ibidem adductis, *vsquè ad d. n. 37.*

ANNOTATIO.

Cum præsens Aldobrandini Consilium celebre sit, & in praxi receptum, placuit in gratiam Curialium hic illud per extensum ponere, cum non ita facilè ab omnibus præ manibus habeatur, facta mihi copia ab eodem R. P. D. meo Merlino, cuius Ingenij acumen pluries sum admiratus, vt meritò ad huius Sacri Rotæ Tribunalis consessum fuerit euectus, & ad maiora expectatus. Tenor autem præsentis Consilij est, qui sequitur.

CONSILIVM PETRI ALDOBRANDINI Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocati.

Illustrissime Domine. Dominus Flaminius ad prætensum retractum non potest venire, nisi in vim Gregorianæ, cum alioquin ei obstet ius commune, *l. dudum. C. de contrahen. empt.*

Sed iam receptissimum est, quod per hoc ius Gregorianæ non tribuitur parti posteriori, & interiori alicuius domus, vt possit retrahere domum ei ex illa parte tantum hærentem, verum anteriori dumtaxat, & faciei, adeò, vt hæc incorporatio dari non possint, & Bullæ locus non sit, vt millies constitutum, & sententiatum fuit, taliter quod hæc consuetudo interpretatiua vim hodie obtinere debeat text. est *in cap. cum dilectus. de consuet.* vbi omnes Doct. & pluries resoluit Rot. etiam me informante.

Plurimi autem sunt in quibus ita iudicatum fuit quorum nonnullos tantum referam.

Et Primò, In causa inter Bernardum Titirum, actorem ex vna, Magistrum Benedictum Morticum, & D. Franciscum Blondum ex altera propè Plateam Cattinariorum de anno 1581. die 28. Ianuarij, in qua dicti Franciscus, & Benedictus absoluti fuerunt ab intentata rescissione venditionis per Bernardum.

Secundò, Inter D. Antoniũ Melesiũ, & D. Annibalẽ de Rinaldis, vbi absolutus fuit Annibal à simili petitione

tione D. Antonij, & dicitur in sententia super rescissione venditionis domus existen. in quodam vico versus Turrim sanguineam sub die 9. Maij 1581.

Tertiò, Inter D. Martium Vellium actorē, & Dominum Franciscum Barberinum, nā absoluitur Barberinus sub die 12. Augusti 1581.

Quartò, Inter Illustr. D. Alphonsum Soderinum, & Antoninam Coniugem ex vna, & Thomam Zappellam reum conuentum ex altera, in qua fuit absolutus D. Alphonsus die 28. Maij 1581.

Quintò, Inter Pompeium Zucchettum, & Magistrum Angelum de Pecchis Vascellarium, sed pariformiter absoluitur Magister Angelus die 12. Nouembris 1581.

Sextò, Inter Magistrum Antonium Riccardum Commentarium actorem, & Octauium Arigonium, absoluitur Arigonius die 12. Nouembris 1581.

Septimò, Inter D. Alexandrum Capoccesalū actorem ex vna, & Iacobum, & Dominicum de Compagnis die 17. Iunij 1582.

Octauò, Inter Dominum Antoniū Lianum reum, & Camillum Caietanum actorem; absoluitur Lianus die 15. Iunij 1583.

Nonò, Inter D. Hieronymum Ruizzium actorem, & Dominicum Luparellum reum, absoluitur Luparellus die 13. Iunij 1583.

Decimò, Inter Candidum Zitellum actorē ex vna, & D. Flaminium Natalis, & Moniales Sancti Sixti, absoluitur Flaminius 12. Februarij 1583.

Vndecimò, Inter Illustr. D. Augustinum Lancellottum actorem, & D. Vincentium Bolognettum reum, absoluitur Bolognettus.

Duodecimò, Inter D. Thomam Pallauicinum actorem, & Bartolettum reum, absoluitur Baccolettus 21. Maij 1583.

Decimotertiò, Inter D. Lancium, & Vrsum de Varijs, & lites consortes.

Decimoquartò, Inter D. Ioannem Vignodi, in qua fuit absolutus is contrà quem Vignodus agebat.

Decimoquintò, Inter illos de Carimbertis cum quibusdam suis vicinis ex parte posteriori, qui absoluti fuerunt. ¶ Vltrà quos casus possem plurimos referre si expediret.

Ratio huius interpretationis pro nunc ea affertur, quia constitutio principaliter respexit ad eum, qui in publico, & in conspectu ac facie ipsius Ciuitatis apparet, atquè omnibus patens est non autem interiorem, & qui in priuata tantum commoditate, seu vtilitate vicini consistit. ¶ Probat hoc primò *text. in l. 2. in fin. C. de priuat. ædific.* in illis verbis, *sed nec Dominis ita transferre licet, vt integris ædificijs depositis publicus deformetur aspectus*, sicquè deformitas, & ornatus publici aspectus non autem priuatus consideratur; aspectus autem in facie consistit, non autem in interiori parte, quæ semper in priuato nec remanet, nec vnquam in publicum proditur. ¶ Secundò *text. in l. 8. C. eod. in princip.* dum dicitur, *An in totum ex ruina domus licuerit, sicut non eandem faciem in Ciuitate restituere*, apparet, quod facies ipsa quæ in fronte & conspectu Ciuitatis est magis quam cætera omnia considerantur, & ideò hortus & alia similia non sunt tanti ponderis, quantum ipsa publica & patens facies domorum. ¶ Tertiò *text. in l. præscriptio. C. de oper. pub. ibi. diruenda sunt omnia, quæ per diuersas Vrbes in foro, vel in publico quocunque loco contrà ornatum, & commodum, ac decorem faciem Ciuitatis extructa noscuntur*, ponderanda enim sunt illa verba, *decorem, faciem Ciuitatis extructa*, & sic notandum est, quod semper refertur Imperator ad id quod publicè patet, & quod faciem Ciuitatis respicit; proptereà quod non consideratur, nec tribuitur aliquod parti, quæ non versatur circa faciem Ciuitatis, & circa decorem talis faciei; publica enim facies, & publicus aspectus est is, cui à lege tribuitur priuilegiū, non autē ea pars, quæ non apparet, & quæ numquàm in publicum prodit, aut conspicitur, vt pluribus comprobare possem, & in hoc etiam sunt plura verba Constitutionis clara, quæ ad hanc Ciuitatis faciem, non autem ad id quod perpetuò in priuato, & intra priuatos manet, referuntur vt Reuerendissimus D. meus ex se ponderare poterit.

Et ideò cum grano salis in hoc casu dixit Pontifex *vicinus qui rem aliquam immobilem illi contiguā habuerit*, quia noluit simpliciter esse vicinos, sed etiam contiguos, vt scilicet posset fieri talis incorporatio, quæ faciem domus, & aspectum illius, atquè ipsius Ciuitatis decoraret: Hinc etiam subiunxit, *ibi ædificaturos, & de ædificando ibi ad certam summam* hoc de ædificando in ipsa contiguitate faciei illius ad publicum decorem Ciuitatis, qui incontinenti sese oculis offert propter illam dictionem, *ibi*, refertur ad ipsam contiguitatem, vt scilicet, ædificans faciem sit in ipsa contiguitate illa domorum, quæ versatur in faciem illorum, & publico aspectu: aliàs enim sufficeret quod ædificaret solum in parte interiori, vbi cū ea tantum cohæret, & propter illam dictionem, *ibi*, ea enim contigua dicuntur secundum Arist. quorum terminus est vnus, & idem, & datur exemplum de aqua in vase, quæ est vasi contigua, sed in se continua, vt dicit *glos. quam ibi sequuntur Doct. Franc. & alij cap. 3. contiguum. de consecr. eccles. vel alt. in 6.* vnus autem & idem terminus est in ipsa facie, & publico aspectu, qui immediatè oculis transeuntium se se offert: & colligitur hoc in dictorio meo, & in eo satis benè, *& text. in l. in his. vers. domus ex his, quæ ibi latè prosequitur Luc. de Penn. C. de præd. & omn. reb. nauicul. lib. 11.* voluit enim Pontifex dictū tantum faciei & prædicto ornatui dumtaxat prospicere, & ædificationi in illa tātum parte, nec de posterioribus, aut interioribus partibus domus curauit, quemadmodum videmus multas domos propterea dirutas fuisse, quæ in anteriori earum parte desertæ & defectuosæ remanserunt, vt satis sit, vt talis domorum facies cum alijs contiguis domibus ornata, & directa remaneat, quia, vt inquit Imperator *in d. l. in his. & probat ibi Luc. de Penn.* nimis grauantur, & deprauantur homines in ædificatione magnarum domorum, & proptereà huic tantum parti quæ versatur in publico voluit prospicere Summmus Pontifex, atquè in hac ad ædificandum grauare pro mercede illius priuilegij retractus, quod à publico; hoc est, à lege Pontificia conceditur.

Et hæc circa huiusmodi caput satis dicta sint.

Ex quibus, &c. *Petrus Aldobrandinus Aduocatus.*

Petrus de Perusio.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 *Vnione facta, quod bona remaneant penes Ecclesiam vnitam, quomodo procedat.*

§. 1. PE-

§. 1. PETRVS de PERVSIO *de vnion. cap. 2. n. 11. cum seq.* vbi dicit, quod bona remanent penes Ecclesiam vnitam.

DECLARATVR à Rota *coràm Cotta decis. 441. in manuscript. Est in Marianen. pensionis. Vener. 17. Decembris 1584. incip. An in casu.* Quod procedat quando vnitur Ecclesia, vel titulus beneficij, secus quando vnitur prædium, quia tunc talis doctr. non potest subsistere.

Picardus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi an præferatur Archidiacono.*

§. 1. PICARDVS *inter consil. Menoch. consil. 52. Dubia semper.*

Vide *suprà ad §. 5. Menoch. cons. 51. Cum rerũ omniũ.*

Præpositus.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus in Ecclesia Collegiata nõ est constituẽdus.*
2 *Legitimatis, quando pater possit plus relinquere, quam filijs legitimis, & naturalibus.*

§. 1. PRÆPOSITVS *in cap. bonæ. 51. num. 15. vers. Fallit sextò. extrà de appellat.* vbi dicit, quod Oeconomus in Ecclesia Collegiata non est constituendus.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Mantic. decis. 107. nu. 9. incip. Decisum fuit deputandum.* Quod illud non procedit, quando sumus in Ecclesia, vbi licet adsint beneficiati, tamen non habent commune sigillum, neque commune archiuium, neque simul conueniunt pro rebus communibus, quæ sunt signa Ecclesiæ Collegiatæ. *cap. dilecta. de exceß. prælat. Io. Andr. & alij in cap. nobis. de iurepatr. Imol. in cap. postulasti. eod. tit. Roma cons. 346. num. 6. & seq. incip. Pro indulto. Alex. cons. 75. nu. 2. lib. 4. incip. Visis, ac ponderatis.*

§. 2. PRÆPOS. *in cap. per tuas 12. sub nu. 28. vers. quod secus foret. extrà qui fil. sint legit.* ROLAND. *in cons. 161. num. 25. lib. 2. Viso themate.* GOZZAD. *in cons. 6. num. 17. Circa primum.* BERO. *in cons. 172. num. 45. lib. 2. Et si nunc.* RVIN. *in cons. 60. num. 6. lib. 3. In præsenti consultatione.* BRVN. *inter cons. vltim. volunt. cons. 175. n. 80. & 81. lib. 1.* vbi dicunt, quod filius naturalis legitimatus per rescriptum in forma amplissima, ab habente potestatem reducendi filios naturales ad pristinum statum, & legitima iura naturæ, hoc casu, pater potest plus relinquere legitimatis, quam legitimis, & naturalibus, cum legitimatus sit verè legitimatus, & in eis cesset omnis fictio, & in nihilo differunt à legitimis, & naturalibus.

DECLARANTVR à Rota *coràm Card. Pamphil. Senior. in causa Nullius* Legitimationis *Lunæ 20. Apr. 1587. incip. Dubitaui præsupposita. est decis. 101. in eius lib. in manuscript.* Quod eorum dicta procedant, maximè quando in legitimatione in specie adest, quod legitimati possint succedere, etiam cum præiudicio filiorum, & filiarum legitimarum, vt in his terminis ponderat *Ruin. cons. 87. num. 23. lib. 3. Quia Matthæus.* Et adsint amplæ derogationes, quibus dici possit satis fuisse derogatum dispositioni. *l. commune. 9. §. fin. C. de natural. liber. & §. variè. 5. auth. quib. mod. natural. effic. sui.*

Et hoc eò magis habet locum, quando sumus in loco, vbi adest statutum, quo excluduntur fœminæ propter masculos, & ex legitimatione dicatur, quod isti legitimati comprehendantur in statuto loquente de legitimis, & naturalibus, cum certum sit, quod tunc legitimatus est habilis ad excludẽdas fœminas. *Put. decis. 202. Die Lunæ. lib. 3.* & consequenter potest ei plus relinqui. *Ias. cons. 68. in fin. lib. 3. Bero. d. consil. 172. num. 45. & cons. 174. nu. 15. Roland. cons. 95. num. 16. lib. 3.*

Quando procedat *d. l. commune. 9. §. fin. & §. variè.* Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. ad easdẽ leges.*

Probus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum vt reprobetur sufficiunt testes idonei, non autem omni exceptione maiores.*

§. 1. PROBVS *ad Monach. in cap. Mediatores. 1. de testib. in 6.* Cum *num. 11.* dicit ad reprobandum instrumentum debere probationes esse manifestissimas in superlatiuo gradu ex ibi allegat.

REPROBATVR à Rota *coràm Decano Pegnæ in Bononien. Census. 19. Octobr. 1598. incip. Transmisit Stephanus. Est decis. 142. in eius lib. 4. in manuscript.* Vbi dicit, quod ad reprobãdum instrumentum concludentissima probatio sit saltem per testes idoneos, reprobata opinione *Prob. ad Monach. loc. cit.* asserentis tales testes debere esse omni exceptione maiores, & hoc ex sententia *Rotæ coràm Card. Seraphin. decis. 1191. sub num. 4.*

Ad quam etiam not[illegible]mus *sup. Part. 1. ad d. decis. 1191. quæ est in Parmen. Status.*

§. 2. PROB. *ad Io. Monach. in cap. sæpè contingit. 1. de temp. ordin. in 6. In addit. num. 7. & seq.*

APPROBATVR à Rota. Vide, quæ notauimus ad *d. cap. sæpè contingit. num. 4. & seq.*

Purpuratus.

SVMMARIVM.

§. 1. PVRPVRATVS *cons. 572. num. 4.*

REPROBATVR à Rota. Vide *in §. 1. Paris. cons. 12. Transactio ista. num. 124. & 125. versic. tamen alia opinio. lib. 2.*

Rebuffus.

SVMMARIVM.

1 *Rebuffo attestanti de stylo Curiæ Romanæ non creditur, quia numquàm fuit in Curia.*
2 *Illegitimus dispensatus ad ordines etiam sacros non est capax pensionis Ecclesiasticæ.*
3 *Masculinum an comprehendat fœmininum propriè, vel per extensionem.*
4 *Stuprata etiam de loco ad locum non traducta dicitur rapta.*

§. 1. REBVFFVS cum attestatur de stylo Curiæ Romanæ non est ei credendum, quia numquàm fuit in Curia Rota *coràm sanctiß. Aldobrand. in vna Pharen. pensionis. est decis. 233. part. 1. diuers. num. 17. nec apud ita tenentes.*

§. 2. REBVFF. *in prax. tit. de dispensat. ex defect. natal. num. 48.* cum dicit illegitimum dispensatum ad ordines etiam sacros non esse capacem pensionis Ecclesiasticæ.

REPROBATVR à Rota, quæ seruat quod illegitimus

timus si sit clericus, est capax pensionis absquè alia dispensatione super illegitimitate.

Vide *in §.1. Gig. de pension. quæst.16. & Rebuff. in praxi.*

§. 3. REBVFF. *in l.1. de verb. signif. longè post princ. vers. Ego verò.* vbi dicit, masculinum comprehendere fœmininum, neq; hic esse faciendam illam exactam dubitationẽ an propriè, vel per extensionem, seu per interpretationẽ masculinũ complectatur fœmininũ.

REPROBATVR à Rota, quia loquitur contrà communem Doct. opinionem, vt dicitur *in Cervien. bonorum. Luna 7. Februarij 1583. coràm Card. Seraphino.* de qua communi opinione testatur *Gabr. de verb. signif. conclus.6. num.41.* masculinum enim non concipit fœmininum ex propria significatione, sed per extensionem, & interpretationem, aut propter rationis identitatem.

§. 4. REBVFF. *in l. Marcellus. col.1. vers. rapere propriè. ff. de verb. signif.* volens, stupratam etiam de loco ad locum non traductam dici raptam.

REPROBATVR à Rota, cum eius opinio sit communiter reprobata, vt dicitur *in Pampilonen. matrimonij. Ven.13. Aprilis 1584. coràm Orano. post Marsil. ad l. fin. nu.17. C. de rapt. & singul.65.* Ad raptum enim non sufficit constupratio inscijs parentibus, nec persuasio aliorum de parentela, sed præter violentiam requiritur de loco ad alium libidinis causa amotio. *Castr. in l. raptores. n.4. C. de episc. & cleric. Dec. cons.284. num.8. Ferrett. cons.65. nu.3. Clar. qui multos adducit in verb. Raptus.*

Vnde quæ fuit in domo paterna absquè renitentia sub spe futuri matrimonij constuprata, non dicitur rapta, & sic ei non obest obtenta dispensatio cum clausula, dummodo ab aliquo ipsa rapta nõ fuerit, in quibus terminis dictæ clausulæ est *cons. Ferrett. alleg.*

Præterea Rebuffus loquitur de ea, quæ fuit per vim in domo stuprata, & de ipso stupro fuit facta mentio in dispensatione.

Et vide *in nostris Obseru. ex Rota Romana in verb. Raptus. Obseruat. vnic. §.1. Ad Raptum non sufficit constupratio. per tot.*

Riminaldus Senior.

§. 1. RIMINALDVS SENIOR *cons.114. lib.1. & CEPHAL. cons.244. per tot. circa materiam Auth. præterea. C. vnde vir, & vx.*

REPROBATVR à Rota *in Romana successionis quarta. Ven.22. Maij 1609. coràm Reuerendiss. Manzanedo. incip. De tempore matrimonij. nu.40. habetur in tract. Saluian. per Statil. decis.174. in secunda impress. post Surd. de alim. tit.9. quæst.35. num.19.*

§. 2. RIMINALD. *cons.294. lib.2.*

DECLARATVR à Rota, vt habes *Part.1. ad Put. dec.98. lib.1. in §. sequitur secundò. nu.8. fol.533.*

§. 3. RIMINALD. *cons.398. num.21.*

REPROBATVR à Rota, quod malè & sine auctoritate fuerit locutus. Vide *in §.1. Gram. decis.35. incip. Cum fuisset. num.4.*

Ripa.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio quando est facta duobus, si vterque sine filijs decederent, locum habet etiam si primus decedat cum filijs, & secundus sine filijs.*

2 *Negatiua scripturarum probatur ex exhibitione, si scriptura sit authentica, & in actu, qui de necessitate requirat scripturam, vel quod fiat apud acta, aliàs secus.*

3 *Patronus quis non constituitur ex admissione compatroni ad præsentandum, & qualiter ei præiudicaret, & successoribus.*

4 *Præscriptio, an consuetudo dicatur, quando agitur, vt auferatur ius à Communitate, & illud Episcopo acquiratur.*

§. 1. RIPA *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. num.112.*

REPROBATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis.296. num.2. incip. Placuit Dominis.* vt ibi per te vide. *& num.6. etiam declaratur, quod dicit idem Rip. in d. l. num.136.*

§. 2. RIPA *in d. c. Cum Ecclesia Sutrina. num.82. vers. quartus modus. de caus. possess. & propriet.* vbi quod negatiua scripturarum probatur ex exhibitione.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Seraphin. decis.889. incip. Dominus Petrus. nu.5.* vbi quod hoc procedit in scriptura authentica, & nõ habet locum, vbi de necessitate actus non erat redigendas in scripturam in eo libro, vel in his scripturis, quæ exhibentur, vt in exemplo Ripæ, de donatione non insinuata, debet enim insinuatio de necessitate redigi in scripturam, vel fieri apud acta, ideòquè eorum exhibitio negatiuem probat, & seclusa tali necessitate aliquid describendi in aliquo libro, vt erat in casu decisionis, potest quidem, ex exhibitione probari affirmatiua non autem negatiua.

§. 3. RIPA *in cap. cum Ecclesia Sutrina. nu.93. in fin. post sextum requisitum. de caus. possess. & propter.*
1 Vbi † voluit ex præsentatione inferri præiudicium contrà eos, qui aliquem commiserunt ad præsentandum.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Marquemõtio in Cometen. Iurispatronatus 1. Decembris 1606.*
2 Quod † hoc procedat, vt admissio patroni constituat quidem non patronum in quasi possessione præsentandi, sed nullo modo facere illum patronum. Et hanc *Decis.* sequitur Rota *coràm eodem Marquemontio in Veglauanen. Iurispatronatus 24. Ianuarij 1611. Est decis.284. p.1. in Recẽt. vbi n.7. et* 8. dicitur quod ita etiam distinguit *Lambert. de Iurepatr. in 1. part.*
3 *lib.2. quæst.3. art.17. nu.11.* † Et additur *nu.8.* quod ista quasi possessio iuuaret contrà admittentem, non contrà successores, nisi esset continuata per quadraginta annos. *Gemin. cons.123. num.3. Rot. diuers. decis.228. num.4. part.1.*

Quod etiam notauimus *suprà Part.1. ad Marquemontium in d. Cometen. Iurispatronat. fol.441. col.2.*

§. 4. RIPA *in cap. cum Ecclesia Sutrina. 3. nu.124. extrà de caus. posseß. & propriet.*

APPROBATVR à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in hac Part. in §.11. Abb. in cap. ex literis. 2. extrà de consuetud.*

§. 5. RIPA *in respons.23. & 34. lib.2.*

DECLARATVR à Rota *coràm Achill. decis.356. aliàs 10. de priuileg. nu.2. incip. Indultum Cardinalis.* vbi dicitur, an in indulto Cardinalis, per verba ibi relata comprehendantur beneficia electiua. Et dictum *Rip. in supradict. loc.* vel non sit verum, vel procedere tantum in casu, quo capitulum non prouidisset, vel non contradiceret.

Roc-

Rocchus de Curte.

SVMMARIVM.

1 Iuspatronatus si spectat ad aliquos vti singulos, non vti vniuersos, attenduntur stirpes, non capita.
2 Præsentatio de absente, quando valeat.
3 Patronus quando possit variare in præsentando.

§. 1. ROCCHVS de CVRTE in tractat. de Iurepatr. in vers. Ipse vel is à quo. nu. 2. & seq.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus infrà Part. 5. circa Leges. ad Clem. Plures ab vno 2. de Iurepatr.

§. 2. ROCH. de CVRT. de Iurepatr. in verb. Honorificum. quæst. 6. sub num. 27.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus suprà in hac Parte. §. 3. Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 11. artic. 3.

§. 3. ROCCH. de CVRT. de Iurepatr. in verb. Honorificum. quæst. 23. vbi dicit, quod in Iurepatronatus, quando vnus patronus præsentauit vnũ, & alius alium, si oriatur lis inter præsentatos, quod vnusquisque prætendat se esse instituendum, & præferendum, quod tunc potest patronus alium præsentare, lite pendente inter præsentatos, & sic potest variare iuxta cap. cum autem. de Iurepatr.

APPROBATVR à Rota in vna Pampilonen. Parochialis de Virizola Lunæ 12. Octobr. 1562. coràm Rubeo. Est decis. 294. in eius lib. in manuscript. incip. An in casu. Vbi quod Rota tenuit distinctionem Roch. hoc loco per rationes ab eo adductas.

Et reseruauit Rota ibidem videre, an esset in Collegio propter d. cap. cum autem. cui non permittitur variatio, vt dicitur in fine dicti textus.

Rolandus.

SVMMARIVM.

1 Restitutio tamquàm spoliato non datur ei, qui per decennium se absentat à re, quam possidet.
2 Locus exemptus an constituat territorium de per se.
4 Legitimatio, quando pater possit plus relinquere, quàm filijs legitimis, & naturalibus.
5 Statutum quamuis non liget loci dominum, ligat tamen filios.
6 Pater non habet vsumfructum in portione bonorum filij concurrentis cum patre in successione prædefuncti fratris.

§. 1. ROLANDVS in cons. 50. incip. In hoc remedio. n. 16. lib. 2. quod ei, qui per decennium se absentat à re, quam possidet, non est concedenda restitutio tamquàm spoliato.

DECLARATVR à Rota in Mediolanen. fructuum Lunæ 30. Maij 1583. coràm Card. Plato, quod hoc non extenditur ad eum, qui medietatem fructuum percepit loco pensionis per triennium, & postea per decennium non exegit, quia non propterea sequitur, quod non sit restituendus, cum constet deprimo extremo, & sic de possessione plena, secus verò in illo, qui se absentauit, cum tertius non dicatur spoliare, isto casu stante possessione vacua.

§. 2. ROLAND. cons. 33. incip. Illustris quondam. num. 44. lib. 3. vbi multos adducit Doct. tenentes, locum exemptum constituere territorium de per se. Et quod loquuntur per modum æquiparationis, & impropriè, & quoad certos effectus, cum realiter distinguantur. vt in Volaterrana infracitanda. n. 2. & 3.

APPROBATVR ista Declaratio à Rota in Volaterrana Iurisdictionis 14. Ianuarij 1581. coràm Brano. est in nouiss. diuersor. decis. 207. num. 4. part. 2. Et in Constantien. Iurisdictionis. Merc. 18. Maij 1611. corã Reuerendissimo Ortembergo. est in Recent. decis. 324. num. 7. part. 1. Et ista decisio magistraliter enucleat materiam, quando exemptus dicatur habere propriũ territorium, & nos ex ea notauimus suprà Part. 1. in d. decis. Volaterrana Iurisdictionis 14. Ian. 1581. coràm Brano. fol. 417.

§. 3. ROLAND. cons. 13. incip. In casu proposito. n. 17. lib. 2.

APPROBATVR à Rota. Vide sup. ad §. 10. Afflict. decis. 229. Sepè, & sæpius euenit. num. 2. & 3.

§. 4. ROLAND. cons. 60. num. 46. lib. 3. incip. Viso themate.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus suprà in hac Part. in §. 2. Præpos. in cap. per tuas. 12. num. 28. extrà qui fil. sint legit.

§. 5. ROLAND. cons. 86. incip. Illustris Domine. n. 51. & seq. lib. 1. vult quod statutum quamuis non liget loci dominum, ligat tamen filios.

APPROBATVR à Rota in Balneoregien. bonorum Lunæ 9. Maij 1588. coràm Orano. quicquid contra voluerit Menoch. cons. 250. n. 54. & per tot. & cons. 351. num. 2. & 25. qui fusè ibi à Rota refellitur.

De quo vide suprà in §. 9. Menoch. in cons. 250. Cum interrogatus sim. num. 54. & per tot. lib. 3.

§. 6. ROLAND. in cons. 95. incip. Ab hoc seculo. n. 49. lib. 1. §. sed præmissis. vbi dicit, quod pater non habet vsumfructum in portione bonorum filij concurrentis cum ipso patre in successione prædefuncti fratris, siue filij respectiuè.

REPROBATVR à Rota in Romana donationis Lunæ 24. Nouemb. 1614. n. 10. coràm Card. Verospio. incip. Vincentius Alotcus. est in Recent. decis. 596. p. 2. Nam etiam filio mortuo remanet vsusfructus apud patrem. l. si quis. §. fin. verò defuncta persona. C. ad Tertull. l. fin. C. de vsufruct. glos. in l. 3. C. eod. Et ille semel acquisitus non tollitur Surd. cons. 116. nu. 46. & seq. lib. 1. Pincell. in l. 1. part. 1. nu. 39. C. de bon. matern. Gomes. ad ll. Tauri 6. nu. 11. & seq. Ascan. Clementin. de patr. potest. effect. 2. num. 34. vers. amplia 6. Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. num. 18. Et quod ita dixit Rota in Turritana bonorum 22. April. 1613. & 14. Maij 1614. coràm Vbaldo.

Romanus.

SVMMARIVM.

1 Tutoris datio non valet, ex quo mater solam legitimam filio reliquerat.
2 Prouisio nulla scienter facta consumit turnum, & qualiter hoc intelligatur.
3 Inhibitio an possit fieri absquè citatione, & litis pendentia.
4 Testes, si recipiantur pro informatione Iudicis, an sit necessaria citatio.
5 Præsentans, seu ius præsentandi præscribens in vna Ecclesia non extenditur ad aliam Ecclesiam.
6 Iurisdictio an censeatur concessa cumulatiuè, vel priuatiuè quoad Iudices ordinarios.
7 Prouisio noua non dat nouum ius, sed supplet diligentias.

8 Pro-

8 *Procurator habens duplex mandatum non iuuatur bono, si malum mandatum elegit.*

9 *Procuratorem habens in Curia præsumitur ab eo certioratus, & non potest allegare ignorantiam.*

10 *In dispositione generali Principis, an comprehendantur Cardinales.*

11 *Dotis fructus an censeantur remissi à marito stante silentio decennali.*

§. 1. ROMANVS *cons.188. In hac causa. num.3.* Vbi consuluit, dationem tutoris non valere ex quo mater solam legitimam filio reliquerat, pe text. in l. peto. §. mater. de legat.2. inducendo vt per eum.

DECLARATVR à Rota *in Senogallien. tutelæ. Vener. 17. Iunij 1588. coràm Gypsio.* Quia Rota dixit allegatum text. non probare intentionem Romani, nisi intelligatur vt datio tutoris non valeat absquè inquisitione, vt ibi *per Glos. in verb. non potuit. in fin. & in l. mater. in verb. quasi. de testam. tutel. Bart. & alij in l.2. de confirm. tut. Salic. de commun. in dicta l. mater. num.3.*

Quod etiam habes *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Tutor. Obseruat. circa Miscell. §.13. Tutores pupillæ si nominati fuerint. num.6. & 7.*

§. 2. ROMAN. *cons.329. num.1. incip. Præsens consultatio.* vbi dicit, quod prouisio nulla scienter facta consumet turnum.

DECLARATVR à Rota *coràm Gyps. in causa Salaman. fructuum. Vener. 30. Ianuarij 1587. ante fin. incip. In causa Salamantina. est decis.252. in eius lib.1. in manuscript.* quod loquatur in eo, qui potuit dimittere habita notitia nullitatis prouisionis, & non dimisit, sed in facultate Episcopi non remansit, quia functus officio suo fuerat.

Vide plura circa hanc materiam turni *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Turnus. Obseru. circa Turnum per tot.*

§. 3. ROMAN. *in cons.330. Circa primum. nu.2. & post eum Ruin. cons.61. In lite. nu.6. lib.5.* vbi videntur velle posse fieri inhibitionem absquè citatione, & lites pendentiam ex solo decreto citationis.

DECLARATVR à Rota *in Messanen. Studij. Ven. 22. Octobris 1593. coràm Seraphino.* Quia loquuntur in intimatione facta iudici delegato de potiori iurisdictione alterius, quæ tacitè habet annexam prohibitionem, vt declarat ibidē Roman. Cum alias post inhibitionem gesta ita demum causent attentata si fuerit actualiter præsentata, & executioni mandata, nec sufficit quod fuerit decreta. *Io. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de appellat. §. nouissimè. in verb. procedit. Guidop. cons.66. nu.9. & cons.69. nu.10. Soccin. cons.45. nu.7. lib.1. cum alijs allegat. per Lancellott. de attentat. post inhibitionem declarat. 1. in princip. & num.3.* qui tradit hoc procedere etiam data notitia decreti, & relaxationis inhibitionis; prout etiam dicitur de citatione, quæ ita demum inducit litem; quantum ad citādum si fuerit executa. *Clem.2. vt lit. pend.* etiam quod citādus habuerit notitiam decreti. *Paris. cons.61. num.13. lib.4.* & fuit dictum *in vna Albarazinen. portionis. 17. Decembris 1574. coràm Cantuccio.*

§. 4. ROMAN. *singul. 364. vers. secundò fallit.* vbi dicit, quod citatio non est necessaria, quando testes recipiuntur pro informatione Iudicis,

DECLARATVR à Rota *coràm bo. me. Card. Mantica decis.206. num.3. incip. Quæsitum fuit, an testes.* Quod hoc habet locum, quando testes extrà iudicium recipiuntur, sed non sequitur, quod testes posteà non debeant reproduci, & repeti citata parte. *Bart. in l. vlt. num.8. de quæstion. & Felin. in cap.2. num.10. de testib.*

§. 5. ROMAN. *in cons.368. in fin. incip. Præsens consultatio.* vbi dicit, quod si quis præsentat, vel ius præsentandi acquirit in aliqua Ecclesia, quod tamen tale ius non extendatur ad aliam Ecclesiam.

DECLARATVR à Rota *coràm Put. decis.310. & in nou.301. nu.2. incip. In vna Elnensi,* quod loquatur in possessione vnius rei ad aliam.

Vide *suprà Part. I. plura circa hanc materiam ad d. decis. Put. fol.551. col.2. post princip.*

§. 6. ROMAN. *in cons.395. nu.1. incip. Vt res clarior.*

LIMITATVR à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in hac Part. in §.90. Bart. in l.1. Studentibus. C. de offic. Præfect. Vrb.*

§. 7. ROMAN. *cons.433. incip. Quoad primum. nu.7. vers. In contrarium.* vbi dicit, quod prouisio tribuit nouum ius.

REPROBATVR à Rota, *vt per Card. Simonett. decis.15. in manuscript. incip. In vna Valentina.* vbi dicitur, quod supplet diligentias, & nō dat nouū ius.

Vide *Part.2. in verb. Prouisiones. §.3. Rota seruat, quod noua prouisio.*

§. 8. ROMAN. *cons.446. Primus proposita. nu.6. & cons.496. Primus consultationis. in princip.* vbi dicit, quod quando Procurator habet duplex mandatum non iuuatur bono, si malum mandatum elegit.

APPROBATVR à Rota *coràm Caputaquen. decis.392. incip. Processus factus. par.2.* & approbatur etiam in alijs decisionibus, vt videre potes *suprà Part. I. ad d. decis. Caputaquen. fol.270. col.2. in med.* quibus adde *decis. Card. Caualer.181. num.6. in med. incip. Domini dixerunt, dandum.* vbi testatur, quod Rota solita est sequi *supradict. cons.*

§. 9. ROMAN. *cons.481. incip. Præsens dubitationis. num.8. in fin.* vbi vult, quod habens procuratorem in Curia præsumatur ab eo certionatus, & non possit allegare ignorantiam.

APPROBATVR passim à Rota, *vt in Perusina executionis. Lunæ 10. Aprilis 1595. coràm Card. Seraphino. & in Mediolanen. Præpositura. Lunæ 18. Decembris 1589. coràm Card. Platto. in §. nō obstat quod dicitur. & in eadem sub die Vener. 16. Februarij 1590. in princip. coràm eod. & in Seguntina beneficiorum. Lunæ 1. Iunij 1592. in fin. coràm Orano.*

§. 10. ROMAN. *in cons.498.* vbi dicit, quod in dispositione particulari de qua ibi, Cardinales non comprehenduntur.

REPROBATVR à Rota *coràm Mohed. decis.23. de renunc. in fin. & coràm Reuerendiss. Durano in vna Firmana pensionis. Lunæ 8. Martij 1627.* vbi testatur, quod fuit magno studio in Rota reprobatum tale consil. approbata opinione *Bellen. de charit. subsid. quæst.6. qui ex professo scribit contrà d. Roman.*

§. 11. ROMAN. *cons.517. In casu proposito. nu.17.*

APPROBATVR à Rota, vt habetur *coràm Oran. in vna Romana fructuum dotis de Cesis. 19. Octobris 1598. incip. Domini mandarunt. est decis.65. in eius lib.3. in manuscript.* ex eo, quod dicit fructus dotis cēseri remissos à marito stāte silentio decem annorū.

Et

Et qualiter hoc intelligatur vide *in nostris Obseru. ex Rota Romana in verb. Dos. Obseruat. circa Fructus. §. 16. Dotis fructus.*

Ruinus.

SVMMARIVM.

1 *Faeminae si non sunt exclusae ab inuestitura, debent admitti ad petendam renouationem.*
2 *Praesidi creditur dicenti se delegare causas meri, & mixti imperij ex aliqua iusta causa, sine qua non posset.*
3 *Emphyteota ob malam indicationem rerum sibi in emphyteosim datarum, an debeat priuari tota emphyteosi.*
4 *Interesse damni emergentis, quando debeatur.*
5 *Pater relinquens filiae dotem, an per hoc verbum, relinquo, adiectum doti, intelligatur filia instituta.*
7 *Statutum admittens descendentes ex faemina post mortem masculorum, de quibus intelligatur.*
8 *Legitimatis, quando pater possit plus relinquere, quàm filijs legitimis, & naturalibus.*
9 *Filia à Statuto exclusa, cui pater aliquid in testamento reliquit, potest petere supplementum legitimae.*
10 *Statutum Parmense disponens, quod nulla mulier se nubens extrà iurisdictionem loci statuentium, sit capax successionis, qualiter intelligatur.*
11 *Praesumptio ex alia praesumptione oriri non potest, nisi veniat in consequentiam.*
12 *Legitimatio de absente non valet, nisi specialis mentio de hoc sit in facultate legitimantis, & an legitimati ratificatio hoc casu sufficiat.*
13 *Vxoris institutio euanescit si transeat ad secunda vota, quando fuit instituta donec castè, & vidualem vitam duceret.*
14 *Iurisdictio, quando censeatur concessa cumulatiuè, & quando priuatiuè quoad Iudices ordinarios.*
15 *Verbo, placuerit, si addatur verbum, quicquid, importet arbitrium boni viri, non liberam voluntatē.*
19 *Petitorium non intentatur quando petitur restitutio fructuum, sed possessorium, quando est in libello narrata spoliatio.*

§. 1. RVINVS *in cons. 15. col. fin. lib. 1. incip. Consideratis diligenter.*

REPROBATVR à Rota *coràm Bubal. in causa Brixien. Feudi. Lunae 16. Maij 1583. incip. Fuit resolutum D. Magdalenam. est decis. 173. in eius libr. in manuscript.*

Vide, quae diximus *suprà Part. I. ad Robuster. in causa Bononien. bonorum de Campegijs. Ven. 10. Decembris 1582. fol. 454. col. 2. in med. & ad Seraphin. vt ibi habes.*

§. 2. RVIN. *cons. 35. num. 38. & cons. 50. in fin. lib. 1.* volens credi Praesidi dicenti se delegare causas meri, & mixti imperij ex aliqua iusta causa, sine qua non posset.

DECLARATVR à Rota *in Romana Laudi. Lunae 13. Ianuarij 1614. nu. 6. coràm Buratto. est decis. 553. part. 1. in Recent.* Quod dato hanc doctrinam esse veram, quae multos habet contradictores, procedit in iudicibus ordinarijs, de quorum iurisdictione cum constet, praesumi volunt pro qualitate. At secus in delegato, vel arbitro, quorum iurisdictio pendet ab alterius concessione. *Butr. in cap. cum in iure. nu. 13. vbi Henr. Boich. vers. si quaeris. de delegato. de offic. de legat. Gabr. cons. 40. num. 16. & 17. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaest. 76. nu. 8. vers. hic intellectus. & num. 14. & 15.*

In qua decis. & in alia praecedente in eadem causa *sub die Vener. 28. Iunij 1613. num. 6. & 9. coràm eod. Buratto. est decis. 515. part. 1. in Recent. fusè*

REPROBATVR *Bart. in Auth. nisi breuiores. in fin. C. de sent. ex breu. recit.* qui voluit, esse credendum assertioni arbitri electi cum clausula, sine scriptis. de quo etiam Vide *sup. in §. 99. Bart. in Auth. nisi breuiores. in fin. C. de sent. ex breu. recitan.*

§. 3. RVIN. *cons. 50. In quaestione. nu. 18. & 20. lib. 1.* vbi videtur velle, emphyteotam ob malam indicationem rerum sibi in emphyteosim datarum priuari tota emphyteosi.

REPROBATVR à Rota *in Cesenaten. bonorum. Mercur. 14. Maij 1590. coràm Card. Plato.* Quia placuit Dominis opinio *Bald. in cap. vassallus. num. 3. si de feud. fuer. controu. inter domin. & agnat.* vt scilicet cadat tantum à parte, quae extrà fines indicatos remanet, quasi ob id negatum videatur, & esse de dominio directi domini.

§. 4. RVIN. *in cons. 104. nu. 6. incip. Retento per fratres. lib. 1.*

REPROBATVR à Rota. Vide, quae diximus *sup. Par. 2. circa stylum, & Obseruantias Rotae. in verb. Interesse. §. 3. Rotae stylus est, quod ad hoc, vt debeatur.*

§. 5. RVIN. *in cons. 17. num. 9. lib. 2. incip. Perspectis.*

REPROBATVR à Rota. Vide, quae diximus *suprà in hac Part. in §. 2. Imol. in cap. Rainutius. 16. num. 18. vers. dicit tamen. de testam.*

§. 6. RVIN. *cons. 20. incip. Viso testamento. num. 6. lib. 2.* dicens captatoriam voluntatem posse sustineri.

REPROBATVR à Rota, *& à Couarr. de quo vide in §. 11. Couarr. in cap. cum te. num. 13. vers. haec tamen. de testament.*

§. 7. RVIN. *cons. 38. incip. Quamuis copiosè. num. 3. lib. 2. & cons. 46. incip. Ponderatis diligenter. num. 7. eod. lib. 2.* In quibus dicit, quod statutum admittens descendentes ex faemina post mortem masculorum, intelligitur de his qui tenuerũt primum locum post mortem eius, de cuius haereditate agitur, & sic post mortem aui.

REPROBATVR *(post Soccin. cons. 10. lib. 3. incip. Consideratis. vt dicitur in princ. d. cons. 38.)* à Rota *coràm Pegna in Perusina reintegrationis. Lunae 6. Nouembris 1595. incip. Praesupposito statuto. est decis. 49. in eius lib. 3. in manuscript. in fin.* vbi dicitur, quod opinio Ruini non videtur recepta ex his, quae dicit *Soccin. loc. cit.*

§. 8. RVIN. *in cons. 161. sub num. 25. lib. 2. incip. In praesenti consultatione.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quae diximus *suprà in hac Part. in §. 2. Praepos. in cap. per tuas. 12. sub num. 28. extrà qui fil. sint legit.*

§. 9. RVIN. *cons. 40. lib. 3.* In quo concludit filiam à Statuto exclusam, cui pater aliquid in testamento reliquit, posse petere supplementum legitimae.

REPROBATVR à Rota *in Bononien. Apothecarum Lunae 24. Nouembris 1603. coràm Sanctiss. Ludouisio. est in impress. decis. 135.* quia communem tenuit *Castrens. cons. 503. lib. 2.* & alij quos refert, & sequitur ipse *Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in*

T *prima*

prima lectura.num.179.vers.sed contrarium. de liber. & posthum.& cons.27.nu.20.lib.3. quam opinionem etiam amplexa est Rota in Romana Supplementi Legitimæ 8.Febr.1593. *coràm Card. Arigonio.*

§. 10. RVIN. *in cons.49.incip. Viso,& diligenter. in fin.lib.3.* vbi voluit iuxtà Statutum Parmense, quod disponit, quod nulla mulier se nubens extra iurisdictionem loci statuentium sit capax successionis sibi latæ, & deferendæ, quod hoc Statutum comprehendat tàm mulierem ex se nuptã, quàm etiam nuptam de consilio, & voluntate patris, quia Statutum in sequenti parte loquitur indistinctè de muliere nupta, & per consequens omnem mulierem nuptam comprehendit contrà *Bald.cons.357.lib.1.*

REPROBATVR à Rota *in Parmen. bonorũ Mercurij 13. Ianuarij 1588. coràm Seraphino.* vbi quod Rota tenuit contrà Ruinum in illa causa in qua scripsit in dicto consilio, contrà Helenam, vt ipse Seraphinus dici audiuit. Ratio quæ mouit Rotam ea fuit, quia in dicto Statuto dicitur, quod nulla mulier se nubat, cum puellæ facilè ob patris reuerentiam inducantur ad nubẽdum, vnde non videtur æquũ eis hoc præiudicium inferre, sicut etiam *in l.liberorũ. §.excusatur. de his qui not. infam.* excusatur is, qui patris iussu duxit eam, quæ adhuc constituta erat intrà annum luctus, & quod huius sententiæ auctor fuit *Bald. in d.cons.357.lib.1.* Et licet in dicto Statuto sequantur illa verba, & si nupta fuerit, hæc tamen à præcedentibus debent regulari.

Et vide fusè hanc materiam per plures decisiones digestam *in nostr. Obseruat. ex Rota Rom. verb.6. Statutum.Obseru. circa Statutũ de successionibus.§.1. Statum disponens quale est Parmense. à num.4.& seq.*

§. 11. RVIN. *in cons.66.nu.10.lib.3.incip.Perlectis.* vbi dicit, quod ex vna præsumptione alia oriri non potest.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Mantic. decis.21.num.2.incip. Apud me.* Quod hoc intelligitur, nisi vna præsumptio veniat in consequentiã alterius. *Christoph.Castellion.in repet. l.sciendum.nu.9.ad fin. ff.de verb.oblig.* Et hoc quidem habet rationẽ, quia quod vna præsumptio ex alia oriri non possit probatur *ex l.1.cum glos. C. de dot. promiß.* quæ loquitur de fictione, & extenditur ad præsumptionem *Ruin. in d.cons.66.num.19.& cons.90. circa fin. lib.1. Visa locatione.* Sed vna fictio oritur ex alia, quando venit in consequentiam alterius *l.singularia. ff. si cert. petat. Bart.in l. sub conditione num.3. ff. de solut.* cum alijs ibi allegat. Ergo similiter vna præsumptio potest oriri ex alia, quando venit in consequentiam.

§. 12. RVIN. *in cons.70.num.5.lib.3.incip.Quamuis elegantissimè.* & BERO. *in cons.171. num.20. incip. Viso processu.& in cons.175. num.6. & 7. incip. Rem arduam. lib.2.* vbi dicunt, quod legitimari vt possit absens, requiritur de hoc specialis mentio in facultate legitimantis, & quod nec etiam ratificatio legitimati hoc casu aliquid operetur.

REPROBATVR à Rota *coràm fel.rec. Greg.XV. decis.41.num.2. incip. Contrà legitimationem.* Quia legitimatio potest ab absente rata haberi, & eam à ratificatione firmitatem, & robur capere. *§.generaliter. auth.quib.mod.natural.effician.sui Barbat.consil.34.col.11. sub num.14.lib.2.incip. Ad facti contingentiam. Ruin.cons.119.nu.5.lib.1.& cons.71. nu.5. & 90.num.2.in fin.lib.3.Cephal.cons.186. sub nu.23. decis.Pedemont.109.num.22.in fin. Pancirol.cons.66. nu.10. Siluestr.Aldobr. qui alios allegat cons.41. nu.9.* Sicuti etiam videmus in infante, qui in maiori ætate ratificat legitimationem tempore infantiæ factam. *Salicet.in l.iubemus.vers.& adde, quod sufficit. C. de emancipat.liber.Rom.cons.194. sub nu.9. vers. & ita pariter. Alex.cons.11.num.5. lib.7. Dec. cons.367. num.2.in fin.Corn.cons.172.in princip.lib.1. Soccin. in l. Gallus. §. forsitan. num.6. ff. de liber. & posthum.* cum alijs ibi allegat. Et etiam facit, quia in legitimatione non requiritur præsentia filij; sed sufficit consensus postea superueniens. *Bald. cons.148. sub nu.2. lib.1.incip. In casu proposito. Angel.cons.87.nu.2. ad finem. Alexand. cons.139. num.3.*

§. 13. RVIN. *cons.170.Viso testamento.num.7.lib.3.* vbi dicit, quod vxoris institutio sub conditione donec castè, & vidua permanserit, pro transitum ad secunda vota resoluitur, & hæreditas vnà cum fructibus consolidatur in personam eius, qui eueniente casu erat substitutus.

APPROBATVR à Rota *coràm Card. Seraph. decis.1354. Fuit resolutum sententias.num.1.* vbi dicit, quod Rota secuta est dictam *Ruin.consil. in pluribus causis.*

Vt notauimus etiam *Part.1.ad d. Seraph. decis.* vbi adduximus concordantem *decis.Decan.Coccin.693. Cum testator.num.1.in Recent. part.1.*

§. 14. RVIN. *in cons.7.num.5.lib.4. incip. Visis ijs.*

LIMITATVR à Rota. Vide, quæ diximus *suprà in hac Part. in §.90. Bart. in l.1. Studentibus. C.de offic. Præfect. Vrb.*

§. 15. RVIN. *cons.99. incip. Præsupponitur.num.11. lib.4.* vbi vult quod quando verbo, placuerit, additur verbum, quicquid, importet arbitrium boni viri, non liberam voluntatem.

REPROBATVR à Rota *in Romana domus.S.Eustachij:7. Febr.1581.coràm Card. Lancellott.Senior.est inter eius selectas. decis.2. de emphyt.* vbi quod imò importat liberam voluntatem secundum *Bald. de Pac.Constant.§.nomina. in fin. idem Ruin. cons.133. nu.3.4.& 5. vol.2. Andr. ab Exea.in cap.1.nu.389. de constit.Soccin.Iun.cons.49.num.15.vol.2. Roland. cons.34.num.87. vol.4. & fuit resolutum coràm eod. Lancell.in Romana viginti millium 20.Iunij 1580. est inter eius selectas decis.2.tit. de testam. circà med. in vers. vel etiam dici potest, quod dictum verbum. vbi præter citatos allegatur etiam Rolan. à Vall. cons.84. num.87. vol.4. Menoch.de arbitr. Iud.lib.1. quæst.8. num.12.cum seq.* In quibus locis Doct. isti rationem reddunt, propter generalitatẽ istius dictionis, quicquid, quæ omnia comprehendit *l. in fideicommissi. §.cum Polidius. ff. de vsur.* Imò est pura, & vniuersalis dictio, secundum *Bald. in l. cum virum. in 2. opposit.C.de fideic.Dec.cons.29.num.3.Aym. cons.127. nu.13.* Et vlterius quod verbo, Quicquid, æquipollet verbum, Quantum, vt cum dicitur quantum placuerit, vt ibi per eum.

§. 16. RVIN. *cons.61. incip.In lite.num.6. lib.5.*

DECLARATVR à Rota *in Messanen. studij. Ven. 22.Octobr.1593. coràm Card.Seraphino.*

Vide *suprà in §.3. Roman.in cons.330. Circà primum. num.2.*

§.17.RVIN.*in cons.96.n.8.vol.5. incip. Viso processu.*

Non SERVATVR in Rota. Vide, quæ diximus *sup.in §.9.Felin.in cap.de quo vult. 1.n.13.de indic.*

§. 18. RVIN.

§. 18. RVIN. *cons.159. num.*. *vol.5.* & qui eum sequitur *Lamberteng. de contract. mulier. glos.4. q.3. num.7.*

DECLARANTVR à Rota *in Ciuitatis Castelli bonorum. Vener.18. Martij 1611. coram Reuerendissimo Marquemontio. est decis.336.la 1.in Recent. nu.6.p.2.*

Et vide *infrà Part.6.in §. Statutum Ciuitatis Castelli. requirens in testamento vxoris. circà med. in vers.nec faciet, quod consensus.*

§. 19. RVIN. *in cons.154. Dominus ostendat.num.6. lib.5.* tenet, Capellanos illos spolio agentes ex eo non agere possessorio, sed petitorio, quia sic in libello concludebatur, imò peto eosdem dominos aduersarios sententiari, & sententia eos cogi debere auctoritate Apostolica præmissa ad restituendum, & resarciendum mihi dictis nominibus omnes, & singulos fructus interim perceptos, &c. Ex quo ipse Ruin. infert, quod cum petatur reos condemnari ad restitutionem, quod fructus vendicantur, & sic quod pro illis petitorium intentatur, quia si ageretur possessorio, peteretur restitutio possessionis fructuum, & non restitutio fructuum, quia aliud est res, idest fructus, & aliud est possessio rei, & fructuum.

REPROBATVR à Rota *in causa Burgen. fructuū Luna 14. Maij.1590.corā Card. Plato.* vbi pro responsione Rota se remittit ad decisionem *in causa Fauentina bonorum mobilium. de Pasijs Vener. vltim. Februarij 1586.coràm Card.Seraphino.* vbi fuit dictum, post *Afflict.decis.77.num.7.* quod quando in libello est narrata spoliatio, si sententia condemnet ad restitutionem bonorum, vel vt ipse *Afflict.* dicit, concludatur in libello ad restitutionem terræ, debemus interpretari pro validitate sententiæ ad restitutionem possessionis.

Et quod hoc modo sunt intelligendi *Abb.in cap. conquerente.num.13.de restit.spoliat.* quem sequitur *Bero.ibid.* cum dicunt spoliatum posse agere ad interesse, & ad æstimationem rei; quia sunt intelligēdi secundum terminos huius materiæ, scilicet ad interesse, & ad æstimationem possessionis illius rei, de qua agitur, alias esset contrà iura contrarium determinantia, & quæ constituunt differentiam inter interesse ratione possessionis, & æstimationem rei, & quod propterea inualuit vsus, vt in sententijs merè possessorijs pronuncietur super restitutione possessionis rei petitæ, nō super possessione rei, licet aliquādo admittatur interpretatio ex narratiua, quæ cantat in mero possessorio; Quæ interpretatio non procedit, prout erat casus decisionis in dicta Fauentina, quando narratiua non est restricta, vt cum adest clausula, Rebusque alijs.

§. 20. RVIN. *in l.4.§.Cato.nu.27.in secunda lectura. de verb.oblig.* opinio patitur difficultatem, & in specie eam reprobat *Soccin.Iun.in d.§.Cato.n.26.et 37. Rota in Romana domus Luna 27. Nouembr. 1581. coram Card. Seraphino.*

Salicetus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando porrigat suas vires ad bona sita extrà territorium.*
2 *Confessio facta absēte parte probationem nō inducit.*
3 *Appellari an possit à sententia lata in possessorio, qua tantum contineat fructuum condemnationem.*
4 *Fœminæ an succedant post masculos in emphyteusi.*
5 *Suspitio sola falsi retardat executionem instrumenti*
6 *Statuta exclusiua non intelliguntur excludere ab hæreditate fœminæ, etiamsi habeant verba communia.*

§. 1. SALICETVS *in l.cunctos populos.1.C.de Sum. Trinit. & fid.cathol.nu.13.& 14. vers. Si verò bona.*

REPROBATVR à Rota *coràm Card. Blanchet. vt in decis.304. incip. Præposui dubium.in nouiss. diuers. part.1.* vbi *num.1.* dicitur quod eius opinio est communiter reprobata, vt per *Tiraq. de primogen. q.46. num.15.& 23.* Et dicitur, quod contrà ipsam rigent dua conclusiones cōmuniter receptę, videlicet, quod Statutum non porrigit vi res suas extrà suum territorium, quam magis communem dicit *Aym. cons.30. nu.5.* vbi plures refert *Rub.Alexand.cons.71. in vlt. dub.& Tiraq.vbi sup.num.1.& 2.& secuta est Rota, vt per Put.decis.341. in nou. impress. incip. Dubitaui ego.lib.1.* Altera quod statutum siue sit conceptum in personam, siue in rem semper afficiat bona, contrà distinctionem *Bart. in eadem l.cunctos populos. nu.42. C.de Sum. Trinit.* quam opinionem esse communem testantur Doct. allegati in discursu eiusdem causæ *decis.295.nu.9. ead.lib.1. diuers.*

§. 2. SALIC. *in l.generaliter.13.num.9. quæst.6.vers. Sed attende. C. de non numer. pecun.* vbi dicit, quod communis practica habet, quod confessio facta absente parte nec probationem inducat.

DECLARATVR à Rota *in Parisien. pecuniaria. Vener.16.Decemb.1612. coràm Reuerendissimo Decano Coccino.num.4. est in Recentior. decis.433. part.1.*

Et vide *suprà Part.1. in Decis. Bellam. decis.690. Confessio emissa. num.4. fol.250.col.2.*

§. 3. SALIC. *in l.cum de possessione.1. C.si de moment. possess.quæst.8. & vlt.* vbi quærit, si in possessorio quis est condemnatus etiam ad fructus, & interesse, an toto, vel saltem ab ista particula possit appellare, & hoc per doctr. *Bald.* dicit, quod à toto potest appellare propter mixturam petitorij cum possessorio.

REPROBATVR à Rota, vt per *Crescent.decis.5. de appellat. Doctrina. Saliceti.* Quia *Bald.* à *Salicet.* allegatus hoc non dicit, sed tantum à fructibus, & interesse posse appellari. Et subditur quod ita etiam est intelligendus *Soccin.in regul.38. vel 18. in vltim. fallit.* Item quod falsa est ratio sua, quod non possit diuidi, vt ibi per eum.

§. 4. SALIC. *in l.hoc edictum.2. ff.de oper.libert.*

REPROBATVR à Rota *coram Cardin. Caualer. decis.555.num.2. incip. Domus Controuersa.*

Vide, quæ diximus *sup.Par.2.circà Emphyteusim. §.3.* Rota sequitur illam opinionem, tamquàm receptissimam.

§. 5. SALIC. *in l. si docueris. num.1. C.de fals. & Caputaq.decis.274. part.2.* Et alij dicentes, quod sola suspitio falsi relardat executionem instrumenti.

DECLARANTVR à Rota, vt habes *Part.1. ad Put. decis.98. lib.1. in §. Sequitur secundò. num.7. fol.533.cap.2.*

§. 6. SALIC. *in l. si serui vestri. 2. num.2. vers. non idem dico.C.de noxal.act.* quem sequitur *Surd.decis.9. num.6.* quod Statuta exclusiua non intelligūt excludere ab hæreditate fœminæ, etiamsi habeant verba communia.

DECLARATVR à Rota *in Rauennaten. bonorum Luna 16. Decembris 1613. num.6. coram* [illegible] *baldo.*

est decis.548. part.1. in Recent. Vide in §.7. Surd. decis.9.nu.6.

Sarmientus.

SVMMARIVM.

1 Saluianum, nec vtile quidem redditur contra debitorem ex alia causa, quam conductionis, & locationis.

2 Legatario pro Legato, an competat Saluianum.

§. 1. SARMIENTVS de reddit. Ecclesiast. part.3. cap.2. nu.19. & 20. quem referendo sequitur Menoch. de adipisc. remed.3. nu.23. asserens iuxta antiquorum, & aliorum ferè omnium opinionem Saluianum interdictum, nec vtile quidem reddi contrà debitorem ex alia causa, quàm conductionis, & locationis.

REPROBATVR à Rota in Romana Castri Gandulphi. Lunæ 20. Iunij 1588. coràm Seraphino. datur enim dictum remedium pro legatis, & fideicommissis, & quod ita semper fuit in Rota obseruatum, vt patet in causa Foroliuien. bonorum. 24. Ianuarij, & 10. Martij 1562. coràm Card. Paleotto. illa est decis. 674. ista verò 689. part.3. lib.3. diuers.

§. 2. SARMIENT. in d. comment. de redd. Ecclef. p.3. cap.2. num.21. vbi dicit, quod legatario pro consequendo legato nō competit Saluianum interdictum.

REPROBATVR à Rota, vt coràm Corduba in in causa Romana legatorum. Vener.3. Decembr.1599. incip. Agebant Domini. est decis.211. in eius lib. in manuscrip. vbi reprobatur tale dictum Sarmient. vnà cum Menoch. ita etiam sentiente, & ideò ne frustrà eadem repetamus.

Vide, quæ diximus sup. in §. 1. Menoch. de adipiscend. possess. remed.3. num.31.

Sarnensis.

SVMMARIVM.

1 Citationis defectus est sanabilis, quando non est totalis.

3 Citatus nulliter, si cōpareat, qualiter sibi præiudicet.

4 de Regula de annal. solus possessor potest dare.

5 in Beneficio successor dicitur successor sui prædecessoris, & fingitur eadem persona cum prædecessore.

6 Personæ appellatione, quando veniat persona ficta, putà, Collegium, vniuersitas, capitulum.

8 Regula 18. Cancell. de infirmis habet locum etiam in beneficijs Consistorialibus, contrà Sarnensem.

9 Commissio auferens alicui reliquam probationis, an dicatur auferre ius quæsitum.

11 Resignans quando reseruauit sibi omnes fructus, & denominationem, in resignatarium nihil transfert, nisi nudum titulum sine effectu.

12 Legatus de latere non solum potest præueniendo conferre in mensibus Ordinariorum, vsquè ad num.7. Sed etiam supplere negligentiam non solum in deuolutis ad Papam ex aliorum, sed etiam ex propria ipsius legati negligentia, vsquè ad nu.10. Et etiam reseruare beneficia in præiudicium Ordinariorum, nisi obstat aliqua specialitas.

13 Narratiua de facto proprio præsumitur dolosa, & ideò est iustificanda.

15 Beneficij valor qualiter probetur.

16 Regul. Cancell. de verisimili notitia obitus, non artat impetrantem probare verisimilem notitiam obitus, sed excipiens debet probare inuerisimilem notitiam.

§. 1. SARNENSIS in Compend. vtr. Signat. nu.68. cum dicit, citationis defectum esse sanabilem, quando non est totalis.

DECLARATVR à Rota in Mantuana bonorum. Lunæ 14. Maij 1612. coram Vbaldo. est decis.409. num.1. est in Recent. part. 1.

Et vide sup. in I. Part. circa Decisiones. in decis. Zamoren. pecuniaria. 20. Martij 1609. coram Cauallerio. num.2. fol.429. col.1.

§. 2. SARNEN. de Annal. quæst.21. in fin.

APPROBATVR à Rota. Vide in §. 1. Gig. de pension. quæst.16. & Rebuff. in praxi.

§. 3. SARNEN. in Regul. de Annal. quæst.45. incip. Quadragesimo quintò quæro, numquid possessio. nu.11.

1 §. limitatur tamen. vers. † vbi tamen citatus. cum dicit, comparentem per citationem nullam, tunc non tàm vigore citationis, quàm comparitionis sibi nocere. & allegat Roman. cons.410. incip. Vt clarior. & Marsil. in Rubr. C. de probat. num.371.

APPROBATVR à Rota coràm Gypsio in Burgen. Abbatiæ de Fonzea. Vener. 21. Iunij 1591. incip. Dubitatum fuit, an Regula de Annali. Est decis.56. in eius

2 lib.1. in manuscript. † vbi quod licet citatus nulliter non interrumpat annalem possessionem, tamen istud non habere locum, si citatus compareat ex d. doctr. Sarnens.

DECLARATVR tamen Sarn. à Rota coram Guidob. decis.3. in eius lib. in manuscript. incip. In vna

3 Segobien. † Quod Domini voluerunt doctrinam Sarnens. procedere vbi non datur defectus iurisdictionis. Qui defectus aderat in casu istius decisionis, quia lis erat mota literis non confectis, tunc enim non inducit verum litem; neque facit beneficium litigiosum, neque ex ea impeditur cursus Regulæ de Annali, etiamsi reus compareat in causa, & multos actus faciat, & processum instituat propter defectum iurisdictionis sine qua iudicium esse non potest.

QVOD etiam videtur fuisse de mente Rotæ in d. decis. coràm Gypsio, dum ibi dicitur, quod ille qui prætendebatur nulliter citatus ab excommunicato comparuerat respōdendo positionibus, & alia faciēdo consenserat in iurisdictionem, & illam prorogauerat: Ideòque non aderat defectus iurisdictionis.

§. 4. SARNEN. in regul. de annal. quæst.50. incip. Quæro an possessio. vbi dicit, quod non solum possessor potest, sed etiam qui desijt possidere.

RPEROBATVR à Rota coram Cotta in causa Camerinen. Canonicatus. Vener.18. Maij 1595. incip. An prouisionem. est decis.154. in eius lib. in manuscript. ex eo, quod de dicta regula de annal. posse etiam dari à desinente possidere, quia qui desijt possidere excluditur.

§. 5. SARNEN. de Annal. quæst. 63. num.2. & de

1 Trien. quæst.13. num.5. vbi dicit, † quod in beneficialibus successor in beneficio dicitur successor sui prædecessoris, & fingitur eadem persona, vt per Innoc. in cap. quod sicut, de elect.

APPROBATVR à Rota, vt per Guidob. decis.229. in manuscript. incip. Cardinalis de Saluiatis. Ex qua conclusione fuit præsens casus decisus. Quod cum Cardinalis Saluiatus esset Legatus, & creasset quemdam suum familiarem nomine Didacum Vasquez Accolitum, & de huiusmodi Accolitatu erant productæ literæ, sed non constabat de facultate Cardinalis creandi Accolitos. Et cum per obitum Di-

daci

daci vacasset quoddam beneficiũ, quod fuerat Cardinali commendatum, veluti vacans per obitum sui familiaris, & Cardinalis illud cessisset ad fauorem Didaci Iunioris. Alius verò fuisset à Papa prouisus de eodem beneficio, quia defunctus erat Accolitus. Et cum Didacus negaret Cardinalem habuisse talem facultatem creandi Accolitos.

2 Rota dixit, quod dicta † facultas Cardinalis probabatur ex confessione Cardinalis in suis literis, quæ nocebant Didaco ex eo quod habebat Cardinalem
3 suum auctorem. † Et confessio cedentis ante cessionem facta nocet cessionario *ad not. pro Bart. in l. si superatus. in fin. de pignor.* Quod etiam habet locum in beneficialibus, *vt ex Sarn. locis sup. citatis.*

§. 6. SARNEN. *in Reg. de Idiom. quæst. 2. nu. 5.* vbi dicit, communem esse opinionem, quod in procuratore actore constituto contrà omnes personas, nomine *personæ*, non venit vniuersitas, neque capitulum iuxta sententiam *Bald. in Rubr. C. ad Trebell.* & quod ista est etiam verior opinio.

APPROBATVR à Rota *coràm Rubeo. in Sarnen. molendini. Ven. 18. Aprilis 1561. incip. An mandatum. Est decis. 189. in eius lib. in manuscript.* vbi dicitur, quod Rota transiuit cum ista opinione tamquàm communi, & recepta.

In eadem causa *coràm eodem Rubeo sub die Vener. 17. Octobris 1561. incip. Præsupposito. Est decis. 223. in ead. eius lib.* fuit dictum quod appellatione, *personarum*, largo sumpto vocabulo venit Monasterium. *Ias. & alij in l. si quis maior in 2. notab. C. de transact.* Idem etiam dicit *Sarnens. dicta quæst. 2. in princip. num. 2.*

ANNOTATIO.

PLACVIT hoc loco subiungere Votum Decani Rubei, quod videtur notabile in hac materia, & habetur *post decis. 189. de qua suprà.* quod est tenoris sequentis.

Appellatione, *personæ*, propriè non venit persona repræsentata, vt vniuersitas, vel capitulum. *Felin. in cap. cum te. de rescript.* Et solet considerari, Aut sumus in materia exorbitanti, & correctitia, & appellatione, *personæ*, non venit vniuersitas. *Roman. cons. 400. nu. 2. incip. Quæritur an statutum.* Aut sumus in prouisione restringenda, & similiter non venit, vt in Priuilegio. *Roman. cons. 436. incip. Quod indultum. num. 10. & 11.* In mandato autem idem non esse, cum sit stricti iuris, vt hoc vltimum tenet *Rota decis. 13. de procurat. in nou. incip. Si A. constituat.* & in actore videtur esse communis opinio, *vt post Bald.* & alios tenet Rota, vt refert *Gomes. de Idiom. quæst. 2.*

SED ego in isto casu teneo contrarium, quia in materia fauorabili appellatione, *personæ*, venit vniuersitas, *vt post Imol. & alios per Cassan. cons. 1. in 5. præsupp. num. 38.* Hic sumus in materia fauorabili, vel quia Episcopus sit reus, & in reo hoc tenet *Sarnens. & in mandato. dicta quæst. 2.* Et prout dicebat vnus ex Dominis, replicando Aduocato Episcopi, non refert an sit necessarius, vel voluntarius, quia reus est. Vel quia cum compareat tamquàm tertius ad impediendam executionem defendendo suam possessionem, materia est fauorabilis.

Accedit quod mandatum est datum in quibuscumque causis ad quascumquè res, Ideò credendum est, quod eodem modo fuerit datum contrà quascumquè personas etiam fictas. Tertiò quia dictio, quæcumquè, solet comprehendere ea, quæ alias non comprehenduntur, *vt post Socein. & alios tradit Tiraq. de retract. lignag. glos. 7. nu. 21. & seq. Hucusq; Decanus Rubeus.*

§. 7. SARNENS. *in Reg. de impetr. benef. per obit. famil. Card. quæst. 7. nu. 7. in vers. Et prædicta omnia procedunt.*

REPROBATVR à Rota *coràm Gnidob. decis. 32. incip. Voluerunt Domini. in manuscript.*

Vt diximus *Part. 5. ad cap. licet Ecclesiarum. 2. de præbend. in 6.*

§. 8. SARNENS. *in Regul. de Infirm. quæst. 14.* dicens,
1 † quod illa regula non procedit in beneficijs Consistorialibus.

REPROBATVR à Rota *in Romana officij Camerariatus. Lunæ 16. Maij 1569. coràm Cotta. incip. An concessio. Est decis. 262. in eius lib. in manuscript. vbi*
2 *in fin.* dicitur, † quod contrà Sarnens. est veritas, quàm probat *Rebuff. in concord. Regni Franc. sub Rubric. de Regia ad Prælat. in verb. dispendiosè. col. 3.*
3 *vers. & per hoc dixi.* † vbi quod *d. Reg. 18.* de infirmis licet loquatur de beneficijs, eadem ratione dictante habet locum in Episcopatibus, Abbatijs, & alijs positis *in text. Concordatorum per glos. in Reg. 1. de reg. iur. in 6.*

Additur *in d. decis.* ratio differentiæ inter dictam regulam de infirmis, & Regulam de qua agebatur in dicta decisione, quæ erat Regul. Pij V. reuocatoria facultatum percipiendi fructus officiorum, edita in crastinum suæ Assumptionis. Et in specie agebatur an sub dicta Regula comprehenderetur reuocatio superuiuentiæ Cardinalis Vitellij super officio Camerariatus empto aureis scutis septuaginta millibus, qui decesserat intrà octo annos dictæ superuiuentiæ.

Et cum pro parte hæredum, & creditorum dicti Cardinalis opponeretur ex Sarnens. quod sicut Beneficia Consistorialia nõ cadunt *sub Regul. de infirm. iuxtà d. Sarnens. opinionem;* Ita etiam nequè dicta gratia Cardinalis Vitellij Consistorialiter concessa non veniebat sub dicta Regula Pij V.

4 Ratio verò differentiæ ibià Rota assignatur † quia hæc Regula Pij V. reuocatoria habet rationem, ne supplantentur successores per concessiones etiam per vim contractus factas per prædecessores *ad tradi*
5 *per Claud. in cap. 1. col. 3. qui feud. dar. poss.* † Ratio verò Regulæ de infirm. fuit ad obuiandum fraudibus, quæ in præiudicium ordinariorum, & expe-
6 ctantium committebantur; † Quæ ratio *Regul. de infirm.* non poller militare in Beneficijs Consistorialibus, cum illa nec ab ordinarijs conferri, neque ab
7 expectantibus possint acceptari. † Vltrà quod dicta Regula Pij V. erat adeò vniuersalis, & prægnans, cum clausula Quorum tenores. & sic reuocabat concessiones in vim contractus etiam factas in Camera, vel Consistorio *ad Paris. cons. 62. & 63. vol. 1.*

§. 9. SARNEN. *in regul. de non toll. iur. quæsit. q. 11. & quæst. 17. nu. 20.* vbi dicit, quod commissio auferens alicui releuamen probationis, dicatur ei auferre ius quæsitum.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Caualer. decis. 184. num. 4. incip. Leo XI. fel. me.* quod loquitur in casu quando alicui est specialiter indultum, vt non teneatur probare, quia habet gratiam motu

T 3 proprio,

proprio, & postea Papa ad partis petitionem huiusmodi gratiam reuocat, & aufert, quia hoc tendit principaliter in diminutionem Iuris illius, quod ius est principale, & radicatum, secus est vbi Papa facit alicui gratiam, vt non teneatur probare tale quid, quod aliàs de Iure probare debebat, quia hoc casu, talis gratia tendit principaliter in beneficium illius, & secundario in praeiudicium tertij.

§. 10. SARNEN. *in regul. de non tollend. iur. quaesit. quaest. 12. incip. Quaero numquid.*

DECLARATVR à Rota *coràm Caesar. de Graff. decis. 193. aliàs 1. de verb. signif. incip. Resolutum fuit per Dominos. num. 9.*

Vide, quae diximus *sup. Part. I. ad d. decis. fol. 263. col. 2 in med. & ad Mobedan. decis. 82. aliàs 6. de conceß. praebend. fol. 368. col. 1. in princip.*

§. 11. SARNEN. *in Regul. de public. resign. quaest. 2. num. 3. & in Regul. de Trienn. quaest. 60.* vbi volut, quod quãdo resignans reseruauit sibi omnes fructus, & denominationem, in resignatarium nihil trãsferat, nisi nudum titulũ sine effectu, qui regressu, accessui, vel coadiutoriae aequipollet.

REPROBATVR à Rota *in Oscen. Canonicatus 11. Febr. 1577. coràm Card. Lancellott. Senior.* vbi quod Rota numquàm tenuit hanc doctrinam *Sarnens.* nam semper vacat titulus per obitũ resignatarij, vt fuisse in pluribus causis resolutum ibidem dicitur. Praeterea ipse *Sarnens. in d. quaest. 60.* limitat hanc suam opinionem non procedere, quando reseruatio fructuum conceditur loco pensionis. Resignans enim amisit per resignationem omnem proprietatem, titulum, & possessionem *Rot. decis. 2. de renunciat. in antiq. Cassad. decis. 4. num. 3. & 10. de restit. spoliat.* adeò quod non potuit penes resignantem remanere beneficium, quia penes duos esse non potest, vt dicit *Abb. in cap. maioribus. n. 3 de praebend.* maximè quando resignãs reseruauit sibi regressum ad dictam praebendam, quia regressus datur ad ius dimissum *Cassad. decis. vn. de pact.* Reseruatio verò denominationis, ac etiam administrationis possessionis cum fructibus respicit ea, quę concernunt tẽporalitatem praebendae non autem ius proprietatis, *ad Archid. in cap. si quis. num. 3. 1. q. 2. Card. in Clem. fin. in princip. quaest. 15. de praebend. Felin. in cap. cum M. num. 28. de constitut.* Et si in resignatarium non fuisset translata praebenda fuisset frustratoria dicta reseruatio ex *Rum. cons. 138. num. 8. vol. 2.*

§. 12. SARNEN. *de Trienn. quaest. 28. nu. 7. asserens aliàs Rotam, ex Gambar. ab eo allegat. de legat. lib. 3.*
1 *quaest. 3.* iudicasse † non valere prouisionem Legati de latere de beneficijs vacantibus in mensibus Ordinarij etiamsi postea Ordinarius non conferret, per plures rationes quas ibi adducit.

2 Attamen Rota † *in vna Assisien. Beneficij Ven. 19. Iunij 1587. coram Reuerendissimo Comitulo.* Voluit, quod prouisio Legati de latere facta de beneficijs vacantibus in mensibus Ordinarij, licet non sustineretur per Regulã Cancellariae reseruatoriam, vt Rotam iudicasse testatur *Sarnens. in dicta reg. de triennquaest. 28.* Tamen quod talis titulus habitus à Legato de latere sufficeret in iudicio spolij, in quo sat est docere de titulo colorato, licet aliàs inualido *Cassador. decis. 1. num. 10. de restit. spoliat.* Et vlterius probatur iste titulus coloratus ex sua facultate sibi de iure cõpetente, etiam quod fuisset restricta, vel impedita, & etiam non obstante decreto irritanti in alternatiua posito, quod etiam ex eadem decisione notauimus *in nostris Obseruat. ex Rota Rom. in verb. Legatus de latere. Obseruat. circà Miscellanea. §. 1. Legati de latere prouisio facta.*

3 REPROBATVR ista conclusio à Rota *in vna Carpentorasten. Prioratus Lunae 8. Febr. 1588. coràm eod. Reuerendiß. Comitulo.* quia constat de contrarijs decisionibus; Legatus enim de latere potest praeueniendo Episcopum conferre beneficia in mensibus in quibus potest Ordinarius conferre, vt in Iunio, ex generali auctoritate suae legationis *c. 1. de offic. legat. in 6. Vital. in Clem. 2. de offic. Ordin. n. 7. & 8. Ferrett. cons. 358. n. 1. Gundis. Vill. de legat. quaest. 9. Gambar. eod. tit. lib. 3. in princ.* Et quatuor menses de quibus in reg. reseruat. octo mensium, competentes Ordinarijs, ipsi etiam Legato non obstãt, cum in sua prouincia fungatur vicè Ordinarij *Gamb. d. lib. 3. nu. 26.* ac propterea in dictis quatuor mensibus concurrit cum Ordinarijs prouinciae *Gamb. d. lib. 3. q. 3. nu. 26. & seq.* Quod etiã est in mẽsibus alternatis ad *Cassad. de praebend. decis. 8. nu. 5. Crescent. decis. 195. Mobed.*
4 *decis. 54. Put. decis. 488. lib. 2.* † Quod etiam procedit etiamsi in vim gratiae specialis aliquid ex alternatiua Episcopus consequeretur, quia non propterea censeretur ablatum ius, quod antea competebat legato. *Cassad. de priuileg. decis. 3. num. 2. Gambar. vbi sup. num. 119. & 207. cum seq. facit decis. Put. 345.*
5 *lib. 2.* † Nec etiam refragatur decretum irritans adiectum regulae; Quia hoc regulatur secundum principalem regulae dispositionem *Paris. cons. 82. num. 15. lib. 4. Cresc. decis. 78. Put. decis. 1. lib. 1.* & sicut alternatiua non praeiudicat Legato, ita neque ipsum decre-
6 tum irritãs. † Neque huic similis est collatio in mensibus expectantium, quae aliàs fuit iudicata inualida ad *Cassador. decis. 5. de conceß. praebend. Gambar. vbi sup. num. 79. & seq.* Quia in mensibus expectantium prohibetur collatio quibuscumque collatoribus, quod non est in alternatiua, quae est concepta verbis affirmatiuis, nec continet prohibitionem, sed solum remouet impedimentum, cum alijs multis ibi adduct. *in d. Carpentorasten. Prioratus,* quae nos etiam annotauimus *in d. Obseruat. ex Rota Rom. in d. verb. Legatus. Obseru. circà Miscell. §. 2. Legatus de latere potest praeueniendo Episcopum. per tot.*

REPROBATVR secundo dicta conclusio à Rota, vt per *Accoramb. decis. 12. lib. 2. incip. Legatus de la-*
7 *tere.* † Quia non solum Legatus de latere potest conferre, sed etiam reseruare. Et quod possit conferre concurrẽdo cum Ordinarijs tamquàm Superior, habetur *in cap. si à sede in 6. vbi not. & in cap. 1. de offic. leg. Bald. in l. si aliquem. §. 1. de offic. proconsul. ad idem Put. decis. 335. in nou. lib. 2. incip. In vna Augustana.*
8 † Etiam supplendo negligentiam *Roman. cons. 361.* Etiam quod sint deuoluta ad Papam *Put. decis. 258.*
9 *incip. Legatus de latere. lib. 2. in nou.* † Etiam quod sint deuoluta ad Papam ex propria negligẽtia ipsius Legati. *Put. ibid. contrà Bonifat. & in Apostill. ibid.*
10 *posita.* † Igitur potest idem Legatus de latere reseruare *Aeneas de Falcon. in tractat. de reseru. in 2. p. q. 8.*
11 *4. quaest. princip. & Paris. cons. 24. num. 2. vol. 4.* † Et hoc etiam in praeiudicium ipsius Ordinarij, cũ facta reseruatione, & sequuta inhibitione Ordinarius conferre non potest, ita etiam priuatiuè ad illum *Archid. in cap. hi qui. in 2. not. de praebend. in 6. & Aeneas in d. tract.*

d.tract.in 2.quæst.4.quæst.princip.

DECLARATVR ibidem à Rota per *Accorambon. d.decis.12.ante fin.* id quod dicitur à *Sarnen.de trienn.*
11 *d.quæst.28.* Quod fortè illud posset procedere, vel quando collatio spectat particulariter ex priuilegio concessa. Vel quatenus quatuor menses expressè per Regulam concederentur Ordinarijs iure recompensationis octo mensium ablatorum, quia tunc videntur Ordinarij ex priuilegio Apostolico quatuor mēses habere, & cessaret dispositio Legati iuxtà tradita per *Abb. in cap. dilectus. num.6. in fin. de offic. legat.* cum alijs adductis per *Aeneam vbi sup.* quæ in casu præsentis decisionis locum non habebant.

§. 13. SARNEN. *in Regul. de Trienn. quæst.57. in fin.*

REPROBATVR à Rota. Vide *suprà §.9. Innoc. in cap. super literis. num.4. de rescript.* Vbi in fine habes ex Voto Robusterij, quod refutatur *Casiador. decis.10. de præbend. & Sarnens. hoc loco.*

§. 14. SARNEN. *de trienn. quæst.60. & in Regul. de publicand. quæst.2. num.3.*

REPROBATVR à Rota. Vide *in §.11. Sarnens. in Regul. de public. resignat. quæst.2. num.3.*

§. 15. SARNEN. *ad Regul. de Valore. quæst. vlt.* vbi quod secundum cōmunem stylum Rotæ probari debet per decem annos, vt ibi per eum. Et in fine, quod testis dicendo beneficium tanti valere, quia vicinus, non reciperetur ista probatio in beneficialibus.

SEQVITVR hanc Doctrinam Rota *in Clusina Prioratus Vener. 15. Febr. 1591. coràm Orano. est decis.74. in eius lib.2. incip. Domini concluserunt.* vbi etiam allegatur *Guidobon. decis.25. incip. In vna.*

SEQVITVR secundò eandem conclusionem Rota *in Pennen. Pensionis Vener. 20. Decembr. 1613. num.6. coràm Vbaldo. est decis.550. part.1. in Recent.* In ea parte, qua *Sarnens.* dicit, testem non probare, quia vicinus, quod tamen limitatur à Rota *coràm Bubalo. vt infrà in limitatione quarta.*

LIMITATVR primò dicta doctrina quoad decem annos, quinque ante, & quinque post litem motam. Vt non procedat quando non datur quinquennium post vacationem beneficij, sed in continenti moneretur lis, quia tunc sufficiunt decem anni ante ad not. *in l. pretia rerū. ad l. falcid. vt per Achill. decis.188. aliàs 12. de probat. incip. Valor.*

LIMITATVR secundò, vt per eundem *Achill. ibid. num.3.* quando adesset aliquod augmentum extrinsecum, quia tunc sufficit, quod tempore vacationis probaretur, ex ibi allegat.

LIMITATVR tertiò à Rota ista cōclusio *in Neocastren. Archidiaconatus Lunæ 26. Febr. 1590. coràm Gypsio. est decis.48. in eius lib.2. in manuscript. incip. Resoluerunt Domini gratiam.* Illud aliàs quod dictum est in prima limitatione, de decem annis ex *Achill.* & etiam doctr. *Sarnens.* Quod talis conclusio procedit quando impugnaretur gratia ob non expressionē veri valoris: Secus verò quando gratia prætenditur subreptitia, ex eo quod falsè narratum fuit aliquem nullos percepisse fructus; quia sufficit probatio valoris iuxtà *decis. Aegid. 112. in fin.* & semiplenè per publicam vocem, & famam delato iuramēto in supplementum, etiamsi ageretur ad canonizationem literarū, vt pluries dicitur fuisse resolutū *Cott. decis.284. & in Vrgellen. Archidiaconatus 16. Febr. 1582. coràm eod. Gypsio.* quam non reperio in eius libris, fortè nō extensa, & *in Salamantina dimidiæ portionis. Vener. 5. Febr. 1587. coràm Orano. est decis.73. in eius lib.1. in manuscr. incip. Fuit dubitatum, an litera. & in Astoricen. Archidiaconatus Vener. 24. Nouembr. & 1. Decembris coràm Card. Mantica. est decis.81. in eius impress.* vbi corrige errores *in decis. allegat.* ex hac limitatione nostra.

LIMITATVR quartò à Rota *in Cassanen. beneficij Vener. 18. April. 1578. coràm Bubalo. est decis.13. in eius lib. in manuscript. incip. Fuit per Dominos resolutum.* In eo quod *in fin. d. quæst. vlt. Sarnens.* dicitur, valorem non probari per testem quia vicinus. Vt non procedat si aliam reddat causam, putà, quia pluries ibi fuerat conuersatus. Et subdit quod in hac materia probationis valoris admittūtur leuiores probationes attenta difficili probatione, vt per *Put. decis.20. incip. In vna Colonien. lib.1. Et de ista Cassanen. fit mentio in d. Pennen. coràm Vbaldo.* vbi quod testes non probabant valorem, quia propter vicinitatem nil aliud allegabant.

LIMITATVR quintò vel potius declaratur, quod decem anni debent esse ante vacationem non quinque, & quod ista est Obseruantia Rotæ. *Guidobon. de decis.25.*

§. 16. SARNEN. *ad Regul. de Verisim. notit. obit. q.6.*
1 *in fin. vers. Et ista omnia.* Vbi dicit, † quod impetrāti incumbit onus probandi verisimilem notitiam obitus, & ita fuisse aliàs conclusum.

REPROBATVR à Rota, vt per *Accorambon. decis.16. incip. Dictat Regula. lib.2.* & dicitur, quod *de-*
2 *cis. Sarnens.* nō est vera, vbi bis hoc replicatur. † Quia non impetrans, sed ille qui dat de regula debet probare non verisimilem notitiā obitus: Quia sicut dici solet in omnibus alijs regulis, qui dat de regula, vt obtineat, debet probare se esse in casu regulæ, quia impetrans habet intentionem fundatam. Et fuit ita decisum.

3 Primò, † quia excipiens habet probare suam exceptionem, & maximè ad alium excludendum *l.1. & 2. de except.* præsumitur enim impetrans habere intentionem fundatam in præsumptione iuris, quod quilibet præsumitur impetrasse in tempore verisimilis notitię *Sarnens. ad hanc regul. de veris. not. obit. quæst.2.*

4 Secundò, † quia quis cēsetur fecisse actum in tempore necessario, vt actus sustineatur, ad *Felin. in cap. pastoralis. col.3. de rescript.* & vt delictum excludatur. *Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. de oper. nou.*
5 *nunciat.* † Argueretur enim delictum in casu isto si secus diceretur, videlicet, ambitionis, fraudis, & voti captandæ mortis, vt per *Sarnens. in d. Regul. quæst.1.*
6 Et vlterius, † quod impetrās non tenetur probare contenta in sua gratia etiam per eius expressionem, quādo habet pro se præsumptionem iuris, sed ad opponentem spectat contrarium probare *Felin. in cap. ad aures. conclus.3. de rescript.* Et multa pro confirmatione huius conclusionis cumulantur.

DECLARARI potest debere intelligi in termi-
7 nis in quibus loquitur, † quando impetratio eadem die obitus accideret: Quia tunc propter temporis breuitatem quodammodo excipientis intentio videtur satis fundata, nimirum, si ad impetrantem dicitur spectare probationem.

ET hęc decisio facta fuit *in vna Cremonen. S. Petri. die 10. Decembr. 1551. coràm Roßanen.* vt dicitur *in allegat. decis. Accoramb.* Idem postea fuit resolutum

nulla

nulla de hac decis. facta mentione *in vna Salamãtina Canonicatus Mercur. 9. Decembr. 1562. incip. Præsupposito, coràm Oradino. Est decis. 447. in eius lib. 1. in manuscript.* vbi dicitur ita fuisse decisum *in vna Cremonen. Parochialis coràm Caputaquen. & in alia coràm Aldobrandino, & in vna Aprutina coràm Fantuccio.*

Idem quod etiam nos notauimus *in nostris Obseruat. ex Rota Rom. in verb. Regul. Cancellar. la 2. in d. Reg. 29. De verissim. not. obit. nu. 4. incip. Per hanc Regulam excipienti.*

Signorolus.

S V M M A R I V M.

1 *Minoris confessio coràm Iudice non tamen in forma iudicij, an ei nocere debeat stante Statuto de quo hic.*

§. 1. SIGNOROLVS *cons. 161. Statuto Ciuitatis. num. 10. vers. Præterea prædictum Statutum.* vbi quærebatur an minoris confessio coràm Iudice non tamen in figura, & forma iudicij facta, nocere ipsi deberet, stante Statuto Mediolani, quod quilibet de dicta Ciuitate, & eius districtu habere dicatur ætatem legitimam in iudicijs ex quo habere 18. annos, in alijs verò ex quo habet 20. & deciditur quod non; quia Statutum debet restringi ad actus substantiales iudicij, nempè ad libelli productionem, litis contestationem, & similia, in alijs verò actibus ad hoc, vt iudicium valeat, legitima ætas est attendẽda.

Hoc consilium non applicatur casui similis Statuti, quale est Statutum Spoletanum, quoad actus iudicialiter factos, cum iuxta formam dicti Statuti sine curatore, & per procuratores ab eis cõstitutos in iudicio esse valeant, vt dicitur *in Spoletana legitimæ. Mercurij 11. Decembr. 1586. coram Gypsio.*

Simon de Pretis.

S V M M A R I V M.

1 *in Emphyteosi concessa pro se, & filijs in tertiam generationem, & in concessa ad ipsius tertiam generationem, an sit differentia.*

§. 1. SIMON de PRETIS *cons. 88.* considerans differentiam inter concessionem Emphyteosis pro se, & filijs in tertiam ipsius generationem, & eam quæ fit, in tertiam ipsius generationem, sine mentione filiorum.

REPROBATVR à Rota *in Romana domorum Lunæ 3. Iulij 1600. coram Card. Seraph. in fin.* vbi quod talis consideratio tollitur à Ruino *cons. 166. aliàs 167. incip. Attento tenore. num. 7. lib. 1.*

Soccinus.

S V M M A R I V M.

1 *Substitutio à patre facta in testamento imperfecto inter liberos, quando valeat.*
3 *De Remissoriæ prærogatione.*
4 *Forma, quando possit impleri per æquipollens.*
5 *Filia si contenta esse debeat sua dote, stante Statuto hoc disponente, pater tenetur dare filiæ dotem transmissibilem ad hæredes.*
7 *Pensiones non exactæ sunt fructus pendentes, & qualiter hoc intelligatur.*
8 *Donatio an transeat ad hæredes donatarij, vel reuertatur ad donantem.*
9 *Possessionis causa an mutari possit absque animi declaratione.*
10 *Tutelæ solemnitatis præsumptio, ad hoc vt inducatur, quando est spatium 30. annorum necessarium.*
11 *Alienatum quando est electum, ex rebus melioribus hæreditatis, an tunc habeat locum imputatio in legitimam.*
12 *Acceptatio, quæ fit ad finem habendi, sed renunciandi postea alteri non habetur in consideratione, sed ipsa renunciatio.*

§. 1. SOCCINVS *in l. 2. nu. 15. & 17. de vulgar. & pupill.* dum limitat doctrinam *Bart. in d. l. 2. num. 18. vers. finaliter puto.* vbi tenet substitutionem à patre factam in testamento imperfecto inter liberos, tunc demum valere si fiat ad fauorem alterius ex liberis, secus verò si extraneus esset substitutus, ea ratione, quia sicut ipse filius non posset extraneum substituere in testamento imperfecto, ita nec pater, cuius sententia est communiter recepta *Ias. ibid. nu. 24. Rip. num. 28. Soccin. Iun. num. 68. Iul. Clar. in §. testamentum. quæst. 10. nu. 1.* & ab ea non esse recedere in consulendo, inquit, *Castrens. cons. 375. lib. 1.*

Hanc inquam doctrinam limitat *Soccin. in d. l. 2. nu. 15. & 17.* quod tunc procedat, quando adest alius filius, qui potest substitui, secus si nullus alius superfit.

REPROBATVR à Rota *in Perusina hæreditatis Lunæ 16. Maij 1583. coram Card. Seraphino.* & in casu decisionis erat filio mater substituta, post *Aleiat.* qui reprobat *Soccinum in d. l. 2. §. quisquis autem. num. 3.* eundem refutat *Ruin. n. 30. & Natt. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 13. ante fin. vers. ego teneo. C. de testam. Modern. Hispan. in tract. de success. progress. lib. 2. §. 14. de pupill. substit. par. 2. num. 120.*

§. 2. SOCCIN. IVN. *in l. Gallus. 25. §. & quid. ff. de liber. & posthum.*

REPROBATVR à Rota *coràm Bubalo. in causa Romana Bonorum de Vitellis Luna 1. Decembr. 1578. ante fin. incip. Concluserunt Domini. est decis. 43. in manuscript.* Quia vt ipse dicit eius opinio est contrà omnes Doctores.

§. 3. SOCCIN. *in l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat.*

DECLARATVR à Rota, vt per *Guidob. decis. 75. incip. Dixerunt Domini.*

Vide *Part. II. circa Remissorias. in §. 7. Rotæ stylus est.* vt nunquàm denegetur prorogatio termini remissoriæ.

§. 4. SOCCIN. SEN. *in l. qui Romæ. 122. §. Flauius. num. 5. ff. de verb. Obligat.*

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *infrà Part. 5. circa Leges. ad l. qui per salutem. 33. ff. de tutetur.*

§. 5. SOCCIN. *cons. 9. incip. Prosequendo ordinem. num. 1. & 22.* vbi dicit, stante Statuto quod filia debeat esse contenta de dote à patre data, quod hoc stante, pater tenetur dare filiæ dotem transmissibilem ad hæredes quoscumque ipsius filiæ in omnem euentum.

REPROBATVR à Rota *in Narnien. dotis Luna 2. Maij 1588. coram Card. Seraph. post Cephal. cons. 156. incip. Videbatur prima fronte. num. 59. lib. 2.* & dicit Rota, quod re vera meretur reprehensionem, nam si loquitur ab ipso principio, loquitur contrà textum

in

in l. dos à patre. C. solut. matrimon. & contrà omnes Doct. tenentes quod patri stipulanti sibi dotem reddi, si filia sine filijs decesserit, restituenda est dos. l. vnica. §. accessit. C. de rei vxor. act. Bald. in cons. 89. Verba instrumenti. lib. 2. & omnes in l. post dotem. ff. solut. matrim. & in d. Narnien. dicitur num. 3. ad med. quod Bald. cons. 89. secuta est Rota in vna Firmana bonorum 5. Aprilis 1585. coràm Bubalo. & in meis annotat. ad Seraphinum addo Rotam quæ etiam secuta est Bald. vbi suprà. & hanc decisionem Seraphini sequitur Rota post Bald. cons. 89. & cons. 2. Factum tale. lib. 3.

§. 6. SOCCIN. cons. 84. incip. Visa prædicta. num. 2. & seq. lib. 1. Et cons. 241. incip. Circa primam difficultatem. num. 9. lib. 2.

APPROBATVR à Rota. Vide suprà in §. 56. Bald. cons. 316. incip. Filia primi matrimonij. lib. 2.

§. 7. SOCCIN. in cons. 100. num. 2. vers. Sed his non obstantibus. lib. 1. incip. In causa Baptistæ. vbi dicit, quod pẽsiones nondum exactę sunt fructus pẽdentes.

DECLARATVR à Rota coràm Cardin. Mantica decis. 14. nu. 12. incip. Extrà Rotam. Quod loquitur de pensionibus debitis propter commoda, quæ percipiuntur ex processibus, & scripturis. & nu. 1. in fin. fatetur aliud esse in pensionibus, quæ debentur propter fructus naturales, nam si fructus sint percepti, pensiones quoquè intelliguntur, etiam si dies soluendi nondum venerit; vt est casus in l. defuncta. & ibi not. Bald. ff. de vsufruct. cum alijs ibi allegat.

§. 8. SOCCIN. IVN. cons. 53. vol. 2.

REPROBATVR à Rota. Vide suprà §. 10. Alex. cons. 43. lib. 3. quod replicatur cons. 53. Consideratis his. lib. 6. ad fin. num. 3.

§. 9. SOCCIN. cons. 131. incip. In præsenti consultatione. nu. 7. vers. hoc est verum, dummodo animo constitueret se. velle ex noua causa possidere. lib. 1.

REPROBATVR à Rota, vt fusius habes in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Possessio. Obseruat. circa Causam possessionis. §. 1. incip. Possessor mutare potest causam possessionis. per tot. vbi etiam multa habes ad dignoscendum vota, vel decisiones Rotæ.

Idem etiam repetitum habes in nostris Annotationibus ad Seraphin. decis. 210. Romana compromissi Sabbat. 23. Ianuarij 1574. incip. In ista dubitatione, quæ non est decisio, sed Votum Seraphini, à Rota approbatum decis. 232. Ven. 14. Maij 1574. vt in dicta Annotatione habes.

Et quod Rota sequatur hanc opinionem dicitur in Bononien. manutentionis. Vener. 16. Decemb. 1611. coràm Card. Sacrato. est in Recent. decis. 366. num. 1. part. 1. vbi similis decisio citatur in S. Seuerini bonorum 20. Decembris 1610. coràm eodem Sacrato. & in Sabinen. Castrorum 17. Aprilis 1581. coràm Cantuccio. est decis. 142. nu. 4. part. 2. diuers. post Put. decis. 441. lib. 1. in nou. Cæs. de Grass. decis. 19. num. 6. de probat. Et Rot. decis. 324. num. 2. part. 1. diuers.

Alias decis. contrà d. Soccin. cons. 131. cumulat Surd. decis. 224. nu. 19. vers. quartum quoquè, & ante eum Bursatt. ab eo allegatus in cons. 8. num. 15. vers. Insuper vxor potest, & cons. 9. num. 8.

Et quod Rota non sequatur d. cons. Soccin. dicitur in Virdunen. Abbatiæ. Lunæ 22. Iunij 1615. coràm Buratto. incip. Firmata iustificatione. Est decis. 741. p. 2. in Recent. vbi nu. 8. inter alias allegatur decis. in Parmen. Prioratus 23. Iunij 1589. coràm Card. Mantica. Et in Regien. Prioratus 14. Iunij 1604. coràm Decano. Et in Romana Palatij de Rusticutijs. Ven. 13. Nouembris 1615. coràm Decano Coccino. incip. Fuit resolutum, D. Matthæo. nu. 2. Est decis. 761. in Recent. p. 2. Et coràm Palcotto in Romana domus 17. Maij 1560. est decis. 422. in suo libr. incip. Mulier dotata. vt testatur, Bursatt. cons. 8. nu. 15. & cons. 9. n. 8. Et in vna Maceraten. Hæreditatis. Lunæ 11. Maij 1587. coràm Bubalo. est decis. 105. in eius lib. in manuscr. incip. Cum in hac.

§. 10. SOCCIN. in cons. 254. sub num. 4. vers. ad hoc respondetur. lib. 2. incip. Visa, & considerata. vbi dicit, quod ad hoc vt inducatur præsumptio solemnitatis tutelæ, requiritur spatium 30. annorum.

DECLARATVR à Rota coràm Card. Pamphil. Sen. in causa Esina prædij. Lunæ 16. Decembris 1585. incip. Domini steterunt in resolutis. est decis. 40. in eius lib. in manuscript. Quia quando decernitur tutela, & eius administratio in nullius vertitur præiudicium, sed tantum merus fauor pupilli, sufficit ad præsumendam eam solemniter decretam, spatium decennale. l. si filius. C. de petit. hæred. Aym. de antiq. temp. part. 3. in princip. latissimè Gabriel conclus. 1. de præsumpt. n. 1. Tunc enim requiruntur 30. anni, quando hæc præsumptio cadit in graue tertij præiudicium, cap. peruenit. vbi Imol. nu. 10. vers. nota ex prædictis. de empt. & vend. Bart. in quæst. mulier habens magnum patrimonium. in fin. Alex. in l. qui aliena. nuiq. ff. de negot. gest. Dec. cons. 442. vers. & multi hoc intelligit. Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 53. & fuit dictum coràm eodem in causa Senen. prædij. 8. Octobris 1584. incip. Dubitaui in causa. est decis. 2. in eius lib. in manuscrip.

Et sic Soccin. in d. consil. non loquitur in his terminis, quia in suo casu agitur de præsumenda solemnitate actus præiudicialis ipsi pupillo, videlicet, transactionis, & diuisionis, in qua pupillus non interueneriat, & ideò non applicatur, quando agitur de præsumenda solemnitate tutelæ, & eius administratione, in qua vertitur fauor, non autem præiudicium ipsius pupilli, & ideò debet sufficere spatium 10. annorum, vt dicunt Soccin. cons. 153. incip. Pulchra, & subtilis. Bor. decis. 124. num. 13. incip. Et videtur, qui mouetur ex d. l. si filius, & d. l. qui alieno. quãdo quæritur spatio decennali. ita etiam dixit Rota coràm eod. Bubal. in causa Alatrina Capellaniæ. Vener. 24. Octobris 1586. incip. Fuit resolutum sententiam. est decis. 80. in eius lib. in manuscript.

§. 11. SOCCIN. cons. 116. num. 13. lib. 3.

REPROBATVR à Rota coràm Oron. in causa Perusina fideicommissi de Americis. Merc. 26. Februarij 1586. incip. Conclusum fuit. est decis. 134. in eius lib. in manuscript. ex eo, quia negat illam interpretationem reperiri iure cautam, quod quando alienatum est electum ex rebus melioribus hæreditatis, eo casu non habeat locum imputatio in legitimam.

§. 12. SOCCIN. cons. 53. Viso instrumento. num. 27. vers. Sed ad hoc respondereṁ. lib. 4. Quod acceptatio quæ non fit ad finem habendi, sed renunciandi alteri, non videtur in consideratione, sed ipsa renunciatio, quæ principaliter agitur, cùm nec ius acquisitum momentaneum videatur in consideratione.

APPROBATVM fuit pluries dictum consilium à Rota, vt dicitur in Carpentoraten. pensionis. Merc. 29. Maij 1602. coràm Card. Lancellotto, est in Recent. decis. 327. nu. 9. p. 1. & in Papien. pensionis. Lunæ 21. Decem-

Decembr.1606.num.9.corãm Reuerendissimo Ortembergo. est in Recent.decis.122.ead.part.1.

Et in vtraque decisione fuit applicata dicta doctrina ad translationem pensionis, quia licet translatio fiat per modum extinctionis, quia tamen extinctio est momentanea, & non fit ad finem amittendæ pensionis, sed acquirendæ alteri, ideò non est in consideratione, sed ipsa translatio, & creatio, propterquam principaliter fit dicta extinctio, allegatur *Put. decis.519. in nou.517. incip. Hospitale. num.3. lib.2. vbi dicit notabile esse d.consil.Soccin.*

SEQVITVR *Soccin.& Puteum Rota corã Seraph. decis.567. incip. An possessio.num.2.*

Speculator.

S V M M A R I V M.

1 *Compromissum non expirat per mortem vnius ex compromittentibus, & transit ad hæredes, quando de eis est facta mentio. Et quando talis mentio facta dicatur.*

2 *Verba generalia debent intelligi secundum naturam actus.*

§. 1. SPECVLATOR *in §. finitur.nu.3. de Arbitr.*
1 † Vbi dicit, quod compromissum factum in arbitratorem non finitur morte vnius ex compromittentibus: Quia isto casu non dicitur verum compromissum, sed potius quædam transactio. Et cum *Speculat.* transeunt Doct. citati à *Ias. in l. si quis arbitratu. sub num.28. de verb.oblig. & Marsf.Singul.54. Imol. in cap. final. num.6. de arbitr.* Et *Ias.* dicit ibi hanc esse magis communem opinionem *sub d.nu. 28. vers. quid tenendum licet magis communis opinio sit contra Bart.*

BARTOL. IAS. IMOL. *in d.l. si quis arbitratu.*
2 & ABBAS *in d.cap.fin. nu.8.de arbitr.* † contrariam tuentur opinionem, quod expiret compromissum morte vnius ex compromittentibus.

ROTA verò in hac opinionum varietate, *corãm Cotta in vna Fulginaten. Pecuniaria. Luna 4. Iulij 1569. incip. An compromissum. Est Decis.268. in eius lib.in manuscrip.* Transit cum illa opinione, quæ non
3 videtur habere cõtradictorem, videlicet, † quod cõpromissum non expiret morte vnius ex compromittentibus, & transeat ad hæredes, quando de hæredibus in compromisso est facta specialis mentio, prout communiter dicitur tenere allegatos Doct.

4 Dicitur autem in † compromisso facta mentio de hæredibus, prout in eadem Decis.& quod fint obligati ad obseruationem compromissi quando in compromisso est clausula apposita, videlicet, *Pro quibus omnibus,&c. obligarunt sese, eorumquè hæredes, & successores.* Iuncta alia præcedenti clausula, videlicet, *quod compromissum dictæ partes durare voluerunt ad beneplacitum Cardinalis, qui erat arbitrator.*

5 Et huius posterioris clausulæ, † quod cõprehendat hæredes ea ratio assignatur. Nam si compromittentes voluerunt compromissum durare ad beneplacitum Cardinalis arbitratoris, impossibile est quod isto casu noluerint obligare, & comprehendere hæredes, prout in similibus ferè terminis fuerat consideratum à Rota in *Romana Pecuniaria Camerariatus corãm eod.Cotta. Veuer. 18. Martij 1569. incip. An concessio. est in eius lib. in manuscript. decis.257.* dum quærebatur, An concessio illa facta Cardinali Vitello per fel.rec. Pium Quartum, scilicet, quod officiũ Camerariatus non vacaret per octo annos, comprehenderet etiam de octo annis successoris.

6 Et fuerat dictum, quod sic, † inter aliàs rationes ad euitandam absurditatem illam, vt Papa voluerit promittere illud, de quo penitus erat incertus, idest, vt viueret octo annis.

Ita etiam in casu Decisionis, si compromittentes voluerunt compromissum durare ad beneplacitum
7 Cardinalis, † quod oporteat fateri, quod voluerint obligare hæredes, vt possint verificari illa verba, *ad beneplacitum Cardinalis*, quod aliàs incideremus in absurditatem, quod compromittentes cogitauerint se superuixuros Cardinali, quod non est dicendum,
8 † cũ nihil sit certius morte, & nil incertus die mortis.

§. 2. SPECVL. *de Emphyt.quæst.94.* cum dicit verba generalia debere intelligi secundum naturam actus, & sic voluit, Emphyteutam habentem facultatem in concessione vendendi cuicumque, debere intelligi requisito, & sic secundum naturam Emphyteusis.

REPROBATVR à Rota, vt per *Cassad.decis.3. nu.9. de locat.* post *Ias.* ibi allegatum. *in l.fin. col.3. num.6. in fin. de iur. Emphyt.* vbi quod *Speculat.* opinio cõmuniter reprobatur *Clar. in §. Emphyteusis.quæst.13.vers.sed pone.* quos etiam sequitur Rota *in Romana domus S. Eustachij 17.Februar.1581.corãm Card.Lancell.*

Eadem conclusio firmata fuit *in Romana viginti millium 20.Iunij 1580.corã eod.Lancellotto.* Si plura in hac materia desideras.

Vide *suprà in §.15.Ruin.consil.99. incip. Præsupponitur.nu.11.lib.4.* vbi similiter reprobatur. Et vide *suprà part.1.in Decis.Romana domus S.Eustachij 17. Febr.1581.corãm Card.Lancellotto. fol.342.*

Idem etiam fuit dictum *corãm Cotta decis. 428. in eius libr. in manuscript. est in Romana Census Luna 17.Maij 1574.incip. An Comet.* vbi dicitur, quod *Alex.consil.106.incip. Viso themate instrumenti. nu.3. lib.4.* qui sequitur opin. *Specul. in hac quæst.94.* habet contra se communem opinionem. de qua per *Ias.in l.fin. num.4. in vers. Contrarium tenet Salicet. lib.4.*

Stafileus.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata per contradictas, quæ transitum fecit in iudicatum, operatur vt detur commissio cum clausula parito iudicato, & non cum clausula refectis expensis, & quando.*

§. 1. STAFILEVS *in tract.de liter.grat.& institia fol.161.* Cum dicit, quod quando vna sententia est lata per contradictas, quæ transiuit in iudicatum, quod datur commissio cum clausula, *refectis expensis*, & non cum clausula, *parito indicato.*

NON SERVATVR in Rota istud dictum, vt per *Caputaq.decis.256.Dictum Staphil.part.1.* Quia semper vult, quod pareatur indicato, quando non est aliqua nullitas resultans ex ijsdem actis, vel de qua non possit doceri incontinenti.

Stephanus Gratianus.

S V M M A R I V M.

1 *Testator si dedit plures tutores filio, ita vt vnus nihil sine alio facere possit, si aliquis decedat, an tutela expiret, & deferatur ad matrem.*

2 Sta-

2 *Statutum excludens sorores à successione fratrum, an habeat locum in successione sororis defunctæ.*

§. 1. STEPHANVS GRATIANVS *discept. forēs. cap. 812. incip. Dubium. à num. 29. ad 34. lib. 5.* vbi vult, quod si testator dedit plures tutores filio, ita vt vnus nihil posset sine alio; si aliquis obijsset, quod tutela extinguatur in totum, & deferatur matri iuxta *Bald. cons. 308. Testator. lib. 2.*

REPROBATVR à Rota *d. cons. Bald. vt habes suprà ad Bald. loc. cit. §. 55.*

§. 2. STEPHAN. GRATIAN. *discept. forens. cap. 449. per tot. incip. Concludendum est.* vbi tenet, quod statutum excludens sorores à successione fratrum, habet etiam locum in successione Sororis defunctæ.

REPROBATVR à Rota *coràm R.P.D. Merlino in vna Romana Successionis Vener. 14. Iunij 1630. incip. Celebrem apud Doctores.* Ex eo, quod contrarium sit veriùs, & ipse loquatur tamquàm aduocatus in causa.

Stracca.

SVMMARIVM.

1 *Creditor prior non potest repetere pecuniam posteriori à decoctore solutam.*

§. 1. STRACCA *de Mercat. tit. de decoctor. p. vlt. num. 27. & seq.* vbi tenet contrà *Afflict. decis. 150.* in qua fuit decisum, priorem creditorem non posse repetere pecuniam posteriori à decoctore solutum, contrà quam tenet idem *Stracc. nu. 30. & seq.*

REPROBATVR à Rota quia in Curia nō est recepta eius opinio, vt dicitur *in Romana Prioritatis, & Potioritatis Luna 2. Iunij 1572. corā Card. Seraph.* sed est recepta opinio *d. Afflict. et Couar. pract. quæst. cap. 29. num. 2. Angel. & Negusan.* de quibus per *Paleot. decis. 195.*

Credo quod ista decis. 195. Paleott. quæ hic citatur à Seraphino. sit decis. 548. lib. 3. par. 3. diuers. quæ videtur imperfecta cū in ea non citētur omnes isti Doct.

Surdus.

SVMMARIVM.

2 *in Emphyteosi concessa pro filijs, & hæredibus, an veniant fæminæ saltem sub nomine hæredum.*

3 *in Debitore in diem oritur actio, & obligatio ante diei aduentum, & ideò tale creditum transmitti potest.*

4 *Mater non est admittenda cōtrà iudicium testatoris.*

5 *Alimenta, & sumptus litis vt debeantur, quæ sint necessaria.*

6 *Dos data spuriæ ea mortua, quando reuertatur ad patrem dotantem, & eius hæredes.*

7 *Statuta exclusiua fæminarum non excludunt ab hæreditate fæminas, etiam si habeant verba communia.*

8 *Hæres cum benef. legis & inuent. tenetur soluere in pecunia si hæreditas sit opulenta.*

9 *è Carcere aliquem liberare, vel ei in necessitate famis constituto subuenire, paria sunt.*

10 *Emphyteutica bona an veniant in generali obligatione.*

11 *Fideicommissarius quando non sit legitimus contradictor.*

§. 1. SVRDVS *cons. 115. Quoad bona.*

REPROBATVR à Rota *in Auximana Spolij. Vener. 3. Decembris 1610. num. 4. & 5. coràm Pirouano. est decis. 320. in Recent. part. 2. & remissiuè habes in §. 68. Bart. doctr. in l. sed etsi lege. §. si cre. num. 4. ff. de petit. hæred.*

§. 2. SVRD. *cons. 140. num. 22.* quod in emphyteosi concessa pro filijs, & hæredibus, veniant fæminæ saltem sub nomine hæredum, vt stent illa verba disiunctiuè.

REPROBATVR à Rota *in Romana mensæ Nummulariæ. Merc. 30. Iulij in Congregatione. num. 18. 1614. coràm Reuerendiss. Decano Coccino. cum sit d. opinio super doctr. Bart. communiter reprobata.*

Vide *suprà in §. 32. Bart. in l. Gallus. §. etsi parente. num. 6. ff. de liber. & posthum. in fin. vers. & propterea est cauendum.*

§. 3. SVRD. *cons. 151. Domini de Agnellis. nu. 6. & 7.* vbi dicit, quod in debitore in diem, nata est ante diei aduentum actio, & obligatio, ac propterea quod tale creditum transmitti potest.

APPROBATVR à Rota *in Florentina seu Parisien. pecuniaria. Vener. 6. Nouembris 1615. coràm Decano Pegna. Est decis. 760. incip. Creditum Regium. p. 2. in Recent. n. 4. in fin.* vbi antea reprobatur dictū Bald.

De quo vide etiam *Part. 3. in §. 54. Bald. in consil. 234. Statuto cauetur. lib. 2.*

§. 4. SVRD. *in cons. 428. incip. In suo testamento. lib. 3. vbi n. 5. §. contrarium.* dicit matrem non admittendam ad tutelam contrà iudicium testatoris. Et *nu. 9.* vbi sequitur opinionem *Dyn. Et nu. 13. §. aggredior. & seq.* vbi determinat sorores à testatore datas tutrices præferri matri, & remanere saltem administratrices, quatenus tutela non sustineatur.

APPROBATVR à Rota *in Bononien. tutelæ. Ven. 13. Februarij 1613. nu. 5. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 668. nn. 5. part. 1. in Recent.* reprobata opinione *Bald. in cons. 308. lib. 2.*

Vide *suprà in §. 55. Bald. in cons. 308. incip. Testator in testamento. num. 2. lib. 2.*

§. 5. SVRD. *de Aliment. tit. 1. quæst. 120. incip. Est quoquè. vbi num. 14.* dicit, Alimenta & sumptus litis non aliter deberi pauperi collitiganti, nisi quando agitur vel ad vniuersam hæreditatem, vel maiorem partem; secus si personali actione experiretur pro aliquo suo credito, vel pro aliqua re singulari, quàm prætendat suam, prout dicit declarare *Io. Lup. in cap. per vestras. in 1. not. Ampliat. 18. §. 39. in fin.*

REPROBATVR à Rota *in Anconitana Censuum. Vener. 26. Iunij 1615. coràm Card. Sacrato. Est decis. 748. part. 2. in Recent. vbi num. 5.* dicitur, istam distinctionem nullo iure, aut ratione probari. Nam causa ob quàm præstantur alimenta, & sumptus litis, non videtur consistere in eo, quod agatur magis ad vnam rem, quàm ad aliam, de cuius boni iuris præsumptione constat, ne cogatur ob impotentiam litem deserere. *Et sic in cap. ex parte. & in cap. olim. de accusat.* dantur alimenta ei, qui non agit ad vniuersitatem bonorum.

Et quod *Lup. per Surd. allegatus in d. §. 39. col. 2.* non distinguit an agatur ad vniuersa, vel ad particularia bona, sed an adsit, vel non adsit præsumptio boni iuris, *vt ibi num. 3.* vbi sæpè inculcat præsumptionem boni iuris. *Et text. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam.* licet ponat casum, in quo agebatur de vniuersitate bonorum, non tamen loquitur limitatè, neq; pro ratione decisionis ponderatur

ista

ista circumstantia, quod ageretur ad vniuersitatem bonorum, sed tantum inopia actoris, ibi, *placuit propter inopiam actoris, &c.* Quam inopiam etiam ponderat. *l. fin. C. de ordin. cognit. & text. in cap. ex parte. & in cap. olim. de accusat. allegati.*

Vide in hac materia alimentorum, & sumptuum litis, & circa *d. l. si instituta. ff. de inoffic. testam.* ea quæ notauimus *Part. I. ad Bisignett. in Antiquior. decis. 2. de iudic. incip. Vtrum filius agens. vbi in Addit. mentionem fecimus huius decis. coràm Sacrato.*

§. 6. SVRD. *in tract. de aliment. tit. 5. quæst. 7. nu. 3.* dicens, quod dos data filiæ spuriæ ea mortua reuertitur ad patrem dotantem, vel eius hæredes. ex sententia *Bart. in l. fin. nu. 7. vers. idem dico in dote. ff. de his, quib. vt indign.*

APPROBATVR cum declaratione à Rota *in Romana restitutionis dotis. Lunæ 21. Maij 1612. coràm Decano Coccino. est decis. 395. in Recent. par. 2. incip. Licet verum sit. vbi num. 1.* declaratur dictam conclusionem non procedere, quando fuit dos cõstituta iuxtà taxationem, de qua *in l. hæreditatum. ff. ad l. falcid.* qua non excedis valorem alimentorum, quæ deberetur in singulos annos præstari, tunc enim dos non debet transire ad hæredes patris, sed ad hæredes filiæ, *Bald. cons. 448. num. 5. lib. 1. Couarr. in epit. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. in fin. Diaz ad Lup. in cap. per vestras. §. 23. Menoch. de arbitr. casu 170. nu. 25. & 26.* vbi de magis communi. *lib. 2. centur. 2. Turrett. cons. 31. nu. 27. Petr. Caball. cons. 154. nu. 21. vers. secus verò. Idem Surd. de aliment. vbi sup. n. 54. vers. quintò non habet locum.*

§. 7. SVRD. *decis. 9. num. 6. qui sequens Salyc. in l. 2. num. 25. vers. non idem dico. C. de noxal. action.* & alios ibi relatos, voluit statuta exclusiua fæminarum non intelligi excludere ab hæreditate fæminæ, etiam si habeant verba communia.

DECLARATVR à Rota *in Rauennaten. bonorum. Lunæ 16. Decembris 1613. num. 6. coràm Vbaldo. est decis. 548. par. 1. in Recent.* Quod nullus ex illis Doctor. loquitur, quando ratio agnationis est expressa in statuto, ex cuius rationis identitate fit extensio, quæ potius est comprehensio. *l. his solis. vbi Bald. C. de reuoc. donat. latè Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. sub num. 4. vers. hoc autem. & num. 6. & 7.* Et quod in casu Surdi non esset expressa, apparet ex principio decisionis.

Secundò, quia ratio *Salyc. reprobatur à Brun. de statu exclud. fæm. stant. masc. art. 5. num. 80.* Et quod in omnem euentum procedat in vocatione actiua, non autem passiua; & quicquid esset de iure cõmuni, tamen in hoc casu non applicabatur stante declaratione: *Rubric. 11. lib. 1. Statut. Rauenn. ex Rubric. 13.* vt habetur *in d. decis. nu. 5.* in qua agnati excludunt etiam matrem ab hæreditate filiæ fæminæ, vt in terminis considerat *Gabr. cons. 14. num. 25. lib. 1. Sim. de Pret. cons. 163. num. 54. & 55.*

CONFIRMATA fuit *d. decis. Rauennaten. coràm eod. Vbaldo. Lunæ 9. Febr. 1615. incip. Domini censuerunt. est decis. 644. in Recent. p. 2. vbi nu. 3.* dicitur, quod Dominis placuerunt respõsiones in supradicta decis. datæ ad Doct. relatos *à Surd. in d. decis. 9. nu. 6.*

§. 8. SVRD. *decis. 30. Iurauit in suo testamento. n. 31. & seq.* qđ hęres cum benef. leg. & inuent. tenetur soluere in pecunia si hęreditas sit opulenta, & nõ in bonis.

SEQVITVR hanc *decis. Rota in Bononien. de Amoninis. 4. Decembris 1609. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 203. num. 9. part. 1.* vbi agebatur de soluendo legatum dotis in pecunia non in bonis.

§. 9. SVRD. *decis. 86. incip. Detinebatur in carceribus. n. 4.* cum dicit paria esse, aliquem è carcere liberare, vel ei in necessitate famis constituto subuenire.

DECLARATVR à Rota *in Bononien. Census. Ven. 20. Februarij 1609. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 177. num. 9. part. 1.* quod non potest fieri vllum fundamentum in dicta decisione, non solum, quia ipse *Surd. num. 10.* dicit illam resolutionem sibi non placuisse. Vltrà quod ibi fuerat petita facultas à iudice alienandi dotem, & sic præsupponit seruatas solennitates in talibus contractibus mulierum requisitas, quod non procederet quando non fuissent seruatæ, *prout in d. Bononien.* vbi filius minor consenserat patri carcerato alienanti censum ad fauorem Regiminis Bononiæ creditoris sine solemnitatibus Statuti Vrbis. *lib. 1. cap. 113.* Vltrà quod dicta paritas rationis inter alimenta, & ex carcerationem non est facilè admittenda, cum Doct. *per Surd. allegat. num. 5.* dicant quidem causam ex carcerationis in genere esse causam piam, in quo potest procedere paritas cum alimentis. Non tamen quod vtraquè causa sit æquè necessaria, dicitur à Doct. nequè dici potest propter manifestam rationem differentiæ *ad trad. per Cepoll. cons. 27. num. 5. & seq.* Carceratus enim habet alimenta à publico, vel à creditore non habet illam præcisam necessitatem famis, quæ in necessaria causa alimentorum consideratur, quando bona stabilia minoris permittuntur alienari. Vltrà quod non defuerunt Doct. qui illam iustam alienationis causam intellexerunt in necessitate, & famæ solius filij, vt aduertit idem *Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 37.* vbi præterea sub *num. 6.* tradit *post Azon. in Summ. C. de bon. quæ lib. num. 12.* & alios, ipsum patrem in quouis casu necessitatis non posse bona filij minoris alienare sine iudicis decreto.

§. 10. SVRD. *decis. 160. In Generali bonorum. num. 1.* ibi, cuius opinio fortè de iure verior est, quod sub generali obligatione non veniant bona emphyteotica, sed videatur necessaria specialis mentio. Et quod Senatus iudicauit ea non venire in generali institutione, etiam quando potuissent relinqui.

NON APPROBATVR ista opinio à Rota *in Romana Saluiani interdicti. Lunæ 10. Ianuarij 1611. coràm Vbaldo. nu. 5. est in Recent. decis. 294. part. 1. vbi* multis probatur contraria opinio, Et quidem Surd. excusatur, quia de eo agit incidenter, & non figit pedes in illa opinione.

§. 11. SVRD. *decis. 333. Defuncto Domino. num. 12. in fin.* quod fideicommissarius non sit legitimus contradictor, si paratus est docere incontinenti de iure suo, & possideat sine vitio, quando sunt faciendæ detractiones, reprobato *Corn. cons. 232. in fin. lib. 4.*

APPROBATVR à Rota *in Romana de Capizucchis. Lunæ 10. Aprilis 1606. coràm Card. Lancellotto. est in Recent. decis. 115. num. 12. & 13. part. 1.*

Et vide fusius *in Part. 5. in L. edicto fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* fideicommissarius, vt sit legitimus contradictor.

Antoninus Thesaurus.

SVMMARIVM.

1 *Filij fratrum patruo succedunt in capita.*

§. 1.

§. 1. **A**NTONINVS THESAVRVS *decis. 162. incip. Filij duorum fratrum*, quod filij fratrum patruo succedunt in capita.

APPROBATVS à Rota. Vide *in §. Accursius. in §. hoc etiã. in verb. superstites. Inst. de legit. agnat. success.*

S. Thomas.

SVMMARIVM.

1 *Primitiæ sunt de necessitate soluendæ iuxtà communem opinionem, licet fortè libertas sit quoad quantitatem, non quoad necessitatem.*

§. 1. **S**. THOMAS *2. 2. quæst. 86. artic. vlt.* vbi vult primitias non esse de necessitate soluendas, vnà cum *Brixiens. in suo Repertorio.*

DICITVR à Rota *coràm Achill. decis. 307. aliàs 2. de decim. incip. In eadem.* quod ista opinio iuribus nõ subsistit, quia loquuntur contrà cõmunem opinionẽ, & iura ibidem allegata, & in præcedenti decisione.

Et additur, quod licet libertas sit fortè quoad quantitatem, nõ autem quoad necessitatem soluẽdi.

Thomas Sanchez.

SVMMARIVM.

1 *Papa an possit in toto mundo legitimare, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus.*

2 *In Dispensationibus matrimonialibus verba illa, quæ apponuntur, scilicet (prolem susceptum) impropriè sunt accipienda.*

§. 1. **T**HOMAS SANCHEZ *de Matrim. lib. 8. disputat. 7. in princip.* dicens, quod hæc est vera, & receptissima sententia, & quod ita communiter tenetur: Quia sicut Princeps secularis nequit legitimare quoad ecclesiastica, eò quia caret iurisdictione ecclesiastica, cuius id est, sic nec Pontifex extrà ea loca potest quoad temporalia.

REPROBATVR à Rota *in Pampilonen. illegitimitatis. Mercur. 10. Iunij 1609. num. 13. coràm Iusto. est in Recent. decis. 191. part. 1.* vbi quod ista Thomæ verba, antiquam scriptorum modestiam non imitantur, & quod fallitur, cũ ista non sit vera, neque communis opinio, sed tantummodo illorum, qui negant temporalem Papæ iurisdictionem; & ipsemet inferius *nu. 3. & 4.* defendit opinionem *Io. Andr. in c. per venerabilem. nu. 30. qui fil. sint legit.* & dicit esse frequentissimam allegando infinitos auctores. Et ita tenuerũt aliqui ex Dñs *in d. decis.* vt ibi dicitur à *n. 13.* Addebant ijdem *n. 14.* quod tempore Glossatorum, & antiquorũ Doct. nondum emanauerãt Decretales Bonifacij VIII. & Ioan. XXII. super vtroque gladio. Ideò quod non ipsi, sed quidam moderniores audaciter loquuti sunt, scientes definitionem Ecclesiæ.

Glossator de quo hic est Bernard. de Botono Parmen Glossator Decretalium Gregorij Noni. *in dicto cap. per venerabilem. in glos. 2. super verb. habet potestatem.* qui ita tenet, non quia non Papa non possit, sed quia non debet interturbare iuxtà terminos. *cap. nouit de Iudic.* vt in eadem *decis.* dicitur *num. 13.*

§. 2. THOMAS SANCHEZ *in ead. disput. 7. nu. 16. & 23.* & prius *num. 14.* credens illa verba, quæ in dispensationibus matrimonialibus apponũtur (prolem susceptum) impropriè esse accipienda, quia sunt clausulæ de stylo apponi solitæ.

REPROBATVR à Rota *in d. Pampilonen. nu* ibi, ex quibus patet. Vbi quod eius malè fundatus, & falsum esse in facto enim quia notum est peritis, quod ista non sumuntur ex clausulis supplicationis, sed ex corpore petitionis ad supplicationem partium. In iure, quia clausulæ, quæ sunt solitæ apponi de stylo sunt attendendæ. *Gabr. lib. 6. tit. de consuetud. conclus. 4. & de claus. conclus. 7.* Et quod ista fraus, & fallacia contrà literas Apostolicas, & in his, quæ consistunt in clausulis, & decretis est omninò reijcienda.

☞ Contrà eumdem Thomam Sanchez, vbi sup. *n. 25.* Vide quod notauimus *sup. §. 10. ad Couarr. super 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 8. num. 13.*

Tiraquellus.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non potest pro absente stipulari. & in stipulatione pupilli, vel infantis an requiratur auctoritas Prætoris.*

§. 1. **T**IRAQVELLVS *de constit. limit. 30. nu. 29. & 32.* vbi cum teneat Notarium non posse pro absente stipulari, videtur requirere Prætoris auctoritatem in stipulatione pupilli, vel infantis.

REPROBATVR à Rota in vtroque capite *in Vrbeuetana hæreditatis Mercurij 15. Iunij 1580. coràm Card. Seraphino.* Quia infanti acquiritur dominium ex stipulatione Notarij, quando adest constitutum, vel precarium *Bald. in l. si quis in emancipatum. n. 2. C. de donat. Alciat. cons. 112. num. 14. Paris. cons. 69. num. 148. lib. 3.* & quod ita fuit tentum *in vna Bononien. de Oricellarijs 9. Maij 1580. coràm Card. Lancell. Senior.* Vnde contraria opinio cũ sit recepta, nihil esset specialitatis in pupillo si requireretur, quod interponeretur Prætoris auctoritas. Neque etiam obstat, quod sit hoc intelligendum ad effectum, vt quæratur vtilis actio sine cessione, vt videtur velle idem *Tiraquell.* Quia hæc sententia non est vera, *Baldus* enim loquitur expressè de acquisitione dominij.

Valaschus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteosis si fuerit concessa à primo emphyteuta, quãdo requiratur cõsensus domini directi, & quando primi emphyteutæ, seu domini vtilis.*

§. 1. **V**ALASCHVS *de iur. emphyt. quæst. 13. Huic quæstioni. nu. 12. vers. & idcircò crediderim.* vbi dicit, quod quando primus emphyteuta simpliciter vendidit emphyteusim, tunc secundus emphyteuta debet, requirere consensum domini directi. Quando verò primus emphyteuta transtulit in aliũ, nõ quidẽ res emphyteoticas omninò alienãdo, sed in emphyteusim cõcedẽdo sub annua pẽsione; & quod hoc casu est requirẽdus cõsensus primi emphyteotæ.

APPROBATVR à Rota *corã R. P. D. Decano Coccino Decis. 75. Ioannes Gomez. num. 4.* vbi etiam assignatur ratio, quia quemadmodum dñs directus dicitur dñs respectu primi emphyteotæ, ita & ipse emphyteuta dicitur dominus respectu secundi emphyteotæ.

In eadem sententia residet hic allegatus *Menoch. cons. 226. Dubitationes multæ. à num. 184. §. Non obstat quartum ar[illegible] tum. vsque ad num. 188. vol. 3.* [illegible] materia [illegible] to exactissimæ more suo ad- [illegible] nem supra allegatam [illegible] *tit. de locat. & conduct.*

TIO.

[illegible] hoc loco, quod in [illegible] nphyteuta vendidit, & [illegible] secun-

secundus etiam vult vendere, debet requirere consensum domini, non autem primi emphyteotæ, quod hoc expresse dicit *Glos. in l. fin. Cū dubitabatur. C. de iur. emphyt. in verb. alijs vendere. in fin.* ibi. *Item si primus emphyteuta.* vbi mouetur duplici ratione. Primò, quia text. ibi, requirit consensum domini, & primus emphyteuta desijt esse dominus alienādo, nec possidet ciuiliter, nec naturaliter. Secūdò quia videt habere causam à dño, qui eū deduxit in possessionē. Et cum vtraque ratio cōcurrat in primo emphyteuta, quando non venditur, sed subemphyteuticat, quia & remanet dominus, & ab eo causam secundus habet, ideò meritò ipsius, non domini consensus requiritur.

Vasquez.

SVMMARIVM.

1 *Pater de bonis sibi à Principe donatis potest ad libitum etiam in præiudicium legitimæ filij disponere.*

§. 1. VASQVEZ *in repet. l. quoniam in prioribus. lib. 1. §. 10. limitat. 63. nu. 473. C. de inoffic.*
1 *testam.* dicens, quod pater † de bonis sibi à Principe donatis, potest ad libitum etiam in præiudicium legitimæ filij disponere.

DECLARATVR à Rota *in Romana Legitimæ. Vener. 27. Iunij 1614. n. 10. corā Card. Verospio. est in*
2 *Recent. decis. 653. part. 1.* † Quod *Vasq.* loquitur de quadam lege in partibus Hispaniarū, vt trad. *Suarez. ibid. limit. 6.* qui dicit grande esse limitationem, sed illam se nunquam vidisse practicari.

3 VASQVEZ verò dum ibidem subdit, idem sibi videri de iure communi per text. *in l. cum multa. C. de bon. quæ lib.* in qua disponitur bona per Principem donata filijsfam. ad instar castrensis peculij esse in eorum libera dispositione.

REPROBATVR à Rota *vbi suprà num. 11.* quia
4 *d. l.* est correcta de iure nouissimo, † cum testamentū hodie filijsfam. respectu bonorum, in quibus habet testādi facultatē inofficiosi quærelæ subiaceat. *§. iustum autem perspeximus.* ibi sancimus non licere. *Auth. vt cum de appell. cognosc. glos. in l. fin. in verb. testamenta.* & ibi *Bart. & Bald. sub nu. 1. C. de inoffic. testam. Fulgos. nu. 5. Salicet. n. 4. vers. sed dubium oritur de iure nouo. Ias. n. 5. Idem Bart. in Auth. ex causa. num. 13. vers. si verò. C. de liber. præterit.* & ibi *Alex. num. 4.* qui de communi testatur.

5 Præterea † *d. l. cum multa.* solum habet locum in filiosfamilias, non autem in patre, vt communiter Doct. suprà citati *in d. l. fin. C. de inoffic. testam.*

Deniquè contrà *Vasquez* opinionem senserūt plures viri Doctissimi, & præsentem *Angel. de Perus. cons. 242. sub n. 1. & sub n. 2. in fin. vers. illa simpliciter.* vbi
6 habet, † in bonis à Principe donatis patri, etiam cum iurisdictione, legitimā filijs deberi, si pro hæredibus, & successoribus etiam donata fuissent, prout erat in casu decisionis, quod etiam confirmatur *nu. 12. & 13.*

In qua Decisione, prætendebatur non deberi legitimam filio naturali ex bonis patris, habentis à Principe facultatem testandi, cum esset Cardinalis.
7 † Quia per dictam facultatem videtur solum concessum indultum, vt consuetam haberet testamenti factionem iuris ordine seruato, cum non esset credendum Summum Pontificem, qui iura tuetur, per huiusmodi liberam concessionem totam testan ētorum obseruationem multis vigilijs ex cogitatam euertere voluisse, vt expresse habetur *in l. si quādo. C. de inoff. testam.* vbi *Alberic. Bald. Salic.* & omnes notant.
8 † Et quod hac libera concessione fuerit solum habilitata persona, notant plenè *Modern.* Romani (videlicet Petrus Dominicus Magdalenus Capiteferreus) *de numer. testi. cap. 13. num. 25. cum pluribus sequent. vbi nu. 29. ex mult. allegat.* dicitur, per hoc remissam non censeri solemnitatem, quæ tangit ius tertij, vt etiam habetur *in decis. 84. num. 4. part. 2. diuers.*

Et propterea in casu proposito non videri adem-
9 ptā filio legitimam in bonis patris, † etiam Clerici, debitam *iux. text. in Auth. presbyteros. in fin. C. de Episcop. & Cleric. vbi Bald. in 1. notab. idem in l. si quando. in tertio notab. C. de inoffic. testam. Angel. in l. 1. num. 5. vers. sed hodie. ff. eod.* & ibi *Castrens. nu. 8. Iacob. de S. Georg. num. 7.*

Vestrius.

SVMMARIVM.

1 *Contrà Titularem ad fauorem translatarij non est danda clausula sine retardatione pensionis.*

§. 1. VESTRIVS *in praxi. c. fin. n. 2. lib. 3. et Cassad. decis. 10. Casus occurrit. num. 8. de rescript.* Quod non sit danda clausula, sine retardatione solutionis pēsionis, contrà titularē ad fauorē trāslatarij.

DECLARATVR à Rota *in Carpentoraten. pensionis Merc. 29. Maij 1612. nu. 9. coràm Card. Lancellotto.*

☞ Quam Declarationē. Vide etiā *sup. Part. I. in Decis. Segobien. pensionis 16. Maij 1598. corā Corduba. n. 6.*

Vincentius de Franchis.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ codicillaris virtus.*

§. 1. VINCENTIVS de FRANCHIS *Decis. 156. incip. Clausulam codicillarem.* vbi dicit, quod clausula codicillaris operatur, quod caducata institutione per mortem primi instituti, habeat locum substitutio facta si sine filijs decesserit.

APPROBATVR à Rota *coràm Seraph. decis. 943. incip. Dubitatum fuit.* vbi *num. 2.* plures pro ista conclusione cumulantur. Et hanc *Seraph. decis.* sequitur *Rota coràm Corduba in vna Romana Hæreditatis Veneris 5. Martij 1599. incip. Stante testamento. Est decis. 190. in eius lib. in manuscript.* vbi iterum fuit canonizata *d. decis. Vinc. de Franch.* Et dicitur, quod virtus clausulæ codicillaris est conseruare, & conualidare omnia contenta in testamento.

☞ Quod etiam notauimus *sup. Part. I. ad d. decis. Seraph. 943.* Plura de virtute dictæ clausulæ codicillaris. Vide *infrà de Clausulis. in claus. 11. & 205.*

Vrsillus.

SVMMARIVM.

2 *Moniali debetur dos Monasterio dari solita, non autem legitima de iure naturæ sibi debita.*

§. 1. VRSILLVS *ad Afflict. decis. 230. n. 22. & 23.* REPROBATVR à Rota *in Brundusina Pecuniaria Lunæ 21. Apr. 1614. nu. 3.* ibi, quod non considerat *Vrsill. & n. 5.* ibi, nā eius dictū *corā Buratto. est decis. 580. p. 1. in Recent.* Quod etiam notauimus

☞ *infrà Part. 6. in §. Statutum, siue Pragmatica Regni prohibens recipi obligationes filiorumfam. nu. 4. & 8.*

§. 2. VRSILLVS *ad Afflict. decis. 348. nu. 2.* quod Moniali debetur dos Monasterio dari solita non autem legitima de iure naturæ sibi debita.

APPROBATVR à Rota. Vide *sup. in §. 14. Afflict. decis. 348. Paterfiliam. num. 2.*

FINIS TERTIÆ PARTIS SINGVLARIVM.

THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS I. C. ROMANI SINGVLARIVM

Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decis. Selectorum

PARS QVARTA.

Circa Practicabilia Ecclesiastica.

NOSTRI præsentis instituti non est ea omnia quæ ad Ecclesiasticas personas possunt aliquo modo pertinere, vel in controuersiam cadere, in hac Quarta Singularium Parte prosequendo annectere, sed solum ex multis quasdam materias, quæ frequentiùs in praxi occurrere solent ex Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum medullis erutas, & selectas breuiter exponere. Singularia enim, quæ hoc loco erant ponenda cum non fuerint ad vnguem redacta, consultò omisimus, in alium locum, & tempus Deo fauente, imprimenda. Ex ijs autem de quibus fusè egimus in nostris sæpiùs citatis Obseruationibus Practicarum Iuris Conclusionum à Rota receptarum, elegimus materiam Alienationis rerum Ecclesiasticarum, & Breuium Apostolicorum. Et horum occasione subijciemus materiam Clausularum, non solum quæ in dictis Alienationibus, & Breuibus, sed etiam in omnibus contractibus, vltimis voluntatibus, alijsquè etiam actibus apponi solent. Quarum virtus, & natura quantum latè pateat ex dicendis apparebit, recollecta non solum ex Sacræ Rotæ Decisionibus antiquis, & modernis, sed etiam ex multis Doctoribus. Vltimo loco addemus aliqua circa Præcedētias, post quas pro sigillo ponemus duo nostra Responsa, siue Consilia in eadem materia. Quorum primum est de Præcedentia Parrochorum in funeralibus respectu Canonicorum, & Beneficiatorum: Quod confirmatum, & subscriptum à bon. mem. Stephano Gratiano habetur inter eius Disceptationes Cap. 298. incip. In funeralibus. Volum. 2. vt ipse testatur num. 16. Et separatim etiam impressum fuit Mantuæ Anno 1614. occasione cuiusdam ibi ortæ controuersiæ inter Parrochos, & Canonicos. Quod Consilium cum fuisset impugnatum à R. D. Octauio Morbiolo Canonico in Cathedrali Mantuæ eodem anno 1614 hoc loco respondemus, cum se occasio obtulerit.

Alterum Responsum, siue Consilium est de Præcedentia Illustriss. & Reuerendiss. DD. Prothonotariorum Apostolicorum respectu Canonicorum. Quod ego exhibui fel. rec. Paulo V. ex occasione de qua in principio dicti Consilij. In cuius fine habetur Decretum Sacræ Congregationis Rituum super dicta Præcedentia.

Et hæc pro præsenti Quarta Parte sufficere putauimus, ne alijs etiam Partibus debita dos denegaretur, qua istę fraudarentur, si hæc Pars longius per plures materias Ecclesiasticas excurreret.

Primò igitur agemus, De Alienatione rerum Ecclesiasticarum, vbi etiam ponemus Compendium istius materię, quod circumfertur, in aliquibus à nobis reuisum, quod desumptum est ex varijs Sacræ Rotæ Decisionibus, & etiam ex Doctoribus. Et hac sumpta occasione pauca quædam breuiter subiungemus circa Alienationem rerum in prophanis, desumpta ex nostris Obseruationibus.

Secundò de Breui Apostolico. Tertiò de Clausulis. Quartò de Præcedentijs.

DE ALIENATIONE RERVM ECCLESIASTICARVM, ET PROPHANARVM OBSERVATIONES EX ROTA ROMANA.

Series Obseruationum in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

In quo fusiùs habentur, quæ in prædictis Obseruationibus continentur, & propterea in eis breuiores erimus, ne pluries eadem frustra repetantur.

Ordo Obseruationum in Alienatione bonorum in Prophanis.

Ne materia Alienationis in rebus Ecclesiasticis, & in prophanis separaretur, consultò vtramque hoc loco apponendam censuimus, distinguendo in suas particulares Obseruationes, quarum singulæ sub se paragraphos continent, & vnusquisque materiam habet vnius, vel plurium Rotæ Decisionum cum concordantibus si quæ in eis citentur.

OBSERVATIO I.
Circa Beneplacitum Apostolicum In Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ per lapsum 30. annorum elapsorum ante litem motam præsumitur interuenisse beneplacitum Apostolicum. *glos. in cap. peruenit, & ibi Imol. n. 10. & 12. de empt. & vendit.* & fuit latè deductum *in Romana Casalis longhezzæ. 28. Iunij 1593. & 27. Maij 1594. coràm Card. Seraphin. & in Mediolanen. S. Celsi 5. Maij 1597. coràm eod. In Aretina bonorũ 19. Martij 1599. coràm eod. Seraphino.* vbi de spatio 60. annor. iuncta obseruãtia, quæ facit vt præsumãtur omnia ritè, & rectè facta, *& in Neapolit. fundaci 1. Iunij 1579. coràm Robusterio.* vbi de beneplacito post 30. annos. *Romana domus 14. Iunij 1599. coràm Seraph.* vbi de spatio 40. annorum iuncta obseruantia contractus. *Lunen. Sarzanen. terrarũ. 20. Iunij 1575. coràm Cotta. & in Papien. tenutæ 8. Martij 1596. coràm Seraphino.*

§. 2. in ALIENATIONE bonorum Ecclesiasticæ loco beneplaciti Apostolici sufficit quod interueniat Breue confirmationis facto etiam sine beneplacito Apostolico. Nec requiritur quod hoc Breue sit vsu receptum, quia cum sit in forma gratiosa, & pro illud Papa approbet alienationes quatenus in euidentem non expectat post se aliquam executionem. *Rota in Placentina aquarum. Lunæ 24. Nouembris 1597. coràm Orano. Est decis. 440. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Cum in hac causa.* vbi quod Gregorius XIII. per Breue confirmauerat alienationem, & liuellum etiam factum sine beneplacito Apostolico.

OBSERVATIO II.
Circa Confirmationem Apostolicam In Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ ex cursu 30. annorum, & obseruantia subsecuta præsumitur confirmatio Apostolica absquè deductione temporis eorum qui alienarunt, licet secus ad effectum præscriptionis. *Rota in Lunen. Sarzanen. terrarum. Lunæ 20. Iunij 1575. coràm Cotta.* quàm decisionem sequitur. *Rota in Romana Casalis longhezzæ. Vener. 21. Maij 1593. coràm Card. Seraphino.* Alias decisiones concordantes.

☞ Vide *suprà Part. I. ad decisiones Seraphini, in dicta decis. Romana Casalij. quæ est decis. 1027. in nu. 13. part. 2. fol. 99. col. 2.*

§. 2. ALIENATIONIS rei Ecclesiasticæ confirmationem inualidam producens facit cessare præsumptionem licentiæ Papæ ante alienationem obtentæ, cum melius fuisset nullum ostendisse titulum, quàm imperfectum *ad Aegid. decis. 487.* & exhibitio tituli veri tollit titulum præsumptum. *Aegid. cons. 10. n. 20. in fin. Paris. cons. 27. num. 119. lib. 1. Aym. cons. 134. num. 44. cum simil. Rota in Elnen. mineriorum 27. Nouembris, & 16. Decembris 1585. coràm Orano.*

§. 3. in ALIENATIONIS rei Ecclesiasticæ confirmatione clausula, seruatis seruan. operatur quod Commissarius siue executor debeat assumere partes iudicis, & citare Abbatem alienantem, & iudicialiter procedere. *Card. in Clem. 1. circa fin. de offic. deleg. Felin. in cap. exhibita. num. 4. de iudic. Rota in Elnen. Mineriorum. 27. Nouembris 1585. coràm Orano.*

§. 4. ALIE-

§. 4. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ, si confirmetur
per sententiam, dicta sententia non solum supplet
omnes iuris solemnitates solitas adhiberi in huius-
modi alienationibus, seu locationibus rerum Eccle-
siasticarum, verum etiam operatur, vt dicta locatio
præsumatur esse vtilis prout exprimitur. *Card. Lan-
cellott. in Ragusina emphyteosis* 20. *Iunij* 1578.

Et vtilis etiam præsumitur si confirmatur a Papa
per Breue, adeò quod Episcopus si prætendat non
esse in euidentem vtilitatem ad ipsum spectat proba-
re. *Auximana bonorum* 1. *Februarij*, *&* 21. *Nouem-
bris* 1580. *coràm Card. Seraphino*.

§. 5. ALIENATIONIS † rei Ecclesiasticæ petitio
1 confirmationis, non dicitur subreptitia nisi præsum-
ptiuè, quando necessitas Ecclesiæ, & indigentia
modi soluendi debita, siue æs alienum erat de tempo-
re contractus, licet paulò ante contractum extitissent
pecuniæ penès Commendatarium, qui dictam con-
firmationem petebat, nam si Papa intellexisset illas
fuisse consumptas, & Ecclesiam adhuc indigere,
contractumquè cessurum in vtilitatem, eodem pacto
concessurum fuisse, ex existentia enim pecuniarum
præcedente cōtractum inducitur solum præsumptiua
probatio, quod quis sit factus locupletior. *Nicol. in
2 Rubr. de oper. nou. nunciat. num.* 276. † Et licet per-
missum ex causa necessitatis non comprehendat ne-
cessitatem in quam sponte quis se conijcit; tamen
hoc procedit data consumptione tali, cuius ratio ha-
beri non debeat, & quæ in fraudem Ecclesiæ fa-
3 cta fuerit. † Accedit quod licet surreptio oriatur
etiam ex factis præteritis tamen hoc verum est, sed
non ex omnibus indistinctè, sed solum ex his quæ re-
traherent à concessione, & ideò indigentia non fuis-
set retractura Papam à dicta concessione si probare-
tur de tempore contractus, licet non adfuerit per ali-
quot dies ante, illa copia pecuniarum præexistens ex
se non faceret subreptionem, si cōstaret de tempore
4 contractus desijsse. Præterea † licet in cōtractu alie-
nationis dictum fuisset Commendatarium non habe-
re, nequè habuisse modum, cuius tenor habetur pro
expresso, & sic videtur falsa narratio in facto proprio.
Tamen relatio regulariter non fit ad actus annulla-
tionem; maximè cum non releuet quod habuerit, vel
non habuerit modum, si tunc temporis non habebat,
quando contractus in scriptis fuit redactus. *Rota in
Placentina bonorum*. *Lunæ* 23. *Ianuarij* 1584. *co-
ràm Card. Seraphino*.

§. 6. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ præsumitur à
1 Papa confirmata stante obseruantia † subsecuta per
solutionem Canonis ab anno 1493. vsquè ad annum
1577. Quod confirmatur *ex Capic. decis.* 4. *num.* 29.
2 vbi quod Papæ † consensus præsumitur ex sola tem-
poris diuturnitate, refert *Gabr. de præsumpt. concl.* 1.
3 *num.* 4. Ac propterea † multò magis quando cum
temporis diuturnitate concurrit obseruantia. *Rota in
Maioricen. bonorum de Miramar. Lunæ* 26. *Nouembris*
1584. *coràm Gypsio*. vbi quod pluries fuit ita resolu-
tum, *vt in vna Lunen. Sarzanen. terrarum. Lunæ* 20.
Iunij 1575. *coram Cotta. in Neapolitana fundaci. Lu-
næ* 1. *Iunij* 1579. *coram Robusterio. in Vlixbonen.* 5.
Decembris 1569. *coràm Sarmiento. in Romana Sancti
Laurentij in Damaso de anno* 1579. *coràm Rubeo, quæ
citatur in d. Neapolitana*.

Idem etiam fuit tentum *in Romana Casalis Man-
diolæ. Vener.* 7. *Iunij* 1591. *coràm Gypsio*. ex eo. ma-
3 ximè quia partes in instrumento expressè † reserua-
runt beneplacitum Apostolicum, quod tempore
debito interuenisse præsumitur ex cursu 35. annorū.
Felin. in cap. illud. num. 6. *de præsumpt. Alex. cons.* 79.
num. 4. *lib.* 1. *Bero. cons.* 173. *num.* 18. *vol.* 1. & etiam
fuit dictum *in d. Neapolitana fundaci*.

Nec dicatur huiusmodi præsumptionem sibi locū
4 non vendicare nisi data scientia, & patientia † Papæ,
vt voluit *Alex. cons.* 9. *in fin. lib.* 3. *&* *cons.* 17. *num.* 8.
lib. 4. *Afflict. decis.* 107. *num.* 8. *Ruin. cons.* 151. *num.* 16.
in princip. lib. 4. Quia vltrà quod hic non agitur de
5 præiudicio Papæ, vt hoc † casu opus esset. *Aym. de
antiq. temp. part.* 3. *§. vidimus. num.* 29. illud pro-
6 cedit in præsumptione † oriente ex lapsu 10. annorū
tantum, non autem vbi fluxerant plusquàm 30. anni.
Mobed. decis. 52. *in fin.* & dixerunt Domini *in vna
Placentina decimarum de anno* 1586. *coràm Bubalo*.

Et prædicta tanto magis procedunt, quando con-
tractus fuit obseruatus per 35. annos, cum in præsenti
casu Monaci soluerint prætium, & deinde semper
7 fuerint in pacifica possessione Casalis, quæ † obser-
uantia eis sufficit, quia cum alienatio solum ex causa
vtilitatis prouenerit, non cogebantur ipsi curare
8 † versionem prætij in emptionem domus in instru-
mento narratæ, vt fuit resolutum 3. *Maij* 1591. *in vna
Florentina bonorum coràm Pamphilio*. licet secus sit,
quando res Ecclesiasticę alienantur ex causa necessi-
tatis, tunc enim debet emptor esse sollicitus de ver-
9 sione † prætij in causam in instrumento expressam,
quemadmodum Domini concluserunt *in causa Ro-
mana de Riccionibus de anno* 1582. *&* *in alia Auxi-
mana bonorum de mense Maij* 1585. *coràm Rubeo De-
cano*. Quæ difficultas cessabat in præsenti casu stante
dicta emptione mediæ domus cum declaratione fa-
cta per Rectorem, quod illam emerat pro Ecclesia.
Nec subsistit quod dicta declaratio fuerit facta
absente, & ignorante Ecclesia, quando idem Rector,
qui vendidit casale fecit etiam declarationem. Qui-
bus nō obstat quod Rector dictā domum vendiderit
vti liberam. Quia ex eius malè facto non debet Mo-
nasterium sentire damnum, & Ecclesia potest vendi-
10 care domum malè alienatam, non autem † redire
ad Casale *per not. in l.* 1. *&* 2. *C. quand. lic. ab empt.
disced*.

Quod autem tempus Rectoris alienantis sit dedu-
cēdum ex cursu dictorū annorū 35. posset procedere
11 in præscriptione † non autem in præsumptione, &
ita procedit *d. decis. in causa Lunen. Sarzanen. terra-
rum. coràm Cotta. Hæc omnia à num.* 3. *vers. Nec di-
catur*. fuerunt dicta *in allegata Romana Casalis Man-
diolæ. Vener.* 7. *Iunij* 1591. *coràm Gypsio*.

§. 7. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ † præsumitur
1 confirmata stante cursu sexaginta trium annorum,
propter quem præsumitur interuenisse beneplacitum
Apostolicum. *Alex. in l. qui aliena. nu.* 11. *de acquir.
hered. &* *cons.* 17. *num.* 8. *lib.* 4. *&* *cons.* 179. *nu.* 9. *lib.* 7.
& *Apostill. ad Alex. cons.* 219. *num.* 13. *lib.* 1. Et hæc est
2 communis opinio, † quicquid senserit in contrarium.
Felin. in cap. sicut. nu. 32. *vers. benè fateor. de re indic.*
& benè fuit animaduersum per Rotam referente
Mobed. in decis. 52. *Transactio fuit facta. in fin.* vbi re-
fert opinionem Felini procedere in tempore decem
annorum, & in pluribus causis hæc sententia in Rota
obtinuit, non obstante decisione facta in causa de
3 Gozzis coràm Blanchetto. † Quod maximè procedit

concurrentibus coniecturis, duæ autem in præsenti casu concurrebant. Altera, quæ desumebatur ex attestatione Mandosij officialis publici, qui attestabatur se in Rubricellis supplicationum primi anni Clementis VII. nempè, anno 1524. 4. Iulij reperijsse fuisse expeditum si in euidẽtem pro Abbate, & Priore Conuentus Sanctæ Mariæ Nouæ (isti enim alienauerant Casale in casu præsentis decisionis) & registratum lib. 25. quinter. 3. anni primi. qui liber est deperditus, & huic officiali creditur in spectantibus ad officium. *cap. ad audientiam. cum ibi notat. de præ-*
4 *script.* † Alia verò deducebatur, quia in Banco Iacobi de Venturis ad instantiam Monachorum fuerant pecuniæ depositatæ pro satisfaciendo creditoribus Monasterij, habito prius beneplacito Apostolico, quæ cum solutæ reperiantur, vtiquè dicendum quod beneplacitum fuerat expeditum, aliàs pecuniæ non fuissent solutæ, cum ita esset conuentum. *Rota in Romana Casalis de Picchis. Lunæ 15. Iunij 1587. coràm Card. Seraphino.* vbi etiam fuit dictum, præsumptioni deductæ ex cursu temporis non obstare interpellationem factam de non expedito rescripto si in euidentem, cum dicta interpellatio interrumpat præscriptionem, *vt coràm eodem Seraphino fuit dictum in Tudertina bonorum Lunæ 23. Maij 1569.* hoc enim fuit dictum non obstare, cum ab illa interpellatione vsquè ad litem motam effluxissent plusquàm triginta anni.

§. 8. ALIENATIONIS prædij Ecclesiastici confirmatio non dicitur surreptitia, nam illa surreptio vitiat gratiam, quæ mouet Papam ad facilius concedendum, & in hac materia confirmationis nihil aliud mouet Papam nisi euidens vtilitas, quæ est causa finalis, putà si fuerit narratem, quod si terræ Ecclesiæ locarentur ad fructuandum, per biennium redderentur inutiles, & quod per testes probaretur terras multò ante fuisse ad culturam redactas, nam hoc non mouet Papam. *Rota in Auximana bonorum 1. Februarij 1580. coràm Card. Seraphino.*

OBSERVATIO III.
Circa Commissionem causæ in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ commissa causæ cognitio cum clausula, vocatis vocandis, operatur quod si res Monasterij sit alienanda, vel desuper imponendus census, qui est species alienationis, debeat ante confirmationem citari conuentus, & cognosci de causa, quia dicta clausula operatur quod debeat seruari tela iudiciaria. *cap. exhibita. vbi Abb. num. 6. de iudic. Rota decis. 30. de rescript. in nou. Dec. cons. 173. num. 2.* & cum sit conditionalis facit vt nõ vocatis vocandis actus sit nullus. *Paris. cons. 128. nu. 3. & 6. lib. 4. Put. decis. 421. lib. 1.* maximè si in rescripto adsit clausula, si tibi legitimè cõstiterit. *num. 5. de accusat. Marsil. cons. 5. nu. 47.* aliàs sententia est omninò nulla; *Dec. cons. 603. sub n. 9. & 14. Ruin. cõs. 68. per tot. lib. 1. Rota in Leodien. pratensi census. Lunæ 29. Ianuarij 1596. coràm Orano.*

§. 2. pro ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ si fuit alicui causa delegata, non potest prorogari iurisdictio, vt post *Bero. cons. 22. num. 46. lib. 2. dixit Rota in Illerden. pensionis, seu pratensæ vnionis. Mercurij 4. Maij 1588. coràm Card. Seraphino.*

OBSERVATIO IIII.
Circa Nullitatem in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. ALIENATIO rei Ecclesiæ est nulla quando Papa dedit licentiam alienandi in emphyteusim, & postea fuit facta in censum perpetuum, & nomine, ac titulo perpetui census, cum multum inter se isti duo contractus differant *ad Valascum de iur. emphyteot. quæst. 32. n. 27. Rota in Papien. tenutæ 17. Iunij 1596. coràm Card. Seraphino. & fuit confirmata 27. Iunij 1597. coràm eod.*

Quod procedit etiam quod in rescripto Papæ adsit clausula, sub annuo canone, seu censu, ita quod Papa videatur intellexisse etiam de concessione censuali; nam si Papa præmisit alia verba, nempè in emphyteusim perpetuam, quæ cum sint clara non sunt cauillanda ex eo quod addita sint verba, seu censu, quæ impropriè dicuntur de canone emphyteotico. Præsertim quia ab vsu patrisfamiliàs huiusmodi cõtractus non solent confirmari à Sede Apostolica, nisi sub forma concessionis in emphyteusim præterquàm in permutationibus.

Nec relatio ad instrumentum per clausulam, pro expressis, quicquam operatur, cum nõ sit attendenda in his quæ directò contrariantur narratis, *vt in dicta Papien. tenutæ sub die 22. Iunij coràm Card. Seraphino. & in Cauen. pensionis 19. Ianuarij 1571. coràm Card. Lancellotto, & in Tiburtina Castri Sambuci. 20. Februarij 1579. coràm Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore.*

Nec obstat quod ex cursu temporis præsumenda sit alia concessio seu confirmatio. Quia illa præsumptio cessat per exhibitionem tituli inualidi. *Paris. cons. 27. num. 119. lib. 1. d. Papien. 22. Iunij. Elnen. Ministeriorum. 16. Decembris 1585. coràm Orano.*

§. 2. ALIENATIONEM rei Ecclesiæ ab Heremitis factam impugnans vti nulliter factam, quia Heremitæ non fuerunt citati coràm Iudicibus Commissarijs iuxtà formam rescripti, debet talis impugnans exhibere integrum processum, ad hoc vt ex actorum inspectione dicatur probata negatiua. *Aretina bonorum 19. Martij 1599. coràm Seraphino.* vbi quod ita fuit pluries resolutum in similibus causis. Et quando similes alienationes fuerunt declaratæ nullæ ob defectum formæ in commissione traditæ fuerunt exhibiti integri processus, *vt in Cortonen. bonorum 3. Iulij 1589. & 26. Ianuarij 1590. coràm Card. Platto. & in Cortonen. rescissionis locationis eodem die, & anno coràm Orano.*

§. 3. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ facta sine legitima causa, & sic contrà legis dispositionem, est nulla, & ex ea non transfertur dominium ex subsecuta traditione. *Placentina bonorum 27. Octobris 1581. coràm Cardin. Seraphino.* & similiter quando nulla est alienatio stãte re ruinosa, quæ facilè poterat reparari. *in Romana domus 16. Febr. 1604. coràm eod.*

§. 4. ALIENATIO rei Ecclesiæ quando est malè facta, tunc potest peti res cum fructibus, & quietantia facta de fructibus à Prælato non valeret. *in Papieñ fructuum 14. Maij 1580. coràm Cardin. Lancellotto.* vbi testatur de quietantia fuisse resolutum *in Pisana liquidationis fructuum 14. Martij 1575. coràm Card. Blanchett.*

Et fusius vide *Part. 5. Singular. ad glos. in verb. Superfluum. in l. emptor. ff. de rei vendic.*

§. 5. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ si fuerit præscripta forma, ea non seruata alienatio non sustinetur. *Dec. cons. 532. nu. 3.* & fuit dictum *in Romana deuolutionis domus. 4. Februarij 1583. coràm Rubeo.* Nisi dicta forma fuisset data ad effectum, vt constaret de vtilitate Ecclesiæ, tunc enim per æquipollens adimpleri potest. *l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. de acquir. hared. Put. decis. 252. ante fin. lib. 2.* vnde si de euidenti Ecclesiæ vtilitate constet, non est dubitandum fuisse satisfactum intentioni eius, qui formam dedit. *Rota in Lauden. bonorum. Mercur. 8. Iunij 1588. coràm Gypsio.*

§. 6. ALIENATIO rerum Ecclesiæ est nulla absquè reseruatione beneplaciti Apostolici. *iuxtà extrauag. Ambitiosæ. de reb. Ecclesiæ non alien.* & confirmatio obtenta a Sacr. Pænitentiaria ab vna tantummodo partium est nulla. *Rota in Elnen. Mineriorum 27. Nouembris 1585. coràm Orano.*

§. 7. ALIENATIO rerum Ecclesiæ est nulla sine consensu Abbatis, & Conuentus, & talis consensus probari debet quod interuenerit, & assertioni Abbatis non statur, & non potest fieri fundamentum in confirmatione Apostolica, quando non iustificantur narrata. *Rota coràm Card. Lancellotto in Craccouien. decimarum 11. Nouembris 1570.* vbi fuit declarata nulla donatio decimarum, ob defectum consensus Abbatis, & Conuentus, & quia non constabat de benemeritis donatarij.

§. 8. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ est nulla non obstan literis si in euidentem, & confirmatione Apostolica subsecuta, si deficiat causa vel solemnitas, nec vnum sine alio sufficit, hæc enim duo copulatiuè requiruntur. *Rota in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino.*

OBSERVATIO V.
Circa Solemnitatem in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiruntur causa, & solemnitas, nec vnum sine alio sufficit. *c. sine exceptione. 12. quæst. 2. vbi latè Laur. de Rodulph. in 3. quæst. Couarr. var. resol. cap. 17. nu. 2. lib. 2.* & fuit dictum *in Romana domus. 16. Februarij 1604. coràm Seraph. In Auersana tenimenti 24. Nouemb. 1581. coram Cantuccio. & in Papien. tenutæ 8. Martij 1596. coram Seraph.* & licet auctoritas Papæ suppleat solemnitates, non tamen supplet defectum causæ, immò defectus causæ reddit nullam interpositionem decreti super alienatione, tunc enim non verificatur conditio sub qua Papa rescribit, nempè si cedat in euidentem vel necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, ideò si neutrum verificatur, nulla est interpositio decreti, & licet in dubio pro decreto præsumatur, tamen admittitur probatio in contrarium, quod non subsit, neque necessitas, neque euidens vtilitas. *Placentina bonorum. 7. Aprilis 1581. coram Card. Seraphino, & in Leodien. pratensi census. Lunæ 29. Ianuarij 1596. coram Orano.*

§. 2. ALIENATIO Casalis Ecclesiæ sustinetur † quan-
1 do fuit facta præcedentibus debitis solemnitatibus, & ob maiorem vtilitatem, & commoditatem Ecclesiæ, & sic ex vna illarum quatuor causis à iure permissis. *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. & ibi glos. ordinaria in summa quam citat Bald. in auth. hoc ius porrectum. n. 4. vers. subsequenter. C. de Sacrosanct. Eccles.* Nam Casale quando propter eius modicitatem, & etiam propter difficultatem alijs locandi fuit vēditum Monasterio, cuius bonis erat incorporatum, vel valdè annexum, cum subiaceret periculo inculturæ, seu quod aliquando non locaretur, Ecclesia illud alienando, & prætium reinuestiendo in medietate vnius domus ex qua sine difficultate poterat recipere eosdem fructus quos ex Casali percipere solita erat, conditionem suam fecit meliorem, quocirca dubium non est alie-
2 nationem † valere etiamsi aliàs non valeret. *Glos. in l. cum u. §. 1. in verb. alimentarius. ff. de transact. & probat text. in §. sequenti.* ibi, singulos conuenire difficilè ei sit, &c. Idem tenent *Iacob. de Aren. in l. magis puto. in fin. de reb. eor. Bald. in Auth. res quæ. n. 29. vers. sic Ecclesia. C. commun. de legat.* & satis est quod
3 † Ecclesia eo tempore quo celebratur contractus non sit in damno. *Calder. cons. 5. de rer. permut. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. glos. 1. num. 10. Rota in Romana Casalis Mandiolæ. Vener. 7. Iunij 1591. coràm Gypsio.*

§. 3. in ALIENATIONE † bonorum Ecclesiæ præ-
1 sumitur solemnitas requisita ex cursu temporis *ad Glos. in cap. peruenit. & ibi Imol. nu. 10. & 12. de empt. & vendit. Alex. cons. 1. num. 20. & cons. 17. nu. 8. lib. 4. & cons. 50. num. 7. lib. 5. Gozad. cons. 73. nu. 20. & 21.* qui testatur de cōmuni. *Curt. Iun. cons. 213. n. 97. li. 3.*
2 † Maximè stante scientia Papæ, quando ipse interuenit in actu, vt emptor, & stante obseruantia longissimi temporis, quæ in præsenti casu erat septuaginannotum, quæ in his materijs est maximi ponderis, vt benè tradit *Gozad. d. cons. 73. num. 22. Alex. consil. 101. num. 5. lib. 7. Aretin. l. qui in aliena. num. 4. de acquir. hæred.*
3 † Nec obstat decisio *in Elnen. mineriorum 27. Nouembris 1585. coràm Orano.* quod ad inducendam solemnitatis præsumptionem necessarium sit quod enuncietur. Quia illud clarè non dicitur in ea decisione, neque posset sustineri quatenus diceretur, quia communis sententia est in contrarium. *ad Felin. in cap. Albericus. nu. 4. vers. si autem in instrumento. de testib.* & hanc sententiam perpetuò obseruat Rota, prout etiam fuit decisum *in causa Parmen. vallium referente Puteo decis. 365. num. 2. & 7. lib. 2.* vbi tra-
4 dit, quod sola † obseruantia sufficit, quando lapsum est tempus 30. annorum, etiam quod solemnitas non fuerit enunciata, quod etiam fuit dictum *in vna Cauallicen. . . . . 10. Ianuarij 1575. coràm De-*
5 *cano Rubeo.* † Maximè quando constat de actu super quo fundatur præsumptio solemnitatis, ne detur multiplicatio præsumptionum contra doctr. Bald. & aliorum *in l. 1. C. de dot. promiss. Rota in Romana Casalis longhezzæ. Lunæ 28. Iunij 1583. coràm Cardin. Seraphino.*

Adde quod dictum est *num. 3.* quod non requiritur quod solemnitas; siue cōfirmatio fuerit enunciata, imò nec reseruata, vt fuit dictum *in Calaguritana de Alberite. Lunæ 16. Iunij 1608. coram Ortembergo. est in Recent. decis. 159. num. 4. part. 1.* vbi etiam similes decisiones enumerantur.

§. 4. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ solemnitates requisitæ præsumuntur propter temporis antiquitatem

Decembr.1606.num.9.coràm Reuerendissimo Ortembergo. est in Recent.decis.122. ead. part.1.

Et in vtraquè decisione fuit applicata dicta doctrina ad translationem pensionis, quia licet translatio fiat per modum extinctionis, quia tamen extinctio est momentanea, & non fit ad finem amittendæ pensionis, sed acquirendæ alteri, ideò non est in consideratione, sed ipsa translatio, & creatio, propterquam principaliter fit dicta extinctio, allegatur *Put. decis.519. in nou.517. incip. Hospitale. num.3. lib.2. vbi dicit notabile esse d.consil. Soecin.*

SEQVITVR *Socein. & Puteum Rota corã Seraph. decis.567. incip. An possessio.num.2.*

Speculator.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum non expirat per mortem vnius ex compromittentibus, & transit ad hæredes, quando de eis est facta mentio. Et quando talis mentio facta dicatur.*

2 *Verba generalia debent intelligi secundum naturam actus.*

§. 1. SPECVLATOR *in §. finitur.nu.3. de Arbitr.*
1 † Vbi dicit, quod compromissum factum in arbitratorem non finitur morte vnius ex compromittentibus: Quia isto casu non dicitur verum compromissum, sed potius quædam transactio. Et cum *Speculat.* transeunt Doct. citati à *Ias. in l. si quis arbitratu. sub num.28. de verb.oblig. & Mars.Singul.54. Imol. in cap. final. num.6. de arbitr.* Et *Ias.* dicit ibi hanc esse magis communem opinionem *sub d.nu. 28. vers. quid tenendum licet magis communis opinio sit contrà Bart.*

BARTOL. IAS. IMOL. *in d.l. si quis arbitratu.*
2 & ABBAS *in d.cap.fin. nu.8.de arbitr.* † contrariam tuentur opinionem, quod expiret compromissum morte vnius ex compromittentibus.

ROTA verò in hac opinionum varietate, *coràm Cotta in vna Fulginaten. Pecuniaria. Luna 4. Iulij 1569. incip. An compromissum. Est Decis.268. in eius lib.in manuscrip.* Transit cum illa opinione, quæ non
3 videtur habere cõtradictorem, videlicet, † quod cõpromissum non expiret morte vnius ex compromittentibus, & transeat ad hæredes, quando de hæredibus in compromisso est facta specialis mentio, prout communiter dicitur tenere allegatos Doct.

4 Dicitur autem in † compromisso facta mentio de hæredibus, prout in eadem Decis. & quod sint obligati ad obseruationem compromissi quando in compromisso est clausula apposita, videlicet, *Pro quibus omnibus,* &c. *obligarunt sese, eorumquè hæredes, & successores.* Iuncta alia præcedenti clausula, videlicet, *quod compromissum dictæ partes durare voluerunt ad beneplacitum Cardinalis, qui erat arbitrator.*

5 Et huius posterioris clausulæ, † quod cõprehendat hæredes ea ratio assignatur. Nam si compromittentes voluerunt compromissum durare ad beneplacitum Cardinalis arbitratoris, impossibile est quod isto casu noluerint obligare, & comprehendere hæredes, prout in similibus ferè terminis fuerat consideratum à Rota *in Romana Pecuniaria Camerariatus coràm eod. Cotta. Vener. 18. Martij 1569. incip. An concessio. est in eius lib. in manuscript. decis.257.* dum quærebatur, An concessio illa facta Cardinali Vitellio per fel.rec. Pium Quartum, scilicet, quod officiũ Camerariatus non vacaret per octo annos, comprehenderet etiam de octo annis successoris.

6 Et fuerat dictum, quod sic, † inter aliàs rationes ad euitandam absurditatem illam, vt Papa voluerit promittere illud, de quo penitus erat incertus, idest, vt viueret octo annis.

Ita etiam in casu Decisionis, si compromittentes voluerunt compromissum durare ad beneplacitum
7 Cardinalis, † quod oporteat fateri, quod voluerint obligare hæredes, vt possint verificari illa verba, *ad beneplacitum Cardinalis*, quod aliàs incideremus in absurditatem, quod compromittentes cogitauerint se superuixuros Cardinali, quod non est dicendum,
8 † cũ nihil sit certius morte, & nil incertus die mortis.

§. 2. SPECVL. *de Emphyt. quæst.94.* cum dicit verba generalia debere intelligi secundum naturam actus, & sic voluit, Emphyteutam habentem facultatem in concessione vendendi cuicumque, debere intelligi requisito, & sic secundum naturam Emphyteusis.

REPROBATVR à Rota, vt per *Cassad. decis.3. nu.9. de locat.* post *Ias.* ibi allegatum. *in l.fin. col.3. num.6. in fin. de iur. Emphypt.* vbi quod *Speculat.* opinio cõmuniter reprobatur *Clar. in §. Emphyteusis. quæst.13. vers. sed pone.* quos etiam sequitur Rota *in Romana domus S. Eustachij 17. Februar.1581.coràm Card. Lancell.*

Eadem conclusio firmata fuit *in Romana viginti millium 20. Iunij 1580. corã eod. Lancellotto.* Si plura in hac materia desideras.

☞ Vide *suprà in §.15. Ruin. cons.99. incip. Præsupponitur. nu.11. lib.4.* vbi similiter reprobatur. Et vide *suprà part. 1. in Decis. Romana domus S. Eustachij 17. Febr. 1581. coràm Card. Lancellotto. fol.342.*

Idem etiam fuit dictum *coràm Cotta decis. 428. in eius libr. in manuscript. est in Romana Census Luna 17. Maij 1574. incip. An Comes.* vbi dicitur, quod *Alex. cons.106. incip. Viso themate instrumenti. nu.3. lib.4.* qui sequitur opin. *Specul. in hac quæst.94.* habet contrà se communem opinionem. de qua per *Ias. in l. fin. num. 4. in vers. Contrarium tenet Salicet. lib.4.*

Stafileus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per contradictas, quæ transitum fecit in iudicatum, operatur vt detur commissio cum clausula parito iudicato, & non cum clausula refectis expensis, & quando.*

§. 1. STAFILEVS *in tract. de liter. grat. & iustitiæ fol.162.* Cum dicit, quod quando vna sententia est lata per contradictas, quæ transiuit in iudicatum, quod datur commissio cum clausula, *refectis expensis*, & non cum clausula, *parito iudicato*.

NON SERVATVR in Rota istud dictum, vt per *Caputaq. decis.256. Dictum Staphil. part.1.* Quia semper vult, quod pareatur iudicato, quando non est aliqua nullitas resultans ex ijsdem actis, vel de qua non possit doceri incontinenti.

Stephanus Gratianus.

SVMMARIVM.

1 *Testator si dedit plures tutores filio, ita vt vnus nihil sine alio facere possit, si aliquis decedat, an tutela expiret, & deferatur ad matrem.*

2 Sta-

1 *Statutum excludens sorores à successione fratrum, an habeat locum in successione sororis defunctæ.*

§. 1. STEPHANVS GRATIANVS *discept. foreñs. cap. 812. incip. Dubium. à num. 29. ad 34. lib. 5.* vbi vult, quod si testator dedit plures tutores filio, ita vt vnus nihil posset sine alio; si aliquis obijsset, quod tutela extinguatur in totum, & deferatur matri iuxtà *Bald. conf. 308. Testator. lib. 2.*

REPROBATVR à Rota *d. conf. Bald. vt habes suprà ad Bald. loc. cit. §. 55.*

§. 2. STEPHAN. GRATIAN. *discept. forens. cap. 449. per tot. incip. Concludendum est.* vbi tenet, quod statutum excludens sorores à successione fratrum, habet etiam locum in successione Sororis defunctæ.

REPROBATVR à Rota *coràm R. P. D. Merlino in vna Romana Successionis Vener. 14. Iunij* 1630. *incip. Celebrem apud Doctores.* Ex eo, quod contrarium sit veriùs, & ipse loquatur tamquàm aduocatus in causa.

Stracca.

SVMMARIVM.

1 *Creditor prior non potest repetere pecuniam posteriori à decoctore solutam.*

§. 1. STRACCA *de Mercat. tit. de decoctor. p. vlt. num. 27. & seq.* vbi tenet contrà *Afflict. decis. 190.* in qua fuit decisum, priorem creditorem non posse repetere pecuniam posteriori à decoctore solutum, contrà quam tenei idem *Stracc. nu. 30. & seq.*

REPROBATVR à Rota quia in Curia nō est recepta eius opinio, vt dicitur *in Romana Prioritatis, & Potioritatis Lunæ 2. Iunij 1572. corā Card. Seraph.* sed est recepta opinio *d. Afflict. et Couar. pract. quæst. cap. 29. num. 2. Angel. & Negusan.* de quibus per *Paleot. decis. 195.*

Credo quod ista decis. 195. Paleott. quæ hic citatur à Seraphino. sit decis. 548. lib. 3. par. 3. diuers. quæ videtur imperfecta cū in ea non citētur omnes isti Doct.

Surdus.

SVMMARIVM.

2 *in Emphyteosi concessa pro filijs, & hæredibus, an veniant fæminæ saltem sub nomine hæredum.*

3 *in Debitore in diem oritur actio, & obligatio ante diei aduentum, & ideò tale creditum transmitti potest.*

4 *Mater non est admittenda cōtrà iudicium testatoris.*

5 *Alimenta, & sumptus litis vt debeantur, quæ sint necessaria.*

6 *Dos data spuriæ ea mortua, quando reuertatur ad patrem dotantem, & eius hæredes.*

7 *Statuta exclusiua fæminarum non excludunt ab hæreditate fæminas, etiam si habeant verba communia.*

8 *Hæres cum benef. legis & inuent. tenetur soluere in pecunia si hæreditas sit opulenta.*

9 *è Carcere aliquem liberare, vel ei in necessitate famis constituto subuenire, paria sunt.*

10 *Emphyteutica bona an veniant in generali obligatione.*

11 *Fideicommissarius quando non sit legitimus contradictor.*

§. 1. SVRDVS *conf. 115. Quoad bona.*

REPROBATVR à Rota *in Auximana Spolij. Vener. 3. Decembris 1610. num. 4. & 5. coràm Pitouano. est decis. 320. in Recent. part. 2. & remissiuè habes in §. 68. Bart. doctr. in l. sed etsi lege. §. scire. num. 4. ff. de petit. hæred.*

§. 2. SVRD. *conf. 140. num. 22.* quod in emphyteosi concessa pro filijs, & hæredibus, veniant fæminæ saltem sub nomine hæredum, vt stent illa verba disiunctiuè.

REPROBATVR à Rota *in Romana mensa Numularia. Merc. 30. Iulij in Congregatione. num. 18. 1614. coràm Reuerendiss. Decano Coccino. cum sit d. opinio super doctr. Bart. communiter reprobata.*

Vide *suprà in §. 32. Bart. in l. Gallus. §. etsi parente. num. 6. ff. de liber. & posthum. in fin. vers. & propterea est cauendum.*

§. 3. SVRD. *conf. 151. Domini de Agnellis. nu. 6. & 7.* vbi dicit, quod in debitore in diem, nata est ante diei aduentum actio, & obligatio, ac propterea quod tale creditum transmitti potest.

APPROBATVR à Rota *in Florentina seu Parisieñ pecuniaria. Vener. 6. Nouembris 1615. coràm Decano Pegna. Est decis. 760. incip. Creditum Regium. p. 2. in Recent. n. 4. in fin.* vbi antea reprobatur dictū Bald.

De quo vide etiam *Part. 3. in §. 54. Bald. in consil. 234. Statuto cauetur. lib. 2.*

§. 4. SVRD. *in conf. 428. incip. In suo testamento. lib. 3. vbi n. 5. §. contrarium.* dicit matrem non admittendam ad tutelam contrà iudicium testatoris. Et *nu. 9.* vbi sequitur opinionem *Dyn. Et nu. 13. §. aggredior. & seq.* vbi determinat sorores à testatore datas tutrices præferri matri, & remanere saltem administratrices, quatenus tutela non sustineatur.

APPROBATVR à Rota *in Bononien. tutela. Ven. 13. Februarij 1613. nu. 5. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 668. nu. 5. part. 1. in Recent.* reprobata opinione *Bald. in conf. 308. lib. 2.*

Vide *suprà in §. 55. Bald. in conf. 308. incip. Testator in testamento. num. 2. lib. 2.*

§. 5. SVRD. *de Aliment. tit. 1. quæst. 120. incip. Est quoquè. vbi num. 14.* dicit, Alimenta & sumptus litis non aliter deberi pauperi collitiganti, nisi quando agitur vel ad vniuersam hæreditatem, vel maiorem partem; secus si personali actione experiretur pro aliquo suo credito, vel pro aliqua re singulari, quàm prætendat suam, prout dicit declarare *Io. Lup. in cap. per vestras. in 1. not. Ampliat. 18. §. 39. in fin.*

REPROBATVR à Rota *in Anconitana Censuum. Vener. 26. Iunij 1615. coràm Card. Sacrato. Est decis. 748. part. 2. in Recent. vbi num. 5.* dicitur, istam distinctionem nullo iure, aut ratione probari. Nam causa ob quàm præstantur alimenta, & sumptus litis, non videtur consistere in eo, quod agatur magis ad vnam rem, quàm ad aliam, de cuius boni iuris præsumptione constat, ne cogatur ob impotentiam litem deserere. *Et sic in cap. ex parte. & in cap. olim. de accusat.* dantur alimenta ei, qui non agit ad vniuersitatem bonorum.

Et quod *Lup. per Surd. allegatus in d. §. 39. col. 2.* non distinguit an agatur ad vniuersa, vel ad particularia bona, sed an adsit, vel non adsit præsumptio boni iuris, *vt ibi num. 3.* vbi sæpè inculcat præsumptionem boni iuris. *Et text. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam.* licet ponat casum, in quo agebatur de vniuersitate bonorum, non tamen loquitur limitatè, neq; pro ratione decisionis ponderatur ista

ista circumstantia, quod ageretur ad vniuersitatem bonorum, sed tantum inopia actoris, ibi, *placuit propter inopiam actoris, &c.* Quam inopiam etiam ponderat. *l. fin. C. de ordin. cognit. & text. in cap. ex parte. & in cap. olim. de accusat. allegat.*

☞ Vide in hac materia alimentorum, & sumptuum litis, & circa *d. l. si instituta. ff. de inoffic. testam.* ea quæ notauimus *Part. I. ad Bisignet. in Antiquior. decis. 2. de indic. incip. Vtrum filius agens. vbi in Addit. mentionem fecimus huius decis. coràm Sacrato.*

§. 6. SVRD. *in tract. de aliment. tit. 5. quæst. 7. nu. 3.* dicens, quod dos data filiæ spuriæ ea mortua reuertitur ad patrem dotantem, vel eius hæredes. ex sententia *Bart. in l. fin. nu. 7. vers. idem dico in dote. ff. de his, quib. vt indign.*

APPROBATVR cum declaratione à Rota *in Romana restitutionis dotis. Lunæ 21. Maij 1612. coràm Decano Coccino. est decis. 395. in Recent. par. 2. incip. Licet verum sit. vbi num. 1.* declaratur dictam conclusionem non procedere, quando fuit dos cõstituta iuxtà taxationem, de qua *in l. hæreditatum. ff. ad l. falcid.* qua non excedit valorem alimentorum, quæ deberetur in singulos annos præstari, tunc enim dos non debet transire ad hæredes patris, sed ad hæredes filiæ, *Bald. cons. 448. num. 5. lib. 1. Couarr. in epit. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. in fin. Diaz ad Lup. in cap. per vestras. §. 23. Menoch. de arbitr. casu 170. nu. 25. & 26.* vbi de magis communi. *lib. 2. centur. 2. Turrett. cons. 31. nu. 27. Petr. Caball. cons. 154. nu. 21. vers. secus verò. Idem Surd. de aliment. vbi sup. n. 54. vers. quintò non habet locum.*

§. 7. SVRD. *decis. 9. num. 6. qui sequens Salyc. in l. 2. num. 25. vers. non idem dico. C. de noxal. action.* & alios ibi relatos, voluit statuta exclusiua fæminarum non intelligi excludere ab hæreditate fæminæ, etiam si habeant verba communia.

DECLARATVR à Rota *in Rauennaten. bonorum. Lunæ 16. Decembris 1613. num. 6. coràm Vbaldo. est decis. 548. par. 1. in Recent.* Quod nullus ex illis Doctor. loquitur, quando ratio agnationis est expressa in statuto, ex cuius rationis identitate fit extensio, quæ potius est comprehensio. *l. his solis. vbi Bald. C. de reuoc. donat. latè Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. sub num. 4. vers. hoc autem. & num. 6. & 7.* Et quod in casu Surdi non esset expressa, apparet ex principio decisionis.

Secundò, quia ratio *Salyc. reprobatur à Brun. de statu exclud. fæm. stant. masc. art. 5. num. 80.* Et quod in omnem euentum procedat in vocatione actiua, non autem passiua; & quicquid esset de iure cõmuni; tamen in hoc casu non applicabatur stante declaratione. *Rubric. 11. lib. 1. Statut. Rauenn. ex Rubric. 13.* vt habetur *in d. decis. nu. 5.* in qua agnati excludunt etiam matrem ab hæreditate filiæ fæminæ, vt in terminis considerat *Gabr. cons. 14. num. 25. lib. 1. Sim. de Pret. cons. 163. num. 54. & 55.*

CONFIRMATA fuit *d. decis. Rauennaten. coràm eod. Vbaldo. Lunæ 9. Febr. 1615. incip. Domini censuerunt. est decis. 644. in Recent. p. 2. vbi nu. 3.* dicitur, quod Dominis placuerunt respõsiones in supradicta decis. datæ ad Doct. relatos *à Surd. in d. decis. 9. nu. 6.*

§. 8. SVRD. *decis. 30. Iurauit in suo testamento. n. 31. & seq.* qđ heres cum benef. leg. & inuent. tenetur soluere in pecunia si hereditas sit opulenta, & nõ in bonis.

SEQVITVR hanc *decis. Rota in Bononien. de Amoninis. 4. Decembris 1609. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 203. num. 9. part. 1.* vbi agebatur de soluendo legatum dotis in pecunia non in bonis.

§. 9. SVRD. *decis. 86. incip. Detinebatur in carceribus. n. 4.* cum dicit paria esse, aliquem è carcere liberare, vel ei in necessitate famis constituto subuenire.

DECLARATVR à Rota *in Bononien. Census. Ven. 20. Februarij 1609. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 177. num. 9. part. 1.* quod non potest fieri vllum fundamentum in dicta decisione, non solum, quia ipse *Surd. num. 10.* dicit illam resolutionem sibi non placuisse. Vltrà quod ibi fuerat petita facultas à iudice alienandi dotem, & sic præsupponit seruatas solennitates in talibus contractibus mulierum requisitas, quod non procederet quando non fuissent seruatæ, *prout in d. Bononien.* vbi filius minor consenserat patri carcerato alienanti censum ad fauorem Regiminis Bononiæ. creditoris sine solennitatibus Statuti Vrbis. *lib. 1. cap. 113.* Vltrà quod dicta paritas rationis inter alimenta, & ex carcerationem non est facilè admittenda, cum Doct. *per Surd. allegat. num. 5.* dicant quidem causam ex carcerationis in genere esse causam piam, in quo potest procedere paritas cum alimentis. Non tamen quod vtraquè causa sit æquè necessaria, dicitur à Doct. nequè dici potest propter manifestam rationem differentiæ *ad trad. per Gepoll. cons. 27. num. 5. & seq.* Carceratus enim habet alimenta à publico, vel à creditore non habet illam præcisam necessitatem famis, quæ in necessaria causa alimentorum consideratur, quando bona stabilia minoris permittuntur alienari. Vltrà quod non defuerunt Doct. qui illam iustam alienationis causam intellexerunt in necessitate, & famæ solius filij, vt aduertit idem *Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 37.* vbi præterea sub *num. 6.* tradit *post Azon. in Summ. C. de bon. quæ lib. num. 12.* & alios, ipsum patrem in quouis casu necessitatis non posse bona filij minoris alienare sine iudicis decreto.

§. 10. SVRD. *decis. 160. In Generali bonorum. num. 1.* ibi, cuius opinio fortè de iure verior est, quod sub generali obligatione non veniant bona emphyteotica, sed videatur necessaria specialis mentio. Et quod Seruatus iudicauit ea non venire in generali institutione, etiam quando potuissent relinqui.

NON APPROBATVR ista opinio à Rota *in Romana Saluiani interdicti. Lunæ 10. Ianuarij 1611. coràm Vbaldo. nu. 5. est in Recent. decis. 294. part. 1.* vbi multis probatur contraria opinio, Et quidem Surd. excusatur, quia de eo agit incidenter, & non figit pedes in illa opinione.

§. 11. SVRD. *decis. 333. Defuncto Domino. num. 12. in fin.* quod fideicommissarius non sit legitimus contradictor, si paratus est docere incontinenti de iure suo, & possideat sine vitio, quando sunt faciendæ detractiones, reprobato *Corn. cons. 232. in fin. lib. 4.*

APPROBATVR à Rota *in Romana de Capizucchis. Lunæ 10. Aprilis 1606. coràm Card. Lancellotto. est in Recent. decis. 115. num. 12. & 13. part. 1.*

☞ Et vide fusius *in Part. 5. in L. edicto fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* fideicommissarius, vt sit legitimus contradictor.

Antoninus Thesaurus.

SVMMARIVM.

1 *Filij fratrum patruo succedunt in capita.*

§. 1. AN-

§. 1. ANTONINVS THESAVRVS *decis. 162. incip. Filij duorum fratrum*, quod filij fratrum patruo succedunt in capita.

APPROBATVS à Rota. Vide *in §. Accursius. in §. hoc etiã. in verb. superstites. Inst. de legit. agnat. success.*

S. Thomas.

SVMMARIVM.

1 *Primitiæ sunt de necessitate soluendæ iuxtà communem opinionem, licet fortè libertas sit quoad quantitatem, non quoad necessitatem.*

§. 1. S. THOMAS 2. 2. *quæst. 86. artic. vlt.* vbi vult primitias non esse de necessitate soluendas, vnà cum *Brixiens. in suo Repertorio*.

DICITVR à Rota *coràm Achill. decis. 307. aliàs 2. de decim. incip. In eadem.* quod ista opinio iuribus nõ subsistit, quia loquuntur contrà cõmunem opinionẽ, & iura ibidem allegata, & in præcedenti decisione.

Et additur, quod licet libertas sit fortè quoad quantitatem, nõ autem quoad necessitatem soluẽdi.

Thomas Sanchez.

SVMMARIVM.

1 *Papa an possit in toto mundo legitimare, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus.*

2 *In Dispensationibus matrimonialibus verba illa, quæ apponuntur, scilicet (prolem susceptum) impropriè sunt accipienda.*

§. 1. THOMAS SANCHEZ *de Matrim. lib. 8. disputat. 7. in princip.* dicens, quod hæc est vera, & receptissima sententia, & quod ita communiter tenetur: Quia sicut Princeps secularis nequit legitimare quoad ecclesiastica, eò quia caret iurisdictione ecclesiastica, cuius id est, sic nec Pontifex extrà ea loca potest quoad temporalia.

REPROBATVR à Rota *in Pampilonen. illegitimitatis. Mercur. 10. Iunij 1609. num. 13. coràm Iusto. est in Recent. decis. 191. part. 1.* vbi quod ista Thomæ verba, antiquam scriptorum modestiam non imitantur, & quod fallitur, cũ ista non sit vera, neque communis opinio, sed tantummodo illorum, qui negant temporalem Papæ iurisdictionem; & ipsemet inferius *nu. 3. & 4.* defendit opinionem *Io. Andr. in c. per venerabilem. nu. 30. qui fil. sint legit.* & dicit esse frequentissimam allegando infinitos auctores. Et ita tenuerũt aliqui ex Dñs *in d. decis.* vt ibi dicitur *à n. 13.* Addebant ijdem *n. 14.* quod tempore Glossatorum, & antiquorũ Doct. nondum emanauerãt Decretales Bonifacij VIII. & Ioan. XXII. super vtroque gladio. Ideò quod non ipsi, sed quidam moderniores audaciter loquuti sunt, scientes definitionem Ecclesiæ.

Glossator de quo hic est Bernard. de Botono Parmen Glossator Decretalium Gregorij Noni. *in dicto cap. per venerabilem. in glos. 2. super verb. habet potestatem.* qui ita tenet, non quia non Papa non possit, sed quia non debet interturbare iuxtà terminos. *cap. nouit de Iudic.* vt in eadem *decis.* dicitur *num. 13.*

§. 2. THOMAS SANCHEZ *in ead. disput. 7. nu. 16. & 23.* & prius *num. 14.* credens illa verba, quæ in dispensationibus matrimonialibus apponũtur (prolem susceptum) impropriè esse accipienda, quia sunt clausulæ de stylo apponi solitæ.

REPROBATVR à Rota *in d. Pampilonen. nu. 4.* ibi, ex quibus patet. Vbi quod eius intellectus est malè fundatus, & falsum esse in facto, & in iure. In facto enim quia notum est peritis, quod ista non sumuntur ex clausulis supplicationis, sed ex corpore petitionis ad supplicationem partium. In iure, quia clausulæ, quæ sunt solitæ apponi de stylo sunt attendendæ. *Gabr. lib. 6. tit. de consuetud. conclus. 4. & de claus. conclus. 7.* Et quod ista fraus, & fallacia contrà literas Apostolicas, & in his, quæ consistunt in clausulis, & decretis est omninò reijcienda.

Contrà eumdem Thomam Sanchez, vbi sup. *n. 25.* Vide quod notauimus *sup. §. 10. ad Couarr. super 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 8. num. 13.*

Tiraquellus.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non potest pro absente stipulari. & in stipulatione pupilli, vel infantis an requiratur auctoritas Prætoris.*

§. 1. TIRAQVELLVS *de constit. limit. 30. nu. 29. & 32.* vbi cum teneat Notarium non posse pro absente stipulari, videtur requirere Prætoris auctoritatem in stipulatione pupilli, vel infantis.

REPROBATVR à Rota in vtroque capite *in Vrbeuetana hæreditatis Mercurij 15. Iunij 1580. coràm Card. Seraphino.* Quia infanti acquiritur dominium ex stipulatione Notarij, quando adest constitutum, vel precarium *Bald. in l. si quis in emancipatum. n. 2. C. de donat. Alciat. cons. 112. num. 14. Paris. cons. 69. num. 148. lib. 3.* & quod ita fuit tentum *in vna Bononien. de Oricellarijs 9. Maij 1580. coràm Card. Lancell. Senior.* Vnde contraria opinio cũ sit recepta, nihil esset specialitatis in pupillo si requireretur, quod interponeretur Prætoris auctoritas. Neque etiam obstat, quod sit hoc intelligendum ad effectum, vt quæratur vtilis actio sine cessione, vt videtur velle idem *Tiraquell.* Quia hæc sententia non est vera, *Baldus* enim loquitur expressè de acquisitione dominij.

Valaschus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteosis si fuerit concessa à primo emphyteuta, quãdo requiratur cõsensus domini directi, & quando primi emphyteutæ, seu domini vtilis.*

§. 1. VALASCHVS *de iur. emphyt. quæst. 13. Huic quæstioni. nu. 12. vers. & iccircò crediderim.* vbi dicit, quod quando primus emphyteuta simpliciter vendidit emphyteusim, tunc secundus emphyteuta debet, requirere consensum domini directi. Quando verò primus emphyteuta transtulit in aliũ, nõ quidẽ res emphyteoticas omninò alienãdo, sed in emphyteusim cõcedẽdo sub annua pẽsione; & quod hoc casu est requirẽdus cõsensus primi emphyteotæ.

APPROBATVR à Rota *corã R. P. D. Decano Coccino Decis. 75. Ioannes Gomez. num. 4.* vbi etiam assignatur ratio, quia quemadmodum dñs directus dicitur dñs respectu primi emphyteotæ, ita & ipse emphyteuta dicitur dominus respectu secundi emphyteotæ.

In eadem sententia residet hic allegatus *Menoch. cons. 226. Dubitationes multæ. à num. 184. §. Non obstat quartum argumentum. vsque ad num. 188. vol. 3.* Vbi materiam examinando exactissimæ more suo adducit concordantes, & rationem suprà allegatam tribuit *Io. Fabr. in §. adeò. Instit. de locat. & conduct.*

ANNOTATIO.

Non videtur omittendum hoc loco, quod in primo casu, quando primus emphyteuta vendidit, &

secundus etiam vult vendere, debet requirere consensum domini, non autem primi emphyteotæ, quod hoc expresè dicit *Glos. in l. fin. Cũ dubitabatur. C. de iur. emphyt. in verb. alijs vendere. in fin.* ibi. *Item si primus emphyteuta.* vbi mouetur duplici ratione. Primò, quia text. ibi, requirit consensum domini, & primus emphyteuta desijt esse dominus alienãdo, nec possidet ciuiliter, nec naturaliter. Secũdò quia videt habere causam à dño, qui eũ deduxit in possessioné. Et cum vtraquè ratio cõcurrat inprimo emphyteuta, quando non venditur, sed subemphyteuticat, quia & remanet dominus, & ab eo causam secundus habet, ideò meritò ipsius, non domini consensus requiritur.

Vasquez.

SVMMARIVM.

1 *Pater de bonis sibi à Principe donatis potest ad libitum etiam in præiudicium legitimæ filij disponere.*

§. 1. VASQVEZ *in repet. l. quoniam in prioribus. lib. 1. §. 10. limitat. 63. nu. 473. C. de inoffic.*
1 *testam.* dicens, quod pater † de bonis sibi à Principe donatis, potest ad libitum etiam in præiudicium legitimæ filij disponere.

DECLARATVR à Rota *in Romana Legitimæ. Vener. 27. Iunij 1614. n. 10. corã Card. Verospio. est in*
2 *Recent. decis. 653. part. 1.* † Quod *Vasq.* loquitur de quadam lege in partibus Hispaniarũ, vt trad. *Suarez. ibid. limit. 6.* qui dicit grandẽ esse limitationem, sed illam se nunquàm vidisse practicari.

3 VASQVEZ verò dum ibidem subdit, idem sibi videri de iure communi per text. *in l. cum multa. C. de bon. quæ lib.* in qua disponitur bona per Principem donata filijsfam. ad instar castrensis peculij esse in eorum libera dispositione.

REPROBATVR à Rota *vbi suprà num. 11.* quia
4 *d. l.* est correcta de iure nouissimo, † cum testamentũ hodie filijsfam. respectu bonorum, in quibus habet testãdi facultatẽ inofficiosi querelæ subijceat. *§. iustum autem perspeximus.* ibi sancimus non licere. *Auth. vt cum de appell. cognosc. glos. in l. fin. in verb. testamenta.* & ibi *Bart. & Bald. sub nu. 1. C. de inoffic. testam. Fulgos. nu. 5. Salicet. n. 4. vers. sed dubium oritur. de iure nouo. Ias. n. 5. Idem Bart. in Auth. ex causa. num. 13. vers. si verò. C. de liber. præterit.* & ibi *Alex. num. 4.* qui de communi testatur.

5 Præterea † *d. l. cum multa.* solum habet locum in filiofamilias, non autem in patre, vt communiter Doct. suprà citati *in d. l. fin. C. de inoffic. testam.*

Deniquè contrà *Vasquez* opinionem senserũt plures viri Doctissimi, & præsentem *Angel. de Perus. cons. 242. sub n. 1. & sub n. 2. in fin. vers. illa simpliciter.* vbi
6 habet, † in bonis à Principe donatis patri, etiam cum iurisdictione, legitimã filijs deberi, si pro hæredibus, & successoribus etiam donata fuissent, prout erat in casu decisionis, quod etiam confirmatur *nu. 12. & 13.*

In qua Decisione, prætendebatur non deberi legitimam filio naturali ex bonis patris, habentis à Principe facultatem testandi, cum esset Cardinalis.

7 † Quia per dictam facultatem videtur solum concessum indultum, vt consuetam haberet testamenti factionem iuris ordine seruato, cum non esset credendum Summum Pontificem, qui iura tuetur, per huiusmodi liberam concessionem totam testantẽtorum obseruationem multis vigilijs ex cogitatam euertere voluisse, vt expresè habetur *in l. si quãdo. C. de inoff. testam.* vbi *Alberic. Bald. Salic.* & omnes notant.

8 † Et quod hac libera concessione fuerit solum habilitata persona, notant plenè *Modern.* Romani (videlicet Petrus Dominicus Magdalenus Capiteferreus) *de numer. testi. cap. 13. num. 25. cum pluribus sequent. vbi nu. 29. ex mult. allegat.* dicitur, per hoc remissam non censeri solemnitatem, quæ tangit ius tertij, vt etiam habetur *in decis. 84. num. 4. part. 2. diuers.*

Et propterea in casu proposito non videri adem-
9 ptã filio legitimam in bonis patris, † etiam Clerici, debitam *iux. text. in Auth. presbyteros. in fin. C. de Episcop. & Cleric. vbi Bald. in 1. notab. idem in l. si quando. in tertio notab. C. de inoffic. testam. Angel. in l. 1. num. 5. vers. sed hodie. ff. eod.* & ibi *Castrens. nu. 8. Iacob. de S. Georg. num. 7.*

Vestrius.

SVMMARIVM.

1 *Contrà Titularem ad fauorem translatarij non est danda clausula sine retardatione pensionis.*

§. 1. VESTRIVS *in praxi. c. fin. n. 2. lib. 3. et Cassad. decis. 10. Casus occurrit. num. 8. de rescript.* Quod non sit danda clausula, sine retardatione solutionis pẽsionis, contrà titularẽ ad fauorẽ trãslatarij.

DECLARATVR à Rota *in Carpentoraten. pensionis Merc. 29. Maij 1612. nu. 9. coràm Card. Lancellotto.*

☞ Quam Declarationẽ. Vide etiã *sup. Part. 1. in Decis. Segobien. pensionis 16. Maij 1598. corã Corduba. n. 6.*

Vincentius de Franchis.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ codicillaris virtus.*

§. 1. VINCENTIVS de FRANCHIS *Decis. 156. incip. Clausulam codicillarem.* vbi dicit, quod clausula codicillaris operatur, quod caducata institutione per mortem primi instituti, habeat locum substitutio facta si sine filijs decesserit.

APPROBATVR à Rota *coràm Seraph. decis. 943. incip. Dubitatum fuit.* vbi *num. 2.* plures pro ista conclusione cumulantur. Et hanc *Seraph. decis.* sequitur *Rota coràm Corduba in vna Romana Hæreditatis Veneris 5. Martij 1599. incip. Stante testamento. Est decis. 190. in eius lib. in manuscript.* vbi iterum fuit canonizata *d. decis. Vinc. de Franch.* Et dicitur, quod virtus clausulæ codicillaris est conseruare, & conualidare omnia contenta in testamento.

☞ Quod etiam notauimus *sup. Part. 1. ad d. decis. Seraph. 943.* Plura de virtute dictæ clausulæ codicillaris. Vide *infrà de Clausulis. in claus. 11. & 205.*

Vrsillus.

SVMMARIVM.

2 *Moniali debetur dos Monasterio dari solita, non autem legitima de iure naturæ sibi debita.*

§. 1. VRSILLVS *ad Afflict. decis. 230. n. 22. & 23.* REPROBATVR à Rota *in Brundusina Pecuniaria Luna 21. Apr. 1614. nu. 3.* ibi, quod non considerat *Vrsill. & n. 5.* ibi, nã eius dictũ *corã Buratto. est decis. 580. p. 1. in Recent.* Quod etiam notauimus ☞ *infrà Part. 6. in §. Statutum, siue Pragmatica Regni prohibens recipi obligationes filiorumfam. nu. 4. & 8.*

§. 2. VRSILLVS *ad Afflict. decis. 348. nu. 2.* quod Moniali debetur dos Monasterio dari solita non autem legitima de iure naturæ sibi debita.

☞ APPROBATVR à Rota. Vide *sup. in §. 14. Afflict. decis. 348. Paterfiliam. num. 2.*

FINIS TERTIÆ PARTIS SINGVLARIVM.

THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS I. C. ROMANI SINGVLARIVM

Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decis. Selectorum

PARS QVARTA.

Circa Practicabilia Ecclesiastica.



NOSTRI præsentis instituti non est ea omnia quæ ad Ecclesiasticas personas possunt aliquo modo pertinere, vel in controuersiam cadere, in hac Quarta Singularium Parte prosequendo annectere, sed solum ex multis quasdam materias, quæ frequentiùs in praxi occurrere solent ex Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum medullis eructas, & selectas breuiter exponere. Singularia enim, quæ hoc loco erant ponenda cum non fuerint ad vnguem redacta, consultò omisimus, in alium locum, & tempus Deo fauente, imprimenda. Ex ijs autem de quibus fusè egimus in nostris sæpiùs citatis Obseruationibus Practica um Iu is Conclusionum à Rota receptarum, elegimus materiam Alienationis rerum Ecclesiasticarum, & Breuium Apostolicorum. Et horum occasione subijciemus materiam Clausularum, non solum quæ in dictis Alienationibus, & Breuibus, sed etiam in omnibus contractibus, vltimis voluntatibus, alijsque etiam actibus apponi solent. Quarum virtus, & natura quantum la è pateat ex dicendis apparebit, recollecta non solum ex Sacræ Rotæ Decisionibus antiquis, & modernis, sed etiam ex multis Doctoribus. Vltimo loco addemus aliqua circa Præcedētias, post quas pro sigillo ponemus duo nostra Responsa, siue Consilia in eadem materia. Quorum primum est de Præcedentia Parrochorum in funeralibus respectu Canonicorum, & Beneficiatorum: Quod confirmatum, & subscriptum à bon. mem. Stephano Gratiano habetur inter eius Disceptationes Cap. 298. incip. In funeralibus. Volum. 2. vt ipse testatur num. 16. Et separatim etiam impressum fuit Mantuæ Anno 1614. occasione cuiusdam ibi ortæ controuersiæ inter Parrochos, & Canonicos. Quod Consilium cum fuisset impugnatum à R. D. Octauio Morbiolo Canonico in Cathedrali Mantuæ eodem anno 1614 hoc loco respondemus, cum se occasio obtulerit.

Alterum Responsum, siue Consilium est de Præcedentia Illustriss. & Reuerendiss. DD. Prothonotariorum Apostolicorum respectu Canonicorum. Quod ego exhibui fel. rec. Paulo V. ex occasione de qua in principio dicti Consilij. In cuius fine habetur Decretum Sacræ Congregationis Rituum super dicta Præcedentia.

Et hæc pro præsenti Quarta Parte sufficere putauimus, ne alijs etiam Partibus debita dos denegaretur, qua istę fraudarentur, si hæc Pars longius per plures materias Ecclesiasticas excurreret.

Primò igitur agemus, De Alienatione rerum Ecclesiasticarum, vbi etiam ponemus Compendium istius materię, quod circumfertur, in aliquibus à nobis reuisum, quod desumptum est ex varijs Sacræ Rotæ Decisionibus, & etiam ex Doctoribus. Et hac sumpta occasione pauca quædam breuiter subiungemus circa Alienationem rerum in prophanis, desumpta ex nostris Obseruationibus.

Secundò de Breui Apostolico. Tertiò de Clausulis. Quartò de Præcedentijs.

DE ALIENATIONE RERVM ECCLESIASTICARVM, ET PROPHANARVM OBSERVATIONES EX ROTA ROMANA.

Series Obseruationum in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

In quo fusiùs habentur, quæ in prædictis Obseruationibus continentur, & propterea in eis breuiores erimus, ne pluries eadem frustra repetantur.

Ordo Obseruationum. in Alienatione bonorum in Prophanis.

Ne materia Alienationis in rebus Ecclesiasticis, & in prophanis separaretur, consultò vtramque hoc loco apponendam censuimus, distinguendo in suas particulares Obseruationes, quarum singulæ sub se paragraphos continent, & vnusquisque materiam habet vnius, vel plurium Rotæ Decisionum cum concordantibus si quæ in eis citentur.

OBSERVATIO I.

Circa Beneplacitum Apostolicum In Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ per lapsum 30. annorum elapsorum ante litem motam præsumitur interuenisse beneplacitum Apostolicum. *glos. in cap. peruenit, & ibi Imol. n. 10. & 12. de empt. & vendit.* & fuit latè deductum *in Romana Casalis longhezzæ. 28. Iunij 1593. & 27. Maij 1594. coràm Card. Seraphin. & in Mediolanen. S. Celsi 5. Maij 1597. coràm eod. In Aretina bonorũ 19. Martij 1599. coràm eod. Seraphino.* vbi de spatio 60. annor. iuncta obseruātia, quæ facit vt præsumātur omnia ritè, & rectè facta, *& in Neapolit. fundaci 1. Iunij 1579. coràm Robusterio.* vbi de beneplacito post 30. annos. *Romana domus 14. Iunij 1599. coràm Seraph.* vbi de spatio 40. annorum iuncta obseruantia contractus. *Lunen. Sarzanen. terrarũ. 20. Iunij 1575. coràm Cotta. & in Papien. tenutæ 8. Martij 1596. coràm Seraphino.*

§. 2. in ALIENATIONE bonorum Ecclesiasticæ loco beneplaciti Apostolici sufficit quod interueniat Breue confirmationis facto etiam sine beneplacito Apostolico. Nec requiritur quod hoc Breue sit vsu receptum, quia cum sit in forma gratiosa, & pro illud Papa approbet alienationis quatenus in euidentem non expectat post se aliquam executionem. *Rota in Placentina aquarum, Lunæ 24. Nouembris 1597. coràm Orano. Est decis. 440. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Cum in hac causa.* vbi quod Gregorius XIII. per Breue confirmauerat alienationem, & liuellum etiam factum sine beneplacito Apostolico.

OBSERVATIO II.

Circa Confirmationem Apostolicam In Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ ex cursu 30. annorum, & obseruantia subsecuta præsumitur confirmatio Apostolica absquè deductione temporis eorum qui alienarunt, licet secus ad effectum præscriptionis. *Rota in Lunen. Sarzanen. terrarum. Luna 20. Iunij 1575. coràm Cotta.* quam decisionem sequitur. *Rota in Romana Casalis longhezzæ. Vener. 21. Maij 1593. coràm Card. Seraphino.* Alias decisiones concordantes.

☞ Vide *suprà Part. I. ad decisiones Seraphini, in dicta decis. Romana Casalij. quæ est decis. 1027. in nu. 13. part. 2. fol. 99. col. 2.*

§. 2. ALIENATIONIS rei Ecclesiasticæ confirmationem inualidam producens facit cessare præsumptionem licentiæ Papæ ante alienationem obtentæ, cum melius fuisset nullum ostendisse titulum, quàm imperfectum *ad. Aegid. decis. 487.* & exhibitio tituli veri tollit titulum præsumptum. *Aegid. cons. 10. n. 20. in fin. Paris. cons. 27. num. 119. lib. 1. Aym. cons. 134. num. 44. cum simil. Rota in Elnen. mineriorum 27. Nouembris, & 16. Decembris 1585. coràm Orano.*

§. 3. in ALIENATIONIS rei Ecclesiasticæ confirmatione clausula, seruatis seruañ, operatur quod Commissarius siue executor debeat assumere partes iudicis, & citare Abbatem alienantem, & iudicialiter procedere. *Card. in Clem. 1. circa fin. de offic. deleg. Felin. in cap. exhibita. num. 4. de iudic. Rota in Elnen. Mineriorum. 27. Nouembris 1585. coràm Orano.*

§. 4. ALIE-

§. 4. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ, si confirmetur per sententiam, dicta sententia non solum supplet omnes iuris solemnitates solitas adhiberi in huiusmodi alienationibus, seu locationibus rerum Ecclesiasticarum, verum etiam operatur, vt dicta locatio præsumatur esse vtilis prout exprimitur. *Card. Lancellott. in Ragusina emphyteosis 20. Iunij 1578.*

Et vtilis etiam præsumitur si confirmatur à Papa per Breue, adeò quod Episcopus si prætendat non esse in euidentem vtilitatem ad ipsum spectat probare. *Auximana bonorum 1. Februarij, & 21. Nouembris 1580. coràm Card. Seraphino.*

§. 5. ALIENATIONIS † rei Ecclesiasticæ petitio
1 confirmationis, non dicitur subreptitia nisi præsumptiuè, quando necessitas Ecclesiæ, & indigentia modi soluendi debita, siue æs alienum erat de tempore contractus, licet paulò ante contractum extitissent pecuniæ penès Commendatarium, qui dictam confirmationem petebat, nam si Papa intellexisset illas fuisse consumptas, & Ecclesiam adhuc indigere, contractumquè cessurum in vtilitatem, eodem pacto concessurum fuisse, ex existentia enim pecuniarum præcedente cõtractum inducitur solum præsumptiua probatio, quod quis sit factus locupletior. *Nicon. in*
2 *Rubr. de oper. nou. nunciat. num. 276.* † Et licet permissum ex causa necessitatis non comprehendat necessitatem in quam sponte quis se conijcit; tamen hoc procedit data consumptione tali, cuius ratio haberi non debeat, & quæ in fraudem Ecclesiæ facta fuerit. † Accedit quod licet surreptio oriatur
3 etiam ex factis præteritis tamen hoc verum est, sed non ex omnibus indistinctè, sed solum ex his quæ retraherent à concessione, & ideò indigentia non fuisset retractura Papam à dicta concessione si probaretur de tempore contractus, licet non adfuerit per aliquot dies ante, illa copia pecuniarum præexistens ex se non faceret subreptionem, si cõstaret de tempore
4 contractus desijsse. Præterea † licet in cõtractu alienationis dictum fuisset Commendatarium non habere, neque habuisse modum, cuius tenor habetur pro expresso, & sic videtur falsa narratio in facto proprio. Tamen relatio regulariter non fit ad actus annullationem; maximè cum non releuet quod habuerit, vel non habuerit modum, si tunc temporis non habebat, quando contractus in scriptis fuit redactus. *Rota in Placentina bonorum. Lunæ 23. Ianuarij 1584. coràm Card. Seraphino.*

§. 6. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ præsumitur à
1 Papa confirmata stante obseruantia † subsecuta per solutionem Canonis ab anno 1493. vsquè ad annum 1577. Quod confirmatur *ex Capic. decis. 4. num. 29.*
2 vbi quod Papæ † consensus præsumitur ex sola temporis diuturnitate, refert *Gabr. de præsumpt. concl. 1.*
3 *num. 4.* Ac propterea † multò magis quando cum temporis diuturnitate concurrit obseruantia. *Rota in Maioricen. bonorum de Miramar. Lunæ 26. Nouembris 1584. coràm Gypsio.* vbi quod pluries fuit ita resolutum, *vt in vna Lunen. Sarzanen. terrarum. Lunæ 20. Iunij 1575. coram Cotta. in Neapolitana fundaci. Lunæ 1. Iunij 1579. coram Robusterio. in Vlixbonen. 5. Decembris 1569. coràm Sarmiento. in Romana Sancti Laurentij in Damaso de anno 1579. coràm Rubeo, qua citatur in d. Neapolitana.*

Idem etiam fuit tentum *in Romana Casalis Mandiolæ. Vener. 7. Iunij 1591. coràm Gypsio.* ex eo. ma-
3 ximè quia partes in instrumento expresse † reseruarunt beneplacitum Apostolicum, quod tempore debito interuenisse præsumitur ex cursu 35. annorũ. *Felin. in cap. illud. num. 6. de præsumpt. Alex. cons. 79. num. 4. lib. 1. Bero. cons. 173. num. 18. vol. 1.* & etiam fuit dictum *in d. Neapolitana fundaci.*

Nec dicatur huiusmodi præsumptionem sibi locũ
4 non vendicare nisi data scientia, & patientia † Papæ, vt voluit *Alex. cons. 9. in fin. lib. 3. & cons. 17. num. 8. lib. 4. Afflict. decis. 107. num. 8. Ruin. cons. 151. num. 16. in princip. lib. 4.* Quia vltrà quod hic non agitur de
5 præiudicio Papæ, vt hoc † casu opus esset. *Aym. de antiq. temp. part. 3. §. vidimus. num. 29.* illud pro-
6 cedit in præsumptione † oriente ex lapsu 10. annorũ tantum, non autem vbi fluxerant plusquàm 30. anni. *Mohed. decis. 52. in fin.* & dixerunt Domini *in vna Placentina decimarum de anno 1586. coràm Bubalo.*

Et prædicta tanto magis procedunt, quando contractus fuit obseruatus per 35. annos, cum in præsenti casu Monaci soluerint prætium, & deinde semper
7 fuerint in pacifica possessione Casalis, quæ † obseruantia eis sufficit, quia cum alienatio solum ex causa vtilitatis pronenerit, non cogebantur ipsi curare
8 † versionem prætij in emptionem domus in instrumento narratæ, vt fuit resolutum 3. *Maij 1591. in vna Florentina bonorum coràm Pamphilio.* licet secus sit, quando res Ecclesiasticę alienantur ex causa necessitatis, tunc enim debet emptor esse sollicitus de ver-
9 sione † prætij in causam in instrumento expressam, quemadmodum Domini concluserunt *in causa Romana de Riccionibus de anno 1582. & in alia Auximana bonorum de mense Maij 1585. coràm Rubeo Decano.* Quæ difficultas cessabat in præsenti casu stante dicta emptione mediæ domus cum declaratione facta per Rectorem, quod illam emerat pro Ecclesia. Nec subsistit quod dicta declaratio fuerit facta absente, & ignorante Ecclesia, quando idem Rector, qui vendidit casale fecit etiam declarationem. Quibus nõ obstat quod Rector dictã domum vendiderit vti liberam. Quia ex eius malè facto non debet Monasterium sentire damnum, & Ecclesia potest vendi-
10 care domum malè alienatam, non autem † redire ad Casale *per not. in l. 1. & 2. C. quand. lic. ab empt. disced.*

Quod autem tempus Rectoris alienantis sit deducẽdum ex cursu dictorũ annorũ 35. posset procedere
11 in præscriptione † non autem in præsumptione, & ita procedit *d. decis. in causa Lunen. Sarzanen. terrarum. coràm Cotta. Hæc omnia à num. 3. vers. Nec dicatur.* fuerunt dicta *in allegata Romana Casalis Mandiolæ. Vener. 7. Iunij 1591. coràm Gypsio.*

§. 7. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ † præsumitur
1 confirmata stante cursu sexaginta trium annorum, propter quem præsumitur interuenisse beneplacitum Apostolicum. *Alex. in l. qui aliena. nu. 11. de acquir. hæred. & cons. 17. num. 8. lib. 4. & cons. 179. nu. 9. lib. 7. & Apostill. ad Alex. cons. 219. num. 13. lib. 1.* Et hæc est
2 communis opinio, † quicquid senserit in contrarium. *Felin. in cap. sicut. nu. 32. vers. benè fateor. de re iudic.* & benè fuit animaduersum per Rotam referente *Mohed. in decis. 52. Transactio fuit facta. in fin.* vbi refert opinionem Felini procedere in tempore decem annorum, & in pluribus causis hæc sententia in Rota obtinuit, non obstante decisione facta in causa de
3 Gozzis coràm Blanchetto. † Quod maximè procedit

concurrentibus coniecturis, duæ autem in præsenti casu concurrebant. Altera, quæ desumebatur ex attestatione Mandosij officialis publici, qui attestabatur se in Rubricellis supplicationum primi anni Clementis VII. nempè, anno 1524. 4. Iulij reperisse, fuisse expeditum si in euidentem pro Abbate, & Priore Conuentus Sanctæ Mariæ Nouæ (isti enim alienauerant Casale in casu præsentis decisionis) & registratum lib. 25. quinter. 3. anni primi. qui liber est deperditus, & huic officiali creditur in spectantibus ad officium. *cap. ad audientiam. cum ibi notat. de præscript.*
4 † Alia verò deducebatur, quia in Banco Iacobi de Venturis ad instantiam Monachorum fuerant pecuniæ depositatæ pro satisfaciendo creditoribus Monasterij, habito prius beneplacito Apostolico, quæ cum solutæ reperiantur, vtiquè dicendum quod beneplacitum fuerat expeditum, alias pecuniæ non fuissent solutæ, cum ita esset conuentum. *Rota in Romana Casalis de Picchis. Lunæ 15. Iunij 1587. coràm Card. Seraphino.* vbi etiam fuit dictum, præsumptioni deductæ ex cursu temporis non obstare interpellationem factam de non expedito rescripto si in euidentem, cum dicta interpellatio interrumpat præscriptionem, *vt coràm eodem Seraphino fuit dictum in Tudertina bonorum Lunæ 23. May 1569.* hoc enim fuit dictum non obstare, cum ab illa interpellatione vsquè ad litem motam effluxissent plusquàm triginta anni.

§. 8. ALIENATIONIS prædij Ecclesiastici confirmatio non dicitur surreptitia, nam illa surreptio viriat gratiam, quæ mouet Papam ad facilius concedendum, & in hac materia confirmationis nihil aliud mouet Papam nisi euidens vtilitas, quæ est causa finalis, putà si fuerit narratum, quod si terræ Ecclesiæ locarentur ad fructuandum, per biennium redderentur inutiles, & quod per testes probaretur terras multò ante fuisse ad culturam redactas, nam hoc non mouet Papam. *Rota in Auximana bonorum 1. Februarij 1580. coràm Card. Seraphino.*

OBSERVATIO III.
Circa Commissionem causæ in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ commissa causæ cognitio cum clausula, vocatis vocandis, operatur quod si res Monasterij sit alienanda, vel desuper imponendus census, qui est species alienationis, debeat ante confirmationem citari conuentus, & cognosci de causa, quia dicta clausula operatur quod debeat seruari tela iudiciaria. *cap. exhibita. vbi Abb. num. 6. de iudic. Rota decis. 30. de rescript. in nou. Dec. cons. 473. num. 2.* & cum sit conditionalis facit vt nō vocatis vocandis actus sit nullus. *Paris. cons. 128. nu. 3. & 6. lib. 4. Put. decis. 421. lib. 1.* maximè si in rescripto adsit clausula, si tibi legitimè constiterit. *num. 5. de accusat. Marsil. cons. 5. nu. 47.* alias sententia est omninò nulla. *Dec. cons. 603. sub n. 9. & 14. Ruin. cōs. 68. per tot. lib. 1. Rota in Leodien prætensi census. Lunæ 29. Ianuarij 1596. coràm Orano.*

§. 2. pro ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ si fuit alicui causa delegata, non potest prorogari iurisdictio, vt post *Bero. cons. 22. num. 46. lib. 2. dixit Rota in Illerden pensionis, seu prætensæ vnionis. Mercurij 4. May 1588. coràm Card. Seraphino.*

OBSERVATIO IIII.
Circa Nullitatem. in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. ALIENATIO rei Ecclesiæ est nulla quando Papa dedit licentiam alienandi in emphyteusim, & posteà fuit facta in censum perpetuum, & nomine, ac titulo perpetui census, cum multum inter se isti duo contractus differant *ad Valascum de iur. emphyteot. quæst. 32. n. 27. Rota in Papien. tenutæ 17. Iunij 1596. coràm Card. Seraphino. & fuit confirmata 27. Iunij 1597. coràm eod.*

Quod procedit etiam quod in rescripto Papæ adsit clausula, sub annuo canone, seu censu, ita quod Papa videatur intellexisse etiam de concessione censuali; nam si Papa præmisit alia verba, nempè in emphyteusim perpetuam, quæ cum sint clara non sunt cauillanda ex eo quod addita sint verba, seu censu, quæ impropriè dicuntur de canone emphyteotico. Præsertim quia ab vsu patrisfamiliàs huiusmodi cōtractus non solent confirmari à Sede Apostolica, nisi sub forma concessionis in emphyteusim præterquàm in permutationibus.

Nec relatio ad instrumentum per clausulam, pro expressis, quicquam operatur, cum nō sit attendenda in his quæ directò contrariantur narratis, *vt in dicta Papien. tenutæ sub die 22. Iunij coràm Card. Seraphino. & in Cauen. pensionis 19. Ianuarij 1571. coràm Card. Lancellotto, & in Tiburtina Castri Sambuci. 20. Februarij 1579. coràm Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore.*

Nec obstat quod ex cursu temporis præsumenda sit alia concessio seu confirmatio. Quia illa præsumptio cessat per exhibitionem tituli inualidi. *Paris. cons. 27. num. 119. lib. 1. d. Papien. 22. Iunij. Elnen. Mineriorum. 16. Decembris 1585. coràm Orano.*

§. 2. ALIENATIONEM rei Ecclesiæ ab Heremitis factam impugnans vti nulliter factam, quia Heremitæ non fuerunt citati coràm Iudicibus Commissarijs iuxtà formam rescripti, debet talis impugnans exhibere integrum processum, ad hoc vt ex actorum inspectione dicatur probata negatiua. *Aretina bonorum 19. Martij 1599. coràm Seraphino.* vbi quod ita fuit pluries resolutum in similibus causis. Et quando similes alienationes fuerunt declaratæ nullæ ob defectum formæ in commissione traditæ fuerunt exhibiti integri processus, *vt in Cortonen. bonorum 3. Iulij 1589. & 26. Ianuarij 1590. coràm Card. Platto. & in Cortonen. rescissionis locationis eodem die, & anno coràm Orano.*

§. 3. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ facta sine legitima causa, & sic contrà legis dispositionem, est nulla, & ex ea non transfertur dominium ex subsecuta traditione. *Placentina bonorum 27. Octobris 1581. coràm Gardin. Seraphino.* & similiter quando nulla est alienatio stāte re ruinosa, quæ facilè poterat reparari. *in Romana domus 16. Febr. 1604. coràm eod.*

§. 4. ALIENATIO rei Ecclesiæ quando est malè facta, tunc potest peti res cum fructibus, & quietantia facta de fructibus à Prælato non valeret. *in Papieñ fructuum 14. Maij 1580. coràm Cardin. Lancellotto.* vbi testatur de quietantia fuisse resolutum *in Pisana liquidationis fructuum 14. Martij 1575. coràm Card. Blanchett.*

Et

Et fusius vide *Part. 5. Singular. ad glos. in verb. Superfluum. in l. emptor. ff. de rei vendic.*

§. 5. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ si fuerit præscripta forma, ea non seruata alienatio non sustinetur. *Dec. cons.* 532. *nu.* 3. & fuit dictum *in Romana deuolutionis domus. 4. Februarij* 1583. *coràm Rubeo.* Nisi dicta forma fuisset data ad effectum, vt constaret de vtilitate Ecclesiæ, tunc enim per æquipollens adimpleri potest. *l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. de acquir. hæred. Put. decis.* 252. *ante fin. lib.* 2. vnde si de euidenti Ecclesiæ vtilitate constet, non est dubitandum fuisse satisfactum intentioni eius, qui formam dedit. *Rota in Lauden. bonorum. Mercur.* 8. *Iunij* 1588. *coràm Gypsio.*

§. 6. ALIENATIO rerum Ecclesiæ est nulla absquè reseruatione beneplaciti Apostolici. *iuxtà extrauag. Ambitiosæ. de reb. Ecclesiæ non alien.* & confirmatio obtenta a Sacr. Pœnitentiaria ab vna tantummodo partium est nulla. *Rota in Elnen. Mineriorum* 27. *Nouembris* 1585. *coràm Orano.*

§. 7. ALIENATIO rerum Ecclesiæ est nulla sine consensu Abbatis, & Conuentus, & talis consensus probari debet quod interuenerit, & assertioni Abbatis non statur, & non potest fieri fundamentum in confirmatione Apostolica, quando non iustificantur narrata. *Rota coràm Card. Lancellotto in Craccouien. decimarum* 11. *Nouembris* 1570. vbi fuit declarata nulla donatio decimarum, ob defectum consensus Abbatis, & Conuentus, & quia non constabat de benemeritis donatarij.

§. 8. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ est nulla non obstañ literis si in euidentem, & confirmatione Apostolica subsecuta, si deficiat causa vel solemnitas, nec vnum sine alio sufficit, hæc enim duo copulatiuè requiruntur. *Rota in Placentina bonorum* 7. *Aprilis* 1581. *coràm Card. Seraphino.*

OBSERVATIO V.
Circa Solemnitatem in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiruntur causa, & solemnitas, nec vnum sine alio sufficit. *c. fine exceptione.* 12. *quæst.* 2. *vbi latè Laur. de Rodulph. in* 3. *quæst. Couarr. var. resol. cap.* 17. *nu.* 2. *lib.* 2. & fuit dictum *in Romana domus.* 16. *Februarij* 1604. *coràm Seraph. In Auersana tenimenti* 24. *Nouemb.* 1581. *coram Cantuccio. & in Papien. tenutæ* 8. *Martij* 1596. *coram Seraph.* & licet auctoritas Papæ suppleat solemnitates, non tamen supplet defectum causæ, immò defectus causæ reddit nullam interpositionem decreti super alienatione, tunc enim non verificatur conditio sub qua Papa rescribit, nempè si cedat in euidentem vel necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, ideò si neutrum verificatur, nulla est interpositio decreti, & licet in dubio pro decreto præsumatur, tamen admittitur probatio in contrarium, quod non subsit, nequè necessitas, nequè euidens vtilitas. *Placentina bonorum.* 7. *Aprilis* 1581. *coram Card. Seraphino, & in Leodien. præatensi census. Lunæ* 29. *Ianuarij* 1596. *coram Orano.*

§. 2. ALIENATIO Casalis Ecclesiæ sustinetur † quan-
1 do fuit facta præcedentibus debitis solemnitatibus, & ob maiorem vtilitatem, & commoditatem Ecclesiæ, & sic ex vna illarum quatuor causis à iure permissis. *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. *cap. sine exceptione.* 12. *quæst.* 2. *& ibi glos. ordinaria in summa quam citat Bald. in auth. hoc ius porrectum. n.* 4. *vers. subsequenter. C. de Sacrosanct. Eccles.* Nam Casale quando propter eius modicitatem, & etiam propter difficultatem alijs locandi fuit venditum Monasterio, cuius bonis erat incorporatum, vel valdè annexum, cum subiaceret periculo inculturæ, seu quod aliquando non locaretur, Ecclesia illud alienando, & prætium reinuestiendo in medietate vnius domus ex qua sine difficultate poterat recipere eosdem fructus quos ex Casali percipere solita erat, conditionem suam fecit meliorem, quocirca dubium non est alie-
2 nationem † valere etiamsi aliàs non valeret. *Glos. in l. cum ij. §. 1. in verb. alimentarius. ff. de transact. & probat text. in §. sequenti.* ibi, singulos conuenire difficilè ei sit, &c. Idem tenent *Iacob. de Aren. in l. magis puto. in fin. de reb. eor. Bald. in Auth. res quæ. n.* 29. *vers. sic Ecclesia. C. commun. de legat.* & satis est quod
3 † Ecclesia eo tempore quo celebratur contractus non sit in damno. *Calder. cons.* 5. *de rer. permut. Tiraq. de retract. conuent. §.* 5. *glos.* 1. *num.* 10. *Rota in Romana Casalis Mandiolæ. Vener.* 7. *Iunij* 1591. *coràm Gypsio.*

§. 3. in ALIENATIONE † bonorum Ecclesiæ præ-
1 sumitur solemnitas requisita ex cursu temporis *ad Glos. in cap. peruenit. & ibi Imol. nu.* 10. *&* 12. *de empt. & vendit. Alex. cons.* 1. *num.* 20. *& cons.* 17. *nu.* 8. *lib.* 4. *& cons.* 50. *num.* 7. *lib.* 5. *Gozad. cons.* 73. *nu.* 20. *&* 21. qui testatur de cõmuni. *Curt. Iun. cons.* 213. *n.* 97. *li.* 3.
2 † Maximè stante scientia Papæ, quando ipse interuenit in actu, vt emptor, & stante obseruantia longissimi temporis, quæ in præsenti casu erat septuaginannorum, quæ in his materijs est maximi ponderis, vt benè tradit *Gozad. d. cons.* 73. *num.* 22. *Alex. consil.* 101. *num.* 5. *lib.* 7. *Aretin. l. qui in aliena. num.* 4. *de acquir. hæred.*
3 † Nec obstat decisio *in Elnen. minoriorum* 27. *Nouembris* 1585. *coràm Orano.* quod ad inducendam solemnitatis præsumptionem necessarium sit quod enuncietur. Quia illud clarè non dicitur in ea decisione, nequè posset sustineri quatenus diceretur, quia communis sententia est in contrarium. *ad Felin. in cap. Albericus. nu.* 4. *vers. si autem in instrumento. de testib.* & hanc sententiam perpetuò obseruat Rota, prout etiam fuit decisum *in causa Parmen. vallium referente Puteo decis.* 365. *num.* 2. *&* 7. *lib.* 2. vbi tra-
4 dit, quod sola † obseruantia sufficit, quando lapsum est tempus 30. annorum, etiam quod solemnitas non fuerit enunciata, quod etiam fuit dictum *in vna Cauallicen.* . . . . 10. *Ianuarij* 1575. *coràm De-*
5 *cano Rubeo.* † Maximè quando constat de actu super quo fundatur præsumptio solemnitatis, ne detur multiplicatio præsumptionum contra doctr. Bald. & aliorum *in l.* 1. *C. de dot. promiss. Rota in Romana Casalis longhezzæ. Lunæ* 28. *Iunij* 1583. *coràm Cardin. Seraphino.*

Adde quod dictum est *num.* 3. quod non requiritur quod solemnitas, siue cõfirmatio fuerit enunciata, imò nec reseruata, vt fuit dictum *in Calaguritana de Albcrite. Lunæ* 16. *Iunij* 1608. *coram Ortembergo. est in Recent. decis.* 159. *num.* 4. *part.* 1. vbi etiam similes decisiones enumerantur.

§. 4. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ solemnitates requisitæ præsumuntur propter temporis antiquitatem

quitatem iuncta obseruantia, vt tradunt communiter Doct. *Anchar.cons.136.Alex.cons.79.lib.1.& consil.218.num.4.lib.6.Dec.cons.36.num.8.vers.vltimò non obstat.& cons.341.num.13.Ruin.cons.254.nu.7.lib.3.* & Rota admisit etiamsi non essent enunciatæ. *Put. decis.365.num.3.lib.2.* Et facilius tenendum est quando in contractu dicitur interuenisse consensum Apostolicum. *Grat. cons.91. qui alios refert. vol.1. Afflict.decis.368. num.3.* & Rota ex cursu 30. annor. iuncta obseruantia tenuit præsumi confirmationem Apostolicam in transactione *in Messanen.praeminentiarum 29.Martij 1585. coràm Blanchetto.* & stante obseruantia 70.annorum fuit tentum *in Rauennaten. Legati pij. 29. Ianuarij 1590. coràm Comitulo.*

§. 5. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ an sustineatur ex defectu solennitatum puta beneplaciti Apostolici, quando contrahitur cum ipso Papa vti priuata persona. Hoc dubium Rota primò resoluit affirmatiuè, postea verò reliquit in suspenso.

Vide *in verb.Abbas. Obseruat. circa Alienationem. §.1. Abbas quando alienat bona Monasterij. per tot.* Et quod sustineatur quando contractus fuit celebratus in præsentia Papæ. *ibid. num.2.*

§. 6. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ non sunt seruandæ solemnitates. *extrauag. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien. inter communes.* vbi non seruatur dicta constitutio. *Rota in Lauden.bonorum. Merc. 8. Iunij 1588. coràm Gypsio.* vbi de alienatione cum licentia Abbatis generalis Montis Oliueti, & quod neque seruatur in Ducatu Mediolanensi ex quadam fide Dominis ostensa.

§. 7. in ALIENATIONE bonorum Ecclesiæ solemnitates requisitæ, eædem etiam debent interuenire in dismembratione beneficij.

Vide *in verb.Beneficium. Obseruat. circa Dismembrationem. §.1. Beneficij dismembratio non potest fieri ab Episcopo. per tot. num.1. vsquè ad num.4.*

§. 8. sicut in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ requiritur solemnitas, & vtilitas, ita etiam in constitutione census super re Ecclesiæ.

Vide *in verb.Census. §.7. Census ab Ecclesia impositus. Obseruat. circa Miscellanea.*

§. 9. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ non potest dici solemnis quando non constat de beneplacito Apostolico. *Romana domus. 16. Februarij 1604. coràm Seraphino.*

Alia circa hanc obseruationem. Vide fusius infrà in Compendio Alienationis rerum Ecclesiæ, *& in verb. Solemnitas. Obseruat. circa Alienationes rerum Ecclesiæ. in nostris Obseruat.*

OBSERVATIO VI.
Circa Validitatem in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ dicitur esse valida ex pluribus. Primò ex sententia Iudicis Commissarij vigore rescripti si in euidentem, quæ facit vt alienatio præsumatur vtilis Ecclesiæ, donec contrarium probetur. Præsumitur enim pro executoribus. *Rota in Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coràm Card. Seraphino.* vbi dicitur fuisse in Rota sæpissimè resolutum, & signanter *in vna Senogallien. Syluæ coràm Cotta. Vener.10.Decemb.1568.*

Nota quod si alienatio fuerit confirmata ex sententia duorum canonicorum non tamen in vim rescripti si in euidentem, non propterea alienatio erit solenniter facta, vt fuit dictum *in Romana domus.16. Februarij 1604. coram Seraphino.*

Secundò ex obseruantia longissima vltrà 30. annos, quæ facit vt omnia præsumantur legitimè gesta. *in d.Papien. bonorum coram Seraphino. Aretina bonorum 19.Martij 1599.coram eod.Romana Casalis Turricellæ. Vener. 29. Aprilis 1594. coram eod.*

Tertiò si apparet de euidenti vtilitate, putà, si pro locatione perpetua fuit auctus canon 26. quæ soluebantur prius pro locatione temporali vsquè ad summam scutorum 34. Cum regulariter in locatione perpetua soleat fieri diminutio sextæ partis respectu locationis temporalis. *iuxtà Auth.præteredà. C.de Sacrosanct. Eccles.* & fuit dictum *in d.Papien.bonorum. & in Romana domus. 30.Martij 1590.coram Cardin. Mantica.*

Admittitur tamen probatio in contrarium dummodo sit sufficiens. *d. Papien. bonorum.*

§. 2. ALIENATIO rerum Ecclesiæ in qua fuerunt adhibitæ solemnitates requisitæ, & adest vtilitas Ecclesiæ, & consensus Episcopi, non est nulla licet non fuerit adhibitus consensus Præpositi existentis in remotis, & Canonicorum absentium à Ciuitate, & quoad Canonicos est communis opinio. *Card. Lancellott. in Mediolanen. de Noxedo. 21. Maij 1582.*

Et si bona spectant ad mensam Episcopalem licet requiratur consensus capituli. *iuxtà glos. in verbo. defensore. in fin. cap.1. de reb. Eccles. non alien. in 6.* cum capitulo intersit, ne bona Ecclesia alienentur, tamen talis consensus, & citatio capituli non requiritur si probetur euidens vtilitas. *Senogallien. Syluæ 1. Iulij 1573. coram Cotta. Auximana bonorum 1. Februarij 1580. coràm Card.Seraphino.*

§. 3. ALIENATIO rerum Ecclesiæ cum confirmatione Apostolica stante cursu longissimi temporis inducit præsumptionem validitatis. *iuxtà trad. per Abb.cons.41.lib.1. Capic.decis.16.Ruin.cons.35.n.22. & seq.* cum post lapsum temporis 30. annorum omnia præsumantur legitimè facta, & in euidentem vtilitatem cessisse. *Alex. cons.1. num.19. lib.4. Soccin. cons.270.col.3.lib.2.Paris.cons.24.num.6. vol.4.* Et prætendens inualiditatem, siue surreptionem confirmationis tenetur plenè, & concludenter probare. *Rot. decis. penult. & vltim. de except. in nou.* & fuit dictum *in Papien. melioramentorum. Lunæ 27. Maij 1596. coràm Orano.* quæ decisio fuit postea confirmata *die Lunæ 9. Decembris 1599. coràm eod.*

§. 4. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ non rescinditur ex ea solum suspicione quod sit facta in consanguineos, si hoc fuit expressum in rescripto si in euidentem. *Papien. bonorum 28. Aprilis 1585. coram Card. Seraphino.* vbi quod pluries fuit ita in Rota decisum. Cum aliàs alienatio etiam in parte fratri germano facta non careat fraudis suspicione. *Auth. quibuscumquè modis, & ibi cõmuniter Doct. C.de Sacros. Eccles. Alciat. de præsumpt.regul.1. præsumpt.29.* & fuit dictum *in Leodien. prætensi census. Lunæ 29. Ianuarij 1596. coràm Orano.*

§. 5. ad ALIENATIONEM rei Ecclesiasticæ sustinendam, quod dicitur sufficere ad sustinendum eam quod res solita sit locari per duas locationes cum cursu 40. annorum, non dicuntur duæ locationes quando sunt factæ ijsdem personis, sed vna tantum, quia

quia posterior est prioris confirmatio. *Rota in Romana domus 16. Februarij 1604. coràm Seraphino.*

§. 6. ALIENATIO, siue alienandi facultas à Papa Ecclesiæ concessa de octingentis petijs terræ, valet alienatio si minor summa alienetur, non obstante quod extarent aliæ terræ magis exiguæ, quæ debebant potius alienari, quàm aliæ, quia quando rescriptum est clarum nō est curandum de iure communi, præsertim si Papa respexit, & restrinxit se ad euidentem vtilitatem, & non curauit de vocabulis, & confinibus terrarum, si pro expressis haberi voluit. Contrarium verò procederet, quando Papa non determinasset summam intrà quam deberet fieri alienatio, & Papa concessisset solum sub forma sub qua alienatio permittitur de iure communi sine solemnitate, veluti in terrulis, in qua non fuisset necessaria auctoritas Papæ. *cap. terrulas. 12. quæst. 2. Rota in Anconitana Terrarum 6. Aprilis 1579. coràm Card. Seraphino.*

§. 7. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ non potest impugnari, quando interuenit auctoritas, & consensus Episcopi. *Gemin. consil. 32. vers. item requiritur. Alex. cons. 17. num. 4. lib. 4. Rol. cons. 15. num. 4. lib. 1.* Item consensus Vicarij. Et etiam tres tractatus distincti, & separati, cum tamen vnus sufficiat. *Abb. in cap. tua. in 4. not. de his quæ fiunt à prælat. Rebuff. de reb. Eccles. non alien. nu. 81. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 17. nu. 1. Rota in Placentina aquarum. Lunæ 24. Nouembris 1597. coràm Orano.* vbi quod hoc vltimum de tractatu fuit dictum *in Romana Casalis longhezzæ. coràm Seraphino decis. 1080. sub num. 6.*

§. 8. ALIENATIO rei Ecclesiæ sustinetur si breue fuit directum Canonico, & non personæ in dignitate constitutæ. Nam si Papa expressit tali Canonico, declarauit se intellexisse de dignitate largo modo in clausula commissionis. *ad Achill. decis. 1. de rescript. Auximana bonorum 1. Febr. 1580. coràm Seraphino.*

OBSERVATIO VII.

Circa Versionem in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. in ALIENATIONE rei Ecclesiasticæ non debet probari versio, quæ regulariter solum probanda est in tribus casibus, nempè, in mutuo, deposito, & venditione quæ fit pro satisfaciendis creditoribus. *Bald. in Auth. hoc ius. num. 7. de Sacrosanct. Eccles. Soccin. cons. 15. num. 22. lib. 1. Imol. in Clem. 1. de reb. Eccles. non alien.* 1 am sufficit quod à principio adsit causa vtilitatis, vel necessitatis, nec est probanda versio, *vt per Bonifat. d. Clem. 1. nu. 58.* Noluit tamen Rota hoc determinare *in Anconitana bonorum 17. Iunij 1577. coràm Seraphino.* sed dixit esse particulariter agendum, quia aliqui Doct. tradunt quod quando alienatio fit ob aliquam causam particularem debet emptor docere fuisse versum in illam causam. *Butr. & post eum Imol. in cap. 1. sub num. 17. deposit. & Alex. cons. 4. num. 8. lib. 3.*

§. 2. ALIENATIO rei Ecclesiæ, siue census impositio super bonis Ecclesiasticis facta ex causa necessitatis æris alieni requirit quod probetur prætium versum fuisse in eam causam, in qua fuerat facta alienatio. *Innoc. in d. c. 1. vers. vel fortè. quem ibi omnes sequuntur. deposit. Imol. in cap. quod quibusdam. n. 14. de fideiuss. Bald. in Auth. hoc ius porrectum. sub nu. 7. C. de Sacrosanct. Eccles. Roman. cons. 440. nu. 5. Castr. cons. 338. circa princip. lib. 1. Rota in Leodien. prætensi census. Lunæ 29. Ianuarij 1596. coràm Orano.* vbi quod ita pluries fuit in Rota resolutum.

OBSERVATIO VIII.

Circa Vtilitatem, & Necessitatem in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ quod fuerit vtilis colligitur ex pactis, & conditionibus in ea appositis, maximè si testes examinati coràm Commissarijs aliam probant, etiamsi de corum iudicio deponant, nam si optimam scientiæ rationem reddant fides est eis adhibenda *ad regul. l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. 2. & notatur in cap. cum causam. de testib. Bart. tract. de testib. nu. 4. Alex. cons. 120. num. 6. lib. 5. Rota in Lauden. bonorum. Merc. 8. Iunij 1588. coràm Gypsio.* vbi dicitur sufficere quod attenta rei veritate alienatio fuerit vtilis, vt aduertit *Abb. cons. 41. lib. 1.* quod dicitur fuisse resolutum *in vna Burgen. Iurisdictionis de Pancoruo coràm Robusterio.*

§. 2. ALIENATIO rerum Ecclesiæ præsumitur ipsi vtilis, quando interuenerunt solemnitates. *Bald. in cap. 1. num. 7. qui feud. dar. poss.* Maximè si executor datus se informauit extraiudicialiter, eique constitit de euidenti vtilitate. *Abb. cons. 41. lib. 1. Capic. decis. 16. nu. 4. Paris. cons. 24. nu. 4. lib. 4. Dec. cons. 142. num. 1.* Præsertim accedente inspectione per ipsum loci alienati, & secuto processu si in euidentem, ex quibus omnis sinistra suspicio tollitur. *Dec. cons. 341. nu. 12. Rota in Pisana bonorum 21. Decembris 1585. coràm Orano.*

§. 3. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ præsumitur
1 † vtilis stante sententia Commissariorum confirmatoria dictæ alienationis, per quàm declaratur eam cedere in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & præsumitur vtilis donec contrarium probetur. *Bald. in c. 1. num. 7. de his qui feud. dar. poss. Abb. cons. 41. num. 2. lib. 1. Alex. cons. 79. nu. 6. lib. 1. Soccin. cons. 15. n. 27. lib. 1. Ias. cons. 54. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 142. num. 1. Paris. cons. 24. num. 5. lib. 4. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2. cum alijs per Gabr. de sent. conclus. 5. num. 2.* & pluries fuit in Rota resolutum, & in specie *in vna Senogallien. Syluæ. Veuer. 10. Decembris 1568.*
2 *coràm Cotta.* Maximè stante † obseruantia triginta, & plurium annorum, quæ facit vt præsumantur omnia legitime gesta. *glos. in cap. peruenit. & ibi Imol.*
3 *de empt. & vendit.* † Vltrà quod præsumuntur executores etiam extraiudicialiter se informasse plenè, & sufficienter, iuxtà *Abbat. d. cons. 41. Capic. decis. 16. num. 4. Dec. cons. 341. num. 12.* quod ex eo conuincitur, si cōstat fuisse examinatos plures testes, quorum dicta non reperiuntur, neque exhibentur. *Corn. consil. 210. num. 4. lib. 4. Aym. cons. 112. num. 7.* quod fuit cōsider. tunc *in causa Romana deuolutionis domorum 26. Martij 1590. coràm Card. Pamphilio. Rota in Romana Casalis Turricellæ. 29. Aprilis 1594. coràm Card. Seraphino.* vbi etiam fuit dictum non probari ex aduerso nō euidentem vtilitatem ex quatuor capitibus.
4 Quorum Primum erat † qualitas temporis, cum propter Vrbis excidium, pestem præcedentem, & Tyberis inundationem, & sic tempus adeò calamitosum, non potuerit fieri hoc tempore vtilis fieri Ecclesiæ alienatio, vt in eadem causa fuerat consideratum, *sub die Lunæ 10. Martij 1578. coràm Cantuccio.*

quod

quod etiam fuit ponderatum *in vna Papien. bonorum 1. Iulij 1579. coràm Card. Lancellotto Seniore. & fuit doctrina Cuman. in l. pratia rerum. num. 5. ad l. Falcid. & Castr. cons. 109. col. 1. lib. 2.*

5 Ad quod fuit responsum, quod † executores non habuerunt solum respectum ad tempus contractus, quo Casale, de quo agebatur, locabatur pro ducatis 20. sed etiam ad tempus præteritum, ex quo fuit articulatum, quod erat solitum locari pro ducatis 30. qui articuli respiciunt tempus ante excidium, vt in hac eadem causa fuit consideratum *coràm Cantuccio*
6 *sub die 28. Iunij 1578.* † Et cum de iure præsumatur pro sententia, & executores in similibus alienationibus debeant habere rationem præcedentium, instantium, & futurorum temporum, *vt per Bart. in d. l. pratia rerum. num. 2. Alex. nu. 10. Cuman. in l. 2. n. 24. C. de rescind. vendit. Afflict. decis. 316. num. 6.* concludendum est fuisse habitum respectum, qui haberi de-
7 buit. † Quæ etiam vtilitas ex eo deducebatur, quia cum prius casale locaretur pro triginta ducatis, demptis sex, videlicet sexta parte iuxtà dispositionem. *Auth. perpetua. & ibi Doct. C. de Sacros. Eccles. Ias. cons. 54. num. 5. lib. 1.* remanent vigintiquinquè, & tamen augmentum fuit à scutis vigintiquinquè ad scuta quadraginta, quod euidentē includit vtilitatē.

8 Secundò obijcebantur † locationes præcedentes, quæ non fuerunt habitæ in consideratione, cum non essent in forma probanti, & etiam quædam quæ erat
9 in libris Ecclesiæ † qui non faciunt fidem. *ad consil. Alex. 187. lib. 7. Felin. in cap. ad audientiam. nu. 16. in 10. conclus. de præscript. Aym. de antiq. temp. part. 1. §. quid de libro.*

Tertiò opponebatur de fructibus, & redditibus
10 Casalium vicinorum. † Duo autem ad hunc effectum erant probanda, nempè quod dicta Casalia essent paris bonitatis, & quantitatis reddituum de tempore alienationis, quorum neutrum fuit probatum, nec testes de primo deponentes erant informati de qualitatibus Casalium. *ad Alex. cons. 54. num. 4. lib. 6.* & fuit dictum *in Anconitana terrarum de Thomasijs. Vener. 17. Martij, & Vener. 21. Aprilis 1589. coràm Card. Platto.*

11 Quartò deniquè quod dicebat † de venditione istius casalis aliàs facta de anno 1547. non cōcludit, cum fuerit facta de Casali vti libero ab omni canone, ita vt non possit ex ea certum desumi argumentum. Et propterea has probationes non sufficere fuit dictum *in d. Romana Casalis Turricella sub d. die Ven. 29. Aprilis 1594. coràm Seraphino confirmando decisionem in hac eadem causa factam sub die 14. Octobris 1580. coràm Cantuccio,* in qua reuocata fuit alia decisio in eadem causa coràm ipso facta *sub die Lunæ 10. Martij 1578. quam habes decis. 65. diuers. part. 2.* cum de eius validitate Rota dubitasset, vt patet ex discursu *coràm eodem Cantuccio sub die Ven. 28. Iunij 1578. quem habes decis. 78. diuers. part. 2.*

§. 4. in ALIENATIONE bonorum Ecclesiæ debet iustificari vtilitas, vel necessitas Ecclesiæ, qua non iustificata nulla est interpositio decreti à Commissario ad quem fuit directa confirmatio alienationis. *Rum. cons. 68. num. 5. lib. 1.* & assertio contrahentium, quod cederet in euidentem vtilitatem, vel necessitatem non præiudicat Ecclesiæ *ad not. pro Bart. in l. si fortè. C. de Castrens. pecul. Feder. de Sen. cons. 143. circa fin. Gemin. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. lib. 6.* quem sequitur *Paris. cons. 36. col. 1. volum. 4. Rebuff. de reb Eccles. non alien. num. 75.* vt nec attestatio Commissarij, maximè si non fuit derogatum Paulinæ, neque simpliciter sibi commissum vt se extraiudicialiter informaret. *iuxtà trad. per Abbat. cons. 41. col. 2. vers. Nam Bonifatius. part. 1.* sed vt seruato iuris ordine procederet, quo casu requirebatur, quod vtilitas, & necessitas iustificarentur ex actis. *Rota in Leodien. pratensi census. Lunæ 29. Ianuarij 1596. coràm Orano,* & fuerat dictum *in Auersana tenimenti. Ven. 24. Nouembris 1581. coram Cantuccio.*

Et dicitur cessare necessitas quando Abbas intrà bitonium ab alienatione, siue impositione seruitatis census emerat iocalia, & mutuum dederat, ex quibus concessio alienationis à Legato de latere facta redditur subreptitia. *Dec. cons. 142. nu. 5. vt dicitur in allegata Leodien. pratensi census,* & aliàs fuit consideratum *in Placentina bonorum. Ven. 7. Aprilis 1581. Est decis. 508. coràm Seraph.* Additur in dicta Legionen̄ cessare necessitatem si Abbas vti dissipator bonorum Ecclesiæ fuit Abbatiali dignitate exutus.

§. 5. in ALIENATIONIBVS rerum Ecclesiasticarum causa est omninò necessaria, & quamuis Papæ auctoritas suppleat solemnitates, non tamen defectū causæ. *Gemin. cons. 48. n. 9. Rota in d. Leodien. pratensi census. Lunæ 29. Ianuarij 1596. coràm Orano.*

§. 6. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ quando fit ex causa vtilitatis, est necessaria inquisitio, quid potius expediat alienare, quia hoc est inquirere de ipsa causa alienationis, secus verò quando fit ex causa necessitatis, sufficit enim quod subsit necessitas, & eo magis hoc procedit, quia non solum requiritur in similibus alienationibus vtilitas, sed & quod sit euidens vtilitas. *Rota in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino.*

§. 7. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ ex causa vtilitatis non sustinetur, quando vēduntur aliqua bona, vt alia comparentur, quando Prælatus poterat ista alia bona vtilia emere ex pecunijs penes eum extantibus absque alienatione. Inquisitio enim ex quibus bonis debebat fieri comparatio rei, quæ prætenditur vtilis est circà causam principalem ipsius alienationis, & sic circa euidentem vtilitatem. *in d. Placentina bonorum. 7. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino.*

Item ex fructibus debent refici melioramenta, dummodo extent tales pecuniæ. *Rota in Papien. bonorum. 28. Aprilis 1595. coràm eodem Seraphino.*

§. 8. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ, quod fuerit in euidentem vtilitatē mouit omnes Dominos, quod pacta apposita erant valdè vtilia Ecclesiæ, cum finita locatione Ecclesia lucraretur omnia melioramenta, cum ea sint pars pretij, & sic videtur excludi læsio. *Rota in Auximana bonorum. 21. Nouembr. 1580. coràm Card. Seraphino.*

Secus verò si res locabatur pro scutis 40. & concessio fuit facta pro scutis sex, & pro summa scut. 300. cum obligatione expendendi scuta cētum in melioramentis, adeò quod habita ratione sextę partis nulla adest vtilitas, vt fuit dictum in *Romana domus 16. Februarij 1604. coràm eodem Seraphino.*

§. 9. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ non sustinetur ex causa necessitatis quando Prælatus potest prouidere necessitati ex fructibus, tunc enim non debet fructus pro se retinere, sed debet ex eis prouidere, non autem bona Ecclesiæ alienare. *Rota in d. Placen-*

tina

tina bonorum. 7. Aprilis 1581. coràm eod. Seraphino.

Item si potest prouidere ex fructibus ad reficiendum meliotamenta. *Rota in Papien. bonorũ. 8. Aprilis 1595. coràm eod. Seraph.* dummodo tamen probetur existentia pecuniarum *in Romana domus. 16. Februarij 1604. coràm eod.*

§. 10. ALIENATIO bonorũ Ecclesiæ si fiat ex causa necessitatis, tunc illi statur dummodo sit vtiliter cœpta, si verò fiat ex causa vtilitatis, tunc non sufficit vtiliter cœptum, sed necessè est, quod sit effecta locupletior. *coràm Cantuccio in Romana Casalis Turricellæ 10. Martij 1578. quæ habetur inter nouiss. diuers. decis. 65. par. 2.* quam aliàs secuta est *Rota in Papien. bonorum 1. Iulij 1579. coràm Card. Lancellotto.*

§. 11. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ, quod sit facta in euidentem vtilitatem probari debet ab eo, qui in ea se fundat, cum regulariter huiusmodi alienationes sint prohibitæ. Nec sufficit probasse, quod Ecclesia non sentiat damnum, nam requiritur quod sentiat vtilitatem, & quod hæc sit euidens. Et propterea vbi potest esse dubium, An sit vtilis, vel ne, non tenet alienatio. *Card. Lancell. in Paplen. bonorum 1. Iulij 1579.*

§. 12. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ dicitur vtilis, quando pretium de tempore contractus excedebat verum valorem, nam dicti temporis est habenda ratio ad hoc vt alienatio dicatur Ecclesiæ vtilis, vel damnosa, & id quod ex post facto successit non est in cõsideratione habendũ. Et si Papa mandat pretium deponi donec reinuestiatur, si emptor deponat, ad ipsum amplius non spectat, sed ad Ecclesiam onus conuertendi pecunias in alia bona. *in Anconitana Terrarum 13. Iunij. 1578. coràm Card. Seraphino.*

§. 13. ALIENATIONI bonorum Ecclesiæ si opponatur de defectu cognitionis causæ, videtur satisfactum ex eo, quod præsumatur pro executore, secundum *Abb cons. 41. num. 1. in fin. lib. 1.* Nec est opus, quod hoc enuncietur, ad trad. per *Ias. in l. sciendum. num. 16. de verb. oblig. Aym. de antiq. temp. 2. part. num. 13. & 3. part. num. 5. Fab. decis. 22. Anconitana bonorum. 17. Iunij 1577. coràm Seraphino.*

§. 14. in ALIENATIONVM bonorum Ecclesiæ literis si in euidentem licet non attendatur falsa expressio, quia Papa solum habet præ oculis euidentem vtilitatem tanquàm causam finalem, & nihil aliud curat. *Rota in Placentina bonorum. 7. Nouemb. 1580. coràm Card. Seraph. Papien. bonorum. 28. Aprilis 1595. coràm eod. Seraphino. ex cons. Soc. 15. n. 51. lib. 1.* quod à Rota fuisse pluries approbatum dicitur *in Papien. Tenutæ. 8. Martij 1596. coràm eodem. in Aretina bonorum. 17. Iunij 1577. coràm eod. & in Brixien. feudi Vener. 13. Ianuarij 1595. coram eodem Seraph.* vbi idem dicit in feudo nõ habente propriam feudi naturam. Tamen hoc procedit quãdo surreptio non versatur circa ipsam causam, tunc enim sine causa Papa concessurus non fuisset, vt in eadem *Placentina bonorum. 7. Aprilis 1581. coràm eod. Seraphino.*

§. 15. pro ALIENANDIS rebus Ecclesiæ in rescriptis Papæ, hæc vnica ratio attendi solet, vt constet de euidenti vtilitate stante cõsensu Ecclesiæ. ad trad. per *Bald. in cons. 475. num. 3. lib. 1. Sarmient. de reddit. Ecclesiast. part. 1. cap. 3. nu. 1. in Aretina bonorum. vltima Ianuarij 1600. coram eodem Seraphino.*

§. 16. ALIENATIONEM bonorum Ecclesiæ si Rector prætendat non esse in euidentem vtilitatem tenetur læsionem, & damnum Ecclesiæ probare, stantibus maximè literis si in euidentem, & sententia declarante alienationem fuisse factam in euidentem Ecclesiæ vtilitatem. *Paris. cons. 24. nu. 5. lib. 4. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 2. in fin. Rota in Bononien. Parochia Sancti Apollinaris. Veneris 20. Iunij 1586. coràm Orano.*

§. 17. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ non est vtilis, sed damnosa quando poterant alia bona comparari absquè alienatione aliorum bonorum, & facta fuit alienatio. *Rota in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino.*

§. 18. in ALIENATIONIBVS rei Ecclesiæ, sufficit, quod vtilitas Ecclesiæ colligatur respectu redditũ, prout re vera reddunt. *Rota in d. Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. coràm Card. Seraphino.*

§. 19. ALIENATIO rei Ecclesiæ aut fit ex causa vtilitatis, & tunc emptor non tenetur curare versionem pretij in emptionem rei in instrumento narratæ, aut fit ex causa necessitatis, & tunc debet esse sollicitus de dicta versione.

☞ Vide *in hoc eod. verb. Alienatio. Obseruat. circa Confirmationem Apostolicam. §. 5. Alienatio rei Ecclesiasticæ præsumitur. num. 8. & 9.*

§. 20. ALIENATIO rei Ecclesiæ facta tempore calamitoso qualiter dicatur facta in euidentem vtilitatẽ.

☞ Vide *hoc eodem verb. Alienatio bonorum Ecclesiæ. Obseruat. 8. circa Vtilitatem. §. 12. Alienatio rerum Ecclesiæ dicitur vtilis. num. 4. & seq.*

§. 21. Vtilis præsumitur ALIENATIO rei Ecclesiæ, quando fuit confirmata per sententiam, quæ etiam supplet omnes solemnitates adhiberi solitas. *Card. Lancellott. in Ragusina emphyteosis 20. Iunij 1578.*

§. 22. ALIENATIO rei Ecclesiasticæ quando impugnatur vti facta non in euidentem vtilitatem ex valore grani, qui recolligitur in fundo alienato, qualiter iste valor sit probandus.

☞ Vide *in nostris Obseruationibus verb. Valor. Obseruat. circa Valorem diuersarum rerum. §. 5. Valor grani quando sumus in materia obiectiua.*

OBSERVATIO IX.
Circa Miscellanea in Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

§. 1. ALIENATIO bonorum Ecclesiæ quando impugnatur sub prætextu quod Prælatus, siue Commẽdatarius, qui alienauit haberet pecunias pro subueniendo necessitatibus Ecclesiæ, fuit dubitatum, an esset attendendum tempus conclusionis contractus, vel tempus confectæ scripturæ dictæ alienationis. Et cum contractus, de quo agebatur esset
1 emphyteosis † quæ scripturam requirit, vt per *Ias. in l. 1. num. 61. C. de iur. emphyt. Afflict. decis. 72. nu. 7.*
2 † fuit dictum esse attendendum tempus confectę scripturæ, per *l. contractus. C. de fid. instrum.* tunc enim datur perfectio huius contractus quando in instrumentum redigitur, & ideò sufficit verificari quod eo tempore adfuerit euidẽs vtilitas. *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. extrauag. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien.* & attendi debet momentum quo perficitur actus, & secundum illud iudicari, vt inquit *Bald. in l. si quis cũ. §. si suo. in 3. not. de vulg. & pupill.* vt in decisione infrà citãda.
3 † Illud quod dicitur, ea quæ fiunt post contractum

in illius executionem trahi ad diem contractus à quo necessariam consequentiam habet, vt per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 112. & seq.* procedit vbi contractus est perfectus, & absolutus, sed vbi requiritur scriptura non potest haberi pro perfecto, & ideò est locus pœnitentiæ *d. l. contractus*. Maximè verò vbi actus diuerso prorsus tempore fiunt cum notabili interuallo, vt colligitur *ex not. per Tiraq. in l. si vnquàm. in verb. donatione largitus. num. 117.*
4 *C. de reuoc. donat.* † Neque habet locum correspectiuitas, cum ea faciat, vt vnus contractus insit alteri, sed non facit vt sit spectandum initium actus quamuis inter partes conclusi, si eius est naturæ, vt expectet
5 post se scripturam ad sui perfectionem. † Neq; etiam obstat, quod data correspectiuitate lex procedat per viam fictionis, *ex not. eod. loco per Tiraq. post Doct. in l. lecta. & ibi Aret. in 5. notab. & Cagnol. nu. 109. si cert. pet.* Quia illud procedit ad alium effectum, nempè vt pro eo, quod inesse contractui dicatur, detur actio ex contractu, & tunc dicitur actus absolutus vno, & eodem tempore, quod hic fingi non potest.
6 † Quod etiam ex eo confirmatur, quod fictio non inducitur, nisi ratione quadam æquitatis, & vbi ea cessat, fictio quoquè cessat. *l. postliminium. in princ. de capt. & postlim. reuers. Bart. in l. si is qui pro emptore. num. 2. de vsucap.* cuius opinionem omnes sequuntur, vt tradit ibi *Crot. num. 32. licet ipse, & Ias. num. 74.* contrarium senserint, æquitas enim non subest, vt contractus alio tempore fingatur celebratus ad effectum eum reddendi nullum contrà omnes regulas, quæ volunt, vt interpretatio fiat, itaut actus sustineatur. *l. quoties. de condit. & demonstrat.*
7 † Ex quibus tollitur quod dicitur in cõtractibus spectandum esse initiũ, vt per *Paris. cons. 54. n. 56. lib. 1.* Quia vltrà quod id procedit in contractibus per se perfectis, vt dictum est, considerandum est, an principium necessariò prædominetur in subsequentia *ad tradita per Bald. in cap. cum dilecti. num. 6. de dol. & contum.* vt cum quis metu contrahit, vel mutuas pecunias accipiens venditionem simulat, principium enim trahit ad se sequentia, quibus prædominatur, & quæ ab eo trahunt originem, quod secus est in proposito casu. Ita dixit *Rota in Placentina bonorum. Lunæ 13. Iunij 1583. coràm Seraphino. Est decis. 627.*

§. 2. ALIENARI solitum probatur, vel per duas alienationes cum cursu 40. annorum, vel per vnam solenniter factam, iuxtà communem sententiam, quam Rota amplexa est in pluribus causis. *Ias. consil. 155. col. penult. lib. 2. Balb. de præscript. 1. part. 5. part. princip. quæst. 20.* & fuit dictum *in vna Zamoren. Castri 14. Decembris 1579. coràm Seraphino. in Romana deuolutionis domus 30. Octobris 1602. coràm eodem. Auersana tenimenti 24. Nouembris 1581. coràm Cantuccio, quæ est decis. 160. num. 5. part. 2. diuers. in Romana domus. 16. Februarij 1604. coràm eod. Seraphin. Rota in Papien. tenutæ 8. Martij 1596. corã eod.*

Et quando est vna locatio debet probari quod sit solenniter facta, & non sufficit quod præsumatur solemnis ex cursu temporis, vt fuit dictum *in allegata Romana deuolutionis coràm Seraphino.* vbi etiam allegatur *Romana domus 13. Ianuarij 1586. coràm Blanchetto.* & fuit dictum *in d. Romana domus 16. Februarij 1604. coràm eod. Seraphino, & in d. Zamoreñ. Castri 14. Decemb. 1579. coràm eod.* vbi quod si aliter diceremus redderetur falsa ista communis opinio.

ANNOTATIO.

ADVERTE quod si locatio, vel alienatio, de qua controuertitur sit alterata à duabus præcedentibus cum cursu 40. annorum, putà si detur ad nominationem in generationis defectum, tunc requiritur noua solennitas. *Auth. qui rem. C. de Sacros. Ecclες. & fuit decisum in causa Imolen. bonorum. 21. Maij 1593. coràm Card. Pamphilio.* vt dicitur *in alleg. Romana domus. 14. Februarij 1604. coràm Seraphino.*

Et etiam requiritur quod adsit eadem causa concessionis. *Curt. de feud. part. 2. quæst. 1. num. 10.* & habetur *in d. Romana domus.*

§. 3. ALIENATA non dicuntur bona Ecclesiæ, nec eorum dominium translatum, quando tota negotij serie perspecta, & consideratis verbis, sonant in administrationem, præsertim si dantur fideiussores de benè administrando. Quod procedit etiam quod dicatur dicta bona esse annexa, & incorporata, verbi gratia, alicui dignitati, quæ verba licet videantur importare dominium. *cap. cum omnes. de constit. vbi Bald. & Tiraq. in l. si vnquàm. in verb. donatione largitus. nu. 190. C. de reuoc. donat.* tamen recipiunt interpretationem secundum subiectam materiam, vt de traditione dicitur, quæ licet sit apta transferre dominium, intelligitur, dummodo præcedat contractus habilis. *Bart. in l. 1. num. 4. ff. pro dot. & l. 3. de iur. dot.* Præsertim quia alienatio non tenuisset, ad tradita per *Oldrad. cons. 261. & per Rebuff. de alienat. rer. Eccles. num. 9.* & licet *Glos. in Clem. fin. §. fin. de reb. Eccles. non alien. in verb. Ecclesiam. post Host.*
4 dicat non esse † alienare propriè, quod in dominio Ecclesiæ retinetur, tamen contrarium ibi tenuerunt. *Zenzel. & Imol. num. 17. & Bonifac. num. 16. Rota in Cæsaraugustana alimentorum. Vener. 12. Decembris 1572. & Vener. 20. Februarij 1573. coram Card. Seraphino. confirmata die Sabbathi 23. Ianuarij 1574. in eadem causa coràm eodem.*

§. 4. ALIENATIONIS veritas inducitur ex obseruantia per annos 70. & acceptatione solutionis pretij, quæ tanti est momenti, vt ex ea inducatur præsumptio veritatis omnium narratorum. *Rota in Lucana Decanatas. 21. Maij 1578. coràm Clement. VIII. tunc Rotæ Auditore, & in Romana Casalis longhezza. Vener. 21. Maij 1593. coram Card. Seraphino.* vbi fuit dictum hoc procedere etiam non obstantibus protestationibus clandestinis numquàm intimatis etiam postquàm cessauit causa metus, & quod idem fuit dictum *in Tusculana Villæ 18. April. 1586. corã Orano.*

§. 5. ALIENATIO rerum Ecclesiæ quando dicitur facta ob benemerita, tunc ista aliundè sunt probanda, quàm ex attestatione alienantis. *Ias. consil. 73. lib. 3. Feder. cons. 143.* & est necessarium quod merita sint ratione obsequiorum præstitorum Ecclesiæ, cuius bona alienantur. *Accorambon. decis. 43.* & fuit dictum *in Posnanien. bonorum. 15. Februarij 1599. coram Card. Lancellotto, & in Romana domus. 16. Februarij 1604. coram Seraphino.*

§. 6. in ALIENATIONE bonorum Ecclesię spectantium ad mensam Episcopalem separatorum à mensa Capitulari requiritur consensus Capituli. *glos. in verb. defensore. in fin. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.* Nam Capituli interest ne possessiones, & bona Ecclesiæ alienentur.

Limitatur tamen vt talis consensus, & citatio Capituli si desit non annullet alienationem, si probetur euidens

euidens vtilitas, nam tunc cessat interesse, & non est considerabilis iste defectus. *Rota in Senogallicñ Siluæ 1. Iulij 1573. coràm Cotta. & in Auximana bonorum 1. Februarij 1580. coràm Card. Seraphino.*

§. 7. in ALIENATIONE bonorum Ecclesiæ factæ ab Abbate, in qua debet interuenire consensus Superiorum Religionis, talis consensus non requiritur quando contractus celebratur cum Papa, & maximè stante cursu temporis annorũ 30. iuncta obseruãtia.

Vide *in verb. Abbas. Obseruat. circà Alienationem. §. 2. Abbas in alienatione bonorũ Monastery per tot. vbi num. 3.* idem dicitur de consensu Rectoris.

§. 8. ALIENARE dicitur Ecclesia quando annectit, incorporat, vel dat bona in administrationem, licet dominiũ remaneat penes Ecclesiam, quicquid dicat *glos. in Clem. fin. §. fin. in verb. Eccles. non alien.*

Vide *in vers. Dominium importare videntur administratio. §. 1. & in verb. Alienatio. Obseruat. circà Miscellanea. §. 3. Alienata non dicuntur bona Ecclesiæ.*

§. 9. ALIENATIO facta ab aliquo vti Priore Monasterij cum consensu Monachorum probat illum esse Priorem.

Vide *in verb. Monasterium. Obseruat. circà Miscellanea. §. 3. Monasterij Priorem aliquem esse.*

§. 10. ALIENARI quando possunt bona Ecclesiæ absquè licentia Rectoris à Colonis habentibus Ius perpetuæ Coloniæ.

Vide *in vers. Coloni habentes Ius perpetuæ Coloniæ si in eos transfertur. §. 1. Obseruat. circà Miscellanea.*

§. 11. ALIENATIO à Monasterio quando possis fieri.

Vide *in verb. Abbas. circà Alienationem. nu. 2. vers. Abbatis consensus, & auctoritas. §. 4. Obseruat. circà Alienationem.*

§. 12. ALIENANDI licentiam quando possit impertiri Abbas generalis.

Vide *in verb. Abbas. Obseruat. circà Alienationem. §. 3. Abbas generalis potest impertiri.*

§. 13. ALIENATIO facta à Prælato cum iuramento potest ab ipso Prælato reuocari non obstante iuramento, quando præiudiciũ Ecclesiæ est irreparabile.

Vide *in verb. Beneficium. Obseruat. circà Pensionis reseruationum. §. 7. Pensionarius, cui est reseruata pensio.*

AD LECTOREM.

Placuit Amice Lector ad tui vtilitatem hoc loco inserere Compendium Alienationis rerú Ecclesiasticarum, quod circũfertur, in aliquibus à nobis auctum, & emendatum, ex Rotæ Decisionibus recollectum, diuisum in centumoctuagintaocto numeros.

COMPENDIVM
Alienationis rerum Ecclesiasticarum.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates, & causa copulatiuè in Alienatione rerum Ecclesiasticarum requiruntur.*
2 *Alienatio sine solemnitatibus est nulla, Ecclesia volente, secus si nolit.*
3 *Defectus solemnitatis non potest ab alio quàm ab Ecclesia allegari.*
4 *Limita vbi actio est popularis.*
5 *Limita ante actum consummatum.*
6 *Limita vt non possit Ecclesia pro parte annullare, & pro parte non.*
7 *Solemnitates non requiruntur in Alienatione facta à Papa.*
8 *Declara quando auctoritas Papæ sit legitimè interposita.*
9 *Auctoritas Papæ non supplet defectum causæ.*
10 *In Alienatione facta coram Papa non requiritur alia solemnitas.*
11 *Nec quando cum ipso Papa contrahatur.*
12 *Amplia etiam si Papa vti priuatus contraheret.*
13 *Solemnitates non requiruntur in Alienatione rei nondum incorporatæ in ipsa acquisitione facta.*
14 *Momentanea acquisito ad effectum Alienationis non habetur in consideratione.*
15 *Declara quando ex actu, qui fit resultat acquisitio.*
16 *In cessione hæreditatis delatæ non requiruntur solemnitates.*
17 *Limita si hæreditas fuißet adita ante cessionem.*
18 *Prælatus potest in quærendis Ecclesiæ præiudicare.*
19 *In Alienatione rei solitæ alienari non requiruntur solemnitates.*
20 *Dummodo solitum non alteretur.*
21 *Nõ statur aßertioni partiũ, quod res solita sit Alienari.*
22 *Res dicitur solita Alienari quando præcessit vna locatio solum vel duæ cum spatio 40. annorum.*
23 *Vniformitas Alienationum nõ requiritur neceßario.*
24 *Vna Alienatio sufficit, quod sit valida.*
25 *Et vt dicatur valida non præsumitur solemnitas spatio 30. annorum.*
26 *Res solita locari, vt possit sine solemnitatibus de nouo locari, opus est vt adsit eadem causa.*
27 *Alienatio rei solitæ Alienari hoc, quod non transeat ad extraneos non potest Alienari, vt transeat sine solemnitatibus.*
28 *Res solita Alienari si sit incorporata non potest Alienari sine solemnitatibus.*
29 *Incorporatio quando dicatur facta.*
30 *Alienatio vltra triennium sine solemnitatibus fieri non potest.*
31 *Amplia vt procedat etiam in Prælato regulari.*
32 *Limita in locationibus Casalium territorij Vrbis, quæ poßunt fieri ad nouennium.*
33 *Item in alijs locis vbi Paulina non seruatur.*
34 *Paulina præsumitur vsu recepta, ideò non vsus debet probari.*
35 *Translatio Canonis, seu affrancatio, an requirat solemnitates requisitas in Alienatione.*
36 *In transactione requiruntur solemnitates.*
37 *Declara quando res alijs datur, non quãdo retinetur.*
38 *Amplia etiam si res sit penes aduersarium.*
39 *In impositione Census super re Ecclesiastica requiruntur solemnitates.*
40 *In communicatione emphyteosis an requirantur.*
41 *Solemnitates ex cursu triginta annorum, & obseruantia præsumuntur.*
42 *Tempus vitæ Prælati in his triginta annis non est deducẽ.*
43 *Pretium si non probetur versum in vtilitatem Ecclesiæ, Alienatio nõ dicitur nulla si ab initio fuit vtilis.*
44 *Amplia si pretium fuit depositatum.*
45 *Declara hoc procedere in Alienatione facta ex causa vtilitatis secus ex causa neceßitatis.*
46 *Limita in deposito.*
47 *Item in mutuo.*
48 *In Alienatione facta ad soluẽ debita Ecclesiæ.*
49 *Nisi aliter sit conuentum.*
50 *Item limita quando contractus initus cum particulari de Ecclesia.*

51 *Pretium esse versum in vtilitatem Ecclesiæ probatur coniecturis, & quæ sint.*
52 *Sola confessio Prælati non probat.*
53 *Alienatio pro cuius confirmatione est lata sententia est valida, licet sententia non iustificetur ex eisdem.*
54 *Maximè si acta sint amissa.*
55 *Sententia est valida etiam si eodem die præsentationis gratiæ fuit lata.*
56 *Valor rei de tempore contractus est inspiciendus pro vtilitate.*
57 *Declara de tempore regulari, & ordinario non autem belli, seu calamitatis.*
58 *Alienatio facta de tempore belli, quo Ecclesia parum percipiebat non valet.*
59 *Declara si fuit inspectus valor temporis belli.*
60 *Vtilitas euidens debet attendi in Alienatione rei solita alienari.*
61 *Declara quando prima causa Alienationis cessat.*
62 *Valor rei, an redditus inspiciatur.*
63 *Extraiudicialis informatio sufficit in confirmatione si esset derogatum Paulinæ.*
64 *Item si Papa committeret, vt se extraiudicialiter informaret.*
65 *Limita si adest clausula, vocatis vocandis.*
66 *Item si adest clausula, etiã si tibi legitimè cõstiterit.*
67 *Citatio Rectoris Alienantis sufficit.*
68 *Præsentia sufficit.*
69 *Neque requiritur si adest clausula, vt possit se extraiudicialiter informare.*
70 *Item neque requiritur quando Rector supplicauit.*
71 *Amplia etiam si esset clausula, vocatis vocandis.*
72 *Pacti quod melioramenta deuoluantur ratio habenda est pro vtilitate.*
73 *Limita si bona non essent ad Ecclesiam reuertura.*
74 *Vicinitatis fluminis, & incursus banditorum ratio habenda est.*
75 *In Emphyteosi perpetua non habetur ratio, quod res indigeat reparatione.*
76 *Præsertim quãdo Rector repararet absq. Alienatione.*
77 *Alienatio dicitur vtilis si ceditur actio liquida pro maiori summa.*
78 *Alienatio est nulla vbi ex instrumentis constat de maiori perceptione.*
79 *Sexta partis pensionis fit diminutio in locatione perpetua.*
80 *Impositio census dicitur vtilis si fit ad extinguendum censum maioris summæ.*
81 *Impositio census facta à Capitulo pro sustentandis litibus est vtilis.*
82 *Alienatio vnius pedica Casalis pro inuestiẽdo pretio in domo, an dicatur vtilis.*
83 *Contractus permutationis rei Ecclesiæ non dicitur vtilis, quando recompensa non est data cum directo dominio.*
84 *Alienatio præsumitur vtilis, quando fit cum debitis solemnitatibus.*
85 *Dicenti alienationem factam cum solemnitatibus læsiuam incumbit onus probandi.*
86 *Decretum Iudicis in Alienatione rei Ecclesiæ, quod cedat in euidentem vtilitatem admittit probationem in contrarium.*
87 *Si læsio, vel damnum Ecclesiæ potest probari Alienatio non valet, etiam si à Iudice sit confirmata vigore gratiæ si in euidentem.*
88 *Alienatio rei Ecclesiæ si est cõfirmata, Rectori dicenti causas esse falsas incumbit onus probandi.*
89 *Necessitas alienãdi rem Ecclesiæ non dicitur vbi ex fructibus Ecclesiæ absquè Alienatione necessitati prouideri potest.*
90 *Alienatio rei Ecclesiæ vbi fit ex causa necessitatis illi statur, qualemcumque exitum habeat dummodo sit vtiliter cœpta.*
91 *Alienatio si fit ex causa vtilitatis non sufficit eam vtiliter cœptam, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem.*
92 *Vtilitas in Alienatione rei Ecclesiæ sufficit, quod adsit ab initio, nec attenditur quid postea accidat.*
93 *Vtilitas in Alienatione rei Ecclesiæ debet esse euidẽs.*
94 *In Alienatione rei Ecclesiæ intentio Papæ est, vt cedat in vtilitatem Ecclesiæ, & nihil aliud curat.*
95 *Subreptio non attenditur in gratia si in euidentem, quando non est circà vtilitatem, sed quando respicit vtilitatem, quia tunc gratia vitiatur.*
96 *Clausula in confirmatione alienationis, dummodo dicto pretio facta sit, intelligitur de pretio communi, vel in euidentem vtilitatem.*
97 *Vtilitas putatiua sufficit in Alienatione rei Ecclesiæ.*
98 *Vtilitati putatiuæ statur, quando est seruata forma.*
99 *Scientia Papæ an requiratur ad hoc, vt ex cursu temporis præsumatur beneplacitum Sedis Apostolicæ.*
100 *Si agitur de præiudicio ipsius Papæ, requiritur.*
101 *Clausula, non aliàs, nec alio modo, importat necessitatem.*
102 *Beneplacitum præsumitur expeditum si reperitur notatum in libro rubricellæ.*
103 *Diligentia facta in actis Vicarij non excludit.*
104 *Fructus an lucrentur non expedito beneplacito.*
105 *Pœnitentia non est locus post obtentum beneplacitũ.*
106 *Limita quando est nulla confirmatio.*
107 *Noua confirmatio peti non potest.*
108 *Euidens vtilitas, vel necessitas habetur pro causa.*
109 *Assertioni non statur super iusta causa.*
110 *Beneplacitum cursu triginta annorum præsumitur.*
111 *Amplia etiam si sit reseruatum in vim conditionis.*
112 *Amplia etiam si non sit enunciatum.*
113 *Limita quando apparet de confirmatione inualida.*
114 *Antiquitas temporis non sufficit, nisi concurrat obseruantia.*
115 *Obseruantia præsumpta non sufficit.*
116 *Nouus consensus Rectoris requiritur vbi in Instrumento beneplacitum non est reseruatum.*
117 *Sufficit derogatio Paulinæ etiam illa non inserta.*
118 *Supplicatio si in euidentem non præsentata expirat morte concedentis.*
119 *Clausula, & si in euidentem, restringit totam supplicationem.*
120 *Confirmatio non seruata forma, si in euidentem, est nulla.*
121 *Si adest clausula, vocato Abbate, & non fuerit vocatus, est nulla.*
122 *In supplicatione est exprimenda qualitas perpetuitatis concessionis.*
123 *Supplicatio non instrumentum attenditur.*
124 *Specificatio bonorum si non sit facta, & dicitur in supplicatione, est nulla.*
125 *Item si fuerit dictum ad tertiam generationem, & si in perpetuum.*
126 *Confirmatio facta non exhibito instrumẽto, est nulla.*
127 *Facultas alienandi data pro certa summa requirit probationem non excedere.*

128 Alie-

128 *Alienatio facta de omnibus petijs in tali loco, si in beneplacito septem enarrensar, dummodo non probetur esse plures, tenet.*
129 *Papa aliquãdo solet limitare alienationes perpetuas.*
130 *Alienatio facta cum tempore, & solatione fructuam, an statim debcantur.*
131 *Transactio de re Ecclesia propter dubium litis euentam valet non probata vtilitate.*
132 *Limita si super re clara.*
133 *Locatio facta durante prima non tenet.*
134 *Et declara.*
135 *Ecclesiæ lesa saccaritur non obstante validitate contractos.*
136 *Prælatus potest agnoscere bonam fidem.*
137 *Res solita alienari ad tertiam generationem si alienatur vltrà tenet pro solito.*
138 *Vide contrariam.*
139 *Et resolutionem, qaod vitietur in totum.*
140 *Declara*
141 *Alienatio vitiatur in totum non obtento beneplacito.*
142 *Alienatio facta consanguineo præsumitar facta in fraudem.*
143 *Sed non redditar ex hoc unlla.*
144 *Facta in cõsanguiaeos siae praiaditio Ecclesia valet.*
145 *Maximè si fiat cum solemnitatibus, & personis boaæ fama.*
146 *Vel si non omnes sint consanguinei.*
147 *Alienãs res Ecclesiæ tenetur de euictione de proprio.*
148 *Amplia vt procedat etiã contrà hæredem alienantis.*
149 *Et non solam tenetar ad pretium, sed ad damna, & interesse.*
150 *Distinctio si cum mala fide, vel bona.*
151 *Modernus Prælatas potest agere contrà hæredes prædecessoris pro pretio rei alienatæ.*
152 *Fructus debentar à die alienationis pro re malè alienata.*
153 *Error iuris in hoc casu non excusat.*
154 *Limita si adest error facti.*
155 *Tunc fructas noa debentur nisi à die motæ litis.*
156 *Prælatus potest alienata à se recaperare.*
157 *Etiam stante iuramento.*
158 *Promittens locare etiam cum iuramento ad longum tempus, non potest cogi.*
159 *Agaatus altimi inuestiti etiã prçferẽdas in re reuersa*
160 *Amplia quãdo res est redacta ad culturã, & vide qñ.*
161 *Limita quãdo Ecclesia offerret melioramẽta agnato.*
162 *Bona sterilia possunt coaeedi, vt reducantur ad culturam.*
163 *Et hoc casu tenetur pro eodem Canone relocare ei, qui reduxit, & saccessoribas.*
164 *Vtilitas in hoc casu inspicitur tempore primæ locationis.*
165 *Cõsẽsus Rectoris præsumitur ex antiquitate tẽporis.*
166 *Idem est si Rector supplicaret.*
167 *In alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa Capituli requiritur conseasus Capitali.*
168 *Limita vbi est euidens vtilitas, quia respicit solemnitatem.*
169 *Alienatio facta per Canonicos, & Coauentam absente Abbate, vel Prælato siae eoasensu Capituli, si est vtilis Ecclesia tenet.*
170 *In alienatione rei Ecclesiæ Canoniei absentes aoa sunt necessariò vocandi.*
171 *Procarator Capituli excedens fines mandati in alienatione inualidat.*
172 *Ratificatio huiasmodi alienationis scientiam Caaonicorum aon inducit.*
173 *Consensus Conuentus, vel Congregationis generalis requiritur in alienatione bonoram Monasterij.*
174 *Tractatus reqairitar, qui debet alienatioaem præcedere.*
175 *Et in Alienatione in Ordine S. Benedicti duplex, & per duos dies ante requiritur.*
176 *Limita iateruemente auctoritate Papæ.*
177 *Et tunc non requiritur citatio Conuentus, & Superioris.*
178 *Conseusas, & tractatas huiusmodi spatio 30. annorum præsumuntur.*
179 *Alienatio facta a Cellerario ad modicã tẽpus tenet.*
180 *Contrarium vide.*
181 *Qualitas probationis respectu damni Ecclesię, & reductio census ex causa sterilitatis.*
182 *Relocans rem reaersam solitam alienari non dieitur alienare.*
183 *Alienatio rei Ecclesię facta pro emendis aquis qaando, & quomodo tenet.*
184 *Declara.*
185 *Emptor supplicans pro eonfirmatione rei alienatæ aon censetur fateri narrata esse vera.*
186 *Locatio ad loagam tempus contiaetur sub verbo Alienationis.*
187 *Declara procedere ad effectum inualiditatis locationis secas ad effectum pœna.*
188 *De breui Gregorij XIII. Confirmatorio Alienationis bonorum Ecclesię in Statu Parmę.*

1 in ALIENATIONE rei Ecclesiæ duo copulatiuè requiruntur solemnitas scilicet, & causa, nec vnum sine alio sufficit. *Doctor. in cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. vbi Lauren. de Rodulph. nu. 17. Dec. in auth. qui rem. nu. 21. C. de Sacrosanct. Eccles. & cons. 142. num. 5. in princ. Bertran. cons. 256. in princ. vol. 2. Soccin. cons. 15. num. 1. lib. 1. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 2. Rota in causa Placentina bonorum coràm Card. Seraphino 7. Aprilis 1581. vt in decis. diuers. 178. num. 1. par. 2. & in Romana prætensæ deaolationis 28. Maij 1582. coràm Rubeo, & in Pisana bonorum 3. Decembris 1584. coràm Cantuccio, & in Sabinen. Syluæ 19. Decembris 1588. coram Seraphino, & in Senen. pradij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio Romana inualiditatis censas 24. Maij 1591. codẽ. Mediolan. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1597. eod. & Mediolanen. bonorum 7. Febraarij 1579. eod. Mising. cons. 30. nam. 3. 5. & seq.*

2 Vnde alienatio rerum Ecclesiæ sine solemnitatibus est nulla Ecclesia volente, secus si Ecclesia velit stare alienationi, nec altera pars potest eam impugnare. *Innoc. Host. Io. Andr. Butr. & alij in c. 1. de his quæ fiu. à Prælat. sin. cons. Ias. in l. cum hi. §. eam. num. 2. vers. limita tamen. ff. de transact. Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 32. C. de bon. mater. Pat. decis. 310. lib. 1. & 365. nu. 5. lib. 2. Tiraq. de legib. connub. glos. 8. nu. 92. & in tract. le mort saisit le vif. part. 2. declar. 1. nu. 7. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 9. de constitut. Gabr. de rer. alien. conclus. 1. nu. 2. Rain. cons. 85. nu. 6. lib. 2. Rota in causa Perasina rescissionis contractus. 24. Februarij 1588. coram Blanchetto. Romana domus 4. Decembris 1592. coram Mantica. Romana census 10. Maij 1556. coram Card. Millino. Vlixbonen. nullitatis locationis 1. Iulij 1596. coram Card. Pamphilio.*

3 Et iste defectus solemnitatis non potest ab alio, quàm ab Ecclesia allegari. *Abb. in cap. diuersis fallacijs. num. 5. de cler. coniug. Ruin. cons. 35. num. 31. lib. 1. Crot. cons. 119. num. 7. Cresc. decis. 1. de locat. Rota in causa Romana domus. 4. Decembris 1592. coràm Card. Mantica.*

4 Limita in casu vbi actio est popularis, vide *in causa Oxomen. translationis. 26. Octobris 1592. coràm Card. Mantica.*

5 Limita ante actum consummatum, quia tunc potest opponi defectus solemnitatis etiam inuita Ecclesia. *Tiraq. de legib. connub. glos. 8. nu. 88. cum alijs per Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 32. vers. hac tamen. C. de bon. mater.*

6 Limita quando Ecclesia vellet pro parte valere alienationem, & pro parte dicere nullam, quia non potest ex laté congestis per *Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 16. sub num. 5. Rota in causa Placentina decimarum. 2. Iunij 1586. coràm Bubalo.*

7 In alienatione rerum Ecclesiæ facta auctoritate Papæ non requiruntur aliæ solemnitates, quia supplentur auctoritate Papæ. *Abb. cons. 41. nu. 3. lib. 1. Bald. per illum text. in l. 2. C. quand. decr. opus non est. Corn. cons. 348. n. 18. lib. 1. Ruin. cons. 35. nu. 22. ad fin. & cons. 157. nu. 5. & 25. lib. 1. Paris. cons. 24. nu. 4. lib. 4. Rolan. cons. 15. num. 4. & cons. 96. nu. 21. & seq. lib. 1. Dec. cons. 341. nu. 12. Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 15. vers. fallit. & nu. 95. Capye. decis. 16. num. 1. propè fin. vers. regula enim Iuris. & num. 4. Rota in causa Segobien. spolij finetta. 10. Decembris 1568. vt decis. quotid. 420. part. 2. & in Romana Casalis Turricella 10. Martij 1578. coràm Cantuccio. vt in decis. diuers. 65. num. 1. part. 2. & in Placentina bonorum. 7. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino. vt in decis. diuers. 178. num. 2. part. 2. & in Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1597. corã Card. Pamphilio.*

8 Dummodò auctoritas Papæ legitimè sit interposita secus si sit subreptitia. *Dec. cons. 142. nu. 5. vers. non obstat. & vers. vltimò non obstat. Ruin. cons. 157. n. 4. & 11. vers. nec dici potest. lib. 1. Rota in d. Romana Casalis Turricella 10. Martij 1578. coram Cantuccio. vt in decis. diuers. 65. num. 2. part. 2.*

9 Non tamen supplet defectum causæ. *Gemin. consil. 48. nu. 9. Dec. cons. 142. nu. 5. vers. non obstat quod cum auctoritate Papæ. cap. sine exceptione. vbi Lauren. de Rodulph. in 3. q. 12. q. 2. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2. Rota in causa Placentina bonorum. 7. Aprilis 1581. coram Seraphino, vt in decis. diuers. 178. nu. 3. part. 2. & in Senen. prædij 8. Octobris 1584. coràm Card. Pamphilio.*

10 Item in alienatione facta coràm Papa non requiritur alia solemnitas, quia eius præsentia supplet omnes defectus. *Bald. in l. rescripta. C. de precib. Imper. offer. Imol. in cap. 1. nu. 7. de lit. contest. Alex. in l. omnium. in fin. C. de testam. Rota in causa Romana Casalis 21. Maij 1593. & vide in eadem 28. Iunij 1593. coràm Seraphino.*

11 Idem si cum ipso Papa contrahatur. *Bald. in l. sancimus. C. de donat. Alexand. in l. omnium. num. 8. C. de testam. & cons. 157. num. 7. lib. 2. Bertrand. cons. 137. lib. 3. part. 2. Natt. cons. 28. num. 4. lib. 1. Rota in dicta Romana Casalis 21. Maij 1593. coràm Seraphino, & vide in eadem 28. Iunij 1593. coràm eod.*

12 Amplia etiam si contractus fieret cum Papa, qui vt persona priuata cõtraheret. *l. si consul. ff. de adopt. Io. Andr. in reg. qui tacet. in mercur. de reg. iur. in 6. Abb. in cap. in veteri. nu. 11. de elect. & in cap. 2. sub nu. 5. de decim. & cons. 11. num. 3. lib. 2. faciunt trad. per Felin. in cap. ex literis sub num. 10. vers. secunda conclusio. de probat. Tiraquel. de legib. connub. glos. 7. num. 23. & seq. Capyc. decis. 203. num. 13. & fuit resolutum in dicta Romana Casalis. 2. Maij 1593. coràm Seraphino, & vide in eadem 28. Iunij 1593. coràm eod.*

13 In alienatione rei Ecclesiæ nondum incorporatæ, sed in ipsa acquisitione facta non requiruntur solemnitates. *Feder. de Sen. cons. 9. Lap. allegat. 25. vbi addit. Felin. in cap. in præsentia. num. 51. de probat. Ias. in l. legatum. num. 19. in fin. & ibi Rip. nu. 9. ff. de legat. 1. cum alijs per Rolan. cons. 15. nu. 29. lib. 1. Put. decis. 519. lib. 2. Peregr. decis. 30. in causa Bononien. de Papazonibus, & decis. 210. in causa Senen. prædij. li. 2. Franc. in cap. 1. sub nu. 26. limit. 11. de reb. Eccles. non alien. Rota in causa Romana domus de tribus Montibus. 29. Octobris 1582. coràm Sanctiss. Aldobrandino. vt in decis. quotid. 637. lib. 2. & in Romana domus in Burgo 11. Decembris 1580. coràm Blanchetto, & vide in causa Mediolanen. bonorum 18. Martij 1596. coràm Iusto, & 7. Februarij 1597. coràm Card. Pamphilio.*

14 Nec ad effectum alienationis habetur in consideratione momentanea acquisitio. *Soccin. consil. 53. nu. 27. lib. 4. Natt. cons. 441. nu. 20. lib. 2. Roland. consil. 15. nu. 34. lib. 1. Vinc. de Franc. decis. 14. num. 25. & seq. Phanuc. de Lucr. dot. glos. 8. nu. 18. Put. decis. 519. lib. 2. Peregr. decis. 30. lib. 2. Rota in vna Romana domus de tribus Montibus 29. Octobris 1582. coràm Sanctiss. Aldobrandino, & in Romana domus in Burgo 11. Decembris 1580. coràm Blanchetto, & vide in causa Mediolanen. bonorum 18. Martij 1596. coràm Iusto, & 7. Februarij 1597. coràm Card. Pamphilio.*

15 Declara tamen hoc procedere quando ex actu, qui fit ad renuntiandum resultat acquisitio, secus si fierent duo actus separati licet incõtinenti, quia tunc non posset fieri sine solemnitatibus. *Phanuc. de Lucr. dot. glos. 8. num. 18. Vincen. de Franch. decis. 14. nu. 26. Peregr. decis. 30. lib. 2. Rota in causa Mediolanen. bonorum 7. Februarij 1597. coram Card. Pamphilio.*

16 Nec in cessione hæreditatis delatæ Ecclesiæ necessariæ sunt solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ requisitæ. *Feder. de Sen. cons. 9. cum alijs per Roland. cons. 15. n. 29. lib. 1. Peregr. decis. 30. lib. 2. & 210. lib. 2.*

17 Limita si ante cessionem hæreditatis fuisset adita, nam tunc necessariè sunt solemnitates in alienatione requisitæ. *Peregr. decis. 30. lib. 2. Rota in causa Mediolanen. bonorum 7. Febr. 1597. coràm Card. Pamphilio.*

18 Potest enim Prælatus præiudicare Ecclesiæ in quærendis ante acceptationem secus verò post acceptationem tacitam, vel expressam. *Franch. in cap. 1. sub num. 27. limit. 11. de reb. Eccles. non alienan. in 6. Rebuff. de alienat. rer. Eccles. num. 30. Rota in causa Mediolanen. legati 22. Iunij 1594. coràm Gypsio.*

19 In alienatione rei Ecclesiæ solitæ alienari non requiruntur solemnitates. *Imol. in l. quod dicitur. in fin. vers. item videtur. ff. de verb. oblig. Dec. in auth. qui rem. num. 19. in fin. vbi Cagnol. nu. 56. C. de Sacrosanct. Eccles. Curt. Iun. de feud. par. 2. quæst. 1. in princ. Dec. cons. 142. col. 1. vers. & prædicta. & cons. 329. n. 5. vers. accedit etiam. Grat. cons. 142. nu. 22. & seq. lib. 1. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 4. Clar. §. emphyteosis. quæst. 6. & quæst. 28. vers. aut verò. & §. feudum. quæst. 13. Cæsar. de Grass. decis. 3. num. 14. de reb. Eccles.*

Eccles. non alien. & decis. 4. nu. 20. eod. tit. Rota in vna Romana domus 27. Nouembris 1587. coràm Blanchetto, & in Imolen. bonorum 21. Maij 1593. coràm Card. Pamphilio.

20 Dummodo solitum non alteretur. *Curt. Iun. de de feud. part. 2. quaest. 6. Dec. in auth. qui rem. nu. 22. & ibi Gagnol. num. 58. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 9. nu. 2. lib. 3. vbi de communi. & cons. 15. num. 18. lib. 5. Dec. cons. 142. num. 5. vers. scias tamen. & quaest. 28. vers. aut verò. & Clar. in §. feudum. q. 13. vers. scias tamen. Rota in dicta Imolen. bonorum. 21. Maij 1593. coràm Card. Pamphilio.*

21 Adde quod rem solitam esse alienari non statur assertioni partis, sed debet probari. *Bart. in l. si fortè. ff. de castr. pecul. qui communiter approbatur. vt trad. Paris. cons. 62. nu. 7. lib. 1. Aym. cons. 175. nu. 2. idem Bart. in auth. si quis in aliquo. nu. 12. & ibi Dec. num. 36. C. de eden. Alex. cons. 17. num. 6. lib. 4. Rota in causa Auersana tenimenti 24. Nouembris 1581. coràm Cantuccio. vt in decis. diuers. 160. num. 4. part. 2.*

22 Et quod res Ecclesiæ dicatur solita alienari requiritur quod præcedat vna locatio solemnis, vel duæ cum spatio 40. annorum. *Præpos. in cap. 1. nu. 23. & seq. qui feud. dar. poss. Alex. cons. 9. nu. 6. lib. 3. vbi addit Ias. cons. 55. col. pen. vers. non obstat secundum. vbi de communi. lib. 2. Ruin. cons. 35. n. 30. lib. 1. Curt. Iun. de feud. p. 2. q. 2. n. 8. & 9. vbi dicit communem. Bald. de præscript. 1. part. 5. part. princip. q. 20. Clar. in §. feudum. q. 13. vers. nunc pro intelligentia. Dec. in auth. qui rem. nu. 20. C. de Sacros. Eccles. Rota in causa Zamoren. Castri. 14. Decembr. 1579. coràm Seraphino. & in Auersana tenimenti. 24. Nouembr. 1581. coràm Cantuccio, vt in decis. diuers. 160. nu. 5. par. 2. & in causa Senen. prædij 8. Octobris 1584. coràm Card. Pamphilio. & in causa Pisana bonorum. 20. Februarij, & 3. Decembris 1584. coràm Cantuccio. Romana domus. 13. Ianuarij 1586. coràm Blanchetto.*

23 Non tamen requiruntur necessariò vniformes. *Rota in d. Pisana bonorũ 20. Febr. 1585. coràm Cantuccio.*

24 Et sufficit quod vna sit valida. *Rota in dicta Pisana bonorum 20. Februarij 1585. coràm Cantuccio.*

25 Ad effectum tamen vt dicatur valida non præsumitur solemnitas spatio 30. annorum. *Rota in dicta Pisana bonorum 20. Februarij 1585. coràm Cantuccio, & in Romana domus 13. Ian. 1586. coràm Blanchetto.*

26 Res Ecclesię solita locari tunc demum sine solemnitatibus potest locari si adsit eadem causa concessionis. *Abb. in cap. vt super. nu. 11. vers. ego crederem. de reb. Eccles. non alien. Curt. Iun. de feud. part. 2. q. 1. nu. 10. Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 33. & vide in causa Mediolanen. bonorum. 23. Ianuarij 1593. coràm Orano.*

27 Alienatio rei Ecclesiæ alienari solitæ cum hoc quod non transeat ad hæredes extraneos non potest sine solemnitatibus alienari, cum hoc quod ad extraneos vadat. *Gozad. cons. 39. num. 12. Clar. §. emphyteosis. q. 6. vers. scias tamen. & in §. feudum. q. 13. vers. scias tamen. Rota in causa Imolen. bonorum. 21. Maij 1593. coràm Card. Pamphilio.*

28 Res Ecclesiæ solita locari si sit incorporata Ecclesiæ non potest locari sine solemnitatibus. *Card. in cap. 2. quaest. 12. de feud. Guidopap. quaest. 154. Iacob. Peret. cons. 111. num. 12. Curt. Iun. de feud. part. 2. quaest. 1. num. 10. Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit. quæ & quom. res dicantur. de mens. pagin. 362. & vide in causa Mediolanen. bonorum 23. Ianuarij 1593. coràm Orano.*

29 Quando autem dicatur facta incorporatio. *vide per Doct. præsertim Abb. in cap. vt super. de reb. Eccles. non alien. & in cap. 2. vbi Card. quaest. 12. de feud. Curt. de feud. part. 2. quaest. 1. nu. 10. Guidopap. q. 154. Anchar. cons. 156. Menoch. cons. 79. num. 10. & seqq. Clar. §. feudum. q. 13. nu. 3. Iacob. Perret. cons. 111. nu. 12. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. pag. 362. tit. quæ & quom. res dicantur de mensa.*

30 Alienatio rei Ecclesiæ vltrà triennium fieri non potest absquè solemnitatibus. *extrauag. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien. in communibus. Rota in causa Senen. prædij. 8. Octobris 1584. coràm Card. Pamphilio. Bero. cons. 8. num. 9. lib. 3. Plot. cons. 19. nu. 62. vide Dec. cons. 92.*

31 Amplia vt procedat etiam in Prælato Regulari. *d. extrauag. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien. in communibus. Rota in dicta Senen. prædij. 8. Octobris 1584. coràm Card. Pamphilio.*

32 Limita in locationibus Casalium cum singulo anno fructus non afferant, nam tunc triennium intelligitur de tribus recollectis, non autem de solis tribus. *Rota in causa rescissionis contractus 28. Nouembris 1580. coràm Aldobrandino.*

33 Item limita in locis vbi Paulina non seruatur, vt fuit dictum *in causa Lauden. bonorum. 8. Iunij 1588. coràm Gypsio. vbi de alienatione cum licentia generalis Montis Oliueti.*

34 Adde quod præsumitur vsu recepta, & ideò non vsus debet probari. *Rota in causa Brixien. locationis 5. Decembris 1594. coràm Pegna. Benintend. decis. 13. num. 9. Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit. de locat. rer. Eccles. §. item ex præmissis. num. 15.* & ideò non vsus est probandus. *Ant. Aug. in epit. de constit. nu. 3. Bet. cons. 92. num. 1. dicta Brixien.* vbi fuit dictum Rotam non seruare *decis. 6. Mohedani*, quæ contrarium dicit.

35 Translatio Canonis, seu affrancatio, an requirat solemnitates requisitas in alienatione rei Ecclesiæ. *Vide in causa Romana prætensæ deuolutionis 10. Martij, & 10. Maij 1595. coràm Card. Millino, & vide Soccin. in l. 1. §. item acquirimus. num. 18. & 19. ff. de verbor. obligat. Tiraquell. de leg. connub. glos. 5. num. 198. & seq.*

36 In transactione super bonis Ecclesiæ requiruntur eædem solemnitates, quæ in alienatione. *Feder. de Sen. consil. 94. Aym. cons. 323. sub num. 1. vers. dico quod Prælatus. Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 66. & Redoan. de reb. Eccles. non alien. cap. 1. num. 12. & 18. Bart. in l. nulli. ff. de transact. Abb. in cap. contingit. num. 3. extr. eod. Caputaq. decis. 166. part. 1. Rota in causa Auersana tenimenti 27. Iunij 1583. coràm Rubeo, & 22. Iunij 1594. coràm Gypsio, & in Nouarien. decimarum 18. Maij 1593. coràm Card. Arigonio, & in causa Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1597. coràm Card. Pamphilio. Ias. in d. l. nulli. num. 2. ff. de transact. Ruin. cons. 129. num. 3. lib. 5.*

37 Declara procedere quando res Ecclesiæ per Prælatum alij dantur, vel alienantur, secus si Ecclesia retineat licet aliquid det, vel faciat. *Bart. in d. l. nulli. num. 2. ff. de transact. Ias. in d. l. nulli. num. 2. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 45. C. de bon. mater. vers. aduertè etiam. Roland. cons. 15. num. 43. lib. 1. Ruin. cons. 129. num. 3. lib. 5.*

§. 5. Clausula, *Constito quod N. decesserit in possessione de mense Octobris*. posita in Breui, pro eius iustificatione non sufficit probare obitum de mense Octobris, vbi in narratiua Breuis ponitur reseruatio ex eo quod non fuit dispositum de beneficio vsquè ad assumptionem Pontificis iuxtà eius Regulam; Cum debeat probari vacatio ex qua inducatur reseruatio ob non factam prouisionem. vt fuit resolutum *in Placentina beneficiorũ 2. Maij 1603. coràm Card. Millino*.

OBSERVATIO III.
Circa Clausulam, Cum fructibus decursis etiam à die obitus, in Breui positam.

§. 1. CLAVSVLA Breuis, *cum fructibus decursis etiam à die obitus*. capit fructus exactos, sed non consumptos decursos in vita prædecessoris debitos successori, fuit resolutum *in Gerunden. fructuum 24. Maij 1599. coràm bo. me. Iusto*.

OBSERVATIO IV.
Circa Clausulam, Dummodo per ordinarium collatorem non fuerit facta prouisio, in Breui posita.

§. 1. CLAVSVLA posita in Breui, *dummodo per ordinarium collatorem non fuerit facta prouisio*, Intelligitur non solum de Episcopo, sed etiam de inferiori ordinario Collatore, vt de capitulo in collatione Canonicatuum, appellatione enim ordinariorum veniunt etiam inferiores in materia adaptabili. *Gemin. in cap. ordinarij. il 1. nu. 5. de off. ord. in 6. & ibi Io. Monach. nu. 1. & 2. Franc. nu. 3. Abb. in cap. post cessionem. in 1. notab. de probat. vbi Aret. n. 2. Dec. ibid. Host. in summ. de off. ord. n. 7.* & fuit resolutum *in Salamantina Iurisdictionis 23. Octobris 1579. coràm Seraphino, & in Oscen. Canonicatus 9. Martij 1592. coràm eodem*. vbi respondetur ad contraria allegata.

OBSERVATIO V.
Circa Clausulam, Non obstantibus inhibitionibus emanatis non tamen executis.

§. 1. IN Breui si sit apposita clausula, *Non obstantibus inhibitionibus emanatis nõ tamen executis*, Intelli-

Intelligitur à die datæ Breuis, non præsentationis Breuis coràm executore, faciunt *trad. per Lancellott. de attent. lit. pend. in præfat. num.* 48. fuit resolutum *in Carthaginen. portionis coràm Blanchetto* 13. *Iunij* 1586. *& in Tuden. Parochialis* 4. *Nouembris* 1592. *coràm Card. Pamphilio.*

OBSERVATIO VI.
Circa Clausulam, Parito, in Breui positã.

§. 1. CLAVSVLA Parito Breui, respicit negotium principale, & ideò poterit quis audiri, non refectis expensis, fuit resolutum *in Pamphilonen. beneficij de Sos.* 24. *Ianuarij* 1577. *coràm Blanchetto.*

2 Secus tamen est in fructibus † qui naturaliter debent restitui, nec sola oblatio sufficit, fuit resolutum *in d. Pampilonen. beneficij de Sos.* 24. *January* 1577.

§. 2. Clausula Parito Breui, an comprehendat solutionem fructuum, qui non continentur in sententia lata ab A. C. pro executione Breuis. *vide in Maioricen. Canonicatus coràm Seraphino.* 23. *Octobris* 1587. vbi fuit dictum quod partes adirent Signaturam.

§. 3. Clausula Parito Breui posita in commissione impedit manutentionem, ratio est, quia hæc clausula importat cõditionem, & donec adimpleatur nullam tribuit iurisdictionem Iudici, vt possit quem manutenere *Put. decis.* 16. *vt lit. pend. & decis.* 34. *lib.* 1. *Caputaq. decis.* 150. *part.* 1. fuit resolutum *in Conchen. praestimonij* 11. *Decembris* 1596. *coràm Seraphino, & in Regien. beneficij coràm Litta* 13. *Ianuarij* 1597.

§. 4. Clausula Parito Breui intelligitur cum effectu vsquè ad finem litis, nec sufficit, quod post paritionem impugnetur, traditio possessionis tamquàm nulla, quia tractum successiuum, & Papa vult quod durante lite habeat locum Breue fuit resolutum *in Regien. beneficij.* 13. *Ianuarij* 1597. *coràm Litta.*

§. 5. Vt dicatur Paritum Breui non requiritur restitu-
1 tio distributionum quotidianarum † perceptarum in absentia, etiam quod illæ datæ essent ratione seruitij Capitulo præstiti, & loco salarij, cum appellatione fructuum non veniant distributiones. *cap. licet. de præbend. cap. vnic. de cler. non resid. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu.* 16. *de constit.* & acquiritur Ecclesiæ, & Capitulo. *Cassad. decis. vnic. de cler. non resid.* fuit resolutum *in Maioricen. Canonicatus coràm Seraphino* 6. *Februarij* 1589.

2 Maximè non facta aliqua protestatione, † quæ necessaria est, vt quis illas possit acquirere. *Mohed. decis.* 109. *Ant. Aug. tit. de fruct.* §. 4. *Put. decis.* 239. & 383. *lib.* 1. fuit dictum *in d. Maioricen. Canonicatus* 6. *Februarij* 1589. *coràm Seraphino.*

§. 6. Clausula Parito Breui arbitrio Rotæ operatur,
1 vt videnda sit reseruatio, † & si nõ adest supersedendũ sit in executione, fuit dictũ *in Astoricen. Prioratus* 9. *Decembris* 1596. *coràm Litta. Tuden. Parochialis* 3. *Decembris* 1601. *coràm Card. Sacrato.* vide latissimè ea, quæ breuitatis causa hic omittuntur, & traduntur *in verb. Clausula* 55. & 522. *sub hac clausula. Parito Breui.*

2 Limita si Breue iam sit executum, † quia vigore huius clausulæ non est retractanda executio, fuit resolutum *in Aurien. Parochialis S. Mariæ de Pao.* 17. *Aprilis* 1600. *coràm Card. Lancellotto. Aquilana beneficij* 28. *Maij* 1599. *coràm Penia. Tuden. Parochialis coram Card. Sacrato* 3. *Decembris* 1601. in qua fuit recessum à decisis, *& in Oueten. Archidiaconatus* 15. *Decembris* 1603. *coram Card. Pamphilio.*

§. 7. Vt dicatur Paritum Breui non est necessaria solutio expensarum, quia expensæ non veniunt in hoc Iudicio executiuo, fuit resolutum *in Garthaginen. fructuum coràm Robusterio* 28. *Februarij* 1586. *& in Pamphilonen. beneficij. coràm Blanchetto* 28. *Ianuarij* 1577. *vide in Illerden. expensarum coràm Mantica* 1. *Iulij* 1591.

§. 8. Breui non dicitur paritum per dimissionem possessionis, sed conditione quatenus de iure teneatur, fuit resolutum *in Maioricen. Canonicatus coràm Seraphino* 19. *Octobris* 1587. *vide in eadem* 23. *Octobris eiusdem anni.*

§. 9. Paritum Breui dicitur per dimissionem Canonicatus, etiam quod non restituant fructus perceptos ab vltima præbenda stante optione Canonicorum antiquorum, qui possederunt vigore optionis præbendam, de qua in Breui fuit resolutum *in Vercellen. Canonicatus coràm Penia* 24. *Martij* 1597. *vide in Vercellen. pensionis coràm Card. Lancell.* 13. *Maij* 1602.

OBSERVATIO VII.
Circa Clausulam, Præterquàm à nobis prouisos, in Breui positam.

§. 1. CLAVSVLA præterquàm à nobis prouisos, an capiat prouisionem à legato. *vide in Vlixbonen. beneficij corã Sanctiss. Ludouisio.* 9. *Iunij* 1600.

☞ Vide *suprà Obseruat.* 1. §. 1.

OBSERVATIO VIII.
Circa Clausulam, Si, & postquàm fuerint productæ literæ, in Breui positam.

§. 1. BREVE expeditum in executione literarum cum clausula si & postquàm fuerint productæ literæ, non potest mandari executioni nisi literis productis, alias Index procederet sine iurisdictione, fuit resolutum *in Vlixbonen. beneficij coràm Sanctiss. Ludouisio* 9. *Iunij* 1600.

OBSERVATIO IX.
Circa Clausulam, Quod possessio capi possit absquè vitio spolij, in Breui positam.

§. 1. CLAVSVLA Breuis, quod possessio capi possit sine vitio spolij, facit quod quis spolio agere non possit. *Caputaq. decis.* 71. *par.* 1. & 180. *p.* 3. fuit resolutum *in d. Tuden. Parochialis* 4. *Nouembris* 1592. *coràm Card. Pamphilio.*

§. 2. Non tamen operatur, vt possessio possit capi lite pendente. *Cotta decis.* 362.

OBSERVATIO X.
Circa Clausulam, Sublata, in Breui positam.

§. 1. CLAVSVLA Sublata in Breui aufert facultatem dicendi de nullitate Breuis, & Iudicis iurisdictionem aliter iudicandi. *Bart. in l. fin. C. de canon. frum. Vrb. Rom. lib.* 11. *Card. & Imol. in cap. quia diligenti. num.* 6. *de elect. Alex. in l. Gallus. vbi etiam alij scribent.* §. *& quod si tantum. nu.* 20. *ff. de lib.*

lib. & poſthum. Parſſ.conſ.1. num.38.lib.4. Put. deciſ.50.num.5. lib.1. vbi etiam alij citantur. fuit reſolutum *in d. Tuden. Parochialis 4. Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio.*

2 Dic verum, † dummodo Breue ſit iuſtificatum, ſequuntur enim hęc clauſulæ naturam principalis diſpoſitionis. *Put. qui multos allegat. deciſ.1.lib.1.* fuit reſolutum *in Vicen. beneficij coràm Card. Pamphilio 21. Februarij 1600.*

☞ Plura in materia Clauſularũ. Vide *in verb. Clauſula.*

OBSERVATIO XI.

Circa Executionem Breuis.

§. 1. BREVIS executio ſimul, & ſemel condici, & reſpectiuè peti non poteſt, nam præſeruatio litium & Iurium, ſeu proteſtatio executioni Breuis contradicit, *ad text. vbi repugnantia. de reg. iur. cum vulgar. ita Rota in Calagnritana iuris prouidendi. 4. Iunij 1599. coràm Litta.* vbi etiam an, & quando admittatur proteſtatio facta per petentem executionem Breuis.

§. 2. Breui, ſeu Motu proprio, qui vult iuuari, petendo voluntariè illius executionem in totum illud approbare debet. *l. cum quæritur. de adminiſtr. tut. l. ſi iſta ſtipulatio. in fin. de oper. libert. cum alijs per Tiraq. de retract. conuention. in fin. num.4. & ſeq. Rota in Calaguritana Iuris prouidendi. 4. Iunij 1599. coràm Litta.*

§. 3. Breue Apoſtolicum habet executionem † para-
1 tam. *Mohed. deciſ.13. vi lit. pend. Sarnen. in tractat. Breu. nu.4. Gig. de penſ. quæſt.85. nu.2. Rota in Oſcen. indulti. 1. Iunij 1598. coràm Litta. & in Vicen. beneficij 22. Iunij 1598. coràm eod. & in Toletana admiſſionis 17. Iunij 1609. coràm Card. Pamphilio.*

2 Quod maximè procedit † quando in Breui adſunt clauſula, Sublata, & aliæ clauſulæ, quæ & iudici, & partibus manus ligant ad aliter iudicandum, vel opponendum. *Put. deciſ.50. num.5. lib.1. & 377. lib.3. Caputaq. deciſ.134. num.4. part. 3.* & fuit dictum *in d. Oſcen. indulti.*

§. 4. Breue ſubreptitium non eſt exequendum. *Rota in Nouarien. Canonicatus 12. Februarij 1593. coràm Card. Pamphilio.* quæ deciſio loquitur in Breui de capienda poſſeſſione nomine Cameræ.

1 Et quod nõ poſſit capi poſſeſſio vigore † monitorij in vim Breuis, cum clauſula, ſi quis, emanati, & capta dicitur nulla, & attentata, ex quo in præiudicium obtinentis monitorium dicitur introducta lis. *Rota coràm Cardin. Seraphino. in Tridentina Canonicatus Lunæ 5. Iulij 1593. Eſt deciſ.1094. incip. Domini cenſuerunt.*

☞ Et vide *infrà in verb. Clauſula. 663. num.3.*

2 Contrarium in † Breuibus de capienda poſſeſſione fuit deciſum *in Papien. præpoſituræ 30. Maij 1611. coràm Ortembergo.*

§. 5. In executione Breuium, quæ dari conſueuerunt in beneficijs reſeruatis de capiendo poſſeſſionem amotis intruſis, & detentoribus abſquè vitio ſpolij non eſt neceſſaria partis citatio. *Guidob. deciſ.95.*

§. 6. Breue ſi ſemel fuit executum ab vno executore, non poteſt de nouo pręſentari coràm alio executore, & peti, quod de nouo exequatur, *vide in Boianen. beneficij coràm Card. Arigonio 19. Februarij 1596.*

§. 7. Breue fundatur in reſeruatione, & ceſſat illius executio, ſi non eſt reſeruatum, fuit reſolutum *coràm Oradino in Salamantina Canonicatus 13. Maij 1572. & in Aſtoricen. Prioratus 9. Decembris 1596. coràm Litta. Cordubcn. portionis 15. Octobris 1575. alids 1585. coràm Rubeo. Elnen. beneficij 17. Mai 1602. coràm Sanctiſſ. Ludouiſio. Vicen. beneficij 21. Februarij 1600. coràm Card. Pamphilio.*

§. 8. Poſt executum Breue poteſt † agi ſpolio ſi non
1 eſt iuſtificatum, fuit reſolutum *in Vicen. beneficij 21. Februarij 1600. coràm Cardin. Pamphilio. Amerina vnionis 28. Iunij 1596. coràm eod. vide infrà.*

2 Et hoc procedit † etiam ſi ſit clauſula ſine vitio ſpolij, quia cum ſit acceſſoria recipit conditiones principalis diſpoſitionis. *Put. deciſ.1. lib.1. cap.2. de reſeruat.* fuit reſolutum *in d. Vicen. beneficij 21. Februarij 1600. coràm Card. Pamphilio, & in Amerina vnionis 28. Iunij 1596. coràm eod.*

§. 9. In iudicio Breuis admittitur exceptio Apoſtaſiæ, Apoſtata enim eſt excommunicatus, irregularis, & inhabilis. *cap.2. ne clerici, vel Monach. in 6.* quæ exceptio inhabilitatis perſonæ in beneficialibus ſemper admittitur, ne detur vitioſus ingreſſus ad beneficia, fuit reſolutum *in Vrgellen. Canonicatus 21. Maij 1593. coràm Blanchetto.*

§. 10. Iuſpatronatus oppoſitum reſeruationi, † an an-
1 nullet ſententiam latam pro executione Breuis, antequàm fuerit oppoſitum de Iurepatronatus, *vide in Gerunden. beneficij coràm Blanchetto. 10. Nouembris 1595.*

2 Exceptio Iuriſpatronatus Laicorum † obſtat executioni Breuis, ratio eſt, quia fundatur ſuper reſeruatione, vt fuit reſolutum *coràm Oradino in Salamantina Canonicatus 29. Maij 1572.* & ſtante Iurepatronatus ceſſat reſeruatio omnis. *Gloſ. in cap.2. de præbend. in 6. Put. deciſ.319. num.2. lib.1. vide in Aurien. Parochialis coràm Mantica 27. Nouembris 1595.*

3 Probationes etiam informes † ad probandum Iuſpatronatus, vt ſuperſedendum ſit in executione Breuis admittuntur ſtante clauſula Parito Breui arbitrio, quæ intelligitur, prout vides ſuo loco, fuit reſolutum *in Aurien. Parochialis 27. Aprilis 1598. coràm Card. Lancellotto.*

Vide *in Barchinonen. beneficij 23. Februarij 1600. coràm Card. Pamphilio. in eadem coràm Card. Millino 28. Iunij 1600.* fuit reſolutum *in Pampilonen. Parochialis coràm Corduba 27. Iunij 1601. Gerunden. fructuum 18. Aprilis 1603. coràm Sanctiſſ. Ludouiſio. Iacen. Parochialis coràm Cardin. Pamphilio. 27. Iunij 1603.*

4 Cauſa intentata à patrono † contrà Ordinarium ſuper moleſtationibus non impedit executiõnem Breuis ad fauorem prouiſi Apoſtolici, fuit reſolutum *in Pampilonen. prioratus coràm Seraphin. 9. Iunij 1601.*

§. 11. Ad impediendum executionem Breuis admitti-
1 tur exceptio † vnionis cum beneficium non vacet, ſed intret vnio. *Rota deciſ.11. de reb. Eccleſ. in antiq. gloſ. in Clem. per literas. verb. Eccleſias. de præbend. Io. Baptiſta de S. Seuerino. tit. de vnione. art.8. quæſt.11. Oldrad. conſ.257. nu.15.* fuit dictum *in Salamantina beneficij coràm Corduba. 31. Ianuarij 1596. vide in Vicen. beneficij coràm Litta 2. Martij 1598.* vbi contrarium fuit dictum propter clauſulam, amoto, &c. non tamen à nobis ipſis prouiſo, &c. quod etiam fuit dictum *in Vrgellen. Abbatiæ 13. Nouembris 1615. coràm Coccino Decano.*

2 Li-

2 Limita si indultum † cuius vigore esset facta vnio esset subreptitium, vel ita exceptio esset turbida, ita vt requireret ad verificationem altiorem indaginem, quia tunc non impeditur executio Breuis, fuit resolutum *in d. Salamantina beneficij coram Corduba. 31. Ianuarij 1596.*

3 Ad impediendum executionem Breuis, † an admittatur vnio facta per Capitulum in vim indulti Apostolici. *vide in Toletana Capellania 30. Octobris 1602. coram Litta.*

§. 12. Ad impediendum executionem Breuis non ad-
1 mittuntur exceptiones † requirētes altiorem indaginem, sed remittuntur ad petitorium. *Abb. in cap. constitutis. il 2. sub num. 14. in fin. de appellat. Dec. in l. fin. num. 29. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Mohed. decis. 9. de caus. poss. & propr. in fin. Put. decis. 7. eod. tit. Caputaq. decis. 342. nu. 4. part. 2.* fuit resolutum *in Iacen. Parochialis coràm Card. Pamphilio 27. Iunij 1603. & in Tirasonen. Capellaniæ 13. Martij, & 7. Aprilis 1606. coram Card. Pamphilio.* vbi de exceptione Iurispatronatus.

2 Admittuntur tamen exceptiones, † quæ oriuntur ex ventre ipsius Breuis. *Rota in Oscen. Canonicatus coram Seraphino 9. Martij 1592.*

§. 13. Ad impediendum executionem Breuis fundati super reseruatione ex eo quod de beneficio non sit dispositum ab ordinario, sufficit ostendere collationem ordinarij absquè eo quod agendum sit de illius validitate, dummodo sit subscriptio notarij, testium, & sigillum, & vigore huius prouisionis sit in prouisione prouisus ante datam literarum Apostolicarum quo casu cessat omnis suspicio antedatæ, & creditur literis ordinarij, fuit resolutū *in Placentina beneficiorū 2. Maij 1603. corā Card. Millino. vbi omnino vide.*

§. 14. In iudicio executiuo vigore Breuis si sit admissa exceptio super reuocatione indulti sunt admittendi articuli ad probandum reuocationem non fuisse vsu receptam, fuit resolutum *in Elnen. prioratus 12. Octobris 1579. coram . . . . . .*

§. 15. Executioni Breuis non est locus, vbi constat beneficium spectare ad Religionem Hierosolymitanam, & sic non comprehendi sub reseruatione, fuit dictum *in Leodien. Parochialis 16. Decembris 1594. coràm Litta.*

§. 16. Ad executionem Breuis non potest procedi stante inhibitione executa ante cōcessionem Breuis, latè per *Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. nu. 341. & 396. & seq.* maximè si in Breui derogetur inhibitionibus emanatis, non tamen executis, quia tunc præseruat illam, quæ ante datam Breuis fuit executa. *l. cum Prætor. ff. de Iudic.* fuit resolutum *in Vallisoletana Scholastriæ 5. Iulij 1599. coràm Card. Lancellotto. vide in Triuentin. beneficij coram Sanctiss. Ludouisio 26. Ianuarij 1607.*

OBSERVATIO XII.
Circa Iustificationem Breuis.

§. 1. BREVE vbi est iustificatum est exequendum.
1 *Sarn. in tract. Breuium. nu. 4.* † fuit resolutum *in Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coràm Card. Pamphilio. vide in Gerunden. fructuum coràm Sanctiss. Ludouisio. 18. Aprilis 1603. Salamantina beneficij 31. Ianuarij 1596. coram Corduben. Vicen. beneficij 22. Iunij 1598. coràm Litta.*

2 Ex quibus fuerit habitum pro † iustificato Breui de capienda possessione nomine Cameræ. *vide in Leodien. beneficiorum 4. Decembris 1609. coràm Card. Pamphilio.*

3 E contrà autem † vbi non est iustificatum non est exequendum. *Rota in Nouarien. translationis curæ animarum 5. Iunij 1610. coram Card. Pamphilio.*

§. 2. Vacatio mensis, dè qua in Breui, debet ita iustificari, vt ex ea inducatur reseruatio, fuit resolutum *in Salamantina Canonicatus corā Oradino 13. Maij 1572. & in Giennen. Canonicatus 4. Maij 1587. coràm Robusterio. vide in causa Abulen. Parochialis coràm Card. Millino 11. Ianuar. 1593. & vide in Tarraconen. Sacristiæ coram Iusto 9. Iunij 1606. Fauentina Canonicatus coràm Blanchetto 15. Decembris 1585.* & fuit dictum *in Vicen. beneficij 21. Februarij 1600. coràm Card. Pamphilio.*

§. 3. Breue de capiendo possessionem nomine Cameræ cum clausula. Constito de resignatione facta, &c. non iustificatur ex probatione resignationis factæ in manibus Ordinarij ad effectum vniendi, si vnio est nulla, si resignatio fuit facta cum clausula, non aliter, &c. nam stante vnione nulla, ius remansit penes resignantem, & non vacauit beneficium ob non adimpletam conditionem. fuit dictum *in Elnensi Præceptoriæ vlt. Ianuarij, & 7. & 12. Februarij 1582. coràm Cardin. Lancellotto.* vbi allegatur *Mohed. decis. 183. & 341. Fab. decis. 40. Sarn. in Reg. de trienn. quæst. 27. in fin. Peregr. decis. 20. Crescent. decis. 234.*

☞ Nec obstat quod talis resignatio videatur simoniaca, nā patet responsio ex allegatis *in nostris Obseru. ex Rot. Rom. in verb. Beneficiū. Obseru. circa Resignationē. §. 27. incip. Resignatio cōditionalis cū clausula.*

OBSERVATIO XIII.
Circa Iudicium, & Possessionem, vigore Breuis.

§. 1. COMMISSARIVS Cameræ fecuit de nudo no-
1 mine in Iudicio Breuis, † & omnia intelliguntur in persona prouisi, & ideò contrà eum admittuntur omnes exceptiones, quæ contrà prouisum, fuit dictum *in Vrgellen. Canonicatus 21. Maij 1593. coràm Blanchetto. Tuden. Parochialis 4. Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio.*

2 Et ideò possessio intelligatur capta † ad fauorem prouisi, qui facta expeditione literarum censetur sibi mutasse causam possessionis, & incipere possidere nomine proprio. *Bald. in l. penult. C. de pignorat. act.* fuit resolutum *in Tuden. Parochialis coram Cardin. Pamphilio. 4. Nouembris 1599. & in Vrgellen. Canonicatus coràm Blanchetto 21. Maij 1593.*

3 Et possessio cessa à Commissario Cameræ † prouiso sufficit pro obtinenda manutentione ipsius prouisi, vt fuit dictum *in Corduben. Capellaniæ 21. Aprilis 1608. coràm Ortembergo. & in Leodien. beneficiorum 4. Decembris 1609. coràm Card. Pamphilio. Placentina beneficij 20. Iunij 1611. coràm eod.*

4 Amplia, † vt procedat etiam sine alia declaratione iuxtà opinionem. *Dec. in cons. 400. nu. 5. quam reprobato consilio Soccin. 131. lib. 3. passim seruat Rota, vt per Put. decis. 451. lib. 1. Paleott. decis. 248. Achill. decis. 4. de poss.* fuit resolutum *in dicta Tuden. Parochialis 4. Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio.*

§. 2. Sententia lata contra Breue absquè citatione

Com-

Commissarij, citato tamen prouiso est valida, cum nomen illius interponatur ad solum cõmodum prouisi, fuit resolutum *in Gerunden. beneficij de Cerniano 19. Aprilis 1602. coram Litta. & in Burgen. fructuum 11. Maij 1607. coràm Pegna.* vbi quod à prouiso seruantur termini.

§. 3. Possessio capta nomine Cameræ, quæ accipitur donec literæ per prouisum expediuntur, intelligitur capta ad fauorem ipsius prouisi, cui executa expeditione literarum debet consignari, vna cum fructibus *ad trad. per Lancell. de attent. in præfat. num. 439. & seq.* fuit dictum *in Tuden. Parochialis 4. Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio.*

§. 4. Ad capiendam possessionem nomine Cameræ vigore Breuis, licet regulariter requiratur mandatum Commissarij, hoc tamen fallit, quando Breue est directum alicui, & in eo dicitur quod capiat possessionem nomine Cameræ, fuit resolutum *in Perusina Sancti Beneueniatis coràm Robusterio 10. Febr. 1586.*

§. 5. Breue de capienda possessione est exorbitans, & ideò verificandum, quia censetur habere clausulam, si expressa veritate nitantur. *l. 1. & per tot. de prec. Imper. offer.* fuit resolutum *in Corduben. pensionis 15. Octobris 1585. coràm Rubeo.*

§. 6. Breue de capienda possessione est verificandum ab eo qui accepit possessionem vigore Breuis eiecto aliquo, qui agit spolio, ad euitandum spolium, fuit resolutum *in Corduben. portionis corã Rubeo 15. Octobris 1575. Mediolanen. præpositura coràm Bubalo 13. Nouembris 1589.*

§. 7. Breue de capienda possessione nomine Cameræ tribuit titulum coloratum, fuit resolutum *coram Caputaq. decis. 9. lib. 3. in manuscript.*

§. 8. Possessio capta vigore Breuis seruatis seruandis
1 potest † impugnari per viam spolij *ad l. iustè possidet. ff. de acquir. possess.* fuit resolutum *in Tuden. Parochialis 4. Nouembris 1592. coràmCard. Pamphilio.*

1 Dic verum, si Breue sit † iustificatum secus si non sit, fuit resolutum *in Vicen. beneficij coràm Card. Pamphilio 21. Februarij 1600.*

§. 9. Possessio capta vigore Breuis † non iustificati est
1 nulla. *Paleott. decis. 287.* fuit dictum *in Recanaten. S. Antonij coram Card. Millino 27. Aprilis 1592. & in Vercellen. Canonicatus coram Penia 30. Maij 1597.*

1 An possit iustificari. † *vide in d. Recanaten. Sancti Antonij, & in d. Vercellen.*

1 Dic verum, etiam † stante clausula sublata, & clausula sine vitio spolij, quæ recipiunt conditionem principalis dispositionis, quatenus Breue sit iustificatum. *Put. decis. 1. lib. 1.* fuit resolutum *in Vrgellen. Canonicatus coram Blanchetto 30. Octobris 1592. & in Vicen. beneficij 21. Februarij 1600.*

§. 10. Possessio capta vigore Breuis Ecclesia vacante priuat Ecclesiam possessione, quæ per ipsam aliàs retinetur, itaut posteà prouisus de Ecclesia, cui bona capta sunt vnita non potest agere remedio retinendæ, & DD. qui dicunt Ecclesiam Rectore destitutam retinere possessionem bonorum suorum, tamquàm personam fictam, vt fuit resolutum *in causa Romana Capellaniæ coràm Lauretano 24. Febr. 1576. ex Innoc. in cap. cum super. de caus. poss. & propr. Abb. ibid. n. 18. Rota decis. 1. de rest. spol. in nou.* itaut per adeptionem beneficij transeat in ipsum beneficiatũ, & absq; eo quod doceat de particulari possessione possit petere manutentionem. *Anchar. in reg. beneficium. sub nu. 11. & reg. sine possessione sub nu. 10. & in cap. fin. de reg. iur. in 6. cum alleg. in decis. coràm Cantuccio Romana Capellaniæ 24. Febr. 1576. vt in decis. 19. p. 2. num. 7.* Procedunt nisi alius illam occupet, quia tunc
2 amittit possessionem, & competit actio spolij, fuit resolutum *in Bergomen. bonorum 28. Ianuarij 1594. coram Blanchetto. vide omnino in causa Albens. Plebis de Dogliano 17. Maij 1595. coram Seraphino.*

§. 11. Cessio facta à Camerario, qui cepit possessionem restituendam prouiso est valida absque admissione Papæ, cum possit exercere ea, quæ requirunt speciale mandatum, & eius ordinationibus standum est prout de Præsidente Cameræ, tradit *Dec. cons. 404. col. 1. & 2.* & videtur potius quod Camerarius restituat id, quod tenebatur restituere Camera, quo casu sine admissione valet cessio. *Ruin. cons. 116. num. 4. ad fin. lib. 1. Caputaq. in manuscript. decis. 9. lib. 3.*

§. 12. Adde quod Camerarius, cum dicat de mandato Sanctissimi viuæ vocis oraculo mihi facto cedere. satis constat de admissione, & Cardinali ita asserenti credendum est. *Paris. cons. 82. nu. 46. vol. 1. Caputaq. d. decis. 9. lib. 3. in manuscript.*

§. 13. Possessio capta vigore mandati A. C. cum clausula, si quis, quod resoluitur in simplicem monitionem dato legitimo contradictore est nulla. *iuxtà decis. Paleott. 198. Rota diuersor. decis. 551. par. 3. lib. 3.* fuit resolutum *in Tuden. Parochialis corã Card. Pamphilio 9. Nouembris 1592. Conchen. beneficij 1. Iulij 1594. coràm Seraphino. Regien. beneficij 16. Februarij 1596. coràm Litta. Vercellen. Canonicatus coràm Penia 30. Maij 1597. & in Siracusana beneficij 19. Martij 1597. coràm Card. Pamphilio.*

OBSERVATIO XIV.

Circa Probationem, in materia Breuis.

§. 1. IN materia Breuis sufficit probatio per publicam vocem, & famam. *vide in Aurien. Parochialis coram Card. Mantica 27. Nouembris 1593.* fuit dictum *in Placentina Canonicatus 1. Martij 1599. coram Orano.*

§. 2. In materia Breuis, † probationes plenè requirun-
1 tur, vbi agitur de remouendo prouisum ab Ordinario. *cap. veniens. cum ibi not. de restit. spoliat. Put. decis. 266. num. 3. lib. 3. & in decis. 257. lib. 1.* fuit resolutum *in Pampilonen. beneficij de Sos. 17. Maij 1577. coram Blanchetto. Giennen. Canonicatus coram Robusterio. 11. Martij 1587.* quam vide *in Abulen. Parochialis coràm Card. Millino 11. Ianuarij 1593.* fuit dictum *in Taurinen. Capellæ 9. Martij 1598. Maioricen. Parochialis coràm eod. 21. Iunij 1599.* & fuit resolutum *in Salamantina beneficij corã Penia 3. Iulij 1600. & in Burgen. Abbatiæ de Salas. Vener. 20. Nouembris 1615. coràm Vbaldo.*

2 Secus tamen hæc est ad effectum † reseruationis, quia tunc est necessaria probatio plena, & concludens cum agatur de præiudicio tertij. *Put. decis. 266. lib. 3. facit decis. Paleott. 145. incip. Dubitaui, an probetur,* fuit resolutum *in Placentina Canonicatus 1. Martij 1599. coràm Orano,* & alias sæpius prout ibi fuit dictum, *in Toletana Capellaniæ coram Litta 30. Octobris 1602. vide in Legionen. Canonicatus coram Coccino Decano 2. Decembris 1602.* fuit resolutum. *in Elnen. beneficij 12. Maij 1602. coràm Sanctiss. Ludouisio. in Salamantina beneficij coram Penia 3. Iulij 1600.* vbi fuit dictum decipi forenses practicos,

in Tribunali A. C. qui admittunt, leuem illam probationem ad hunc effectum per publicam vocem, & famam.

§. 3. Breue quando est expeditum post vacationem beneficij, gratiatus tenetur probare collationem in Breui positam tempore concessionis gratiarum fuisse expressam. *Put. decis.130. lib.1.*

OBSERVATIO XV.

Circa Surreptionem Breuis.

§. 1. IN Breui est facienda mentio litis. *Aegid. decis.102.* aliàs censetur subreptitium, † & non operatur effectum. *Paleott. decis.116. incip. Io. Michael. Caputaq.decis.70.part.1.* fuit resolutum *in Vrgellen.Archidiaconatus 13.Aprilis 1592.coràm Penia. Vallisoletana Scholastriæ coràm Card. Lancellotto 5. Iulij 1599. vide in eadem coràm eodem. 11.Decembris 1600. & 18. Maij 1601. & in Nouarien.Canonicatus 12. Februarij 1593. coràm Cardin. Pamphilio. & in Triuentina beneficij 26.Ianuarij 1607.coràm Sanctiss. Ludouisio.*

2 Limita tamen † si adfuisset clausula sine vitio attentatorum, per quam Papa potuisset cogitare de lite. *Lancell. de attent. lit. pend. in præfat.num.657.* vbi pluries hoc fuisse resolutum. *vide in Nouarien. Canonicatus 12.Februar.1593.coràm Card.Pamphilio.*

3 Vel etiam lite pendente, † vt de vtraque *Caputaq. decis.170. part.1.*

§. 2. Breuia aliquando conceduntur lite pendente. idem *Lancell.de attent.lit.pend.in præfat.n.394.cum plurimis seq.* vbi quod est facienda mentio litis, & animaduertendum ad clausulam non obstan inhibitionibus, cum in hoc casu inhibitiones relexatæ, iam sint executioni de mandatæ. *vide in Tarraconen. Sachristiæ coràm Iusto 9. Iunij 1600.*

§. 3. Breuis narratiua quod collatio spectet ad Capitulum, prout in literis, &c. non dicitur subreptitia si spectet ad Episcopum & Capitulum, & in literis hoc exprimatur, fuit resolutum *in Abulen. Canonicatus coràm Rubeo 24. Nouembris 1578.*

§. 4. An possit obijci de subreptione etiam prouenienté ex gratia principali. *vide in Astoricen. Prioratus 9. Decembris 1596. coràm Litta.*

§. 5. contrà Breue quod non emanauit ad alicuius petitionem non potest opponi surreptio, nec est à parte iustificandum. *Rota in Lumacen. administrationis. 12. Ianuarij 1579. coràm Cardin. Seraphino. Est decis.378. in impress. num.1. Dubitaui, an sententia.*

OBSERVATIO XVI.

Circa Miscellanea in materia Breuis.

§. 1. DE Breui mentionem faciens commissio operatur; vt quis possit audiri contrà Breue, & os apertum censeatur, ratio est, ne detur occasio falsa narrandi Principi, & alios in sua possessione turbandi, fuit resolutum *in Oueten. Canonicatus coràm Gropperio 5. Nouembris 1561.*

§. 2. Breue signatum, & sigillatum per Papam discordans à minuta non est remittendum ad corrigendum iuxtà formam minutæ; nisi minuta haberet Signaturam expeditionis, quia tunc diceretur matrix originalis. *Put. decis.287. lib.2.*

§. 3. De stylo Curiæ est, quod Breuia non expediantur nisi registrata supplicatione. *Peregr. decis.187. lib.2. aliàs 188. num.4.*

§. 4. Breuia habent vim literarum expeditarum. *Put. decis.155. & 159. lib.1.*

§. 5. Declaratio incursus censurarum ob non paritionem Breuis emanati in fauorem Cameræ ad instantiam prouisi absquè mandato Commissarij, an sit valida. *vide in Hispalen. beneficij de Anos 2. Decembris 1594. coràm Seraphino.* in qua fuit resolutum quod peteretur absolutio.

§. 6. Aduersus Breue de capienda possessione nomine Cameræ nõ potest obijci de paritate tituli, sed verificatis illis, quæ præcisè mãdantur à Papa in Breui huiusmodi est procedẽdum ad executionem quocumque titulo possessio sit munita extrà reseruatum in Breui. *Salamantina beneficij 31. Ianu. 1596. coràm Corduba.*

§. 7. à Breuis executore datur appellatio à grauamine ab eo illato. *Rota in Celsonen. præceptoriæ 4. Febr. 1605. coràm Coccino Decano.* vbi executio spreta tali appellatione tamquàm attentata fuit sequestrata.

§. 8. in Breuis vim mandatum petendo, acceptat, & approbat Breue. *l. cum quæritur. de administr. tut. Bald.cons.14.lib.5.Dec.cons.449.n.34. Rota in Galeguritana Iurisprouidendi 4. Iunij 1599. coràm Litta.*

§. 9. contrà Breuis formam per Papam in eo traditam, vel præsumptam, factum non sustinetur de iure. *l. cum hi. §. si prætor.de transact.l.1. in princip.ff.de stipul. Rota in Oscen. indulti 1. Iunij 1598. coràm Litta.*

Quod maximè procedit, vbi in Breui adest decretum irritans, cuius virtus ea est, vt operetur nullitatem eorum, quæ quouis modo facta reperiuntur contrà dispositionem, in qua tale decretum continetur. *cap. si postquàm. de elect. in 6. Sarn. in reg. de Annal. quæst.4. nu.3. Rota in d. Oscen. indulti.*

FINIS

Obseruationum circa Breue Apostolicum.

DE

DE CLAVSVLIS

ALPHABETICA. Serie dispositis ad numerum DCCCL. ascendentibus, in quibus habentur Clausulæ, quæ in diuersis materijs apponi solent, vt in rescriptis, supplicationibus, Breuibus Apostolicis, commissionibus, Statutis, sententijs, contractibus, vltimis voluntatibus, alijsq; actibus, qui occurrere solent.

CLAVSVLAE, quæ duplici numero notantur significant clausulas duplicatas, & in duobus, vel pluribus locis positas, in quibus videri poterunt. Vnde Clausula prima, quæ est de Clausulis in genere, non solum de ea habetur in dicta Clausula prima, sed etiam in Clausula 115. 116. 117. & 118. Ita etiam Clausula 2. Accedente consensu. De ea non solum habetur in Clausula 2. sed etiam in Clausula 125. & 156. quæ in dicta Clausula 2. annotantur, & sic de alijs.

SEQVVNTVR

Clausulæ ordine Alphabetico dispositæ.

Cadat

Quod

Sine

C L A V S V L AE.

Clausula I. Circa Clausulas in genere.

§. 1. CLAVSVLA in medio posita refertur non solum ad præcedentia, sed etiam ad subsequentia. *Imol. in cap. causam quæ. num. 9. de rescript. Matthesil. notab. 150. Tiraq. de retract. lignag. glos. 14. num. 25. vers. nam & clausula. Rota in Abulen. iurisdictionis. Luna 27. Octobris 1586. coràm Orano. est decis. 189. in eius lib. 1. in manuscrip. incip. Circūscripta.*

§. 2. Clausula posita in prohemio dispositionis respicit totam dispositionem. vt fuit dictum in *Lucana Hospitalis de Insula Sanctæ 29. Aprilis 1577. coràm Card. Lancell. est decis. vnic. ad Clem. quia cōtingit. de relig. dom. inter eius selectas in manuscr.* vbi dicta clausula. Salua Sedis Apostolicæ auctoritate, &c. posita in prohemio Clement. Quia contingit. *de relig. dom.*

§. 3. Clausula siue in initio, siue in medio, siue in fine orationis ponatur qualificat totam orationem. *Fauentina de Nicolutijs 19. Martij 1582. coràm Cardin. Seraphino. est decis. 570. num. 2. in impress.*

§. 4. Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, nisi adsit ratio diuersitatis. *Rota in Legionen. iurisdictionis. 11. Maij 1580. coràm Card. Seraphino. est decis. 460. num. 4. in impress.*

Item

Item non procedit, quando venit continuatiuè ad aliquam dispositionem, tunc enim venit accessoriè ad præcedens capitulum, ideò non potest referri ad alia. *Rota in Ceruien. bonorum 23. Martij 1583. corā in Seraphino. est decis.610. num.4. in impress.*

§. 5. Clausula in fine posita quod ad omnia capitula præcedentia, & non solum ad proxima refertur, præsertim quando omnia sunt contrà ius commune.

Vide *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana in verb. Statutum. Obseruat. circa Statutum Hispelli. §. 1. Statutum Hispelli Spoletanæ diocæsis. num.11.*

§. 6. Clausulæ dispositionis licet non disponant, tamen declarant. *Rota in Fauentina de Nicolutijs 19. Martij 1582. coràm Cardin. Seraphino. est decis.570. num.4. in impress.*

§. 7. Clausula adiecta in vna re ex pluribus copulatis potest ad omnes referri, & qualificat omnia, quæ ab eodem verbo reguntur. *Rota in Hispalen. pensionis 200. ducat. 26. Nouembris 1581. coràm Card. Lancellotto. est decis. vnic. de dispensat. inter eius selectas in manuscript.*

§. 8. Clausulæ quantumuis amplissimæ restringuntur ad terminos principalis dispositionis, vnde si casus aliquis sub dispositione non continetur, ad eum dispositio non extendetur per dictas clausulas. *Rota in Interamnen. illegitimitatis 15. Maij 1600. coram Seraphino. est decis.1358. num.5. in impress.*

§. 9. Clausulæ amplissimæ positæ in confirmatione Papæ non plene informato de toto tenore causæ, putà quod non possit dari de defectu intentionis, Motu proprio, ex certa scientia, supplentes, quorum tenores, & similes nihil operantur in his quæ sunt facti, sed tantum in his quæ sunt iuris.

Vide *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana, de quibus semper intelligimus quando allegantur Obseruationes. in verb. Contumacia. Obseruat. circa Sententiam. §.2. in Contumaciam sententiam latam à Gubernatore Vrbis. num.13. 15. & seq.*

§. 10. Clausulæ accessoriæ quod sint nullę quando contractus cui accedunt est nullus, qualiter intelligatur.

Vide fusè *in verb. Census. Obseruat. circa Impositionem. §. 2. Censu imposito super domo expressè prohibita alienari. num.14. vsquè ad fin.*

§. 11. Clausulæ omnes dependentes, & ex eadem causa insertę corruunt quando gratia principalis non subsistit. *Bald. in l. petens. C. de pact. Ferrett. cons.161. num.13. vol.2. Put. decis.213. in fin. lib.2. & decis.214. lib.3. Rota in Auellina vnionis. Vener.15. Decembris 1595. coràm Gypsio. est decis.26. in eius lib.2. in manuscript. incip. Domini vtraquè parte.*

§. 12. Clausulæ omnes contentæ in primo instrumento locationis censentur repetitæ in prorogatione locationis.

Vide *in verb. Locatio. in vers. Locationis prorogatione. §.13. Obseruat. circa Miscell.*

§. 13. de Clausulis positis in Motu proprio ea capi debet interpretatio vt cum virtute operentur.

Vide *in verb. Interpretatio. §.2. Obseruat. circa Miscellanea. vers. Interpretatio ea capi debet.*

§. 14. Clausulę licet nō sint extēsę in literis, sufficit quod adsint in supplicatione ad quam semper recurritur.

Vide *in verb. Beneficium. Obseruat. circa Erectionem. §. 8. super Beneficiorum fructibus si aliquod onus. in med.*

§. 15. Clausulæ positæ in dispensatione regulariter non solent operari dispensationem. *Rota in Lucana beneficiorum 4. Nouembris 1579. coràm Card. Seraphino. est decis.420. num.4. in impress.*

§. 16. Clausulæ in mandato positæ non dant procuratori facultatem donandi vltrà mētem disponentis, sed sunt intelligendæ arbitrio boni iuri.

Vide *in verb. Beneficium. Obseruat. circa Resignationem. §. 2. ad Resignandum beneficium si fuerit datum. num.3. & 4.*

§. 17. cum Clausulis solitis, & consuetis apponi in venditionibus si detur mandatum ad vendendum, quod non intelligatur vendi debere rem vti liberam, sed secundum subiectam materiam.

Vide *in verb. Procurator. Obseruat. circa Constitutionem. §.6. Procurator constitutus ad vendendum. per tot.*

Et vide *infrà in Obseruationibus cum solitis clausulis. §.1. incip. Cum solitis clausulis.*

§. 18. ex Clausulis prægnantioribus, & fortioribus iudicamus, an priuilegium antiquius sit sublatum per nouum, vt fuit dictum *in Astoricen. Archidiaconatus 19. Martij 1576. & in Romana iuris doctorandi 3. Aprilis 1598. coràm Card. Seraphino. est decis.1271. nu.6. in impress. Vercellen. subsidij 20. Martij 1600. coràm eod. est decis.1348. num. 1. in impress.*

§. 19. per Clausulas quantumuis prægnantes quando non censeatur sublatum priuilegium antiquius per nouum.

Vide *in vers. Priuilegium concessum ex causa publica vtilitatis. §.1. Obseruat. circa Derogationem, & Reuocationem Priuilegiorum.*

§. 20. Clausulæ priuilegiorum quantumuis prægnantes, licet habeant vim specialis derogationis, *vt per Anchar. cons.335. num.2. Alex. cons.187. lib.5.* Tamen non porriguntur ad ignorata, sed tantum ad ea quorum verisimiliter Papa habet notitiam, & in quibus nō requiritur specialis derogatio. *Curt. Iun. cons.130. num.31. part.2. Purpurat. cons.18. nu.42. Soccin. Iun. cons.77. num.106. & 126. lib.1. Natt. cons.209. nu.6.* & fuit dictum *in vna Tarusina plebis 28. Iunij 1593. coràm Card. Millino. & in Valentina decimarum 1. Iulij 1598. coràm Seraphino. est decis.1293. num.6. in impress.* vbi quod priuilegium exemptionis à decimis concessum Iesuitis non tollit priuilegium decimarum ex concessione particulari, & causa onerosa.

§. 21. Clausulis ad sui fauorem concessis potest quilibet renunciare.

Vide *in Clausula Sublata. §. 10. versic. Clausula Sublata cum claudat os parti. Obseruat. circa dictam clausulam.*

§. 22. Clausulæ generales in prouisione Apostolica non derogant qualitatibus appositis in fundatione beneficij, nisi de his fuerit facta mentio expressa in impetratione.

Vide *in verb. Sacerdos. Obseruat. circa Miscellanea. §.4. Sacerdos actu, & habitu præsentari debet. n.5.*

§. 23. Clausulæ generales in gratia non intrant quando quis non fuit adeptus beneficij possessionem, vt fuit dictum *in Bononien. Canonicatus 19. Februarij 1590. coràm Card. Pamphilio.*

§. 24. Clausulæ generales positæ in gratia prouisionis, vt capiāt alios modos vacationis præter expressum, debent saltem de facto verificari modus vacationis, putà per obitum, super qua principaliter fundatur impetratio. *Ioan. Andr. in cap.1. de lit. contest. in 6.*

Dec.

Dec. conf.142. num.6. Nec obstant *dicta Sarnens. ad regul. de infirm. quæst.34. & de public. quæst.16. Put. decis.169. & 208. lib.2.* Quia procedunt, quod clausulæ generales capiant alium modum veræ vacationis verificata vacatione expressa, prout in eorum themate, in quo constabat de resignatione, per quam fuerat impetratum beneficium, licet propter clausulas non haberet locum illa vacatio, sed vacaret per obitum, tunc enim intrant clausulæ generales, quia in alijs narratiua est verificata. *Rota in Clusina beneficiorum. Mercur. 28. Iunij 1589. coràm Orano. est decis.440. in eius lib.2. in manuscript. incip. Nicolaus Baldellius.* vbi quod idem fuit tentum *in Camerinen. Parochialis. Vener. 27. Nouembris 1587. coràm Seraphino. est decis.803. num.1. in impress. & in Mediolanen. Præpositura. Lunæ 17. Aprilis 1589. coràm Card. Platto. est decis.100. in eius lib. in manuscript. incip. Resoluerunt Domini.*

§. 25. Clausula generalis post casus expressos posita, comprehendit omnes casus in quibus requiritur specialis expressio.

Vide *in vers. cap. qui ad agendum. §. penult. de procurat. in 6. Obseruat. circa Diuersa Capitula. Et in vers. Mandatum procuratoris si contineat casus aliquos, &c. §.2. Obseruat. circa Mandatum procuræ.*

§. 26. Clausulæ generales vt intrent in prouisionibus satis est quod beneficium vacet, siue de iure, *iuxtà cap. cum nostris. de conceß. præbend. Lap. alleg.16.* siue etiam de facto, putà, per cessionem iuris, quod ex titulo præambulo à facultate prouidendi habente emanauit, *c. susceptum. & ibi omnes. de rescript. in 6. Rot. decis.17. de rescript. in nou. Felin. in cap. in nostra. eod. tit. Lap. allegat.89. Sarnens. de infirm. q.34. num.4. Rota in Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembris 1585. & 10. Ianuarij 1586. coràm Orano. sunt decis.118. incip. Cum ex resolutione. & 124. incip. Dubitatum fuit. in eius lib.1. in manuscript.* vbi quod stante clausula, *seu ex quacumquè persona vacet*, constat quod Papa voluit omninò supplicanti prouisum etiamsi non expresso modo vacasset. *Felin. in d. cap. in nostra. nu.38. vers. fallit quartò. Io. de Sylua de benefic. part.3. quæst.13. Mohed. decis.265.*

§. 27. Clausulæ executiuæ generales non ampliant dispositionem, sed ab ipsa principali dispositione regulantur. *Clem.1. de præbend. Rota in Comen. prætensæ translationis. Ven.6. Nouembris 1592. coràm Orano. est decis.171. in eius lib.2. in manuscript. incip. Fuit dubitatum præsupposito.* vbi dicta clausula, Decernentes omnes facultates transferendi pensiones irritas, &c. posita in Bulla Pij V. super reuocatione pensionum, quod non intelligatur generaliter, sed iuxtà principalem dispositionem, de qua vide *in Obseruat. in verb. Constitutio. §.19. Obseruat. circa Miscellanea. vers. Constitutio Pij V. super reuocatione pensionum edita reuocat priuilegia.*

§. 28. Clausulæ executiuæ positæ in literis Apostolicis habent locum contrà resistentes de facto, non autem de iure. Hinc est quod mixtus executor debet assumere partes iudicis. *Put. decis.171. Postmodum. lib.3. Doct. in cap. fin. de præsumpt. vbi Butr. num.7. Felin. num.33. vers. Quartò aduerte.* Maximè stante clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, *ad Put. decis.90. lib.1.* & clausula, amoto quolibet illicito detentore, quæ ostendit Papam nolle præiudicare habenti potiora iura. *Rota in Vrbeuetana beneficij. Vener. 28. Iunij 1591. coràm Gypsio. est decis.285. in eius lib.1. in manuscript. incip. Resolutum fuit.*

Clausula 2. Accedente consensu patroni.

§. 1. CLAVSVLA, Accedente consensu patroni, solet apponi in collatione beneficiorum Iurispatronatus, non autem in reseruatione pensionis.

Vide *in Obseruat. in verb. Beneficium. vers. Pensio transferri potest etiamsi fuerit reseruata super beneficio Iurispatronatus. §.6. Obseruat. circa Pensiones, quoad translationem.*

Vide etiam *infrà in Clausula 125. & 142.*

Clausula 3. Actum.

§. 1. CLAVSVLA, Actum, quando non adest in instrumento indicat imperfectionem actus, cum ex hoc constet notarium non fuisse rogatum à partibus vt requiritur. Et auget suspitionem, si dicta clausula reperiatur addita ab alio, qui non fuit de ea scriptura rogatus, neque erat notarius, etiam quod habuerit facultatem explendi scripturam, cum non possit supplere substantialia si deficiunt. Etiam quod in dicta scriptura sint descripta nomina testium, cum soleant hæc describi antequàm deueniatur ad stipulationem, quæ deficit deficiēte dicta clausula, actum, & eius additio manu diuersa facta arguit suspitionem falsitatis. *Anchar. cons.431. Cephal. cons.287. nu.27. lib.2. Rota in Parmen. status 24. Maij 1591. coràm Seraphino. est decis.949. nu.3. in impress.*

§. 2. Clausula, Actum, non est de substantia instrumenti, sed facit præsumi rogitum quando de eo non constat. *Bald. in Authent. quod sine. C. de testam.* quem sequitur *Alex. cons.14. num.32. lib.6.* Vnde ex eius omissione non vitiatur instrumentum, si in eius fine habeatur quod præsentibus testibus rogatis publicauit. *Rota in Auximana terrarum. Lunæ 1. Aprilis 1596. coràm Orano. est decis.339. in eius libr.2. in manuscript. incip. Frustrà visum.*

§. 3. Clausula, Actum, posita in instrumento operatur quod habeatur pro perfecto. *Paris. cons.21. num.15. lib.2. Ruin. cons.159. nu.2. lib.4.* & in testamento fuit dictū *in Cornetana, seu Romana domus. 8. Iunij 1587. coràm Comitulo. est decis.2. in eius lib. in manuscript. incip. Fuerat resolutum.*

§. 4. Ista clausula Actum, rem perfectam, & notarium fuisse rogatum significat. *Bald. in Authent. quod sine. num.1. C. de testam. Castrens. cons.111. num.2. & 291. num.4. lib.1. Paris. cons.61. num.7. lib.3. Rol. cons.44. num.43. lib.2. Rota in Rauennaten. legati pij. Sabbati 12. Nouembris 1588. coràm eod. Comitulo. est decis.32. in eius lib. in manuscript. incip. Domini instrumento.*

§. 5. Clausula Actum, posita in scriptura quod operetur.

Vide *in verb. Scriptura. Obseruat. circa Scripturas Notariorum. §.3. Scriptura reperta in filzia. per tot.* Vbi fusè de tali scriptura reperta in filtia, in qua adsunt aliæ non authenticæ, an sumat robur à filzia.

Vide etiam *infrà in Clausula 135.*

Clausula 4. Ad habendum.

§. 1. CLAVSVLA, Ad habendum, tenendum, &c. licet faciat emphyteusim esse perpetuam, ex qua sequitur quod dominus directus sit obligatus præstare consensum quoties fuerit de eo requisitus.

Tamen

Tamen non propterea tenetur consentire obligationi, quia hoc pacto si deuolueretur ad dominum transirent cum suo onere in manifestum præiudicium suum, vt habetur *in decis. Guidon. Pap. 575.* vel etiam euenire posset, vt propter diuersos creditores habentes hypothecas, quibus fuit res obligata cum dicto consensu domini, res ipsa distraheretur, & diuideretur in plures partes in manifestum præiudicium proprietarij. Et quod dicitur dominum teneri consentire, procedit in totali alienatione rei integræ, tunc enim hæc fieri potest sine præiudicio, cum mutetur solum persona emphyteutæ. *Rota in Romana Vineæ 26. Iunij 1558. coràm Seraphino. est decis. 1290. nu. 1. in impress.*

§. 2. Clausula Ad haben, tenendum, &c. non operatur contrà pactum expressum positum in contractu emphyteutico, maximè quando est limitata per illa verba, prout de re locata de iure fieri permittitur, Quia eius natura est vt non ampliet, nequè limitet principalem dispositionem. *Felin. in cap. licet in corrigendis. nu. 7. ad fin. de offic. ordin. Aym. cons. 20. n. 15. Romana Casalis Marsiliani 19. Iunij 1587. coràm Seraphino. est decis. 794. nu. 8. in impress. Romana Vineæ 26. Iunij 1598. coràm eod. est decis. 1290. nu. 2. in impress.*

§. 3. Clausulæ, Ad haben, &c. dans etiam constituens, &c. aptæ sunt ad translationem dominij. *Soccin. cons. 9. lib. 1. Aretin. 159. Ias. 192. lib. 1. Menoch. 201. num. 3. lib. 3. Rota in Romana dationis insolutum. 15. Iunij 1587. coràm Comitulo. est decis. 4. in eius lib. in manuscript. incip. Illustris Domina.*

§. 4. Clausulæ, Ad haben, tenendum, &c. est amplissima, & facit vt competat facultas alienandi, prout in simili de clausula, & quibus dederit, tradit *Curt. Iun. cons. 4. post nu. 1. & cons. 130. nu. 2. Romana Casalium de Maximis 4. Decembris 1577. coràm Card. Seraph. est decis. 153. num. 4. in impress.*

Et vide *in nostris Obseruat. in verb. Emphyteusis. Obseruat. circa Alienationem. §. 5. Emphyteuta primus acquirens. num. 4.*

§. 5. Clausula, Ad habendum, alienandum, &c. posita in concessione emphyteusis quid operetur.

Vide *in verb. Emphyteusis. Obseruat. circa Concessionem. §. 1. in Emphyteusim sub hac forma fuit ab Ecclesia. num. 8. vsquè ad fin.*

§. 6. Clausulæ, Ad habendum, & in perpetuum, & quicquid placuerit faciendum, positæ in emphyteusi Ecclesiastica faciunt eam transitoriam ad hæredes extraneos.

Vide *in verb. Emphyteosis. Obseruat. circa Concessionem in Generationes. §. 11. Emphyteosis Ecclesiastica concessa pro se. in vers. limitatur tamen.*

§. 7. Clausula, Ad habendum, & tenendum, operatur translationem dominij, & possessionis, prout etiam per clausulam constituti.

Vide *in verb. Dominium. §. 8. Obseru. circa Quando transferatur. vers. Dominiũ, & possessio trãsfertur.*
Vide etiam infrà *in Clausula 140.*

Clausula 5. Ad omne mandatum domini.

§. 1. CLAVSVLA, Ad omne mandatum domini, posita in obligatione de restituendo prioribus, & potioribus quod operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in vers. contrà Obligatum in forma Cameræ de restituendo. §. 27. Obseruat. circa Obligationem Cameralem.*

Clausula 6. Amoto.

§. 1. CLAVSVLA, Amoto illicito detentore, facit executorem mixtum, & sic est locus appellationi, etiam stante clausula, Appellatione postposita, quæ refertur ad contradictores de facto. *Rota in Aliphana Canonicatus 27. Iunij 1603. coràm Seraphino. est decis. 1471. nu. 3. in impress.*

Vide fusiùs super ista clausula suprà *in verb. Breue Apostolicum circa Clausulas Obseruat. 1.*
Et infrà Clausula 167.

Clauf. 7. Appellatione remota.

§. 1. CLAVSVLA, Appellatione postposita, refertur ad contradictores de facto, stante clausula, amoto illicito detentore, hæc enim facit executorem mixtum, & sic est locus appellationi. *Rota in Aliphana Canonicatus 27. Iunij 1603. coràm Seraphino. est decis. 1471. num. 3. in impress.*

§. 2. Clausula, Appellatione remota, posita in commissione signata manu Papæ operatur, vt si victus appellat in casu aliàs permisso possit nihilominus iudex à quò nõ obstante huiusmodi appellatione suam sententiam exequi, nisi fuerit sibi à superiore inhibitum. *Innoc. in cap. pastoralis. de offic. de legat. Abb. in cap. pastoralis. num. 9. & ibi Franc. nu. 6. de appellat. Misinger. singul. obseruat. centur. 1 obseruat. 3. num. 1. post Imol. cons. 59. nu. 3. Rota in Romana vineæ. Luna 20. Aprilis 1558. coràm Orano. est decis. 32. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Clausula appellatione.*

§. 3. Clausula, Appellatione remota, posita in rescripto Papæ nullius est effectus, quoties sententia per iudicẽ in vim illius lata est nulla, vel notoriè iniusta. *glos. in cap. ex conquestione. in verb. appellationem. de restit. spoliat. Franc. & alij in c. pastoralis. de appell. Dec. cons. 49. propè fin. vers. quintò. Rota in Romana Vineæ. Luna 20. Aprilis 1598. coràm Orano. est decis. 32. in eius libr. 3. in manuscript. incip. Clausula appellatione.*

§. 4. Clausulam, Appellatione remota non potest Signatura Iustitiæ ponere in commissione.

Vide *in verb. Commissio. Obseruat. circa Clausulas. §. 1. in Commissione licet Signatura Iustitiæ.*

§. 5. Clausula, Appellatione postposita, & onerationis conscientiæ operantur respectu contrauentionum de facto, non autem vbi adest possessor.

Et vide *in Clausula 54. in vers. Clausula onerationis conscientiæ, & appellatione postposita. §. 2. Obseru. circa Clausulam oneramus conscientiam tuam.*
Vide super ista clausula etiam clausula 171.

Clausula 8. Arbitrio Rotæ.

§. 1. CLAVSVLA, Arbitrio Rotæ, Hoc arbitrium licet sit regulandum à iure, tamen vt pluries fuit resolutum per hanc formulam rescripti relaxatur aliquid de rigore iuris id suadente æquitate. *Crescent. decis. 287. aliàs 4. de testib. nu. 3.* Quæ tamen æquitas cessat stantibus impedimentis, & tergiuersationibus partis, ita vt non solum ex æquitate, sed etiam iure ordinario sit adhibenda fides testibus nulliter examinatis. *Rota in Ianuen. viridarij. 6. Nouembris 1595. coràm Card. Seraphino. Lunen. Sarzanen. Canonicatus*

nicatus 23.*Octobris* 1598. *coràm eod.* & in simili materia fuerat dictum *in Carthaginen. portionis* 14. *Nouembris* 1594. *coràm eod.* Idem fuit dictum *in Fulginaten. spolij* 29.*Februarij* 1580. *coràm eodem. sunt decis.*1054.*num.*1.*&* 1296.*num.*2.*&* 1094.*num.*2. *in impress.* vbi quod per eam censetur remissus rigor iuris ciuilis, sicut etiam per clausulam, conscientiam tuam oneramus, de qua in proprio versic. Idem tenuit *Rota in Toletana Primitiarum* 23. *Februarij* 1590. *coràm Comitulo.est decis.*93.*in eius lib.in manuscript.* vbi fuit sanatum examen testium per notarium non prorsus suspectum, nec prorsus recusatum, de quo vide *in vers. Notarius. Obseruat. circa Miscellanea.* *§.* 11. *Notario actuario recusato*. Idem fuit dictum *in Valentina sponsaliorum*. *Lunæ* 1. *Iulij* 1596. *coràm Orano*. *est decis.*364. *lib.*2. *in manuscript. incip. Latis tribus.* vbi quod detrahitur aliquid de rigore iuris, subsistente tamen causa recedendi ab illius rigore, & propterea fuit denegata suspensio executionis trium conformium non obstante petitione restitutionis in integrum. de qua vide *in verb. Executio. Obseruat. circa Sententias. §.*7. *Executio trium conformium non suspenditur. & in Neapolitana pensionis Merc.* 26.*Febr.*1597.*coràm eod. Orano. & in Portallegren. spolij. Lunæ* 5. *Iunij* 1589. *coràm eod. sunt decis.*395. *in eius lib.*2. *in manuscript. &* 433. *in eius lib.*1. *in manuscript.* vbi quod in paupere spoliatore non doloso reseruatur fructus,& expensę in fine litis. Vide *in verb. Spolium.Obseruat.circa Purgationem. §.*3. *in Spolio eo non purgato.*

§. 2. Clausula, Arbitrio Rotæ, est regulanda secundum iuris dispositionem. *Rota in Segobricen. pensionis* 19. *Aprilis* 1602. *coràm Seraphino. est decis.*1429. *nu.*1. *in impress.& post Bart. in extrauag.ad reprimendum. in verb. videbitur.num.*8. *Paris.cons.*56.*num.*5.*lib.*1. fuit dictum *in Asculana pensionis. Lunæ* 28.*Iunij* 1593. *coràm Orano. est decis.*217. *in eius lib.*2. *in manuscr. incip. Fuit resolutum. in Gerunden. Canonicatus. Mercurij* 11.*Februarij* 1598. *coram eod.est decis.*9.*in eius lib.*3. *in manuscript.incip.Fuit resolutum intrare.* vbi fuit dictum intrare arbitriū, vt esset breue exequendum. & post *Peregrin.decis.*239.*lib.*2. fuit tentum *in Perusina bonorū de Vbaldis. Lunæ* 5. *Maij* 1586. *coràm eod. Orano. est decis.*152. *in eius lib.*1. *in manuscript. incip.Conclusum fuit. Et in Lunen.Sarzanen.pensionis Lunæ* 15. *Februarij* 1593. *coràm Card. Seraphino*. *est decis.*1017.*nu.*2. *in impress.& in Hispalen.pensionis. Veneris* 4. *Nouembris, & Veneris* 4.*Decembris* 1575. *coram Cæsare de Grass.*

§. 3. Clausula, Arbitrio Rotæ posita in commissione operatur quod iudex habens arbitrium in procedendo non astringatur solemnitatibus iuris positiui, & si sit commissio sanatoria examinis testium, facit quod possit adhiberi fides testibus examinatis cum interrogatorijs partis citatæ ad videñ iurare testes, & ferè tempore iuramenti per omnes præstiti fuerunt examinati, *Put. decis.*301. *lib.*3. *Ant. Aug. tit.de testib. decis.*19. *&* 719.*Caputaq.decis.*149. maximè si agatur de testibus defunctis, quorum nulla superest spes repetitionis. *Bart.in l.admonendi. num.*4. *de iureiur. Rota in Burgen.Pontidij.Lunæ* 10.*Martij* 1586.*coràm Orano. est decis.*137.*in eius lib.*1.*in manuscript.incip. Domini vnanimiter. in Fulginaten. ratæ domus. Lunæ* 3.*Iulij* 1589. *coràm Gypsio. est decis.*113.*in eius lib.*1. *in manuscript. incip.Voluerunt Domini.* Idem fuit dictum *in Messanen. Baroniarum. Vener.* 27.*Maij* 1569. *coram Card.Seraphino. est decis.*78.*num.*3. *in impress.* vbi de probatione styli examinandi testes iuratos vigore remissoriæ in absentia Episcopi, ad quem remissoria fuerat directa, præsertim cum iste stylus non esset contrà ius, & dicitur fuisse aliàs resolutum *in vna Portugallensi prædij coram Fabio.* 16. *Iunij* 1553.

§. 4. Clausula, Arbitrio Rotæ, quando posita est in materia pensionis, Rota nō solet declarare arbitriū, nisi gustata prius validitate pensionis. *Rota in Compostellana pensionis.* 12.*Octobris* 1584. *coram Seraph.* Et in eadem materia pensionis clausulam, sina retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ, eam intellexit, prout de iure *in Asculana pensionis*. *Lunæ* 28. *Iunij* 1593. *coram Orano*. *est decis.*217. *in eius lib.*2.*in manuscript.incip.Fuit resolutum retardandū.*

§. 5. Clausula, Arbitrio Rotæ modificat clausulam, parito iudicato, quando intrat dictum arbitrium propter iustitiam causæ.

Vide *in vers. Clausula Parito iudicato, modificatur per clausulam. §.* 3. *Obseruat. circa Clausulam Parito iudicato.*

Vide etiam *in Clausula* 175. *&* 675.

Clausf.9. Augendi, vel minuēdi.

§. 1. CLAVSVLA, Augendi, vel minuendi vsquè ad verum valorem, posita in gratia in expressione valoris, Ista clausula est facultatiua, & regula, de valore ei obstat, vt non possit augeri vltrà tertiam partem, & interim stat confessio in valore expresso. *Rota in Concben.de Vetetta* 13. *Nouembris* 1579. *coràm Card. Seraphino. Firmana Altaris* 4.*Iunij* 1601. *coràm eod. sunt decis.*422. *nu.*2. *&* 1393. *nu.*2. *in impress.*

§. 2. Clausula, Augendi, vel minuendi, & quod de omnibus necessarijs maior, & verior specificatio, & expressio fieri posset. Si hæc clausula à Papa successore est posita Motu proprio ad declarādam mētem prædecessoris, putà quod in translatione pensionis prædecessor voluerit comprehendere pensionem super obtentis, tali declarationi est standum, Primò quando attestatur de mente prædecessoris. *Roman. cons.* 310. *& singul.* 328. Secundò quia declarando vim dictæ clausulæ videtur disponere de iure. *Gabr. de probat. conclus.*2. *num.* 37. Tertiò quia talis declaratio facit ius saltem donec cōtrarium probetur. *Imol. in Clem.*1. *in fin. de probat. Oldrad. cons.*288. *Alex.cons.*112.*lib.*7.*Rebuff.de concordat. tit.de subl. Clem.liter.vers.tamen ex narratis.Gabr.vbi sup.n.*6. *Rota in Barchinonen.pensionis* 19.*Ian.*1611.*n.*5.*coràm Card.Marquemontio.est in Recent.decis.*281.*par.*1. Vide etiam *in Clausula* 185.

Clausula 10. Citrà.

§. 1. CLAVSVLA, Citrà, &c. posita in secundo mandato, refertur ad expressa in primò, vt quoad ea non censeatur primus procurator reuocatus, non autem refertur ad expressa in secundo. vt per *Paris.cons.*88. *num.*22.*vol.*4.*Hispalen.& Oxomen.beneficiorum* 20. *Nouembris* 1570. *coràm Card.Lancellotto.est decis.*2. *de resignat. benefic. inter eius selectus in manuscript.*

§. 2. Ista clausula facit quod mandata valeant. *Felin. in cap.imputari.de fid. instrum.Boer.decis.*311. *nu.*2. *Rota in Gerunden. administrationis Anniuersariorum* 20. *Februarij* 1573. *coràm Seraphino*. *est decis.*196. *num.*1. *in impress.*

§.3. Clau-

§. 3. Clausula, Citrà, &c. licet non sit apposita in comparitione principalis, non tamen censetur procurator reuocatus stante præsumptione in contrariū.
Vide *in verb. Procurator. Obseruat. circa Reuocationem. §. 3. Procurator licet censeatur reuocatus.*

§. 4. Clausula, Citrà, &c. si desit in comparitione principalis, censetur reuocatus procurator ad *Bart. in l. qui mutuam. §. non ideò minus. ff. mandat.* Nisi dicta cōparitio esset facta in diuersa causa, & coràm alio iudice, maximè si fuit simplex declaratio animi ipsius principalis, quæ nō poterat fieri ab alio, quàm ab ipso, quo casu non censetur reuocatus procurator. *cap. si quem. in fin. de procur. in 6. Bart. in l. mutari. num. 5. ff. de procurat. Rot. decis. 22. & 31. eod. tit. in antiq. Felin. in cap. ex parte. 3. nu. 27. vers. & nota. de rescript.* Præsertim quando comparitio non fuit facta præsente procuratore, quo casu non censetur reuocatus. *Alex. cons. 61. sub nu. 3. vers. quia ad hoc. lib. 5. Addit. ad Guidop. decis. 40. in litera B. in fin. Rota in Romana Saluiani interdicti. Lunæ 10. Ianuary 1611. coràm Vbaldo. nu. 12. est decis. 294. par. 1. in Recent.*
Vide etiam *infrà in Clausulis 201. 202. & 203.*

Clausula 11. Codicillaris.

§. 1. CLAVSVLA, Codicillaris posita in testamento, operatur, quod vbi substitutio est facta per verba merè directa, si non potest habere effectum iure directò trahat ad fideicōmissum, & hoc multò magis quando adsunt verba tractum temporis denotantia, vt descendentes, & in infinitum. *Rota in Vrbeuetana Castrorum 19. Iunij 1579. coràm Card. Seraphino. est decis. 419. num. 3. in impress.*

§. 2. Clausula, Codicillaris facit sustinere testamentum in quo hæres scriptus prędecessit testatori, etiam quod dicta clausula, sit per verbum, valeat, & sic præsentis temporis.
Vide fusè *in verb. Testamentum. Obseru. circa Miscellanea. §. 1. Testamentum non efficitur caducum si hæres viro testatore. per tot.*

§. 3. Clausula, Codicillaris operatur, quod ex mente verisimili testatoris filij dicatur vocati non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam substitutionem.
Vide *in verb. Fideicommissum. Obseru. circa Quando dicatur inductum. §. 1. Fideicommissum dicitur inductum, & non substitutio vulgaris. nu. 11. & 12.*

§. 4. Clausula, Codicillaris licet semper intelligatur in testamento inter liberos per quam verba directa trahuntur ad fideicommissum, non tamen hoc procedit in odium, sed in fauorem filiorum.
Vide *in vers. Auth. quod sine. C. de testam. licet Rota. Obseruat. circa Auth.*

§. 5. Clausula, Codicillaris, & clausula omni meliori modo, pósita in testamento multum operatur ad inducendum fideicommissum.
Vide *in Obseru. in verb. Fideicommissum. Obseruat. circa Vocatos. §. 3. per Fideicommissum fuisse vocatos filios. num. 13.*

§. 6. Clausula, Codicillaris facit, vt substitutio reciproca resoluatur in fideicommissariam.
Vide *in verb. Fideicommissum. Obseru. circa Quando dicatur inductum. §. 7. Fideicommissum, & non antum vulgarem substitutionem. num. 13.*
Vide fusiùs *infrà in Clausula 205.*

Clausula 12. tàm Coniunctim, quàm diuisim.

§. 1. CLAVSVLA, tàm Coniunctim, quàm diuisim, posita in commissione operatur quod in vim illius possit iudex pronunciare ad instantiam vnius etiam omissis alijs. *Felin. in cap. cum inter. nu. 10. de sentent. & re iudic. Rota in Romana Vineæ. Lunæ 20. Aprilis 1598. coràm Orano. est decis. 32. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Clausula appellatione.*
Vide etiam *infrà in Clausula 212.*

Clausula 13. Constito.

§. 1. CLAVSVLA, Constito de assertis, expressè posita in gratia, licet per eam Rota inclinauerit sufficere, quod vnum verificaretur. vt per *Aegid. decis. 280.* fuit tamen posteà in dubium reuocatum propter dictam clausulam expressè positam, *ad cons. Paris. 41. num. 23. lib. 4.* & ideò consuluit partem, vt adiret Signaturam. *in Pampilonen. Iuris visitandi. Vener. 1. Iulij 1583. coram Card. Seraphino. est decis. 687. nu. 4. in impress.*

§. 2. Clausula, Constito de assertis, vel de præmissis, operatur quod licet plura narrentur in commissione, ex eis sufficit si vnum verificetur, etiam si alia falsa sint. *Aegid. decis. 280. Salamantina iurisdictionis 17. Maij 1577. coram Seraphino. est decis. 330. in impress.* maximè si verificetur illud quod mouit Papam ad concedendum rescriptum. *Rota in Calaguritana Iuris ingrediendi 27. Aprilis 1580. coram Seraphino. est decis. 455. in impress.* ad quod etiam inclinauit. *Rota in Pampilonen. Iuris nominandi 27. Aprilis 1583. corā eod. Seraphino. est decis. 615. nu. 4. in impress.* etiam stante clausula, Cōstito de prēmissis, vel de præmissis.
Tamen in eadem causa *Pampilonen. sub die 1. Iulij 1583. coram eod. Seraphino. est decis. 637. num. 5. in impress.* Rota reuocauit in dubium id ad quod in alia huius causæ positione inclinauerat propter clausulam expressè appositam, Constito de assertis, quod requiratur iustificatio omnium narratorū. *ad Paris. cons. 41. num. 23. lib. 4.* & consuluit partem vt adiret Signaturam, cū ex assertis aliqua essent iustificata aliqua nō.

§. 3. Clausula, Constito de bono iure, tollit attentata. *Rota in Maceraten. Parochialis 29. Aprilis 1580. corā Card. Seraphino. est decis. 457. n. 2. in impress.* vbi quod hæc clausula posita fuerat in commissione per Signaturam Sanctissimi.

§. 4. Clausula, Constito de bono iure, posita in commissione operatur quod ius bonum discutiatur. *cap. præterea. cum ibi notat. de offic. delegat. l. ad rem mobilem. de procurat.* ad quem effectum transportari debeāt omnia acta in causa facta, etiam quod pars offerat de eo docere per testes, vel etiam aliter, nam huiusmodi probatio non est concludens, quia in actis potest esse aliquid quod eius excludat intentionem. *Rota in Mediolanen. assertæ donationis. Vener. 29. Nouembris 1596. corā Orano. est decis. 278. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Fuit resolutum.*

§. 5. Clausula, Constito tibi de tali facto, in rescripto Papæ, requirit causæ cognitionem, & partis citationem. *Crescent. decis. 303. aliàs 6. de rescript. Rot. decis. 21. Dic quod si. de rescript. in nou.*

§. 6. Clausula, Constito tibi de tali facto. Facit rescriptum conditionatum. *Rota in Perusina executionis*

24. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino. est decis. 513. num. 8. in impress. Importat enim conditionem de præsenti, & suspendit actum in futurũ. *Put. decis. 486. in fin. lib. 2.*

Et non tribuit iurisdictionem nisi purificata conditione. *glos. in Clem. 1. in verb. repererint. de offic. delegat. Card. in Clem. 1. quæst. 10. de concession. præbend. Put. decis. 182. lib. 3. Rota in Camerinen. legati. Luna 14. Martij 1594. coràm Orano.* vbi de clausula, Cõstito de paupertate. *est decis. 253. in eius lib. 2. in manuscr. incip. Propositum.*

§. 7. Clausula, Constito de interesse, posita in commissione, si non appareat verificata non propterea obstat quãdo in commissione adest clausula, necnon quàm, & quas, per quam censetur Iudici data iurisdictio etiam non docto de interesse. *Cresc. decis. 68. Tertiò veniente.* & fuit dictum *in Bracharen. Parochialis 27. Februarij 1589. coràm Comitulo. est decis. 45. in eius lib. in manuscript.*

§. 8. Clausula, Constito de literis. Materia interpretationis huius clausulæ est satis difficilis. *Rota in Gerunden. prætensæ pensionis. Vener. 17. Februar. 1573. coràm Seraphino. est decis. 198. num. 1. in impress.* vbi quod aliàs Rota *in vna Mediolanen. coràm Robusterio.* fuit interpretata de literis legitimam exceptionem non patientibus.

§. 9. Clausula, Constito de validitate pensionis restituat Ludouicum, &c. Licet videatur tribuere iurisdictionem conditionalem, ita quod Ludouico videatur incumbere onus probandi nullitate reseruationis pensionis, tamen si in commissione non simpliciter dicatur, Constito de nullitate restituat, sed prout iuris fuerit restituat, quò fit vt si de iure Ludouicus venit restituendus etiam nõ docto de nullitate, clausula, Cõstito, non debeat simpliciter operari conditionem, nisi quatenus Ludouicus velit ob nullitatem pensionis agere ad beneficium resignatum, non autem quod suspenso petitorio impediatur agere possessorio, cum commissio vtrumq; iudicium comprehendat. *Cassad. decis. 12. de rescript.* maximè stante clausula, etiam prout iuris fuerit, quæ auget, & extendit illius dispositionem. *Gemin. cons. 132. nu. 1. Rota in Illerden. Canonicatus. Luna 27. Nouembris 1595. coràm Orano. est decis. 310. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini dixerunt. & fuit confirmata Vener. 24. Maij 1596. coram eod. Orano. est decis. 348. in eodem lib. 2. incip. In vna Illerden.* vbi etiam fuit dictum adeò dictam clausulã, & prout iuris fuerit, stare augmentatiuè, vt etiam si non constet de nullitate nihilominus veniat danda restitutio quatenus de iure est concedenda. *Gemin. cons. 65. nu. 8. & cons. 182. num. 1. Ruin. cons. 20. nu. 8. vol. 1.* cum commissiones semper intelligantur prout de iure. *Abb. in cap. causam quæ. num. 21. de rescript. Crescent. decis. 1. eod. tit.*

§. 10. Clausula, Constito de præmissis, reddit gratiam conditionalem, & plenè est probanda. *l. Lucius. de condit. & demonstr. Felin. in cap. si constiterit. num. 5. de accusat. Dec. in Rubric. de constit. nu. 14. cum simil. Rota in Toletana annatarum. Vener. 18. Martij 1588. coràm Orano. est decis. 324. in eius lib. 1. in manuscr. incip. In causa Toletana.*

§. 11. Clausula, Cõstito de tribus cõformibus exequatur. Huic conditioni dicitur satisfactum si ostẽdantur tres sententiæ adiudicatoriæ, verbi gratia decimarum Rectori Parochialis Ecclesiæ. *Castrens. cons. 163. sub n. 2. Curt. Iun. cons. 30. nu. 1. Aym. cons. 183. nu. 3.* cum alleg. *per Gabr. de execut. rei iud. conclus. 2. n. 32. & seq.* Quarum iustificato non est necessaria, cum sufficiat conditionis implementum probari de facto. *Bart. in l. filiusfamilias. §. cum quis. nu. 2. & ibi Bald. in fin. Castrens. sub num. 1. Angel. in princip. de legat. 1. Corn. cons. 180. n. 5. vers. tamen bis. lib. 4. Rota in Vlixbonen. decimarum. Vener. 29. Martij 1591. coràm Orano. est decis. 85. in eius li. 2. in manuscr. incip. Quia Signatura.*

☞ Vide etiam *in Clausula 216.*

Clausula 14. Constituti.

§. 1. CLAVSVLA, Constituti, Constitutum contrà tertium non probat possessionem eius cuius gratia fit, nisi probetur possessio constituentis. *Rota in Regien. pensionis 18. Maij 1576. coràm Card. Seraphino. est decis. 302. num. 6. in impress.*

§. 2. Clausula, Constitutum probat possessionem constituentis. *Ang. in l. quadam mulier. nu. 2. de rei vend. Tiraq. de constit. p. 3. limit. 1. nu. 20. Romana Saluiani interdicti. 11. Ianuarij 1602. coràm Seraphino. est decis. 1415. num. 2. in impress.*

§. 3. Clausula, Constituti, operatur translationem possessionis. *Ias. in §. actionum. n. 139. Instit. de action. Rimiuald. Sen. cons. 90. nu. 14. lib. 1. Tiraq. in tractat. constitut. part. 7. ampliat. 1. num. 2.* Quod procedit etiam quod in posteriori instrumento fuerit etiam apposita dicta clausula, quia non propterea præiudicium potest ei afferre ad cuius fauorem fuerat primo loco apposita. *Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti possidet. Felin. in cap. licet causam. notab. 10. vers. tertia causa. & ibi Dec. nu. 9. de probat. Gozad. cons. 86. n. 19. Rota in Romana, siue Terranen. Castrorũ. Ven. 4. Iulij 1597. coràm Orano. est decis. 330. in eius lib. 3. in manuscript. incip. In vna Romana.*

§. 4. Clausulæ, Constituti, quando innititur possessio, contrà eam iure admittuntur exceptiones, quæ contrà ipsum principalem contractum competunt. *Bald. in l. emptione. quæst. vlt. C. plus val. quod agit. Paris. cons. 55. num. 22. cum seq. lib. 1. Tiraq. de iur. constit. part. 3. limit. 8.* Adeò vt inualiditatem, seu resolutionem contractus principalis sequatur inualiditas, & resolutio constituti, nec per illud possessio transferatur. *Alex. cons. 81. nu. 11. & 14. lib. 3. Dec. cons. 400. nu. 9. vers. tertiò respondetur. Cranett. cons. 359. nu. 3. Tiraq. vbi proximè limit. 7.* ac propterea exceptiones quæ dantur aduersus contractum non possunt reijci ad petitorium, quandoquidem iste articulus possessorij dependet ab ipso titulo, ad tradita *per Bald. in l. appellatione. num. 4. C. de appell. Franc. in cap. non solum. nu. 6. vers. tertiò limita. eod. tit. lib. 6. Capic. decis. 72. in fin. Rota in Romana de Zãbeccarijs 10. Martij 1589. corã Comitulo. est decis. 50. in eius lib. in manuscr.* vbi quod idẽ fuit decisum *in Placentina cõpensationis vsurarũ de Scottis. 9. Decemb. 1583. coràm Decano Rubeo.* Et postea idem fuit tentum *in Placentina Castri 4. Iulij 1601. coram Card. Millino. & in Placẽtina donationis. Ven. 21. Aprilis 1589. coràm Gypsio. est decis. 179. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Qui petit mandatum.*

§. 5. Clausula, Constituti, habet vim traditionis quãdo ponitur in instrumento dationis insolutum. *l. quadam mulier. & ibi glos. & Doct. ff. de re iudic. Bart. in l. ab emptione. circa fin. de pact. Alex. cons. 24. in fin. vol. 1. Dec. cons. 56. nu. 4. Rota in Sabinen. siue Romana dotis. Luna 19. Februarij 1596. coràm Orano. est decis. 329.*

in

in eius lib. 2. in manuscript. incip. In causa Sabinen.

§. 6. Clausula, Constituti, posita in instrumento operatur quod veré, & propriè ex tunc possessio contentorum dicatur in eum fuisse translata. *Ias. in §. actionum.num.139. Instit. de action. Riminald. Sen. consil. 90. nu. 14. lib. 1.* cum tradit. *per Tiraq. in tract. constituti. part. 3. ampliat. 1. num. 2. Rota in Balneoregien. Castri Perij. Merc. 28. Maij 1597. coràm Orano. est decis. 414. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Fuit resolutum.* *Idem suprà §. 3.*

§. 7. Clausula, Constituti posita in donatione non probat quasi possessionem translatam fuisse in donatarium, quando donator ante donationem non possidebat, vnde non potest transferri, vt declarat *Bart. in l. quod meo. in 1. quaest. & ibi Alex. de acquir. poss. Tiraq. qui alios allegat. de iur. cõstit. 34. ampliat. n. 3. Rota in Placentina donationis. Ven. 21. Aprilis 1589. coràm Gypsio. est decis. 179. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Qui petit.*

§. 8. per Clausulam Constituti transfertur possessio iuxta ea, quae post *Oldrad. consil. 139. nu. 1. & 7.* tradunt *Alex. consil. 83. num. 5. & 6. lib. 2. & in l. contractus. nu. 11. de reg. iur. Tiraq. de Iur. constit. par. 3. ampliat. 16. & in limit. 2. n. 11. Rota in Romana de Zambeccarijs 10. Martij 1580. coràm Comitulo.* quod tamen intellige dummodo nihil opponatur cõtrà contractum, in quo dicta clausula repetitur.

Et vide *in nostr. Obseru. in vers. Clausula Constituti quando iunitur. §. 4. Obseru. circa Eadem.*

§. 9. Clausulae, Constituti, vigore, vel pacti de ingrediendo possessionem propria auctoritate, quando capitur possessio, tunc non datur appellatio.

Vide *in Obseru. in verb. Emphyteusis. Obseruat. circa Pacta. §. 4. in Emphyteusi si fiat pactum. nu.*

Vide etiam *in Clausula 217.*

Clausula 15. Contradictores.

§. 1. CLAVSVLA, *Contradictores per censuras Ecclesiasticas compescen, &c.* posita in litteris Apostolicis non habet locum contrà legitimum contradictorem, qui similiter gratiae Apostolicae incumbit.

Vide *in Obseru. in verb. Litera Apostolica. §. 7. Obseruat. circa Literas Apostolicas. vers. Literae Apostolica habent paratam executionem.*

§. 2. Clausula, Contradictores, &c. posita in priuilegijs conseruatorum operatur, quod dicatur concessa facultas iudicialiter procedendi. *Io. Andr. in cap. 1. nu. 9. vers. si ergo. & ibi Host. nu. 14. & Domin. nu. 13. de offic. de leg. in 6. Rota in Oscen. Iurisdictionis. Ven. 12. Decembris 1614. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 616. num. 4. part. 2.*

Vide etiam *in Clausula 238.*

Clausula 16. Cum incidentibus.

§. 1. CLAVSVLA, Cum incidentibus, &c. posita in commissione operatur, vt possit procedi super nullitate pensionis, quia dicta clausula comprehendit petitorium. *Aegid. decis. 619. Cassad. decis. 9. nu. 13. de causa possess. & propr.* maximè si in commissione fuit narrata dicta nullitas, & hoc etiã quod adsit clausula sine retardatione, quia ea non obstante potest procedi etiã in negotio principali *per decis. Vestani 276.* & sic super vtroquè procedi potest. *Rota in Abulen. pensionis 15. Iunij 1570. coràm Card. Lancellotto. est decis. 1. de Claus. inter eius selectas in manuscript.*

§. 2. per Clausulam, Cum omnibus incidentibus, & dependentibus, includitur principale negotium in causa appellationis à grauamine, etiam de principali negotio mentione non habita. *Bellam. decis. 328. incip. Si Papa. Felin. in cap. Sedes. col. 4. vers. & pro hoc vltimò. de rescript. Cassad. decis. vlt. nu. 13. de caus. possess. & propr.* & fuit dictum *in Foroliuien. bonorum 20. Decembris 1582. coràm Orano. est decis. 6. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Domini dixerunt.*

Claus. 17. Cum solitis clausulis.

§. 1. CLAVSVLA, Cum solitis clausulis, renunciationibus, & cautelis, iuxtà stylum Rom. Cur. extendendis. haec clausula sine difficultate extenditur ad quaecumquè statuta in contrarium actui facienti.

Vide *in Obseru. in verb. Donatio. Obseruat. circa Insinuationem. §. 3. Donationi iuratae non potest opponi. num. 4.*

Vide etiam *suprà circa Clausulas in genere. §. 17. incip. Cum clausulis solitis.*

Claus. 18. Dans, & Constituens.

§. 1. CLAVSVLA, Dans, & constituens, &c. Vide *suprà Clausula 4. Ad habendum, &c. §. 3. Clausula Ad habendum, &c. & Dans, & constituens, &c.*

Vide etiam *in Clausula 260.*

Clausula 19. Decernentes.

§. 1. CLAVSVLA, Decernentes. Posita in Motu proprio quod operetur.

Vide *in Obseruat. in verb. Euictio. vers. de Euictione si fuerit prouisum in emptione, &c. §. 1. Obseruat. Quando sit locus, & quando non.*

Clausula 20. Decreti irritantis.

§. 1. CLAVSVLA, Decreti irritantis, & clausula sublata, sunt accessoriae, & solum operantur quando intrat priuilegium, vbi sunt appositae. *Gemin. in cap. praesertim. in princip. versic. nota quod eo ipso. & ibi Franc. in 3. notab. de offic. legat. in 6. Gabr. de claus. conclus. 3. nu. 8. Rota in Oriolen. decimarum. Vener. 19. Iunij 1592. coràm Gypsio. est decis. 156. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Voluerunt. & post Put. decis. 1. lib. 1.* fuit dictum *in Barchinonen. Canonicatus. Lunae 10. Octobris 1569. coràm Oradino. est decis. 369. in eius lib. 2.* vbi quod dictũ decretum nihil operatur, quando constitutio in qua est appositum non obseruatur.

§. 2. Clausula, Decreti irritantis posita in principio Statutorũ in confirmatione, vel in fine quid operetur.

Vide *in verb. Statutum. Obseruat. circa Statut. Vrb. §. 2. Statutum Vrb. lib. 1. cap. 87. quod mandat.*

Plura vide *in Clausula 258.*

Clausula 21. Derogatorijs.

§. 1. per CLAVSVLAS Derogatorias praegnãtissimas, numquàm secundum Dominos *in vna Pampilonen. Prioratus S. Crucifixi coràm Mohedano.* videtur sublatum priuilegium in corpore iuris clausum, *ad glos. & Bart. in Authent. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. & Bald. & Paul. de Castr. in l. 2. §. omnes. ff. de iudic. & Rom. consil. 498. col. 4. & Felin. in c. 1. col. 9. de rescript. & in cap. nonnulli. conclus. 12. nu. 26. eod. tit. Rota coràm Crescentio decis. 223. aliàs 16. in tit. de priuileg.* vbi quod pauper vigore priuilegij. *l. vnic. C.*

quand. Imperat. inter pupill. & vid. non potest trahi extra Prouinciam, non obstantibus priuilegijs amplissimis Ordini Hierosolymitano concessis, cum clausulis derogatorijs prægnantissimis.

§. 2. Clausulæ derogatoriæ continent protestationem defectus voluntatis in dispositione sequenti, & non est recedendum à protestatione, nisi constet de contraria voluntate. *Rota in Asturicen. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coràm Card. Seraphino. est decis. 290. num. 5. in impress.*

§. 3. Clausulæ derogatoriæ in quibus derogatur exemptionibus, & priuilegijs quibuscumq; licet non amplient dispositionem, eam tamen declarant. *Rota in Salamantina Iurisdictionis 23. Octobris 1579. coràm Card. Seraphino.*

Ista decisio non habetur inter impressas, quæ de industria fuit omissa, vt habes notatum suprà *Part. I. ad Seraph. decis. 417.*

§. 4. Clausulæ derogatoriæ quando sunt satis prægnantes ad sequentes derogationes, per has sequentes nõ tollitur præcedens concessio, & maximè si requiratur in derogatione consensus eius cui fit concessio. *Rota in Asturicen. Archidiaconatus 19. Martij 1576. Verdunen. Canonicatus 10. Aprilis 1581. corã Card. Seraph. est decis. 510. num. 2. in impress.*

§. 5. in Clausulis derogatorijs, si ponatur dictio illa, insolitis, datur quod faciat derogationem esse amplissimam, tamen non excedit terminos derogationis specificæ, non habet vim indiuiduæ, ac si de verbo ad verbum totus tenor insertus foret. *Rota in Asturicen. Archidiaconatus 4. Maij 1576. coràm Card. Seraphino. est decis. 296. nu. 7. in impress.*

§. 6. Clausula. Quod non possit derogari, nisi de toto tenore, & de data plena, specifica, indiuidua, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mẽtio fiat, Et tuus ad id expressus accedat assensus. Ista clausula adeò præcisis verbis concepta, importat quod non possit tolli per aliam clausulam, quæ ita concipitur, etiam si expressa de clausulis derogatorijs mentio facienda esset. Item clausula (non autem per clausulas generales idem importantes) quæ videtur talem formam inducere, quæ per æquipollens non potest impleri. Item quia clausulæ derogatoriæ continent protestationem defectus voluntatis in dispositione sequenti, de qua contraria voluntate est docendum. Item illa (& tuus ad id expressus accedat assensus) quæ est maximè efficaciæ, cum numquàm in dubio censeatur velle supplere defectum consensus. *Rota in Asturicen. Archidiaconatus 19. Martij, & 4. Maij 1579. coràm Card. Seraphino. sunt decis. 290. nu. 5. & 296. num. 9. in impress.* vbi ex dictis clausulis positis in concessione Iurispatronatus non censeri illud reuocatum *per regul. 8. Cancell. Pauli IV.*

§. 7. Clausulæ derogatoriæ derogatoriarum ad dispositiones sequentes iuxtà stylum Curiæ nõ operantur, quando censeatur derogatum dispositionibus vbi sunt dictæ clausulæ per generalem illius derogationem cum clausula quorum tenores.

Vide *in Obseruat. in verb. Beneficium. Obseru. circa Erectionem. §. 1. super Beneficiorum fructibus si aliquod onus. post med.*

§. 8. Clausula derogatoria Conciliorum generalium non ampliat præcedentem dispositionem, sed ad eius limites intelligitur posita.

Vide *in Obseru. in verb. Lex. Obseruat. circa diuersa cap. Iuris Canon. in §. cap. nuper de decim.* non censetur eius primæ parti.

§. 9. Clausulæ derogatoriæ ad futuras constitutiones non porriguntur ad constitutiones Conciliares, nisi nominatim earum mentio facta fuerit.

Vide *in Obseru. in verb. Iuspatronatus. Obseru. circa Iuspatronatus ex Priuilegio. vers. Iuspatronatus ex priuilegio concessum fuit sublatum. §. 1.*

§. 10. Clausulæ derogatoriæ derogatoriarum in priuilegijs positæ tolluntur per generalem derogationem iuxtà stylum Curiæ.

Vide *in Claus. 49. Non obstañ præmissis, & quibuscumque contrarijs posita. §. 9. Obseru. circa dictam Clausulam.*

Vide etiam *in dicta Clausula 49.*

Clausula 22. Et detur Deuolutio dispositiuè.

§. 1. CLAVSVLA, Et detur Deuolutio dispositiuè, posita in calce impetrationis beneficij certo modo vacantis, quid operetur.

Vide *in verb. Beneficium. Obseruat. circa Impetrationem. §. 3. Impetrans beneficium vti vacans certo modo.*

Clausula 23. quod Dispensationes oratoris pro expressis habeantur.

§. 1. CLAVSVLA, quod Dispensationes oratoris pro expressis habeantur, quid operetur.

Vide *in verb. Dispensatio. Obseruat. in Beneficialibus. §. 3. Dispensatus ad beneficium curatum.*

Clausula 24. quod Dispositio valeat eo modo, & forma.

§. 1. CLAVSVLA in testamentis, vel codicillis posita, quod dispositio valeat eo modo, & forma, &c. quid importet.

Vide *in verb. Testamentum. Obseruat. circa Miscellanea. §. 17. Testamentum nõ dicitur esse in scriptis.*

Clausula 25. Donec aliud in præmissis.

§. 1. CLAVSVLA Priuilegiorum, vel alterius dispositionis denotans solam perseuerantiam voluntatis, veluti, donec voluero, in quo differat à clausula requirente nouam dispositionem, qualis est illa, donec aliud in præmissis duxerimus ordinandum, & quis sit eius effectus.

Vide *in verb. Priuilegium. Obseruat. circa Reuocationem. §. 8. Priuilegiorum exemptionum reuocatio.*

Clausula 26. Dummodo.

§. 1. CLAVSVLA, Dummodo de tempore datæ præsentium, &c. non inducit conditionem suspensiuam executionis gratiæ, sed tantum præseruat prouisionem, seu ius alterius, vt si de eo constet gratia pro non facta habeatur. *Achill. decis. 18. num. 2. in fin. de probat.* & fuit dictum *in Cameracen. Canonicatus 4. Decembris 1573. coràm Clement. VIII. & in Placentina* Capel-

Capellaniæ 29. Martij 1596. *coràm Penia. est decis. 89. in eius lib. 3. in manuscript. & in Fauentina Monasterij 15. Decemb. 1603. coràm Seraphino. est decis. 1494. num. 12. in impress.*

Et istud ius quod præseruatur debet esse validũ, & Canonicum, non autem ius tantummodo coloratum. *Put. decis. 90. nu. 5. lib. 1. & in Casalen. Parochialis 5. Nouembris 1597. coràm Seraphino. est decis. 1238. num. 5. in impress. & in d. Fauentina Monasterij 17. Maij 1604. coràm eod. est decis. 1498. num. 4. in impress.* vbi quod non omnes obiectus sunt habendi in consideratione, sed illi tãtum qui includunt ius obijcientis, cum sufficiat possessori dicere quoad te liberas ædes habeo.

§. 2. Clausula, Dummodo tempore datæ præsentium
1 non sit alteri ius quæsitum, † posita in prouisionis gratia Apostolica, per oppositionem, seu requisitionem non dicitur quæsitum ius aliquod cõsiderabile, etiam stante statuto Ecclesiæ Placentinæ. *Cassador. decis. 18. nu. 3. de præbend.* qui loquitur in terminis dicti statuti, & fuit resolutum *in Placentina Cantoriæ. Lunæ 31. Ianuarij 1594. coràm Card. Arigonio.*

In eadem causa *sub die Lunæ 24. Octobris 1594.*
2 *coràm Card. Seraphino.* † *est decis. 1091. in impress.* fuit resolutum vltrà oppositionem non fuisse processum ad tales actus, ex quibus fuerit quæsitum aliquod ius, nam cũ actus prouenissent ab ipso aduersario, remanebat res in simplicibus terminis acceptationis vigore statuti, per quam non dicitur acquisitum ius. *vt per Rot. decis. 17. Licet de more. de præbend. in nou. latè Cassad. d. decis. 18. de præbend. Felin. post Card. & alios quos allegat in cap. causam quæ. n. 26. de rescrip.*
3 *Sarn. de iur. quæs. non toll. quæst. 1. num. 3.* † Ideò vt adhunc effectum dicatur quæsitum ius, requiritur vt ex parte collatoris deueniatur ad aliquos actus, prout *in decis. Put. 253. lib. 3.* dummodo in istis actibus fuerit seruatus iuris ordo, & forma à iure, vel statuto præscripta, quod in præsenti factum non fuerat, cum enim ex statuto, & iuris communis dispositione collatio spectaret ad Episcopum & Capitulum, & Episcopus iustis de causis differret congregare Capitu-
4 lum, † Archidiaconus cum duobus Canonicis cæteris contradicentibus congregato Capitulo deuenerunt ad actum collationis nulliter, & de facto. *ad not. per Abbat. in cap. cum nobis. nu. 9. de elect. & ibi Imol. num. 11. Butr. num. 32.*
5 † Et licet non possit Episcopus præiudicare, certo generi personarum beneficium dando alijs: tamen secus est in Papa, qui est dominus absolutus omnium beneficiorum. *Cresc. decis. 7. de Iurepatr.*
6 † Nec obstat quod facta nominatione, & requisitione collatio sit habenda pro facta, ex quo non stat per eum, cui fieri debet. *l. iure ciuili. de condit. & demonstr.* & hoc sufficiat, vt Papa dicatur præuentus in conferendo. Quia omisso quicquid sit in terminis concordatorum, vbi adest specialis prouisio, *vt per*
7 *Rebuff. de pacif. possess. num. 312.* † Id procedit vbi collator absquè iusta causa denegat facere collationem, quod non erat in præsenti, cum fuisset dilata collatio vt nemini fieret præiudicium, quia Episcopus distulerat, vt audiret quemdam Petrum reseruatarium fructuum in iuribus suis, vltrà quod aderat tempus sex mensium ad faciendum collationem.
8 Nec deniquè † obstat *Put. decis. 235. lib. 2.* quia loquitur in alijs terminis, nempè ad effectum, vt de statuto fieri mentio debeat in impetratione, quæ differentia benè colligitur in fine decisionis, vbi respondet *d. decis. Cassad. 18. de præbend.*

§. 3. Clausula, Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, facit gratiam conditionalem. *Rota in Ostunen. beneficij 6. Nouembris 1595. coràm Card. Seraphino. est decis. 1153. n. 3. in impress.*

Est præseruatiua iuris alterius. *Rota in Casalen. Parochialis 5. Nouembris 1597. & 10. Aprilis 1598. coràm eod. Seraphino.*

☞ Et vide *in vers. ad Iuspatronatus præsentatus à patronis, licet fuerit nulliter institutus. §. 25. Obseru. circa Præsentatos. & in Veronen. Capellæ 28. Ianuarij 1590. coràm eod.* Et vide *in vers. ad Iuspatronatus si quis fuerit præsentatus per diem ante institutionẽ. §. 3. Obseruat. circa Præsentatos.*

§. 4. Clausula pensionum. Dummodo remaneant centum pro Rectore. Item dummodo medietatem fructuum non excedat, stantibus dictis clausulis quis teneatur probare valorem fructuum beneficij.

☞ Vide *in verb. Beneficium. Obseruat. circa Pensiones, quoad Reseruationem. §. 10. Pensio cum esset reseruata cum clausula, Dũmodo pensio. nu. 5. in tertio casu.*

§. 5. Clausula, Dummodo remaneant centum pro Rectore.

☞ Vide *in Regul. Cancell. Obseru. circa Valorem. §. 7. Valor beneficij debet probari plenè. & in verb. Beneficium. Obseruat. circa Pensiones, in Miscellan. §. 22. Pensionarius tenetur iustificare.*

§. 6. Clausulam, Dummodo remaneant centum pro Rectore; Vel, Dummodo non excedat tertiam partem fructuum, pensionarius iustificare tenetur, cum sit modificatiua quantitatis pensionis. vt fuit dictum *in Militen. pensionis 27. Iunij 1597. coràm Litta. & in Fauentina Monasterij 15. Decembris 1603. coràm Seraphino. est decis. 1484. nu. 14. in impress. & in Lunen. Sarzanen. pensionis. Lunæ 15. Februarij 1593. coràm eod. Seraphino. est decis. 1017. in impress.*

§. 7. Clausula, Dummodo remaneant centum pro Rectore, hoc non requirit iustificationem, quando in causa gratia fuit verificata, fuit dictum esse locum reductioni pensionis. *Rota in Ortonen. prætensæ pensionis 25. Iunij 1601. coràm Seraphino. est decis. 1400. num. 2. in impress.*

§. 8. Clausula, Dummodo remaneant centum pro Rectore, solita apponi in pensionibus, non solum est verificanda de tempore gratiæ, sed requiritur quod semper duret.

☞ Vide *in verb. Decimæ. Obseru. circa Exemptionem. §. 4. à Decimis exceptionis priuilegium Monasterijs. num. 3.*

§. 9. Clausula in beneficij possessione, Dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat quando beneficium est reseruatum, non ponitur ratione reseruationis expressæ in literis, sed ratione clausulæ generalis siue præmisso, siue alio quouis modo, prout tradit *Practica Cancellariæ in notabilib. super vacantib. reseruat. Rota in Aretina Commendæ. Vener. 7. Nouembris 1586. coràm Seraphino. est decis. 1255. nu. 4. in impress.*

§. 10. Clausula pensionum. Dummodo pensio cum alijs pensionibus reseruata non excedat duas partes ex tribus, &c. ad quem spectet probare valorem beneficij stante dicta clausula. Vide *in verb. Beneficium. Obseruat. circa Pensiones, quoad Reseruatio-*

tionem. *§*. 10. *Pensio cum eßet reseruata cum clausula, dummodo pensio. per tot.* vbi sunt plures casus, & in quarto casu deciditur difficultas cũ dicta clausula.

§. 11. Clausula, Dummodo in passiuis prima citatio in personam constituentis fiat, posita in mandato reddit illud captiosum.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Mandatum. Obseruat. circa Mandatum procuræ quoad diuersas clausulas. §. 4. Mandatum cum clausula, Dummodo in passiuis.*

§. 12. Clausula, Dummodo expressus accedat consensus; importat conditionem, & requirit plenam probationem.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Cõsensus plenè est probandus stante clausula. §. 5. Obseruat. circa Miscell.*

§. 13. Clausula in dispensationibus posita, Dummodo ipsa ab aliquo rapta non fuerit, qualiter raptus intelligatur.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Raptus. Obseru. circa Miscell. §. 1. ad Raptum non sufficit constupratio.*

§. 14. Clausula, Dummodo remaneant mille pro Episcopo, quæ in pensionibus super Episcopatu imponitur, vigore facultatis transferendi, non videtur in translatione posse fieri repetitio dictę clausulæ, dummodo, &c. & per consequens non remanet conditionalis, vt fuit fusè resolutum *in Carpentoraten. pensionis. Mercur. 29. Maij 1602. coràm Cardin. Lancellotto. est in Recent. decis. 327. par. 1. per tot. & de dicta clausula, num. 15. & 16. Et notauimus ex d. decis. & alijs in I. Parte in decis. Seguntina pensionis. 16. Maij 1598. coràm Corduba.*

Vide infrà *à Clausula 299. vsq; ad Cordubam 332.*

§. 15. Clausula, *Dummodo in passiuis*, posita in mandato procuræ reddit illud captiosum. *Rota in Agrigentina Canonicatus. Mercur. 5. Nouembris 1586. coràm Gypsio. in fin. est decis. 4. in eius lib. 1. in manuscr. incip. In causa Agrigentina. post Comitul. in Siracusana quarta. 16. Nouembris 1588. est decis. 33. in eius lib. in manuscript. incip. Episcopus Siracusanus.*

Clausula 27. Et alijs in articulis primò dandis specificandis.

§. 1. CLAVSVLA commissionis, Et alijs in articulis primò dandis specificandis. Per istam clausulam non possunt deduci maiora expressis. *c. Sedes. de rescript. Parif. conf. 73. nu. 71. lib. 1. Rota in Abulen. iurisdictionis. 23. Iunij 1567. coràm Card. Seraphino. est decis. 23. num. 1. in impress.* vbi quod cognitio causarum criminalium erat grauior cęteris expressis in cõmissione.

Clausula 28. Et aliàs prout in instrumento.

§. 1. CLAVSVLA, Et aliàs prout in instrumento, &c. intelligatur vltrà specificata. *Alex. cons. 36. num. 6. lib. 2. Natt. cons. 403. nu. 6. Put. decis. 36. lib. 3. & 325. lib. 2. Peregr. decis. 28. optimè Dec. cons. 63. nu. 6. Rota in Prænestina transactionis. Lunæ 16. Maij 1575. coràm Card. Seraphino. est decis. 257. num. 2. in impress.*

Vide infrà *in Clausula 338.*

Clausula 29. Et cum absolutione ad effectum.

§. 1. CLAVSVLA, Et cum absolutione ad effectũ, &c. ideò ponitur in impetrationibus beneficiorum, vel officiorum Ecclesiasticorum, quia collatio de eis facta excommunicatis est ipso iure nulla. *Rota in Oscen. Archidiaconatus 12. Decembris 1603. coràm Seraphino. incip. Dubitatum fuit. in fin. quæ decisio non habetur inter eius impressas.*

Clausula 30. Etiamsi talia forent, quæ specialem, &c.

§. 1. CLAVSVLA, Etiamsi talia forent, quæ specialem mentionem requirerent, cuius sit virtutis.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Lex. Obseruat. circa Diuersa Cap. Iuris Canon. cap. nuper. de decim. non obstat Monialibus.*

Clauf. 31. Et interim quãdo non fuit apposita in instrumento.

§. 1. CLAVSVLA, Et interim, quandò non fuit apposita in instrumento societatis officij, quid denotet.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Societas. Obseruat. circa Societatem Officij. §. 14. Societas officij inita sub periculo vitæ. in fin.*

Clausula 32. Et quibus dederit.

§. 1. CLAVSVLÆ, Et quibus dederit, æquipollet clausulæ, successoribus quibuscumquè. *Rota in Romana bonorum de Lilio. 7. February 1582. coràm Card. Seraphino.*

Et vide *in nostris Obseruat. in verb. Verba. vers. Successoribus quibuscumquè. §. 3. Obseruat. circa Verba particularia.*

§. 2. Clausula, Et quibus dederis, posita in concessione feudi, tunc non requiritur nouus consensus domini in eius alienatione, tamen quando dictum est, & quibus dederis in feudum, vel titulo feudi, tunc est maior difficultas, per ea quæ habentur *in cap. 1. in fin. & ibi Afflict. & Scrib. de feud. non habent. propr. nat. feud. Imol. Castr. 14. Aprilis 1570. coràm Seraphino. est decis. 99. num. 1. in impress.* vbi Rota dixit esse particulariter videndum, an requiratur nouus consensus Papæ, an verò dictus consensus sit pro quadam recognitione minime necessarius ad dictæ alienationis validitatem.

§. 3. Clausula, Et quibus dederis, posita in concessione feudi, quid operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Feudum. Obseruat. circa Successionem. §. 5. Feudum quando datur cum clausula, & quibus dederis.*

§. 4. Clausula, Et quibus dederit, posita in inuestitura emphyteosis Ecclesiasticæ facit eam transitoriam ad hæredes extraneos.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Emphyteosis. Obseru. circa Concessionem in generationem. §. 11. Emphyteosis Ecclesiastica concessa pro se veniat in restitutione fideicommissi.*

Vide etiam *in Clausula 614.*

Clausula 33. Ex certa scientia.

§. 1. CLAVSVLA, Ex certa scientia, Rota indistinctè tenet hanc clausulam cum alijs similibus operari tantum circa ea, quæ sunt iuris, non autem circa ea, quæ sunt facti. *Curt. Sen. cons. 49. nu. 34. Socc. Iun. cons. 77. nu. 105. lib. 1. Rol. qui alios refert cons. 7. nu. 105. lib. 3. Rota in Portuen. bonorum. Vener. 4. Nouembris 1575. coràm*

corâm Card. Seraphino. est decis. 268. nu. 5. in impress.

§. 2. Clausula, Ex certa scientia, posita in confirmatione Apostolica, non potest dici ex certa scientia, etiam stante dicta clausula, nisi totus tenor tunc Papæ innotuerit.

Vide in nostris Obseruat. in verb. Contumacia. Obseruat. circa Sententiam. §. 2. in Contumaciam sententiam latam à Gubernatore Vrbis. num. 16. & 17.

§. 3. Clausula, Ex certa scientia, non tollit defectum substantialem.

Vide in nostris Obseruat. in verb. Priuilegium. Obseruat. circa Miscellanea. §. 10. vers. Priuilegium pendente lite impetratum non suffragatur.

Vide etiam infrà in Clausulis 391. & 392.

Clausula 34. Firma remanente executione.

§. 1. CLAVSVLA in supersessoria, Firma remanente executione, intelligitur dummodo executio fuerit facta, & non dicitur cœpta per citationem ad videndum supersederi in executione, quia hæc instantia potuit fieri, ne deueniretur ad executionem. Rota in Verulana expensarum 19. Ianuarij 1601. corâm Seraphino. est decis. 1381. num. 2. in impress.

Clausula 35. Habita, vel non habita possessione.

§. 1. CLAVSVLA, Habita, vel non habita possessione, posita in reseruatione pensionis, quid operetur.

Vide in nostris Obseru. in verb. Beneficium. Obseru. circa Pensionis reseruationem. §. 8. Pensio si fuerit reseruata cum clausula habita.

Vide etiam infrà in Clausula 410.

Clauf. 36. Indignationem Dei, & Apostolor. Petri, & Pauli.

§. 1. CLAVSVLA, Indignationem Dei, & Apostolorum Petri, & Pauli, cum clausula, in virtute Sanctæ obedientiæ, non importat, excommunicationem, neque priuationem beneficiorum, & hoc ita censuit Sacr. Congregatio Concilij contrà Baldum.

De quo vide in nostra 3. Parte circa Doctores. in §. 41. Bald. in c. 1. §. porrò si dominum. nu. 6. qua fuit prim. caus. benef. amitt. in vsib. feud.

Vide infrà in Clausulis 423. & 424.

Clausula 37. In omnibus autem alijs bonis.

§. 1. CLAVSVLA testamentorum, In omnibus autem alijs bonis, &c. non operatur quod hæres vniuersalis non sit etiam institutus in legatis, & fideicommissis particularibus, quæ præstare debet illis, quibus sunt relicta. Paris. cons. 54. nu. 48. & 49. lib. 3. quod consilium Rotæ placuit in Vrbeuetana Castrorum. Vener. 1. Iulij 1569. corâm Card. Seraphino. est decis. 83. num. 2. in impress.

Vide etiam in Clausula 417.

Clausula 38. In solidum.

§. 1. CLAVSVLÆ, In solidum, æquiualet clausula, Ratum habere quicquid per eos, & eorum alterum, &c. in mandato procuræ.

Vide in nostris Obseruationibus in verb. Mandatum. Obseruat. circa Mandatum procuræ. §. 5. in Mandato procuræ licet non sit posita clausula, in solidum.

§. 2. Clausula, In solidum non venit in obligatione Camerali nisi exprimatur.

Vide in nostris Obseruationibus in verb. Obligatio Cameralis. §. 31. incip. In Cameralis obligationis.

Clausula 39. Ipso iure.

§. 1. CLAVSVLA Verba, Ipso iure quod perpetuitatem indicent.

Vide in nostris Obseruat. in verb. Abbatia. Obseruat. circa Electionem. §. 2. Abbatiam requirentem ordinem sacerdotalem.

Et fusiùs in nostris Obseruat. in verb. Ordo. Obseru. circa Ordines sacros. §. 16. ad Ordines sacros ante tempora.

§. 2. Clausula, Ipso iure, ista verba iuncta verbo reuertatur, operantur resolutionem contractus sine traditione.

Vide in nostr. Obseruat. in vers. circa Pactum resolutiuum tres fuerunt, &c. in secunda difficultate. §. 15. Obseruat. circa Miscellanea.

Vide etiam in Clausula 446.

Clausula 40. Ita quod, &c.

§. 1. CLAVSVLA, Ita quod. Ista clausula declarat, & limitat præcedentia retentis ijsdem terminis, & cum ijsdem qualitatibus. Paris. cons. 20. nu. 47. lib. 2. Rota in Comen. prætensæ translationis pensionis. Ven. 6. Nouemb. 1592. corâm Orano. & post Dec. cons. 227. num. 5. Paris. vbi sup. & Aym. cons. 548. nu. 11. lib. 3. fuit dictum in Recanaten. transactionis. Merc. 1. Iunij 1594. corâm Gypsio. est decis. 146. in eius lib. 2. in manuscript. incip. In hac causa.

§. 2. Clausula, Ita quod. Ista clausula variè accipitur, restrictiuè, vel declinatiuè, aut ampliatiuè secundum subiectam materiam.

Vide in nostris Obseruat. in verb. Regula Cancellariæ. Obseruat. circa Regulam de Valore. §. 1. Regula de Valore iuxtà editiones nouissimas. in fin.

§. 3. Clausula, Ita quod. Ista verba sunt restrictiua, sicut etiam verba, taliter.

Vide in nostr. Obseruat. in verb. Substitutio. Obseru. circa Fideicommissariam. §. 2. Substitutio fideicommissaria facta deficiente linea.

Vide etiam in Clausulis 448. & 449.

Clausula 41. Ita tamen.

§. 1. CLAVSVLA, Ita tamen. Natura harum dictionum est limitare, & restringere dispositionem, cui adijciuntur. l. Lucius. §. qua habebat. & l. ita tamen. ad Trebell. Dec. cons. 154. propè fin. Paris. cons. 106. nu. 9. lib. 1. Cozad. cons. 38. nu. 6. Soccin. Iun. cons. 160. num. 46. lib. 2. Rota in Portuen. bonorum 26. Februarij 1580. corâm Card. Seraphino. est decis. 447. nu. 3. in impress.

§. 2. de Clausulæ cuiusdam intellectu in Indulto Cæsar. Maiestati concesso, videlicet. Ita tamen quod persona, &c.

Vide in nostris Obseruat. in verb. Beneficium. Obseruat. circa Indultum. §. 1. in Indulto Sacr. Cæsar. Maiestati concesso.

Vide etiam in Clausula 450.

Clau-

Clauf.42. Ius,& iuftitiam faciat.

§. 1. CLAVSVLA libelli, Ius, & iuftitiam miniftrare; propter hanc claufulam in acceſſorijs, & conſequutiuis admittitur libellus generalis, *Rota in Papien. melioramentorum 2. Iunij 1581. coràm Card. Lancellotto. eſt deciſ. vnic. de melioram. inter eius ſelectas in manuſcript.*

§. 2. Claufula, Iuftitiam faciat, extenfa à Regente non eft attendenda ftante Signatura Papæ in qua expreſsè diſponit, tunc enim illa eſt attendenda quādo reſcribit ex certa ſcientia, etiam quod videatur eſſe contrà iuris communis diſpoſitionem.

Vide *in noſtris Obſeruationibus in verb. Signatura. Obſeru. circa Signaturam Papæ. §. 1. Signatura Papæ præcipuè eſt attendenda. num. 1. & 10.*

Vide etiam *in Clauſula 457.*

Claufula 43. Iuxtà formam fupplicationis fignatæ, &c.

§. 1. CLAVSVLA mandati (iuxtà formam ſupplicationis ſignatæ, vel ſignandæ) importat voluntatem, & conſenſum mandantis.

Vide *in noſtris Obſeruat. in verſ. Mandatum cum clauſula, iuxtà formam. §. 6. Obſeruat. circa Mandatum procura. de diuerſis clauſulis dicti Mandati.*

Vide etiam *in Clauſula 461.*

Clauf.44. Latiſſimè extendeñ.

§. 1. CLAVSVLA, Latiſſimè extendeñ. æquipollet clauſulæ, Quorum tenores. *Rota in Aſtoricen. Archidiaconatus 4. Maij 1576. coràm Cardin. Seraphino. eſt deciſ. 296. num. 8. in impreſſ.*

§. 2. Clauſula, Latiſſimè extendeñ, poſita in derogationibus quid operetur.

Vide *in noſtr. Obſeruat. in verb. Lex. Obſeruat. circa Diuerſa Cap. Iuris Canon. cap. nuper. de decim. non cenſetur eius primæ parti.*

Vide etiam *in Clauſula 463.*

Claufula 45. quatenus Licita, & honeſta.

§. 1. CLAVSVLA, Licita tamen, poſita in confirmatione Apoſtolica facit, vt referatur ad non expreſſa, & gratia ſit in forma communi. *Rota in Vlixbonen. bonorū 26. Iunij 1596. coràm Seraphino. eſt deciſ. 198. num. 7. in impreſſ.* vbi etiam allegatur *Legionen. iuriſdictionis 11. Maij 1580. coràm eodem. eſt deciſ. 460. nu. 4. in impreſſ. & poſt Oldrad. conſ. 330. ad fin.* fuit dictum *in Corduben. ſtatutorum. Vener. 3. Iunij 1588. coràm Gypſio. eſt deciſ. 97. in eius lib. 1. in manuſcrip.* vbi quod idem tentum fuerat *in vna Seguntina iuriſdictionis. Vener. 17. Nouembris 1587. coràm ipſo. eſt deciſ. 258. in eod. lib.* vbi etiam quod dicta clauſula non refertur ad expreſſa. Idem fuit dictum *in Agrigentina Palatij Adriani. Merc. 7. Februarij 1565. coràm Oradino.* vbi quod hæc clauſula non refertur ad pacta in conceſſione emphyteotica, expreſſa, etiam quod aliàs eſſent ſimoniaca, quæ tamen ſimonia excluditur, quia fuerant Papæ expreſſa in ſupplicatione, & relata in literis, & non mandauit caſſari.

§. 2. Clauſula, quatenus Licita, & honeſta, &c. poſita in confirmatione concordiæ, an importet conditionem de præſenti, vel ſuſpenſiuam.

Vide fusè *in noſtr. Obſeruat. in verb. Concordia. Obſeruat. circa Concordiam inter Epiſcopum, & Canonicos. §. 1. Concordia inita fuerat. per tot.*

Vide etiam *in Clauſulis 469. & 607.*

Clauf.46 necnon Litis,& cauſæ.

§. 1. CLAVSVLA, Necnon litis, & cauſæ ſi quæ ſint, &c. poſita in commiſſione non purgat vitium attentatorum ob litis pendentiam.

Vide *in noſtr. Obſeruat. in verb. Attentata. Obſeruat. circa Purgationem. §. 3. Attentatorum vitium licet purget ſcientia.*

Vide etiam *in Clauſula 482.*

Claufula 47. Motu proprio.

§. 1. CLAVSVLA, Motu proprio, poſita in gratia operatur, quod non ſit iuſtificanda, quia cenſentur omnia probata, quæ Papa in ſuis literis expreſſit. *Gabr. de clauſ. concl. 2. nu. 89.* & ſaltem transfert onus probandi in aduerſarium. *Put. deciſ. 323. num. 5. lib. 2.* Et ſi pars velit dare de defectu intentionis, ipſi opponenti incumbit onus probandi talem defectum intentionis. *Rota in Fauentin. Monaſterij 15. Decembris 1603. coràm Seraphino. eſt deciſ. 1484. num. 10. in impreſſ.* Et quando actor cōtrà poſſeſſorem vult dare de defectu intentionis Papæ, debet dare de tali defectu per quem ius ſuum includatur, maximè ſi adſit clauſula, dummodo de tempore datæ præſentium non ſit prouiſum, &c. *Rota in d. Fauentina Monaſterij 17. Maij 1604. coràm eodem. eſt deciſ. 1408. num. 1. in impreſſ.*

Et vide *ſuprà in Clauſula Dummodo. §. 1. incip. Dummodo de tempore datæ præſentium, &c. non inducit conditionem circa dictam clauſulam.*

§. 2. Clauſulæ, Motu proprio, & ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, quorum tenores, & ſublata, omnes ſimul iunctæ tollunt omne vitium ſubreptionis, & defectum intentionis. *Gloſ. in c. 2. de fil. preſbyt. Mil. in verb. Scientia certa. Pariſ. conſ. 3. num. 71. & ſeq. lib. 4.* cum alijs citatis pro *Gabr. de clauſ. concluſ. 1. nu. 25. & concluſ. 2. num. 24. Rota in Auellina vnionis. Vener. 15. Decembris 1595. coràm Gypſio. eſt deciſ. 26. in eius lib. 2. in manuſcript. incip. Domini vtraquè.*

§. 3. Clauſulæ, Motu proprio, & ex certa ſcientia, non præiudicant tertio, maximè quando nulla interuenit cauſæ cognitio.

Vide *in noſtr. Obſeruat. in verb. Cenſus. Obſeruat. circa Impoſitionem. §. 6. Cenſus impoſitus ſuper feudo mixto.*

§. 4. Clauſula, Motu proprio in tertij præiudicium quando non ſuffragetur.

Vide *in noſtr. Obſeruat. in verb. Priuilegium. §. 10. Obſeruat. circa Miſcellanea. verſ. Priuilegium pendente lite impetratum non ſuffragatur.*

Vide etiam *in Clauſula 481.*

Claufula 48. Non aliàs aliter.

§. 1. CLAVSVLA, Non aliter, & clauſula, In præmiſſis, & circa præmiſſa, poſitæ in mandato procuratoris cōprehendunt caſus ſimiles expreſſis. *Rota in Aſtoricen. penſionis 19. Octobris 1573. coràm Cardin.*

Lan-

Lancellotto. est decis.3. de pens. inter eius selectas in manuscript.

§. 2. Clausula, Non aliàs aliter nec alio modo, posita in contractu arguit præcisam intẽtionem contrahentiũ.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Census. §.2. Obseru. circa Miscellanea. vers. Censum emens super re certa.* Et quod sit clausula præcisa. Vide *in nostr. Obseru. in verb. Fideiussor. Obseruat. circa liberationem. §.1. Fideiussor de euictione si accedat. num.6. & 11.*

§. 3. Clausula, Non aliàs aliter, nec alio modo, importat conditionem suspensiuam, & posita in reseruatione pensionis facit pensionem indiuiduam, & si sic excessiua non est reducibilis.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Beneficium. Obseru. circa Pensionem, quoad Reductionem. §. 1. Pensio si sit excessiua.* Item posita in alienatione rei emphyteoticæ quod non inducat caducitatem.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Caducitas. Obseruat. Quando quis excusetur. §.5. Caducitatem non incurrit emphytecota.*

§. 4. Clausula, Non aliàs aliter, nec alio modo, quid operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Venditio. Obseruat. circa Miscellanea. §.2. Vendere promittens Castrum. num.17. 18. & 19.*

§. 5. Clausula, Non aliàs aliter, &c. reddit gratiam indiuiduam.

Vide *in nostr. Obseruat. in vers. Gratia redditur indiuidua, &c. propter clausulam, nõ aliàs aliter, &c. §.4. Obseruat. circa Miscellanea.*

§. 6. Clausula, Non aliàs aliter, & clausula, tali casu, important formam. *Alex. cons.3. num.5. lib.1.* cum alijs quos citat *Decian. cons.107. nu.7. lib.2. Tarentina Viridary. vit. May 1596. coràm Cardin. Arigonio.* quæ decisio dicitur, fuisse postea extensa à Card. Seraphino tunc Decano, quia Arigonius fuit ad Cardinalatum assumptus eo tempore. *inter impress. Seraphini. est decis. 1190. nu.6.*

§. 7. Clausula, Non aliàs aliter, nec alio modo, ope-
1 ratur † conditionem suspensiuam. *Bald. in Auth. in-
gressi. num.12. de Sacrosanct. Eccles. Curt. Sen. cons.8.*
2 *nu.12.* & † restringit præcedentem facultatem. *Bald.
post glos. in l. siquidem. C. de except. Dec. cons.360. n.6.*
3 *ante med.* ita † vt nihil censeatur actum *Caputaq. decis.82. nu.3. & 4. p.3. Rota in Hispalen. & Caurien. permutationis. Lunæ 10. Martij 1597. coràm Gypsio. est decis.103. in eius lib.2. in manuscript. incip. Fuit dubitatum, an resignatio.* vbi ex hoc infert quod stante hac clausula in secundo mandato censetur primum reuocatum.

§. 7. Clausula, Non aliàs aliter, nec alio modo, & clausula, saluo beneplacito, positæ in alienatione feudi, si alienatio est nulla, quid dictæ clausulæ operentur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Feudum. Obseruat. circa Alienationem. §. 1. Feudum si alienetur cum clausula.* Vide etiam *in Clausula 492.*

Clausula 49. Non obstantibus.

§. 1. CLAVSVLA, Non obstantibus, *in fine.* omnia supplet, vt in terminis ait *Bald. in Auth. si qua illustris. num.5. & seq. ad Orfirian.* & sequitur *Castrens. cons.41. lib.2. Rota in Romana de Zambeccarijs 2. Decembris 1588. coràm Comitulo. num.23. est decis.35. in eius lib. in manuscript. incip. Stante priuilegio.*

§. 2. Clausula, in commissionibus, Non obstante, quod causæ non sint ad curiam legitimè deuolutæ, licet non ampliet rescriptum nihilominus declarat intentionem rescribentis. *Bald. in l. eam quam. nu.36. C. de fideic. Felin. in cap. licet in corrigendis. de officio ordin. Rota in Oriolen. decimarum. Lunæ 26. Februarij 1590. coràm Orano. est decis.31. in eius lib.2. in manuscript. incip. Resoluerunt Domini.*

§. 3. Clausula, Non obstantibus, licet non augeat gratiam declarat tamen intentionem concedentis quatenus dubia sit circa cõcessa. *ad text. cum ibi not. in Clem.1. de præb. Bald. in l. eam quàm. num.36. & seq. C. de fideic. Castrens. cons.361. nu.10. lib.1. Ruin. cons.73. nu.11. lib.3. Socein. Iun. cons.93. nu.23. lib.3. Rota in Romana de Zambeccarijs 2. Decembris 1588. coram Comitulo. num.21. & seq. est decis.35. in eius lib. in manuscript. incip. Stante priuilegio.*

§. 4. Clausula, Non obstante quauis consuetudine etiam immemorabili de qua in Concil. Trid. sess.24. cap.3. nõ comprehendit consuetudinẽ confirmatam, dum verò subiungitur, & exemptionibus, & Priuilegijs quibuscumque, intelligenda sunt ista verba de quibuscumq; Priuilegijs ius ex se tribuentibus, nõ ex alio vinculo, putà confirmationis. *Rota in Salamantina iurisdict. 14. Decembris 1579. coràm Seraphino.*

§. 5. Clausula, Non obstantibus consuetudinibus, &c. posita in Bulla Papæ per eam non probatur enunciatiua consuetudinis, quam Papa dicit non obstare.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Enunciatiua. Obseru. circa Miscellanea. §.6. Enunciatiua duæ antiqua requiruntur. num.2.*

§. 6. Clausula generalis, Contrarijs quibuscumque non obstañ, &c. si subiungatur post aliquas derogationes, non solum tollit consuetudinem immemorabilem, sed etiam confirmatam.

De quo vide *in nostr. Obseru. in vers. Concil. Trid. sess.24. cap.3. Vigore huius decreti non potest Episcopus, &c. in fin. ibi, vltima quod non procedat, &c. §.2. Obseruat. circa d. Concil.*

§. 7. Clausula, Non obstantibus quibuscumq; posita in legitimatione operatur quod nõ possit opponi de surreptione ob taciturnitatem qualitatis spurietatis.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Legitimatio. Obseruat. circa Legitimationem in genere. §.22. de Legitimatione valida.*

§. 8. Clausula, Non obstante, non requiritur quando agitur de reducenda cõstitutione exorbitanti ad terminos iuris communis, & S. Concilij Tridentini, cum reductio sit fauorabilis, iuxtà doctr. *Bald. in l. si quis ad declinandum. in lectur. nou. in fin. C. de episc. & cleric. Bero. cons.7. nu.21. lib.3. Rota in Calagurritana reductionis Motus proprij. Vener. 29. Martij 1591. coràm Card. Seraphino. est decis. 942. nu.13. in impress.*

§. 9. Clausula, Non obstañ præmissis, & quibuscumq; contrarijs, posita in Motu proprio, facta mentione de Religione Hierosolymitana, derogat eius Priuilegijs perinde ac si nominatim in contrarium obstantibus fuisset derogatum. *Anchar. cons.335. nu.2. Alex. cons.187. nu.19. lib.5. Dec. cons.55. nu.5. Paris. cons.10. num.133. lib.2.* Vulgare enim est, quod etsi Priuilegia habeant clausulas prægnantes etiam cum derogatorijs derogatoriarum ad dispositiones sequentes, quod stylus Curiæ illa generali derogatione contentetur. *Cassad. decis.10. nu.2. super regul. Sarn. in prohem. regul. quæst.6. nu.7. & ad regul. de Trienn. q.17. num.15.*

nu. 15. cum addnct. per Gabr. de clauf. concl. 5. nu. 14. Rota in Camerinen. pensionis. Veneris 7. Iunij 1591. coràm Orano. est decis. 99. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Proposui dubium.

§. 10. Clausula, Non obstan constitutionibus, &c. derogat Concilio Lateranensi de quo *in cap. nuper. de decim. nec requiritur specialis derogatio. Rota in Pampilonen. decimarum de Olite. 1. Iulij 1577. coràm Cardin. Lancellotto. est decis. vnic. de decim. inter eius selectas in manuscript.* vbi quod aliàs in terminis dicti Concilij fuit resolutum *coràm D. Robusterio in causa Vlixbonen. decimarum de Bellem.*

§. 11. Clausulæ, Non obstañ priuilegijs, quoq; indultis, &c. sub quibuscumquè tenoribus, formis, &c. etiam Motu proprio, &c. etiamsi de illis, &c. illorum tenores, &c. latissimè extendeñ, &c. idem operantur, ac si nominatim in contrarium obstantibus fuisset derogatum.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Beneficium. Obseru. circa Erectionem. §. 6. super Beneficiorum fructibus si aliquod onus. circa med.*

§. 12. Clausulæ, Non obstañ, & de plenitudine potestatis, non operantur in his quæ sunt facti, de quibus Princeps non præsumitur informatus.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Priuilegium. §. 10. Obseruat. circa Miscellanea. vers. Priuilegium pendente lite impetratum non suffragatur.*

Vide infrà *in Clausula 496.*

Clausula 50. Nullo iure.

§. 1. CLAVSVLA, Nullo iure, &c. posita in venditione, extenditur ex stylo, *sibi nec suis successoribus de cætero reseruato. Rota in Romana domus. Vener. 1. Februarij 1590. coràm Card. Seraphino. est decis. 932. num. 14. in manuscript.*

§. 2. Clausula, Nullo iure, posita in contractu emphyteutico quid operetur, & quomodo intelligatur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Emphyteusis. §. 6. Obseruat. circa Miscellanea. vers. Emphyteuticus contractus, & non censualis.*

Clauf. 51. Omni meliori modo.

§. 1. CLAVSVLA, Omni meliori modo, si in instrumento, vel alia dispositione, eam præcedat copula, &, implicat etiam alios modos ab expressis diuersos, secus verò quando deest dicta copula, quia tunc restringitur ad expressa tantum. *Achill. decis. vnic. de verb. signif.* & fuit consideratum *in Ciuitatis Castelli donationis 20. Iunij 1578. coràm Card. Seraphino. est decis. 369. nu. 5. in impress.* vbi fuit dictum, donationem de qua in eo casu esse causa mortis, & per dictam clausulam cum dicta copula &, non posse sustineri vti inter viuos, quia dicta clausula non fuerat posita inter modos donandi, sed inter qualitates ipsius donationis, quia non fuerat ibi dictum, donat causa mortis, & omni meliori modo. Sed sic, sponte & omni meliori modo, de quo etiam vide *in nostr. Obseruat. in vers. Donatio est causa mortis, & non inter viuos. ibi, Nec obstat clausula omni meliori modo, &c.* Idem fuit consideratum *in Ravennaten. donationis 29. Aprilis 1596. coràm eod. Seraphino. est decis. 1184. num. 3. in impress.* vbi allegatur *Cassadòr. decis. 7. nu. 7. de appell. & Achill. decis. vnic. de clauf. Et in Romana compromissi 17. Aprilis 1573. coràm eodem. est decis. 201. num. 22. in impress.* vbi adsunt verba, ac aliàs omni meliori modo.

Et vide *in nostr. Obseruat. in vers. Donatio non insinuata est nulla. in fin. §. 5. Obseru. circa Insinuationē.*

Idem fuit resolutum *in Florentina damnorum, & interesse. Lunæ 9. Nouembris 1585. coràm Gypsio.* vbi quod idem fuerat dictum *in vna 50. mill. coràm Aldobrandino 30. Iunij 1574.* & subiungitur quod quando sine dicta copula reperitur tunc nihil operatur vltrà expressa. *Achill. decis. 1. de clauf. Verallus dicens hoc per Rotam seruari decis. 124. lib. 1. Cæsar de Grass. decis. 1. nu. 4. de elect.* fuit dictum *in Viterbien. fideicommissi. Luna 24. Ianuarij 1605. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 207. num. 4. in impress.* vbi quod per istam clausulam substitutio vulgaris non trahitur ad fideicommissariam.

§. 2. Clausula, Omni meliori modo, est eius naturæ, vt non restringatur ad specificatum, sed ad omnem casum referatur, qui melius, & plenius valere potest. *Bald. in l. vinum. nu. 16. ff. si cert. pet. Rip. in l. 1. §. si quis ita. nu. 8. de verb. oblig. Dec. in cap. cum super. col. penult. in fin. de offic. deleg. & cons. 14. num. 4. Rota in Claræuallen. grani. Ven. 22. Iunij 1590. coràm Orano. est decis. 61. in eius lib. 2. in manuscrip. incip. Quoniam.*

§. 3. Clausula, Omni meliori modo, declarat materiam esse diuiduam, & efficit ne vtile per inutile vitietur.

Vide *in nostr. Obseruat. in vers. Legitimatio facta ad sustinendum. in fin. §. 18. Obseruat. circa Legitimationem in genere.*

§. 4. ex Clausula, Omni meliori modo, aliàs Rota fecit coniecturam pro substitutione. *Put. decis. 215. lib. 3.*

Vide *in nostris Obseruat. in verb. Fideicommissum. Obseruat. circa Conditionalem. §. 5. Fideicommissi conditionalis spes non transmittitur. num. 12.*

§. 5. Clausula, Omni meliori modo, non auget dispositionem quando actus modo expresso valere potest. *Paris. cons. 72. num. 9. lib. 3. Lancellott. Galiaul. in l. 1. in l. 1. §. si quis ita. de verb. obligat. Rota in Bononien. fideicommissi de Pansarasijs. Vener. 17. Nouembris, & 15. Decembris 1589. coràm Gypsio. est decis. 32. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Excellens Dominus.* vbi quod promissio dotis facta tutorio nomine cum dicta clausula non intelligitur facta nomine proprio.

§. 6. Clausula, Omni meliori modo, non trahitur ad incogitata, secundum *Roman. cons. 291. Felin. in cap. super. num. 13. vers. secundò quæro. de offic. deleg. Rota in Bononien. fideicommissi de Pansarasijs. Ven. 17. Nouembris, & 15. Decembris 1589. coràm Gypsio. est decis. 32. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Excellens.*

§. 7. Clausula, Omni meliori modo, stante hac clausula debet actus referri ad causam per quam sustineatur. *Rota in Romana officij curiæ de Sabellis 3. Iunij 1580. coràm Card. Seraphino. est decis. 460. num. 3. in impress. & in Romana compromissi 17. Aprilis 1573. coràm eod. est decis. 201. num. 22. in impress.* maximè quando adest copula &, siue, ac aliàs, & etiam quando adest iuramentum.

Vide *in nostr. Obseru. in vers. Donatio non insinuata est nulla. in fin. §. 5. Obseruat. circa Insinuationem.*

§. 8. Clausula, Omni meliori modo, non alterat principalem dispositionem, neque eam amplit at ad casus in ea non comprehensos. *Rota in Romana fideicommissi de Stanchis 13. Ianuarij 1597. in fin. coràm Card. Seraphino. est decis. 1216. num. 2. in impress.*

§. 9. Clausula, Omni meliori modo, &c. nihil operatur inter absentes. *Rota in Portuen. bonorum 2. Decembris*

cembris 1580. *coràm Card. Seraphino. est decis.*487. *num.*19. *incip. Fuit resolutum. in impress.*

§. 10. Clausula, Omni meliori modo, cum interpositione Iuramenti, & obligatione Cameræ in ampliori formâ, positæ in obligatione fideiussoris operantur obligationem vti principalis.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Fideiussio. in vers. Fideiussio accessoria venditionis. in 2. limitatione. S. 2. Obseruat. circa Nullitatem contractus.*

§. 11. Clausula, Omni meliori modo, &c. est maximi ponderis in decreto examinis testium, & similibus actibus per eorum substentatione. *Put. decis.*230. *Sebastianus Martini. lib.*2. *Rota in Perusina hæreditatis. Vener.* 30. *Octobris* 1587. *coràm Card. Seraphino. est decis.*800. *num.*2. *in impress.*

§. 12. Clausula, Omni meliori modo, pro hanc solam clausulam positam in secundo testamento non reuocatur primum. *Rota in Romana vineæ* 20. *Octobris* 1574. *coràm Seraphino. est decis.*239. *num.*1. *in impress.*

§. 13. Clausulæ, Omni meliori modo, vim habet iuramentum.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Fideiussor. Obseruat. circa Contractus nullitatem. S.* 2. *Fideiussores, qui accesserunt contractui minoris.*

§. 14. Clausula, Omni meliori modo, posita in vnione ad supplicationem, refertur ad modum in supplicatione expressum.

Vide *in nostris Obseruationibus in verb. Beneficium. S.* 5. *Obseruat. circa Vniones validas. vers. Vnio canonicatuum, & præbendarum facta mensæ capitulari.*

§. 15. Clausula, Omni meliori modo, quando est expressus certus modus non operatur vltrà expressum, præsertim quando est sine copula.

Et vide *in nostris Obseruationibus in verb. Societas. Obseruat. circa Miscellanea. S.* 2. *Societatis administrator deputatus cum facultate. num.*2. *&* 3.

§. 16. Clausula, Omni meliori modo, & clausula, codicillaris posita in testamento multum operatur ad inducendum fideicommissum.

Vide *in nostris Obseruat. in verb. Fideicommissum. Obseruat. circa Vocatos. S.* 1. *per Fideicommissum fuisse vocatos filios. num.*13.

§. 17. Clausulam, Omni meliori modo, tunc operatur quando dispositio, & actus non potest valere aliquo modo, secus si potest. *Menoch. præsumpt.* 76. *num.*82. *lib.*4. vbi alios allegat, & reprobat contrarium tenentes. quem sequitur *Rota in Bononien. fideicommissi de Lambertinis. Ven.* 11. *Martij* 1611. *nu.*29. *corã Reuerendiss. Manzanedo. est in Recent. decis.*300. *par.*1. vbi fuit dictum contrà secundum fideicommissum presertim, quando est sine copula &. vt dicitur *in Viterbien. fideicommissi. Lunæ* 24. *Ianuarij* 1605. *coràm Sanctiss. Ludouisio. Et in Viterbien. fideicommissi. Ven.* 10. *Maij* 1613. *nu.*26. *&* 27. *coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis.*486. *part.*1. *in Recent.*

Vide etiam infrà *in Clausula* 517.

§. 18. Clausula, Omni meliori modo, posita in prohibitione detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, nihil operatur quoad legitimam, cum hæc nec prohiberi, neque onerari possit. *l. quoniam in prioribus. ff. de inoffic. testament. Rota in Foroliuien. fideicommissi. Lunæ* 9. *Maij* 1611. *coràm Cardin. Pamphilio, & in Parmen. Datij. eadem die, & anno, & sic in eadem Rota coràm Decano Coccino. est in Recent. decis.*318. *num.*3. *part.*1.

Clausula 52. Omnesquè alios.

§. 1. CLAVSVLA, Omnesquè alios, posita in commissione operatur, quod per eam censeatur data iurisdictio contrà omnes interesse prætendentes *ad Mobed. decis.*229. *Put. decis.*8. *de iud. &* 96. *lib.*1. *Fab. decis.*15. *lib.*1. *Achill. decis. vlt. de commiss.* Quod tamen non operatur, nisi secuta citatione, adeò quod ante illam, neque ipsi interesse prætendentes, licet tamquàm tertij non tamen tamquàm rei, possunt ad causam admitti. *Rot. decis.*18. *de dol. & contum. in non.* & fuit dictum *in Zamoren. beneficij de Morales. Lunæ* 14. *Iunij* 1593. *coràm Orano. est decis.*211. *in eius lib.*2. *in manuscript. incip. Fuit dictum Rotam.* vbi quod idem fuit resolutum *in vna Bononien. de Ponticulo. Lunæ* 22. *Martij* 1574. *coràm Robusterio, & in Siracusana quartæ* 16. *Nouembris* 1584. *coràm Comitulo.*

Et si dicta clausula reperitur in commissione appellationis, requiritur noua citatio ad dicen. cõtrà commissionem, vt illa vigore clausulæ, omnesq; alios, &c. afficiat interesse prætendentes in commissione non nominatos, quoniam ante nominationem, & specificationem interesse habentium factam à committente causam, non potuissent isti interesse habentes tamquàm rei venire ad illam causam, & vti commissione impetrantis, antequàm impetrans declararet velle ea vti contrà ipsos, & licet iudex appellationis dicitur iudex surrogatus eiusdem causæ, hoc verum est quoad alios effectus, & eius surrogatio, & iurisdictio pendet à commissione, quæ si non facit mentionem, de interessatis eos non comprehendit per dictã clausulam, omnesq; alios, &c. nisi facta specificatione per impetrantem, præsertim quando interessati habent ius diuersum à nominatis in commissione, vt fuit tentum *in d. Zamoren. beneficij.*

§. 2. Clausula, Omnesquè alios, posita in commissione, comprehendit etiam non nominatos. *Rot. decis.*18. *de dol. & contum. in non.* Quod procedit non solum in impetrante commissionem, vt is contrà non nominatum possit procedere, sed etiam is contrà quem impetratur, cum commissio præsentata reddatur partibus communis. *cap. ex tenore. de rescript. & ibi Abb. Rot. decis.*17. *num.*4. *de dol. & contum. in non.* Et ita fuit dictum *in Foroliuien. bonorum* 20. *Decembr.* 1582. *coràm Orano. est decis.*6. *in eius lib.*1. *in manuscript. incip. Domini dixerunt. & post Put. decis.*422. *lib.*1. *Achill. decis.*34. *aliàs* 18. *de rescript.* fuit tentum *in Bononien. Iurispatronatus de Varignana. Vener. vlt. Ianuarij* 1586. *coràm Gypsio. est decis.*34. *in eius lib.*1. *in manuscript. incip. Agentes.*

§. 3. Clausula, Omnesque alios, &c. in commissione posita de quibus intelligatur.

Vide *in nostris Obseruationibus in verb. Commissio. in vers. Commissio cum clausula, omnesquè alios. S.* 2. *Obseruat. circa Diuersas clausulas.*

Clausula 53. de Omnibus, & singulis.

§. 1. Ista CLAVSVLA, *de Omnibus, & singulis*, non solum stat collectiuè propter verbum, omnibus, sed etiam distributiuè propter verbum, singulis; Ac propterea dixit *Rota coràm Gropperio in causa Conchen. fructuum. Lunæ* 17. *Martij* 1561. *incip. Præsupposito. Est decis.*5. *in eius lib. in manuscript.* quod quando

talis

talis clausula posita est in monitorio, perinde est, ac si in monitorio fuissent nominatim expressæ species rerum de quibus agitur, vt in casu decisionis, vbi agebatur contrà Canonicos, ac si essent expressæ singulæ species fructuum, species reddituum, species distributionum, propter vim dictæ clausulæ: Et fuit dictum, quod Canonici negando contenta in monitorio fuerant in tali contumacia in his, quæ verè debebantur, vt potuerint contrà eos concedi censuræ, & maximè ex traditis *in cap. 2. de rescript.* & præsertim *per Iason. in l. Titia. in §. fin. ff. de verbor. obligat.* Quam dixit Rota esse communem opinionem, & non obstare, quod pars aduersa diceret contrariam opinionem esse communem, *vt per Hippol. in pract. in §. quoniam in loco*. Quia hoc negatur; Et quod opinio Hippol. procedit non solum quando multa principaliter petantur, sed etiam cum aliqua qualitate, quia tunc non operatur clausula nisi vtroq; verificato, & quod ita loquantur Doct. per eum allegati.

☞ Circa hanc clausulam vide etiam infrà *in Clauf. 515.*

Clausula 54. Oneramus conscientiam tuam.

§. 1. CLAVSVLA, Oneramus conscientiam tuam, pro eam videtur remissus rigor iuris ciuilis, vt tradit *Dec. post Bald. & Abb. in l. certum. circa fin. C. vnde legit. Rota in Fulginaten. spolij. 29. Februarij* 1580. *coràm Seraphino. est decis. 448. num. 1. in impress.* vbi quod huic clausulæ similis est illa, Arbitrio Rotæ, de qua vide in suo loco.

§. 2. Clausulæ, Onerationis conscientiæ, & appellatione postposita operantur respectu contrauentionum de facto, non autem vbi adest possessor, & ideò stantibus attentatis illa debent imprimis purgari cum suspendant omnia alia iudicia quantumuis priuilegiata, & etiam spolij. *Rota in Alerien. beneficij 15. Martij* 1596. *coràm Card. Seraphino. est decis. 1176. num. 5. in impress.*

☞ Vide etiam infrà *in Clausula 214.*

Clausula 55. Parito Breui.

§. 1. CLAVSVLA, Parito Breui, † operatur vt suspen-
1 datur iurisdictio donec fuerit dimissa possessio, & restituti fructus cum effectu, neque hoc casu sufficit oblatio, sicut sufficit in purgatione spolij, & attentatorum, & in istis terminis procedunt. *Saruens. decis. 15. lib. 1. Ant. Aug. in epit. de fruct. nu. 5. Mobed. decis. 311.*
2 *incip. Cruciferorum fratrũ.* † Ratio differentiæ in illo casu est, quia iurisdictio non est conditionalis, sicut
3 in isto casu, & † practica Rotæ est, vel quod petens procedi ad vlteriora, liquidet ipse fructus, vel impetretur commissio, quod præfigatur ordinario terminus ad liquidandum, quo elapso procedatur in negotio principali, quod fortasse concederetur constito
4 de calumnia liquidare debenti. † Maximè si oblatio non sit pura, nec talis, quæ etiam, vbi admitteretur non esset sufficiens, *ad Bald. in l. lite pendente. num. 1. C. de litig. Rota in Hispalen. beneficij. Vener. 24. Februarij* 1584. *coràm Card. Seraphino. est decis. 655. num. 4. in impress.*

ANNOTATIO.

CAVE, Benigne Lector, ab ista *decis. Hispalen. eum num. 1.* dicitur sufficere oblationem in iudicio attentatorum. Quia contrarium seruatur, nec sufficit dicta oblatio, vt in *Alerien. beneficij 15. Martij* 1596. *coràm eodem Seraphino. est decis. 1176. num. 5. in impress.*

☞ Et habes in *nostris Obseruation. in verb. Attentata. Obseruat. circa Purgationem attentatorum. §. 4. incip. Attentata in primis, & ante omnia.* vbi in specie dicitur non sufficere dictam oblationem, quicquid dixerit *Mobed. hic citatus. in decis. 311. Et cum dicta Alerien. concordat decisio in Panormitana Archidiaconatus. Vener. 22. Maij 1592. coràm Decano Pegna. & in Toletana Capellania de Pastrana. Mercur. 15. Decembris 1610. coràm Cardin. Pamphilio. est in Recent. decis. 269. num. 1. part. 2. cum alijs allegatis in d. §. 4.*

§. 2. Clausula, Parito Breui, cum sit conditionalis, non potest iudex ante impletam conditionem vlterius procedere. *Alex. cons. 218. num. 1. lib. 2. Dec. cons. 198. in fin. Paris. cons. 45. num. 6. lib. 4.* & de paritione posita in conditione debet prius plenè apparere. *Tiraquell. de retract. conuent. §. 2. glos. vnic. num. 4.* Et licet ista clausula fuerit posita in prima commissione, tamen censetur repetita in omnibus sequentibus. *Aegid. decis. 41. 104. & 526. Cassad. decis. 8. de rescript.* Et afficit etiam tertium venientem ad causam pro suo interesse, qui debet admitti in statu, & terminis iuxtà *cap. fin. vt lit. pend. lib. 6. Felin. in cap. cum super. nu. 15. de sent. & re indic.* Et de clausula sine retardatione. *Verall. decis. 1. lib. 1. in manuscrip.* Et de dicta clausula, Parito Breui, posita in commissione causæ contrà præsentatum ad fauorem prouisi Apostolici, quod intelligatur repetita in noua commissione causæ præsentata ad fauorem Patroni pro defensione suæ præsentationis, dictum fuisse *in vna Hispalen. beneficij de Cantellana sub die 8. Aprilis 1585. coram Card. Seraphino. est decis. 696. num. . in impress.* dicitur *in Compostellana Parochialis. Lunæ 16. Decembris 1596. coràm Orano. est decis. 383. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini resoluerunt.* vbi assignatur ratio, ne aliàs aperiatur via impediẽdi executionem Breuium procurando, quod collatorũ veniat ad causam pro defensione suæ collationis. *Hanc decisionem sequitur Rota coràm Sanct. si. Ludouisio. est decis. 36. incip. Capitulum Vrgellen.*

§. 3. Clausula, Parito Breui, ob reuerentiam literarum de iure est quod apponatur in commissionibus aduersus literas Apostolicas, & maximè aduersus Breue Apostolicum, vt Auditor non cẽseatur habere iurisdictionem, nisi prius Breui pareatur. *Cassad. decis. 10. in princ. de rescript. Aegid. de pension. quæst. 35. nu. 9. Riminald. Iun. cons. 634. n. 18. Rota in Gerunden. Canonicatus. Merc. 11. Febru. 1598. coràm Orano. est decis. 9. in eius lib. 3. in manuscr. incip. Fuit conclusum.* vbi propterea dixit stante in commissione clausula, Arbitrio Rotæ, dixit esse locum executioni Breuis.

§. 4. Clausula, Parito Breui, arbitrio Rotæ. Arbitrium ad effectum supersedendi intrat, vbi clausula Breuis, Constito quod decesserit in possessione de tali mense Archiepiscopali Sede vacante, non est iustificata, vel aliàs, quia licet literæ Apostolicæ habeant executionem paratam. *Mobed. decis. 331. Ioan. Paul. decis. 338. & Sarn. in tract. Breu. nu. 4.* id tamen procedit data iustificatione illarum, & non aliàs. *Io. Andr. in cap. 1. de lit. contest. Cæsarc de Grass. decis. 12. nu. 4. de probat.* & fuit dictum *in Toletana Capellania 30. Octobris 1602. coràm Litta.*

§. 5. Clau-

§. 5. Clausula, Parito Breui, posita in commissione, satis videtur constare de paritione Breuis stante fide Notarij reproducta parte citata, quæ numquàm opposuit in actis de non paritione, nec vmquàm est conquesta per spatium duorum annorum, & Domini habuerunt rem pro valdè clara. *Rota in Ciuitaten. fructuum 6. Februarij 1579. coràm Card. Seraphino. est decis. 391. num. 1. in impress.*

§. 6. Clausula, Parito Breui, vel clausula, sine præiudicio literarum Apostolicarum, solet apponi in commissione appellationis ab executione literarum Apostolicarum.

Vide *infrà in Clausula 96. §. 9. incip. Clausula, sine præiudicio literarum Apostolicarum.*

Vide etiam *infrà in Clausula 522.*

Clausula 56. Parito iudicato.

§. 1. CLAVSVLA, Parito iudicato, cum reddat commissionem conditionalem. *Put. decis. 429. lib. 1.* non tribuit iurisdictionem priusquàm doceatur paritum. *cap. cum dilecta. de rescript. c. cum olim. de offic. deleg. Paris. cons. 94. nu. 8. lib. 4. Rota in Calaguritana Capellæ S. Crucis de Nagera. Vener. 13. Ianuarij 1589. coràm Orano. est decis. 392. in eius lib. 1. in manuscript. incip. In causa Calaguritana.*

§. 2. Clausula, Parito iudicato. Ista clausula posita in commissione licet videatur facere illud cōditionale. *Put. decis. 15. de restit. in integr. & 424. lib. 1.* tamen tribuit iurisdictionem si fuit impleta per æquipollēs. *Rota in Aquilana Canonicatus. Vener. 26. Aprilis 1591. coràm Card. Seraphino. est decis. 945. nu. 6. in impress.*

§. 3. Clausula, Parito iudicato, modificatur per clausulam, Arbitrio Rotæ, quando intrat dictum arbitrium propter iustitiam causæ. *Rota in Astoricen. Prioratus 18. Decembris 1598. coram Card. Seraphino. est decis. 1305. num. 1. in impress.*

§. 4. Clausula, Parito iudicato, vigore huius clausulæ, si dimittatur possessio quid operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Attentata est possessio capta pendente decendio ad appellandum. §. 8. Obseruat. Quando causentur.*

Vide etiam *infrà in Clausula 523.*

Clausula 57. Petens ius, & iustitiam, &c.

§. 1. CLAVSVLA, Petens ius, & iustitiam sibi ministrari omni meliori modo, &c. operatur in libello, seu commissione possessorium, & petitorium simul fuisse intentatum, & actionem hypothecariam.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Hypotheca. §. 1. vers. Hypothecaria actio intentata censetur. Obseru. circa Actionem Hypothecariam.*

Vide etiam *in Clausula 457.*

Clausula 58. in Perpetuum, ad habeñ, & quicquid placuerit.

§. 1. CLAVSVLÆ, in Perpetuum, & ad habeñ, & quicquid placuerit faciendum, positæ in emphyteusi Ecclesiastica, faciunt eam transitoriam ad hæredes extraneos. Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Emphyteusis. Obseruat. circa Concessionem. §. 11. Emphyteusi Ecclesiastica concessa pro se.*

Vide etiam infrà *in Clausula 437.*

Clausula 59. Quia sic sibi Placuit.

§. 1. CLAVSVLA, & quia sic sibi Placuit facere, posita in donatione operatur quod donatio non restringatur ad vnam aliquam causam.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Donans censetur donasse ex omnibus causis. §. 18. Obseruat. circa Miscell.*

Clausula 60. de Plano, & manu Regia.

§. 1. CLAVSVLA, de Plano, & manu Regia, in facultatibus gubernatorum posita, non tollit substantialia Iudicij, & per dictam facultatem non procedit, quando causa est ei commissa prout de iure. *Rota in Bononien. de Budriolis 21. Nouembris 1578. coràm Card. Seraphino. est decis. 377. num. 7. in impress.*

Vide etiam infrà *in Clausula 474.*

Clausula 61. de Plenitudine potestatis.

§. 1. CLAVSVLA, de Plenitudine potestatis, non operatur in his, quæ sunt facti, de quibus Papa non præsumitur informatus, prout neque clausula, Non obstañ.

Vide *in nostris Obseruat. in verb. Priuilegium. §. 10. Obseruat. circa Miscellanea. vers. Priuilegium pendente lite impetratum non suffragatur.*

§. 2. Clausula, de Plenitudine potestatis, non operatur in tertij præiudicium, quoad ius ei quæsitum.

Vide *in nostr. Obseru. in verb. Regula de Iur. quæsit. Obseruat. circa Regul. 17. de Iur. quæsit. §. 3. Regula de Iur. quæsit. licet non obstet, vbi constat Papam. num. 3. & 4.*

Clauf. 62. cum Plena, & libera.

§. 1. CLAVSVLA, cum Plena, & libera, &c. posita in mandato restringitur ad præcedentia, & sequētia.

Vide *in nostris Obseruat. in verb. Census. Obseruat. circa Executionem. §. 2. Censum extinguere non potest procurator. num. 3.*

Vide etiam infrà *in Clausula 533.*

Clausula 63. Pleno iure.

§. 1. CLAVSVLA, Pleno iure, posita in donatione causa mortis, non facit vt sustineatur inter viuos, quando ante dicta verba fuit dictum, quod donabat causa mortis, quia dicta clausula qualificatur à præcedentibus, nam semper est repetendum verbum, causa mortis, & sic cum sua qualitate. *Rota in Ciuitatis Castelli donationis 20. Iunij 1578. coràm Card. Seraphino. est decis. 369. num. 5. in impress.*

§. 2. Clausula, Pleno iure, intelligitur secundum subiectam materiam. *Felin. in cap. additis. col. 1. de præscript. Crescent. decis. 277. aliàs 6. num. 18. circa med. de testam. Rota in Taruisina plebis de Modulo. Lunæ 19. Decembris 1594. coràm Gypsio. est decis. 198. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Fuit per omnes.*

Vide etiam infrà *in Clausula 534.*

Clausula 64. Ponens, &c.

§. 1. CLAVSVLA, Ponens, &c. & clausula, nullo iure, posita in contractu faciunt venditionem.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Vendi possunt iura. §. 16. Obseruat. circa Miscellanea.*

§. 2. Clausula, Ponens eum in locum ius, & esse suum, posita in mandato procuræ, operatur vt dicatur in rem propriam, non obstante clausula pro eo.

Vide *in nostris Obseruat. in verb. Mandatum dicitur in rem propriam. §. 8. Obseruat. circa Mandatum procuræ.*

Vide etiam infrà *in Clausula* 536.

Clausula 65. Præseruatiua.

§. 1. CLAVSVLA, Præseruatiua iurium quorumcumq; quando non operetur ad fauorem præseruantis.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Beneficium. Obseru. circa Possessionem. §. 13. Beneficij possessionem relaxans. num. 3.*

Vide etiam infrà *in Clausula* 541.

Clausula 66. Pro eo.

§. 1. CLAVSVLA, Pro eo, posita in mandato procuræ, exponitur idest, loco sui, & non operatur quando mandatum est in rem propriam.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Mandatum. Obseru. circa Mandatum procuræ. §. 8. Mandatum dicitur in rem propriam.*

Vide etiam *in Clausula* 566.

Clauſ. 67. Pro omni, & toto eo.

§. 1. CLAVSVLA, Pro omni, & toto eo, quod dictæ partes possent petere, &c. posita in transactione quid operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Transactio. Obseru. circa Miscellanea. §. 2. in Transactione magis attenduntur verba.*

Vide etiam infrà in clausula prædicta 566. vt ad clausulam proximam.

Clausula 68. Procedat prout petitur.

§. 1. CLAVSVLA, Procedat prout petitur, & iustitiam faciat posita in commissione, debet intelligi iuxtà narrata in commissione, vnde si fuit petitum, vt procederetur in petitorio, ita est sensus, vt in eo procedatur, non obstante *decis. Crescent.* 47. *aliàs* 1. *de rescript.* præsertim quia dicta verba non sunt Præfecti Signaturæ, sed Regentis, qui non potest limitare Signaturam. *Castad. decis. 7. de rescript. Ant. Aug. in suo repertorio. tit. de rescript. nu. 16. Brittonorien. Parochialis 9. Iulij 1568. coràm Card. Lancellotto. est decis. 2. de claus. inter eius selectas in manuscript.*

Clausula 69. Pro se.

§. 1. CLAVSVLA, Pro se, posita in concessione emphyteusis extenditur pro quibuscumq; successoribus. *Rota in Romana domus in Transtyberim. 1. Iulij 1575. coràm Seraphino. est decis. 503. nu. 1. in impress.*

Clausula 70. Pro se, & suis hæredibus.

§. 1. CLAVSVLA, Pro se, & suis hæredibus, & successoribus, operatur quod posita in feudalibus, & emphyteoticis veniant hæredes etiam extranei. *Iul. Clar. in §. emphyteosis. q. 9. & 28. Curt. Iun. cons. 4. per tot. Grat. cons. 60. num. 13. lib. 1. & cons. 19. nu. 2. lib. 2. Rota in Albanen. vinea. Vener. 23. Ianuarij 1573. coràm Card. Seraphino. est decis. 188. nu. 6. in impress.*

§. 2. Clausula, Pro se, suisq; hæredibus, posita in donatione causa mortis, nō facit, vt censeatur posse sustineri inter viuos.

Vide *in nostris Obseruat. in verb. Donatio est causa mortis, & non inter viuos, &c.* ibi, *Nec tertiò obstat clausula, &c. §. 4. Obseruat. circa Donationem causa mortis.*

Vide etiam infrà *in Clausula* 570.

Clausula 71. Prout iurisfuerit.

§. 1. CLAVSVLA, Prout iurisfuerit, posita in commissione, refertur solum ad verba præcedentia, non autem ad omnia in commissione contenta in quibus adest specialis determinatio.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Signatura. Obseruat. circa Signaturam Papæ. §. 1. Signatura Papæ præcipuè est attendenda. num. 3.*

§. 2. Clausula, Prout iurisfuerit, auget, & extendit dispositionem cui additur. *Gemin. cons. 132. nu. 1. Rota in Illerden. Canonicatus. Lunæ 27. Nouembr. 1595. coràm Orano.*

Et vide *suprà in clausula* 13. *Constito de inualiditate pensionis restituat. §. 9.*

§. 3. Clausula, Prout iurisfuerit, refertur ad omnia antecedentia. *l. talis scriptura. de legat. 1. Rota in Pampilonen. matrimonij 25. Iunij 1584. coràm Orano. est decis. 45. in lib. 1. in manuscript. incip. Isabella.*

§. 4. Clausula, Prout de iure. Ista clausula si ponatur in commissione in qua petitur procedi executiuè, si non poterat executio fieri de iure, executio nihil operatur. *Rota in Anconitana attentatorum. 16. Iunij 1581. coràm Gardin. Seraphino. est decis. 530. num. 5. in impress.*

§. 5. Clausula, Prout de iure, posita in commissione non operatur, quod sit concessus processus summarius *ad cons. Dec. 483. col. 1. Rota in Romana domus 16. Nouembris 1575. coràm Seraphino. est decis. 273. num. 2. in impress.*

§. 6. Clausula, Prout de iure, posita in commissione non respicit iurisdictionem, ita quod non censeatur tributa iurisdictio, nisi quatenus de iure, sed cognitionem, & decisionem causæ. *Rota in Perusina lacus. Vener. 9. Maij 1586. coràm Orano. est decis. 153. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Domini vnanimiter.*

Vide etiam infrà *in Clausula* 582.

Clausula 72. Pura, & libera.

§. 1. CLAVSVLA, in donatione posita, Pura, & libera, &c. non facit quod donatio dicatur pura, si ex eius lectura appareat, quod sit remuneratoria.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Donatio. Obseruat. circa Remuneratoriam. §. 3. Donatio est remuneratoria, & non pura.*

Clausula 73. Quam, & quas.

§. 1. CLAVSVLA, Quam, & quas, posita in commissione operatur, vt possit procedi tamquàm in prima etiam sine eo quod fuerit specialiter declaratum, & sufficit quod in persecutione causæ non se restrinxerit, maximè si re vera nulla fuit interposita appel-

appellatio, vnde non poterat prosequi causam appellationis non existentis. *Rota in Calaguri tann Panis 10. Nouembris 1597. coràm Cardin. Seraphino. est decis. 1241. nu. 2. in impress.*

§. 2. Clausula, Quam, & quas, posita in commissione operatur quod contrà sententiam non possit apponi quod non sit conformis libello. *Rota in Narnien. redditus 4. Iulij 1603. coràm Seraphino. est decis. 1474. num. 3. in impress.*

§. 3. Clausula, Quam, & quas, nihil operatur quando non fuit deducta ad speciem, maximè si addsit restrictio in sequenti commissione. *Rota in Tarraconen. Villæ de Reus. Lunæ 8. Februarij 1593. coràm Cardin. Seraphino. est decis. 1013. nu. 2. in impress.*

§. 4. Clausula, Quam, & quas, posita in commissione operatur, quod sustineatur sententia lata in possessorio, tamquàm in prima, licet sit in secunda instantia, quia non dicitur lata in causa appellationis super possessorio, in qua non datur appellatio. *Rota in Firmana bonorum 7. Februarij 1583. coràm Card. Seraphino. est decis. 1059. num. 18. in impress.*

§. 5. Clausula, Quam, & quas, posita in commissione eius vigore non potest procedi, prout in prima instantia absq; productione actorum causæ appellationis. *Concil. Trid. ita ordinante sess. 24. c. 20. vers. præterea si quis in casibus. Placentina administrationis Sacramentorum 10. Oct b. 1567. coràm Card. Lancell. est decis. 3. de claus. inter eius selectas in manuscript.*

§. 6. Clausula, Quam, & quas, ac vnà cum toto negotio principali, posita in commissione causæ appellationis, totum etiam negotium principale censetur commissum, vt post *Gomes. & alios quos allegat tradit addit. ad Rot. decis. 23. num. 3. de rescript. in nou. Rota in Perusina lacus. Ven. 9. Maij 1586. coràm Orano. est decis. 153. lib. 1. in manuscr. incip. Domini vnanimiter.*

§. 7. Clausula, Quam, & quas, licet soleat importare, vt vulgò dicitur, currum, & boues, tamen quandoque est restricta non extenditur vltrà restrictionem. Vnde si subijcitur clausula, præmissorum occasione, non potest importare aliud vltrà restrictionem, & sic vltrà præmissa. *Rota in Reatina castri Postæ. Ven. 16. Maij 1586. coràm Orano. est decis. 156. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Propositi dubium.*

§. 8. per Clausulam, Quam, & quas, licet possit iudex cognoscere etiam de petitorio, nō tamen impediuntur partes quominus possint prius instare pro terminatione possessorij petendo intereà suspendi petitorium. *Bald. conf. 141. num. 2. lib. 1.* Etiam quod fuerint producta multa iura pertinentia ad petitorium, si tamen pluries fuit protestatum quod valerent solum ad colorandum possessionem. *ad Gozadin. consil. 10. num. 35. Rota in Bononien. emphyteosis. Luna 21. Aprilis 1597. coràm Orano. est decis. 405. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Domini in causa.*

§. 9. Clausula, Quam, & quas, vnà cum incidentibus operatur vt Iudex appellationis possit pronunciare super nouis pretensionibus dependentibus ab eodem fonte. *Aegid. decis. 618. Rota in Burgi S. Sepulchri bonorum. Mercur. 28. Maij 1597. coràm Orano. est decis. 415. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini tenuerunt.*

§. 10. Clausula, Quam, & quas, posita in commissione operatur vt possit procedi omisso articulo appellationis in negotio principali. *Rota in Oriolen. decimarum. Luna 26. Februarij 1590. coràm Orano, est decis. 31. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Domini resoluerunt.*

§. 11. Clausula, Quam, & quas, posita in commissione conuenit tam petitorio, quàm possessorio. *Sarn. super regul. de infirm. resign. quæst. 36. num. 4. Rota in Forolinien. bonorum 20. Decembr. 1582. coràm Orano. est decis. 6. in eius lib. in manuscript. incip. Domini dixerunt in casu.*

§. 12. Clausula, Quam, & quas, non operatur vt quis actionem, siue remedium intentatum possit mutare, absque refectione expensarum, quando non fuit visus dicta clausula. *Verall. decis. 125. part. 3. Rota in Florentina damnorum, & interesse. Luna 9. Decemb. 1585. coràm Gypsio. est decis. 112. in eius lib. 1. in manuscr. incip. Tertiam sententiam.*

§. 13. Clausula, Quam, & quas, posita in commissione obiecta de partium consensu, operatur quod non possit sententiæ opponi defectus iurisdictionis, cum constet de sufficienti iurisdictione, & satis sit quod sententiæ ex probatis, & prosecutis iustificentur. *l. de rebus. de arbitr. Felin. in cap. licet Hely. de Simon. latè Paris. cons. 76. nu. 12. lib. 1. Rota in Spoletana legitimæ. Mercur. 11. Decemb. 1586. coràm Gypsio. est decis. 262. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Sententias nullitatis.*

§. 14. Clausulæ, Quam, & quas. In causa, & causis. Rebusquè alijs sunt aptæ comprehendere omnes causas etiam futuras. *Addent. ad Rot. decis. 23. num. 3. de rescript. in nou. Rota in Calagaritana beneficij de Arriola. Veneris 17. Iunij 1554. coràm Gypsio. est decis. 48. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Resolutum fuis adesse.*

§. 15. Clausulæ, Quam, & quas, necnon, Rebusquè alijs, &c. positæ in commissione, operantur quod commissio non dicatur restricta ad expressa, sed protendatur ad omne ius deducibile in prænarratis in commissione. *vt per Sarn. de infirm. resign. quæst. 34. nu. 4. Achill. decis. 13. de commiss. & decis. vnic. de act.* & fuit dictum *in Nullius de Carrettis. 13. Nouembris 1587. coràm Comitulo.* vbi etiam declaratur *Iunoe. in cap. super literis. nu. 3. de rescript.*

§. 16. Clausula, Quam, & quas, facit vt Rota possit cognoscere ciuiliter de Simonia.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Beneficium. vers. de Simonia potest Rota ciuiliter cognoscere. §. 1. Obseruat. circa Simoniam in Miscellaneis.*

§. 17. Clausula, necnon Quam, & quas, posita in commissione cum clausula, Constito de interesse, operatur quod iudex habeat iurisdictionem etiam non docto de interesse.

Vide *suprà in Clausula 13. Constito. §. 7. Constito de interesse posita.*

Vide etiam *infrà in Clausula 596.*

Clausula quatenus Licita. Vide *suprà in Claus. 45.*

Clausula 74. Quatenus pro se.

§. 1. CLAVSVLA, Quatenus pro se, non apponitur in productione positionum, & posita non releuat contrà confessionem in eis factam de facto proprio.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Confessio. §. 6. Obseruat. circa Procuratorem. §. 5. Confessio emanat. à procuratore.*

Claus. 75. Quatenus sint in vsu.

§. 1. CLAVSVLA, Quatenus sint in vsu, posita in confirmatione Statutorum quid operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Statutum. Obseruat. circa Confirmationem. §. 6. Statutorum confirmatio cum clausula quatenus sint in vsu.*

Vide etiam infrà *in Clausula 612.*

Claus. 76. Quod aliunde commodè sustentari possis.

§. 1. CLAVSVLA, Quod aliunde comodè sustentari possis, non solum respicit substantiam gratiæ prouisionis ex resignatione, sed etiam gratiæ surrogationis, cum stet causatiuè, vel demonstratiuè, per quam Papa fuit facilior redditus ad gratiam cõcedendam, quod inter cætera ex stylo Principis communiter recepto dignoscitur. *Felin. in cap. super literis. nu. 8. de rescript.* qui in Curia iamdiu inoleuit, vt resignationes clericorum in sacris ordinibus constitutorum sine appositione hujusmodi clausulę non recipiantur. *Rota in Romanę Mansionatus. Vener. 15. Decembris 1586. coràm Orano, est decis. 2 6. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Quod clausula.*

Clausula 77. Quorum tenores.

§. 1. CLAVSVLA, Quorum tenores, &c. operatur quod non requiratur expressa mentio contrariorum, juxtà *Butr. cons. 2. num. 5.* quod à Rota est approbatum. *Rota in Virdunen. Canonicatus 10. Aprilis 1581. coràm Card. Seraphino, est decis. 510. nu. 3. in impress.*

Habet enim vim clausulæ derogatoriæ etiamsi de illis esset facienda expressa mentio. *Rota in Astoricen. Archidiaconatus 16. Martij 1576. coràm eod. Seraphin. est decis. 291. nu. 6. in impress.* vbi dicitur quod ita procedit stylus Curiæ, & quod ex defectu dictæ clausulæ, infinitæ derogationes remanent inefficaces.

Huic clausulæ, Quorum tenores, æquipollet clausula, Latissimè extenden. vt dicitur *in d. Astoricen. 4. Martij 1576. coràm eod. Seraphino.*

§. 1. CLAVSVLA, Tunc, & eo casu, considerata sic simpliciter non est taxatiua, sed potius demonstratiua, nisi addantur dictiones tantum, dumtaxat, & similes. *Dilect. de art. testand. tit. 5. cautel. 5. sub nu. 3. & seq. Crauett. inter consil. Marzar. cons. 5. nu. 57. in fin. Decian. respons. 1. num. 148. cum seq. vol. 1. Magon. decis. Florent. 3. nu. 42. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. nu. 1. & sequent. & tit. 14. nu. 10. in fin. Surd. cons. 236. num. 46. vol. 2. & cons. 344. nu. 19. vol. 3. & decis. 37. num. 32.* & plenissimè *Menoch. cons. 432. nu. 32. vers. Respondeo primò. vol. 5. Ioseph. de Rustic. cons. 1. n. 47. & seq. post tract. de lib. in condit. posit. & in l. cum Auus in prohem. cap. 2. nu. 104. de condit. & demonstr. Alciat. cons. 91. nu. 9. vers. Præterea ego. lib. 9. Menoch. cons. 117. num. 29. Gratian. discept. forens. 487. nu. 17. & seq. Paris. cons. 20. nu. 36. vol. 3. Fusar. quæst. 460. nu. 11.* Et hanc sententiam tenet Rota, *vt per Cassad. decis. 1. nu. 6. de testam. Rot. decis. 140. num. 5. part. 2. diuers. & in Romana hereditatis de Aquilanis* 18. *Iunij* 1600. *coràm R.*[mo] *Pacca. & in Arimin. bonorum* 30. *Aprilis* 1610. *coràm Cardin. Pamphilio. & in Romana fideicommissi de Surdis* 11. *Maij* 1618. *coràm Vbaldo. & in Ferrarien. fideicommissi de Rasuris* 24. *Maij* 1621. *coràm Cardin. Verospio, &* 25. *Februarij* 1622. *in eadem causa coràm R. P. D. Merlino, & in Fanen. fideicommissi* 4. *Decembris* 1624. *coràm Rembelde, & in Romana fideicommissi* 17. *Nouembr.* 1617. *coram eodem.* & ita tandem fuit dictum *in causa Viterbien. Castrorum. Vener.* 23. *Maij* 1635. *coràm Reuerendiss. Coccino Decano. incip. Post maturam causæ. est impressum in folijs volantibus. num.* 89.

Vide etiam infrà *in Clausula* 820.

Clausula 107. Vel aliàs vacans.

§. 1. CLAVSVLA, Vel aliàs vacans, posita in gratia respicit modum vacationis, non autem tempus, siue mensem. *Rota in Carthaginen. beneficij. Vener.* 5. *Iunij* 1592. *coram Orano. est decis.* 145. *in eius lib.* 2. *in manuscript. incip. Domini censuerunt sententiam.*

Clausula 108. Vel alio quouis modo.

§. 1. CLAVSVLA, Vel alio quouis modo, intelligitur secundum prænarratam qualitatem, cum dictio, alio, sit repetitiua eiusdem qualitatis. *Rota in Placentina de Medellin,* 4. *Iulij* 1582. *coràm Card. Seraphino. est decis.* 587. *num.* 1. *in impress.*

Clausula 109. Veris existentibus narratis.

§. 1. CLAVSVLA, Veris existentibus narratis, posita in confirmatione statuti, quid operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Capitulum. Obseru. circa Admissionem. §. 2. ad Capitulum clericos forenses admitti. num.* 2.

Vide etiam infrà *in Clausula* 824.

Clausula 109. la 2. Vigore præsentium.

§. 1. Ista CLAVSVLA, Posita in regressu, vel accessu, operatur, quod non est verificanda narratiua gratiæ etiam de facto, *vt per Simonett. decis.* 26. *Io. Paul. decis.* 25. *Mohed. decis.* 110. *Ant. Aug.* 11. *sed Mohed. & Aug.* non loquuntur in verificatione de facto, sed dicunt, quod non tenetur iustificare ius, tamen Simonetta, & Io. Paul. loquuntur in verificatione etiam de facto. *Rota coràm Cotta in Salamantina Canonicatus, & præbendæ. Luna* 8. *Februarij* 1563. *est decis.* 21. *in eius lib. in manuscript. incip. An Ioannes. in fin. vbi in fin. nihil resoluitur.* Sed postea *in decis.* 49. *in eadem causa sub die Vener.* 29. *Octobris* 1563. *incip. An stante narratiua.* dicit, quod stante dicta clausula, vigore præsentium, Domini inclinabant, quod requiritur verificatio narratiuæ saltem de facto.

Et ita apparet quod Rota non est secuta *decisiones Simonett. & Io. Paul.*

Quod etiam dixit Robusterius in suo Voto in hac eadem

eadem causa, quæ habetur *post decis. Cotta 19. in §. sed ego à maioribus audiui.* vbi quod ipse audiuit à maioribus, quod quando factæ fuerunt decisiones, maximè illa Io. Pauli, quod maximè clamabant Crescent. & alij quidam patres grauissimi, & quod postea pluries fuit iudicatum contrarium, videlicet, quod licet esset clausula, Vigore præsentium, nihilominus quod tenetur quis iustificari saltem de facto.

Hoc Votum D. Robusterij etiam nos transcripsimus suprà *in Part. 2. circa literas Apostol. in §. 3. Rota seruat quod actor petens.*

Clausula 110. Vocato N.

§. 1. CLAVSVLA, Vocato N. &c. operatur quod Iudex ad executionem tantum procedere possit seruato ordine iudiciario. *Rot. decis. 30. de rescript. in nou. Rota in Baren. beneficij. Lunæ 4. Decembris 1598. coràm Gypsio, est decis. 31. in eius lib. 2. in manuscrip.* vbi quod idem fuit tentum *in vna Leodien. census 15. Ianuarij 1597. coràm Corduba. est decis. 95. in eius lib. in manuscript. incip. Dixerunt Domini censum.*

§. 2. Clausula, Vocato N. collitigante, posita in literis executorialibus facit, quod executor sit mixtus, & debeat assumere partes Iudicis.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Attentata est possessio capta pendente decendio ad appellandum. §. 8. Obseruat. Quando causentur.*

§. 3. Clausula, Vocato N. posita in executorialibus ad conferendum beneficium in forma iuris per vacationem ob simoniam facit, vt executor sit mixtus executor.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Executor. Obseruat. circa Executorem literarum Apostolicarum. §. 5. Executor datus ad conferendum. num. 1.*

Vide etiam infrà *in Clausula* 835.

Clausf. 111. Vocatis vocandis.

§. 1. CLAVSVLA, Vocatis vocandis, posita in rescripto si in euidentem, est intelligenda de habentibus interesse, non autem de his, qui pro solemnitate adhibentur, quia auctoritas Papæ adhibetur, vt suppleat omnes solemnitates. *Abb. consf. 41. num. 3.* nec curat Papa in his alienationibus de solemnitatibus, sed tantum de vtilitate Ecclesiæ. *Socein. consf. 15. num. 15. vers. Insuper. lib. 1.* Vnde in venditione rei spectantis ad mensam Episcopalem, cum sufficiat eum vendere, *vt per Franc. in cap. 1. nu. 20. de reb. Eccles. non alien.* & licet eo casu requiratur consensus Capituli, tamen hic non requiritur vti personæ habentis interesse, sed solùm vti solemnitas, *vt per Franc. ibid. & num. 16.* & declarat *Rebuff. de reb. Eccles. non alien. in 1. & 3. requisito.* ac propterea stante dicta clausula Episcopus non tenetur vocare Capitulum. *Rota in Anconitana terrarum 17. Iunij 1577. coràm Seraphino. est decis. 338. num. 3. in impres.*

§. 2. Clausula, Vocatis vocandis, &c. posita in dismembratione beneficij non vitiat erectionem alterius beneficij, si non fuerit vocatus reseruatarius fructuum; cum eius consensus non sit necessarius, & iste defectus non potest allegari ab alio, sed ab ipso solo, *ad not. in l. 2. C. de iur. emphyt. Pnt. decis. 8. lib. 2. Rota in Conchen. fructuum. Lunæ 10. Februarij 1586. coràm Gypsio. est decis. 86. in eius lib. 1. in manuscrip. incip. Domini steterunt in decisis.*

§. 3. Clausula, Vocatis vocandis, posita in Breui cum operetur quod executor debeat assumere partes Iudicis, & pars legitimè citari debeat, hoc tamen procedit etiam quod in Breui adsit clausula, Sublata & clausula, quod de obreptione, & subreptione dari non possit.

Vide *suprà in Clausula Sublata 103. §. 10. Clausulæ sublata natura est suspendere. nu. 3. & seq. & infrà in Clausula 798.*

§. 4. Clausula, Vocatis vocandis, posita in rescripto si in euidentem pro alienatione rei Ecclesiasticæ operatur quod commissarius debeat seruare telam iudiciariam.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Alienatio. Obseruat. circa Commissionem causæ. §. 1. in Alienatione rei Ecclesiasticæ commissa causæ cognitio.*

Vide infra *in Clausula* 834.

Clausula 112. & pro potiori cautela Vnimus, &c.

§. 1. CLAVSVLA, apposita in confirmatione vnionum. *Et pro potiori cautela perpetuò vnimus annectimus incorporamus,* quid operetur.

Vide *in nostr. Obseruat. in verb. Beneficium. versic. Vnionis confirmatio facta à Papa. §. 16. Obseruat. circa Vnionem in Miscellanea.*

Clausula 113. Vt asseritur.

§. 1. CLAVSVLA, Vt asseritur, posita in Breui licet referatur ad partem, idem tamen non est de verbo, intelleximus, & ideò ex eo nõ possumus inferri quod Breue sit ad partium instantiam obtentum.

Vide *in nostr. Obseruat. in vers. Motu proprio quando emanauit Breue. &c. §. 4. Obseruat. circa Miscell.*

Clausula 114. Vt infrà.

§. 1. CLAVSVLA, Vt infrà. Ista verba stant demonstratiuè, non limitatiuè, prout semper in dubio accipiuntur. *Rota in Prænestina bonorum 16. Martij 1579. coràm Gard. Seraphino. est decis. 396. num. 5. in impres.*

AD LECTOREM.

Sequentes Clausulæ, vt hoc loco, post meas, ponerentur petijt instanter quidam practicus Aduocatus, quarum mibi facta copia, hic subijciuntur; cuius etiam nomen expressissem, nisi in specie mihi fuisset ab eo vetitum.

Clausula 115. De Clausula in fine, in principio, vel in medio posita.

Num. 1. CLAVSVLA in fine posita refertur ad omnia præcedentia. *l. 1. vbi latè post alios Ias. nu. 4. & seqq. C. de liber. prateris. Bart. in l. 3. §. filius ff. de liber. & posthum. & in l. talis scriptura. §. fin. nu. 3. ff. de leg. 1. Doct. in cap secundò requiris. vbi Abb. nu. 10. Dec. nu. de appell. Ros. decis. 8. nu. 2. de concess. preb. in nou. & 227. num. 1. & 231. nu. 1. part. 1. diuers. & decis. 666. nu. 1. d. par. 1. & decis. 243. nu. 8. par. 2. Imol. cons. 120. num. 5. Felin. in cap. causam, quæ num. 4. de rescript. vbi omninò videas. Roman. cons. 480. nu. 7. Bald. consil. 457. lib. 4. Dec. cons. 11. nu. 13. Aym. cons. 149. n. 8. & cons. 155. num. 10. Capic. decis. 108. nu. 9. Gabr. de*

talis scriptura. §. fin. nu. 3. ff. de leg. 1. & in d. l. cum vulgari. Dec. in cap. 2. requiris. num. 3. vers. Quinimò non debet. de appell. Ias. in d. l. si talis scriptura. n. 40. Roman. cons. 112. nu. 3. vers. Prima autem. Aym. consil. 70. nu. 4. Rebuff. in repetit. l. vnic. glos. in verb. & ex quibusdam. nu. 3. vers. Vel quando dispositio. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. Card. consil. 68. num. 2.

17 Limita 6. quando congruè, & commodè ad hoc referri non posset. *Clement. 1. §. ad hoc. de præbend. l. hæres meus. §. vxori. ff. de legat. 3. Bald. consil. 357. lib. 4. Alex. cons. 65. lib. 2. Aretin. cons. 116. Aym. consil. 612. Rota in vna Romana vineæ de Alexijs. 20. Octobris 1589. coràm Penia. Rebuff. vbi suprà. num. 7.*

18 Item quando mens patitur, aliàs non. *Rebuff. ibidem. num. 8.*

19 Limita 7. quando sequeretur absurdum. *Abb. in cap. Ecclesia. in fin. per illum text. de elect. & in cap. 2. requiris. nu. 11. & Dec. num. 3. versic. Quartò si ex ratione. de appellat. Felin. in cap. causam, quæ. num. 4. limitat. 5. de rescript. Bart. in l. talis scriptura. §. fin. num. 3. & Ias. num. 4. versic. Quintò. ff. de leg. 1. Bald. consil. 155. lib. 4. Alex. cons. 48. nu. 6. lib. 1. & cons. 95. num. 6. lib. 7. Roman. cons. 112. nu. 3. ad fin. Paris. consil. 39. nu. 19. lib. 1. Aym. cons. 70. nu. 11. Bero. consil. 198. nu. 22. lib. 1. Rom. cons. 480. sub nu. 3. vers. Item extat. Dec. cons. 213. sub nu. 6. Ias. in l. 1. nu. 9. in 10. limit. C. de liber. præterit. Gabr. de claus. conclus. 9. nu. 28.* & fuit dictum *in Perusina Sancti Beneueniatis. 12. Decembris 1588. coràm Card. Pamphilio. Rebuff. vbi suprà. nu. 3. & cons. 42. num. 8. Oltrad. cons. 152. sub num. 2. Dec. cons. 213. sub num. 6.*

20 Limita 8. si pœna esset apposita in aliqua parte dispositionis, quia in alijs non censetur repetita. *glos. in cap. 2. verb. sanctioni. de vit. & honestat. Clericor. Felin. in cap. causam, quæ. num. 4. limit. 1. de rescript. Dec. in cap. 2. requiris. num. 3. versic. Sextò si pœna. de appellat. Rota in causa Romana vineæ de Alexijs. 20. Octobris 1589. coràm Penia. & vide in Romana de Theodolis. 26. Octobris 1592. coràm Blanchetto.*

21 Limita 9. quando clausula est posita principaliter, secus verò quãdo est posita limitatiuè, ac accessoriè. *l. fin. §. Titia. vbi Bart. ff. de lib. leg. Pomat. ad Bart. in l. talis scriptura. §. fin. nu. 3. vers. ponitur in dispositione aliqua. ff. de leg. 1. Felin. in cap. causam, quæ. n. 4. limit. 3. de rescript. Dec. in cap. 2. requiris. nu. 3. versic. secundo quando aliquis. post Abbat. sub nu. 3. de appell. Dec. cons. 114. aliàs 4. & 213. sub nu. 4.* & fuit dictum *in causa Geruien. bonorum 23. Martij 1583. coràm Seraphino. Salamantina pensionis 16. Februarij 1585. coràm Bubalo. Perusina S. Beneueniatis. 12. Decembris 1588. coràm Cardin. Pamphilio. Romana domorum 5. Aprilis, & 4. Iunij 1593. coràm Penia. Beneuentana bonorum 5. Decemb. 1594. coràm Litta. Gabr. de claus. conclus. 9. num. 26. Gabr. cons. 69. num. 26. lib. 2.*

22 Limita 10. in his, quæ incidenter, vel causa demonstrationis posita sunt. *Bart. & Bald. per illum text. in l. si cui. §. si à filio. ff. de legat. 1. Ias. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. nu. 22. ff. de iure iurand. & in l. si talis scriptura. n. 40. vers. septimò limita. ff. de leg. 1. Felin. in cap. causam, quæ. nu. 4. limit. 4. de rescript. Dec. in cap. 2. requiris. num. 3. vers. Septima conclusio satisfacta. de appellat. Rota in causa Romana vineæ de Alexijs. 20. Octobris 1589. coràm Penia.*

23 Limita 11. quando restringeretur dispositio, quæ deberet largè interpretari. *c. cum dilecti. secundum intellectum Innoc. & Doct. de donat. Felin. in cap. causam, quæ. num. 4. limit. 6. de rescript. Dec. in cap. 2. requiris. num. 3. vers. octauò non fit relatio. de appellat. Ias. in d. l. talis scriptura. nu. 4. vers. sextò limita. ff. de leg. 1. Pomat. ad Bart. in d. l. talis scriptura. §. fin. n. 3. verb. Ponitur in dispositione aliqua. Alex. consil. 48. nu. 6. lib. 1. Rebuff. in repetit. l. vnic. glos. verb. & non ex quibusdam. num. 3. vers. cum quando. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.*

24 Limita 12. quando mens disponentis habet locum etiam non facta relatione, nam tunc qualitas posita inter plura non censetur repetita. *Imol. post Bart. in Clem. 1. in fin. de supplend. neglig. prælator. Felin. in cap. causam, quæ. nu. 4. limit. 7. de rescript. Dec. in c. 2. requiris. num. 3. aliàs 23. versic. nono. quod intentio. de appellat.*

25 Limita 13. quando proprietas sermonis patitur talem relationem, aliàs secus. *l. & qui data. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. Oldrad. consil. 152. Ias. in l. talis scriptura. nu. 40. vers. quartò vltra. Bart. ff. de leg. 1. Dec. cons. 14. col. 4. Gabr. de claus. conclus. 9. num. 16. Gozzadin. cons. 3. sub num. 30.*

26 Item intellige in dubio, secus si ex dispositione legis aliter apparet. *Rebuff. vbi suprà. nu. 6. & consil. 42. sub num. 7.*

27 Limita 14. nisi in vno Capitulo aliquid subaudiatur, quia talis repetitio non censetur repetita in alijs capitulis. *Bald. in l. 1. in princ. in antiq. l. licet. ff. quod quis. iur. Felin. in cap. causam, quæ. limit. 8. de rescrip. Dec. in c. 2. requiris. vers. decimò, & vltimò. de appell.*

28 Limita 15. quando ex tali relatione resultaret iurium correctio. *Abb. in cap. Ecclesia nostra per illum text. de elect. Ias. in d. l. talis scriptura. num. 39. ff. de leg. 1. Ferrett. cons. 213. nu. 9. lib. 2.* vbi quod propterea non referuntur ad ea, quæ sunt determinata à iure. *Oldrad. cons. 152. sub num. 2.*

29 Item quando agitur de annullatione actus. *Rot. decis. 227. nu. 5. vers. non obstat. part. 1. diuers.*

30 Quando, & quomodo hæc limitatio procedat. *vide Rot. d. decis. 227. sub nu. 5. circa med. part. 1.*

31 Limita 16. procedere quoad certa contenta in eo, quod fit relatio, secus tamen in his, quæ in referente excepta sunt. *Alex. cons. 56. nu. 8. lib. 2. Paris. cons. 39. nu. 18. lib. 1. & Mandel. cons. 382. nu. 30.*

32 Limita 17. in his, quibus relatio non conuenit, nam ad ea referri non debent. *Ruin. cons. 123. nu. 12. lib. 3. Marzar. cons. 41. nu. 8. Gabr. cons. 126. n. 11. lib. 2.*

33 Limita 18. si ex tali relatione sequeretur intellectus iuri contrarius. *l. in adoptione. ff. de adopt. l. si idem. ff. de iurisdict. omn. iud. Bart. in §. his quoque. num. 9. vt lic. matr. & au.*

34 Limita 19. quando sunt plures articuli, seu capitula idem negotium respicientia, & habentem orationem separatam, & per se stam, tunc enim clausula posita in vno articulo, seu capitulo ad alios, seu alia non refertur. *l. 3. §. filius. vbi Bart. num. 1. & 7. ff. de liber. & posthum. Idem Bart. in l. talis scriptura. §. fin. num. 3. ff. de leg. 1. & in l. fin. nu. 1. vers. si enim. ff. de reb. dub. cap. causam, quæ. vbi Felin. nu. 4. de rescript. Abb. in cap. 2. requiris. nu. 11. Dec. nu. 3. versic. secundò exemplum. de appellat. Alex. cons. 48. num. 8. lib. 1. & cons. 226. num. 9. lib. 6. Soccin. Iun. cons. 160. num. 59. lib. 2. Afflict. decis. 241. nu. 11. & seq.* & tenuit Rot. *in causa Romana domorum 5. Aprilis, & 4. Iunij 1593. coràm Penia. Rebuff. in repetit. l. vnic. in glos. verb. & non*

*non ex quibusdam.num.*11.*C.de sent.quæ pro eo, &c. Rom.cons.*503.*num.*2.*Gozzad.cons.*2.*sub nu.*3.*Bart. cons.*27.*nu.*1.*lib.*8.*Bald.cons.*58.*nu.*1.*lib.*2.

35 Limita 20. quando clausula in fine posita iungitur præcedentibus cum aduersatiua, nam tunc non refertur ad omnes præcedentes, sed ad vltimum tantum articulum. *Ferrett. cons.*313.*num.*4.*lib.*2.

36 Idem est, quando est posita inter diuersos articulos, seu capitulos, nam si in medio vnius capituli, vel articuli est posita ad illud tantum refertur. *Bart.in l.*1. *nu.*4.*C.de lib.præterit.* & fuit dictum *in causa Bonon. de Berois.*15.*Maij* 1587.*coràm Card.Pamphilio. Rebuff.ibidem nu.*11.*& cons.*9.*nu.*10. *Ferrett.cons.*213. *num.*12. *lib.*2.

37 Sic non refertur ad omnia, vbi est facta diuisio per paragraphos. *Rebuff. ibid. nu.*6.*vel non refertur. & cons.*42. *num.*7. *in fin.*

38 Item cum læditur ratio recti sermonis. *Oldrad. cons.*152.*num.*2.*in fin.Gozzadin.cons.*2.*sub num.*30.

39 Limita 21. quando resultaret absonus intellectus, *per notat.in Clem.in agro.§.cæterum.de stat.regular. Abb.cons.*78.*col.*2. *vers.tertiò hic intellectus.par.*2. *Aym.cons.*70.*nu.*11.& fuit dictum *in causa Bononien. de Berois.* 17.*Iunij* 1585. *coràm Cantuccio. quæ adest in eadem causa* 15.*Maij* 1587.*coràm Card.Pamphilio.*

40 Limita 22. vbi est adiecta ad vnum qualificandum, nam tunc ad alium non refertur, *Verall. decis.*329. *num.*3. *part.*3. *Bart.in l.fin.num.*1.*vers.sin illa.ff.de reb. dub. cum alijs per Rebuff. vbi suprà.num.*10. *& cons.*9. *num.*11.

41 Item quando qualitas, aut causa non benè conuenit vtrique parti, neque eundem parere potest effectum, in secunda quem parit in prima. *Gabr.cons.*69. *num.*27.*lib.*2.

42 Item quando ius tertij læderetur. *Gozzad. cons.*2. *sub num.*30.

Clausula 116. De Clausulis in genere in Commissione positis.

Num.1. CLAVSVLÆ appositæ in prima commissione censentur in omnibus repetitæ. *Aegid.decis.*41.*Cassador. decis.*8.*nu.*5.*de rescript.Tholom.decis.*30. *Aegid. decis.*226. *Rot.diuers.decis.*331.*num.*1. *part.*1. *&* 8. *num.*1.*&* 2. *part.*2, & fuit dictum *in Nouarien. decimarum* 21.*Decembris* 1573. *coràm Blanchetto. Auellina Archipresbyteratus* 6. *Aprilis* 1590.*coràm Penia. Cartaginen. pensionis* 13. *Martij* 1600. *coràm Cardin. Lancell. Brixien. pensionis* 21. *Maij* 1599. *coràm eod. Penia. Toletana Parochialis* 28. *Nouembris* 1601. *coràm Coccino Decano. Perusina bonorum* 28. *Februarij, &* 14. *Maij* 1602. *coràm eodem.*

2 Dic verum quando in secunda commissione vnà cum illa causa antiqua est complicata etiam causa noua; quia tunc illæ clausulæ censentur repetitæ, quatenus quis velit prosequi causam antiquam, secus si eam omissa prosequatur causam nouam, vt fuit resolutum *in causa Toletana Parochialis de Cincion.* 28. *Nouembris* 1601. *coràm Coccino Decano.*

3 Clausulæ appositæ in commissionibus per ablatiuum absolutum dant iurisdictionem sub conditione. *l.à testatore.ff.de condit.& demonstrat.Doct.in rubr. ff.solut.matrimon.vbi Rip.n.*32. *Bart.in l.ab emptione.nu.*1.*ff.de pact.& in l.*1.*nu.*33.*& seq.ff.de condit. & demonstrat.Put.decis.*18.*lib.*3.*& decis.*382.*nu.*2. *lib.*3. *& decis.*429. *lib.*1. *Staphil.de lit. Iustit.§. dicendum. num.*42.

4 Et ideò non adimpleta conditione non competit iurisdictio, & quicquid agitur ante huiusmodi adimplementum est nullum. *Put.decis.*429.*lib.*1. *Verall. decis.*125. *& decis.*150. *par.*1. *Idem decis.*16. *vt lit. pend. cap. cum dilecta. de rescript. cap. cum olim, de offic.deleg. Paris.cons.*94.*num.*8.*lib.*4. & fuit dictum *in causa Calaguritana Capellæ S.Crucis de Nagera.* 13. *Ianuarij* 1589. *coràm Orano. & vide materiam infrà in clausula Parito Breui* 521. *Parito iudicato* 522. *Sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum* 758. *Sine retardatione solutione pensionis* 762.

5 Et adde, quod non sufficit conditionem esse adimpletam, nisi de illius adimplemento constet in actis, vt Iudex possit esse certus de sua iurisdictione, vt fuit tentum *in causa Tarraconen.pensionis* 15. *Nouembris* 1593. *coràm Gypsio.* vbi de clausula sine retardatione solutionis pensionis.

6 Limita prædicta procedere quando is, cuius fauore sunt positæ illis vti velit, nam tunc operantur, secus si illis renunciet expressè, vel tacitè nō vtendo, quia tunc non obstant. *Verall. decis.*125.*num.*2.*p.*3. & fuit resolutum *in d. causa Toletana Parochialis de Cincion.* 28. *Nouembris* 1601. *coràm Coccino Decano.*

7 Amplia etiam vt procedat in subrogato in ius, & quoad litem illius cuius fauore sunt appositæ, vt fuit resolutum *in d. Toletana Parochialis de Cincion.* 28. *Nouembris* 1601. *coràm Coccino Decano.*

8 Limita secundò in clausula, Constito de assertis restituat, &c. quia licet reddat rescriptum conditionale, & quicquid Iudex ante verificationem conditionis facit sit nullum, *Soccin.cons.*99.*num.*10.*lib.*3. *Paris.cons.*94.*nu.*5.*&* 8.*& cons.*95.*nu.*5. *&* 6.*lib.*4. Iurisdictio tamen censetur simpliciter data, & ideò Iudex potest procedere ad verificationem, vt in terminis restitutionis in integrum fuit dictum *in causa Bonon. census* 25. *Iunij* 1601. *coràm Sacrato.*

9 Clausula quæcumque ponatur in commissione sub quacumque forma verborum numquam operatur, vt sub illius prætextu Iudex possit auferre exceptionem acquisitam parti quantumcumque sit de rigore iuris inducta. *Felin.in cap.*1.*nu.*52.*de constit. & in cap. dilecti. nu.*2. *circ.med. vers.secundò allegat.de re iudic.*

10 Neque quod actus factus etiam via regia & omisso iuris ordine non debeat parti notificari. *Felin. nu.*52. *vers.tertiò nota. & in d.cap.dilecti.n.*3.*ad fin.*

Claus. 117. De Clausulis in genere in Supplicatione positis.

Num.1. CLAVSVLÆ appositæ in supplicatione operantur suum effectum, etiamsi in literis non legantur, quia ad supplicationem recurritur tamquàm ad matricem. *Bart.in l.sempronius. ff.de legat.*2. *& l. si librarius. vbi Dec.num.*8.*ff.de neg.gest.reg. iur. Paris. cons.*51.*nu.*17.*lib.*4. *Rebuff.in prax. tit.de reformat. Bull.nu.*2. *cum seq.Mohedan.decis.*265. *Caputaq.decis.*75. *part.*1. & fuit resolutum *in Aretina commendæ* 19.*Ianuarij* 1587.*coràm Seraphino.Toletana annatarum* 19. *Iunij* 1589. *coràm Orano, Cæsaraugustana pensionis* 19.*Februarij* 1590. *coràm Gypsio.*

2 Declara procedere quando semel literæ sunt expeditæ, licet in eis clausulę non legantur sufficit enim quod adsint in supplicatione, secus verò quādo nullæ

sunt

fuit literæ expeditæ, quia tunc non suffragantur, cum obstet regula de non iudic. iuxta formam supplicationis, vt fuit dictum *in Aretina commendæ. 19. Ianuarij 1587. coràm Seraphino. Toletana annatarum 19. Iunij 1589. coràm Orano, & Cæsaraugustana pensionis 19. Februarij 1590. coràm Gypsio. vide Sarnen. in d. regul. de non iudic. quæst. 1. & quæst. 6. num. 7. & Mandos. quæst. 4.*

3 Dic verum, quando agitur ad canonizationem gratiæ, secus si in possessione, qui excipit pro habenda absolutoria, quia hoc casu sufficit sola supplicatio, etiam quod literę numquam fuerint expeditę. *Cassad. decis. 4. nu. 4. de caus. poss. & proprietat. nu. 7. de rest. spol. 1. nu. 6. super reg. & Mohed. decis. 3. in fin. de rescript. Sarn. de non iudic. quæst. 4. nu. 2. vers. & ideò & nu. seq. & quæst. 5. nu. 4. vers. sed magis. Mandos. q. 13. nu. 4. Pampilonen. de Artaxona 10. Ianuarij 1600. coràm Card. Pamphilio.*

4 De Clausulis generalibus positis in supplicatione, post versiculum, Et cum absolutione à censuris, &c. Vide infrà in Clausula 405. De Clausulis generalibus. num. 19. 20. & 21.

Clausula 118. De Clausulis in genere Miscellanea.

Num. 1. CLAVSVLA vbi de se perfecta, licet ponatur cum coniunctione, non tamen intelligitur secundùm terminos præcedentis dispositionis. *Bart. in l. Saio. §. Caio. nu. 2. ff. de fund. instruct. Ruin. cons. 176. nu. 5. & 8. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Vrbeuetana Castrorũ. 2. Iunij 1578. coràm Blanchetto, vt in decis. 326. p. 1. diuers.* vbi allegantur decisiones *in causa Albanen. fideicommissi coràm Cotta, & Foroliuien. fideicommissi coràm Aldobrandino.*

2 Clausula plura respiciens determinabilia, debet ea pariformiter determinare. *l. iam hoc iure. cum ibi not. ff. de vulg. l. quamuis, C. de impub. l. in testamento. C. de testament. Imol. in l. Caius. nu. 7. ff. solut. matrim. Soccin. in l. cum auus. num. 19. ff. de cond. & demonstr. Ruin. cons. 150. num. 20. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Vrbeuetana castrorum 19. Ianuarij 1579. coràm Blanchetto, vt in decis. 443. nu. 2. part. 1. diuers.*

3 Limita non procedere quando non militat eadem ratio. *Imol. in l. Caius. nu. 7 ff. solut. matrimon.* & fuit dictum *in d. Vrbeuetana castrorum 19. Ianuarij 1579. coràm Blanchetto. num. 2.*

4 Clausulæ appositæ in compromisso, tunc demum præiudicant partibus, quando compromissum suum sortitur effectum, aliàs expirant. *Bald. in l. si diuersa. num. 5. C. de transact. Felin. in cap. cum olim, in fin. de præscript. Alex. cons. 22. num. 1. lib. 1. Dec. cons. 4. n. 3. & 8. & cons. 93. num. 4. Ruin. cons. 130. num. 14. lib. 3. Curt. cons. 102. in fin. lib. 1.* & fuit dictum *in causa Senogallien. prædij. 14. May 1584. coràm Bubalo. & facit, quod not. Bart. in l. si debitor. §. si in venditione. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluat.* vbi quod consensus super actu nullo non præiudicat.

5 Clausulæ consuetæ, etiam si omissæ fuerint habentur pro expressis. *Aegid. decis. 265. nu. 83. Grammatic. decis. 62. nu. 2.* & fuit dictum *in causa Esina bonorum 28. Maij 1602. coràm Blanchetto.*

6 In Clausula, quæ est imperfecta fundamentum fieri non potest. *Dec. cons. 334. in fin.*

7 Clausula apposita ad vnum finem, ad alium extendi non debet. *Aym. cons. 231. num. 10.*

8 Clausula restricta ad certum verbum, vel casum, debet recipere interpretationem, & determinationem ab eo. *Rot. decis. 698. nu. 15. part. 1. diuers.*

9 Clausulæ amplissimæ in priuilegijs maximam vim operantur. *Rot. decis. 54. num. 16. part. 2. diuers.*

10 Clausulæ omnes ita interpretari debent, vt singula singulis referendo vniuersaliter intelligi possint. *Rot. decis. 54. num. 18. part. 2. diuers.*

11 Clausula non debet esse sine effectu operandi, vbi in aliqua dispositione apponitur.

12 Dic verum vbi tacitè non inest, secus si tacitè insit, quia tunc non alterat dispositionem, etiamsi expressè apponatur. *Federic. cons. 163. num. 5. circa med. vers. nec obstat quod dicitur de clausula.*

13 Non attenduntur clausulæ positæ in narratiuis, sed in dispositiuis. *Rebuff. cons. 34. nu. 17. vers. secundum etiam. & cons. 47. num. 7. in fin. & seq.*

14 Clausula adiecta in lege antiqua interpretata, censetur repetita in lege noua interpretante. *Modern. glos. Regul. 8. Cancellar. glos. 9. §. 2. nu. 13.*

15 Clausula, quæ de stylo Curiæ in gratijs solet apponi illa semper sub intelligitur, etiamsi non apponatur. *Rebuff. in repetit. cap. nulla. col. 30. in fin. vers. tertia est mihi. pag. 437. col. 2. in fin. de conceß. præb. Felin. in cap. cum M. num. 6. vbi idem in contractibus. de constit. Mandos. in reg. 17. quæst. 2. num. 6.*

16 Et è contra pro non apposita habetur, quæ contra actus naturam adijcitur. *Anchar. cons. 207. num. 3.*

17 Clausula in dubio non ampliat dispositionem. *Clem. 1. in fin. de præb. Imol. 2. nu. 2.*

18 Et generaliter clausulæ apponi solitæ habentur pro appositis. *Rip. in l. centurio. nu. 80. ff. de vulg. Afflict. decis. 265. Tiraq. de constit. p. 3. limit. 31. nu. 9.*

19 Et si sunt solitæ apponi in vno loco, si transponantur habentur pro appositis in loco proprio, & solito. *cap. causam, quæ. & ibi Doct. de rescript.*

20 Prædicta dic vera, & declara procedere in clausulis semper, & eodem modo apponi solitis, secus si aliquando diuersimodè apponi solent. *Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 49. ff. de verbor. obligat.*

21 Clausula tacita ita modificat actum sicut expressa. *Ias. in l. cùm quid. in 2. lect. nu. 6. ff. si cert. petat.*

22 Clausulæ apponi solitæ potius appositæ censentur ex stylo Notariorum, quàm ex mente contrahentium, & ideò in dubio nihil operantur. *Dec. cons. 304. col. penult. & cons. 521. num. 15. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 21. num. 12. Neniz. cons. 28. num. 8. Soccin. Iun. cons. 158. num. 18. lib. 2.* vbi vide, & infrà in clausula Codicillari 205.

23 Contrarium tenet. *Imol. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. testam. cum alijs per Tiraq. d. limit. 31. num. 12. Gabr. cons. 109. nu. 9. lib. 1. Gabr. de consue. ad. conclus. 3. num. 1.*

24 Adde, quod vbi agitur de conseruando actum nullum ex vitio, cui verisimiliter partes prouidissent censentur appositę à partibus, & attenduntur etiamsi non apparet vim ipsarum partes intellexisse: *Rip. in l. centurio. nu. 84. ff. de vulg. Gabr. cons. 109. num. 8. & cons. 115. num. 33. lib. 1.*

25 Adde etiam, quod si agatur de re contraria menti contrahentium, tunc nihil operantur. *Gabr. cons. 109. num. 9. & cons. 113. num. 33. lib. 1.*

26 Pariter adde, quod si notarius interrogatus à Iudice quid huiusmodi clausulæ importent dicat se

nescire

nescire clausulæ huiusmodi nihil operantur. *Rip. in l. centurio. nu. 188. ff. de vulg.* vbi admonet, vt à Iudice notarius interrogetur.

27 Clausulæ appositæ ex proprio vnicus notarij stylo non attenduntur. *Gabr. consl. 58. num. 5. lib. 1.*

28 Clausulæ plures fortius operantur, vbi simul concurrunt. *Dec. cons. 373. col. 3.* vide infrà in clausula Derogatoria 277.

29 Clausulæ, & decreta nihil operantur, nisi secuta prouisione. *Mohed. decis. 11. de conceß. prabend.*

30 Clausulæ appositæ in literis directis executori, an & quando sonant in simplicem instructionem, & monitionem, & quando in iudicialem indaginem, vel conditionem, & sic quando requirunt causæ cognitionem cum partis citatione, vel non vide per *Doct. in cap. fin. de præsumpt. glos. in Clem. 1. vers. repererint. & ibi Doct. de offic. delegat.*

31 Clausula adiecta in lege interpretata videtur repetita in lege interpretante. *Cassad. decis. 6. num. 11. super regul.*

32 An autem clausula posita in vna lege censeatur repetita in omnibus legibus de eadem materia loquentibus. vide *Roman. cons. 379. nu. 14. & ibi Mandos. in addit.*

33 Clausulæ omnes etiam cum clausula anteferri, non tollunt ius quæsitum in re. *Crescent. decis. 7. nu. 5. & seq. de conceß. prabend.*

34 De Clausulis generalibus plura. Vide infrà *in Clausula 405. quæ est de Clausulis generalibus. per tot.*

Hic incipiunt Clausulæ particulares, & in specie.

Clausula 119. Ab intestato.

Hæc Clausula posita in statuto loquente de decedente ab intestato, dicitur posita in ablatiuo, & sic conditionaliter. *Roman. cons. 4. num. 4.* vbi quod intelligitur etiam de eo, qui dicitur impropriè decedere ab intestato, *qualis est ille, qui non potest facere testamentum.*

Clausula 120. Absquè aliqua contradictione.

Per hanc clausulam excluditur compensatio. *Gabr. cons. 16. sub num. 33. lib. 1.*

Et censetur quoq; exclusa appellatio. *Dec. in cap. personas. nu. 6. in 4. notab. & ibid. DD. de appellat.*

Clauf. 121. Absq; narratione, &c.

Hæc Clausula posita in noua prouisione, quid operetur, vide *Rebuff. tit. de noua, & simplici prouisione. num. 41. & seqq.*

Clausula 122. Absquè tela iudiciaria.

Hæc Clausula apposita in commissione operatur, vt termini nō seruentur. *Papazon. in addit. ad decis. 2. num. 8. de rescript. in nou.* vbi idem de clausula, *quod procedatur via executiua*, aut *quod præfixo termino loco terminorum*, & aliquando dicitur, *terminis vnica citatione seruatis.*

Clausula 123. Absq; vitio spolij.

Hæc Clausula posita in Breui vti accessoria recipit easdem conditiones, quas recipit Breue, & intelligitur quatenus Breue est iustificatum, & ideò ea non obstante datur restitutio spoliato, si vigore Breuis non iustificati eijciatur à possessione, vt fuit resolutum *in vna Corduben. portionis de anno 1571. coràm Rubeo. & in causa Vicen. beneficij S. Martini coràm Card. Pamphilio. 21. Februarij 1600.*

Clausula 124. Absquè vlla reseruatione, & omni exceptione remota.

Hæc Clausula apposita in legato mobilium non extenditur ad nomina debitorum, & rationes vti existentia diuersæ speciei. *Put. decis. 20. n. 4. & seq. lib. 3.*

Clausula 125. Accedente consensu.

Num. 1. Hæc Clausula inducit conditionem. *Put. decis. 18. & cons. 269. num. 2. post med. & 281. in nouiss. num. 2. lib. 3.* & fuit dictum *in Acheruntina fructuum. 19. Iunij 1579. coràm Brauo. Put. decis. 269. nu. 2. lib. 3. Cæsar. de Graß. decis. 10. nu. 8. de prabend.*

2 Et operatur, vt si non accedat consensus, gratia fit nulla etiam si ille, cuius consensus fuit requisitus, tunc esset mortuus. *Put. d. decis. 281. lib. 3.*

3 Et hoc casu non sufficit tacitus consensus, sed requiritur expressus. *Sarn. in reg. de impetr. benef. per obit. famil. quæst. 11. nu. 2. ad fin. vers. & ideò. Put. d. decis. 281. num. 3. lib. 3. Tiraq. de legib. connub. glos. 7. num. 98. & seq.* & fuit dictum *in d. Acheruntina fructuum. 19. Iunij 1579. coràm Brauo.*

4 Dic verum, quando est apposita in supplicatione, secus si in literis, vel in Breui, quia tunc non inducit conditionem, sed stat causatiuè, quia literæ sine consensu non fuissent expeditæ, prout nec Breue. *Put. decis. 18. lib. 3. & decis. 459. in fin. lib. 1. Verall. decis. 120. & 213. nu. 1. part. 1. & decis. 183. lib. 1. Peregr. decis. 74. lib. 1.* & in simili fuit resolutum *in causa Ebboren. pensionis 27. Octobris 1595. coràm Corduba.* vbi in clausula cuius ad id expressus accedit assensus, *& in causa Romana census 13. Martij 1596. coràm Blanchetto.* vbi in clausula Attento consensu. *Parisi de resignat. lib. 8. quæst. 7. num. 167. & seqq.*

Ista clausula est replicata infrà *in Clausula 256.*

Vide etiam suprà *Clausula 2.*

Clausula 126. Accedente consensu patroni.

Num. 1. Hæc clausula in collatione beneficij Iurispatronatus cum reseruatione pensionis, & facultate transferendi, refertur tantum ad collationem tituli, non autem ad reseruationem pensionis, nec translationem, quia in reseruatione pensionis non requiritur consensus patroni. *Gig. de pens. quæst. 23. num. 1. Cassad. decis. 3. de Iurepatronat.* Ita fuit resolutum *in causa Colimbricn. pensionis 11. Februarij 1598. coràm Seraphino.*

2 Hæc clausula præseruat ius illius, cuius consensus exigitur ita vt eo nolente nihil dicatur tributum. *Rot. decis. 412. num. 3. lib. 3. part. 3.*

Clausula 127. Accessorijs.

Num. 1. Clausulæ accessoriæ cum principali gratia reuo-

reuocantur. *Put. decis.255. num.4. lib.1. in nouis. est decis. 48. num.2. incip. In vna Concbensi.*

2 Limita in clausulis gratiæ continentes plura capitula diuersa, & non connexa. *Put. decis.255.num.4. & seq. vbi videas. vbi suprà 248. nu.1.*

3 Clausulę accessorię intelliguntur secundũ naturam, & conditionem gratiæ principalis, in qua ponuntur, & recipiunt omnes conditiones, quas recipit ipsa gratia principalis ita, vt ea sublata, vel annullata tolluntur etiam clausulæ ipse. *Gonzal. in Regul.8. Cancellar. glos.66.num.15. & 28. & seq. & num.35. Ispalen.beneficij de Xeres 6. Nou. 1602. coràm Litta.* Vide infrà *in Clausula Sublata 798.*

4 Clausulæ accessoriæ recipiunt easdem declarationes, & limitationes quas recipit ipsa dispositio principalis cui apponuntur. *Clem.1. cum ibi not. de concess. prabend. Curt. Iun. cons.1. nu.1. & 2. Put. decis.1. lib.1.* & fuit dictum *in Vrgellen. Canonicatus 30. Octobris 1592. coràm Blanchetto, & in Auellina vnionis. Mercur. 28. Iunij 1585. coràm Gypsio.* vbi quod cessante transactione cessant clausulæ in ea appositæ.

Et illa annullata annullantur omnes clausulæ. *Paris. de resign. lib.12. quæst.14. num.28.*

5 Sic etiam clausulæ accessoriæ ad contractum sequuntur naturam contractus, ita vt si ipse nõ valeat, nec illæ aliquid operentur. *Bald. in l. ex testamento. & ibi Ias. C. de fideicomm. Gabr. de clausu. conclus.10. nu.1. Tiraq. de constit. part.3. limit.7. num.18.*

6 Intellige tamen hoc procedere, quando in clausula accessoria, & principali eadem militat ratio, nam si non militat, clausulæ accessoriæ non tolluntur sublato principali, vel si talis clausula potest de per se stare, prout vtramquè limitationem auctoritatibus probat. *Gabr. d. conclus.10. nu.9. & 10.* quem referendo sequitur *Rota in Romana Salutani interdicti, Luna 1. Iunij 1587. ante finem. coràm Seraphino.*

7 Clausulæ accessoriæ, quæ pro dispositione subsistenda, vel ad illius executionem ponuntur non immutant, neque alterant naturam principalis dispositionis. *Clem.1. in fin. de prabend. Aym. cons.25. nu.10. Dec. cons.2. nu.10. & cons.12. in fin. & cons.38. col.6. sub nu.5. cons.139. col. pen. in fin. cons.195. col.3. in fin. vbi addent. cons.213. nu.7. cons.248. col. fin. cons.291. sub nu.4. & cons.384. in fin. cons.413. num.9. Cephal. cons.25. nu.42. lib.1.*

8 Dic verum, si verba sint conditionaliter prolata, quæ non disponunt, secus si sint dispositiua. *Soccin. cons.42. nu.4. lib.4. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num.48. ff. de verb. oblig. Dec. cons.185. nu.9.*

9 Item dic verum, si aliud possunt operari, aliàs secus. *Rip. in d. §. duo fratres. num.84.*

10 Item dic verum, quod non alterant dispositionem contrà naturam suam, secus si addatur aliquid se compatiens cum principali dispositione. *Rip. in d. §. duo fratres. sub num.84.*

11 Item dic, quod si alterant dispositionem, illam tamen declarant. *Rip. in d. §. duo fratres. sub nu.84. Dec. cons.423. in fin. Cephal. cons.55. nu.10. lib.1.*

Clauf. 128. Ac dicti defũcti, &c.

Clausula, Ac dicti defuncti, ac aliarum quarumcumquè prouisiones, concessiones, institutiones, collationes, & possessiones pro expressis habentes, &c. operatur, vt indiuiduam expressionem coloratæ possessionis, *iuxtà cons. Batr. 2. aliàs 49.* vt fuit dictum *in causa Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coràm Card. Pamphilio.*

Clausula 129. Ac familiaritas, & continua commensalitas detur dispositiué.

Hæc Clausula apposita in supplicationibus per obitum familiarium, &c. operatur, vt si beneficium non vacet per obitum familiaris gratia corruat. *Mandos. in reg.32. quæst.25. num.8.*

Clauf. 130. Ac omnia promissa per N. obseruare promisit, &c.

Hæc Clausula quid importet, vide *Put. decis.255. libr.3.*

Clauf. 131. Ac si, &c. pręsens, &c.

CLAVSVLA, Ac si præsens esset, & diuinis interesset, &c. operatur, vt dispensatus ad percipiendum fructus beneficij in absentia possit percipere etiam distributiones quotidianas. *glos. in cap.1. verb. affuerint. in fin. de Cleric. non resid. in 6.*

Clausula 132. Ac si dictæ literæ non emanassent, &c.

Hæc Clausula reducit negotium ad pristinum statum, hoc est ad ius, in quo erat ante dictas literas. *Cæsar de Grass. decis.2. num.9. de sepultur.*

Clausula 133. Ac si ex vera dotatione, & fundatione.

Hæc Clausula posita in concessione Iurispatronatus facit, vt licet hæc qualitas insit ex priuilegio, debeat tamen regulari, prout regulantur ea, quæ ex dotatione, & fundatione competunt, nisi de mente contraria Papæ appareat, aliàs nihil operaretur illa æquiparatio. Ideò in dubio non censetur ei derogatum. *Rot. decis.137. nu.1. part.1. diuers. Est coràm Seraphino decis.291.*

Ad quam vide, quæ notauimus suprà *Par.1. fol.56. col.1. & fol.463. colum.1.*

Clausula 134. Ac si nulla reseruatio facta foret, &c.

Hæc Clausula includit omnem reseruationem Iuris, & hominis. *Rot. decis.25. de prebend. in antiq. & ibi addent.*

Clausula 135. Actum, &c.

Num.1. Hæc Clausula denotat perfectionem instrumenti, & illius publicationem. *Bald. in authent. quod sine. sub nu.1. vers. & ideò stabelliones. C. de testam. Castr. in l. is, qui. nu.4. ff. eod. & in l. hac consultissima. in fin. C. eod. Cagnol. in l. si librarius. n.71. ff. de reg. iur. Alex. cons.14. num.19. lib.6. Soccin. cons.142. col.2. vers. Et patet etiam. lib.1. Ruin. cons.159. n.13. lib.4. Curt. Iun. cons.162. col.2. vers. confirmantur pręmissa. Paris. consil.207. nu.15. lib.2. Rim. Iun. cons.84. nu.26. lib.1.* & fuit resolutum *in causa Parmen. status 15. Decembris 1589. & 7. Febr. 1590. corã Seraphino. decis.209. n.2. & 908. nu.14. p.1. Castrens. cons.25. sub num.2. lib.2.*

Adde, quod omissio huius clausulæ operatur, vt instrumentum dicatur imperfectum, & non valeat, neque possit publicari. *Castrens. in l. si is, qui. ff. de testament. Soccia. Iun. cons. 147. num. 19. lib. 2.*

3 Et tale instrumentum, seu scriptura potest redigi in publicam formam. *Castr. in d. l. is, qui. nu. 14. Alex. d. cons. 14. num. 19. Paris. d. cons. 27. num. 15. Curt. Iun. d. cons. 162. num. 1.* cum alijs suprà allegatis, & fuit resolutum *in Parmen. status 15. Decembris 1589. & 7. Februarij 1590. coràm Seraphino.*

4 Dic verum quando hæc clausula Actum, &c. est posita in fine instrumenti, vt expresse loquitur Alex. secus si in principio, vel in medio, quia tunc potuit apponi à Notario cogitante se publicaturum, & ideò non denotat actus perfectionem. *Paris. cons. 27. n. 17. lib. 2. Natt. in addit. ad Alex. cons. 14. num. 19. vers. dictæ imbreuiaturæ. lib. 6.*

5 Non tamen importat stipulationem, & ideò posita in testamento cæci, quod fuit factum sine solemnitatibus. *l. hac consultissima. C. de testament.* non operatur, vt substineatur in vim donationis causa mortis, non data præsentia donatarij, vt fuit resolutum *in causa Mediolanen. bonorum. 1. Iulij 1592. coràm Seraphino.* vbi fuit reprobatus *Rim. Ian. in consil. 84. num. 26. lib. 1.* qui contrarium tenet.

6 Adde, quod hæc clausula non probat publicationem, vel rogitum. *Paris. cons. 27. num. 16. lib. 2.*

☞ Vide etiam suprà *in Clausula 3.*

Clausula 136. Ad cogitata, incogitata, & insolita.

Hæc Clausula intelligitur quoad ea, quæ concernunt rem, de qua agitur, non autem quoad aliàs res separatas, & pœnitus extraneas. *Paris. consil. 20. num. 83. lib. 1.*

Claus. 137. Ad collationem, &c.

Num. 1. An per istam clausulam Papa censeatur grauare collatores in his, in quibus collationem habent de iure speciali. vide *Simonett. de reseruat. quæst. 68.* vide etiam in proposito *Pat. decis. 164. lib. 2.*

2 De clausula ad collationem Ordinarij, vel alterius intelligitur quoad possessionem, non autem quoad proprietatem. *Simonett. de reseruat. quæst. 70. & ibi addentes alios citantes.*

3 Clausula ad collationem cuiuscumq; præterquàm Episcopi excipit etiam beneficia, quæ pertinent ad collationem Episcopi, & Capituli. *Simonett. de reseruat. quæst. 71. & ibi addent. qui alios citant.*

4 Clausula ad collationem quorumcumque quo pacto intelligatur, si beneficia sint in vna diocæsi, & collatores in alia. vide *Roman. cons. 376. & ibi Mandos. in addit. Simonett. de reseruat. quæst. 75.*

Clausula 138. Ad cõcedendum res solitas concedi secundum modum solitum.

Hæc Clausula posita in mandato operatur facultatem faciendi nouam concessionem in emphyteusim respectu personarum, sed non respectu rerum. *Rot. decis. 554. num. 5. part. 1. diuers.*

Clausula 139. Adeò quod, &c.

Num. 1. Hæc Clausula æquiualet clausulæ Ita quod &c. & ideò sicut illa habet vim, seu naturam inferendi, & declarandi, & limitandi præcedentem dispositionem. *Gabr. cons. 111. num. 23. vers. Quod verò. lib. 1.*

2 Quando autem vtraque ampliet præcedentem dispositionem, vide *Gabr. d. cons. 111. nu. 23. ad fin. & seq. lib. 1.*

Claus. 140. Ad habendum, &c. & quicquid &c.

Num. 1. Hæc Clausula, Ad habendum, &c. & quicquid sibi, & suis hæredibus placuerit, &c. faciendum, &c. æquipollet clausulæ, & quibus dederit, & ideò facit emphyteusim etiam Ecclesiasticam transitoriam ad hæredes extraneos. *Dec. cons. 614. col. 2. Brun. consil. 38. num. 1. & seqq. Soccin. cons. 266. num. 38. lib. 2. Gozzad. cons. 9. nu. 2. Paris. cons. 23. nu. 40. lib. 1. Aym. cons. 256. an. 4. Rol. cons. 55. nu. 37. lib. 3. & cons. 64. num. 11. 12. & 13. lib. 4. Bec. cons. 88. nu. 21. Pedem. decis. 164. Alber. in l. fin. nu. 8. C. de Iur. emphyt. Corbul. de emphyt. tit. de caus. priuat. ob alien. limit. 3. n. 1.* & fuit resolutum *in causa Romana domus S. Eustachij 17. Febraarij 1581. coràm Card. Lancellotto.* & fuit dictum *in causa Imolen. bonorum 22. Iunij, & 13. Nouembris 1592. 21. Maij 1593. & 8. Martij 1596. coràm Card. Pamphilio, & 12. Maij 1593. coràm eodem. & Nonantulana bonorum 14. Iunij 1610. & 31. Ianuarij 1611. coràm R. P. D. Sacrato.*

2 Declara primò procedere quando hæc clausula est posita in dispositiua, secus si in parte executiua, quia tunc non ampliat, neque mutat naturam emphyteosis. *Dec. cons. 495. nu. 18. & cons. 500. num. 8. vers. & ideò. Bec. cons. 88. num. 14. Honded. cons. 33. num. 11. Pedem. decis. 164. nu. 2. Vincent. de Franch. decis. 6. n. 7. Corbul. in d. limit. 3. nu. 8.* cum alijs suprà in principio clausulæ in conclusione, De clausulis executiuis, vide inferius *à Clausula 393. dicta Romana domus S. Eustachij, & in dicta Nonantulana.* vbi quando dicatur esse in dispositiuis, & quando in executiuis.

3 Adde tamen quando est posita in parte executiua ex ea declaratur intentio concedentis, quando est dubia. *Bald. in l. eam, quàm. nu. 36. in fin. C. de fideic. Rip. in l. qui Roma. §. duo fratres. num. 84. ff. de verb. oblig. Bec. cons. 88. num. 50. decis. Ianuen. 93. num. 6. Magon. decis. Lucan. 7. nu. 2. & 3. Vincent. de Franch. decis. 6. nu. 8. Romana domus 12. Iunij 1592. & Mediolanen. bonorum 28. Martij 1594. coràm Cardin. Arigonio.*

4 Declaratur secundò procedere, quando concessio est facta cum debitis solemnitatibus, aliàs secus. *Soccin. cons. 266. num. 33. & seq. lib. 2. Curt. Iun. consil. 130. nu. 6. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. sub nu. 4. vers. Quarta conclusio. Clar. §. emphyteosis. quæst. 28. num. 7. in fin. vers. Quicquid tamen, & tenuit Rota in causa Romana domus S. Eustachij 17. Februarij 1581. coràm Card. Lancellotto.*

5 Declaratur tertiò procedere, quando emphyteusis conceditur simpliciter cum dicta clausula, sicut si fuerit additum non immutata natura emphyteusis, vel fuerit facta concessio in propriam simplicem, & antiquam emphyteosim pro se, & liberis masculis, præsertim addita dictione taxatiua. *Afflict. in cap. feudum.*

feudum. sub nu.1. vers. Et hoc intelligerem verum si. de feud. fuer. controuers. latè Aym. cons. pro genero. à num.295. vsque ad num.333. Pedemont. decis.164. num.5. & 6.

6 Declaratur quartò, vt procedat quando fit mentio de hæredibus in dicta clausula, secus si de solo acquirente, vt putà si dicatur. Et quicquid Titio placuerit, &c. quia hoc casu est personalis, & non egreditur personam Titij, & eius virtus non transit ad hæredes. vt fuit resolutum *in causa Camerinen. domorum 18. Aprilis 1572. coràm Oradino, vt in decis.11. part.1. diuers.*

7 Declaratur quintò, vt non procedat, quando adest sola clausula. Ad habendum, &c. nisi ea expressè ad disponendum, &c. dicatur, vel tacitè per illa verba, Quicquid placuerit, &c. vel quibus dederit, &c. *Grat. cons.17.nu.49. lib.1.* quod sensit Rota *in causa Imolen. bonorum 13. Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio. & omnes Doct. & decisiones ita loquuntur. & facit decis. Crescent.6.nu.8.& seqq. de testam. Romana emphyteosis 26. Iunij 1602. coràm Coccino Decano.*

8 Declaratur sextò, vt procedat quando est simpliciter facta concessio ad habendum, &c. & quicquid, &c. secus si adsit clausula, per quam prohibita sit alienatio, quia tunc clausula, Ad habendum, &c. non operatur, sed eius virtus euacuatur per subsequentem prohibitionem alienationis. *Bald. cons.465. num.5. lib.5. Dec. cons.171. sub nu.3. vers. Quartò, & vltimò. Curt. Iun. cons.130. sub num.6. Corbul. de priuat. ob alien. limit.3.nu.2.* & fuit dictum *in causa Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. corã Card. Pamphilio. Pedemont. decis.164.nu.6. Aym. cons.1. pro gener. num.308.* vide *in Romana vineæ 26. Iunij 1598. coràm Seraphino.*

9 Dic verum, quando prohibitio est absoluta, & indefinita, secus verò est quando est restricta ad limitandum facultatem alienandi, quia tunc in casibus non exceptuatis remanet forma, & illa sa virtus dictæ clausulæ. Ex vulgata regula, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. *l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pen. l. quæsitum. §. deniquè. ff. de fund. Instruct. & trad. Doct. in l.1. ff. de reg. iur.* & fuit dictum *in d. Imolen. bonorum 13. Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio.*

10 Amplia, vt procedat d.7. declaratio non solum quando expressè prohibetur alienatio, sed etiamsi subsequatur aliqua clausula circa modum alienandi, quia tunc vis clausulæ Ad habendum, &c. restringitur ex illa subsequenti clausula, vt ex traditis per *Salicett. in l. fin. §. si quidem. C. de pact. dotal.* vbi quod attenditur potius clausula specialis, quam generalis, tenuit Rota *in causa Camerinen. domorum 9. Maij 1571. & 18. Aprilis 1572. coràm Oradino. vt in decis.8. sub num.3. & decis.11. num.1. ad fin. part.1. diuers.*

11 Per hanc clausulam in diuisione appositam data suam fideicommissi censetur ei renunciatum. *Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. quæst.8. quem Doct. communiter sequuntur, vbi post alios latè Crot. num.133. & seqq. ff. de verb. oblig. Ruin. cons.133. nu.2. versic. Ad idem facit. & num.3. lib.2. Soccin. Iun. cons.116. num.54. lib.1. Bero. cons.130. nu.25. & 32. lib.2. Cephal. cons.253. nu.7. & 8. Roland. cons.55. num.42. & seq. lib.3. & cons.64. nu.11. & seqq. lib.4. Bec. cons.38. nu.3. & cons.88. num.24. Menoch. cons.87. num.15. & seqq. lib.1. & de præsumpt. lib.3. præsumpt.115. nu.46. Marzar. de fideicomm. quæst.59. Honded. consil.33. nu.23. & seqq. lib.1. Mohed. decis.156. alias 24. de renunciat. Ant. August. de legat. & fideicomm. nu.1. cum alijs allegatis per Gabr. de fideicomm. conclus.1. n.30. Rota in Bonon. euictionis 23. Iunij 1597. coràm Penia. Aym. cons.24. num.8. & seq.*

Num. 1. Hæc clausula licet significet arbitrium boni viri. *Felin. in cap. 1. sub nu. 51. de constitut. Dec. consil. 494. nu. 5. & in cap. ex literis. num. 53. de constitut. Afflict. decis. 371. num. 7.*

2 Hoc tamen non habet locum, vbi dirigitur ei, qui aliàs, vt bonus vir iudicare debebat, tunc enim non refertur ad arbitrium boni viri, sed sonat in liberam voluntatem. *Felin. in cap. 1. sub num. 51. de constit.*

3 Et ista importat summariam cognitionem in procedendo. *Felin. in d. cap. 1. sub num. 51. de constit.*

Clausula 174. Arbitrio Iudicis.

Num. 1. Hæc clausula apposita in commissione circa modum procedendi, quid importet, vide *Papazzon. in addit. ad decis. 9. sub num. 2. de rescript. in nou.*

2 Item, an eius vigore possit prorogare instantiam, vbi est posita in commissione in qua talis prorogatio petita fuit, & an sit necesse appellare, vide *Beuintend. decis. 31.*

Clausula 175. Arbitrio Rotæ.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur prout de iure. *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. videbitur. nu. 8. Paris. cons. 56. n. 5. lib. 1. & cons. 8. nu. 21. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 45. nu. 26. lib. 2. Afflict. decis. 371. Peregr. decis. 239. ad fin. lib. 2. Rot. decis. 240. in fin. lib. 2. par. 3. diuers. Paleot. decis. 641. nu. 1. lib. 3. part. 3. diuers. Cas. de Graff. decis. 7. num. 6. in fin. & 7. & decis. 8. num. 2. de Iudic.* & fuit dictum in *Toletana pecuniaria* 13. *Aprilis* 1587. *coràm Card. Pamphilio. Recanaten. translationis* 19. *Ianuarij* 1594. *coràm Gypsio. Toletana Parochialis* 23. *Ianuarij* 1595. *coràm Corduba. Lauden. portionis* 29. *Martij* 1599. *coràm Penia. Illerden. iuris decimandi* 5. *Maij* 1600. *coràm Reuerendiss. Manzanedo. Cornetana pecuniaria* 4. *Iunij* 1601. *coràm Cardin. Pamphilio.* & vide in causis infrà allegandis. Et in clausula Sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ. *Calaguritana Canonicatus* 27. *Iunij, &* 5. *Nouemb.* 1601. *coràm Card. Sacrato. Tirasonen. Canonicatus* 24. *Maij* 1602. *coràm Card. Pamphilio. Romana domus* 17. *Iunij* 1602. *coràm Reuerendiss. Ortembergo. Toletana Parochialis* 26. *Iunij* 1609. *coràm Card. Pamphilio. Cæsaraugustana decimarum* 17. *Iunij* 1611. *coràm eod. Parmen. status* 30. *Aprilis* 1610. *coràm Sanctiss. Ludouisio. Tuden. Parochialis* 3. *Decembris* 1601. *coràm Card. Sacrato. Gerunden. beneficij* 19. *Aprilis* 1602. *coràm Litta.*

2 Adde quod intelligitur prout de iure, quoad merita causæ, secus quoad solemnitates Iudicij, & fuit dictum *in causa Carthaginen. illegitimitatis* 10. *Ianuarij* 1583. *coràm Aldobrandino. quam vide in causa Pla-*

Placentina melioramentorum 1. *Iunij* 1587. *coràm* Robusterio.

3 Hæc clausula relaxat aliqualiter rigorem iuris ciuilis. *Bart. in l.* 1. *num.* 4. *vers. ad istam lecturam. & num.* 5. *C. de legib. Crescent. decis.* 4. *nu.* 3. *de testib. Dec. in l. certum. col. fin. C. vnd. legit.* & fuit resolutum *in causa Carthaginen. illegitimitatis* 24. *Nouembr.* 1586. *coràm Blanchetto.* vbi de testibus examinatis in compulsore sine citatione ad videndum iurare, & fuit dictum *in causa Romana pensionis* 13. *Iunij* 1597. *coràm Card. Pamphilio. & in causa Illerden. iuris decimandi* 5. *Maij* 1600. *coràm Card. Millino.* vbi erat posita in commissione restitutionis in integrum aduersus tres conformes. *Rota in Leodien. Parochialis* 16. *Nouembris* 1594. *coràm Litta. Aurien. Parochialis* 27. *Aprilis* 1598. *coràm Card. Lancellotto. Romana Cottiui* 6. *Martij* 1606. *coràm Sacrato. vbi omninò videas. Cæsaraugustana Canonicatus* 12. *Februarij* 1610. *coràm Card. Pamphilio. & vide in causa Ispalen. decimarum de Tribusena* 17. *Nouembris* 1586. *coràm Orano.* vbi quid si sit apposita in commissione restitutionis in integrum aduersus tres conformes. *& vide in causis infrà allegandis. Tuden. Parochialis* 4. *Iulij, &* 3. *Decembris* 1601. *coràm Card. Sacrato.*

4 Adde quod ad hoc vt intret arbitriũ ad relaxãdum iuris rigorem sufficit fumus, & informes prohibitiones, *vt in Calaguritana Canonicatus* 5. *Nouembris* 1601. *coràm Card. Sacrato. & in alys causis allegatis. infrà nu.* 13. *incip. Quid in clausula, Parito Breui, &c.*

5 Hæc clausula posita in commissione sanatoria examinis testium, si testes sunt examinati cum interrogatorijs partis, semper intrat, & fides testibus adhibetur. *Crescent. decis.* 4. *nu.* 3. *de testib. & prima de fer. Put. decis.* 301. *lib.* 3. *Ant. Aug. in Epit. de testib. nu.* 19. & fuit resolutũ *in causa Conchen. limitum* 28. *Nouembris* 1594. *&* 17. *May* 1595. *coràm Blanchetto. Cæs. de Graß. decis.* 1. *nu.* 18. *de probat.* & fuit dictum *in causa Toletana primitiarum* 23. *Februarij* 1590. *coràm Comitulo. Burgen. Pontidij* 10. *Martij* 1586. *coràm Orano. Veneta illegitimitatis* 7. *Februarij* 1601. *coràm Penia.* vbi verum, nisi adsit totalis defectus iurisdictionis, secus si non est talis defectus iurisdictionis. *Rota in Illerden. iuris decimandi* 10. *Ianuar.* 1603. *coràm Card. Millino. Ispalen. beneficiorum* 22. *Aprilis* 1611. *coràm Card. Pamphilio. Meten. Monastery* 16. *Februarij* 1598. *coràm Litta.* vbi aliæ decisiones citantur.

6 Quid in commissione sanatoria nullitatis compulsationis, *vide in causa Toletana Capellæ* 6. *Nouembris* 1595. *coràm Card. Millino.* vbi fuit denegata fides processui non obstante commissione, ex quo processus plures defectus patiebatur, qui omnes Papæ non fuerant narrati.

7 Si verò non sunt examinati cum interrogatorijs, vel cum eis, sed insufficientibus, non intrat arbitrium. *Put. decis.* 301. *lib.* 3.

8 Quid vbi testes non fuerunt examinati cum interrogatorijs, sed cum consensu procuratoris partis aduersæ, *vide in Meten. Monesterij* 16. *Februarij* 1598. *coràm Litta.*

9 Quid in testibus examinatis extrà locum remissoriæ deputatum cum interrogatorijs tamen partis, &c. vide *Put. decis.* 301. *lib.* 3. *Verall. decis.* 383. *lib.* 1. *in manuscript. & in d. Meten. Monasterij* 16. *Februarij* 1598. *coràm Litta.* vbi quod intrat arbitrium, &c. *Ispalen. beneficiorum* 22. *Aprilis* 1611. *coràm Cardin. Pamphilio.* vbi quod stante, quod fuerunt examinati literis nõ expeditis ante terminum ad articulandum. *Rota in Romana testamenti* 16. *Martij* 1612. *coràm Card. Sacrato.*

10 Item ad effectum sanandi examen nullum ex eo quod per Iudicem remissorialem testes super negotio principali fuerunt examinati in termino dato ad probandum, vt fuit resolutum *in Ianuen. domorum* 20. *Iunij* 1611. *coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

11 Quid si pars contradicat, det tamen interrogatoria, vide *Put. decis.* 301. *lib.* 3. *& in d. Ianuen. Cæsaraugustana decimarum* 20. *Nouembris* 1609. *coràm Card. Pamphilio. Papien. præpositura* 7. *Maij* 1610. *coràm Ortemberge.*

12 Quid vbi stante quasi possessione exigendi dicitur, quod arbitrio Rotæ procedatur in negotio principali, *vide in causa Rauennaten. transactionis* 19. *Ianuarij* 1594. *coràm Gypsio*, vbi propter hanc clausulam fuit relaxatus rigor iuris.

13 Quid in clausula, Parito Breui arbitrio Rotæ, *vide in causa Astoricen. prioratus* 9. *Decembris* 1596. *coràm Litta. & in causa Barchinon. beneficij* 23. *Ianuarij* 1600. *coràm Card. Pamphilio. Aurien. Parochialis* 27. *Aprilis* 1598. *coràm Card. Lancellotto. Tuden. Parochialis* 4. *Iulij, &* 3. *Decembris* 1601. *coràm Card. Sacrato. Leodien. Parochialis* 16. *Nouembris* 1594. *coràm Litta. Elnen. beneficij* 17. *Maij* 1602. *coràm Sanctiss. Ludouisio. Toletana Capellaniæ* 30. *Octobr.* 1602. *coràm Litta.*

14 Et de hac eadem clausula, Parito Breui arbitrio Rotæ, vbi agitur de Breui super declaratione Concilij, *vide in causa Gerunden. Canonicatus, seu officij pœnitentiariæ* 11. *Februarij* 1598. *coràm Orano.*

15 De hac clausula, *vide in causa Placentina melioramentorum* 1. *Iunij* 1587. *coràm Robusterio.* vbi ex huiusmodi clausula fuit denegata spoliato restitutio.

16 Et *in causa Toletana Parochialis de Mazacabrot.* 13. *Ianuarij* 1595. *coràm Corduba.* vbi fuit denegata spoliatori reseruatio expensarum, & fructuum in fine litis, ex quo constabat de eius dolo, non tamen fuisset denegata reseruatio in fine litis, si dolo caruisset. *iuxtà decis. Mohed.* 2. *de solut. Put. decis.* 4. *eod. tit. & vide in dicta Toletana Parochialis.*

17 Et in commissione sanatoria non intrat vbi sanatio tenderet ad confouendum spoliatorem in spolio. *Rota in Romana nullitatis subhastationis* 10. *Iunij* 1609. *coràm Sanctiss. Ludouisio.*

18 Et *in causa Salernitana Rectoriæ* 4. *Aprilis* 1588. *coràm Blanchetto.* vbi fuit dictum, quod arbitrium non intrat, ex quo sententia cuius nullitatis sanatio erat remissa arbitrio Rotæ, erat iniusta.

19 Et *in causa Fauentina legitimæ* 1. *Decembris* 1589. *coràm Gypsio*, in qua fuit saluata executio nulliter facta, quia constabat de eius iustitia.

20 Et *in causa Toletana primitiarum* 23. *Februarij* 1590. *coràm Comitulo.* vbi fuit adhibita fides processui, qui ab vtroquè notario nõ fuerat subscriptus.

21 Et *in causa Asculana pensionis* 28. *Iunij* 1593. *coràm Orano.* vbi fuit retardata solutio pensionis stante dicta clausula arbitrio, donec literæ translationis iustificarentur.

22 Et *in causa Asten. bonorum* 15. *Decembris* 1593. *coràm Blanchetto.* vbi stante clausula, quod procedatur reiectis attentatis arbitrio Rotæ, fuerunt reiecta stante bono iure attentantis. *Rota in Ispalen. matrimonij*

trimonij 9. Decembris 1605. coràm Sanctiss. Ludouisio.

13 Item vbi attentata sunt turbida. *Rota in Rauennaten. attentatorũ 18. Iunij 1610. coràm Coccino Decano.*

14 Hæc clausula non intrat pro reiectione attentatorum, vbi attentata sunt clara, vt fuit resolutum *in Toletana Parochiali 26. Iunij 1609. coràm Cardin. Pamphilio. Ciuitatis Capellæ Capellania S. Crucis 22. Iunij 1601. coràm Card. Caualerio. Parmen. Status 30. Aprilis 1610. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

15 De hac clausula vide etiam *in causa Salamantina nullitatis censurarum 16. & 28. Nouembris 1594. coràm Seraphino.* vbi de clausula sine præiudicio legitimæ executionis arbitrio Rotæ, qua stante fuit simpliciter inhibitum.

16 Hæc clausula in materia alimentorum, & expensarum lite pendente, quomodo intelligatur, *vide in causa Romana legati 2. Aprilis 1601. coràm Seraphino.*

17 Huic clausulæ non est locus ad reuocandum executionem iam factam, vt fuit dictum *in causa Aquilana beneficij 28. Maij 1599. coràm Penia. Aurien. Parochialis de Pao 17. Aprilis 1600. coràm Card. Lancellotto.* vbi quod per hanc clausulam non est reuocanda possessio per immissum capta, nec circa illam ei præiudicandum, neq; impediendum eius manutentio. *Rota in Elnen. beneficij 30. Octobris 1602. coràm Sanctiss. Ludouisio.* vbi etiamsi executio fuisset attentata. *Rota in Tuden. Parochialis 3. Decembris 1601. coràm Card. Sacrato. Oueten. Archidiaconatus 15. Decembris 1603. coràm Cardin. Pamphilio. Colonien. præceptoriæ 14. Maij 1604. coràm Coccino Decano.*

Imò nec impedit executorem apocarum stante Statut. Vrb. *lib. 1. cap. 83. Rota coràm Vbaldo. vt in Recent. part. 2. decis. 434. num. 3.*

18 Amplia etiam quando executor nulliter processit, tunc enim solum supersedetur in vlteriori executione iam facta, a utem non reuocatur, vt fuit resolutum *in Celsonen. præceptoria 14. Maij 1604. coràm Coccino Decano.*

19 Nec intrat ad supersedendum in executione iam cœpta. *Rota in Senecen. decimarum 28. Aprilis 1608. coràm Card. Caualerio.*

20 Nec ad effectum supersedendi in executione trium conformium. *Rota in d. Senecen. decimarum.*

21 Stante clausula apposito sequestro arbitrio Rotæ, non est locus arbitrio si possessio sit legitimè capta, seruatis seruandis, vt fuit resolutum *in causa Ariminen. bonorum 28. Nouembris 1601. coràm Cardin. Pamphilio.*

22 Stante clausula arbitrio Rotæ, iuncta clausula sine retardatione solutionis pensionis ad fauorem translatarij non suspenditur solutio, si adsint literæ, *vide in causa Taurinen. pensionis 18. Martij 1602. coràm Card. Lancellotto.*

23 Clausula, Arbitrio Rotæ sequestrata possessione, &c. intelligitur prout de iure, & ideò si possessio vtrinque sit turbida, vel hinc inde prætendatur spolium, datur sequestrum, vt fuit dictum *in causa Romana domus 17. Iunij 1602. coràm Ortembergo.*

24 Et ratio est, quia de iure, & de stylo Rotæ, quando possessio est turbida ponitur sub sequestro. *Put. decis. 371. lib. 2. Cassad. decis. 3. de rest. spol.* & fuit dictum *in causa Perusina bonorum 24. Februarij 1588. coràm Card. Mantica.*

25 Hæc clausula intrat ad effectum cumulandi possessorium, & petitorium, vbi possessorium est turbidum. *Rota in Romana Cottini 6. Martij 1606. coràm Card. Sacrato.* vbi in spolio. *& in Vicen. Parochialis 10. Decembris 1608. coràm Reuerendiss. Manzanedo.* vbi in summarijssimo manutentionis, *& Cæsaraugustana Canonicatus 12. Februarij 1610. coràm Card. Pamphilio.* vbi etiam in spolio. *Rota in Romana vineæ 6. Aprilis 1612. coràm Coccino Decano. Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. & 14. Maij 1612. coràm Vbaldo.*

26 Vbi tamen est clarum non intrat. *Rota in Foroliuien. de Mousignanis 17. Nouembris 1600. coràm Penia. Perusina spolij domus 8. Iunij 1608. coràm eodem. Romana vineæ de Fabris 4. Iulij 1603. coràm Litta.* vbi ad effectum retardandæ purgationis. *Rota in Gerunden. Parochialis 30. Ianuarij 1612. coràm Coccino Decano. Terracon. beneficij 13. Februarij 1612. coràm Card. Caualerio.*

27 Item intrat ad effectum cumulationis, vbi possessorium pendet à petitorio. *Rota in Vicen. Parochialis 10. Decembr. 1608. coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

28 Hæc clausula non iuuat eum, qui habuit recursum ad Iudices seculares, vt fuit dictum *in causa Tuden. Parochialis 3. Decembris 1601. coràm Card. Sacrato.*

29 Hæc clausula intrat ad effectum supersedendum in executione literarum Apostolicarum, quando non sunt iustificatæ, vt fuit dictum *in causa S. Angeli beneficiorum 3. Iunij 1602. coràm Sanctiss. Ludouisio. & in Toletana Capellania 30. Octob. 1602. coràm Litta.*

40 Hæc clausula relaxat iuris rigorem in transportatione actorum inductum, ita vt defectus transportationis actorum, quæ non requiruntur pro meritis, & pro recognitione causæ non obstet. *Rota in Albanen. beneficiorum 4. Nouembris 1609. coràm Cardin. Lancellotto. Placentina Parochialis 18. Martij 1611. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

41 Et intrat, vt ad vlteriora procedi possit, non facta integra transportatione actorum, vbi acta tamen transportata non pertinent ad iudicium intentatum. *Rota in Romana pecuniaria 27. Iunij 1608. coràm Card. Marcomontio.*

42 Hæc clausula posita in commissione, quod præfixo termino ad producendum acta, moderetur inhibitio quomodo intelligatur, *vide in causa Hildesmen. iurisdictionis 5. Iunij 1602. coràm Card. Lancellotto.*

43 Hæc clausula posita in paritione Breuis, impedit executionem vbi reseruatio prætenditur ex alternatiua, & beneficium est simultaneæ collationis Episcopi cum Capitulo, vt fuit dictũ *in causa Corduben. dimidiæ portionis 11. Februarij 1602. coràm Cardin. Sacrato.*

44 Hæc clausula, an intret ad remouendum notarium, vti suspectum stante iuramento, *vide in Romana nullitatis electionis notarij 4. Nouembris 1611. coràm Vbaldo.*

45 Hæc clausula adiecta clausulæ sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum est locus arbitrio ad supersedendum, vbi literæ non sunt iustificatæ. *Cas. de Grass. decis. 12. nu. 4. de probat.* & fuit dictum *in causa S. Angeli beneficiorum 3. Iunij 1602. coràm Sanctiss. Ludouisio. Toletana Capellania 30. Octobris 1602. coràm Litta.*

46 Secus si sint iustificatæ, quia tunc cum habeant executionem paratam hæc clausula arbitrio non retardat executionẽ, vt fuit resolutum *in causa Tirasonen. Canonicatus 24. Maij 1602. corã Card. Pamphilio.*

Elnen.

Eluen. beneficij 30. *Octobris* 1602. *coràm Sanctiß. Ludouisio. & in alia Eluen. beneficij* 30. *Nouembris* 1602. *coràm Penia.*

47 Per hanc clausulam censetur remissus defectus solemnitatis iudicialis, dummodo non desit legitima defensio. *Rota in Veneta legitimitatis* 18. *Decembris* 1606. *coràm Penia.*

48 Clausula, Arbitrio Rotæ, Parito iudicato, posita in causa restitutionis aduersus tres conformes intelligitur prout de iure, & non impedit executionem, nisi clara sit iniustitia, *ad text. in Clem. vt calumnijs. de re iudic.* & fuit dictum *in Gerunden. beneficij* 19. *Aprilis* 1602. *coràm Litta.*

49 Hæc clausula, Arbitrio Rotæ, intrat pro sanctione erroris notarij, qui terminum sub vna die seruatum apposuit sub alia die. *Rota in Lucana bonorum* 5. *Decemb.* 1611. *coràm Reuerend. ß. Coccino Decano.*

50 Non intrat pro sanatione defectus citationis, vbi adest totalis defectus. *Rota in Mantuana bonorum* 16. *Decembris* 1611. & 14. *Maij* 1602. *coràm Vbaldo. Romana nullitatis subhastationis* 10. *Iunij* 1609. *coràm Sanctiß. Ludouisio.* vbi in terminis subhastationis, & quod multò minus intrat quando subhastatio est spoliatiua. *Rota in Zamoren. pecuniaria* 20. *Martij* 1609. *coràm Card. Caualerio.*

51 Hæc clausula operatur, vt non sit locus compensationi, vbi res non est liquida. *Rota in Abulen. pensionis* 15. *Decembris* 1610. *coram R. P. D. Pirouano.*

52 Item suspendit processum executiuum, donec super meritis fiat verbum in Rota absquè eo tamen, quod detur particulare dubium. *Rota in d. Abulen. pensionis, & in Anconitana bonorum* 12. *Iunij* 1607. *coram Reuerendiß. Manzanedo.*

53 Clausula, Arbitrio Rotæ sub conditione Constito, quod testes sint mortui nõ habet locum, nisi probata morte testium per veras, & legitimas probationes. *Rota in Nolana pensionis* 23. *Ianuarij* 1612. *coram Card. Sacrato.*

54 Hæc clausula pro refectione expensarum, non habet locum, vbi petitur cõmitti causam appellatione remota. *Rota in Romana pecuniaria de Sacchettis* 23. *Martij* 1612. *coram Card. Caualerio.*

55 Hæc clausula operatur, vt intret sanatio nullitatis executionis testium, qui iurarunt in manibus notarij, cui per subdelegatum fuit receptio iuramenti commissa fuerat de consensu partium. *Crescent. decis.* 4. *de testib.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula* 8.

Clausula 176. Arbitrio tuo.

Num. 1. Hæc clausula regulariter importat arbitrium boni viri. *Feliu. in cap. 1. num. 51. vers. Et si dicatur, committimus arbitrio tuo. de constit.*

2 Limita, vbi dirigitur illi, qui alias debet iudicare, vt bonus vir, nam tunc importat liberum arbitrium. *Felin. ibid.*

3 Hæc clausula importat summariam cognitionem in procedendo, non autem in decidendo. *Felin. in d. cap. 1. nu. 51. vers. Et adde, quod ista clausula. de constit. vbi videas omninò.*

Clausula 177. Asserens, &c.

CLAVSVLA, Asserens, quod res est ipsius venditoris, & nulli est vendita, data, obligata, neque aliquid actum in præiudicium præsentis contractus, &c. posita in instrumento venditionis, intelligitur respectu validitatis illius actus, & quoad contrahentes tantum, secus respectu tertij, vt fuit dictum *in Romana bonorum de Lilio* 7. *Februarij* 1582. *coram Seraphino.*

Clausula 178. Asserens se habere plenam notitiam testamenti.

Num. 1. Hæc clausula vnà cum clausula de non contrauueniendo, &c. operatur, vt instrumento dicatur legitimè renunciatum. *Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 59. ff. de verb. oblig.*

2 Hæc clausula operatur idem, quod illa verba cognitis, & inspectis, *iuxtà l. de his. ff. de transact. & d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Ang. in d. l. de his. nu. 1. vers. attende. & Ias. in d. l. duo fratres. num. 59. vers. Item sufficit.*

Clausula 179. Asserta scientia, &c.

Hæc clausula operatur, vt quis non videatur sententiam approbare. *Dec. consil. 302. sub num. 11. & cons. 402. col. 4.*

Claus. 180. Attento cõsensu, &c.

Hæc clausula, Attento consensu maioris partis, posita in Breui stat causatiuè, non autem conditionaliter, ex quo si consensus ante expeditionem Breuis non fuisset præstitus, Breue non fuisset expeditum. *ad Put. decis. 349. in fin. lib. 1. & decis. 18. lib. 3. Verall. decis. 120. & 213. nu. 1. part. 1. in impreß. & decis. 183. lib. 1. in manuscript. Peregr. decis. 74. lib. 1.* & ita fuit dictum *in causa Romana censuum* 13. *Martij* 1596. *coram Blanchetto.*

Clausula 181. Attento, quod in omnibus eorum priuilegijs, &c.

CLAVSVLA, Attento, quod in omnibus eorum priuilegijs, &c. apposita in priuilegiorum confirmatione stat causaliter, non autem conditionaliter. *Rot. decis. 36. num. 15. part. 1. diuers.*

Clausula 182. Auctoritate nostra cognosces, &c.

Num. 1. Hæc clausula apposita in principali dispositione Commissarium delegatum facit, licet secus si in executione. *Dec. cons. 305. nu. 7. & cons. 413. sub n. 8. & cons. 500. num. 11. & cons. 521. nu. 15. Roman. consil. 285. num. 2. in fin. & seq. & cons. 238. sub nu. 11. vbi Mandos. in verb. delegatum.*

2 Hæc clausula operatur, quod delegatus Principis non possit subdelegare. *Ias. in l. Iudice. col. fin. in 8. limit. C. de Iudic. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. deleg. sub num. 21.*

Clausula 183. Audiat N. iustitiam faciat.

Num. 1. Hæc clausula magis monitionem quamdam, quam certam formam iustè iudicando inducit. *Ias. & Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. sub num. 6. ff. de verbor. obligat.*

2 Per hanc clausulam non censetur Princeps summariè causam committere, licet in simplici libello

causam

causam summariè committi petatur. *Marant. de Ordin. Iudicior. 4. part. 9. distinct. num. 4. Vestr. in sua prax. lib. 3. cap. 2. num. 6. & ibi Grauat. in addit. nu. 18. Ias. in l. Gallus. §. idem crederem. num. 11. ff. de lib. & posthu.*

3 Limita stante clausula, & cætera, quia omnia præcedentia concessa censentur, nisi aliquid in petitione fuisset deletum. *Ias. in l. Gallus. §. idem crederem. num. 10. ff. de lib. & posthum. Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 3. cap. 2. num. 21. in fin.*

4 Circa hoc vide infrà in clausula summariè 803. & circa hanc clausulam generalem, vide etiam infrà in clausula iustitiam faciat 459.

5 Hæc clausula non excludit ordinem iudiciarium, immò operatur, quod iuris ordine seruato iustitiam reddat. *Dec. cons. 333. sub num. 2. & cons. 483. nu. 1. Felin. in cap. 1. sub nu. 51. vers. Et si dicas facias iustitiam, &c. extrà de Constit. add. ad Vestr. lib. 3. cap. 2. sub num. 18.*

6 Per hanc clausulam censetur data potestas cognoscendi, & decidendi. *Dec. cons. 198. col. fin. & consil. 233. sub nu. 2. & cons. 483. num. 2. Felin. d. cap. 1. sub num. 51. vers. Et si dicatur facias iustitiam extrà. de constit.*

7 Hæc clausula stante nihilominus potest Iudex inducere partes ad concordiam. *Felin. in cap. 1. sub num. 51. de constit.*

8 Hæc clausula in rescripto super reuisione sententiæ apposita stante, an sententia possit reuideri. vide *Felin. in d. cap. 1. sub nu. 51. vers. Et si dicatur facias iustitiam, &c. extrà de constit.*

9 Hæc clausula non operatur, quod sententia, & si iniqua feratur sit nulla. *Felin. in cap. cum ex officijs. de præscript. cum addit. per Gabr. concl. 5. de arb. n. 2.*

Clausula 184. Auditis hinc inde propositis.

Hæc clausula operatur, vt pars audiatur si citata compareat, sin autem sit contumax potest procedi in causa etiam eius iuribus non auditis. *Dec. cons. 230. num. 5. ad fin. & seq.*

Clausula 185. Augendi.

Num. 1. Hæc clausula vbi est simpliciter posita operatur, vt possit exprimi valor actus vsquè ad tertiam. Quod si dicatur, Augendi, quantum opus fuerit, tunc potest vsquè ad quamcumquè summam actus exprimi, ita seruat Rota.

2 Hæc clausula est facultatiua, & non operatur nisi facta expressione in literis, vt fuit dictum *in causa Tuden. beneficij 11. Aprilis, & 9. Maij 1578. coràm Blanchetto. vt in decis. 417. num. 2. & 418. num. 1. part. 1. diuers. Spoletana beneficiorum 22. Iunij 1594. coràm Card. Mantica.*

3 Hæc clausula ante expeditionem operatur ad effectum regulæ de valore, nempè ad excludendum falsum valorem propter regulam, vt fuit dictum *in causa Pisaurien. pensionis 13. Octobris 1572. coràm Robusterio. Spoletana beneficiorum 22. Iunij 1594. coràm Card. Mantica. in qua adest decisio. in d. Pisaurien.*

4 Hæc clausula operatur, quod gratia ob non expressum verum valorem sustineatur, donec impetrans deliberet, quid in expeditione literarum velit exprimere. *Fab. decis. 14. lib. 2.*

5 Amplia, vt procedat etiam si ante expeditionem literarum resignauerit, quia possit in literis exprimi verus valor per resignatarium. *Fab. d. decis. 14. lib. 2.*

6 Hæc clausula operatur, quod valor obtentorum non sit iustificandus, vt fuit dictum *in Conchen. beneficij de Veles 30. Martij 1582. coràm Bubalo.*

7 Vigore huius clausulæ, si quis expresserit minorem valorem, an si posteà exprimere velit verum valorem, an, & quãdo sit admittẽdus, vide *Put. decis. 94. lib. 3.*

8 De hac clausula, vide *Rot. decis. 1958. lib. 3. par. 3. diuers.* vbi quod si dicatur vsquè ad verum valorem valor exprimi ad quamcumquè summam, si autem non adsint dicta verba non potest augeri, nisi quoad tertiam partem. *Rebuff. in 3. part. signatur. versic. Etiam in hac signatura. num. 2.*

9 Et quod vigore huius clausulæ possit augeri vsquè ad tertiam partem, nisi sit dictum, quod possit diuidi. *Chissan. decis. 201. & 202. Rebuff. vbi suprà. num. 1.*

10 Hæc clausula etiam in secunda dispensatione intelligitur dummodo constet, quod ex aliqua causa prima vice minorem valorem expresserit. *Put. decis. 94. lib. 3.*

11 De hac clausula, & eius efficacia, vide latè *Rebuff. in 3. part. signat. vers. Et in hac signatura. per tot.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula 9.*

Clausula 186. Ausu temerario contraire præsumas.

Hæc clausula arguit dolum ita, vt contrafaciens dicatur in dolo. *Dec. cons. 277. in fin.*

Clausula 187. Aut aliàs, &c.

Hæc clausula posita post mentionem iuris communis, non potest aliter intelligi, quàm de iure speciali. *l. ius singulare. ff. de legib. glos. in Clem. 1. in verb. debitis. de decim.* & fuit dictum *in causa Valentina decimarum de Cotalua 10. Decembris 1601. coràm Litta.*

Clausula 188. Aut per capacitatem, seu inhabilitatem cuiuscumquè, &c.

De hac clausula, & eius validitate, vide *Rebuff. in form. simplicis prouis. in verb. Aut incapacitatem.*

Clausula 189. Aut prouisione quauis etiam auctoritate facta nulla, &c.

De hac clausula, & eius effectu, & validitate, vide *Rebuff. in form. simplic. prouis. in verb. aut prouisione, &c.*

Clausula 190. Cadat à iure suo.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur ipso iure non expectata sententia. *l. fin. C. locat. addent. ad Felin. in cap. 1. num. 13. in verb. ferendam. in fin. de rescript. Idem Felin. in cap. ex tenore. num. 29. eodem tit. Dec. consil. 138. num. 2.*

2 Contrarium tenet. *Matthesilan. not. 111. Aym. cons. 69. circa fin.*

Clausula

Clausf. 191. Cassans, & irritans, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam Cassans, &c. irritans, &c. omne aliud, &c. non censetur reuocata donatio. *Afflict. decis. 275. in fin. & Paris. conf. 128. num. 40. lib. 1.* nec donatio causa mortis. *Bald. conf. 108. nu. 3. lib. 3. Rub. Alex. conf. 111.*

2 Censetur tamen reuocata ea donatio, quæ ita fit in testamento, *si non valet iure testamenti, valeat iure donationis. Bald. in l. hæredes palam. §. fin. in fin. ff. de testam.* quem multi sequuntur, quos refert. *Surd. conf. 169. Hac controuersia. num. 7.* quem omninò videas.

3 Non tamen censetur reuocata donatio causa mortis, quia non est propriè vltima voluntas. *Bald. dicto conf. 108. num. 4. in fin. lib. 3. Rub. Alex. consil. 111. num. 6. in fin. & seq.* vbi quod stant ista simul, quod non reuocetur testamentum, & non reuocetur donatio causa mortis.

4 Hæc clausula non operatur, vbi secundum testamentum est nullum, ita vt per eam primum non est nullum. *Bald. in l. sancimus. nu. 2. & 3. C. de testam. Bald. in l. si vir, qui. quæst. vlt. ff. de leg. 3. Soccin. Iun. conf. 106. nu. 36. lib. 1. Rol. conf. 33. num. 5. lib. 3.*

5 Habet enim tacitam conditionem si illud valeat. *Rot. decis. 795. num. 13. part. 1. diuers.*

6 Et est opus, vt ex eo si non adeatur, possit tamen adiri hæreditas. *Rot. d. decis. 795. num. 14.*

7 Ideòque nisi testamentum valeat, nec ipsa valeat. *Bart. in l. sed, & si in conditione. §. sed si sit. ff. de hæred. instituend. Tiraq. de constit. P. 3. limit. 7. nu. 39.*

8 Limita si sit apposita vnà cum clausula codicillari, quia tunc per eam censetur primum reuocatum, etiamsi secundum sit inualidum. *Bart. in l. si iure. in fin. ff. de leg. 3. Contrarium tenet Soccin. Iun. conf. 106. num. 37. vbi de communi. lib. 1.*

9 Hæc clausula in testamento non est necessaria, quia per posterius præcedens testamentum reuocatur. *Dec. conf. 64. sub nu. 2. & 475. sub nu. 1. Gabr. conf. 169. num. 52. lib. 1.*

10 Dic verum, nisi præcedat aliud testamentum habens clausula derogatoriam ad sequens testamẽtum. *Gabr. d. conf. 169. num. 53. lib. 1.*

11 Amplia etiamsi clausula, dicat, *Cassans, & irritans omne aliud testamentum etiam in quo esset clausula derogatoria. Dec. conf. 582. sub nu. 5. vbi de communi.*

12 Contrarium, quod immò huiusmodi clausula sufficiat tenet. *Bart. in l. si quis. in princip. ff. de leg. 3. Dilect. de art. testand. tit. de mut. test. caut. 1. sub nu. 3.*

13 Hæc clausula in contractibus non est necessaria. *Dec. conf. 500. sub num. 5. & conf. 564. num. 14.*

Clausula 192. Cassentur, & irritentur, &c.

Num. 1. Hæc clausula licet in verbo futuri temporis posita sit, nihilominus propter geminationem importat cassationem ipso iure. *Bald. de pac. Constant. §. hoc quod nos. num. 14. Dec. conf. 327. num. 6. vers. nec videtur obstare.*

2 Dic verum quoad ea, quæ in iure consistunt, secus verò quoad ea, quæ consistunt in facto, quæ Iudicis ministerium requirunt. *Dec. conf. 327. sub nu. 6. vers. nec videtur obstare.*

Clausf. 193. Cassum, & cancellatum de voluntate partium.

Hæc clausula prothocollo, seu imbreuiaturæ alicuius contractus adiecta, non nocet parti instanti ad publicationem. *Alex. in l. si vnus. sub num. 8. C. de testam. Feliu. in cap. cum P. tabellio. num. 10. in fin. de fid. instrument.*

Clausula 194. Casu, quo.

Hæc clausula conditionem importat, vt post *Corn. conf. 187. num. 7. lib. 2. & Borgnin. de vsufruct. sub num. 119. trad. Rot. Lucen. diuers. decis. 89. col. 3. vers. Et quod legatum.*

Clausf. 195. Causa, & occasione.

Num. 1. Hæc clausula denotat causam remotissimam, & sic causam impulsiuam. *Tiraq. in tract. cessant. caus. limit. 13. nu. 8. Rot. diuers. decis. 8. num. 9. p. 2. diuers.*

2 Et posita in mandato illud non restringit. *Rot. diuers. decis. 8. num. 10. part. 2. diuers.* censetur qualificare. *Rot. d. decis. 8. num. 12. part. 2. diuers.*

Clausf. 196. Cedit omne ius, quod habet, vel habere sperat.

Num. 1. Hæc clausula non operatur translationem dominij, vbi res non sunt in conspectu. *Dec. conf. 445. col. penult.*

2 Et apposita in diuisione non operatur renunciationem fideicommissi. *Gabr. de fideicom. concl. 1. n. 5.*

3 Hæc clausula plerumquè apponitur cum parua causæ cognitione, & ex quadam consuetudine Notarij. *Dec. conf. 495. num. 8.*

Clausula 197. Cedens omne ius, quod habet, vel habere sperat.

Num. 1. Clausula ista tollit ius futuram habens causam de præterito, vel præsenti. *Dec. conf. 230. col. 3. 287. num. 17. & 379. num. 11.*

2 Posita in diuisione rei emphyteoticæ non operatur, quominus secundum tenorem concessionis frater non possit venire ad portionem fratris præmortui. *Dec. conf. 411. num. 3.*

Clausula 198. Cedente, vel decedente reuertatur ad pristinum statum.

Hæc clausula posita in dismembratione vnionis ad effectum conferendi alicui ad vitam non inducit conditionem. *Mandos. super reg. 17. quæst. 9. num. 5.*

Clausula 199. Cæteratæ.

Num. 1. Instrumentum habens clausulas cæteratas non potest extendi cum clausulis substantialibus. *Rot. decis. 658. nu. 3. lib. 3. part. 3. diuers. vbi videas.*

Et vide *infrà in clausula, Et cætera. 233.*

2 Clausulæ cæteratæ solitæ, & conuenientes naturæ negotij per notarium extendi possunt, *vide in Romana societatis officij 9. Aprilis 1612. coràm Cardin. Caualerio.*

3 Clau-

3 Clausularum cæterarum extentio plurimum pendet ab arbitrio Iudicis informato à coniecturis, *ad notat. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum.* & fuit resolutum in *Romana de Lante* 13. *Ianuarij* 1578. *coràm Aldobrandino. est decis.* 393. *num.* 1. *part.* 1. *diuers. &* 13. *Februarij* 1581.

Clausula 200. Cæteris contrarijs quibuscumquè.

Num. 1. Clausula, Cæteris contrarijs quibuscumquè, quæ solet apponi in fine clausulæ non obstantibus, quid importet, vide *Staphil. de lit. grat. in verb. contrarijs quibuscumquè non obstantibus. per tot.*

2 Adde quid, & quando in literis apponi debeat, vide *Staphil. de lit. grat. tit. de expectat. aduers. benef. vers. tertiò notandum* est. *num.* 1. *& seqq.*

3 Et quando non debeat dici cæteris, sed statutis consuetudinibus, &c. contrarijs non obstantibus, *vide Pract. Cancellar. tit. notabil. super vac. non reseruat. vers. clausula, cæterisquè, &c. pag.* 131. *secundum paru. impress. & Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. non obstantibus. in fin.*

4 De hac clausula, vide eumdem *Rebuff. in form. mandat. in verb. contrarijs.*

Clauf. 201. Citrà cõsensum, &c.

Num. 1. Hæc clausula apposita in comparitione, operatur, vt non dicatur in iurisdictionem consensum. *Iaf. in l. prætor. num.* 18. *ff. de iure iurand.*

2 Adde tamen, quod si comparens non adijerit hæc verba, nisi & in quantum à iure sim arctatus, potest puniri tamquàm contumax. *Iaf. in d. l. ait prætor. nu.* 18. *ff. de iure iur. Dec. in c. cum M. nu.* 29. *de constit.* Vide etiam suprà *Clausula* 10. *& infrà* 202. *&* 203.

Clauf. 202. Citrà præiudicium.

Clausula, Citrà præiudicium priorum iurium, immò iura iuribus addendo, &c. operatur, vt non dicatur facta nouatio, nec recessum à primo instrumento, &c. *Grat. consil.* 127. *num.* 7. *ad fin. & seq. lib.* 1. *Rot. decis.* 738. *num.* 1. *& seq. part.* 1.

Clausula 203. Citrà reuocationem, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt per secundum mandatum, primum nõ dicatur reuocatum. *Put. decis.* 138. *lib.* 1. *& Thesaur. decis.* 107. *in fin.*

2 Et quod primus Vicarius per secundi deputationem non censeatur reuocatus. *Rebuff. in form. Vicariat. num.* 29.

3 Hæc clausula posita in deputatione curatoris est valida. *Put. decis.* 138. *num.* 1. *lib.* 3. Et intelligi debet de alio curatore validè deputato, non autem de nulliter deputato. *Put. decis.* 138. *num.* 2. *lib.* 3.

4 Sic etiam posita in mandato procuræ intelligitur de constitutione prioris valida, non autem de nulla. *Gonzal. in Regul.* 8. *Cancellar. regul.* 57. *num.* 18. *vers. Et clausula, Citrà reuocationem.*

Clauf. 204. Clerus huiusmodi.

Hæc clausula, quando debeat intelligi de Capitulo maiori, & quando de toto Clero, vide *Put. decis.* 504. *lib.* 2.

Clausula 205. Codicillaris.

Num. 1. Hæc clausula censetur apposita ex stylo notariorum, non autem ex voluntate testatoris, & ideò nihil operatur. *Bart. in l.* 1. *nu.* 10. *in fin. ff. de iur. codicillar. Alex. cons.* 52. *nu.* 29. *lib.* 4. *Barbat. cons.* 16. *nu.* 1. *lib.* 2. cum alijs allegatis per *Rip. in l. centurio. nu.* 80. *& seq. ff. de vulg. Tiraq. in l. si vmquàm. in præfat. num.* 126. *de reuoc. donat. & de constit. par.* 3. *limit.* 31. *nu.* 12. *Capic. decis.* 159. *nu.* 42. *Gabr. de consuet. concl.* 4. *nu.* 3. *Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib.* 1. *tit.* 10. *nu.* 1. *Dec. alios citans. cons.* 490. *num.* 10.

2 Contrarium, quod immò censeatur apposita ex voluntate testatoris tenet. *Imol. in l. filio præterit. sub num.* 19. *vers. Et prædicta. ff. de iniust. rupt. Rip. in d. l. centurio. nu.* 83. *Alex. cons.* 142. *nu.* 10. *lib.* 2. *Ruin. consil.* 15. *num.* 24. *lib.* 2. *Dec. cons.* 490. *nu.* 10. *Curt. Iun. in authent. ex causa. num.* 74. *C. de lib. præterit.* vbi de magis communi. *Neuizan. cons.* 28. *num.* 14. *& seqq. Tiraq. de constit. p.* 3. *limit.* 31. *nu.* 13. *Mantic. d. tit.* 10. *num.* 2. cum alijs allegatis per *Gabr. d. conclus.* 4. *n.* 1. & fuit resolutum *in causa Ariminen. legati* 10. *Nouembris* 1597. *coràm Litta. Put. decis.* 225. *nu.* 2. *lib.* 2. *Sarnen. decis.* 87. *lib.* 1. *Hier. Gabr. cons.* 113. *num.* 1. *lib.* 1.

3 Dic verum, quando hæc clausula fuit lecta coràm testatore, aliàs secus. *Aret. consil. vlt. col. fin. Sarnen. decis.* 88. *Ant. Augustin. de testam. §.* 20. *Gabr. d. conclus.* 4. *num.* 6.

4 Dic verum secundò, quando hæc clausula non continet aliquid, quid impugnet verisimili menti testatoris, nam tunc censetur apposita de voluntate testatoris, & operatur, secus verò quando cõtinet aliquid contrà verisimilem mentem testatoris, tunc enim nihil operatur, & censetur posita de stylo notariorũ. Ita *Ruin. cons.* 2. *nu.* 3. *lib.* 3. *Galliaul. in l.* 1. *in princip. num.* 6. *Tiraq. d. limit.* 31. *nu.* 4. *Gabr. d. claus.* 4. *nu.* 5. *& facit Bald. cons.* 170. *in fin. lib.* 5. *Mandel. cons.* 463. *num.* 16. *& seqq. vbi add.*

5 Vide quando ex hac clausula conseruatur testamentum nullum ex vitio, cui testator verisimiliter prouidisset, censetur apposita de eius voluntate, & operatur effectum suum, aliàs secus. *Aret. consil. vlt. col. fin. Rip. in l. centurio. nu.* 84. *ff. de vulg. Gabr. consil.* 109. *nu.* 7. *& cons.* 113. *nu.* 33. *lib.* 1. *Ariminen. legati* 10. *Nouembris* 1597. *coràm Litta. Ant. Gabr. de consuetud. conclus.* 4. *nu.* 5. *Tiraq. de constit. p.* 3. *lim.* 31. *nu.* 14.

6 Hæc clausula tendit ad conseruandum voluntatem testatoris. *Dec. cons.* 248. *num.* 6. *& cons.* 287. *num.* 4. *&* 431. *num.* 5. *vide infrà.*

7 Idcòquè vbi eius voluntas deficit, nihil operatur. *Dec. cons.* 205. *nu.* 10. 287. *sub num.* 4. 251. *nu.* 4. 394. *num.* 9. *& cons.* 431. *num.* 5. *vide infrà.*

8 Nequè contrà eius voluntatem operatur. *Bart. in l.* 1. *quæst.* 6. *ff. de iur. codicillar. Aym. cons.* 22. *col. pen. & cons.* 210. *num.* 3.

9 Hæc clausula operatur, vt substitutio facta per verba merè directa obliquetur, & valeat in vim fideicõmissi. *Doct. in l. precibus. vbi Non. nu.* 29. *C. de impub. & in l. verbis ciuilibus. & in l. centurio. vbi Alex. num.* 69. *& Rip. nu.* 79. *ff. de vulg. Franch. in cap. si pater. num.* 75. *de testam. in* 6. *Castren. in l. si fra. er. vbi Corn. nu.* 2. *C. de fideicomm. Alex. cons.* 82. *nu.* 1. *lib.* 2. *Soccin. cons.* 6. *nu.* 4. *lib.* 3. *& cons.* 94. *nu.* 2. *lib.* 4. *Dec. cons.* 205. *nu.* 4. 248. *sub nu.* 4. 287. *n.* 4. 291. *col.* 2. 384. *nu.* 1. *&* 394. *n.* 3. *col.* 431. *n.* 9. *Neuizan. cons.* 54. *nu.* 4.

Ee *Parif.*

Paris. de communi, cons. 41. num. 53. lib. 2. Alciat. consil. 144. num. 2. lib. 9. tom. 3. vbi de magis communi. Aym. cons. 22. nu. 8. Dilect. de art. testand. tit. de substit. caut. 9. num. 3. Andr. Gail. practicar. obseruat. lib. 2. cap. 114. num. 3. Rimin. Iun. cons. 146. num. 14. & 15. vbi de magis communi. Grass. in §. codicillus. nu. 20. & §. substitutio. quaest. 54. n. 6. Vrbeuetana Castrorum 19. Iunij 1579. coràm Seraphino. & Bononien. bonorum de Seta. 20. Iunij 1586. coràm Card. Pamphilio. Cas. de Grass. decis. 7. num. 8. de testament.

10 Amplia primò, vt non solum procedat, quando hęc clausula est concepta per verba futuri temporis, quo casu non habet difficultatem, vt per Rip. in l. Lutius. num. 45. ff. de vulg. Rub. Alexand. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 23. ff. de lib. & posthum. Soccin. Iun. cons. 166. in fin. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 146. n. 16. lib. 2.

11 Sed etiam, quando est cōcepta per verba praesentis temporis, prout loquuntur plurimi ex allegatis in principali conclusione, & praesertim. Corn. post Fulgos. & Castren. in l. si frater. nu. 2. C. de fideicom. Socc. cons. 64. nu. 4. lib. 3. Non. in l. precibus. nu. 29. C. de impuber. Lanfranch. de Orian. in l. centurio. nu. 20. & 26. vers. tertia conclusio. ff. de vulg. Odd. de compend. p. 5. de compend. fact. à pagano. art. 1. conclus. 11. Thesaur. decis. 141. num. 4. cum alleg. per Rub. Alexand. in d. §. quidam rectè. nu. 21. & 22. & facit doctr. Bart. in l. 1. num. 7. ff. de codicill. & Bald. in l. fin. num. 16. C. eod.

12 Contrarium, quod scilicet haec clausula concepta per verba praesentis temporis nihil operetur. tenet Rip. in l. centurio. nu. 85. & in l. Lutius. num. 45. ff. de vulg. Franch. in cap. si pater. num. 75. de testam. in 6. Soccin. Iun. cons. 166. in fin. lib. 2. Rub. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 23. ff. de lib. & posthum. Aym. cons. 34. nu. 4. & cons. 69. nu. 1. vbi Stracc. in addit. & cons. 407. nu. 4. lib. 3. Gabr. cons. 113. n. 7. & cons. 169. num. 55. cum alleg. per Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 5. tit. 2. sub nu. 12. & fuit dictum in causa Romana haereditatis 1. Aprilis 1591. coràm Seraphino.

13 Sed pro concordia dic, quod si testamentum valuit ab initio, sed ex post facto rumpitur, & clausula est concepta per verba pręsentis temporis propter defectum conditionis nihil operatur; tunc enim non trahitur ad futurum, nec ad nullitatem, quae posteà superuenit. Dec. cons. 242. nu. 3. Aym. consil. 69. nu. 1. Gabr. cons. 113. n. 7. lib. 1. sed si testamentum ab initio non valuit, tunc quia existit conditio illa, si nō valet, &c. operatur, ita procedit Bart. in l. 1. in 6. quaest. ff. de codicill. quem Doct. communiter sequuntur ibi, & l. cum stipulamur. nu. 125. vbi Castren. nu. 2. Alex. num. 2. ff. de verb. oblig. Castren. cons. 15. num. 2. lib. 2. Gabr. cons. 113. num. 7. lib. 1.

14 Limita fauore piè causae. Aym. cons. 69. nu. 1. non multum post princip. vers. Quod tamen non procedit.

15. Adde, quod quando haec clausula est concepta per verba subiunctiui modi valeat, vel valeret, dicitur concepta per verba futuri temporis. Bart. in l. 1. q. 6. ff. de codicill. Bald. in l. fin. num. 22. & Salic. num. 19. C. eod. Goffred. in d. l. 1. num. 28. in fin. & num. seq. Corn. cons. 34. nu. 5. & cons. 133. sub nu. 5. lib. 3. cons. 297. sub nu. 5. & cons. 310. col. fin. lib. 4. Dec. cons. 242. n. 3. Paul. de Monte Pico cons. 1. nu. 15. Paris. cons. 69. n. 26. lib. 1. Aym. cons. 69. sub nu. 1. in fin. vbi recedit a contraria opinione, quàm tenuerat in princip. Rimin. Iun. cons. 111. nu. 86. in fin. & seq. Gabr. cons. 113. n. 8. lib. 1. Bursat. cons. 89. n. 44. 45. & 46. Sim. de Prat. cons. 140. num. 24. & tenuit Rota in causa Romana haereditatis 1. Aprilis 1591. coràm Seraphino. & vide in causa Interamnen. bonorū 28. Aprilis 1595. coràm Blanchetto.

16 Item, si sit concepta per verbum infinitiui modi, vt testator dixerit, voluit valere, &c. nam hoc casu censetur concepta per verba futuri temporis, cum illud verbum, valere includat plura tempora. l. 5. §. stipulatio. & ibi glos. in verb. daturum. & Doct. ff. de verb. oblig. Paul. de Monte Pico. cons. 1. nu. 14. vers. Et quod clausula. cum duob. seqq. & fuit dictum in Romana haereditatis 5. Martij 1599. coràm Corduba.

17 Ampliatur secundò principalis conclusio, quod stante haec clausula substitutio facta per verba merè directa obliquetur, & substineatur in vim fideicommissi, vt procedat non solum in substitutione compendiosa, sed etiam in pupillari, quae propter hanc clausulam post pubertatem, & aditam haereditatem transit in fideicommissariam, vt per Doct. in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. & in l. centurio. vbi post alios Rip. num. 79. Lanfranch. de Orian. num. 40. Lancell. Galiul. num. 249. & in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. Fulg. cons. 43. sub nu. 2. Aym. cons. 305. n. 4. vers. tertiò respōdeo. cū alijs allegatis per Odd. de compend. p. 5. de compend. fact. à pagan. art. 1. concl. 11. fol. 133. & est cōmunis opinio, vt ibi per eum. Pract. Papien. in form. libell. pro leg. rei sing. glos. valere debeat. nu. 16.

18 Ampliatur tertiò, vt procedat etiam in substitutione vulgari, & reciproca, vtraquè enim stante hac clausula obliquatur, & transit in fideicommissum. Fulgos. Castren. & Corn. in l. si frater. C. de fideicomm. Soccin. cons. 6. num. 3. & 4. lib. 3. Curt. Iun. cons. 139. num. 23. & in d. l. precibus. num. 55. qui tamen hanc opinionem tenet in sola reciproca, in vulgari verò contrariam. Soccin. Iun. cons. 166. vers. In contrarium. lib. 2. Paris. cons. 41. nu. 53. lib. 2. Alciat. cons. 149. n. 2. lib. 9. tom. 3. Et hi tres testantur de magis communi. Grat. cons. 80. num. 10. & seqq. lib. 2. Aym. cons. 22. nu. 8. & cons. 305. nu. 4. vers. tertiò respondeo. Lancell. Galliaul. in l. centurio. nu. 300. ff. de vulg. Sim. de Prat. de interprat. vlt. vol. lib. 2. interprat. 1. dub. 1. fol. 11. num. 15. cum alijs allegatis per Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 2. num. 12. & lib. 7. tit. 4. nu. 9. versic. sed contrarium. latè Surd. cons. 232. nu. 15. & seqq. Bonon. de Sauonatijs 14. Ianuarij 1600. coràm Card. Millino. Rip. in l. huius. num. 44. ff. de vulg.

19 Contrarium, quod scilicet haec clausula operetur in substitutione vulgari, vel reciproca, tenet Dec. cons. 205. nu. 9. cons. 248. sub nu. 5. & 6. vbi add. consil. 287. nu. 4. cons. 291. n. 4. cons. 384. col. fin. cons. 394. col. fin. & in l. precibus. nu. 18. & ibi Non. num. 33. C. de impub. Rip. in l. haeredes mei. §. fin. num. 9. vers. contrarium verius. ff. ad Trebell. Curt. Iun. qui sequitur Dec. in vulgari, licet contrarium teneat in reciproca. cons. 139. in fin. & in d. l. precibus. num. 54. in fin. & in l. 2. nu. 18. & ibi Corn. num. 16. ff. de lib. praeterit. Emanuel Costa. in cap. si pater. p. 3. in verb. obliqua. nu. 20. de testam. in 6. Rmin. cons. 159. nu. 22. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 180. nu. 79. & 80. lib. 2. & cons. 100. nu. 35. lib. 3. Purpur. cons. 30. sub nu. 9. & seq. & cons. 139. nu. 14. & cons. 299. num. 4. Cephal. cons. 420. num. 22. & seqq. lib. 3. Petr. Ant. Anguisciol. cons. 38. num. 8. & seqq. & cons. 72. num. 6. & seq. lib. 6. Mazzol. cons. 9. num. 25. & seqq. Mandel. cons. 29. num. 9. & cons. 463. num. 16. & seqq. & cons. 126. num. 40. lib. 4. Odd. de compend. part. 5. de compend. fact. à pag. art. 1. conclus. 11. limit. 2.

limit.2. & 3. fol.135. & cons.95. num.34. & vide in causa Bonon. de Sauonatijs 14. Ianuarij 1600. & 26. Februarij 1601. coram Card. Millino.

20 Pro concordia dici potest, quod aut testamentum ab initio valere potuit iure directo, & clausula nihil operatur, aut ab initio valere non potuit, & tunc operatur etiam in vulgari, vel reciproca. Ita *Soccin. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthum. Aym. cons.22. num.8. & cons.305. nu.4. vers. tertiò respondeò. in fin. Menoch. cons.44. num.13.*

21 Secundò dic, quod aut clausula Codicillaris est concepta per verba futuri temporis, & substitutio vulgaris, vel reciproca transit in fideicommissariam, aut est concepta per verba præsentis temporis, & tunc nihil operatur. *Rub. Alex. in d. §. quidam rectè. nu.23. Rip. in l. centurio. nu.85. & in l. Lutius. nu.45. ff. de vulg. Soccin. Iun. cons.166. in fin. lib.2. Cagnol. in l. precibus. nu.198. C. de impub. cum alijs per Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.5. tit.2. nu.12. & vide eundem lib.7. tit.4. num.9. versic. Sed Ripa, & Gabr. cons.113. num.7. lib.1.*

22 Tertiò dic, quod aut substitutio est generalis, & incerta, quam Doct. interpretantur directam in dubio, & hoc casu per clausulam codicillarem substitutio obligitur, aut est expresè facta substitutio vulgaris, vel reciproca, & tunc nihil operatur. *Curt. Iun. cons.48. sub num.6. vers. nec obstat. si quispiam. Aym. cons.22. sub nu.8.* & pro hac distinctione facit. *Corn. in l. fin. in fin. dum loquitur de pupillari. C. de fideicom.*

23 Amplia quartò, vt principalis conclusio, quod stante hac clausula substitutio directa transeat in fideicommissariam, vt procedat etiam quando substitutio est facta ordine successiuo per vulgarem, nam & hoc casu etiam obliquatur, & valet in vim fideicommissi propter hanc clausulam. *Soccin. in l. Gallus. §. quidam rectè. in fin. ff. de lib. & posthum. & consil.12. num.16. lib.3. Curt. Iun. cons.48. sub num.6. Aym. consil.22. num.8. & vide in causa Auenion. fideicommissi 4. Nouembris 1592. coràm Blancbetto.*

24 Hæc clausula operatur non solum, quando testamentum est nullum ex defectu solemnitatis, sed etiam quando est nullum ex prætensione, vel mala filij exhæreditatione. *Doct. communiter in authent. ex causa. C. de liber. præterit. Bart. in l.1. quæst.5. ff. de codicill. Angel. cons.108. col.1. in 1. dub. & cons.111. col.2. in 4. dub. Alex. in d. authent. ex causa. nu.13. & cons.26. nu.5. lib.1. Angel. Aret. cons.82. num.19. vers. sed tamen his non obstantibus.* vbi de communi. *& consil.86. nu.13. Capr. cons.80. num.2. & 115. num.9. Dec. cons.242. sub num.2. vbi addens. & cons.369. nu.2. Ias. in d. authent. ex causa. nu.22. & addent. ad Port. Instit. de codicill. nu.6. & cons.104. col. penult. lib.4. Soccin. Iun. cons.107. num.24. lib.1. & cons.3. num.27. lib.4. Bero. cons.16. nu.26. lib.2. Purpurat. cons.407. nu.26. Rim. Iun. cons.146. nu.33. lib.2. Gabr. cons.109. nu.5. & cons.113. nu.2. lib.1. Clar. in §. testamentum. q.46. Vasq. de success. progress. lib.3. §.30. num.37. & 48. tom.2. Gabr. de clausul. conclus.7. num.1. Gail. pract. obseruat. lib.2. cap.114. n.3. Crass. in §. codicillus. n.21. Odd. de compend. part.5. Curt. Iun. in d. auth. ex causa. sub nu.68. Ariminen. legati 10. Nouembr. 1597. coràm Litta. Reatina hæreditatis 3. Martij 1600. coràm Iusto. Interamnen. bonorũ 28. Aprilis 1583. corã Blancbetto.*

25 Amplia, vt multò magis procedat, vbi præteritus de tempore testamenti non debebit necessariò instituti, vt quia aliquis ipsum præcedebat, tunc enim absquè dubio hæc clausula operatur. *Dec. cons.242. col.2. & 369. col.1.*

26 Et hoc casu filius præteritus restituens hæreditatem institutis non detrahit, nisi legitimam. *Bart. consil.20. nu.6. lib.1. Dilect. de art. test. tit. de liber. Instit. vel ex hæred. caus.1. n.5. Gabr. cons.109. nu.6. & 113. n.4. lib.1. vide infrà Rimin. Iun. cons.146. n.33. lib.2.*

27 Amplia, vt hæc clausula operetur, etiam vt instituti in primo testamento censeantur grauati restituere institutis in secundo nullo ex causa præteritionis, vel ex alia causa. *Bart. in l.1. num.3. ff. de codicill. Alex. in authent. ex causa. in fin. C. de liber. præterit. Soccin. Iun. cons.106. n.37.* vbi dicit Bart. communiter receptum. *lib.1. Guid. Pap. decis.513. sub nu.13. Peregr. de fideic. art.2. nu.17.* & fuit resolutum *in causa Reatina hæreditatis 3. Martij 1600. coràm Iusto.*

18 Clausula, Constito de tribus cõformibus, intelligêtur de validis, & iustis, *ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & fuit resolutum in causa Capntaq. vnionis 1. Iunij. 1587. Bubalo. Lauden. pecuniaria 1. Iulij. 1585. Card. Pãph. Vlixbonẽ. decimar. 29. Martij. 1591. Orano & in causa Tolet. pens. 12. Decẽb. 1597. vbi quod mereatur executionem. Bonon. de Ramozzottis. 17. Aprilis. 1592. corã Card. Pãph. Mediolanen. 4. Iulij. 1601. Lancell. & in Vlixbonen. Tabernariorũ. 4. Maij. 1611. corã Penia Gonzal. in regul. 8. Cancell. Glos. 57. nu. 20. Et sequitur, quod sint conformes in omnibus, & per omnia d. Vlixbonen.*

19 Clausula, Cõstito de re iudicata procedatur ad executionem operatur, vt stante re iudicata illa sit exequenda, non obstante præcedẽti restitutione in integrum, si nihil cõtrà iustitiam rei iudicatæ deducatur. *Rot. decis. 144. nu. 2. part. 2. diuers. Senogallien. Parrocchialis 2. Decembris 1602. coram Card. Pamphilio.*

20 Item, quamuis intelligatur de præcedenti re iudicata, tamen quando fumus in sententia lata extra Palatium, licet transiuerit in iudicatum, potest Rota procedere ad illius executionem. *Mohedan. decis. 36. in fi. Toletana fructuum de Borgas. 16. Maij. 1586. coram Card. Pamphilio. Veneta legitimitatis 1. Iulij. 1602. eod.*

21 Clausula, Constito de assertis restituat, posita in commissione restitutionis in integrum non respicit Iurisdictionem, quæ simpliciter datur, & statim tribuitur, sed respicit ipsam restitutionem, vt non sit danda, nisi probatis assertis, alias videri non posset an illa essent vera ita fuit dictum in *Bonen. Census. 25. Iunij 1601. coram Card. Sacrato.*

22 Commissio habens Clausulam, Constito de assertis, dicitur sufficienter iustificata, si verificêtur ea, quæ præbuerunt causam Papæ concedendi, licet omnia non iustificẽtur, *Rot. decis. 196. nu. 4. part. 1. diuersor.*

23 Clausula, Constito, quod defunctus obierit in possessione, sede Episcopali vacante, vel in tali mense, reseruata intelligitur, ita vt ex inde inducatur reseruato propterquã concedi solent Breuia de capiẽda possessione nomine Cameræ, in quibus ponitur huiusmodi clausula, & ideo licet probetur obitus defuncti de mense, vel sede Episcopali vacante, si tamen beneficium non est reseruatum Breue non dicitur iustificatũ, vt fuit resolutum *in Salamantina Canonicatus de anno 1592. coram Oradino & in causa Corduben. portionis de anno 1575. coram Rubeo, & in Vicen. beneficij sancti Martini. 21. Febr. 1600. coram Card. Pãphilio, in qua ad sunt decisiones prædictæ. Gerunden. beneficij. 31. Maij. 1600. coram Corduba. Elnen. beneficij Sancti Petri. 17. Maij 1602. coram Sanctiß. Ludouisio. Corduben. dimidiæ portionis. 11. Febrarij. 1602. coram Card. Sacrato.*

24 Et Iudex si non admittit probationes ad excluden. reseruationem dicitur grauare partem, vt fuit dictu in *Gerunden. beneficij. 31. Maij. 1600. coram Corduba.*

25 Vnde si Iudex vigore huiusmodi breuis non iustificata reseruatione procedat ad executionem, dicitur nulliter procedere, & eiecto à sua possessione datur restitutio, vt fuit resolutum, *in d. Salamantina Canonicatus 1572. corã Oradino. Corduben. portionis. 1572. coram Rubeo, Vicen. beneficij S. Martini. 21. Februarij. 1600. coram Card. Pamphilio, & in ead. 10. Decembris. 1600. coram Card. Sacrato.*

26 Amplia, etiamsi in breui adesset clausula absq; vitio spolij, quia tamquam accessoria recipit cõditiones breuis, & intelligitur quatenus breue sit iustificatum. *Put. decis. 1. lib. 1. & fuit resolutũ in d. Corduben. portionis. 1575. coram Rubeo, Vicen. beneficij. S. Martini. 21. Februarij 1600. coram Card. Pamphilio.*

27 Quod intellige, quando habet se pro spoliato, secus si non habeat se pro spoliato quia tunc si causa appellationis cõmittitur parito breui arbitrio Rotæ, & c. absoluitur à censuris ad beneplacitum, & datur ei manutentio, vt seruatum fuit in causa, *Barchinon. beneficij. 23. Februarij, & 19. Iunij. 1600. coram Card. Pampbilio, & in alia Barcbinon. beneficij. 28. Iunij. 1600. coram Card. Millino.*

28 Die verum quando datur fumus sufficiens ad excluden. reseruationem alias secus, quia tunc manutentio datur immisso per Iudicem. *Rot. in Aurien. Parrochialis. 17. Aprilis. 1600. coram Card. Lancellot. Tuden. Parrochialis. 3. Decembris. 1607. coram Card. Sacrato.*

29 Et stante d. Clausula parito breui arbitrio Rotæ, si datur sufficiens fumus ad exclusionẽ reseruationis licet iura non sint in forma probanti supersedetur in executione breuis, donec, in forma probanti afferantur, & plenè excludatur reseruatio, vt fuit tentum, *in Leodien. Parrochialis. 16. Decembris. 1594. Litta, & in causa Astoricen. Prioratus. 9. Decembris. 1596. eod. Barchinonen. beneficij. 23. Februarij. 1600. corã Card. Pamphilio. Gerunden. beneficij. 31. Maij. 1600. coram Corduba. Barchinon. beneficij. 28. Iunij. 1600. coram Card. Millino. Aurien. Parrochialis 27. Aprilis. 1598. Lancellotto. Vide in Salamantina beneficij. 31. Ianuarij. 1596. Corduba, & Vicen. beneficij. 22. Iunij. 1598. Litta, quæ videntur tenere contrarium.*

30 Secus, quando non datur fumus sufficiens, quia tũc non intrat arbitrium, & sic non supersedetur, vt fuit dictũ in causa *Aurien. Parrochialis. 17. Aprilis. 1600. Lancellotto, Tuden. Parrochialis. 3. Decembris. 1601. coram Card. Sacrato.*

31 Et ratio est, quia cũ huiusmodi breuia dentur propter reseruationem, & in illa fundentur, illa cessante, non datur executio, *Rot. diuers. in manuscript. decis. 145. incip. die 14. Nouemb. 1558. & decis. 238. Incip. coram D. Rubeo, & fuit resolutum in causa Gerunden. beneficij. 31. Maij. 1600. Corduba, vbi quod ita fuit decisum in vna Salamantina Canonicatus coram Rubeo, & alibi sæpe.*

32 Clausula, Constito quod defunctus obierit, & c. tunc sufficit verificare, quando non fit mentio in ea de pertinentia collationis, vt in causa. *Abulen. Canonicatus coram Rubeo, & alibi sæpe,* secus si fiat mẽtio de pertinentia collationis in Clausula constito, quia primo Papa videtur remittere pertinentiam ad petitorium, secundo vero casu est posita vti conditio dictæ clausulę, & ideo venit iustificãda, ita vt ex dicta pertidentia

nētia inducatur reseruatio propter quam breue fuit concessum, *vt fuit resolutum in causa Vicen. benefitij S. Martini. 21. Februarij. 1600. coram Card. Pamphilio, & in Gerunden. beneficij, 31. Maij. 1600. coram Corduba, in qua ponitur ista distinctio.*

33 Hæc Clausula intilligitur ad effectum vacationis, puta si dicatur Constito, quod sit principalis dignitas intelligitur enim, & quod vacet, vt fuit dictum *in causa Bracharen. Iurispatronatus. 26. Martij. 1601. coram Iusto.*

34 Hæc Clausula posita in breui de capienda possessione nomine Cameræ operatur, quod ex mēte disponentis posita in narratiua, si in d. clausula non sit repetita censeantur remissa ad negotium principale, vt fuit resolutum, *in causa Abulen. Canonicatus, 24. Nouembris. 1575. coram Rubeo, Papien. Præpositura. 10. Aprilis. 1610. coram* Reuerendissimo *Ortembergo.* vbi quod decisiones in contrarium allegatæ requirētes iustificationem narratiuæ non habent locum in Breuibus de capienda possessione nomine Cameræ.

35 Et operatur, vt sufficiat verificare solum ea, quæ in ipsa clausula continentur, vt fuit dictum in dd. decisionibus.

36 Secus vero est vbi narrata in ea repetita existunt, *Rota in Placentina beneficiorum, 2. Maij. 1603. coram Card. Millino.*

37 Quomodo, & quando dicantur narrata repetita in clausula constito, vide in supradicta *Papien. propositura, de qua hic num. 34.*

38 Adde, quod vbi contenta in Clausula Constito solum sunt, verificanda, executio breuis habentis hanc clausulam, non potest retardari sub pretextu subreptionis, vel obreptionis, vel alterius exceptionis aliunde petitæ *Ancharan. cons. 297. nu. 8. vers. & proxime dicta, & vers. eo ergo. Abulen. Canonicatus, & præbendæ 24. Nouembris. 1575. coram Rubeo Salamantina beneficij de Duenas, 31. Ianuarij 1596. coram Corduba, Papinen. Præpositura 30 Maij. 1611. coram Ortembergo.*

39 In contrarium vide *Host. in c. 1. nu. 9. de lit. cōtest. lib. 6. & ibidem Archidiaconus n. 39. vers. alij quorū sententiam quorum opinionem vbi in continenti offertur probanda subreptio, sequuntur Io. Monach. nu. 2. vers. secus dicunt Io. Andr. circ. fin. vers. 1. casu admittitur Butr. sub nu. 18. Gemin. nu. 15. ad fin. & ad horum dicta se remittit, Ancharan. ibid. in fin.*

40 Clausula, Constito de litteris reseruationis &c. apposita in commissione super pensione, cum clausula sine retar, datione solutionis pēsionis an intelligatur de sola existentia literarum, an vero quod iustificentur, *vide Rot. decis. 231. lib. 1.*

41 De Clausula Constito de paupertate, vide *in Placentina Parrochialis 1. Iulij. 1602. coram Litta.*

Et de paupertate, vel de bono iure, *Staphil. d. liter. iustitiæ tit. citat. personali quando decer. poss. nu. 3. & c. seq.*

42 Clausula Constito, quòd N. obierit in possessione, dicitur iustificata eo ipso, quod probetur N. semel in vita possedisse, quia possessio præsumitur cōtinuata vsque ad mortem, nisi doceatur interrupta, *ex tradit per Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 21. Rot. diuers. decis. 80. part. 2. ita fuit resolutum in causa Illerden. beneficij. 17. Ottobris. 1594. coram Penia.*

43 Amplia vt procedat etiam stante intrusione alterius, quia vti posterior, & turbatiua est nullius momēti, nec dicitur interrupta prior possessio, si non habuit se pro spoliato, maxime si posterior sit attentata, *Neuizan. cons. 81. nu. 23. & 26. & fuit dictum in Illerden. beneficij. 17. Octobris. 1594. coram Penia*

44 Clausula Constito, de qua in breui in eo, quod respicit reseruationem, debet plene probari, vt fuit dictum *in causa Cæsaraugustana Portionis 31 Maij. 1602 coram Litta*

45 Clausula, Constito de irrationabili Iudicio eoque reseruata, &c. Hæc Clausula intelligitur vt de irrationabili iudicio debeat constare vel per rem iudicatā, vel per partis confessionem, *vt fuit resolutum in Barchinonen. Parrochialis, 29. Nouembris. 1613. coram Buratto.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula. 13.*

Clausula 217. Constituti.

Num. 1. Constitutum nōn operatur ante morā debitoris cōstituentis se præcario nomine creditoris possidere *Bart. in l. creditoris nu. 17. vbi Salicet. nu. 28. & alij C. de pignor. Ruin. cons. 152. nu. 4. lib. 4. & cons. 119. nu. 1. lib. 5. Negus. de pignorib. part 4. nu. 15. Galless. ad form oblig. Cameral. part. 3. tit. de quæst. post process. incid. nu. 1. Menoch. de adipisc. rem. 5. n. 45. vers. secundus, & fuit resolutum in causa Bonon. spolij. 15. Decembris. 1600. coram Card. Pamphilio Monter. in glos. ad pact. præc. in fin. stat. Bonon. in verb. solutio.*

2 Declara procedere, quādo nulla subest causa, sicut si subest causa, quia etiam ante moram operatur, vt quia debitor est suspectus, *l. quæsitus vbi Glos. Bart. & Doct. ff. de pignor. Idem Bart. in l. creditoris, nu. 13. C. eod. Menoch. de adisc. remed. 5. nu. 74. Negus. de pignorib. 4. part. princ. nu. 15.*

3 Hoc tamen intellige, si causa de nouo post contractum superuenit, vel si erat tempore contractus ignorabatur à creditore, *arg. l. fin. C. de sponsal. Bart. in d. l. quæsitum ff. de pignorib.*

4 Ex constituto licet sit actus fictus transfertur vera possessio. *l. quod mea. interdum ff. de acquir. poss. Doct. in dd. locis, & in l. quamuis, §. si conductor ff. eod. Paris. cons. 172. nu. 2. lib. 4. cum alijs per Tiraq. de const. part. 1. nu. 2. Mediolanen. bonorum, 12 Februarij. 1599. coram Oradino, & 4. Iunij. 1611. coram Card. Pamphilio.*

5 Amplia, vt constituarius lite pendente realiter apprehendat possessionem non dicitur attentare, vel defendere suam possessionem. *Bart. in l. 3. nu. 19. C. de pignorib. Paris cons. 172. nu. 9. lib. 4. cum aliis allegatis per Menoch. de adipiscend. remed. 5. nu. 81. d. Mediolanen. bonorum.*

6 Adde, quod virtus huius clausulæ lite pendente suspenditur. *Dec. cons. 400. col. penult.*

7 Nisi clarè Iudici ex processu, & probationibus factis constaret de nullitate cōtractus principalis, quia tunc lite pendente non licet vti cōstituto, aliàs secus *Soc. cons. 78. nu. 3. & seq. lib. 3. & vide in d. Mediolanen. bonorum.*

8 Immo si à constituente, vel ab alio impediretur, diceretur spoliari, & ei competet actio spolij, *Bald. in rubic. C. de contrahend. empt. q. 16. Gabr. cons. 51. n. 6. lib. 1. Tiraq. de constit. part. 2. ampliat. 11.*

9 Adde, quod constitutarius potest ingredi possessionem clam, & inscio constituente, *Bart. in l. 3. nu. 20. vbi cæteri, C. de pignor. Menoch. de adipiscen. rem. 5. nu. 89. & seq.*

10 Limi-

10 Limita, quando contractus principalis est nullus, quia tunc est etiam nullum, & inefficax constitutum, nec ex eo transfertur possessio. *Bald. in l. ex testamento. in fin. C. de fideicomm. Alex. cons. 81. num. 11. & 14. lib. 3. Dec. cons. 246. sub nu. 3. Aym. cons. 399. num. 3. Tirnq. de constit. part. 3. limit. 7. nu. 16.* & fuit resolutum *in causa Placentina compensationis usurnrum 9. Decembris 1583. coràm Rubeo. Romann de Zambeccarijs 10. Martij 1589. coràm Comitulo. Mediolanen. bonorum 12. Februarij 1599. coràm Orano, & 4. Iunij 1600. coràm Card. Pamphilio.*

11 Et adde, quod cum constitutum dependeat à principali contractu, aduersus possessorium admittitur exceptio nullitatis contractus, & cæteras rationes, quæ competunt contrà ipsum contractum. *Bald. in l. emptione. q. vlt. C. plus, vel quod agitur. Ins. in l. 1. §. si vir. nu. 18. ff. de acquir. poss. Paris. cons. 55. num. 22. lib. 1. Alciat. in l. quod meo. num. 5. ff. de acquir. poss. Tirnq. de constit. part. 3. limit. 8.* & fuit resolutum *in dictn Romana de Zambeccarijs 10. Martij 1589. coràm Comitulo. Mediolanen. bonorum 12. Februarij 1599. coràm Orano.*

12 Licet per constitutum transferatur vera possessio, latè *Tirnq. in tract. de constit.*

13 Idtamen procedit, vbi fit præsenti, secus si fiat absenti, tunc enim non prius transfertur possessio in ipsum absentem, quam id ratum habeat, ac acceptet. *l. si ego, alias si ergo. ff. de reg. gest. in princip. col. 3. in princip. l. quod meo. §. si furioso. l. si seruus communis. §. 1. ff. de acquir. poss. Alex. in d. l. quod meo. nu. 4. & 5. Tiraq. de const. lim. 30. Purpurat. cons. 438. alias 478. nu. 21. & Rot. decis. 683. nu. 4. vers. Et idem est. part. 1. diuers.* cum alijs mox allegandis.

14 Et ista ratificatio debet fieri reintegra antequàm alteri sit ius quæsitum. *Dec. cons. 226. num. 9. & consil. 247. Tiraquel. de constit. part. 3. limit. 30. num. 5. Rol. cons. 4. col. 1. lib. 2.*

15 Et si constituens ante huiusmodi ratificationem expectatur, dicti absenti non competit remedium recuperandæ. *Rot. decis. 9. de restit. spol. in nou. Dec. cons. 226. nu. 10. Tiraq. de constit. p. 3. limit. 10. nu. 2.*

16 Hæc clausula facit cessare præsumptionẽ fraudis, & simulationis. *Romnn. cons. 246. nu. 1. & ibi Mandos. qui alios citat. in 1. addit.*

17 Dic verum, quando non potest constare de fraude, nisi ex possessione reperta penès venditorem, secus quando aliunde de ea constat, tunc enim non facit cessare huiusmodi præsumptionem. *Roman. d. consil. 246. nu. 1. & seqq.*

18 Constitutum non solum afficit constituentem, & hæredem illius, sed eorum personam habentem causam, seu prætendentem ius ab ipso constituente. *Rota in Romana de Roncionibus 3. Martij 1597. coràm Litta.*

19 Ista clausula est accessoria, & regulatur secundum naturam principalis dispositionis, cui adijcitur. *Bald. in l. ex testamento. C. de fideicom. ad fin. Dec. cons. 247. col. 3. Tirnq. de constit. part. 3. limit. 7. num. 16.*

20 Et apposita in instrumento conditionali etiam ipsa conditionalis censetur, & ante euentum conditionis, nihil operatur. *Oldrad. cons. 139. Rot. cons. 247. col. 2. in fin. & 3. in princip. & cons. 366. col. 1. in fin. Aym. cons. 299. Gabr. cons. 31. nu. 31. in fin. & cons. 51. num. 7. lib. 1. Tirnq. de constit. part. 2. ampliat. 17.*

21 Dic verum in conditione propria expressè adiecta contractui, secus in conditione impropria, vel tacita, vel modo. *Gabr. cons. 51. nu. 7. lib. 1.*

22 Purificata conditione retrotrahitur ad tempus celebrati contractus. *l. seruum filij. §. 1. ff. de leg. 1. Oldrad. d. cons. 139. Alex. cons. 83. num. 5. in fin. & seqq. lib. 2. Tirnq. d. ampliat. 17. nu. 3.*

23 Quomodo, & quando hoc procedat, vide *Tiraq. d. ampliat. num. 4. & seqq. & Dec. in l. contractus. num. 23. ff. de reg. iur. & cons. 247. col. 3. in med.*

24 Clausula, Constituti, apposita in contractu simulato, nihil operatur. *Tiraq. de constit. part. 3. limit. 8. num. 2. Gabr. cons. 31. nu. 16. lib. 1.*

25 Adde tamen, quod hæc clausula operatur, vt ex eo solo contractus simulatus non præsumatur, licet aliàs ex eo solo probetur simulatio, quod venditor in possessione remaneat. *Gabr. cons. 31. nu. 21. lib. 1.*

26 Hæc clausula resoluitur, resoluto contractu super quo est apposita. *Dec. cons. 366. in fin. Gabr. cons. 31. sub nu. 31. in fin. & cons. 51. in princip. & nu. 22. lib. 1. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 29. nu. 1. & seqq. & in l. si vmquàm. in verb. reuertatur. C. de reuoc. donat.*

27 Dic verum, vbi contractus ab initio fuit nullus, secus si validus, quia tunc possessio acquisita non euanescit, sed opus est retraditione. *Gabr. consil. 51. num. 23. lib. 1.*

28 In resolutione contractus reali traditione consummati non sufficit constitutum, sed opus est reali retrotraditione. *glos. fin. in l. ab emptione. ff. de pact. eum alijs per Tiraq. de constit. part. 3. limit. 26.*

29 Contrarium tenet *Bald. in d. l. ab emptione. col. vlt. in ante penult. quæst. Ias. etiam in ante penult. col. vers. tertium fundamentum. & alij relati per Tirnq. d. limit. 20. num. 2.*

30 Vbi contractus resoluitur ex conuentione partium resoluitur etiam constitutum, quia ab initio putatur actum, vt ex eo tempore constituens nomine suo possideat. *Gnbr. cons. 51. sub num. 23. lib. 1.*

31 Constitutum non resoluitur resoluto contractu per *l. si quis maior. C. de transact.* vel per statutum alicui ius suum conferens. *Gabr. d. cons. 51. num 27. lib. 1.*

32 Resoluta donatione per *l. si vmquàm. C. de reuoc. donat.* resoluitur etiam constitutum in ea appositum. *Dec. cons. 366. ad fin. & Tiraq. alios citans. de constit. part. 3. limit. 29. sub num. 4. & in d. l. si vmquàm. in verb. reuertatur. nu. 2. vers. Ex quo & illud.*

33 Circa quod vide contrà *Tiraq. d. limit. 29. nu. 6. cum seqq.*

34 Hæc clausula apposita in contractu nullo, nihil operatur. *Bald. in l. ex testamento. in fin. C. de fideic. Alex. cons. 81. nu. 11. & 14. lib. 3. Dec. cons. 246. sub nu. 3. Aym. cons. 399. nu. 3. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 7. num. 14. cum mult. seqq. Rota in Mediolanen. bonorum de Porris 12. Februarij 1599. coràm Orano, & 4. Iunij 1601. coràm Card. Papbilio. Gabr. d. cons. 51. num. 23. lib. 1.*

35 Adde, quod si contractus ab initio validus postea inualidetur, effectus tamen constituti manet. *Tiraq. d. limit. 7. num. 41.*

36 Hæc clausula operatur effectum suum etiam in tacita ratificatione. *Rot. decis. 503. nu. 3. part. 1.*

37 Pater in donatione iurata facta ad fauorem filiæ suæ in potestate constitutæ perdit possessionem, & causam transfert in filiam. *Bald. cons. 430. post med. vers. Prætereà pater. lib. 1.*

38 Per hanc clausulam positam in donatione in solutum,

tum, vel alio simili contractu transfertur dominium. Rot. decis. 362. num. 4. vers. Et per clausulam part. 1. diuers.

39 Illa enim operatur dominij, & possessionis translationem. Bart. in l. ab emptione, ff. de pact. Dec. consil. 56. col. penult. 202. num. 7. 238. num. 1. & 239. col. 4. Soc. Ian. cons. 18. num. 1. & 24. lib. 2. Aym. cons. 141. num. 1. Tiraquel. de constit. in princ. nu. 2.

40 Adde, quod quando contractus ab initio est validus nil differt à vera traditione. Gabr. cons. 51. sub num. 23. lib. 1.

41 Per ipsum tamen res non traditur, sed habetur pro tradita. Dec. cons. 281. sub nu. 4.

42 Per clausulam Constituti, dicitur quis liberatus à traditione Iuris, non autem à traditione facti. Dec. cons. 281. vbi de communi, & cons. 40. Alex. cons. 27. lib. 1. Tiraq. de constit. in princ. nu. 10.

43 Neque per constitutum liberatur qui possessionem vacuam, liberam, & expeditam tradere promisit. Dec. cons. 281. num. 5. Tiraq. vbi sup. nu. 11.

44 Adde tamen, quòd stante hæc clausula si constituens negat rem tradere, constitutarius non debet agere ex empto, sed rei vendicatione, vel publiciana in rem, vel vti possidetis. Ias. in l. ab emptione, ff. de pact. Tiraq. de constit. in princ. nu. 7.

45 Et operatur, vt is, in cuius fauorem est apposita possit propria auctoritate, etiam repugnante venditore possessionem accipere. Tiraq. de constitut. part. 1. num. 37.

46 Dic verum nisi antea Iudicē adijsset, & Iudicium aduersus venditorem intentasset, quia tunc ad viam facti amplius redere non potest. Tiraquel. vbi supra num. 39.

47 Hæc clausula operatur etiam in fauorem heredum constituarij per inde, ac in fauorem defuncti. Rip. in l. 1. num. 38. ff. sol. matrim. Tiraq. de constit. part. 2. ampliat. 12.

48 Hæc clausula licet non operetur respectu tertij, nisi doceatur de possessione constituentis de tempore constituti. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 1. num. 8. videq; infra.

49 Respectu tamen constituarij bene operatur translationem possessionis, ac etiam quod non doceatur de possessione constituentis. Angel. in l. quedam mulier. sub num. 2. vers. Item attende, ff. de rei vendicat. Ruin. cons. 169. in fin. lib. 1. Tiraq. de constit. par. 3. limit. 1. nu. 2. Rot. in Bonon. spoly. 15. Decemb. 1600. coram Pamphilio Card.

50 Hæc clausula operatur, vt de re duobus vendita præferatur, qui habet constitutum. Crescent. decis. 1. num. 5. de secund. nupt.

51 Ideoque si secundus emptor habeat constitutum, primo emptori illud non habenti præfertur. Dec. consil. 598. Tiraquel. de constit. part. 1. num. 21. Gabr. de empt. & vend. conclus. 2. nu. 18.

52 Hæc clausula apposita in donatione inter virum, & vxorem de bonis, quæ reperirentur post mortem viri non dicitur collata post mortem, cum in ea nulla sit facta mentio mortis. Oldrad. consil. 139. num. 3. Dec. in l. contractus num. 17. vers. Et eo modo, ff. de reg. iur. Tiraq. de constit. par. 3. limit. 2. num. 14. & fuit resolutum in Romana de Mattheis. 27. Aprilis 1564. coram Oradino.

53 Hæc clausula operatur etiamsi sit collata in tempus mortis. Oldrad. cons. 139. num. 5. Alex. cons. 83. num. 6. vers. Et subdit, quod effectus. lib. 2. Dec. in l. contractus num. 17. ff. de reg. iur. Ias. in l. quoties nu. 7. in fin. C. de re iud. & cons. 147. col. 9. vers. Primo ex limitatione quam. lib. 2. Negusant. de pignor. 2. membr. par. 2. num. 7. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 2. nu. 11. & fuit dictum in d. Romana de Mattheis 28. Aprilis 1564. coram Oradino. Vbi quod alias idem tenuerat in vna Romana Vineæ.

54 Ex hac clausula apposita in contractu non probatur primum extremum ad effectum spolij, nisi data validitate contractus, vt per Doct. in l. 1. §. si vir. vxori, vbi Ias. post alios num. 18. ff. de acquir. poss. Bald. in l. emptione q. vlt. C. plus valer. quod agitur, Paris. cons. 55. num. 22. lib. 1. cum alijs allegatis per Tiraq. de constit. part. 3. limit. 7. ferè per tot. & fuit resolutum in causa Placentina vsurarum 9. Decemb. 1583. coram Rubeo.

55 Hæc clausula operatur translationem possessionis ad quoscumque effectus. l. quadam mulier. vbi glos. Bart. & alij, ff. de rei vendicat. l. quamuis, §. 1. & l. quod meo. cum ibi notat. ff. de acquir. poss. Bero. cōs. 41. num. 12. lib. 3. Afflict. decis. 299. cum alijs latè allegatis per Tiraq. de constit. part. 1. num. 2. & part. 3. limit. 11. & fuit dictam in causa Sutrina bonorum 23. Ottobris 1596. coram Card. Pamphilio.

56 An autem operetur translationem possessionis ad effectum, vt inducatur caducitas rei emphitioticæ ob alienationem. Vide Clar. §. emphyteusis q. 13. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 26. Valasc. de Iure emphyt. q. 14. num. 10. Corbal. de priuat. ob alienat. ampliat. 30. & in causa Rauenaten. 31. Ianij 1596. coram Card. Pamphilio, & in causa Rom. deuolutionis domus 24. Aprilis 1600. coram Penia.

57 Adde tamen, quod quando hæc clausula non est clarè apposita viuo testatore, sed post mortem stante clausula, secuta morte &c. operatur, vt censeatur collata post mortem, & sic secuta morte per viam constituti relaxata possessio, & ideo ex ea non censetur incursa caducitas. ad trad. per Negusant. de pignorib. part. 2. membr. 2. num. 3. & late per Tiraq. de constit. part. 3. limit. 2. Ita fuit dictum in causa Rauennaten. Bonor. 21. Iunij 1596. coram Card. Pamphilio.

58 Maximè si adsit clausula. Non alias aliter, nec alio modo &c. nam stante hac clausula etiam secuta reali traditione possessionis non incurritur caducitas. Bald. in authent. ingressi num. 7. C. de sacrosanct. Eccles. Abb. in cap. insinuāte num. 6. qui Cler. vel voueat. Ias. in l. fin. num. 142. C. de Iur. emphyt. & fuit dictum in Rauennaten. bonorum 21. Iunij 1596. coram Card. Pamphilio.

59 Hæc clausula nihil operatur, nisi præcedat titulus, vel causa. Alex. cons. cons. 81. num. 11. lib. 2. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 6. nu. 1.

60 Adde, quod satis est, qoud titulus subsit de tempore, quo fit cōstitutum, nec refert, quod postea cesset. Tiraq. d. limit. 6. num. 5.

61 Debet tamen esse iustus, & efficax, quia si sit inualidus, vel nullus, nihil operatur. Tiraq. de constit. p. 3. limit. 7. num. 1.

62 Hęc clausula nihil operatur, vbi est apposita ex falsa causa, quam constituens fuit confessus esse veram. Dec. cons. 475. num. 31. & cons. 600. nu. 7.

63 Nihil etiam operatur quando possessio acquisita vigore constituti amittitur si longo temporis spatio constituarius realem possessionem non acceperit secundum

cundum *Bald.conf.*150. *lib.*2. *cum alijs per Tiraq. de constitut.part.*3.*limit.*21.*nu.*1.

64 Contrarium tenet idem, *Bald. conf.*369. *lib.*5. *& alij relati per Tiraq. d.limit.*21.*nu.*5.

65 Adde tamen, quod si constitutarius post mortem constituentis longum tempus elabi sinat antequam possessionem actualem capiat, tūc absque dubio possessionem vigore constituti acquisitam amittit. *Ruin. conf.*127.*nu.*18.*lib.*5. *Gabr.conf.*31. *num.*13. *lib.*1. *Tiraq. d.limit.*21. *num.*9.

66 Adde, quod si viuente constituente, possessio realis fuerit ab alio occupata, tunc constitutarius longum tempus elabi sciens, possessionem amittit. *Tiraq. de constit.part.*3.*limit.*21. *num.* 13.

67 Quantum autem esse debeat huiusmodi longum tempus Iudicis arbitrio relinquitur. *Tiraq.d.nu.*13. *in fin. Gabr.conf.*31. *sub num.*13. *lib.*1.

68 Clausula cōstituti apposita fauore creditoris euanescit secuta solutione debiti. *l.si debitor.& ibi glos. Bart. & alij, ff. de precar. l. si rem la* 2. *num.*2. *ff.de pignorat. act. & in l.qui pignora.in fin. ff. de acquir. poss.Tiraquel.de const. part.*3. *limit.*29. *nu.*1. *& sub num.*6.*Gabr.conf.*51.*num.*26.*lib.*1.

69 Secus tamen, si pignus non finiatur solutione, vel alia satisfactione, sed alia Iuris necessitate, vel subtilitate. *Tiraq.d.limit.*29.*sub num.*6. *Gabr. d.conf.*51. *num.*26.

70 Hæc clausula operatur actum veræ traditionis, licet modus sit fictus. *Ferret. conf.*122. *num.*2. *lib.*1.*l. certe,* §.1.*& ibi Bart.ff. de precar. Dec. conf.*302.*sub num.*7. *& conf.*598. *col.*1. *Gabr. conf.*51.*num.*5.*lib.*1. *Tiraquel.de constitut.part.*2.*ampliat.*1. *in princ.vide infrà*.

71 Hęc clausula non potest à notario suppleri, & extendi per clausulam, & cætera &c. positam in fine Instrumenti. *Dec. conf.*247. *sub num.*7. *Neuizan. conf.*28. *& alij relati per Tiraq. de constit. par.*3. *limit.*31. *num.*1.

72 Contrarium tenent. *Oldrad. conf.*139. *ad fin. & alij relati per eumdem Tiraq. d. limit.*31. *num.*3. *& seqq.* vbi omninò videas.

73 Hæc clausula obligationi fideiussoris adiecta operatur remotionem beneficij exclusionis. *Roman.consil.* 189. *in fin.Dec.conf.*27.*in fin. Alex.conf.*82. *nu.*1. *lib.*6.*Roland.conf.*9.*num.*19. *lib.*1. *Tiraq.de constit. part.*1. *num.*54. *Negusant. de pignorib.*1. *membr.*5. *part. num.*17. *Gabr.de fideiussor. conclus.*1. *num.*49.

74 Hæc clausula nihil operatur, quoad iura incorporalia, vt nomina debitorum, quæ non possidentur. *Dec. conf.*251. *sub num.*3.

75 Contrarium tenet. *Tiraq. de constit. part.*2. *ampliat.*34.*& part.*3. *limit.*1. *num.*10. vbi plures citat.

76 Hæc clausula nihil operatur, vbi possessio est incerta ratione loci, & quotæ. *Tiraq.de constit. part.*3. *limit.*19.*Gabr.conf.*31.*num.*12.*lib.*1.

77 Quid si sit apposita vniuersitati bonorū, vel quotæ in tertia, vel quarta parte bonorum, quod nihil operatur, tenet. *Dec. conf.*217.*num.*7.

78 Contrarium tenet. *Tiraq. alios citans de constit. part.*2.*ampliat.*31.*sub num.*11.*lib.*1.

79 Hæc clausula operatur, vt constituens rem, quam alieno nomine se possidere constituit, præscribere nō possit. *Tiraq.de const.part.*3.*limit.*21. *nu.*8.*Balb. de præscript.*1. *part.*6.*part. principal.nu.*51.

80 Adde, quòd si constituens vendiderit, & tradiderit, an possit emptor aduersus Dominum præscribere, dic, quod sic. *Balb. vbi suprà nu.*52.

81 Hæc clausula nihil operatur, vbi ponitur ab eo, qui non possidet. *Bart.& Angel.in l. quadam. ff. de rei vendic.Alex.conf.*161.*num.*1.*lib.*6. *Dec.conf.*281. *sub nu.*5. *& conf.*302.*nu.*9. *Tiraq.de constit. part.*3. *limit.*1. *nu.*1.

82 Ideoque fundans se in hac clausula debet probare constituentem possedisse de tempore constituti. *Tiraq. d.limit.*1. *num.*8.

83 Nec sufficit probare detinuisse. *Tiraq. d. limit.*1. *num.*11.

84 Quod dic verum, vbi alius possidet, secus si alias non possidet. *Tiraq.d.limit.*1.*num.*26.

85 Limita in antiquis, quia tunc præsumitur possessio constituentis, nec aliter est probanda. *Tiraq.alios citans de constit.part.*3.*limit.*1. *nu.*18.*& seq.* vbi quod tempus dicatur antiquum. *Aym.de antiq.temp.par.*1. §.*viso de fama num.*20. *& seq.vbi limita.*

86 Limita secundo, quoad translationem dominij, nam Dominus per hanc clausulam illud transferre etiamsi rem non possideat. *Tiraq.d.limit.*1.*nu.*25.

87 Hæc clausula collata post mortem constituentis nihil operatur. *Dec. conf.*400. *col.penult.cum alijs late per Tiraq.de constit. par.*3. *limit.*2.

88 Hanc conclusionē quatuor modis declarat. *Idem Tiraq.d.limit.*2.*num.*11. *vsque ad fin.ibi videtur.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula* 14.

Clausula 218. Contradictores, &c.

Num. 1. Hæc clausula, Contradictores, appellatione postposita compescen. &c. intelligitur de contradictoribus de facto, non autem de Iure. *Franch. in c.*1. *in princ.ad fin.vers. vel poterit, de conces. præb. in* 6. *Card.in clem.*2. §.*contradictores de relig.domib. Abb. post glos. verb. contradictores in c. pro illorum nu.*9. *de præb.Rebuff.in prax.in form.nou. prouis.verb. Cōtradictores, & in concordat.in form.lit.execut.mand. apostolic.verb.contradictores. Staphil.de lit. grat. de vi.& effect.claus.*§.*competenti,num.*7.*& seqq. alias tit. significatio claus. inducentes num.*6. *Oldrad. consil.*81.*in princ.Put.decis.*271.*num.*6.*lib.*3. *Achill.decis.*4.*num.*11.*de sent.excom.Lancellot.de attentat.appellat.pend.limit.*8.*num.*4.& fuit resolutum, *in causa Mediolanen. Parochialis* 16. *Maij* 1588. *coràm Plato. & in causa Iuden. Parochialis* 26. *Iunij* 1592. *coràm Card. Pamphilio. Panormitana Archidiaconatus* 15. *Iunij* 1590.*coràm Pegnia, Dec.conf.*214.*num.*4. *Fel.in c.causam, quæ sub num.*19. *& seq. de rescript. & in c. super eo, num.*5. *circ. med. de offic. delegat. Bened.de Vad.in repertor. Felin.vers. Clausula ista Ecclesiastica Censura, & clausula in literis Papæ Compescas. Calaguritana beneficij,* 14. *Ianuarij* 1611. *coràm Coccino Decano, Gonzal.regul.*8. *Cancellar. in annotat. contra nullit.& attent.num.*242.*Roman.conf.*482. *nu.*1. Vbi quando quis dicatur de facto, vel de Iure contradicere.

2 Amplia si dicatur, quolibet contradictore amoto, nam intelligitur de contradictore de facto, non de Iure. *Rebuff.super concord. & in terminis literarum exec.mand.apostol.verb.contradictores.*

3 Ideò in casu isto executor debet citare istos cōtradictores, *vt post Bart.& Bald. tradit.Benedict.de Vad.in repertor.Felin.in cap.clausula in literis Papæ*

compescat. in fin. & in verb. executores literarũ Papæ.

4 Quando autem, quis dicatur de Iure contradicere. vide *Staphil. d. tit. significatio clausulæ inducentes, num. 7. & seqq. Felin. in cap. causam, quæ, num. 20. de rescript.*

5 Per hanc clausulam datur Iurisdictio. *Staphil. vbi suprà num. 4. Crescent. decis. 1. num. 3. de offic. de leg. Rebuff. in form. nou. prouisionis, verb. contradictores.* Vbi quod censetur data etiam quoad extraneos de facto contradicentes, *& in c. nulla. colum. 39. in 30. claus. de concess. præb. idem dicit Benedict. de Vad. in repert. in verb. clausula ista Ecclesiastica cẽsura, &c. post Abb. in c. pro illorum nu. 9. de præb.*

6 Etiam lata sententia, & executioni demandata per breue aliquod tempus. *Rebuff. in repet. c. nulla col. 39. vers. 30. pag. mihi 442. col. 1. de conceß. præb.*

7 Ideoque per eam cẽsetur etiam data facultas subdelegandi. *Cresc. decis. 1. nu. 3. de offic. delegat.*

8 Limita, vbi est electa industria personæ. *Cresc. d. decis. 1. sub nu. 2. de offic. delegat.*

9 Sublimita, vbi est apposita in deputatione Collectoris vnius Prouinciæ. *Crescent. d. decis. 1. de offic. delegat.*

10 Hæc clausula operatur, vt executores possint excommunicare contradicentes. *Nauar. late. in cap. si quando in 7. caus. nullit. nu. 2. & 3. Paris. de resignat. lib. 8. q. 7. num. 158.*

11 Intellige in volentibus contradicere sine causa, & de facto, nam tunc possunt excommunicari, & eo ipso cadunt à Iure, quod in illo beneficio habent, vt per *Paris. d. q. 7. n. 159.* Vbi quod ad hoc citat constitutionem Innocentij VIII.

☞ Vide etiam suprà *Clausula 15.*

Clauſ. 219. Cõtra quoſcũq; &c.

Hæc clausula operatur, vt comprehẽdat personas qualitercumque qualificatas, vbi est apposita clausula generificationis. *Put. decij. 248. num. 7. lib. 1.*

Clauſula 220. Coram noſtro publico, &c.

Num. 1. Hæc clausula apposita in prouisione per resignationem, quid operetur, *vide Paris. de resignat. lib. 8. q. 7. num. 147. & seqq.*

2 Quid si resignatio fuerit facta corã duobus notarijs, an illa comprehendatur sub ista clausula, dic quod sic, secundum. *Rebuff. in prax. in form. nou. prouij. colum. 1. & post etiam Paris. de resignat. lib. 8. q. 7. num. 151.*

De Clauſ. 221. Cui de Iure, &c.

Num. 1. Hæc clausula stipulationi dotis apposita facit, vt contrahentes videantur voluisse fieri dotis restitutionem, sicut fieret cessante stipulatione, & attẽditur ordo iuris, nõ verborum. *Imol. in l. Caius col. 2. ff. sol. matr. cum add. per Gabr. cons. 58. num. 16. & sub num. 48.*

2 Hæc clausula stipulationi dotis apposita facit, vt in casum cõstitutionis Martini dos liberis stipulata, censeatur. *Gabr. cons. 58. num. 31. & 48. lib. 1.*

3 Dic verum, nisi in casum existentium liberorum, alijs specialiter, & expressè stipulatio fit. *Gabr. consil. 58. num. 31. & nu. 48.*

4 Hæc clausula intelligitur non modo de Iure, sed etiam de Iure speciali. *Dec. cons. 516. num. 18. & consil. 517. num. 6.*

Clauſ. 222. Cuilibet eorum, &c.

Num. 1. Hæc clausula attribuit actum vnicuiq; insolidum. *Paris. cons. 13. num. 16. lib. 1. Dec. cons. 326. col. 1. Butr. cons. 29. nu. 2. vbi addent. in verb. distributiuè.*

2 Ideoque posita in Inuestitura facta pro hæredibus, & descendentibus vtriusque sexus operatur, vt masculi, & fœminæ simul admittantur. *Paris. d. consil. 13. num. 16. Iunctis traditis nu. 15. & 17. lib. 1.*

3 Et importat ius accescendi. *Paris. alios citans d. cons. 13. num. 9. lib. 1.*

4 Et operatur, vt vocatio dicatur facta in capita, & non in stirpes. *Butr. cons. 29. num. 2.*

5 Clausula cuilibet, &c. est vniuersalis. *Dec. consil. 527. in fin.*

Clauſ. 223. Cuilibet in ſolidum.

Quando censeatur repetita in sequentibus, vide *Crauet. cons. 108. num. 6. in fin. & seq.*

Clauſula 224. Cuius, ad id expreſſus accedit aſſenſus.

Num. 1. Hæc clausula, cum sit cõcepta per verba præsentis temporis stat causatiuè, non autem conditionaliter. *l. institutio talis, §. 1. ff. de cond. Instit. l. cum ad præsens. l. itaque. ff. si cert. petat. l. si ita legatum sit. vbi Bart. in 1. notab. in princ. ff. de cond. & demonstrat. l. si ita stipulatus fuero hanc summam, & ibi not. Bart. ff. de verb. obligat. Idem Bart. in l. demonstratio falsa. §. quod autem. num. 2. vers. quare dico. & ibi Castren. num. 10. ff. de cond. & demonstrat.* & fuit dictum *in causa Placentina pensionis. 21. Iunij. 1593. coràm Penia.* & fuit resolutum *in causa Elboren. pensionis. 27. Octob. 1595. & 19. Ianuar. 1596. corã Corduba.*

2 Maximè, quando est posita in literis, quia tunc sine dubio stat causatiuè, quia literæ non fuissent sine consensu expeditæ. *Put. decis. 439. lib. 1. & decis. 18. lib. 2. Verall. decis. 110. & 213. num. 1. part. 1. in impress. & decis. 183. lib. 1. in manuscript. Peregrin. decis. 74. lib. 1. & tenuit Rota in d. Elboren. pensionis. 27. Octobris 1595. coràm Corduba.*

3 Item, si sit apposita in breui, ex quo breue habet vim literarum apostolicarum, nec requirat aliam expeditionem literarum, vide *in d. Elboren. pensionis. 27. Octobris 1595. & 19. Ianuarij 1596. coràm Corduba, & in causa Romana cẽsuum. 13. Martij 1596. coràm Blanchetto.* Vbi de clausula, Attento consensu posita in breui.

4 An autem, quando est posita in materia, in qua Papa requirit consensum, vt in materia pensionis, in qua non reseruat pensionem in beneficio iam collato sine consensu titularis. *Put. decis. 421. lib. 1. num. 7. Cassad. decis. 1. de pensionib.* ab initio ex intentione Papæ stet conditionaliter, etiamsi sit concepta per verba præsentis temporis. *vide in causa Elboren. pensionis. 9. Iunij, & 27. Octobris 1595. & 19. Ianuary 1596. coràm Corduba.*

5 Adde etiam, quod hæc clausula intelligitur de cõsensu à tergo literarum, etiam quod non sit sufficiẽs, vt fuit resolutum *in causa Elboren. pensionis. 21. Iunij 1602. coràm Corduba.*

Clauſ.

Clauſ. 225. Cuiuſcumq; ſtatus, gradus, & conditionis.

Num. 1. Hæc clauſula non capit minores in materia, in qua ſunt inhabiles. *gloſ. in l. promittendo. verb. conditionis. vbi Iacob. de Sancto Georg. ff. de Iur. dot. & faciunt notata per Iaſ. in l. 2. §. prætor ait. num. 3. ff. qui ſatiſdar. cog.* & fuit dictum *in cauſa Romana Montis. 19. Nouembris 1584. coràm Seraphino.*

2 De ſui natura includit perſonas, quæ alias non comprehenderentur, quamuis etiam illi ſint Regis, ſerui, Monachi, & Iudęi. *Sarnen. in probem. regul. q. 4. col. 2. ad fin. verſ. nam d. clauſula. Gonzal. gloſſat. regul. 8. Cancellar. gloſ. 38. n. 1. & 2. & Gonzal. Sarnen. vbi ſuprà d. Modern. d. gloſ. 38. num. 3.*

3 Quos etiam comprehendunt reſpectu regulę octauæ Cancellar. vide apud *dictum Gonzal. d. gloſ. 38. numer. 4.*

Clauſula 226. Cum acceſſibus, & egreſſibus ſuis, vſque in viam, &c.

Hæc clauſula operatur, vt facta diuiſione domus, vel parte vendita, quis habeat aditum per partem alterius, qui alias non haberet. *Bart. in l. binas. nu. 2. ff. de ſeru. Vrb. prædior. Et vide Petr. de Vbald. de duob. fratr. num. 25.*

Clauſula 227. Cum annexis, & connexis.

Num. 1. Hæc clauſula poſita in commiſſione appellationis à grauamine comprehendit negotium principale. *Aegid. deciſ. 629. in fin. Rot. deciſ. 187. num. 6. par. 2. diuerſ. Caſſad. deciſ. 9. num. 13. de cauſ. poſſ. & propriet. Mandoſ. ſuper reg. de ſubrog. q. 14. num. 7. Ferrett. conſ. 72. num. 2. lib. 1.*

2 Et poſita in commiſſione appellationis à ſententia, ſeu decreto ſuper immiſsione in poſſeſsionem beneficij, operatur, vt lis cenſeatur introducta etiam ſuper petitorio, & beneficium cenſeatur effectum litigioſum. *Rot. in Barchinonen. Parochialis de Matarò. 20. Iunij 1611. corã Reuerẽdiſſ. Coccino Decano.* vbi ad effectum ſubrogationis, & *in Nucerina Iuriſpatronatus. 14. Maij 1612. coràm Card. Caualerio.*

3 Hæc clauſula in impetratione beneficij, quid operetur. vide *in cauſa Zamoren. Archidiaconatus. 28. Nouembris 1569. coràm Rubeo. quam vide in cauſa Valentina penſionis. 19. Nouembris 1599. coràm Card. Pamphilio.*

Clauſ. 228. Cũ auocatione cauſæ, & extinctione litis quoad cedentem.

Num. 1. Hæc clauſula intelligitur non ſolum reſpectu litis inter cedentem, & ceſsionarium, ſed etiam quoad litem inter illum, & extraneos. *Put. deciſ. 41. num. 4. lib. 1.*

2 Per hanc clauſulam extinguitur lis, quoad cedentem. *Put. deciſ. 493. num. 3. lib. 2.*

Clauſula 229. Cum beneficio Legis, & Inuentarij.

Hæc clauſula non importat aditionem, ſed declarat qualis ſit mens adeuntis, nempè quod velit vti d. beneficio. *Rot. deciſ. 342. num. 3. par. 2. diuerſ.* Vbi quod ſi poſtea non adimplent ſolemnia, ſibi imputet.

Clauſula 230. Cum cura, &c.

Hæc clauſula, prout clauſula etiamſi curam habeant animarum, &c. poſita in mandatis de prouidendo in diſpenſationibus ad beneficia, & ſimilibus operatur, vt veniãt etiam beneficia curata, quæ alias non venirent. *Rebuff. in tit. de diſpenſ. rat. ætat. verb. Etiamſi coràm, &c. & in forma mandator. apoſtolicorum, verb. cum cura.*

Clauſula 231. Cum derogatione indulti N. etiamſi Cardinalis exiſtat.

Num. 1. Per hanc clauſulam dicitur ſufficienter derogatum indulto Cardinalis, licet de titulo, & denominatione non ſit facta mẽtio. *Put. deciſ. 500. n. 1. lib. 2.*

2 Idem ſi dicatur cũ derogatione indultorum quibuſcumque perſonis, etiam quacumquè auctoritate fungentibus. *Put. deciſ. 500. nu. 2. lib. 2.*

Clauſ. 232. Cũ eadẽ conditione.

Hæc clauſula intelligitur, ideſt, cum eiſdem pactis, & oneribus. *Bart. in l. nihil. num. 1. verſ. Item nota, & ſeq. ff. de coniug. cum emancipat. liber.*

Clauſula 233. Cum effectu, &c.

Num. 1. Clauſula iſta operatur, vt promittens factum alienum non excuſetur, etiamſi fecit quicquid potuit, quia partes dicuntur conſideraſſe effectum. *Dec. conſ. 401. ſub num. 3. Rip. in l. quod te. num. 47. ff. ſi cert. petat.*

2 Contrarium, quod faciendo quicquid potuerit excuſetur, & hæc clauſula intelligitur, quod non ſimulatè, ſed verè, & cum bona fide curabit. *Dec. conſ. 313. ſub. num. 2.*

Clauſ. 234. Cum facultate derogandi regulis, editis, & edendis.

An Legatus datus cum hac facultate poſſit derogare regulæ de infirmis, vide late *Pariſ. de reſignat. lib. 12. q. 14. num. 10. & ſeqq.*

Et cum facultatibus A. C. Iſta clauſula poſita in commiſſione directa ad Auditorem Rotæ operatur, quod intelligatur data facultas Auditori Rotæ procedendo executiuè: non autem quod in eadem inſtantia tanquam ſubrogatus A. C. procedat. Quia cum ſit commiſſa cauſa appellationis illa diuerſificat inſtantiam. *Salic. in l. ita demum. in fin. in l. inuitus. num. 15. C. de procurat. Rota coràm Reuerendiſsimo Coccino Decano. deciſ. 78. num. 9. & 10. incip.* Iam fuerat reſolutum.

Clausula 235. Cum facultate transferendi.

Num. 1. Hæc clausula non censetur in sequenti gratia repetita, per quascumquè clausulas generales. *Put. decis. 342. lib. 1.*

2 Cum enim sit accidentalis, & de raro concessibilis, requerit specificam mētionem. *Verall. decis. 303. num. 3. part. 2.*

3 Nec venit in retētione pensionis, nisi expressè detur retentio cum facultate transferendi, licet pensio fuerit reseruata cum d. facultate. *Verall. decis. 203. part. 2. & 100. & 320. par. 3.*

4 Hæc clausula tamquam impossibilis apposita in mandato ad resignandum, cum reseruatione pensionis, cum facultate transferendi habetur pro non apposita. *Verall. decis. 89. num. 1. & seqq. par. 3. Paris. de resignat. lib. 9. q. 17. num. 142. & seq.*

5 Ideo consensus præstitus per procuratorem resignationi sine d. clausula est validus, & resignatio tenet. *Verall. d. decis. 89. part. 3. Paris. de resignat. lib. 9. q. 17. num. 141. vers. Hoc tamen, & seqq.*

Clausula 236. Cum fructibus decursis.

Hæc clausula cum fructibus decursis, etiam à die obitus, non capit fructus decursos ante obitum, & non exactos, nec consumptos, vt fuit resolutum *in causa Gerunden. fructuum. 24. May 1599. coràm Iusto.*

Clausula 237. Cum hoc tamen, &c.

Ita clausula facit conditionem. *Ferret. cons. 289. num. 2. lib. 2. Dec. cons. 401. num. 1.*

Clausula 238. Cū incidentibus, &c.

Hæc clausula cum incidentibus, & emergentibus, annexis, & connexis, &c. apposita in commissione appellationis causæ possessoriæ operatur, vt censeatur commissum non solum possessorium, sed etiam petitorium, cum negari nō possit, quia negotium principale non sit de incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, &c. *Aegid. decis. 619. Cassad. decis. 9. num. 13. de caus. pos. & proprietat.* & fuit dictum *in causa Perusina hæreditatis. 26. Octobris 1601. coràm Card. Pamphilio.* Vide suprà in clausula cum annexis, & connexis, 227. *& Mandos. in reg. 29. q. 14. nu. 7.*

Vide aliqua circà hanc clausulam infrà in clausula Vna cum incidentibus, &c. 830.

Vide etiam suprà *Clausula 16.*

Clausula 239. Cum omnibus, & singulis clausulis, &c.

Clausula, cum omnibus, & singulis clausulis, decretis, immonitatibus, &c. posita in facultate transferendi pensionis intelligitur ad fauorem translatarij, vt fuit dictum *in causa Carpentoraten. pensionis. 29. Maij 1601. coràm Card. Lācellotto. vide Caputaq. decis. 306. num. 3. ad fin. & seq. par. 2.*

Clausula 240. Cum pacto, & conditione, &c.

Hæc clausula importat modum, & non condemnationem, vbi illud, quod adiectum est venit adimplendum post executionem ipsius actus. *Aym. consil. 59. numer. 1.*

Clausula 241. Cum pertinentijs suis, &c.

Hæc clausula quid importet. *Vide Lap. alleg. 139. num. 10. 18. & 21.*

Clausula 242. Cum plena libera speciali, &c.

Hæc clausula posita in mandato restringitur per verba illa, in præmissis, & circà præmissa ita, vt eorum fines egredi non possit. *c. qui ad agendum de procurat. in 6. Alex. in l. qui Romæ. §. Calimachus. nu. 6. ff. de verb. obligat. & cons. 22. num. 10. lib. 1. Ruin. cons. 59. num. 3. lib. 5.* & fuit dictum *in Ariminen. census. 1. Iulij 1588. coràm Seraphino.*

Clauſ. 243. Cum plenitudine Iuris Canonici.

Hæc clausula, quid includat, vide *Staphil. de liter. grat. tit. ant. purificationem vers. subsequēter dicitur.*

Clauſ. 244. Cū potestate citādi.

Hæc clausula cum potestate citandi, & inhibendi præuia causæ cognitione intelligitur respectu inhibitionis, non autem citationis, cum sine ea non possit dari causę cognitio. Ità fuit resolutum *in causa Corduben. redecimarum. 13. Ianu. 1586. coràm Rubeo.*

Clauſ. 245. Cum potestate citandi in Curia, & extra, &c.

Num. 1. Ex hac clausula non inducitur certa scientia Papæ, quod voluerit causam à partibus ad Sedem Apostolicam auocare. *Rot. decis. 3. col. 1. vers. sed pone, quod committatur causa appellat. in nou. Verall. decis. 7. lib. Vide Lancellot. de attentat. par. 2. c. 20. in præfat. num. 196.*

2 Hæc clausula parum operatur, quia sufficit constare de mente Papæ, quod voluit causam cognosci in Curia, quo casu etiam si non adsit hæc clausula, potest decerni citatio ad partes. *Papazon. ad Rot. decis. 1. num. 8. de procur. in nou. Cassad. decis. 4. de rescript.* vbi omninò videas.

3 Sufficit enim, quod detur simpliciter potestas citandi, &c. *Lancellot. de attentat. part. 2. c. 20. nu. 198.*

4 Nisi fuisset dictum in commissione, cum potestate citandi in Curia, tunc enim non posset Auditor citare extra Curiam. *Cassad. d. decis. 4. num. 3. de rescript. Lancell. de attentat. par. 2. c. 20. in præfat. nu. 197.*

Clauſ. 246. Cū potestate citandi prædictum omnesq; in executione citationis, &c.

Nominādos operatur, vt potuerit citare nō nominatos in cōmissione, etiam quod in parte dispositiua illius non adesset clausula omnesquè alios. *Put. decis. 196. num. 2. in fin. & seqq. lib. 1.* vbi quod sufficit fieri nominationem in executione.

Clau-

Clauſ. 247. Cum poteſtate expediendi literas, etiam in forma gratioſæ ſubrogationis.

Hæc clauſula operatur idem, quod mandatum de ſubrogando. *Verall. deciſ. 123. par. 1.*

Clauſ. 248. Cum primum 14. annum cõpleuerit, profeſſionem emittere tenearis alioquin, &c. vacare cenſeatur.

An iſta clauſula importet, vt ſtatim completo 14. anno profeſsio non fuerit emiſſa, beneficium vacet, & an ſi ante lapſum 14. anni prouiſus illud reſignet, valeat reſignatio, vide *Put. deciſ. 246. lib. 1.*

Clauſula 249. Cum vacauerit.

Num. 1. Hæc clauſula ſubintelligitur in reſeruatione. *Simonet. de reſeruat. q. 52. num.*

2 Quod ſi autem Papa reſeruet beneficia, quæ Titius tenet, cum vacare contigerit, quid ſit probandum adhoc, vt intret vacatio ex perſona Titij, vide *Simonet. de reſeruat. q. 52.*

Clauſula 250. Damus, & donamus, &c.

Clauſula iſta ſignificat donationem, non autem conceſsionem feudalem. *Dorc. conſ. 32. nu 3. & 208. col. 2. & 468. col. 2. & 459. nu. 7. & 498. col. 3.*

Clauſ. 251. Dãtes eis, & cuilibet eorum poteſtatem eligendi.

Per hanc clauſulam dicitur data cuilibet poteſtas eligẽdi inſolidum, ita vt electio facta ab vno teneat, & electus ſit confirmandus. *Calder. conſ. 6. de elect.*

Clauſ. 252. Data tamen idonea recompenſa.

Huic clauſulæ, data tamen idonea recompenſa in in proprietàte, &c. appoſita in licentia alienandi conceſſa à Sede Apoſtolica dicitur ſatisfactum, per depoſitionem precij ad effectum emendi prædium. *Menoch. conſ. 114. num. 32. lib. 2.*

Clauſula 253. De æquitate.

Num. 1. Hæc clauſula poſita in reſcripto operatur, quod ſi ſit facta compendioſa verbis directis à Pagano, Iudex debeat iudicare talem ſubſtitutionem poſt pubertatem valere in vim fideicommiſsi. *Rip. in l. centurio. num. 77. ff. de vulg. Doct. in l. precibus. vbi Henric. num. 28. C. de impub. & alijs ſubſtit.*

2 Hæc clauſula, vt patet, ſi dicatur procedas ſecundum æquitatem, vt veritatem excludit omnes ſolemnitates Iuris. *Dec. conſ. 631. num. 3.*

Clauſula 254. De cætero.

Num. 1. Per hanc clauſulam appoſitam in aliqua lege, ſtatuto, &c. apparet mentem conditoris, quod non liget, niſi reſpectu futurorum. *gloſ. in prohæm. clem. verb. decætero. Fel. in c. fin. n. 5. & ibi addent. de cõſt.*

2 Et præſupponit id, quod futurum eſt, cum verificatione præteritorum. *Rot. deciſ. 190. num. 3. lib. 2. & 193. num. 5. lib. 3. par. 3. diuerſ.*

Clauſ. 255. Decidas ſine debito.

Hæc clauſula magis monitionem, quam certam formam inducit ita, vt ſi non ſit finis debitus ſeruatus, tamen ſententia non ſit nulla. *Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 9. & Rip. nu. 17. ff. de verb. obligat.* Iſta clauſula eſt replicata ſuprà in clauſ. Accedente conſenſu Clauſ. 125. Et vide etiam ſup. *Clauſ. 2.*

Clauſula 256. De conſenſu, &c.

Num. 1. Hæc clauſula inducit conditionem. *Put. deciſ. 18. & 269. num. 2. & 281. in nou. num. 1. lib. 3.* & fuit dictum *in cauſa Acheruntina fructuum. 19. Iunij 1579. coràm Brauo.*

2 Et hoc caſu non ſufficit tacitus conſenſus, ſed requiritur expreſſus. *Sarnen. in reg. de impetr. benef. per obit. fam. q. 11. num. 2. ad fin. verſ. Et ideò. Put. d. deciſ. 281. nu. 3. lib. 3. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 7. num. 98. & ſeq.* & fuit dictum *in d. Acheruntina fructuum. 19. Iunij 1579. coràm Brauo.*

3 Dic verum, quando eſt appoſita in ſupplicatione, ſecus ſi in breui, vel in literis, quia tunc non inducit condemnationem, ſed ſtat cauſatiue, quia literæ ſine conſenſu non fuiſſent expeditæ. *Put. deciſ. 439. in fin. lib. 1. Verall. deciſ. 120. & 213. num. 1. par. 1. & deciſ. 183. lib. 1. Put. deciſ. 18. lib. 3. Peregr. dec. 74. lib. 1.* & in ſimili fuit reſolutum *in cauſa Elboren penſionis. 27. Octobris 1595. coràm Corduba.* vbi de clauſula cuius ad id expreſſus. accedit aſſenſus, &c. *& in Romana cenſuum. 13. Martij 1596. coràm Blanchetto.* vbi de clauſula, attento conſenſu.

☞ Vide ſuprà *in clauſula 125. & clauſula 2.*

Clauſ. 257. De conſenſu Card.

Quatenus requiratur poſita in fine ſupplicationis per obitum familiaris Cardinalis abſtentis, quomodo intelligatur, vide *Mandoſ. reg. 33. q. 24. & q. 25.*

Clauſula 258. Decreti irritantis.

Num. 1. Decretum irritans operatur, vt priuilegia non poſſint dici amiſſa per non vſum. *Rot. deciſ. 3. de priuileg. in antiq. Fel. in c. cum acceſſiſſent. num. 7. verſ. Et pro iſta. & num. 30. verſ. Quarto limita. de conſlit. & in c cæterum. nu. 19. verſ. Obuiat. de reſcript. Caſſad. ſuper reg. deciſ. 12. num. 5. Caputaq. deciſ. 86. lib. 2. in manuſcript. cum alijs per Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 18. & ſeqq.*

2 Et quod conſtitutio, in qua eſt appoſita non ſit vſu recepta. *Papien. bonorum.* ...

3 Maximè non data ſcientia, & concurſu Principis. *Io. Andr. in c. cum de beneficio. ante. num. 1. & ibi etiam Gemin. Archid. in c. in iſtis. §. leges. num. 3. & ibid. Præpoſit. num. 3. diſtinct. 4.*

4 Decretum irritans reddit actum nullum ipſo iure, & impedit illius executionem ita, vt nec effectum, nec iuris fomentum habeat. *c. ſi eo tempore. cum ibi notat. de elect. in 6. Caſſad. deciſ. . num. 7. de reſt. ſpol. & deciſ. 12. num. 5. & ſeq. ſuper reg. Saruen. in reg. de annal. q. 5. in fin. & reg. de trien. q. 49. num. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 24. num. 5. & deciſ. 149. nu. 2. part. 2. Gabr. de clauſ.*

de clauſ. concluſ. 3. num. 57. cum ſeqq. Put. deciſ. 50. n. 2. & 396. lib. 1. Toletana profeſſionis. 13. & 27. Februarij 1595. coràm Cardin. Pamphilio. Mandoſ. in reg. 31. q. 9. num. 10.

5 Adde, quod ſi poſtannullationem actus, fructus ſint percepti debent reſtitui. *Accorambon. deciſ. 19. lib. 1. Lancellot. de attent. par. 3. c. 31. nu. 92.*

6 Et inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſſionem. *Rot. deciſ. 3. num. 1. de reſt. ſpol. in nou. & deciſ. 17. eod. tit. in antiq. Biſignet. deciſ. 1. num. 6. verſ. Et eſto. eod. tit. Aegid. dec. 356. verſ. Ratio eſt. Caſſad. deciſ. 3. num. 10. de reſt. ſpol. Caputaq. deciſ. 325. num. 12. p. 1. Calder. conſ. 13. de verb. ſignific. Simonet. de reſeruat. q. 48. Rebuff. eod. tit. num. 40. Rot. in vna Segobricen. beneficij. 13. Maij 1594. coràm Litta. Gerunden. Iuriſdictionis. 12. Decembris 1588. coràm Gard. Mantica. Ferret. conſ. 5. num. 3. lib. 1. Cott. deciſ. 8. Gabr. de reſt. ſpol. concluſ. 5. num. 48. & ſeq. & de clauſ. concluſ. 3. num. 50. Mandoſ. in reg. 27. q. 14. num. 2. & Lancellot. de attent. par. 1. c. 3. num. 142. & part. 3. c. 31. nu. 92. Boneuetana beneficiorum. 14. Decembris 1601. coràm Reuerendiſſ. Coccino.* vbi quod poſſeſſio ſic interfecta habetur pro vacua.

7 Et talis poſſeſſor dicitur non habere poſſeſſionem, nec ciuilem, nec naturalem, Ideoque ei non competere remedium poſſeſſorium. *Biſignet. deciſ. 1. num. 6. de reſt. ſpol. Ferret. conſ. 3. nu. 18. circ. princ. lib. 1.*

8 Et talis poſſeſſor etiam anterior non impedit manutentionem poſterioris poſſeſſionis, & inſtrumentalis, vt fuit deciſum *in Beneuentana ſuprà allegata.*

9 Rota numquam voluit reſoluere, quod decretum irritans appoſitum in regulis inficiat poſſeſſionem, vt inquit *Achil. deciſ. 8. nu. 4. de reſt. ſpol.*

10 Ita vt titulus remaneat ſine aliquo colore. *Rot. deciſ. 3. de reſt. ſpol. in nou. Caſſad. deciſ. 7. ſub num. 3. ſuper reg. Sarnen. de trien. q. 49. num. 3. & q. 51. num. 2. Soccin. in l. rem, quæ nobis. q. 9. num. 19. ff. de acquir. poſſ. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 28. ff. eod. cum alijs per Pontan. de ſpol. lib. 3. n. 67. & 68.*

11 Declara primò, quod licet inficiat poſſeſſionem, prout eſt iuris, illam tamen non inficit, prout eſt facti, vt fuit reſolutum *in Seguntina Canonicatus de Berlagna. 2. Iunij 1603. coràm Litta. Licien. beneficiorum. 4. Iulij 1607. coràm Card. Caualerio. vbi allegatur Parmen. Prioratus. 16. Ianuarij 1598. coràm Orano.* Vndè non impedit manutentionem, quia pro ea ſufficit ſola detentatio.

12 Declara ſecundò, non procedere, vbi eſt ſuper incerto corpore beneficij, nec eſt notorium. *Rot. deciſ. 72. lib. 1. par. 3. diuerſor. & deciſ. 56. lib. 2. Ferret. conſ. 3. num. 3. lib. 1. Vide Mandoſ. in reg. 7. q. 4. nu. 5.*

13 Limita primò, vbi eſt iuſtificatum, nempè probata vacatione beneficij in menſe reſeruato. *Seguntina beneficiorum 1. Iunij 1592. coràm Orano. Crotonien. Decanatus. 20. Martij 1587. eod. Regien. Canonicatus. 17. Nouembris 1595. coràm Card. Pamphilio. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancellar. gloſ. 31. nu. 8. & gloſ. 67. nu. 32. Sarnen. de triennal. q. 44. Simonet. de reſeruat. q. 40. Bobien. Canonicatus. 27. Februarij 1595. corã Gypſio.*

14 Limita ſecundò, etiam vbi adijcitur ſuper incerto in partibus, tempus certum habentibus, quia infrà d. tempus ligat ignorantes. *d. Seguntina beneficiorum.*

15 Adde, quod non afficit, nec irritat actum ante decreti appoſitionem perfectum, *Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 81.*

16 Quando tamen eſt incertum, an afficiat, vel non interim nõ impedit manutentionẽ. *Rota in Valentina Iuriſpatronatus. 30. Aprilis 1582. coràm Seraphino. eſt deciſ. 565. ſub num. 10. part. 1. Cuſentina Capellania. 26. Octobris 1601. coràm Card. Millino. Baren. ſeu nullius Prioratus. 18. Martij 1613. coràm Cardin. Sacrato.*

17 Et habet oculos retro, & inducit nullitatem vſq; ab initio. *Caſſad. deciſ. 12. num. 4. 5. & 6. ſuper reg. Sarnen. de annal. q. 5. Io. Paul. deciſ. 14. Rot. deciſ. 24. num. 5. & 149. num. 2. p. 2. diuerſ.*

18 Alias tamen impedit manutentionem. *Seguntina Iuris ſepelliendi. 5. Iunij 1613. coràm Reuerendiſſ. Manzanedo. Put. deciſ. 262. alias 372. cir. med. lib. 2.*

19 Et impedit manutentionem in ſpolio. *Soccin. in l. rem, quæ nobis. q. 9. num. 19. ff. de acquir. poſſ. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 28. eod. tit. Pontan. de ſpol. lib. 3. num. 67. & 68. cum alijs per Gabr. de reſt. ſpol. concluſ. 5. num. 8.*

20 Decretum irritans in fine poſitum refertur ad cũctã diſpoſitionẽ. *Rota in Toletana profeſſionis. 27. Februarij 1595. coràm Card. Pamphilio. Mandoſ. in prohem. regular. num. 4.*

21 Decretum irritans tamquam acceſſorium non operatur, quando gratia principalis non intrat. *Gemin. in cap. præſenti in princ. verſ. nota eo ipſo. & ibi Franc. in 3. notab. de offic. deleg. in 6. Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 85. Put. deciſ. 1. lib. 1. Dec. conſ. 142. in fin. Oriolen. decimarum. 19. Iunij 1592. coràm Gypſio.*

22 Decretum irritans poteſt opponi etiam ab inferiori à Papa, vt de executore eſt *text. in c. 1. §. ex parte ibi, vacuam decernat, & irritum ſi ſecus, &c. & ibi gloſ. in verb. irritum. & Innoc. n. 6. verb. vacuam decernat. & alij in c. ſi ſoli ad fin. ibi præſertim cum interpoſitione decreti. de conceſſ. præb. in 6. Io. Andr. d. cap. 1. num. 22.*

23 Decretum, quod reſeruatio penſionis, &c. ſit nulla ſi exigatur literis non expeditis, inducit formam ita, vt ea non ſeruata penſio ſit nulla, & ſic inducit etiam nullitatem. *Rota in Veronen. penſionis 1. Iulij 1592. coràm Card. Millino.*

24 Idem de prouiſione, in qua dicatur, quod prouiſus teneatur dimittere primum, alias prouiſio ſit nullius valoris, & momenti *Rota in d. Veronen. penſionis.*

25 Adde, quod idem eſt, quod diſpoſitio dicat irritum, & inane, vel dicat nullatenus, &c. *Mandoſ. in reg. 7. q. 4. num. 2.*

26 Hæc clauſula tollit vires ſententiæ, & eius executionem impedit. *Gabr. de clauſ. concluſ. 3. nu. 51.*

27 Inducit formam. *Bald. in l. 1. verſ. Quæro ergo. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. pacta, quæ contrà. num. 2. & in l. ſi quis in conſcribendo. ſub nu. 17. C. de pact. Dec. conſ. 10. num. 2. & 77. num. 1. Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 73. Staphil. de liter. in princ. num. 25. verſ. præterea. Mandoſ. in reg. 31. q. 9. nu. 10. Veronen. penſionis. 1. Iulij 1592. coràm Card. Millino. Sabinen. penſionis. 13. Iunij 1594. coràm Card. Mantica.*

28 Et operatur effectum ſuum, ſiue à lege, ſiue ab homine apponatur. *Gabr. d. concluſ. 3. num. 74.*

29 Hæc clauſula poſita ex falſa cauſa nihil operatur. *Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 82.*

30 Et appoſita in fauorem vnius, in fauorem alterius non operatur. *Hier. Gabr. conſ. 162. num. 9. lib. 1. Ant. Gabr. d. concluſ. 3. num. 84.*

31 De-

31 Deficit deficiente dispositione cui adheret. *Gabr. d. conclus. 3. num. 85.*

32 Restringitur ad dispositionem cui proximè cohæret, non autem ad omnia præcedentia. *Gabr. d. conclus. 3. num. 86.*

33 Contrarium. *Rebuff. super concord. tit. de firm. & reuoc. concord. stabilit. col. 2. vers. vlt. notanda est.*

34 Decreti clausula ligat quasi Papam. *Simonet. de reseruat. q. 89. num. 5.* & quod liget Papam. *Gabr. de clauf. conclus. 3. num. 4. & 74. Gig. conf. 127. num. 1. Roman. conf. 333. num. 11. ad fin. vers. igitur & seq.*

35 Ligat etiam executorem apostolicum. *Gabr. d. conclus. 3. num. 3.*

36 Limita, & declara, *vt per Roman. conf. 333. nu. 12. vers. sed certè. & seq. & ibi Mandos. in addit.*

37 Quomodo autem liget Papam, vide *Simonet. de reseruat. q. 90. & ibi addent. Gabr. d. conclus. 3. nu. 5.* Vbi quod actus factus motu proprio, vel ad instantiam partis ex certa scientia valet, non obstante hac clausula.

38 Clausula decreti irritantis habens clausulas retroactiuas, & annullatiuas ex nunc prout ex tunc, quid operetur, *vide Rot. decis. 283. lib. 2. part. 3. diuers. & Ferret. conf. 5. num. 2. & 3. lib. 1.*

39 Hæc clausula annullat collationem in contrarium factam, & alium actum contrarium prouisioni Papæ habentis hanc clausulam. *Rebuff. in form. nou. prouis. verb. Hos enim ex nunc in princ. & conf. 36. num. 5. Staphil. de liter. grat. in præfat. num. 15.*

40 Amplia etiamsi collatio fiat de consensu partium. *Rebuff. alios citans vbi sup. vers. Immo dicunt Doct.*

41 Contrarium tenet ipse. *Rebuff. vbi suprà, verb. Ego verò. Quem etiam videas. conf. 16. num. 3. & 4.* Vbi quod collatio facta de vacanti expectante valet, licet gratia illius habeat decretum irritans.

42 Clausula, decreti semper intelligitur apposita in fauorem impetrantis, nempè quatenus ea vti velit. *Rebuff. super concordat. tit. de collat. verb. ipso Iure vers. nam clausula. Put. decis. 1. lib. 1. & decis. 8. nu. 2. lib. 2. Rebuff. conf. 16. num. 3. & 4. Oldrad. conf. 305. Mandos. super reg. 7. q. 4. n. 6. Paris. de resignat. lib. 8. q. 7. num. 174. Lancellot. de attentat. par. 3. c. 31. n. 93.*

43 Et recipit easdem conditiones, quas gratia super qua est apposita. *Put decis. 1. lib. 1. Staphil. de lit. grat. in præfat. num. 13. & 17. Roman. conf. 130. nu. 13. Gabr. de clauf. conclus. 7. num. 54. vers. Contrarium.*

44 Et sufficit secundum modum, & conditionem gratiæ, & ad casum gratiæ concessæ restringitur. *Butr. conf. 43. num. 2.*

45 Contrarium vide apud *Gabr. d. conclus. 3. num. 54. quem etiam videas pro declaratione. nu. 56.*

46 Et si gratia est conditionalis, non operatur ante euentum conditionis. *Card. conf. 18. immed. ant. num. 1. Gabr. d. conclus. 3. num. 55. Mandos. d. q. 4. Paris. d. quæst. 7. num. 175.*

47 Nec afficit concedentem, nec inferiores. *Gig. consil. 18. & 127. nu. 9.* Nec in ea retrotrahitur. *Gig. dict. conf. 127. num. 10.*

48 Nam tunc, & ipsum decretum dicitur conditionale. *Gabr. alios citans de clauf. conclus. 3. nu. 46. vbi num. 47. & 49.* duobus modis ampliat.

49 De hac clausula, vide aliqua apud *Rebuff. super concordat. tit. de firm. & irreuocat. concord. stabilit. col. 2. vers. vlt. notanda est. & Staphil. de lit. grat. in præfat. num. 3. 15. & seqq. & Gabr. de clauf. conclus. 3. & Gonzal. reg. 8. Cancellar. glos. 67.*

50 Ista clausula posita in confirmatione operatur, vt actus confirmatus reuocari non possit, & si reuocatio fiat non valeat. *c. dilecto. & ibi Doct. de præb. Rebuff. conf. 110. num. 13.*

51 Et in gratia Papæ habet vim priuatiuam, & reuocatiuam. *Ferret. conf. 314. nu. 10. lib. 2.*

52 Hæc clausula non operatur effectum suum, nisi in euentum conditionis sub qua gratia facta fuit. *Ferret. conf. 365. num. 73. lib. 2.*

53 Clausula decreti, posita in gratia non officit, nisi beneficium cadat in gratia, quia decretum censetur modificatum secundum illam. *Gem. conf. 143. num. 1.*

54 Clausula Decreti, quos effectus habeat in gratia Papæ posita, *vide Compostellan. in c. cum quæ. nu. 62. & ibi addent. de rescript. & est dictum num. 51.*

55 Hæc clausula operatur, vt contrauenientes priuilegio, etiam habenti non inducant priuilegij abusionem. *Felin. conf. 31. num. 21.*

56 Ista clausula apposita in fine regulæ septimæ Cancellariæ refertur ad omnes regulas præcedentes. *Mandos. in præfat. super reg. Cancell. num. 4. de quo tamen vide eumdem ibid. q. 3. & in reg. 7. q. 4. in princ.*

57 Clausula Decreti ligat etiam ignorantes. *Felin. in c. 2. sub num. 7. vers. 4. limita, & in c. cum accessissent. sub num. 3. de constit. cum latè adductis per Gabr. de clauf. conclus. 3. num. 1. Castad. decis. 12. num. 5. super reg. & decis. 3. num. 1. de decret. reseruat. Bisignet. decis. 4. de præb. Seguntina beneficiorum. 1. Iunij 1592. coram Orano. Mandos. reg. 7. q. 4. num. 3. Paris. de resignat. lib. 8. q. 7. num. 176. Butr. conf. 43. num. 1. & ibi addent. in verb. ignorantes. vbi de communi. Lap. allegat. 83. num. 9. & ibi addent, verb. ignorantes. Lancellot. de attent. lit. pend. limit. 27. num. 17. de attent. appell. pend. limit. 50. num. 24.* Et hoc procedit siue adsint verba illa scienter, vel ignoranter, siue non adsint. *Mandos. in reg. 7. q. 4. nu. 7. vers. sciendum etiã est.*

58 Amplia, vt nec fructus suos quis facere possit, si sint percepti vigore gratiæ nullæ propter decretum irritans. *Mandos. in reg. 7. q. 4. sub num. 7.*

59 Dic verum, quoad nullitatem actus, secus verò quoad alias pœnas. *Felin. in c. 2. sub num. 7. de const. & alij relati per Gabr. d. conclus. 3. num. 8. Fab. decis. 19. lib. 1. Mandos. d. q. 4. num. 7. add. ad Butr. d. consil. 43. nu. 1. in verb. ignorantes. vers. intelligas. Lancellot. d. limit. 27. num. 14. & d. limit. 50. sub nu. 24.*

60 Secundò dic verum in decreto Papæ, secus si sit inferior à Papa. *Angel. in l. genero. col. fin. vers. Et quia nullus inferior. ff. de his, qui not. infam. Federic. conf. 290. num. 4. post med. vers. Immo plus. Castad. decis. 2. num. 3. de decret. reser. cum alijs per Gabr. d. conclus. 3. num. 9. & 10.*

61 Tertiò declaratur, vt nec decretum Legati liget ignorantes. *Castad. decis. 2. per tot. de decret. reser. Soccin. 112. vbi de communi. lib. 3. cum alijs per Gabr. d. conclus. 3. num. 11.*

62 Contrarium tenet. *Card. & alij relati per Gabr. vbi suprà. vers. contrarium.*

63 Et adde, quod ligat ignorantes siue motu proprio, siue non, siue iustè, siue iniustè, siue etiam cognita, siue non siue quoquis modo fiat. *Gabr. d. conclus. 3. num. 7.*

64 Et ligat ignorantes, etiamsi in eorum fauorem appositum sit. *Gabr. d. conclus. 3. nu. 6.*

65 Clausula ista operatur, vt dispositioni, cui apposita est

ta est quis renunciare non possit, etiamsi sui fauorem respiciat. *Felin. in c. cum accessissent. num. 7. de constit. & in c. cæterum. sub num. 19. de rescript. Ias. in l. pacta, quæ contrà. num. 2. & in l. si quis in conscribendo. nu. 27. C. de pact. Gabr. de clauf. concl. 3. n. 18. & seqq.*

66 Præsertim tacitè. *Gomes. in c. 1. nu. 59. de rescript. in 6. Gabr. d. conclus. 3. num. 36.*

67 Contrarium, quod possit renunciari, tenet. *Dec. in d. l. pacta, quæ contrà. num. 13. C. de pact. & aly per Gabr. d. conclus. 3. num. 253. & seqq.*

68 Adde, quod vbi decretum est simpliciter in fauorem alicuius absquè inhibitione, vel prohibitione faciendi, tunc potest renunciari. *Gabr. consil. 162. num. 10. lib. 1.*

69 Adde etiam, quod antequam pars decretó vtatur, potest tacitè per non vsum renunciare, licet non expresè, quia habet conditionem, si pars eo vti velit, secus sit postquam decretum fuit positum in actu, quia tunc, nec tacitè, nec expresè renunciari potest. *Ant. Gabr. de clauf. conclus. 3. nu. 31.*

70 Clausula decreti tollit consuetudinem, nedum in præteritum, sed etiam in futurum. *Archid. in c. cum de beneficio. vers. sed pone. & ibi post eum Io. Andr. col. 1. verb. legitima. Gemin. col. 2. vers. nota benè, & Franch. col. 1. vers. Ex quibus nota. de preb. in 6. Fel. in c. cum accessissent. num. 30. in 4. limit. de constitut. Ruin. qui de communi testatur cons. 13. num. 13. lib. 2. cum alijs per Gabr. de clauf. conclus. 3. num. 39. & seq. vbi de communi. Verall. decis. 204. num. 2. part. 3. in impress. & in Papien. bonorũ. 16. Ianuarij 1598. coràm Card. Pamphilio.*

71 Contrarium tenent, *Imol. & alij relati per Gabr. d. conclus. 3. num. 41.*

72 Adde tamen, quod non tollit consuetudinem immemorabilem. *Ruin. cons. 13. num. 30. lib. 1. Gabr. d. conclus. 3. num. 42.*

73 Item adde verum, vbi dispositio, in qua est decretum est vsu recepta, alias, secus. *Gabr. d. concl. 3. n. 43.*

74 Hæc clausula tollit præscriptionem. *Rebuff. in cõcord. tit. de firm. & irreuoc. concord. stabilit. colum. 2. vers. vltimo. notan. est. Gabr. de clauf. concl. 3. nu. 44.*

75 Operatur, vt lex in qua est adiecta, liget etiam ante illius publicationem. *Gabr. d. concl. 3. num. 45. vbi plures citat.*

76 Et apposita in gratia operatur, etiam ante illius præsentationem. *Gabr. d. conclus. 3. num. 52.* vbi in sequenti ampliatione, vt per illud reddatur nullus processus factus à Iudice ante illius præsentationem.

77 Contrarium tenent. *Card. & alij relati per Gabr. d. concl. 3. num. 45. ad fin. vers. Contrarium.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula 20.*

Clauf. 259. Dedit, transtulit, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in donatione, si non potest operari in vita donantis, vt quia vita sua donante sibi reseruauit dominium, vsum, &c. operatur post eius mortem. *Put. decis. 216. num. 8. lib. 3.*

2 Et posita in Instrumento, vbi res non est in præsentia, importat solum licentiam apprehendendi non autẽ possessionẽ actualẽ traditam. *Put. dec. 100. lib. 3.*

Clauf. 260. Dedit, & constituit tutricem, &c.

Num. 1. Aliquando ratione subiectæ materiæ debet exponi, idest datam, & constitutam declarauit. *Rot. decis. 99. num. 1. par. 2.*

2 Ista verba, & similia, an sint verba notarij, vel partium, vide *Natt. cons. 360. num. 3. ad fin. & seq. lib. 2.*

☞ Vide etiam supra *Clausula 18.*

Clauf. 261. Deducto nè egeat.

Hæc clausula intelligi debet inspecta dignitate, & qualitate personarum. *Alex. in l. sunt qui. num. 5. & Ias. num. 2. ff. de re iudic.*

Clausula 262. De, & super Canonicatu.

Hæc clausula, De, & super Canonicatu, vel tali ratione, &c. Comprehẽdit petitorium, & possessorium. *Cassad. decis. 6. num. 1. & 5. de rescript.* & fuit resolutum *in causa Tirason. Canonicatus. 28. Ianuarij 1575. coràm Cantuccio.*

Clausula 263. De, & super recuperatione, vel restitutione talis rei.

Num. 1. Idem quod præcedens clausula operatur clausula, De, & super recuperatione talis rei. *Socc. in l. rem, quæ nobis. sub num. 14. ff. de acquir. poss. & consil. 262. sub nu. 2. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Fauentina spolij. 15. Aprilis 1580. coràm Seraphino, & in causa Romana domus. 11. Maij 1601. coràm Cardin. Pamphilio.*

2 Dic verum in commissione, vel libello; secus in sententia, quæ est stricti Iuris, & strictè debet interpretari. In sententia enim huiusmodi clausula comprehendit solum petitorium, vt fuit dictum *in d. Fauentina spolij. 15. Aprilis 1580. coràm Seraphino, & in d. Romana domus. 11. Maij 1601. corã Card. Pamphilio.*

3 Sublimita, nisi ex aliquibus posset sumi interpretatio pro possessorio, vel si petitoriũ esset suspensum, quia tunc illa verba etiam in sententia intelligeretur de solo possessorio, vt fuit dictum *in d. Fauentina spolij. 15. Aprilis. 1580. coràm Seraphino.*

Clausula 264. De facto.

Num. 1. Hæc clausula quid importet, & quomodo exponatur, vide *Angel. cons. 176. num. 1.*

2 Et de ea, vide *Mandos. ad Lap. alleg. 128. num. 4. verb. de facto.*

3 De hac clausula posita in commissione, vide infrà in clausula, procedas de facto, 550.

4 Hæc clausula posita in compromisso reducit rem ad terminos iuris gentium. *Corn. cons. 218. col. 2. lib. 1.*

5 Et ponitur per contrarium eius, quod est iuris. *Dec. cons. 373. sub num. 12.*

6 Hæc clausula operatur, vt manu regia procedi, & iudicari possit. *Dec. cons. 434. num. 4. Blanch. de compromis. q. 1. num. 24. & seq.*

7 Item ex causa non deducta in libello. *Dec. consil. 434. num. 4.*

8 Item sine libelli productione. *Blanch. de compromis. q. 1. num. 25.*

9 Item sine causæ cognitione, & probatione. *Felin. in c. 1. num. 51. vers. Et si dicatur de facto. de constit. Blanch. d. q. 1. sub num. 24.*

10 Item

10 Item commissis solemnitatibus, & Iuris ordine non seruato. *Felin. & Blanch. in locis proximè citatis.*
11 Etiamsi iuris rigor repugnet. *Felin. & Blanch. pariter vbi suprà.*
12 Hæc clausula non operatur, quod Iudex tollat, vel contrà naturalem æquitatem lædat iura partium, vel eis defensionem auferat. *Blanch. de compromiss. q. 1. sub num. 24.*
13 Nec operatur, quod possit credere testi reddenti malam rationem. *Addit. ad Bald. in l. solum. in fin. de testib.*
14 Adde, quòd si illi adiuncta sit clausula, & amicabiliter, quod eam de concordia partium terminetur. *Dec. consf. 434. sub num. 4.*

Clauf. 265. De facto suo tãtum.

De hac clausula quid, & quando operetur in materia euictionis, *vide latissimæ. Ruin. consf. 42. num. 12. in fin. & mult. seqq. lib. 1.*

Clausula 266. Deficientibus masculis.

Num. 1. Ista clausula stat conditionaliter, & suspensiuè. *Rot. in Cæsenaten. bonorum. 20. Maij 1588 coràm Bubalo. Pedemontan. decis. 23. num. 1. ad fin. & seq.*
2 De ista clausula, vide *Dec. consf. 480. sub num. 8. & Peregr. de fideic. art. 29. nu. 9. post med. vers. sic quoq;* vbi ponitur pro eodem quod clausula in defectum.

Clausula 267. De Iure.

Num. 1. Si dicatur in compromisso, quod arbitrer teneatur de Iure pronnnciare, operatur, vt si pronunciet contrà ius, laudum sit nullum. *Bart. in l. diem proferre. §. sta. ff. de arbitr. Abb. in cap. cum dilecta sub num. 12. de rescript. Gabr. de arbitr. concl. 5. nu. 1. Calf. Vgo de clauf. in clausula. De Iure, & in clausula secundum Ius. Blanch. de compromiss. q. 6. num. 13.*
3 Contrarium, quod non sit nullum, sed iniustum, tenet. *Fel. in c. exhibita. de Iudic. & alij relati per Gabr. vbi suprà. sub num. 1.*
4 Hæc clausula posita in compromisso, quomodo intelligatur, vide *Lancellot. de attent. par. 2 c. 15. n. 105.*

Clauf. 268. De Iure, & de facto.

Num. 1. Hæc clausula apposita in promissione euictionis, quid importet, & quando comprehendat euictionem contingentem ex facto Iudicis iniusto. *Vide Angel. consf. 176. Natt. consf. 181. num. 2. ad fin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 27. à nu. 38. vsq; in fin. & in Ferrarien. bonorum. 19. Martij 1612. coràm Card. Pamphilio. & Felin. in c. olim. 26. num. 7. vers. Et tangit hic. de accus.*
2 De hac clausula posita in commissione vide infrà, in clausula procades de Iure, & de facto 551.
3 Hæc clausula posita in compromisso operatur, quod Iudex possit admittere probationes persuasiuas, & verisimiles, licet non plenas, & concludentes. *Bald. in l. solam. in fin. C. de testib. Aret. consf. 117. sub nu. 2. Dec. consf. 178. in fin. Blanch. de compromiss. q. 1. sub num. 27.*
4 Item quod possint recipere testes die feriata, & Iuris ordine prætermisso. *Felin. in c. 1. num. 51. vers. Et si dicatur Procedas de Iure, & de facto. in fin. Blanch. d. q. 1. sub num. 27.*
5 Non tamẽ operatur, vt possit credere testi reddẽti malam, vel nullam rationem dicti sui. *Felin. vbi suprà. cir. med. Dec. cõs. 37. col. 3. Blãch. d. q. 1. sub n. 27.*
6 Clausula ista non potest apponi à tutore compromittente iura pupilli. *Dec. consf. 39. col. 3. in princ.*
7 Idem dic in Prælato compromittente iura Ecclesiæ. *Dec. consf. 39. col. 3. in princ. Blanch. de compromis. q. 1. num. 27.*
8 Idem etiam dic in quolibet administratore, vt non possit compromittere de iure, & de facto. *Dec. consil. 39. col 3. in princ.*
9 Hæc clausula de Iure, & de facto in procedendo de Iure tantum sententiando certam formam de Iure iudicandi inducit. *Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 7. & Rip. nu. 81. ff. de verbor. obligat. Dec. consf. 436. colum. 2.*

Clausula 269. De iustitia, & æquitate.

Ista clausula, quæ in compromissis solet apponi quid operetur, vide *Bald. in l. si cum ea. num. 4. C. de dot. prom.*

Clausula 270. De iustitia, & veritate.

Num. 1. Clausula ista quid operetur, vide *Blanch. de compromiss. q. 1. num. 41.*
2 Hæc clausula posita in commissione importat obseruantiam Iuris communis, & municipalis. *Felin. in c. 1. num. 51. vers. Et si dicatur, facias iustitiam, &c. ad fin. ibi, De iustitia, de constitut.*

Clausula 271. De non molestando, &c.

Num. 1. Clausula de non molestando, &c. intelligitur de facto, non autem de Iure. *Dec. consf. 581. nu. 11.*
2 Adde, si per verba generalia, & pugnantia concepta sit intelligitur etiam in molestatione de Iure. *Alex. consf. 9. lib. 1. Dec. consf. 581. sub num. 11. & 613. sub num. 1.*
3 Dic verum in molestatione de Iure, vel extra iudicium, vel in iudicio calumnioso, & prætextu iuris facta, secus si bona fide, vt ius suum consequatur; quia etiamsi per verba generalia, & prægnantia concepta sit de huiusmodi molestatione non intelligitur. *Dec. consf. 581. sub num. 11. & 565. num. 6.*
4 Adde, quod si in clausula dicatur, quod non possit molestari aliquo mandato de Iure, vel de facto, tunc hæc clausula intelligitur etiam de molestatione de Iure bona fide facta. *Dec. consf. 613. num. 1.*
5 Hæc clausula intelligitur, nisi noua clausula superuenerit. *Dec. consf. 581. nu. 1.*
6 Per hanc clausulam legato adiectam, censetur legatario data facultas accipiendi possessionem rei legatæ propria auctoritate, *Vide not. in l. non dubium. C. de legat.*
7 Molestari quando quis dicatur, vide *Roland. consil. 68. num. 6. lib. 3.*
8 Molestia inferri dicitur etiam agendo de Iure, & potendo in iudicio. *Dec. consf. 613. sub nu. 1.*
9 Molestari non dicitur, qui aliquid facit pro conseruatione sui iuris. *Dec. consf. 565. n. 7. & 581 sub nu. 1.*

Clau-

Clausula 272. De nouo, &c.

Hæc clausula feudi concessioni apposita, vt si dicatur de nouo concedimus, videtur nouum feudum importare. *Dec. cons. 445. num. 6.* vbi vide.

Clausula 273. De plano, &c.

De hac clausula post alios, vide *Felin. in c. olim. 26. num. 5. de accusat. & ibi addent. ad eum. & Bart. in extrauag. ad reprimend. verb. de plano. & Marsil. sing. 102.* & infrà in clausula summariè 803. *Roman. consil. 519. num. 3. circ. med. & ibi addent.*

Clausula 274. De plenitudine potestatis.

Num. 1. Hæc clausula tollit virium subreptionis. *Gott. decis. 157.*

2 Hæc clausula quid sit, & quid operetur; vide *Rebuff. super concordat. tit. de reg. ad prælatur. nominat. in princ. verb. plenitudine.*

3 Hæc clausula non se extendit ad defectus naturales. *Rebuff. in prax. part. 2. tit. de rescript. perinde valer. nu. 56. Ferret. cons. 31. nu. 34. in fin. lib. 1.*

4 Hæc clausula tunc demum operatur effectũ suum, vbi fuit processum præuiã citatione, & causæ cognitione, alias nihil, aut parum operatur. *Ferret. cons. 31. num. 31. lib. 1.* & quod nihil operetur, vbi est apposita sine causæ cognitione, *tradit. Dec. cons. 407. nu. 24. & 410. nu. 21. & 528. col. 1. & 606. sub num. 14. Curt. Iun. cons. 170. num. 37.*

5 Item operatur in his, quæ pendent à mera, & libera potestate. *Ferret. cons. 31. sub num. 34. lib. 1.*

6 Non tollit ius quæsitum ex contractu. *Ferret. consil. 31. sub num. 32. ad fin. lib. 1.*

7 Non enim intelligitur in præiudicium tertij, quia voluntas Principis non præsumitur esse, vt alius ex hoc iniuriam patiatur. *Bald. in c. ad aures. de rescript. Felin. in c. super eo. de offic. deleg. Dec. cons. 198. col. 4. Ias. in l. ex facto. num. 5. ff. de vulg. Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 3. c. 9. num. 17.*

8 Hæc clausula ostendit Principem suprà ius disponere velle, & vti plenitudine potestatis. *Felin. cons. 31. num. 15.*

9 Et operatur ac, si dicat Princeps, quod vult disponere contrà legem scriptam vtendo potentia absoluta. *Abb. in c. illa. num. 2. de elect.*

10 An habeat vim clausulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, & habentem clausulam derogatoriam, vide *Felin. in c. nonnulli. num. 8. & ibi addent. de rescript. & Aym. cons. 126. sub nu. 2.* vbi quod non.

11 Est potentissima, & multum operari debet. *Mandos. in reg. 16. q. 7. num. 7.*

12 Et quando Princeps ea vtitur, non tenetur leges seruare. *Mandos. in reg. 17. q. 8. num. 7.*

13 Hæc clausula non potest apponi, nisi per supremum Principem. *Neuizan. cons. 99. num. 3.*

14 Quid in Duce Ferrariæ. *Dec. cons. 373. num. 15.*

15 Adde, quod si inferior ea vsus fuerit per tantum temporis spatium, cuius initij, &c. poterit postea ea vti. *Aym. cons. 135. num. 3.*

15 Plenitudine potestatis potest vti Princeps, tàm per per se ipsum, quam per eius Vicarium. *Aym. consil. 135. num. 4.*

17 Hæc clausula nihil operatur in his, quæ sunt facti, de quibus Princeps informatus non fuit. *Dec. consil. 198. sub num. 6. Aym. cons. 125. num. 3. Grauat. ad Vestr. lib. 3. c. 9. num. 17.*

18 Item nihil operatur vbi causæ status Principi narratus non fuit, immo tunc facit præsumi rescriptum subreptitium. *Alex. cons. 125. in fin. lib. 2. Grauat. vbi suprà num. 16.*

19 Hæc clausula idem importat, quod alia ex certa scientia. *Gabr. de clau. conclus. 1. num. 8.*

20 Sicut è contrà clausula ex certa scientia habet vim huius clausulæ. *Ruin cons. 369. num. 20. vers. Hæc autem. & ibi addent.* cum alijs citatis infrà in clausula ex certa scientia 391.

21 Adde, quod plus operatur, quam clausula ex certa scientia, & clausula motu proprio, & est maioris potentiæ, *Mandos. in reg. 16. q. 6. num. 5. & reg. 17. quæst. 8. num. 6.*

22 Vbi Princeps de plenitudine potestatis rescribit nihil potest apponi. *Bald. in proœm. decretal. Dec. cons. 191. sub num. 3. 198. col. 1. 262. col. fin. 269. col. 6. 271. col. 4. 341. num. 3. 373. col. 3. 390. num. 13. 403. col. 2. 405. in princ. 463. num. 16. 498. col. penult. 516. sub num. 8. 528. col. 1. & 655. num. 19.*

23 Princeps absquè causa non debet vti plenitudine potestatis. *Dec. cons. 446. sub num. 63.*

24 Plenitudine potestatis in dubio Princeps vti non præsumitur. *Innoc. in c. innotuit. de elect. Dec. cons. 11. col. fin. 289. num. 4. & 357. col. 3. in fin. Marsil. singular. 84. incip. Principes. Felin. in cap. 1. sub num. 27. de constit. Mandos. super reg. 16. q. 7. nu. 6. & Horat. eius filius ad Roman. cons. 369. nu. 18. verb. scientia.*

25 Adde tamen, quod si alias actus non valeret, tamen adhoc, vt actus valeat præsumitur Principem vti plenitudine potestatis. *Dec. in c. quoniam Abbas. col. 6. de offic. deleg. & cons. 11. col. fin. 77. col. 4. 140. sub nu. 6. & 189. nu. 4. Marsil. d. sing. 84.*

26 De plenitudine potestatis Princeps non potest contrauenire contractui. *Dec. cons. 48. col. 3. 151. nu. 11. 286. num. 5. 292. col. fin. 528. num. 6. 580. sub num. 1. 600. nu. 3. 604. num. 9. & 689. num. 7. Aym. cons. 135. num. 5. cum alijs per Gabr. de Iur. quæsit. non tollend. conclus. 5. num. 18.*

27 De plenitudine potestatis Princeps potest legitimare ad emphiteusim in præiudicium Domini directi, & agnatorum, vbi de mẽte constat. *Dec. cons. 269. Gabr. cons. 30. num. 6. lib. 1.*

28 Quod si de mente non constat, etiamsi legitimatio expresse fiat ad emphyteusim, non tamen censetur Princeps Domino directo, & multo minus agnatis præiudicare. *Gabr. cons. 30. num. 7. lib. 1.*

29 Vbi proceditur vigore huius clausulæ non requiritur partis citatio. *Doct. in c. in nostra. de procurat. Dec. cons. 191. sub num. 3. & num. 7. & cons. 269. col. 6. Gabr. de clau. concl. 1. num. 12. Rom. cons. 165. nu. 29. vers. Hoc secũdò, & ibi Mãdos. in addit. vbi alios cit.*

30 Hac clausula Princeps non vtitur, vbi prò iustitia rescribit. *Bald. in l. fin. in princ. C. sentent. rescind. non poss. Dec. cons. 198. col. 4.*

31 Operatur, vt Princeps habeat ratum processum nullum ratione ordinis iudiciarij non seruati. *Abb. in c. cum olim. de re iud. Dec. cons. 198. num. 2.*

32 Hæc clausula nihil operatur vbi agitur contrà non subditum. *Dec. cons. 407. num. 24. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8. in fin. & ibi addent.*

33 Hæc clausula Principis sententiæ apposita operatur,

ratur, vt appellationem ad eum non legitime intertarposita recipere possit. *Dec. consf. 198. nu. 2.*

Clausula 275. De quibus suprà.

Hæc clausula non iniungat plus oneris, quàm suprà continebatur. *Rota in Bonon. de Panolinis. 8. Martij 1602. coràm Card. Sacrato.*

Clausula 276. De rato, &c.

Hæc clausula posita in mandato procuræ quid operetur. *Vide Fel. in c. cum olim. 32. nu. 7. de offic. delegat.*

Clausula 277. Derogatoria.

Num. 1. Hæc clausula habet vim cuiusdam protestationis præambulæ, & talis protestatio declarat in sequenti actu voluntatem deesse, nisi expressa reuocatio fiat. *Sarnen. in probem. regular. q. 5. col. 2. vers. quia clausula derogatoria, Rot. decis. 122. nu. 1. & 137. num. 4. par. 1. & decis. 304. num. 4. part. 2. diuers. Gonzal. reg. 8. cancellar. glos. 9. §. 2. num. 8.* Et facit primam dispositionem valere. & tantum inficit. *Mandos. in reg. 11. q. 8. num. 3.*

2 Et operatur vt præcedens dispositio præferatur posteriori. *Doct. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. Dec. cons. 475. num. 7. & 582. num. 5. Aym. cons. 90. num. 5. Fel. in c. nonnulli num. 2. de rescript.*

3 Clausula derogatoria præcedentia respicit, & non futura. *Bald. cons. 495. num. 2. lib. 2. cum alijs per add. ad Simonet. de reseruat. q. 76. nu. 4.*

4 Dic verum respectu voluntatis, nempè si dicat, quod non intendit derogare, nisi facta mentione, &c. secus respectu potentiæ, idest, quod non possit derogare tali dispositioni. *Bart. in l. si quamuis. in princ. ff. de leg. 3. Soccin. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. nu. 2. & seq. ff. de legat. 1. Aym. cons. 126. num. num. 4.*

5 Clausula, derogatoria generalis numquam tollit ea, quæ ex speciali priuilegio concessa sunt. *Simonet. de reseruat. q. 87. nu. 2. & ibi addit.*

6 Nec sufficit pro derogatione indulti Cardinalis. *Rebuff. cons. 6. num. 4. & 5. vbi videas, Roman. consil. 498. num. 15. & seqq.*

7 Clausulæ derogatoriæ in prouisione Papæ solent apponi. *Put. decis. 418. num. 4. lib. 2.*

8 Et quando debeant apponi. *Vide Cas. de Gras. decis. 3. num. 8. & seqq. de rescript.*

9 Clausulæ derogatoriæ ponuntur ad cautelam. *Crescent. decis. 4. in fin. de Iudice.*

10 Clausulæ derogatoriæ est habenda mentio, si non in indiuiduo, saltem in specie. *Cas. de Grass. decis. 1. num. 2. de testament. vbi num. 1.* quod testamento habenti clausulam derogatoriam non esse sufficientes derogatum propter generalem derogationem.

11 Clausula derogatoria est necessaria in qualibet dispositione tollenda, etiam redacta in corpore iuris. *Rot. decis. 122. num. 2. par. 1.*

12 Clausulæ derogatoriæ non ampliant dispositionem, sed illam declarant *Rot. decis. 532. nu. 7. par. 1.*

13 Clausulæ derogatoriæ solum operantur in his, quę perimunt gratiam. *Fel. in c. nonnulli. nu. 10. vers. notatertio. de rescript. Sarnen. in probem. reg. q. 5. col. 4. post med. vers. Et hoc est. Rota in Bonon. Iuris optanci. 9. Ianuarij. 1579. coràm Card. Lancelloto. Roman. cons. 57. num. 1. & 2. & ibi addent. qui alios citant. verb. non in plus.*

14 Clausula derogatoria motu proprio est posterior, quam illa, quæ ponitur ad instantiam partis. *Ferret. cons. 223. num. 11. lib. 2.*

15 Et facilius operatur, vbi est posita in lege, quam vbi est posita in rescriptis, &c. *Ferret. consil. 223. num. 7. lib. 2.*

16 Melius est, quod clausula derogatoria sit superflua, quam quod tertio inferatur præiudicium. *Ferret. cons. 223. num. 10. lib. 2.*

17 Clausulæ derogatorię non operantur, nisi in euentum conditionis, sub qua gratia facta fuit. *Ferret. cens. 365. num. 13. lib. 2.*

18 Clausula derogatoria testamenti in futurum faciendi est duplex. *Gemin. cons. 115. num. 1.* vbi videas in materia reuocationis testamenti.

19 Hęc clausula posita in lege operatur, vt rescriptum non valeat, nisi facta mentione legis huiusmodi. *Fel. in c. nonnulli. num. 2. de rescript.*

20 Clausulæ derogatoriæ generales derogantes expectantibus non derogant clausulæ anteferri, nisi de ea fiat specialis mentio. *Oldrad. consil. 324. num. 3. Fel. in c. capitulum. num. 8. in 5. conclus. vers. Et istis etiam adde de rescript.*

21 Huius clausulæ vim habent iuramentum. *Soccin. in l. si mihi. §. in legatis. num. 11. ff. de leg. 1.*

22 Hæc clausula expressa plus operatur, quam tacita quoad sequentem dispositionem. *Dec. cons. 20. nu. 7.*

23 Multiplicatio, & cumulatio clausulam derogatoriam multum operatur. *Rot. decis. 137. sub num. 7. part. 1. diuers. cum alijs per Gonzal. reg. 8. Cancellar. glos. q. 1. §. 2. num. 21.*

24 Clausulæ derogatoriæ ad sequentes dispositiones, vndè originem traxerint, *vide apud Gonzal. reg. 8. Cancellar. glos. 36. num. 2. & seq.*

25 Quæ dicatur clausula derogatoria derogatoriarum, *vide apud eumdē Gonzal. d. glos. 36. n. 8. & seqq.*

26 In secundò testamento facto inter liberos non requiritur clausula derogatoria ad præcedens etiam habens clausulam derogatoriam ad futura. *Dec. consil. 475. num. 11. Roman. cons. 179. nu. 20. & Mandos. in addit. verb. requiritur.* vbi plures alios citat, & de communi testatur.

27 Contrarium tenet. *Soccin. cons. 163. num. 14. vers. sed adhuc. lib. 2. & in l. si mihi, & tibi. l. in legatis. num. 10. ff. de leg. 1. Ias. in l. non dubium in fin. C. de testament.*

28 In testamento inter liberos condito sub intelligitur clausula derogatoria ad sequentia testamenta. *Dec. cons. 264. col. 1. Soccin. in d. l. si in legatis. num. 10. & d. cons. 363. num. 13. & 14. Aym. cons. 25. nu. 10.*

29 Per secundum testamentum etiam simplex tollitur primum, & habens clausulam derogatoriam ad sequentia vbicumque ex verbis testamenti, vel ex coniecturis constare potest testatorem voluisse tollere primum testamentum. *Soccin. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. num. 15. ff. de leg. 1. Dilect. de art. testand. tit. de mut. testam. caut. 1. sub num. 3.*

30 Idem, vbi inter testatorem, & institutum in primo testamento graues inimicitiæ superuenerunt. *Soccin. in d. §. in legatis. num. 16.*

31 Idem, vbi testator dixit velle secundum omninò, vel præcisè valere. *Soccin. in d. §. in legatis. num. 17. & seq. Dec. cons. 475. num. 1?.*

32 Idem, vbi in secundò, adest clausula non obstante quocumque testamento, etiamsi de eo specialem mentionem, &c. *Soccin. in §. in legatis. num. 19.*

33 Idem, vbi secundum etiam simplex fuit factum post lapsum decem annorum, ex quibus præsumitur obliuio. *Soccin. in d. §. in legatis. sub num.* 15.

34 An generalis derogatoria apposita in testamento tollat primum habens specialem derogationem, vide post alios *Lap. allegat.* 134. *num.* 2.

35 Hæc clausula solet apponi à testatoribus, qui suspicantur decipi à consanguineis, vel alijs, eueniente tempore mortis. *Soccin. in l. si mihi. & sibi. §. in legatis. num.6. ff. de legat.* 1.

36 Vbi est apposita in primo testamento, secundũ suspitione non caret. *Soccin. in d. §. in legatis. num.6.*

37 Adde, quod primum testamentum, cum clausula derogatoria difficilius tollitur, vbi secundum faciens morbo contagioso tenetur. *Dec. cons.* 582. *num.6.*

38 Vbi ista clausula adest in præcedenti testamento, non sufficit ad illud tollendum dicere in secundo non obstante quouis testamento. *Soccin. in l. si mihi. §. in legatis. num.5. ff. de legat.* 1.

39 Dic verum, vbi præcedunt plura testamenta, secus si vnum tantum. *Bart. in l. si quis. in princ. ff. de leg.3. num.9. Bald. in l. humanum. nu.4. & 5. C. de legib. & in authent. hoc inter. num.1. versic. quid ergo. C. de testament.*

40 Contrarium, quod scilicet etiam si vnicum præcedit, illa clausula non sufficiat, tenet *Soccin. in d. §. in legatis. num.8.*

41 In hac materia vide omninò. *Mandos. in tract. signat. grat. tit. derogationes aliæ.*

☞ Vide etiam suprà *clausula* 21.

Clausula 278. Derogatoria Iurispatronatus.

Num. 1. Hæc clausula solet apponi in prouisionibus de beneficijs Iurispatronatus laicorum, attenta lite si de eo fiat mentio. *Casiad. decis.3. nu.4. vt lit. pend. De hac clausula, vide Mandos. in tract. signat. grat. tit. derog. Iurispatron. per tot.*

2 Ponitur tamen ad cautelam in litigiosis, & deuolutis, non autem necessariò. *Casiad. decis.3. num.8.*

3 Non est necessaria in prouisionibus beneficiorum Iurispatronatus Clericorum. *Casiad. decis.4. num.11. de probat.*

4 Clausula derogatoria patronatus præter quàm ex dotatione, & fundatione alias in totum, an comprehendat patronatum ex priuilegio, ratione dotationis, & fundationis, vide *Put. decis.392. lib.2.*

5 Clausula derogatoria Iurispatronatus intelligitur quatenus adsit, vel opus sit. *Crescent. decis.5. in fin. de rescript.*

6 Per clausulas generales, & quantumuis prægnantes non censetur derogatum Iuripatronatus Laicorum ex fundatione, & dotatione. *Verall. decis.122. num.2. part.1. Paris. de resignat. lib.2. quæst.4. nu.36. & lib.8. quæst.7. num.166. in fin. & seq.*

7 Secus in Iurepatronatus Ecclesiastico. *Paris. de resign. lib.2. quæst.4. nu.38.* vbi *in seqq.* ponit, quod nam dicatur Iuspatronatus Ecclesiasticum, & quod nam Laicale.

8 Amplia etiamsi dicatur ad præsentationem alicuius pertineat. *Paris. dicta quæst.4. num.37.* vbi de communi.

9 De hac clausula, vide *Rebuff. in 3. part. signat. in verb. necnon Iurispatronatus. per totam.*

10 Derogationes Iurispatronatus Laicorum sunt admodum odiosæ, & in Gallia non admittuntur, vt per *Rebuff. vbi suprà. nu.12. & 36. & de nominat. q.15. num.2. & post eum Paris. de resignat. lib.2. quæst.4. num.43. & 44.*

11 Idem in Ispania, post *Io. Lup. de benefic. vacant. in Cur. §.11. & Couarr. pract. quæst. cap.36. trad. Idem Paris. d. quæst.4. num.44.*

12 Ideò Papa non solet illi derogare, nisi ex vrgentissimis causis. *Paris. d. quæst.4. nu.45.* vbi, & in sequentibus ponit plures causas, ob quas solet derogari.

Clausula 279. Descendentibus ex se, &c.

Ista clausula intelligitur de illis tantum, qui naturaliter nascuntur, non autem de adoptatis, vel legitimatis, vel huiusmodi. *Gabr. cons.91. num.2. lib.1.*

Claus. 280. De tua prudẽtia, &c.

Hæc clausula de tua prudentia, probitate, & religionis zelo confidentes, &c. importat, quod commissio facta cum ista clausula debeat per se naturaliter exequi, & non possit alteri subdelegari. *Felin. cons.35. num.7. cum seqq.*

Claus. 281. De verbo ad verbũ.

Hæc clausula habet vim singularis expressionis. *Alex. cons.30. col.3. lib.5. Aym. cons.126. nu.6. in fin.*

Clausula 282. Dico sententiam nullam, & si quæ est, appello.

Hæc clausula operatur, vt nullitas veniat æquè principaliter. *Rot. decis.33. nu.7. lib.3. part.3. diuers.*

Clausula 283. Dictis nominibus.

Num. 1. De ista clausula, vide *Lap. alleg.50. in princip.*

2 Hæc clausula non potest referri ad eos, qui contrahunt nomine proprio tantum, & in instrumento exprimuntur, sed ad eos, qui nomine proprio, & alieno contrahunt. *Rota in Romana annuæ præstationis 14. Decembris 1601. coràm Penia.*

Clausula 284. Dignum, &c.

Hæc clausula non apponitur in reseruatis, sed in eis apponitur clausula dudum si quidem &c. *Pract. Cancellar. in rubric. Notabilia super vacant. reseruat. pag.141. vers. Vacante Canonicatu. & pag. seq. vers. In Parochiali.*

Claus. 285. Discretioni tuæ, &c.

Hæc clausula apposita in commissione importat arbitrium boni viri. *Felin. in cap.1. nu.51. vers. Et si dicatur Discretioni tuæ. de constit. Menoch. de arbitr. quæst.8. num.24.*

Clausula 286. Districtius inhibentes, &c.

Hæc clausula quid operetur, vide *Staphil. de lit. grat. tit. ante purif. vers. Competenti ordine.*

Clausula 287. Diuidendi, &c.

Hæc clausula operatur, vt fructus plurium beneficiorum diuidi possint, siue simul expressi fuerint, siue diuisi,

diuisi, dum tamen valor expressus nõ augetur, nã per istam clausulã augeri nõ potest. *Put. decis. 260. lib. 2.*

Clausula 288. Donatione pura, & irreuocabili, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, quod donatio sit pura, & simplex. *Soccin. cons. 295. num. 9. lib. 2. Aym. consil. 85. num. 3.*

2 Et quod concessio facta sit potius titulo donationis, quàm feudi. *Dec. cons. 390. num. 6.*

3 Et quod censeatur donatio inter viuos, non autem causa mortis. *Dec. cons. 190. nu. 3. in fin.* vbi videas.

Clausula 289. Donec, &c.

Num. 1. Clausula ista, seu dictio facit conditionem. *Bart. in l. 1. num. 15. ff. de condit. & demonstrat. Dec. cons. 385. col. fin. & 485. num. 6.*

2 Habet virtutem repetitiuam, vt impedimento cessante, dispositio suum reassumat effectum. *Dec. consil. 621. num. 2.*

3 Estq; limitatiua. *Dec. cons. 584. sub num. 11. & cons. 621. num. 7. & cons. 637. num. 12.*

4 Et ponitur pro quatenus. *Dec. cons. 621. in princip.*

Clausula 290. Donec aliud duxerimus ordinandum.

Hæc clausula non expirat morte mandantis, sicut expirat beneplacitum, sed requirit nouam dispositionem. *Io. Andr. in cap. si gratiosè. nu. 2. & 3. Gemin. num. 8. Franch. num. 10. de rescript. in 6. Menoch. consil. 360. num. 8.* & fuit dictum *in causa Vrbinaten. Iurisdictionis 24. May, & 14. Iunij 1600. coràm Seraphino. facit Ruin. cons. 115. nu. 7. lib. 1. Grat. cons. 92. nu. 28. lib. 2.* cum alijs allegatis per *Menoch. cons. 360. num. 8.* & fuit dictum *in causa Vrbinaten. Iurisdictionis 24. Maij, & 14. Iunij 1600. coràm Seraphino. facit Ruin. cons. 115. nu. 7. lib. 1. Grat. cons. 92. nu. 28. lib. 2.* cum alijs allegatis per *Menoch. cons. 360. num. 6. & 7. & de arbitr. casu 69. num. 13. & seq.*

Clausula 291. Donec castè, & honestè vixerit.

Num. 1. Hæc clausula adiecta legato non excludit, quin legataria nubat, quia dicitur castè, & honestè viuere etiam si nubat. *Bart. & Alex. num. 5. & seqq. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. & ibi Angel. alleg. Oldr. & Bart. num. 3.*

2 Dic verum in relicto à patre, vel ab extraneo, secus in legato relicto à marito, vel filio, quia per secundas nuptias contristatur anima mariti, & filio fit iniuria. *Alex. in d. §. cum proponeretur. num. 3. & seq.* vbi videas. *Alex. nu. 6.* vbi contrarium sentientes adducit. *Bald. in l. fin. nu. 4. C. de indict. viduit. tollend. Imol. in d. §. cum proponeretur. nu. 5. Ias. in d. l. fin. num. 32.* vbi de communi, & vera. *Couarr. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 11.* vbi de communi contrà Bart. & quosdam alios *cum seq. Rota in Romana dotis 9. Aprilis, & 15. Iunij. Spin. in specul. testam. glos. 14. num. 94. & seq. Cephal. cons. 500. num. 4. Menoch. 278. nu. 17.*

3 Adde, verum dummodo nubat pari, vel maiori, vel cum ignominia, vel dignitate famæ non contrahat. *Alex. in d. §. cum proponeretur. sub num. 6. & 9.*

4 Adde quoq; quod si mulier assumptis vestibus tertij ordinis nubat, non dicitur castè viuere. *Alex. in d. §. cum proponeretur. sub num. 9.*

5 Nec mulier sexagenaria nubens cum adolescente dicitur castè viuere. *Alex. loco mox citato.*

6 Hæc clausula non operatur respectu legitimæ, quæ debetur matri in bonis filij. *Gabr. cons. 14. in fin. lib. 1.*

7 Mulier non desinit castè viuere, si per vim fuerit in prostibulo prostituta. *Alex. in d. §. cum proponeretur. num. 11.*

Clausula 292. Donec fuerit satisfactus.

Hæc clausula videtur importare momentaneam possessionem, & mixturam non inducit. *Cæs. de Graß. decis. 2. num. 10. de caus. poss. & propriet.*

Clausula 293. Donec stabilia in domo cum hæredibus, &c.

Num. 1. Ista clausula intelligitur, id est quod in domo comedat, bibat, & moretur. *Dec. cons. 621. in princ.*

2 Et adiecta legato operatur, quod legatum per mortem hæredum extinguatur. *Dec. consil. 485. & consil. 601. & cons. 621.*

3 Limita in legato alimentorum. *Dec. cons. 485. sub num. 1. & 10. & cons. 526. num. 1.*

4 Adde, quod ita demum per mortem hæredum, legatum extinguitur, vbi fauore hæredum apposita fuit, secus si fauore legatarij. *Dec. cons. 485. & consil. 526. & cons. 601. & cons. 621.*

5 Adde verum etiam in legato alimentorum. *Dec. cons. 485. sub num. 5. & 10. & cons. 526. num. 5. & cons. 601. num. 1.*

6 Ex qualitate autem personarum dignoscitur, an fuerit apposita fauore hæredum, vel legatarij, vt puta si mater legataria morari debeat cum filio infanti, fauore infantis censeatur apposita, & è cõtrà si mandatur legataria senex, & infirma morari debeat ipsius fauore adiecta censeatur. *Dec. cons. 485. col 3. & 601. & 526. & 621.*

7 Adde tamen, quod hæc clausula adiecta legato matris in dubio fauore filiorum censetur adiecta. *Dec. cons. 485. col. 3.*

8 Stante hac clausula, an legatum legatario debeatur, si cum vno tantum hæredi ex pluribus steterit, vide remissiuè per *Dec. cons. 485. col. penult.*

9 Adde, quod si moratus fuerit cum vno tantum hærede, qui superuixit, legatum debetur. *Dec. consil. 643. num. 7.*

10 Legatum cum clausula ista relictum ex non cohabitatione extinctum ex noua cohabitatione non reuiuiscit. *Dec. cons. 621.*

11 Si tamen legatarius iustè in domo cum hæredibus morari non potest ex non cohabitatione non amittitur. *Bart. in l. Caio. §. Imperator. nu. 2. ff. de alim. & cibar. legat.*

12 Idem dic, si per legatarium non stat, quominus in domo cum hæredibus moretur. *l. qui concubina. §. vxori. ff. de leg. 3. Dec. cons. 454. in 2. dub.*

13 Debet tamen legatarius declarare, se velle cum hæredibus habitare. *Dec. d. cons. 454. num. 5. & 6.*

14 Et si legatarius decedat ante factum huiusmodi declarationem, legatum cum hac clausula factum, ad

hæredes non transit. *Dec. consil.* 554. *num.* 5.

15 Hæc clausula legato adiecta operatur, quod legatum censeatur annuum. *glos. in l. si quis ita. ff. de condit. & demonstrat. Dec. cons.*621. *in princip.*

Clausula 294. Donec superest masculus.

Ista clausula posita in priori parte statuti, vbi mulier dotata excluditur à successione censetur repetita à priori parte eiusdem statuti, in quo eidem mulieri prohibetur petitio supplementi legitimæ. *Put. decis.*38. *lib.*3.

Clausula 295. Donec vices suas duxerit reuocandas.

Num.1. Substituens cum ista clausula, an, & quando possit substitutum reuocare, & quando per comparitionem censeatur reuocasse, vide *Rot. decis.* 30. *& ibi Papazzon. in addit. de procur. in nou.*

2 Hæc clausula apposita in subdelegatione operatur, vt à subdelegato ad subdelegantem sit appellandum. *Bisignett. decis.*21. *num.*3. *de appellat.*

3 Si tamen appelletur ad Papam, & subdelegatum deferat appellationi, & illam admittat etiam quod sit friuola causa dicitur deuoluta ad Curiam, & subdelegans non potest amplius in ea se intromittere. *Bisignett. decis.*1. *de probat.*

Clausula 296. Donec vitam vidualem seruaueris, &c.

Num.1. Hæc clausula legato adiecta censetur in fauorem mariti apposita. *Dec. cons.*485. *num.*7.

2 Et operatur, vt mulier transiens ad secunda vota legatum amittat. *Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur. num.*6. *ff. ad Trebell.*

3 Et ad hoc, vt mulier consequatur legatum suum cum hac clausula relictum, debet portare habitum nigrum. *Bald. in l. decretò. C. ex quib. caus. infam. irroget. Alex. in d. §. cum proponeretur. num.*12.

4 An mulier ingrediens Monasterium dicatur vitam vidualem seruare, vide remissiuè per *Alex. in d. §. cum proponeretur. num.*13.

Clausula 297. Donec viueret inuestitus, vel eius hæres, &c.

Hæc clausula in concessione feudi apposita operatur, vt sit locus iuri accrescendi. *Rip. in l. reconiuncti. num.*163. *ff. de legat.*3. *Alciat. in l. si mihi, & Titio. num.*20. *ad fin. vers. Illud quoq; constat. ff. de verb. obligat. Gabr. cons.*88. *sub num.*6. *lib.*1.

Clauſ. 298. Dudum si quidē, &c.

Hæc clausula apponitur in prouisionibus de reseruatis. *Pract. Cancellar. rubric. notabil. super vacat. reseruat. pag.*141. *vers. Vacante Canonicatu. & pag. seq. vers. In Parochiali.*

Clausula 299. Dummodo, &c.

Num.1. Hæc clausula, an importet modum, vel conditionem, vide *Tiraquel. de retract. lignag. §.*8. *glos.*8. *Gabr. cons.*5. *nu.*3. *lib.*1. *Mandos. in reg. de iur. quæsit. quæst.*2. *& in causa Paduana pensionis* 28. *Iunij* 1581. *coràm Rubeo. Carpentoraten. pensionis* 15. *Martij* 1602. *coràm Card. Lancellotto. Lunen. Sarzanen. pensionis* 15. *Februarij* 1593. *coràm Seraphino.*

2 Quod importet conditionem, vide *Rot. decis.*1160. *num.*2. *lib.*3. *part.*3. *diuers.*

3 Adde tamen, quod siue importet conditionem siue modum ad effectum iustificationis narratorum in gratia nihil interest, quia vtroquè casu sunt iustificanda narratà ab eo, qui intentionem suam fundat in gratia, iuxtà doctr. *Io. Andr. in cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. *Felin. in cap. constitutus. in princ. de rescript. cum vulg.* & ita fuit resolutum *in Paduana pensionis* 18. *Iunij* 1581. *coràm Rubeo. Carpentoraten. pensionis* 15. *Martij* 1602. *coràm Card. Lancellotto.* quàm videas, vbi allegantur aliæ decisiones.

4 Quod faciat modum, & non conditionem. *l. quibus diebus. §. Termilius. sub nu.*4. *ff. de cond. & demonstr. Dec. cons.*327. *col.*2. *Gabr. cons.*5. *nu.*2. *lib.*1. vbi *nu.*5. dicit esse verum etiamsi concedatur, quod antea non competebat, & ibi etiam ampliat in statutis.

5 In contrarium, quod potius, sonet in admonitionem, vel comminationem, quàm in conditionem. *Rot. decis.*1. *in fin. de cond. apposit. in nou.* sequitur eadem Rota *in Anconitana Terrarum. Mercurij* 13. *Nouembris* 1577. *coràm Seraphino.*

6 Adde tamen, quod siue importet conditionem siue modum ad effectum iustificationis narratorum in gratia nihil interest, quia vtroq; casu sunt iustificanda narrata ab eo, qui intentionem suam fundat in gratia, iuxtà doctrinam, &c. vt suprà.

7 Item debet prius impleri antequàm dispositio habeat locum. *Dec. cons.*661. *sub num.*12. Contrarium *Gabr. cons.*5. *col.*3. *& seq. lib.*1.

8 Vnde dismembratio facta dummodo ibi teneantur sex Clerici valet, licet Clerici non teneantur. *Rot. d. decis.*1.

9 Hæc clausula, quod non sonet in conditionem, sed potius in monitionem, seu comminationem tenet. *Rot. decis.*1. *ad fin. de condit. apposit. in nou.*

10 Et quod importat modum sentit. *Rot. d. decis.*1. *de condit. apposit. in nou.*

11 Hæc clausula quando actui imperfecto adijcitur importat cōditionem, & non modum. *Put. decis.*430. *num.*3. *lib.*1. *Ferrett. cons.*3. *num.*8. *lib.*1. *Aretina bonorum* 1. *Iunij* 1612. *coràm Reuerendiss. Coccino Decano.*

12 Item quando apponitur ei, quod venit ad implendum ante perfectionem actus. *Surd. consil.*186. *num.*11. *lib.*2.

13 Limita, quando gratia est pura, & perfecta, & dicta clausula adijcitur in parte derogatiua ad validitatē. *Put. d. decis.*430. *in fin. lib.*1.

14 Vbi importat actum explicandum à tertio facit conditionem. *Gabriel. consil.*5. *sub num.*3. *&* 65. *num.*1. *lib.*1.

15 Idem si de disponentis voluntate constet. *Dec. consil.*327. *col. fin. Gabr. cons.*5. *sub num.*3. *lib.*1.

16 Item vbi requirit qualitatem in persona pro eius habilitate. *Gabr. d. cons.*5. *num.*3. *lib.*1.

17 Hæc clausula non operatur concessionem, cum sit indirecta ad restrictionem. *Rebuff. in prax. tit. de dispensat. rat. ætat. num.*17. *in verb. Quod vixeris.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula* 26. *& infrà à Clausula* 300. *vsquè ad* 333.

Clau-

Clausula 300. Dummodo accedat assensus, &c.

Num. 1. Clausula, Dummodo accedat assensus, inducit formam. *Rota in Pisana 16. Nouembris 1526. coràm Gambaro. decis. 57.*

2 Ideóque apposita in prouisione de beneficio Iurispatronatus operatur, vt consensus patroni per eam reseruatus debeat esse expressus, ita vt nõ sufficiat tacitus ex non contradictione illius. *Rota in d. Pisana. Gambar. decis. 57. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 4. num. 59. & 60.*

3 In contrarium vide *in Conchen. fructuum* 10. *Februarij 1586. coràm Cypsio.*

4 Hæc clausula præseruat ius illius, cuius consensus exigitur ita, vt eo nolente nihil dicatur tributum. *Rot. decis. 422. lib. 3. part. 3. diuers.*

Clausula 301. Dummodo resignans aliunde habeat, &c.

Num. 1. Clausula, Dummodo resignans aliunde habeat, &c. vnde commodè viuere possit apposita in resignatione, à quo sit probanda, vide *Rotã d. Lucana Magiscolatus 1. Iulij 1585. & 5. Nou. 1586. coràm Orano, & 9. Iunij 1589. coràm Comitulo. Zamoren. beneficij 14. Martij 1594. coràm Corduba.*

2 Hæc clausula respicit substantiam gratiæ, nam attento stylo alias concedi non solet. *Paris. de resignat. lib. 2. q. 6. nu. 41. & lib. 10. quæst. 14. nu. 6. Rota in Lucana Magiscolatus 5. Decembris 1586. coràm Orano.*

3 Et illam facit conditionalem, nempè quatenus huiusmodi assertio sit vera, vt fuit dictum *in Lucana Magiscolatus 7. Iunij, & 1. Iulij 1585. coràm Orano.*

4 Ex quibus probetur, seu iustificetur ista clausula, vide *in Placentina Parochialis 14. Decembris 1587. coràm Bubalo.* vbi fuit dictum in illo casu iustificari ex duobus testibus deponentibus quod resignans de tempore resignationis, & ante possidebat prædium cum columbaria, & domum, ex quibus percipere poterat aureos 50. annuos, qui visi fuerunt sufficientes pro illius substentatione in illis partibus, *& in Lucana Magiscolatus 9. Iunij 1589. coràm Comitulo.* vbi fuit dictum redditum 15. aureorum non sufficere, nec cum eis esse computandum id, quod potest ex celebratione missarum resignans acquirere, & quod probatio debet percutere tempus resignationis, *& in Ispalen. dimidia portionis 10. Iunij 1591. coràm Orano.* vbi fuit dictum 200. ducatos resignanti reseruatos super fructibus dimidiæ portionis non sufficere pro commoda substentatione, maximè pro sene, & valetudinario, & in Ciuitate Ispalen. vbi propter populi frequentiam est annonæ caritas, *& in Zamoren. beneficij 20. Iunij 1594. coràm Corduba.* in qua fuit dictum hanc clausulam esse satis iustificatam ex reseruatione pensionis 150. ducatorum super alio beneficio, licet non iustificetur, quod vltrà illam habeat alios redditus non obstante, quod hoc in gratia narratum fuerit. *Rota recessit à decisione in eadem causa facta 14. Martij 1594. Burgen. Canonicatus 26. Octobris 1598. coràm Litta.* vbi fuit dictum sufficere beneficium valoris scutorum 100. & ex alijs duobus, quæ tunc resignans obtinebat, *& in Tirasonen. Capellaniæ 1. Iulij 1602. coràm Card. Sacrato.* In qua fuit dictum pro congrua substentatione, sufficere donatione scutorum 500. seu 700. facta resignato, vt posset se ordinari facere ad titulum patrimonij iuncta pensione scutorum 100. reseruata super Capellania.

Et *Aurien. Parochialis 1604. coràm Card. Pamphilio.* In qua fuit dictum sufficere, quod resignans erat Cathedraticus in Collegio maiori Ciuitatis Compostellanæ, & quod habebat matrem diuitem iuncta pensione 50. ducatorum reseruata super dicta Parochiali, maximè quia de dicto anno 1604. habebat etiam Canonicatum in Ecclesia Compostellana.

Clausula 302. Dummodo alteri non sit ius quæsitum, &c.

Num. 1. Hæc clausula præseruat ius, quod habet præsentatus ex præsentatione. *Rot. decis. 17. de præb. in nou. Aegid. decis. 167. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. q. 1. nu. 8. Felin. in cap. in nostra. nu. 25. in 26. corol. de rescript. Crescent. decis. 7. nu. 3. de Iure patronat.* & fuit dictum *in causa Rauennaten. Iurispatronatus 16. Iunij 1589. coràm Penia. Firmana beneficij 12. Maij 1595. coràm Card. Pamphilio. Hostunen. Capella 6. Nouembris 1595. & 4. Martij 1596. coràm Seraphino. Mediolanen. Capellania 26. Iunij 1596. coràm Card. Pamphilio, et vide in causa Aquilana Capellaniæ 7. Maij 1590. coràm Comitulo. Taden. Primiceriatus 13. Nouembris 1596. coràm Cardin. Pamphilio. Hostunen. Capella 28. Iunij 1600. coràm Iusto. Tirasonen. Elemosinaria 28. Ianuarij 1602. coràm Card. Lancellotto. Felin. in cap. causam, quæ. nu. 26. vers. sed Rota. de rescript.* vbi videas. *vers. secundò considera. Card. Seraph. decis. 1238. num. 4. part. 2. & 1274. num. 3.*

2 Et generaliter præseruat non solum ius in re, sed etiam ius ad rem. *Sarnen. super reg. de iur. quæsit. non tollend. quæst. 1. vbi col. 12. in fin. vers. sed quia sæpè dictum est. & seqq.* ponit quot modis quæratur ius ad rem in beneficijs. *Cresc. decis. 7. nu. 2. de Iurepatr.*

3 Declara procedere post acceptatam præsentationem, secus si collatio fiat ante acceptationem, nam tunc nullum ius habet præsentatus. *Sarnen. de iur. quæsit. quæst. 1. nu. 13. & vide in causa Firmana beneficij 21. Octobris 1594. coràm Card. Mantica.*

4 Limita in præsentato à medietate patronorum, si alius præsentatus ab altera medietate habeat gratiam, cum ista clausula, quia hoc casu non dicitur tale ius quæsitum, quod possit impedire derogationem medietatis Iurispatronatus, & possit Episcopus alteri gratificari. *cap. si duo. 79. dist. cap. si fortè. 63. distinct. Paul. de Cittadin. de Iurepatronat. 6. part. in princip. nu. 11. in fin. Lambertin. eod. tract. lib. 2. p. 3. quæst. 5. art. 1. nu. 1. & 2.* & ita per has rationes fuit resolutum *in causa Meliten. portionis 13. Nouembris 1595. coràm Card. Millino. Mediolanen. Capellania 27. Martij 1602. coràm Corduba.*

5 In contrarium, quod solum præseruat ius in re, & non ius ad rem, vide *Verall. decis. 337. num. 6. part. 1. Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. dummodo tempore datæ. nu. 2. Staphil. de lit. grat. tit. de form. mandat. de prouid. num. 4. vide infrà.*

6 Item ius competens ex electione. *Aegid. decis. 167. Felin. in cap. causam, quæ. num. 26. vers. sed Rota.* vbi videas. *de rescript. Rot. decis. 17. de præbend. in nou. Ferrett. cons. 185. num. 2. lib. 1.*

7 Item operatur hæc clausula, quod si de eo tempore constet

constet alteri ius quæsitum, gratia sit nulla. *cap. examinata. de confirmat. vtil. vel inutil. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. quæst. 1. nu. 41. vers. postremò. Mandos. super reg. 17. q. 2. nu. 4. in fin. Card. Seraphin. decis. 1484. nu. 2. & vide in Iadren. Primiceriatus 13. Nouembris 1596. coràm Card. Pamphilio. & in causa Hostunen. Capella 28. Iunij 1600. coràm Iusto.*

8 Per hanc clausulam Papa limitat suam gratiam, vt non intendat prouidere, si ius sit alteri quæsitum. *Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 7. nu. 153. in fin. & seq.*

9 Ampliatur, etiamsi ius sit alteri quæsitum ex electione, vel præsentatione. *Rot. decis. 17. de præbend. in nou. Sarnen. d. q. 1. nu. 8. Silu. de benef. par. 3. q. 13. nu. 21. Crescent. decis. 7. de Iurepatronat.* & fuit dictum *in Pisana Capellania 20. Maij 1594. coràm Blanchetto. & in Firmana beneficij 3. Iunij 1594. coràm eodem.*

10 Quid de iure quæsito ex electione facta iuxtà decretum. *Concilij Trid. sess. 24. cap. 18. versic. peracto examine. vide Rot. decis. 48. part. 1. diuers. & Seraphin. decis. 367. & 702. ad fin. par. 1. & Derthusen. Parochialis 12. Februarij 1593. coràm Penia, & 12. Iunij 1595. coràm Litta.*

11 Secus verò, si ius quæsitum sit ex oppositione, vel acceptatione expectationis ante factam collationem, hoc enim ius per hanc clausulam non præseruatur, nec reddit gratiam nullam. *Rot. decis. 17. de præb. in nou. & decis. 27. de concess. præbend. in antiq. Aegid. decis. 167. Calderin. cons. 8. in fin. de rescript. Felin. in cap. in nostra. nu. 25. in 28. corollar. & in cap. causam, quæ. nu. 26. vers. sed Rota. de rescrip. & in cap. cum Bertoldus. num. 1. de re iudic. Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. dummodo. nu. 2. Staphil. de lit. grat. in rubric. de form. mand. de prouid. num. 3. Sarnen. in reg. de iur. quæsit. quæst. 1. nu. 30. Silu. de benefic. part. 3. quæst. 13. nu. 21.* & fuit resolutum *in causa Placentina Cantoriæ 24. Octob. 1594. coràm Card. Seraphino. & vide in ead. 31. Ianuarij 1594. coràm Cardin. Arigonio. Cassad. decis. 18. de præb. vide in Gerũden. beneficij 2. Decembris 1605. coràm Cardin. Sacrato. vide Bellamer. consil. 33. nu. 21. vers. ad septimum. & nu. 24. vers. secunda consideratio. & in Calaguritana de Iocano 5. Maij 1600. coràm Card. Seraphino.*

12 Et multò magis præseruatur ius expectantis ante acceptationem factam. *Verall. decis. 61. part. 2.*

13 Ius ex oppositione quæsitum, licet non sit tale, quod per hanc clausulam præseruetur, est tamen tale, quod sufficit ad effectum, vt sit necessaria derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo, vt per *Sarnen. in d. reg. 4. col. 5. vers. Quæ omnia. & col. 14. in fin. vers. tertius modus.*

14 Item hæc clausula præseruat collationem, etiam imperfectam. *Achill. decis. 4. de præb. Put. decis. 125. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Iadren. Primiceriatus 23. Iunij 1595. & 13. Nouembris 1596. coràm Cardin. Pamphilio.* vbi de collatione facta ab Episcopo, quæ erat communis cum Capitulo.

15 Limita procedere, quando collatio est pura, secus si sit conditionalis, *vt ex not. per Cassad. decis. 24. super regul. & Sarnen. in regul. de publicand. quæst. 17. trad. Achill. decis. 4. nu. 17. de præb. Roman. cons. 256. in fin. vbi latè addent. Rebuff. super reg. de iur. quæsit. glos. 6. nu. 36.* & fuit dictum *in d. Iadren. Primiceriatus 23. Iunij 1595. coràm Card. Pamphilio. vide in eadem coràm eodem 13. Nouembris 1596.*

16 Hæc clausula intelligitur aliter, quàm modo suprà expresso. *Gemin. cons. 88. colum. penult. Sarnen. de iure quæsit. quæst. 1. in fin. Crescent. decis. 7. in fin. de Iurepatronat.* & fuit resolutum *in causa Parmen. beneficij 21. Aprilis 1589. coràm Penia. Aretina commenda 7. Nouembris 1586. coràm Seraphino. & vide in causa Parmen. Prioratus 23. Iunij 1589. coràm Card. Mantica.* vbi adest decisio Pæniæ.

17 Declara, vt per *Rot. in Gerunden. beneficij 2. Decembris 1605. coràm Card. Sacrato.*

18 In contrarium vide *Sarnen. d. quæst. 1. in fin. & post eum Rebuff. in form. nou. prouis. num. 5. & 6.*

19 Hæc clausula reddit gratiam conditionalem. *Sarnen. de Iur. quæsit. quæst. 1. nu. 41. Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. dummodo. n. 5. latè Mandos. in reg. de Iur. quæsit. non toll. quæst. 2. num. 3.* & fuit dictum *in causa Hostunen. Capellæ 6. Nouembris 1595. & 4. Martij 1596. coràm Seraphino. & vide in eadem 28. Iunij 1600. coràm Iusto. Felin. in cap. super literis. nu. 11. de rescript. Ferrett. cons. 365. num. 3. lib. 2.*

20 Declara tamen non inducere propriè cõditionem, cum non impediat, nec suspendat executionem gratiæ, sed præseruet iura ita, vt constito de iure alterius, gratia dicatur nulla. *Achill. decis. 18. num. 2. in fin. de probat.* & fuit resolutum *in causa Cameracen. Canonicatus 4. Decembris 1573. coràm Aldobrandino. quæ est in causa Hispalen. & Corduben. præstimoniorum 20. Iunij 1601. coràm Cardin. Lancellotto. & vide in causa Vercellen. beneficij 24. Ianuarij 1601. coràm Litta.* & quod non importet conditionem, sed nominationem tantum. *trad. post alios Simonett. de reseru. quæst. 78. num. 10. & 11.*

21 Et ideò cum non sit suspensiua gratiæ, hæc clausula non eget iustificatione, quia non est narratiua partis, quæ solum narrata tenetur iustificare. *ad Io. Andr. in cap. 1. nu. 2. de lit. contestat. in 6. Verall. decis. 39. p. 2.* Ita fuit dictũ *in causa Placentina Capellaniæ 29. Martij 1596. coràm Penia. & vide in causa Vercellen. beneficij 24. Ianuarij 1601. coràm Litta. Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coràm Card. Pamphilio. Simonett. d. q. 78. nu. 7. & 8.*

22 Hæc clausula intelligitur de iure valido, & canonizabili, ac exclusiuo impetrantis. *Sarnen. in reg. de public. resignat. quæst. 17. ante vers. Quibus. & vide in causa Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coràm Card. Pamphilio.*

23 Hæc clausula non præseruat ius quæsitum ex collatione facta per Ordinariũ de beneficio Iurispatronatus infrà tempus datum ad præsentandum iure deuoluto, licet patronus nullum præsentauerit, secus si simpliciter, & iure ordinario patronus nõ reclamet tacitè, vel expressè. *Rot. decis. 10. de Iurepatronat. in antiq.*

24 De quo iure intelligatur hæc clausula, vide *Cassad. decis. 24. nu. 2. & 5. super regul.*

25 Hæc clausula habet vim expressionis tituli, & possessionis alterius; & ideò tollit subreptionem. *Card. cons. 92. nu. 4. versic. Item in concessione. Felin. in cap. in nostra. 36. corolar. versic. primò nota. & in cap. super literis. nu. 11. de rescript. Silu. de benef. par. 3. q. 11. num. 103.* & fuit dictum *in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coràm Card. Pamphilio. Gabr. de acquir. possess. conclus. 3. num. 21. Rebuff. in repet. cap. nulla. col. 35. in 13. clausula ad fin. pag. mihi 440. col. 1. de conceß. præb. Gonzal. in reg. 8. Cancellar. glos. 15. §. 1. nu. 67.*

26 Hæc

16 Hæc clausula præseruat solum ius in re, & non excludit ius impetrantis altero habente ius tantum ad rem, quod per eam non præseruetur, sed illi derogatur. *Calder. cons.8. in fin. de rescript. Sarnen. in reg. de Iur. quæsit. non tollend. quæst. 1. col. 3. ad fin. versic. Et tamen. & in tractat. de mandat. de prouid. nu. 2. in fin. vbi præter Calder. allegat etiam Roman. cons. 256. circa fin.* quos sequuta est Rota *coràm Caputaquen. decis. 237. nu. 6. part. 1. Felin. in cap. causam, quæ. nu. 26. versic. simpliciter. de rescript. vbi ad hoc eit. Gemin. post Io. Andr. in cap. fin. in fin. princip. de conces. prab. lib. 6. quem etiam cit. Sarnen. in d. quæst. 1. Staphil. de lit. grat. tit. de form. mandat. de prouid cap. 1. num. 4. Gig. cons. 127. nu. 15. in form. nou. prouis. in verb. dummodò tempore datæ. nu. 2. & in form. mandat. Apostol. in verb. expectas. versic. Et quando mandatur. & in repet. cap. nulla. num. 34. versic. Decimatertia clausula pag. mihi 439. col. 2. de conces. prabend.*

17 Per hanc clausulam, quale ius dicatur præseruatum, vide per *Roman. consil. 256. ad fin. & ibi Mandos. in addit. in litera D, & F.*

18 Dic verum, de iure ad rem quæsito ex sola acceptatione, secus de iure ad rem alio modo quæsito. *Aegid. decis. 167. Felin. in cap. causam, quæ, sub nu. 26. versic. Item nota Aegidius. de rescript.*

19 Hæc clausula in qualibet gratia semper intelligitur, etiam quod non exprimatur. *Sarnen. in regul. de iur. quæsit. non tollend. quæst. 1. sub num. 5. & Mandos. quæst. 2. num. 5.*

30 Amplia, vt procedat etiam in gratia facta Motu proprio. *Sarnen. in regul. de Iure quæsit. non tollend. quæst. 1. num. 2.*

31 Licet per hanc clausulam non præseruetur ius ex oppositione, vel acceptatione expectantis, vt suprà dictum est.

32 Hoc tamen non procedit, primò quando ex ordinatione testatoris volentis tantum proximiores de genere suo ad beneficium præsentari ius opponendi competit, tunc enim per oppositionem proximioris, illi acquiritur ius considerabile, & tale, quod virtute dictæ clausulæ præseruatur, vt per *Sarnen. in reg. de Iure quæsit. non toll. quæst. 1. nu. 11. vbi refert ita de mēse Iunij 1539. coràm Raynaldo Petrucecio fuisse conclusum, & sequitur Mandos. cons. 51. nu. 9. versic. Et eodem.* & fuit resolutum *in Calaguritana de Maestu 24. Nouembris 1604. coràm Reuerendiss. Ortembergo. & in Calaguritana de Iurbano 14. Februarij 1605. coràm Penia. Gerunden. beneficij 20. Decembris 1605. coràm Cardin. Sacrato. Yspalen. Capellaniæ 24. Martij 1608. coràm Card. Pamphilio.*

33 Hoc enim casu cum patroni non possint contrauenire voluntati testatoris omittendo præsentare habentem qualitatem à testatore requisitam, vt per *Bald. consil. 38. nu. 2. lib. 4.* dicitur habere spem certam, quæ debet regulari, ac si fuisset sequuta præsentatio, vt fuit dictum *in Gerunden. beneficij 2. Decembris 1605. coràm Card. Sacrato. & in Hispalen. Capellaniæ 24. Martij 1608. coràm Card. Pamphilio.*

34 Vide in contrarium. *Crescent. decis. 7. ad fin. de Iurepatron.* Hoc etenim casu appositio habet vim præsentationis ita, vt nihil debere videatur quàm institutio. *Put. decis. 253. nu. 4. lib. 3.* & fuit dictum *in d. Gerunden.*

35 Amplia, vt procedat etiamsi opponens non sit à patrono præsentatus, quia si habet qualitates à fundatione requisitas, habetur pro præsentato. *Put. decis. 253. nu. 4. lib. 3. Mandos. cons. 51. nu. 12. Rota in Gerunden. beneficij 21. Decembris 1605. coràm Card. Sacrato. & Yspalen. Capellaniæ 24. Martij 1608. coràm Cardin. Pamphilio.*

36 Secundò non procedit, quando ius opponendi competit ex consuetudine, vel ex statuto. *Cassad. decis. 18. nu. 5. de præb. Sarnen. d. quæst. 1. nu. 10. Put. decis. 253. nu. 3. & 4. lib. 3. Mandos. cons. 51. nu. 9.* & fuit resolutum *in Calaguritana beneficij 16. Iunij 1603. coràm Reuerendiss. Ortembergo.*

37 Tertiò non habet locum, quando non sumus in nuda oppositione, sed processum est ad alios actus vltrà oppositionem, & res deducta est in iudicium, & probatæ sūt qualitates oppositoris. *Put. decis. 253. num. 4. lib. 3. latè Mandos. consil. 51. col. 3. 4. & 5.* vbi ostendit *Cassador. decis. 18. de prabend.* loqui de nuda oppositione. *Rota in Gerunden. beneficij 2. Decembris 1605. coràm Card. Sacrato. facit Aegid. cons. 34. n. 21. versic. Ad septimum dubium. & nu. 24. versic. secunda consideratio.*

38 Adde, quod decisiones, quæ dicunt ex oppositione, & acceptatione non acquiri ius considerabile ad effectum huius clausulæ non fundentur in non inte... in modico præiudicio, quia stante multitudine beneficiorum istis poterit per alias vacationes prouideri, vt considerat. *Rot. decis. 17. versic. verum est. quod posited. de præb. in nou. Cassad. decis. 18. nu. 2. eod. tit. Sarnen. in reg. de Iure quæsit. quæst. 1. col. 14. versic. tertius modus.* quæ ratio non militat in opponente se ad vnum beneficium vigore fundationis, quia si illud nòn assequitur, non habet vnde se releuet, vt fuit dictum *in Gerunden. beneficij 2. Decembris 1605.*

39 Item adde, quod hoc procedit ex stylo Curiæ quo se motum tale ius esset considerabile, ideò non debet trahi extrà suos casus. *Aegid. cons. 34. nu. 20. vers. Ad septimum dubium.* vbi nisi consuetudo Curiæ aliud induxisset, vt fuit dictum *in Gerunden. beneficij 2. Decembris 1605. coràm Card. Sacrato.*

40 Hæc clausula operatur, vt licet impetrans non expresserit reseruationem obtinere, nihilominus possit. *Bisignett. decis. 22. de præb.*

41 Quæ differentia sit inter hanc clausulam, & clausulam sine præiudicio, vide *Sarnen. super reg. de Iure quæsit. non tollend. quæst. 1. col. penult. versic. postremò pro complemento. Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. dummodo tempore datæ. nu. 5. & 6.*

42 Hæc clausula non ponitur in prouisione beneficij nouiter creati. *Rebuff. in form. simplic. prouis. in verb. siue præmisso. num. 11.*

43 Si tamen ponatur, non vitiat. *Rebuff. ibid. nu. 14.*

44 Hæc clausula de stylo non solet apponi in prouisione vacantium in Curia, quia non potest esse alteri ius quæsitum. *Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. dummodo tempore data, &c. nu. 7. & 8.* vbi ipse vellet eam apponi.

Clauf. 303. Dummodo alteri canonicè non sit prouisum, &c.

Clausula, Dummodo alteri canonicè non sit prouisum, &c. præseruatum ius canonicum, & validum non autem ius dumtaxat coloratum. *Card. Seraphin. decis. 1498. num. 4. part. 2.*

Clau-

Clausula 304. Dummodo ante terminum ad articulandum.

De hac clausula vide *Rotam in Ispalen. beneficiorum 22. Aprilis 1610. coràm Card. Pamphilio.*

Clausula 305. Dummodo causa non sit instructa, &c.

Num. 1. Hæc clausula reddit sententiam nullam, si sentétia feratur vigore cõmissionis habentis istam clausulam, si causa erat instructa coràm primo Iudice, vt fuit resolutum *Rota in Veneta legitimitatis 19. Ianuarij 1587. coràm Seraphino.*

2 Idem in examine testium factum vigore commissionis habentis istam clausulam, quia redditur nullũ, vt fuit resolutum *in causa Carthaginen. decimarum 17. Maij 1593. coràm Orano.*

3 Si huic clausulæ addatur, & in iurisdictionem consensum sit, non requiritur vtrumq; sed alterum sufficit, vt fuit resolutum *in d. Carthaginen. decimarum 17. Maij 1593. coràm Orano.*

4 Hæc clausula, àn intelligatur de instructione tempore commissionis, vel tempore executæ citationis, *vide in causa Pampilonen. decimarum 21. Maij 1590. coràm Comitulo.*

5 Commissio auocationis causæ, cum hac clausula, àn tribuat iurisdictionem, licet obtinens auocationem aliter non probet causam non esse instructam, vide *Crescent. decis. 5. de rescript. Verall. decis. 156. p. 1.*

6 Quis probare teneatur, an obtinens auocationem cum clausula, quod cum non sit instructa, vide *Cresc. decis. 5. de rescript. & Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 17. nu. 18. Caputaq. decis. 101. & 156. nu. 2. part. 1.*

7 Quando etiam dicatur instructa, vide *Crescent. decis. 1. de Iudic. & Verall. decis. 156. p. 1. Vestr. lib. 3. c. 9. nu. 9. Rot. 779. nu. 8. p. 1. diuers. Ferrett. cons. 99. nu. 1. & 2. lib. 1. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 10. nu. 19. & seq. aliàs num. 25.*

8 Hæc clausula est conditionalis, & respicit citationem, & inhibitionem. *Fab. decis. 23. lib. 2.*

9 Et ideò inhibitus vigore commissionis cum huiusmodi clausula non attentat, exequendo rem iudicatam. *Fab. d. decis. 23. lib. 2.*

10 Et quod non dicatur attentatum quicquid posteà factum fuerit. *Verall. decis. 2. nu. 4. part. 3.*

11 Nec quominus possit pronunciare in causa, si sit instructa. *Mohed. decis. 1. vt lit. pend. Crescent. decis. 1. de Iudic.*

12 Et operatur, vt citatus vigore commissionis habentis hanc clausulam, si causa sit instructa, & multò minus si est finita per sententiam non teneatur, neq; arctetur ad comparendum.

13 Hæc clausula intelligitur de tempore auocationis. *Achill. decis. 5. de rescript.*

14 Vnde licet de tempore inhibitionis causa esset instructa, si tamen de tempore obtentæ auocationis instructa non erat, Iudex suspendere debet; aliàs attentat. *Achill. decis. 5. de rescrip. Put. decis. 9. vt lit. pend. vide Lancellott. de attent. post inhibit. ampliat. 13.*

15 Contrarium tenet *Lancellott. de attent. p. 2. cap. 10. num. 16.* vbi plures decisiones Rotæ refert, *& nu. 17. ampliat.* etiamsi ad esset aliqua nullitas. *& cap. 20. ampliat. 13. num. 4.*

16 Hæc clausula quomodo intelligatur; vide *Than. decis. 44.*

Clausula 306. Dummodo causa sit legitimè deuoluta.

Num. 1. Hæc clausula quid importet, vide *Papazon. ad decis. 1. nu. 7. & 9. de procur. in nou.*

2 Si mandatum procuræ detur dumtaxat ad causas legitimè ad Romanam Curiam deuolutas, potest cum tali procuratore procedi in causa commissa in Curia de speciali mandato Papæ. *Rot. decis. 1. & ibi addent. de procur. in nou.*

Clausula 307. Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, &c.

Hæc clausula apposita in prouisionibus non refertur ad vacationem expressam, sed ad alias vacationes comprehensas sub clausulis generalibus. *Rota in Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1602. coràm Cardin. Lancellotto.*

Clausula 308. Dummodo cura animarum non negligatur, &c.

Hæc clausula nihil operatur, videtur enim inducere quamdam monitionem, cum à iure tacitè intelligatur, quod si beneficium sit curatum, in illo debeat deseruiri. *Rebuff. in repet. cap. nulla. col. 35. versic. Decimaquarta clausula. pag. mihi 440. col. 1. de concess. prabend.*

Clausula 309. Dummodo deseruiatur, &c.

Si in dispensatione ad plura incompatibilia dicatur, dummodo in beneficio in quo non residebit, deseruiri faciat, &c. non tamen dispensatio efficitur conditionalis, nec dispensato non deseruiri faciente gratia resoluitur. *Gambar. de legat. lib. 5. num. 247. & seqq.*

Clausula 310. Dummodo eius dispositio ad nos, &c.

Num. 1. Hæc clausula, Dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat, non ponitur ratione reseruationis expresè in literis, sed ratione clausulę generalis, siue præmisso, siue alio quouis modo. *Pract. Cancellar. in not. super vacantib. reseruat. versic. clausula, dummodo eius.* & fuit dictum *in causa Aretina commendæ 7. Nouemb. 1586. & 19. Ianuarij 1587.* corã Seraphino. *sunt decis. 755. nu. 4. & 744. nu. 2. p. 1. & vide in causa Ianuen. Cantoriæ 14. Octobris 1569. coràm Oradino. & in Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1602. coràm Cardin. Lancellotto.*

2 Quæ per istam clausulam restringuntur. vide *Simonett. de reseruat. quæst. 61. nu. 3.*

3 Hæc clausula posita in beneficijs reseruatis operatur, quod Papa non intendit concurrere cum Ordinarijs, & sic non potest capi beneficium per clausulas generales, vt fuit resolutum *in causa Salamantina pensionis 5. Decembris 1588. coràm Gypsio. in Burgen. de Tancoruo 17. Aprilis 1589. coràm eodem. & vide*

in

in Ianuen. Cantoriæ 14. Octobris 1569. coràm Oradino. Romana Clericatus 27. Nouembris 1602. coràm Card. Pamphilio. Ferrett. cons. 283. nu. 19. lib. 2. & vide in d. Romana Clericatus 21. Maij 1603. coràm eod. vbi quod eius omissio non facit, vt literæ non dicantur expeditæ tamquàm de reseruato.

4 Adde, quod in literis expeditis per Cameram, potest omitti hæc clausula, immò non solet apponi, licet secus sit in literis expeditis per Cancellariam. *Paleott. decis. 514. lib. 3. p. 3. diuers. & vide in d. Romana Clericatus Sancti Petri 21. Maij 1613. coràm Card. Pamphilio.*

5 Hæc clausula non ponitur in prouisione beneficij noniter creati. *Rebuff. in form. simplic. prouis. in verb. siue præmisso. num. 10.*

6 Si tamen ponatur, non vitiat. *Rebuff. ibid. nu. 14.*

7 Hæc clausula reddit gratiam conditionalem. *Ferrett. cons. 3. num. 8. lib. 1. & de hac clausula vide eundem Ferrett. cons. 283. num. 19. lib. 2.*

8 Contrà quos non reddat gratiam conditionalem, *vide in Vercellen. beneficij 16. Nouembris 1601. coràm Litta.*

Clauf. 311. Dummodo ex ordinatione habeatur beneficium.

Hæc clausula consueta poni in confirmationibus, non intelligitur tantum de ordine datæ, sed acceptationis. *Rot. decis. 23. de conceß. præbend. in antiq.*

Clausula 312. Dummodo ista vnà cum alijs, &c.

De ista clausula, *vide in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coràm Gypsio. & in Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1602. coràm Card. Lancellotto.*

Clausula 313. Dummodo intrusus non sis, &c.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur de alia intrusione, quàm de narrata, *ad trad. per Gemin. cons. 8. colum. penult. Sarnen. de Iur. quæsit. quæst. 1. in fin. Crescent. decis. 7. in fin. de Iurepatronat.* & fuit dictum *in causa Parmen. Prioratus 23. Iunij 1589. coràm Card. Mantica. Et in Pistorien. seu Nullius Beneficij 18. Decembris 1634. coràm R. P. D. Dunozetto.*

2 Hæc clausula facit gratiam conditionalem, *vide in causa Vercellen. beneficij 16. Nouembris 1601. coràm Litta.*

Clausula 314. Dummodo iusto pretio, &c.

Hæc clausula, Dummodo iusto pretio, posita in gratia si in euidentem, intelligitur de pretio communi, quia illud dicitur pretium iustum, quod cõmuniter inuenitur, vel tale reputatur. *l. pretia rerũ. & not. Bart. & alij cõmuniter. ff. ad l. falcid. & l. 2. vbi Bart. num. 23. Cagnol. num. 232. & Pinell. part. 3. cap. vlt. nu. 17. & 18. C. de rescind. vendit. Guidopap. de vsur. num. 33. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 4.* & in terminis huius clausulæ fuit dictum *in Vigleuanen. locationis 27. Nouembris 1600. coràm Corduba. & in Rauennaten. Pineti 23. Martij 1607. coràm Cardin. Pamphilio.*

Clausula 315. Dummodo medietatis patronorum consensus accedat.

Hæc clausula non facit gratiam conditionalem, sed modalem. *Put. decis. 430. lib. 1. vbi nu. 3.* videas rationem.

Clausula 316. Dummodo pensio medietatem fructuum non excedat.

Num. 1. Ista clausula reddit pensionem conditionalem. *Rot. decis. 1160. nu. 2. lib. 3. part. 3.* àn ea annullata, annulletur quoq; coadiutoria, cuius occasione pensio fuit reseruata. *Rota in Salamantina pensionis 25. Iunij 1582. coràm Cardin. Lancellotto.* vbi quod non excessus debet probari. *Rota in Meleuitana pensionũ 27. Iunij 1597. coràm Litta. Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coràm Gypsio. Cremonen. pensionis 15. Aprilis 1611. & 23. Ianuarij 1602. coràm Cardin. Caualerio.*

2 Vide in hac materia *Rotam in Papien. pensionis 11. Decembris 1606. & 19. Martij 1607. coràm Reuerendiß. Ortembergo.*

3 Hæc clausula intelligitur quatenus non excedit, ideò vitiatur solum in excessu non autem in totum. *Crescent. decis. 17. de rescript. nu. 3. circa med. versic. nihilominus. & seq. vide Rot. decis. 1160. lib. 3. p. 3. diuersor.*

4 Hæc clausula numquàm subintelligitur, nisi expressè apponatur. *Mohedan. decis. 11. sub num. 1. de locat.* vbi quod propterea secunda pensio reseruata non facta mentione primæ non redditur etiam quod ambæ medietatem fructuum non excedant.

Clausula 317. Dummodo non nisi pro alijs quatuor non scripserimus, &c.

De hac clausula, vide *Oldrad. consil. 201.* vbi quod eius effectus debet attendi de tempore vacationis beneficij; quod expectans, cum illa acceptat, non autem de tempore datæ ita, vt si illo tempore nõ adsint, nisi quatuor, & alij iam reperiantur prouisi, valeat eius acceptatio, licet de tempore datæ fuisset scriptum pro pluribus, quàm quatuor.

Clausula 318. Dummodo non sint generaliter reseruata.

Hæc clausula posita in alternatiua non refertur ad regulam octauam mensium. *Mohedan. decis. 13. de præbend.*

Clausula 319. Dummodo nõ sit nullitas ex defectu Iurisdictionis mandati, & citationis, &c.

Hæc clausula non refertur ad defectum specificè narratum, sed ad defectus in genere expressos. *Cæsar de Graß. decis. 4. num. 3. de rescript.*

Clau-

Clausula 320. Dummodo non tollatur ius quæsitum, &c.

Hæc clausula habet locum, etiam vbi tollitur possessio. *Sarnen. super regul. de Iur. quæsit. non tollend. quæst. 5. col. 2. vers. sed prædictis non obstantibus.*

Clausula 321. Dummodo non vtaris alia, facultate Ordinarijs concessa, &c.

Hæc clausula posita in alternatiua concessa Episcopo illam restringit, & operatur, vt non possit conferre in mense, qui esset ordinarius, licet non comprehēso in alternatiua. *Put. decis. 492. n. 6. lib. 2.*

Clausula 322. Dummodo nulla alia, præter dictam exceptionem obstet.

Per hanc clausulam censentur præseruatæ omnes aliæ exceptiones, præter narratas. *Rot. decis. 24. n. 6. circa med. part. 2. diuers.*

Clausula 323. Dummodo nulli alio de iure debeatur.

Hæc clausula posita in dispensatione ad beneficia, cum dicatur posita ad illam arctandam, non potest eam ampliare. *Oldrad. cons. 215. nu. 14.*

Clausula 324. Dummodo omnes insimul non excedant, &c.

Num. 1. Hæc clausula debet verificari de tempore reseruationis, non autem de tempore translationis, si translata sit, vt fuit dictum *in causa Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1602. coràm Card. Lancellotto.*

2 Hæc clausula, quando est adiecta reseruatione pensionis facit illam conditionalem, vel modalem, vt sit verificanda, secus si adijciatur post reseruationem puram ad modificandum aliam clausulam, fuit resolutum *in causa Carpentoracten. pensionis 11. Martij 1602. coràm Cardin. Lancellotto. & in Cremonen. pensionis 15. Aprilis 1611. coràm Card. Caualerio.*

3 Adde, quod *in d. Cremonen. pensionis 23. Ianuarij 1612. coràm eod. Caualerio.* fuit resolutum pensionario incumbere onus probandi, &c. siue dicta clausula adijciatur reseruationi, siue adijciatur post reseruationem puram ad modificandum aliam clausulam Etiamsi aliæ, &c. nisi simus in pensione reseruata super Ecclesia Cathedrali, quia Papa censetur informatus de valore Episcopatus, *& in hoc casu procedere decisionem Lancellotti in Carpentoracten. pensionis, de qua suprà.*

4 Sed postea fuit ab ista bis recessum, & confirmata prima decisio *in eadem Cremonen.*

Clausula 325. Dummodo paternæ incontinentiæ imitator non sit, &c.

Hæc clausula, quæ solet apponi respectu filiorum presbyterorum, licet tacitè insit de iure, vt libidinosis non cōferantur beneficia, propter tamen præsumptionem paternæ incontinentiæ debet verificari. *Rebuff. in repet. c. nulla. col. 39. in Decimatertia clausula. pag. mihi 442. col. 1. in princip. de conceß. preb.*

Clausula 326. Dummodo per Ordinarium collatorem.

Num. 1. Hæc clausula, Dummodo per Ordinarium collatorem non fuerit facta prouisio, intelligitur non solum de Episcopo, sed etiam de inferiore Ordinario Collatore, vt de Capitulo in collatione canonicatuum, & fuit resolutum *in Oscen. Canonicatus 9. Martij 1592. coràm Seraphino.*

2 Et ratio est, quia in materia adaptabili, qualis est collatio appellatione Ordinariorum veniunt etiam inferiores collatores. *Io. Monach. in cap. Ordinarij. il 1. num. 1. & 2. Gemin. nu. 5. & Franch. num. 3. de offic. ordinar. in 6. Abb. Aret. & Dec. in cap. post cessionem omnes. in 1. not. de probat.* & fuit resolutum *in Salamantina Iurisdictionis 23. Octobris 1579. coràm Seraphino.*

Clausula 327. Dummodo plura simul non sint, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in dispensatione ad obtinenda beneficia intelligitur, quod plura simul obtineri non possint, sed successiuè, vt fuit resolutum *in causa Legionen. Prioratus 8. Iunij 1587. coràm Card. Pamphilio.*

2 Hæc clausula refertur ad retentionem, non autem ad collationem. *Nauarr. cons. 26. de prebend. vide in d. Legionen. Prioratus.*

Clausula 328. Dummodo preces veritati, &c.

Num. 1. Clausula, Dummodo preces veritati nitantur, intelligitur in qualibet gratia. *cap. ex parte. & ibi Abb. num. 1. & alij. de rescript.*

2 Maximè in beneficialibus, nè detur vitiosus ingressus, vt fuit dictum *in Legionen. denegationis possessionis 26. Martij 1593. coràm Blanchetto.*

Clausula 329. Dummodo præsens, & aliæ, &c. non excedant, &c.

Hæc clausula sufficit, ne secunda pensio dicatur subreptitia, ob non factam mentionem primæ. *Verall. decis. 296. part. 2.*

Clausula 330. Dummodo remaneant centum per Rectorē, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt probatio debeat esse concludens, nec sufficiat probatio per famam, *ad decis. Mohed. 148. aliàs 3. de testib. in fin.* & fuit resolutum *in causa Clusina pensionis 9. Decembris 1573. coràm Card. Lancellotto. & in Oppiden. pensionis 3. Iunij 1585. coràm Card. Pamphilio.* & fuit decisum *in causa Cusentina pensionis 27. Maij 1596. coràm Litta. & facit decis. 60. de conceß. præbend. in antiq. & vide in causa Interamnen. pensionis 23. Ianuarij 1602. coràm Corduba.*

2 Si

2 Si sit apposita in concordia, quis teneatur probare, vide *Rota in Suanen. Parochialis 27. Nouembris 1595. coràm Orano.*

Clauſ. 331. Dummodo remaneāt 50. liberi pro Rectore, &c.

Num. 1. Verbum, liberi, importat, quod deductis oneribus Ordinarijs 50. ducati similis pensionis absquè diminutione remaneant. *Ruin. conſ. 219. sub num. 3. lib. 1. Gozzad. conſ. 47. nu. 9.* & fuit resolutum *in causa Romana pensionis de anno 1576. coràm Blanchetto. & in causa Oppiden. pensionis 3. Iunij 1585. coràm Cardin. Pamphilio.* & fuit dictum *in causa Cuſentina pensionis 27. Maij 1596. coràm Litta. vide in Interamnen. pensionis 23. Ianuarij 1602. coràm Corduba.*

2 Et, ista 50. debent remanere de tempore reseruationis, nec sufficit, quod posteà remaneant, vt fuit dictum in *Salamantina pensionis 18. Martij 1588. coràm Bubalo, & 28. Februarij 1592. coràm Penia. & in Monapolitana pensionis 17. Maij 1596. coràm Orano.* vbi fuit etiam dictum, pensiones antea impositas cessare in vtilitatem tituli iis.

3 Hæc clausula intelligitur, prout ducati valent in loco beneficij, vt R. P. D. Blanchettus retulit sibi ita fuisse dictum à bo. me. Cardinali Alciato fuisse resolutum in Congregatione Concilij *in Romana pensionis 20. Maij 1575. coràm Blanchetto.*

4 Hæc clausula debet iustificari per pensionarium, vt fuit resolutum *in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coràm Gypſio, & in Lunen. Sarzanen. pensionis 15. Februarij 1593. & est decis. 1017. num. 3. in fin. & seq. part. 2.*

Clausula 332. Dummodo sint in vsu.

Num. 1. Hæc clausula apposita in confirmatione statutorum, & priuilegiorum refertur ad priuilegia, & non ad statuta. *Rot. decis. 536. num. 3. part. 1. diuerſ. & in Amerina ſucceſſionis 24. Maij 1593. coràm Penia. Rauennaten. bareditatis 14. Aprilis 1606. coràm Cardin. Pamphilio.*

2 Et cum soleat apponi ex stylo à Referendario non mutat substantiam, nec naturam statutorum. *Cott. decis. 177. Amerina ſucceſſionis 24. Maij 1593. coràm Penia.*

3 De ista clausula, vide infrà, clausula, Quatenus sint in vsu, &c. 612.

Clausula 333. Dum placuerit Titio, &c.

Hæc clausula denotat conditionem, idcòquè eo quod Titio placeret, dicitur illi satisfactum, ita vt non possit amplius displicere. *Oldrad. conſ. 243.*

Clausula 334. Eo ipso.

Hæc clausula denotat ipso iure. *gloſ. in cap. quàm ſit. & ibi gloſ. in verb. Eo ipſo. de elect. in 6. Ancharan. conſ. 387. nu. 1. circa med. cum alijs per Tiraq. in l. ſi vnquàm. in verb. reuertatur. n. 142. C. de reuoc. donat.* & fuit dictum *in Veronen. pensionis 1. Iulij 1592. coràm Cardin. Millino. Rip. in l. filiusfamilias. §. diui nu. 88. ff. de leg.*

Clausula 335. Et ad faciendum ea, quæ principalis, &c.

Num. 1. Clausula, Et ad faciendum ea, quæ principalis facere posset, in mandato operatur, vt mandatum dicatur sufficiens etiam in casibus, quæ mandatum exigunt speciale. *Archid. in cap. 1. nu. 2. Io. Andr. in fin. Butr. nu. 38. & Anchar. ad fin. quaſt. 8. de reſcript. in 6. Gemin. in cap. qui ad agendum. §. procurator. n. 5. & Franch. num. 6. verſ. tertiò fallit. de procurat. in 6. Abb. in cap. expoſuit. nu. 18. de dilat. & in cap. intelleximus. ſub nu. 1. circa fin. de Iudic. & conſ. 18. col. 4. circa princ. verſ. Maximè quia. part. 2. Imol. in d. cap. expoſuit. nu. 4. Iaſ. in l. in prouinciali. §. ſi ego. nu. 6. in 2. concluſ. verſ. Primò quia. ff. de nou. oper. nunc. Roman. conſ. 94. nu. 7. verſ. Et eſt ſecunda clauſula.* & fuit resolutum *in causa Iſpalen. portionis 10. Decemb. 1560.* corā *Oradino. & in Ciuitatis Caſtelli bonorū 15. Octobris 1593. coràm Penia. Bart. in l. procurator. nu. 3. Angel. verſ. vltimò nota. Fulgoſ. num. 3. Caſtren. num. 4. Corn. verſic. In textu* ibi, quod si plenam. *Salic. ſub num. 2. verſ. Idem. dicit Bart. & ibi addent. G. de procurat. Fulgoſ. in l. procurator cui generaliter cum libera. verſic. Item, & ſecundò. & ibi Caſtren. num. 4. ff. eod. Angel. in l. 1. ff. de offic. procur. Caſ. Iaſ. in d. l. ſi procurator. nu. 11. verſ. adde idem eſſe. & in Tarraconen. cenſurarum 1. Decembris 1606. coràm Iuſto.*

2 Importat mandatum cum libera. *Bart. in l. procurator cui generaliter. nu. 3. ff. de procurat.*

3 In contrarium tamen allegatur. *Io. Andr. in d. cap. expoſuit. col. 2. in princip. in verb. perſona. de dilat. per cap. qui ad agendum. de procurat. in 6.* quem sequitur *Butr. in cap. intelleximus. nu. 10. ad fin. verſ. In quantum. de Iudic. & in d. c. expoſuit. nu. 20. ad fin.* nihil firmat. *& cum Io. Andr. videtur tenere. Gemin. in c. 1. nu. 21. ad fin. de reſcript. in 6.*

4 Sed tu dic, quod *Io. Andr.* loquitur in terminis. *d. cap. expoſuit.* vbi mandatum erat restrictum per clausulam saluis exceptionibus, & ideò nō erat sufficiens ad causam principalem, *vt poſt Goffed. ibid. declarant. Collectar. nu. 5. Anchar. nu. 10. circa fin. verſ. Goffred. dicit Bobic. nu. 6. & 7. Imol. nu. 4. Anan. nu. 9. per cap. ſignificauit. de appellat.* & prædicti Doctores dicunt idem esse, si adesse clausulam Promittens ratum habere, quicquid legitimè factum fuerit.

5 Sed in hoc contrarium tenet. *Hoſt. in d. cap. expoſuit. §. cum poſt modum. ad fin. verſ. ſed numquid tale. de dilat.* qui dicit *cap. ſignificauit non probare dictum Goffredi. & Hoſtien. ſequitur Bellam. ibid. nu. 3. & 4.* quem videas.

Clausula 336. Et adueniente casu prædicto, &c.

Hæc clausula est restrictiua ad casum expressum. *Rota in Senogallien. fideicommiſſi 20. Decembr. 1602. coràm Penia.*

Clausula 337. Et aliàs opportunè prouidere, &c.

Hæc clausula quid operetur, & quomodo intelligi debeat, vide *Rot. decis. 54. nu. 30. & decis. 55. nu. 20. part. 2. diuerſ.*

Clau-

Clausula 338. Et aliàs prout, &c.

Hæc clausula stàt augmentatiuè, & intelligitur vltrà specificata. *Decian.cons.63.sub nu.6. Natt.consil.403.nu.7.* & fuit dictum *in causa Prænestrina transactionis 16. Maij 1575. coràm Seraphino. vt in decis. 199.nu.2.part.2.diuers.& est decis.257.nu.3.part.1. et in causa Romana residui pretij Casalis 12. Iunij 1595. coràm Card. Pamphilio. & facit decis. Put.321. lib.1. & decis.36.lib.3. Peregrin. decis.28.lib.1.*

Vide etiam suprà *Clausula 28.*

Clauf.339. Et aliàs, prout procuratori benè visum fuerit, &c.

Num. 1. Clausula, Et aliàs, prout procuratori benè visum fuerit, posita in mandato ad resignandum intelligitur, quoad modum expediendi, vt fuit dictum *in causa Corduben. portionis 20. Martij 1559. coràm Rubeo. & in causa Zamoren. Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

2 Vt puta in mandato dicatur per viam reseruationis fructuum, hæc clausula operatur, quod hoc possit facere per viam reseruationis pensionis, quod absq; huiusmodi clausula non potuisset. *Paris.cons.143.nu.35. lib.4.* & fuit dictum *in causa Zamoren. Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

3 Item si in mandato dicatur, quod pensio sit soluenda literis non expeditis, hæc clausula operatur, quod possit cōsentire pensioni literis expeditis, quod etiam absquè huiusmodi clausula facere non potuisset, vti fuit resolutum *in causa Corduben. dimidiæ portionis 14. Nouembris 1558. coràm Quiroga, vt in decis.114. diuers. Cottæ. & in d. Zamoren. Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

4 Clausula ista, posita in mandato ad resignandum non operatur, vt procurator possit donare, vel remittere pensionem, quàm principalis volebat, vel consentire pensioni ad fauorem extraneorum cum facultate transferendi, cum huiusmodi facultas sub quibuscumquè verbis generalibus, nunquàm censeatur data procuratori. *l.cōtrà iuris. §.si filius.ff.de pact.l.si filiusfamiliā.§.1.ff.de donat.Bald.in l.si procurator.nu.3.vers.Conclude ergò. C.de procurat. Dec. cons.402.nu.9.Paris.cons.8 nu.8.lib.4.* & fuit dictum *in causa Corduben. portionis 20. Martij 1559. coràm Rubeo. vt in decis.252. diuers. Cotta. & in causa Zamoren. Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

5 Et adde, quod ista clausula, prout aliæ similes, referūtur ad arbitrium boni viri. *Socc. cons.129.nu.54. lib.1. Afflict. decis.91. num.4. & 5.* & fuit dictum *in Zamoren. Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

Clausula 340. Et aliàs.

Hæc clausula non potest importare maiora expressis. *Rot. decis.217. nu.2. & 7. part.1.*

Clausula 341. Et aliàs, prout iustum fuerit, &c.

Hæc clausula, quàm vim habeat, & an restringat præcedentia, vide *Rot.decis.225. nu.1, lib.2. part.3. diuersor.*

Clausula 342. Et alijs causis animum nostrum mouentibus.

De hac clausula, posita in gratia Papæ, vide omninò. *Barbat. cons.33.lib.3.* vbi àn importet causam veram, & quid si eæ expresse sint falsæ, vide etiam infrà in clausula, Et ex multis alijs causis.

Clausula 343. Et alijs successoribus, &c.

De intellectu huius clausulæ, positæ in renunciatione successionis certarum personarum, quid scilicet operetur, vt importet, vide *Cassan. cons.39. num.99. Menoch. consil.335. num.19. lib.4. & in Viterbien. bonorum.*

Clauf. 344. Et alio quocūq; &c.

Hæc clausula, posita in mandato comprehendit etiam necessaria ad mādatum, refertur etiam ad non specificata, & apponitur ad augendum expressa. *Rot. decis.370. sub nu.2. part.1. diuers.*

Clausula 345. Et aliorum quorumcumquè, &c.

Hæ clausula, posita *in extrauagant. ad regimen. de prabend. in communib.* comprehendat etiam Accolitos creatos per Legatum, vide *Put. decis.81. lib.3.*

Clausula 346. Et casu quo, &c.

Hæc clausula est restrictiua ad casum expressum. *Rota in Senogallien. fideicommissi 20. Decembr.1602. coràm Penia.*

Clausula 347. Et cætera, &c.

Num. 1. Hæc clausula, Et cætera, &c. posita in supplicatione, quomodo possit extendi in literis, vide *Rebuff. in prax. tit. de dispensat. ad plur. nu.69. & 70.*

2 Sub ista clausula in dubio includuntur ea, quæ sunt de natura, & substantia actus, & de consuetudine Notarij. *Imol. cons.86. num.4.*

3 Hæc clausula importat idem, quod clausula, seu dictio, Et alia, vel reliqua. *Felin. in cap. cum P. tabellio. in fin. de fid. instrum. vide suprà in clausula, Clausula cæterata.*

4 Huius clausulæ natura est ampliare, vel roborare. *Bald.in l.hac consultissima. in princip.C.de testament. Felin. in d.cap.cum P.Tabellio. nu.10. circa med. Ias. in l.Gallus. §.Idem credendum. num.9.ff. de liber. & posthum.*

5 Vigore huius clausulæ Notarius potest apponere omnia contracta apponi. *Felin. in d. cap. cum P. Tabellio. sub nu.10. Ias. in d. §. Idem credendum. nu.7.*

6 Dic verum in contractibus, in quibus non requiritur scriptura, secus in literis, in quibus de iure, aut aliàs ex partium conuentione scriptura necessariò requiritur, quo casu nisi consuetudo sit in contrarium notarius, nec etiam cum auctoritate Iudicis potest quicquam vigore huius clausulæ extendere per *Ias. in l.Gallus. §.Idem credendum. nu.13. & 15. & nu.18. ff. de lib. & posthum.*

7 Adde, quod vigore huius clausulæ possunt extēdi solum substantialia contractus, non autem accidentalia. *Ias.*

Ias. post alios in d. §. Idem credendum. num.8. Felin. in cap. cum P. Tabellio. sub nu.10. de fid. instrum.

8 Adde etiam, quod si Notarius rogatus de huiusmodi instrumento abbreuiato per hanc clausulã, &c. sit mortuus, & eius prothocolla alteri sint commissa, Notarius, cui sunt commissa, non potest extendere absq; mandato Iudicis. *Ias. in l. Gallus. §. idem credendum. num.19. vers. prout mortuus est. ff. de lib. & posthum. Bald. in rubric. C. de fid. instrum. nu.41. vers. Alius autem. & seq.*

9 Et talis notarius debet in extentione facienda attendere proprium stylum ipsius notarij, etiam contra consuetudinem, quod si non habeat stylum, interpretatur secundum alia instrumẽta in eadem materia, vel simili ab ipso leuata, quod si variauit, attenditur vltimus, de quo si non constat, recurritur ad stylum communem. *Ias. in d. §. Idem credendum. n.7. & 23. Felin. in cap. cum P. Tabellio. sub nu.8. de fid. instrum. Aym. cons.34. num.5.*

10 Sub ista clausula virtualiter comprehenduntur ea, quæ sunt de natura subiectæ materiæ. *Ias. in l. Gallus. §. Idem credendum. nu.8. ff. de liber. & posthum. Felin. in cap. cum P. Tabellio. sub nu.10. de fid. instrum.*

11 Illius tamen vigore non possunt poni clausulæ immutantes naturã negotij. *Couarr. post alios in rubr. de testam. p.2. ante n.14. Rota in Romana bonorũ de Soderinis 26. Iunij 1602. corã Reuerendiss. Coccino Decano.*

12 Clausula, Præsentibus testibus, &c. facit, vt præsumantur rogati. *Felin. in c. cum P. Tabellio. nu.10. post med. Ias. in d. §. Idem credendum. num.9.*

13 Virtute huius clausulæ, an notarius possit apponere constitutum, vide supra in clausula, Constituti, quæ est *Clausula 217. num.71. & 72.*

14 Instrumentum notarij mortui abbreuiatum per hanc clausulam, Et cætera, debet extendi, exemplari abbreuiatè, & de verbo ad verbum, prout iacet ab eo, cui notarij mortui prothocolla commissa sunt, per *Ias. in l. Gallus. §. idem credendum. num.24. ff. de liber. & posthum.*

15 Hæc clausula, posita in relatione, vt si dicatur, prout in tali instrumento tenoris, &c. Titius, &c. operatur, vt censeantur repetita omnia sequentia in illo relato. *Felin. in cap. cum P. Tabellio. nu.10. in fin. de fid. instrument.*

16 Hæc clausula operatur, vt si petatur in causa summariè de plano simpliciter sine strepitu, & figura Iudicij sola veritate inspecta procedi, & Princeps rescribat, Procedat summariè, &c. omnia prædicta censeantur concessa, nisi aliquid in petitione sit delatum. *Ias. in l. Gallus. §. idem credendum. nu.10. ff. de liber. & posthum. Grauat. ad Vestr lib.3. cap.2. nu.21. in fin. vide supra in clausula, Andiat, &c. 183. & infra in clausula, Summariè 803.*

17 Clausula, Et cætera, &c. operatur, quod notarius, qui scripsit instrumentum cæteratum, potest clausulas sub compendio positas, & cæteratas extendere. *Specul. tit. de instrument. edit. §. instrumentum ergo. num.12. Doct. in l. Gallus. §. idem credendum. vbi Ias. nu.18. ff. de liber. & posthum. Rota in Romana bonorum de Soderinis 26. Iunij 1602. corãm Reuerendiss. Coccino Decano.*

18 Et adde, quod dicenti clausulas cæteratas à notario extensas non fuisse iuxtã stylum, incumbit onus probandi, vt fuit dictum *in d. Romana bonorum de Soderinis.*

19 Secus est, quando agitur de extendenda in breuiatura, iuxtã stylum alicuius notarij, tunc qui fundat in stylo, illum probare tenetur. *Alex. cons.28. nu.8. lib.2. Rota in d. Romana bonorum de Soderinis.*

20 An autem partes contrahentes teneantur scire stylum, secundum quem veniant extendendæ clausulæ cæteratæ, & quæ scientia sufficiat, *vide in d. Romana bonorum de Soderinis 26. Iunij 1602. corãm Reuerendiss. Coccino Decano.*

21 Quando notarius possit extendere clausulas non habentes istam clausulam, Et cætera, &c. *vide in d. Romana bonorum de Soderinis.*

22 Notarius non potest extendere clausulas cæteratas, postquam dedit parti copiam instrumenti. *Felin. in cap. ex literis. nu.8. de fid. instrum. Socin. cons.277. nu.6. vers. Vnde. lib.2. Alba. cons.59. nu.3. lib.1. Francis. Marc. quæst.289. part.1. Verall. decis.247. part.2. cum alijs per Gabr. de consuetud. concl.3. nu.42. & 43.*

23 Quomodo, & quando procedat, vide *Rota in d. Romana bonorum de Soderinis 26. Iunij 1602. corãm Reuerendiss. Coccino Decano.*

24 Quid post litem motam, vide *Felin. vbi supra. Gabr. d. conclus.3. nu.45. & Rot. in d. decis.* vbi quod in dubio præsumitur extensum ante motam litem.

25 Clausula, Et cætera. Quid si notarius rogatus, sit procurator vnius partis, & extensio respiciens fauorem dicti sui principalis reddatur ex hoc suspecta, *vide in Romana bonorum de Soderinis 26. Iunij 1602. corãm Reuerendiss. Coccino Decano.* vbi quod non, quia præsumitur pro notario ratione officij publici notariatus.

26 In casu, vbi adest aliqua dubitatio magis creditur instrumento cæterato desumpto ex prothocollo, quàm instrumento extenso per notarium. *Soce. consil.277. sub num.7. versic. Quibus. lib.2. cum alijs per Menoch. de arbitrar. casu 187. nu.21. & seq. vide in d. Romana bonorum de Soderinis.*

Clausula 348. Et cum decreto, quod resignatio cedat in fauorem impetrantis.

Hæc clausula quando apponatur, vide *Staphil. de lit. grat. tit. de var. mod. vac. nu.19.*

Clausula 349. Et cum pacto, &c.

Hæc clausula stat declaratiuè, & restrictiuè, &c. vt fuit dictum *in causa Camerinen. bonorum 18. Aprilis 1572. corãm Oradino. vt in decis.11. sub num.1. part.2. diuers.*

Clausula 350. Et detur deuolutio dispositiuè, &c.

Num.1. Hæc clausula operatur, vt si quis impetrat beneficium vti deuolutum, licet adsit clausula, siue quonis modo, nihilominus teneatur probare deuolutionem, & non intrat clausula, siue quouis modo. *Mohedan. decis.210. alids 17. de præbend.*

2 Et posita in supplicatione restringit totam gratiam, & operatur, quod deuolutio debet gradatim verificari, & deuolutione non verificata, non intrant clausulæ generales. *Cassad. decis.5. nu.3. de præbend. Mohed. d. decis.210. alids 17. de præb. Verall. decis.63. part.1.*

part.1, & fuit dictum *in causa Salamantina portionis 23. Iunij 1586. coràm Bubalo. in Calciaten. dimidiæ portionis 17. Decembris 1582. coràm Orano. & in Spoletana beneficiorum 31. Ianuarij 1594. coràm Cardin. Mantica. Crescent. decis.15. de præbend.* & restringit omnem modum vacandi. *Put. decis.320. lib.2.*

Clausula 351. Et ex multis alijs causis.

Hæc clausula, posita in sententia, si causa in ea expressa est irrationabilis, & friuola, ipsa quoq; præsumitur continere causas irrationabiles, & friuolas. *Abb. in cap. constitutis. 46. nu.13. & Frauch. sub nu.8. de apellat. Gonzal. in Regul.8. Cancellar. glos.3. nu.41. vide Barbat. cons.33. lib.3.*

Clausula 352. Et generaliter ad omnia alia, & singula faciendum, &c. etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, &c.

Num.1. Clausula, Et generaliter ad omnia alia, & singula faciendum, &c. etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, &c. operatur, vt mandatum dicatur sufficiens etiam in casibus, qui mandatum requirunt speciale. *cap. qui ad agendum. §. sed si aliquis. & ibi not. omnes. de procurat. in 6. Barbat. in l. procurator cui generaliter. num.3. ff. eod. tit. & in l. si procurator. nu.3. & ibi etiam Angel. vers. vltimò nota. Fulgos. nu.3. Castr. nu.4. Salic. num.2. & Ias. nu.11. versic. adde. C. eod. Imol. in cap. exposuit. n.4. de dilat. Rot. decis.670. sub an.2. part.1. diuers. glos. fin. & ibi Doct. omnes in cap.2. de offic. Vicar. in 6.*

2 Dic verum in similibus, vel minoribus expressis, *addent. ad glos. fin. cap.2. de offic. Vicar. in 5.* non enim includit maiora expressis. *Rebuff. in form. Vicar. num.183.*

3 Ista clausula restringitur per clausulam, In præmissis, & circa præmissa. *Put. decis.524. nu.4. lib.2.* Ideò non comprehendit facultatem conferendi. *Rebuff. ibid. num.182. & seqq.*

4 Declara, vt per *Rot. decis.670. nu.3. part.1. diuers. & infrà in d. clausula, In præmissis 438. &c.*

Clausula 353. Et generaliter de omni Iure, & actione, & singulis omnibus, ad quæ alius teneatur, &c.

Hæc clausula quid importet, & quomodo sit accipienda, vide *Imol. in cons.138. num.8.*

Clauf. 354 Et locũ habeant, &c.

Clausula, Et locum habeant toties, quoties fuerit contrauentum, &c. non repetit pœnam priuationis, positam in certis casibus in casu alienationis, in qua dicta pœna non fuit apposita prohibitioni alienationis, licet alienans dicatur contrauenire. *Rota in Romana de Theodolis 21. Maij 1597. coràm Litta.*

Clausula 355. Et hæc omnia sub pœna.

Hæc clausula, & hæc omnia sub pœna damnorum, & interesse in fine instrumenti, posita refertur ad omnia, *ad l. Iulianus. ff. de legat.1.* & fuit dictum *in causa Placentina euictionis 26. Ianuarij 1589. coràm Card. Pamphilio. Aym. cons.155. num.10.*

Clausula 356. Et hoc capitulum sit præcisum.

Hæc clausula, posita in statuto, importat necessitatem. *Rot. decis.225. num.3. part.1.*

Clausula 357. Etiam de nouo concedimus, &c.

Hæc clausula importat nouam concessionem. *Verall. decis.17. num.2. part.2.*

Clausula 358. Etiam in mensibus Ordinarijs.

Hæc clausula refertur ad vacatura, & non ad vacantia. *Put. decis.48. num.3. lib.3.*

Clausula 359. Etiã per nos, &c.

Num.1. Hæc clausula apposita in expectatiuis etiam Papam comprehendit. *Crescent. decis.7. num.4. de conceß. præbend.*

2 Hæc clausula, cum decretò irritanti ligat manus Papæ, si non adsit derogatio, & discolorat titulum in spolio. *Cott. decis.237. & 337.*

Clausula 360. Etiamsi aliæ pensiones, &c.

Num.1. Clausula, Etiamsi aliæ pensiones, &c. dummodo omnes insimul non excedant, &c. non refertur ad pensionem reseruatam, nec facit illam conditionalem, vbi aliæ non adsunt, sed tantum ad aliàs, quatenus adsint, vt fuit resolutum *in Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1602. coràm Card. Lancellotto.*

2 Secus si dicatur, dummodo ista, & alia non excedant, quia tunc afficit etiam pensionem, quæ reseruatur, & sic reddit illam conditionalem, vt fuit resolutum *in causa Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coràm Gypsio. in Meleuitana pensionis 27. Iunij 1597. coràm Litta. & in Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1602. coràm Card. Lancellotto*, vbi fuit facta ista distinctio.

Clausula 361. Et si cura animarum illi immineat, &c.

Num.1. Hæc clausula ideò apponitur, quia quandoq; dignitates, & officia, vel personatus, habent curam animarum, & hoc casu non sufficeret facere mentionem de qualitate principali, putà, quod est dignitas, &c. sed debet etiam fieri mentio de cura, quæ dicitur sufficienter facta per istam clausulam. *Rebuff. in repet. cap. nulla. col.36. vers. Decimasexta clausula. pag. mihi 440. col.2. de conceß. præbend.*

2 Non est necessaria, vbi iam est expressum de cura. *Rebuff. cons.55. num.7.*

Clausula 362. Et si de illis specialis mentio, &c.

Hæc clausula, posita in clausulis derogatorijs derogat

gat consuetudini immemorabili. *Rota decis. 262. diuers. in manuscript.*

Clausula 363. Etiamsi de verbo ad verbum, &c.

Clausula ista cuius sit effectus, vide *Federic. consil. 138. num. 5. & 6.*

Clausula 364. Etiamsi deuolutum, vel affectum, &c.

Num. 1. De hac clausula, & eius effectu, vide *Rebuff. in form. simplicis prouisionibus. in verb. Etiamsi deuolutum. & in verb. affectum.*

2 Hæc clausula non est apponenda in prouisione de vacanti in Curia, vel dignitate principali, vel maiori post pontificalem, quia cum beneficium sit reseruatum, non dicitur deuolutum. *Rebuff. d. verb. etiamsi deuolutum. nu. 5. & 6. & in form. nou. prouis. in verb. etiamsi tanto tempore.*

3 Vbi in supplicatione dicitur, Etiamsi deuolutum, &c. non potest in literis deuolutio poni dispositiuè. *Rebuff. d. verb. Etiamsi deuolutum.*

Clausl. 365. Etiamsi generaliter, vel specialiter reseruatum.

Num. 1. Hæc clausula non est potens ad tollendum omnes reseruationes, quarum diuersæ sunt species. *Stapbil. de lit. grat. tit. de form. mandat. de prouid. n. 9. & seqq.* vbi quod non est apta tollere reseruationem generalem in corpore iuris clausam, & ibi eum omninò videas. *Gemin. consl. 12. nu. 4. Simonett. de reseru. quæst. 4. nu. 15. & ibi addent. & quæst. 73. num. 1.*

2 Item nec reseruationem specialem pro certa persona. *Simonett. de reseruat. quæst. 73. num. 2. & seqq. Gemin. d. consl. 12. sub num. 4.*

3 Sed intelligitur de speciali reseruatione super certo beneficio, non tamen pro certa persona. *Gemin. consl. 12. num. 4. Simonett. d. quæst. 73. num. 4.*

4 Nisi iam acceptasset, & esset illi prouisum. *Simonett. d. quæst. 73. num. 6.*

5 Hæc clausula non est potēs ad comprehendendum reseruationes, de quibus est facienda mentio specialis. *Ferrett. consl. 3. nu. 6. & seq.* vbi de reseruatione octo mensium, &c.

6 Quæ sint generales reseruationes, & quæ speciales, vide *Gonzal. in Regul. 8. Cancellar. glos. 30.*

Clausula 366. Etiamsi generaliter reseruata, &c.

Num. 1. Clausulæ generales quamcumque generalem reseruationem importantes, etiamsi in corpore iuris clausa resultet, licet de stricto rigore capiat reseruationem ex familiaritate Papæ, attamen nec Camera, nec Cancellaria dabit per tales clausulas sine scientia Papæ, propter eius reuerentiam, & si in prouisione dicatur præterquàm per obitum apud Sedem. *Put. decis. 441. lib. 1.*

2 Hæc clausula non capit beneficium vacans per obitum Prothonotarij Apostolici, quia de hac reseruatione est facienda mentio specialis. *Guidobon. decis. 61.*

3 De hac clausula, vide *Rebuff. in 3. part. signat. in verb. & eum clausula generalem reseruationem, &c. per tot. & post eum Paris. de resignat. lib. 8. q. 7. nu. 68.*

Clausula 367. Etiamsi nullum ius N. competeret, &c.

Hæc clausula, si ponatur in corpore supplicationis, & relicta fuerit in clausulis, quid attēdatur, vide *Put. decis. 334. lib. 1.* vbi quod attendatur non cancellatio, & quod propterea cedens non teneatur iustificare ius suum cessum, vbi contrà cessionarium agit ad pensionem sibi ex causa cessionis dicti iuris reseruatam.

Clausula 368. Etiamsi per electionem, &c.

Num. 1. Ista clausula in dispensatione, aut alia gratia, &c. est necessaria, quia si illa fiat de beneficijs spectandis ad præsentationem, institutionem, collationem, & quamlibet prouisionem, non comprehendentur beneficia spectantia ad electionem, nisi hoc expressum fuerit. *Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. & ad Trioratum. & in repet. cap. nulla. consl. 35. vers. Decimaquinta clausula. pag. mihi 440. col. 1. de conceß. prabend.*

2 Quando verò electio veniat sub verbo collatio, prouisio, &c. vide *Gonzal. in regul. 8. glos. 16. num. 2. & glos. 17. nu. 1. & glos. 19. & Rebuff. in d. cap. nulla. col. 35. in Decimaquinta clausula. versic. circa illud.*

Clausula 369. Etiamsi pro alio scripserimus, &c.

Num. 1. Hæc clausula, posita in mandato de vacaturo, ostendit mentem Papæ volentis grauare collatorem, Ordinarium pluribus mandatis. *Rebuff. de clausl. mandat. nu. 25. in fin. & consl. 47. num. 7.*

2 Si duo mandata impetrata fuerint, primum cum clausula, etiamsi pro alio scripserimus, alterum cum clausula si pro alio non scripserimus, &c. neutrum valet. *Rebuff. in form. mandat. Apostol. in verb. pro alio non scripserimus. vers. tertius est. & seq.*

3 Hæc clausula, nisi adsit clausula anteferri operatur, vt secundum mandatum non sit subreptitium eo, quia de primò non sit facta mentio, non autem operatur, vt secundus impetrans in aliquo primo præferatur. *Rebuff. in repet. cap. nulla. colum. 33. versic. Decimatertia est clausula. pag. mihi 439. col. 1. de conceß. præbend.*

Clausl. 370. Etiamsi quæuis alia generalis reseruatio, &c.

Hæc clausula, posita in gratia quid operetur, & an per eam constet Papam voluisse dare beneficium etiam reseruatum, vide *Rot. decis. 575. num. 4. lib. 3. part. 3. diuersor.* vbi etiam ea stante sit locus regulæ de mense.

Clausula 371. Etiamsi specialis, vel specialissima mentio.

Hæc clausula operatur sufficientem derogationem. *Imol. consl. 107. num. 2.*

Clausula 372. Etiamsi sub eodem tecto, &c.

Num. 1. Hæc clausula est necessaria, quia dispensatus ad plura nequaquàm censetur dispensatus, vt illa habeat sub eodem tecto, etiam simplicia, nisi hoc dictum fuerit. *Rebuff. in tit. de dispensat. rat. ætat. in verb. etiamsi sunt sub eodem tecto.*

2 Quinimò, si id fuerit dictum, non tamen poterit obtinere duo, si alteri sit annexa Capella in eadem Ecclesia, nisi & hoc quoq; fuerit in dispensatione expressum. *Rebuff. vbi suprà. vers. Quinimò si fuerit expreßum, &c.*

Clausula 373. Etiamsi super illis aliæ pensiones, &c.

De intellectu huius clausulæ, vide *Rotam in Carpentoracten. pensionis 15. Martij 1602. coràm Cardin. Lancellotto.*

Clausula 374. Etiamsi talia forent, &c.

Clausula, Etiamsi talia forent, quæ specificam, & indiuiduam mentionem requirerent, &c. operatur, vt per eam censeatur derogatũ dispositioni, specialem, & indiuiduam derogationem requirenti, & habenti clausulas derogatorias ad futuras dispositiones. *Bald. & Angel. in l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Alex. cons. 155. nu. 12. lib. 6. Soccin. cons. 3. num. 10. & 11. lib. 3. Curt. Iun. cons. 110. nu. 32. Parif. cons. 1. n. 92. lib. 2. Rota in Conchen. exemptionis decimarum 17. Martij, & 10. Maij 1589. coràm Orano.*

Clauf. 375. Et inde in posterũ ad omnẽ eius requisitionem, &c.

Num. 1. Hæc clausula diei apposita operatur, vt aduenıente die, debitor non constituatur in mora, nisi nisi fuerit requisitus, *vide addent. ad Dec. in l. vinum. sub num. 9. ff. si cert. petat.*

2 Contrarium, quod constituatur in mora, absquè interpellatione, tenet *Bart. in l. qui stipulatus sim mihi à proculo. ff. de verbor. obligat. cum alijs per Gabr. de solut. conclus. 9. num. 3.*

Clauf. 376. Et loco dimissa, vel dimissorum aliud, vel alia simile, vel dissimile, &c.

Hæc clausula posita in dispensatione ad plura, & eius effectu, & vtilitate, vide *Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. & loco dimissi, & verb. vel dissimile, & in form. mand. Apostolic. in verb. dispensationum. vers. Item dispensatus. ad fin.*

Clausula 377. Et per Breue, &c.

Hæc clausula apposita in supplicatione operatur, vt sit necessaria expeditio Breuis, ita vt eo non expedito, gratia non suffragetur. *Rota in Romana, seu Tiburtina Horti 12. Decembris 1588. coràm Cardin. Mantica.* vbi in terminis, si inciuidentem.

Clauf. 378. Et post mortem, &c.

Clausula ista operatur, vt fideicommissum dicatur conditionale, & non purum. *Rota in Perusina bonorum 13. Februarij 1579. coràm Brauo.*

Clauf. 379. Et præfata fuit sæpius confessus in præsentia testium fide dignorum.

Hæc clausula apposita in libello est vtilis, vide *Iaf. in §. omnium. num. 162. Instit. de act.*

Clausula 380. Et pro potiori cautela, &c.

Num. 1. Hæc clausula, Et pro potiori cautela perpetuò vnimus, &c. habet vim nouæ concessionis. *Ruin. consil. 31. nu. 6. & 35. nu. 31. lib. 1. Dec. cons. 341. nu. 7. cum alijs in causa Caurien. 5. Nouembris 1576. coràm Cantuccio,* & fuit dictum *in causa Bisuntina, & Barbien. pensionis 10. Maij 1602. coràm Seraphino. est decis. 1483. num. 1. part. 2.*

2 Ista clausula in confirmatione inuestituræ, ân & quando operetur, quod in ea dicantur comprehensæ nouæ personæ, vide *Rota in Clusina Postæ 13. Iunij 1612. coràm R. P. D. Pirouano.*

3 Hæc clausula facit, vt confirmatio habeat vim nouæ concessionis. *Ruin. cons. 31. nu. 6. & cons. 35. sub nu. 31. lib. 1. Dec. cons. 341. sub n. 7. Rot. diuers. decis. 36. part. 2. num. 7.* & fuit resolutum *in Bisuntina Monasterij 10. Maij 1602. coràm Card. Seraphino. est decis. 132. num. 1. part. 2.*

4 Limita si innouatio esset simpliciter accessoria ad confirmationem, quia tunc innouatio priuilegij solet apponi pro maiori validitate confirmationis, & nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio. *Cassad. decis. 1. de confirm. vtil. vel inutil. Rota in causa Mediolanen. decursus aquarum 28. Aprilis 1581. coràm Clemente VIII. & in Tirasonen. Prioratus 26. Iunij 1595. coràm Card. Blanchetto.*

5 Et recipit easdem interpretationes, & obiectiones, quàm ipsa confirmatio, fuit resolutum *in Tirasonen. Iurisdictionis de Tudela 1. Aprilis 1587. & in d. Tirasonen. Prioratus coràm Blanchetto.*

6 Adde, quod si fiat confirmatio dispositionis reuocatæ, non sustinetur non facta mentione reuocationis subsecutæ. *Crescent. decis. 8. de præbend. Put. decis. 26. Ant. August. de subrept. & obrept. num. 60. Rot. in d. Tirasonen. Prioratus coràm Blanchetto.* vbi fuit dictum, quod si Papa sciuisset illam reuocatam fortè non concessisset.

7 Confirmatio priuilegiorum cum clausula de nouo, &c. non substinetur in vim noui priuilegij, nisi verificentur priuilegia narrata. *Rota in Tirasonen. Iurisdictionis 1. Aprilis 1591. coràm Blanchetto. & 27. Iunij 1594. coràm Cardin. Millino,* vbi fuit dictum, quod concessio fuit facta, non quod vellet Papa concedere, etiamsi non adessent priuilegia, sed quia aliqua ex illis fuerant reuocata.

8 Dic verum, etiamsi concessio esset limitata per alias clausulas, vt putà dummodo sint rationabilia, & honesta, & in vsu, quia tunc deberet verificari, & fuit resolutum *in d. Tirasonen. Iurisdictionis coràm Card. Millino.*

9 Limita, quando simile priuilegium de nouo conceditur, quia tunc narratum non est verificandum. *Rot. diuers. d. decis. 36. nu. 8. par. 2.* & fuit dictum *in d. Tirasonen. Iurisdictionis 1. Aprilis 1591. coràm Blanchetto.*

10 In materia huius clausulæ quid importet, & quomodo procedat, *vide in Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coràm Card. Pamphilio. & 14. Decembris 1609. coràm eod.*

Clausula 381. Et propterea, &c.

Hæc clausula est illatiua, quæ ita coniungit disponens, vt clarè appareat vnam ab altera pendere, vt fuit dictum *in Fauentina fideicommissi 5. Iunij 1609. coràm Seraphino.*

Clausula 382. Et quæ melius ex præmissis elici possunt.

Nu. 1. Hæc clausula apposita in libello non tollit initium ineptitudinis. *Aym. cons. 151. num. 4.*

2 Nec operatur quoad ea, quæ narrata non sunt, nec in narratis comprehendi possunt. *Aym. d. cons. 151. sub num. 4.*

Claus. 383. Et quascumq; res suo nomine facere, requirere, &c.

Hæc clausula posita in mandato reddit illud sufficiens, tàm ad agendum, quàm ad defendendum. *Rot. decis. 424. num. 2. lib. 3. part. 3. diuers.*

Clausula 384. Et quod huiusmodi, &c.

Hæc clausula posita in testamento respectu substitutionis, quid importet, vide *Rot. decis. 658. num. 6. & 15. part. 1. diuers.*

Clausula 385. Et retinere, &c.

Hæc clausula in dispensatione ad recipiendum, seu obtinendum beneficia est necessaria, quia dispensatus ad obtinendum, seu recipiendum non dicitur dispensatus ad retinendum. *Rebuff. de dispensat. rat. atat. in verb. Et insimul retinere. &c.*

Clausula 386. Et sic, &c.

Hæc clausula est restrictiua præcedentium, & declaratiua, ac significatiua modorum expressorum. *Rot. decis. 568. num. 4. part. 1. diuers.*

Clausula 387. Et si de illis, &c.

Hæc clausula operatur indiuiduam derogationem, sicut clausula, Quorum tenores. *Feder. de Sen. consil. 47. num. 3. Butr. cons. 2. alids 49. in fin. Gemin. consil. 65. nu. 28. Anan. cons. 56. num. 3. Alex. cons. 155. num. 12. lib. 6. Soccin. cons. 3. num. 10. & seq. lib. 3. Ias. cons. 11. nu. 3. lib. 3. Curt. Iun. cons. 110. n. 32. Gozzad. cons. 6. nu. 54. & cons. 52. nu. 9. Paris. cons. 1. num. 92. lib. 2. Aym. cons. 126. versic. Rursus, vt dicitur. & sub num. 7. vers. secundò dum dicitur. Rip. in cap. 1. nu. 55. de rescript. Tiraq. de legib. connub. glos. 7. nu. 202. & 204. Cassad. decis. 38. nu. 3. super regul. Gambar. de potestat. Legat. 8. tit. de potest. legat. in legib. & stat. condend. num. 33. & 39. & seqq. Gabr. de claus. concl. 5. nu. 12. Rota in causa Astoricen. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coràm Seraphino, vt in decis. 137. nu. 6. part. 1. diuers. Conchen. decimarum 17. Martij 1589. coràm Orano. & vide in causa Salamantina vnionis 4. Iunij 1593. coràm Blanchetto.*

Clausula 388. Et si plus valet, donat.

Num. 1. Hæc clausula non operatur, nisi data scientia veri valoris, nec sufficit generalis scientia, sed requiritur particularis, certa, & indubitata, *vt per Doct. communiter in l. 2. vbi Bart. nu. 14. & seqq. Pantaleo. Crem. nu. 17. Cagnol. num. 124. Pinell. part. 1. cap. 20. nu. 20. C. de rescind. vendit. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. nu. 14. Gabr. de empt. & vend. conclus. 1. nu. 52.* & fuit resolutum *in causa Anconitana rescissionis contractus 9. Decembris 1576. coram Robusterio.* & fuit dictum *in causa Romana rescissionis contractus 18. Aprilis 1579. coràm Seraphino. Soccin. consil. 48. num. 8. lib. 4.*

2 Hæc clausula in contractu venditionis apposita, facit cessare remedium. *l. 2. C. de rescind. vendit. Bart. ibid. nu. 9. Aym. cons. 129. sub num. 1. & alij relati per Gabr. de empt. & vendit. conclus. 1. nu. 52.*

3 Dic, si apponatur à sciente valorem rei, facit cessare dictum remedium, si verò ab ignorante, ita demum si adsit læsio in modica quantitate, quia tunc hæc clausula refertur ad modicum. *Aym. d. cons. 192. sub nu 1. & alij relati per Gabr. vbi suprà.*

4 Hæc clausula si sit geminata, tunc proculdubiò tollit remedium. *l. 2. C. de rescind. vendit. Gabr. de empt. & vend. conclus. 1. nu. 55.* vbi de communi.

5 Idem, si hoc modo concepta sit, quod donat quantumcumq; vel quicquid plus valet. *Gabr. d. concl. 1. num. 53.* vbi de communi.

6 Idem, quando non accessoriè, sed principaliter ponitur, vt quia principaliter contrahentes volunt donare. *Gabr. d. conclus. 1. num. 56.*

7 Intelligitur de modico, non autem de pluri in magna quantitate. *Alciat. in l. hæc adiectio. 192. nu. 2. ff. de verbor. significat.*

8 Hæc clausula apposita à minore, nihil operatur. *Aym. cons. 192. sub nu. 1.*

9 Inducit præsumptionem simulationis. *Bald. consil. 511. nu. 2. & 487. lib. 5. Aym. cons. 156. n. 9. Veronen. de simulat. contract. præsumpt. 7.*

10 Contrarium. *Gabr. cons. 74. num. 16. lib. 1.*

11 De hac clausula, vide omninò. *Menoch. de arbitr. casu 144.*

Clausula 389. Et si senseris, &c.

Hæc clausula quid operetur, vide *Rot. decis. 121. num. 31. part. 1. diuers.*

Clausula 390. Et vltrà, &c.

Num. 1. Hæc clausula, & alia similis, vel plus, cum sit incerta in teste, nihil operatur. *Bart. in l. Celsus. sub num. 28. & ibi Bald. part. 4. nu. 14. & seq.* vbi plures citat. & de communi testatur. *ff. de vsucap. Alciat. in l. hæc adiectio. 192. num. 4. & seqq. ff. de verbor. significat.*

2 Limita, vbi est probandum aliquid certum, secus vbi sufficit probari aliquid incertum, & indeterminatum. *Alciat. in d. l. hæc adiectio. nu. 2. in fin. cum seqq. Balb. d. part. 4. num. 16. vers. Ex bis.*

3 Limita, etiam alijs modis, *vt per eumdem Balb. vbi suprà. nu. 15. & seq.*

4 Quam quantitatem importet dicta dictio, & similes, remittitur arbitrio Iudicis.

Clauſ.391. Ex certa ſcientia,&c.

Num.1. Hæc clauſula non operatur in his, quæ ſunt facti. *Bald.in l.fin.nu.9. verſic.dicat etiam. C.de ſent. reſcind. non poſſ. Paul.de Caſtr. conſ.84.num.5.lib.2. Alex.conſ.125.nu.13.lib.2.& conſ.122.nu.26.lib.4. & conſil.33.nu.12.lib.5. Curt.Sen. conſ.49. num.34. Corn.conſ.189.num.6. & ſeqq.lib.4. Soccin.conſ.120. nu.7.verſic.reſpondetur etiam.lib.3.Dec.in l.in totum omnia.nu.7.ff.de reg.iur.& conſ.198.num.6. Iaſ.conſil.119.in fin.lib.3.Ruin.conſ.109.nu.15.lib.4.Aym. conſ.126.nu.3. Ferrett.conſ.32.nu.2.lib.1.* & fuit dictum *in cauſa Cæſarauguſtana penſionis 25.Maij* 1585. *coràm Orano. Romana Secretariatus* 10.*Aprilis* 1592. *coràm Seraphino. Put. deciſ.7. num.4.lib.3.* vbi quod non inducit diſpenſationem. *Rebuff.conſ.146.nu.16. Ferret.conſ.31.nu.32. lib.1. vide infrà.* Ideò per eam non dicitur derogatum partium conuentioni, maximè ſi ſit iurata. *Rebuff. conſ.146. ſub num.16.* Vide etiam *infrà num.83.*

2 Hæc clauſula iuncta cum clauſula, Motu proprio, non extendit diſpoſitionem ad maius præiudicium, quàm ſit expreſſum. *Sarnen. de Iur. quæſit. quæſt.1. nu.2.& q.4.num.7. Alex.conſ.37.in fin.lib.1.Soccin. Iun. conſ.65.nu.6.& 13. lib.2.* & fuit dictum *in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum 17. Auguſti 1583. coràm Robuſterio.*

3 Nec operatur contrà proprios filios, de quibus non eſt facta mentio. *Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.num.114.Pariſ.conſ.117.Bolognet.nu.232.verſic. Quod procederet.& nu. ſeq.ff. de liber. & poſthum. Curt.Sen.conſ.13.nu.22.* & fuit dictum *in d. Ciuitatis Caſtelli bonorum 17. Auguſti 1583. coràm Robuſterio.*

4 Hæc clauſula appoſita in confirmatione operatur, vt non ſit opus verificare confirmatum, & facit, vt confirmatio dicatur verè ex certa ſcientia. *Præpoſit. in cap.ſi Romanorum. nu.17. verſic.Item priuilegium. 19.diſtinct.Ruin.conſ.31. num.5. & 6. lib.1. Gabr. de clauſ.concluſ.1.nu.37. Rota in Caurien.Iuriſdictionis 5. Nouembris 1576. coràm Cantuccio, vt in deciſ.36. num.5. part.2. diuerſor.*

5 Hæc clauſula non tollit initium ſubreptionis. *Rip. lib.2. reſponſ.cap.6.nu.10. vt refert Rota d. Caurien. Iuriſdictionis 5.Nouembris 1576.coràm Cantuccio,vt in deciſ.36. num.6. part.2. & alij relati per Gabr. de clauſ.concl.1.nu.26.verſic.contrarium.Abb.in cap.1. ſub nu.8. de confirm. vtil. vel inutil.*

6 Adde, quod etiamſi tolleret vitium ſubreptionis, non tamen tollit, quin poſſit probari contrarium de abreptione. *Dec. conſ.606. num.6.*

7 Dic verum, quando de eo notoriè conſtat, vel per confeſſionem partis, vel ex tenore Bullæ, vel alio modo, vt per *Innocent. in cap.2. in finalib. extrà de confirmat.vtil.vel inutil.Abb.in cap.1.nu.8.eod.tit. Dec. in cap.2. nu.7. propè fin. verſic. Et intelligitur. Bero. in d.cap.1.num.32. verſic. præfata tamen alids ſecus. Rot. d. deciſ.36. nu.6.& 13. part.2.*

8 Et quod tollat ſubreptionem. *Cotta deciſ.157.Alex. conſil.116.in fin.lib.6.& alij relati per Gabr.d.concl.1. nu.26. Pariſ.conſil.3.nu.70. & conſil.5. num.120. & conſil.141. nu.2. lib.4.*

9 Hæc clauſula,tunc ſolum operatur,quando proceſſum fuit cũ cauſæ cognitione, ſecus ſi fuit proceſſũ, abſq; cauſæ cognitione. *Dec.qui alios cit.conſil.407. nu.24.verſic.Vltimò in dictis. facit,quod idem trad. conſil.541.nu.24.verſic.Et conſiderandum eſt.Ferret. conſil.31. num.31.lib.1. vide Mandoſ.in regul.17. q.8. nu.4. ad fin.*

10 Clauſula ex certa ſcientia plus operatur, quàm clauſula Motu proprio, nam illa tollit inhabilitatum impetrantis, quæ non tollitur per Motum proprium. *Staphil.de lit.grat.tit.de clauſ.Motu proprio. num.11. Mandoſ. in reg.16. quæſt.5. nu.2.*

☞ Idem habes infra *in Clauſula 481. Motu proprio. num.97. 98. & 99.*

11 Contrarium, quod clauſula ex certa ſcientia non tantum operetur, quantum Motus proprius, tradit *Rebuff.in repert.cap.nulla.conſil.32. in Decimaſeptima clauſula. ad fin. verſic.Et quod clauſula.pag.mihi 438.col.2.de conceß.præbend.vide Mandoſ. in reg.16. quæſt.5. num.5.*

12 Et probatur teſtibus, quod non eſt in clauſula Motu proprio,quæ ſolis literis probatur. *Staphil. vbi ſuprà.nu.13. Gabr.de clauſ.concluſ.1.nu.69. Mandoſ. d. regul.16. quæſt.6. num.5. & ſeq.*

13 Hæc clauſula includit ſimplicem affirmatiuam, quæ eſt probabilis, clauſula autem Motus proprij includit vnam negatiuam non coarctatam, videlicet, quod nullus ſuper hoc vnquàm Papæ ſupplicauerit, quæ negatiua, vel eſt improbabilis, vel nimis difficilis ad probandum. *Rot. deciſ.27. num.4. verſic.Item alia ratio eſt. de reſcript.in nou.Aegid.deciſ.746.* licet obſeruet *Staphil.de lit.grat.tit.de clauſula Motu proprio. nu.14. & 15.*

14 Clauſula, Ex certa ſcientia, idem operatur, quod clauſula non obſtante. *Staphil. vbi ſuprà. num.17. & tit.Motu proprio, an ſuppl.defect.ætat.nu.3. Ferrett. conſil.75.nu.5.& conſ.109.nu.3.lib.1.Felin.conſil.31. num.16. Lanfranch. deciſ.172. cum alijs per Gabr. de clauſ. concl.1. nu.2 . Mandoſ. in reg.16. q.5. nu.6.*

15 An autem ſit ſufficiens ad tollendam contrariam legem,vel aliam diſpoſitionem habentem clauſulam derogatoriam, vide *Felin. in cap.nonnulli. nu.5.in 5. ampliat. & n.12.col.3.in 4. fallent. per tot.de reſcrip.*

16 Maximè, vbi agitur de præiudicio tertij. *Ferrett. conſil.75. num.5. in fin. lib.1.*

17 Contrarium tenet. *Gozzadin.conſil.62.nu.7. cum alijs per Gabr.d.concl.1. ſub nu.20.Mandoſ.in reg.16. quæſt.6. num.7.*

18 Maximè in graue præiudicium tertij. *Gozzadin. conſil.5. nu.16. Gabr. d. concl.1. num.22.*

19 Hæc clauſula operatur, etiam in præiudicium tertij, etiam in tollendo ius alteri quæſitum. *Dec. conſil.191. nu.3. & conſ.269.nu.8. conſil.271. col.4. conſil.341. ſub nu.5. conſil.390.nu.14.& conſil.624.n.11. Aym. conſil.182. nu.13. cum alijs per Gabr. de clauſ. concl.1.nu.10.Pariſ.conſil.3.nu.77.& 46.& conſil.5. num.127.& conſil.30.nu.47.lib.4. Mandoſ.in reg.16. q.6. nu.11. & in regul.17. q.8. ſub num.4.*

20 Contrarium, quod hæc clauſula non operatur in præiudicium tertij. *Dec. conſil.198. col.4. conſil.373. col. fin. conſil.461.nu.21. conſil.580.nu.4. conſil.606. nu.18. & conſil.669. nu.11. Pariſ. conſil.82. num.65. lib.1. & conſil.3.nu.62.& conſil.5.nu.115.lib.4. cum alijs per Gabr. de clauſ. d. concl.1. ſub nu.10. verſic. Contrarium. Pariſ. conſil.1. nu.84. lib.1.*

21 Adde, quod ſi præiudicium eſt modicum, tunc operatur, ſecus ſi eſt magnum. *Gabr. d.concl.1.nu.9. circa med. vide Aym. conſil.182. nu 13. & ſeqq.* vbi quod ea, quæ eſt modici præiudicij tollit & ea, quæ ſunt

sunt inducta de mero iure ciuili, quia iudicantur modici praeiudicij.

22 Adde tamen, quod iuncta cum clausula non obstante, &c. operatur etiam in notabili tertij praeiudicium. *Aym. cons. 182. num. 13. post med. vers. Immo adest hic. etiam cum alijs per Gabr. de clauf. concl. 1. num. 10.*

23 Haec clausula operatur, vt citatio non sit necessaria, quia eam tollit. *Paris. consil. 1. nu. 70. lib. 2.* Gabr. *alios citans d. conclus. 1. num. 11. Roman. consil. 369. num. 29. versic. Hoc secundò, cum alijs ibi citatis per Mandos. in verb. doctrina.*

24 Contrarium tenet. *Soccin. cons. 264. lib. 2. cum alijs per Gabr. d. concl. 1. sub nu. 11.*

25 Pro concordia, vide *Gabr. d. concl. 1. nu. 13. & 14.*

26 Haec clausula idem importat, quod clausula de plenitudine potestatis. *Dec. consil. 191. sub num. 3. cons. 269. col. 6. cons. 271. col. 4. cons. 341. sub nu. 3. & cons. 655. nu. 22. Paris. cons. 3. nu. 78. lib. 4. Aym. consil. 182. nu. 18. Euerard. in loc. à plenitud. potestat. cum alijs per Gabr. de clauf. conclus. 1. nu. 6. Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausular. de clauf. clausula Motu proprio. nu. 7. & 899.* vbi omninò videas. *Mandos. in regul. 16. q. 3. & 4. regul. 17. q. 8. sub num. 4. Roman. cons. 369. nu. 28. versic. Hac autem.*

27 Habet vim specialis derogationis. *Aym. cons. 182. num. 13. versic. Et habet ista clausula, cum alijs per Gabr. d. conclus. 1. nu. 21.*

28 Amplia, etiamsi praecedat dispositio habens clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones. *Alex. cons. 111. col. 4. lib. 6. cum alijs per Aym. cons. 126. n. 5. versic. Item voluit.*

29 Contrarium, nisi adsit etiam clausula, non obstante, vide apud *Gabr. d. conclus. 1. nu. 25.* vbi de communi. *vide infrà.*

30 Et operatur, ac si de obstante, mentio facta fuisset. *Dec. cons. 341. sub num. 9.*

31 Habet etiam vim clausulae pro expressis. *Gabr. conclus. 1. de clauf. nu. 27.*

32 Et clausulae Motu proprio. *Dec. consil. 137. col. 2. cum alijs per Gabr. d. concl. 1. num. 28. Paris. consil. 3. nu. 57. lib. 4.* vbi videas.

33 Quinimò plus operatur, quam clausula Motu proprio, &c. vide suprà.

34 Haec clausula etiam iuncta cum clausula Motu proprio, & clausula de plenitudine potestatis non inducit dispensationem factam, ex quo inducta fuit inhabilitas ignorauit. *Put. decis. 700. lib. 3.*

35 Quando Princeps dicatur scribere ex certa sciētia, vide *Rebuff. super concordat. tit. de reg. ad praelatur. nomin. in princip. in verb. ex certa scientia. & Roman. consil. 327. nu. 7. & seq. & ibi Mandos. in addit.*

36 Certa scientia non praesumitur, sed debet esse expressa in rescripto. *Ferret. cons. 359. nu. 3. lib. 2. Gabr. de clauf. concl. 1. in fin.* vbi quod Princeps ea vti in dubio non praesumitur, nisi in confirmatione.

37 Ideò debet probari ex eo, qui in ea se fundat. *Hieron. Gabr. consil. 22. num. 37. lib. 1. Gabr. de clauf. concl. 1. nu. 64.* vbi *in seqq.* vide quomodo probetur.

38 Nisi adesset secunda iussio, nam illa habet vim clausulae ex certa scientia. *Ias. in l. nec damnosa. nu. 4. C. de precib. imper. offer. Dec. consil. 137. col. 2. 649. num. 19. Gabr. de clauf. d. concl. 1. nu. 71.*

39 Nec sufficit pro derogatione legū, nisi adsit etiam clausula derogatoria specialis illarum, vbi ipsi derogant rescriptis contrà eam emanatis. *Ferret. d. consil. 359. nu. 4. & 5. lib. 2. & vide suprà.*

40 Clausula, Ex certa scientia operatur, vt quis non debeat audiri ad ea, quae Princeps facit ex certa scientia, & quod de ea non possit dubitari. *Ferrett. dicto cons. 75. sub num. 5. lib. 1.*

41 Amplia etiam non solum, si apponatur ista clausula, sed etiamsi de scientia Principis aliter constet. *Soccin. Iun. cons. 65. nu. 54. lib. 1.*

42 Maximè, vbi apponitur à Papa in materia beneficiali. *Ferret. cons. 75. sub num. 5. lib. 1.*

43 Limita, vbi ageretur de maximo tertij praeiudicio. *Gabr. d. concl. 1. num. 32.*

44 Non enim licet dubitari, nec in dubium reuocare, quod facit Princeps ex certa scientia. *Dec. cons. 191. col. 2. & num. 4. 198. col. 1. 261. in fin. 269. col. 6. 271. col. 4. 341. nu. 3. 373. col. 3. 390. nu. 14. 463. nu. 15. 498. col. penult. 516. sub nu. 8. 588. nu. 3. 614. nu. 7. & 655. nu. 19. cum alijs per Gabr. de clauf. concl. 1. nu. 29. & seqq. Paris. cons. 3. nu. 73. & seqq. lib. 4.*

45 An ista clausula tollat defectū aetatis, vide *Staphil. de lit. grat. de vi, et effect. clauf. tit. de clauf. Motu proprio. nu. 17. & tit. Mot. propr. an toll. defect. aetat. n. 3.*

46 Clausula instrumenti, quod ex certa scientia, &c. quid operetur, vide *Ferret. cons. 306. nu. 4. lib. 2.*

47 Certa scientia colligitur etiam, quod de ea non apparet. *Mandos. in regul. 16. quaest. 6. num. 6.*

48 Haec clausula aequiparatur secundae iussioni. *Mandos. in regul. 16. q. 5. nu. 8.*

49 Haec clausula est maximi effectus, & multum operatur. *Paris. cons. 22. nu. 82. cons. 44. 166. nu. 42. lib. 1. 20. nu. 10. & 30. lib. 4.*

50 Maximè, quando est iuncta cum alijs, nam tunc magis operatur, quam sola. *Paris. cons. 3. nu. 91. lib. 4.*

51 Plures illius effectus, vide hic per discursum, & *Gabr. de clauf. concl. 1. per tot.*

52 Haec clausula tollit simulationem. *Paris. cons. 54. num. 16. lib. 1.*

53 Et tollit conditionem indebiti, vbi est apposita contractui. *Ias. in l. si dari. in fin. ff. de verb. oblig.*

54 Haec clausula ostendit eam apponentem, ita processisse. *Paris. cons. 5. nu. 114. lib. 1.*

55 Et illi standum est tamquàm factae in facto proprio. *Paris. consil. 3. nu. 175. lib. 5.*

56 Et vbi est facta super facto proprio, eo magis illi standum est. *Paris. d. cons. 5. nu. 123. lib. 4.*

57 Haec clausula non tollit ea, quae concessa sunt per viam contractus. *Paris. cons. 11. nu. 123. lib. 4.*

58 Nec trahitur ad iniqua. *Paris. d. cons. 11. nu. 123.*

59 Haec clausula confirmat actum nullum, & inualidum. *Dec. cons. 72. in fin. 262. col. fin. 341. nu. 3. & sub nu. 7. 516. nu. 8. & 534. nu. 3. & 614. sub nu. 17. & 649. nu. 18. Hier. Gabr. cons. 200. nu. 2. lib. 1. & Ant. Gabr. de clauf. concl. 1. nu. 1.* & confirmat gratiam nullam. *Felin. cons. 31. num. 16.*

60 Limita, si appareat Principem de nullitate scientiam non habuisse. *Castr. cons. 84. nu. 5. lib. 2.*

61 Et apposita à Principe in confirmatione statutorum operatur, vt censeantur confirmata statuta iniusta, & iuri communi contraria. *Bart. in l. priuilegia. C. de Sacrosanct. Eccles. & alij relati per Gabr. concl. 1. de clauf. num. 2.*

62 Addito tamen, quod si potest referri ad iusta, & iniusta, ad iusta tantum est referenda. *Gabr. d. conclus. 1. de clauf. num. 2.*

63 Haec

63 Hæc clausula in confirmatione apposita interpretatur, vt confirmet id, quod concedi de iure potuit ab eo, cuius actus confirmatur, non autem, vt validet illud, quod non potuit. *Gabr. cons. 83. n. 82. lib. 1.*

64 Non auget factum. *Gabr. d. consil. 83. nu. 85. lib. 1. Ruin. cons. 60. col. penult. lib. 1.*

65 Contrarium tenet. *Alex. consil. 120. col. penult. lib. 4. & Ruin. cons. 97. col. 1. lib. 3. relat. per Gabr. de clauſ. concl. 1. num. 38.*

66 Hæc clausula apposita in confirmatione statutorum operatur, vt censeantur confirmata statuta disponentia circa iuramentum. *Alex. cons. 18. col. penult. lib. 6. & alij relati per Gabr. de clauſ. concl. 1. nu. 18.*

67 Ac etiam statuta disponentia super rebus Clericorum. *Innoc. & alij in cap. 1. de transact. Abb. cons. 41. lib. 1. relat. per Gabr. de clauſ. d. concl. 1. nu. 19.*

68 Tollit defectus intentionis. *Mil. in verb. scientia certa. Pariſ. cons. 3. nu. 71. cons. 5. cons. 120. & 124. & cons. 147. nu. 2. lib. 4.*

69 Hæc clausula operatur, quod licet aliàs, vbi decretum à Principe interponitur causæ cognitio requiratur, tamen si apponatur huiusmodi clausula alia cognitio non requiritur. *Gabr. cons. 22. nu. 35. lib. 1.*

70 Sed contra hanc conclusionem facit alia conclusio, quæ habet, quod clausula ista nihil operatur, vbi causæ cognitio non præcessit. *Dec. cons. 373. col. fin. cons. 407. num. 24. cons. 410. nu. 21. cons. 528. col. 3. & cons. 606. n. 14. cum alijs per Gabr. de clauſ. d. concl. 1. num. 52. vide suprà.*

71 Hæc clausula inducit dispensationem. *Dec. consil. 614. nu. 19. Mandoſ. super regul. 16. quæſt. 5. num. 4.* vbi quod tollit omnem inhabilitatem. *& regul. 20. quæſt. 5. num. 2. & seqq.*

72 Non supplet defectus substantiales. *Pariſ. cons. 3. n. 51. lib. 4. cum alijs per Gabr. de clauſ. d. concl. 1. n. 43.*

73 Ideòquè, vbi substantia concessionis in totum est subreptitia, nihil operatur. *Pariſ. cons. 3. nu. 61. lib. 4. Gabr. d. concl. 1. num. 47.*

74 Hæc clausula non prodest, vbi narrata sunt falsa. *Pariſ. d. cons. 3. nu. 51. lib. 4.*

75 Fallit, vbi interuenit scientia supplendi, & suppletio eorum. *Pariſ. d. cons. 3. num. 53. lib. 4.*

76 Neque supplet defectus naturales. *Alex. cons. 111. n. 4. lib. 6. cum alijs per Gabr. de clauſ. d. concl. 1. n. 44.*

77 Amplia, etiamsi cum hac clausula esset coniuncta alia clausula supplētes omnes defectus, *vt post Bald. & Alex. in l. si filius à patre. §. fin. ff. de lib. & posthum.* & alios per eum allegatos *trad. Gabr. d. concl. 1. n. 45.*

78 Nec tollit defectum personæ. *Gabr. d. concl. 1. n. 46.*

79 Nec operatur aduersus defectum intentionis. *Rota in Romana Secretariatus 10. Aprilis 1592. coràm Seraphino. est decis. 981. num. 1. part. 1. Castren. cons. 84. num. 5. lib. 2. Alex. cons. 122. num. 25. lib. 4.*

80 Prædicta declara non habere locum, quando expressè constaret Principem de dictis defectibus habuisse notitiam. *Gabr. alios citans de clauſ. concluſ. 1. num. 48.*

81 Hæc clausula non operatur in ignoratis per Principem. *Dec. cons. 198. num. 6. & 373. col. fin. nu. 14. & cons. 506. nu. 18. cum alijs per Gabr. d. concl. 1. nu. 49.*

82 Ideòq; non supplet ignorantiam. *Pariſ. consil. 4. nu. 30. lib. 2. & cons. 3. nu. 63. & cons. 5. nu. 114. lib. 4.*

83 Hæc clausula nihil operatur, quoad ea, quæ in facto consistunt, quia Princeps præsumitur ea ignorare. *Alex. cons. 122. in fin. lib. 4. Dec. cons. 198. nu. 6. & 407. col. fin. 410. sub nu. 21. & 606. num. 6. & 18. & 689. nu. 11. Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 3. cap. 9. nu. 17. cum alijs per Gabr. de clauſ. d. concl. 1. n. 50.* vbi *nu. 51.* de magis communi. *Pariſ. cons. 3. nu. 59. lib. 4. cons. 1. nu. 81. & cons. 11. nu. 122. lib. 1. & cons. 4. num. 3. lib. 2. vide suprà nu. 1.* contrarium tenent *Io. Andr. Abb. Alex.* & alij relati per eumdem *Gabr. concl. 1. nu. 50. versic. Contrarium.*

84 Adde, quod quotiescumq; Princeps saltim in genere, licet non in specie de illo facto potuit habere notitiam, hæc clausula operatur etiam quoad ea, quæ sunt facti, vt per *Alex. cons. 111. nu. 13. lib. 6. & post eum Gabr. d. concl. 1 nu. 51.*

85 Hæc clausula non operatur, vbi status causæ Principi non est narratus. *Grauat. ad Vestr. lib. 3. c. 9. n. 16.*

86 Nec vbi est apposita negatio, de quo Princeps non est informatus. *Dec. cons. 142. nu. 7. & 373. col. fin.*

87 Et tantò magis si Princeps fuisset malè, & erroneè informatus, quia ista clausula nō supplet erroneam, & falsam informationem. *Pariſ. cons. 4. nu. 33. lib. 2.*

88 Facit cessare præsumptionem malè informationis, & intentionis defectus. *Pariſ. cons. 5. nu. 124. lib. 4.*

89 Et excludit omnem ignorantiam, & errorem, & probationem, quæ in contrarium fieri posset, per quàm dicenti contrarium imponitur silentium. *Pariſ. cons. 15. n. 60. & 61. lib. 2. & cons. 3. n. 74. lib. 4.*

90 Contrarium circa vltimum, nempè quod hæc clausula non operetur, quominus contrarium probari possit, & ostendere rem aliter se habere, vide apud eumdem *Pariſ. d. cons. 3. nu. 60. lib. 4. & cons. 1. nu. 82. lib. 1. & cons. 4. num. 31. & seq. lib. 2.* vbi quod ista clausula non operatur, vbi est probatum rem aliter se habere.

91 Hæc clausula posita in contractibus non multum attenditur, cum apponatur ex cōsuetudine Notariorum. *Gabr. de clauſ. concl. 1. nu. 54.*

92 In illis tamen apposita facit cessare præsumptionem erroris, & inducit præsumptionem scientiæ. *Gozzadin. cons. 57. nu. 9. Iaſ. in l. si dari. num. 5. ff. de verb. oblig. cum alijs per Gabr. de clauſ. concl. 1. n. 56.*

93 Limita in muliere, quia in ea non inducit præsumptionem scientiæ. *Gabr. d. concl. 1. nu. 57.*

94 Et licet inducat præsumptionem scientiæ in contractibus apposita, non tamen excludit, quin possit probari contrarium. *Gabr. d. concl. 1. nu. 53.* cum alijs ab eo allegatis.

95 Limita, vbi cum ista clausula esset coniuncta clausula sciens ad infrascripta, &c. *Gabr. de clauſ. concluſ. 1. num. 55.*

96 Apposita in contractibus minorum, nihil operatur. *Gabr. d. concl. 1. nu. 58.*

97 Hæc clausula quid operetur, vide *Pariſ. consil. 56. num. 48. lib. 3.*

Vide etiam Clausulam sequentem, *& suprà Clausula 33.*

Clausula 392. Ex certa scientia, & non per errorem, &c.

Hæc clausula quid operetur, vide *Pariſ. consil. 20. num. 96. lib. 1.* vbi quod non trahitur ad extranea, & separata.

Clauſ. 393. clausulæ Executiuæ.

Nu. 1. Clausulæ executiuæ non ampliant, neq; alterant, neq;

neq; mutant principalem dispositionem. Clem.1.vbi Doct.communiter.de preb. Dec.cons.195.col.3.versic. secundò diligenter.& cons.305.n.6.& seq. cons.403. num.7.8.& 9.& cons.423.nu.18.in fin.& cons.500. nu.9.& seqq.Ias.in l.ius ciuile.nu.8.ff.de Iust.& Iur. Natt.cons.263.nu.3. Bec. cons.88.nu.14. Nonius consil.54.nu.15.Zanch.in l.haredes mei. §.cum ita. p.4. nu.116. ff.ad Trebell. Couar.in rubric. de testam. p.2. nu.13.cum alijs allegatis per Pedemont.decis.164.n.2. Put.decis.369.in fin.lib.1.& 153.in fin.lib.2.& videas Crescent.decis.7.num.5.de conceß. preb. Verall. decis.83.n.3.p.1. Gonzal.in reg.8.Cancellar.in annot. contr. nullit.& attent. nu.243. vbi quod nec tollunt subreptionem.

2 Neque restringunt principalem dispositionem. Crescent.decis.7.nu.5.de conceß.prabend.

3 Et quod quandoq; augent dispositionem principalem, vide Put.decis.177.nu.3.& seq.lib.1.

4 Adde tamen, quod licet non amplient, neq; mutent principalem dispositionem, ex illis tamen colligitur, & declaratur mens disponentis. Bald.in l.eam quàm.nu.37. C.de fideicommiß. Dec.cons.423.in fin. Curt.Iun.cons.30.nu.3.versic.Ad istud.Bec.cons.88. nu.50.& fuit dictum in causa Fauentina de Nicolutijs 19.Martij 1582.coràm Seraphino.Brixien feudi 1.Iulij 1592.coràm Card. Pamphilio. Eugubina beneficij S.Stephani 15.Martij 1589.coràm eodem.vide in causa Valentina decimarum de Cotalua 10.Decembr.1601. coràm Litta.Achill.decis.1.nu.2.de procuratorib.vbi videas.& decis.3.nu.4. qui fil. sint legitim.

5 Vnde ex illis colligitur, de quibus hæredibus intelligatur inuestitura, quando est dubia, vt fuit dictum in d.Brixien.feudi 1.Iulij 1592.coràm Card.Pāphilio.

6 Item ex illis dicitur sublata subreptio, cum ad hūc effectum sufficiat scientia, quæ ex eis colligitur, vt fuit resolutum in Casaraugustana pensionis 19. Februarij 1590.coràm Gypsio.& fuit dictum in causa Eugubina S.Stephani 15.Martij 1599.coràm Card.Pamphilio.

7 In materia, vide suprà latius in clausula, Ad habendum, &c. 140.

8 Clausulæ executiuæ dicuntur, quæ incipiunt à clausula, Pro quibus, &c. vel à clausula, Quæ omnia, & quę solent à notarijs apponi post perfectam substantiam contractus, secus verò quando apponuntur in verbis substantialibus; nam primò casu nō ampliant, nec mutant, vel alterant principalem dispositionem, secundò verò casu sic. Dec. in l.fin. nu.21. C.de pact. & l.non omnes.num.11.ff. si cert. petat.& cons.305. nu.7.& cons.470.nu.2. Curt.Iun.cons.65.sub num.3. Natt.cons.204.nu.7.in fin.& num. seq.Non.cons.54. nu.14. Couar.in rubric.de testament. part.2.num.13. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.1. tit.13.sub nu.7.Craß.in §.donatio causa mortis.quæst.1.n.6.Bec. cons.88.nu.49.Pedemont.decis.164.nu.3.& fuit dictū in causa Brixien. feudi 1.Iulij 1592.coram Card.Pamphilio. Eugubina beneficij S.Stephani 15.Martij 1599. coràm eodem. & in Romana nominationis domus 7. Decembris 1599.coràm eodem.

9 Quando dicantur positæ in parte dispositiua, & quando in parte executiua, vide Pedem.decis.164.& Rotam in Nonantulana bonorum 14.Iunij 1610.& 31. Ianuarij 1611.coràm Card.Sacrato.Ladereb. cons.1. num.14.

10 Clausulæ executiuę, tunc operātur, quādo principalis dispositio sortitur effectū. Rot. decis.544.n.5.p.1.

Clausula 394. Ex his, & alijs animum nostrū mouentibus, &c.

Hæc clausula posita in gratia intelligitur de similibus expressis, ita vt si expressa sint falsa censenda, & gratia remanet subreptitia, neque ratione non expressorum substineri valet. Barbat. cons.37. lib.3. ad quod se refert. Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. probitatis, & virtutum. ad fin.

Clauf. 395. Ex his, &c. animum nostrum ita mouentibus, &c.

Num.1. Clausula, Ex his, &c. animum nostrum ita mouentibus, &c. a Principe prolata operatur, vt dispositio dicatur facta ex iusta causa. Dec. consil.341. sub num.5.& 373. sub num.5.

2 Posita in sententia Iudicis nihil operatur, nisi aliàs ex actis causæ iustæ appareant. Rip.in l.qui Roma. §. duo fratres. num.36.ff. de verb. oblig.

Clausula 396. Exigentibus meritis, &c.

Hæc clausula legitimationi apposita, nihil operatur. Barbat.consil.34. col.10. lib.2.

Clauf.397. Ex mero officio, &c.

Hæc clausula inquisitioni apposita operatur, vt valeat inquisitio, etiam quod diffamatio non præcedat. Bellam. decis.261.

Clausula 398. Ex nunc prout ex tunc.

Num.1. Hæc clausula adiecta actui conditionali sumit robur à die euenientis conditionis, non à die datæ, ad quam nō retrotrahitur. gloss.in Clem. vnic. in verb. ex tunc.vbi Card.nu.9.Anchar.nu.6.Imol.nu.10. Vitalin. num.17.& seq.de concess.prab.addent.ad Rot.decis.2.nu.2.eod.tit.in non.Paris.cons.82.num.7.lib.4. Gabr.cons.185.nu.6.& cons.186.nu.19.lib.1.cum alijs allegatis per Tiraq. de retract. conuent. §.2. gloss.1. nu.87.Caßad.decis.3.nu.5.de prabend.Put.decis.236. nu.4.249.lib.1.& 150.lib.2.Achill.decis.14.nu.7. de appellat.Cott.decis.19.& fuit dictum in causa Mediolanen.Prapositura 16.Martij 1590.coràm Bubalo.& in Vallisoletana Decanatus 11.Decembris.1600.coràm Card. Millino.& vide in causa Salamantina coadiutoria 10.Martij 1593. coràm Penia. Toletana Capellania 25.Ianuarij 1608.coràm Cardin.Pamphilio. Gig consil.127.num.12.Ferret.consil.19.num.3.lib.1.cons.314. num.7.lib.2.

2 Contrarium, quod scilicet existente conditione retrotrahitur ad tempus datæ, & ab ea sumat robur tenent post Angel.Imol.Castr.& Alex.in l.huiusmodi. la 2.nu.3. in 2.notab.ff.de verb.oblig.& in cons.111. nu.23.vbi add.lib.6.Ias.cons.145.col.23. lib.2.& in l.1.nu.4.C.de codicill.Felin.in cap.licet causam.nu.6. de probat.cum alijs allegatis per Tiraquell. d. glos.1. nu.86.Crescent.decis.7.nu.13.& seqq.de conceß.preb. Rot.diuers.decis.826.nu.9.& 932.lib.3. p.3.Mandos. in regul.32.q.30.nu.8.Paris.cons.62.nu.23. lib.2.& vide in Vallisoletana Decanatus 11.Decembris 1600. coràm Card.Millino. vide Gig.consil.127.num.2.& 3.

Mohed.

Mobed. deciſ.21. de præb. Tiraq. de retract. conuent. §.2. gloſ.1. nu.86. Corn. conſ,278. in fin. lib.3.

3 Adde, quod in præiudicium iuris altero medio tempore quæſiti, numquàm retrotrahitur ad tempus datæ, ſed ſumit robur à die euenientis conditionis. *Tiraq. de retract. conuent. §.2. gloſ.1. num.83. & de retract. lignag. §.1. gloſ.10. nu.71. & 74. Put. deciſ.190. lib.2. Cott. deciſ.19.* & fuit dictum *in d. Valliſoletana Decanatus 11. Decembris 1600. coràm Card. Millino. & in Toletana Capellaniæ 23. Ianuarij 1608. coràm Card. Pamphilio.*

4 Si tamen cum ea adſit decretum irritans retrotrahitur ad diem datæ, non obſtante iure ab alio, medio tempore habito, quia ſtante decreto, non eſt conſiderabile. *Ferrett. conſil.5. num.3. & 4. lib.1. & 214. num.7. lib.2.*

5 Hæc clauſula in ſtatutis non retrotrahitur ad initium diſpoſitionis, ſed debet expectari euentus conditionis, & tunc incipit operari, quia diſpoſitio ſub his verbis facta, ſi retrotrahatur, id ſit per fictionem, quæ non habet locum in ſtatutis. *Tiraq. de retract. lignag. §.1. gloſ.10. nu.73. & de retract. conuent. §.2. gloſ.1. nu.88.*

6 Hæc clauſula, quando eſt poſita à Papa in collatione de vacanti, non ſuſpendit gratiam, ſecus eſt in vacaturo. *Card. in Clem. vnic. nu.9. in 1. oppoſit. de conceſſ. prebend. Caſſad deciſ.3. nu.15. de præb. Creſcent. deciſ.7. num.13. & 19. de conceſſ. præb. Achill. deciſ.7. n.4. de renunc. Rebuff. tit. de diſpenſ. rat. ætat. in verb. Tecum vt ex nunc.* & fuit reſolutum *in cauſa Illerden. Canonicatus 22. Octobris 1593 coràm Card. Pamphilio. & vide in cauſa Legionen. Canonicatus 25. Octobris 1594. coràm Aldobrandino. & in cauſa Montiſfaliſci præceptoriæ 6. Februarij 1598. coràm Cardin. Pamphilio. in qua adeſt deciſ. Legionen.*

7 Idem operatur, quando eſt poſita in collatione de vacaturo, dummodo gratia ſit pura, licet executio collata in futurum euentum, *iuxtà text. in cap. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in 6.* ſecus ſi in gratia conditionali, in qua Papa non confert, ſed dat collatorem. *iuxtà text. in cap. ſi cui nulla. de præb. in 6.* vt ibidem declarat. *gloſ. fin. & gloſ.1. in d. cap. ſi ſuper gratia. Guidobon. deciſ.29.* & fuit reſolutum *in cauſa Calagnritana Canonicatus 1. Iulij, & 9. Octobris 1592. coràm Penia. & vide Mandoſ. in regul.32. quæſt.30. nu.8. & in cauſa Salamantina coadiutoriæ 10. Martij 1593. & in Montiſfaliſci Præceptoria 16. Februarij 1598. coràm Card. Pamphilio.*

8 Hæc clauſula qualificat verbum, cui adijcitur, & refertur ad tempus, quo diſpoſitio incipere debeat. *l. debitor. §. fin. ff. ad Trebell. Dec. conſ.283. ſub nu.1. Tiraq. de retract. conuent. §.2. gloſ.1. nu.86. & vide in cauſa Bononien. de Albergatis 14. Martij 1603. coràm Card. Pamphilio.*

9 Hæc clauſula operatur, vt vnum tempus alteri inſit. *l. Titius. la 2. vbi Angel. Imol. & Alex. in 2. not. ff. de verb. oblig. cum alijs per Surd. deciſ.113. nu.10. Rip. in l.1. nu.5. ff. de pignor. & hipoth.*

10 Hæc clauſula, quando ſit vtilis, & quid operetur, vide *Mobed. deciſ.21. nu.4. & 7. de præb.*

11 Reddit gratiam magis efficacem. *Dec. conſ.405. n.1.*

12 Hæc clauſula declarat animum concedentis velle habere locum gratiam ſtatim, atq; eueniat caſus, &c. *Verall. deciſ.215. nu.10. part.1.*

13 Hæc clauſula in gratia in forma Dignum, vel aliàs commiſſa non operatur, niſi adſit prouiſio executoris. *Rot. deciſ.932. lib.3. part.3. diuerſ.*

14 Quid hæc verba ſignificent, vide *Rebuff. tit. de diſpenſat. rat. ætat. in verb Tecum vt ex nunc.*

15 Hæc clauſula non præiudicat illi, cui Papa iam contulit, ſed tantum expectanti. *Ferrett. conſil.19. num.2. lib.1.*

16 Hæc clauſula operatur, vt diſpoſitio retrotrahatur ad tempus actus celebrati. *Tiraq. de conſtit. part.3. limit.2. nu.16. de retract. conuent. §.2. gloſ.1. num.86. Gabr. conſ.69. nu.4. lib.1.*

17 Et vt conſtitutum trahatur, etiam ad ea, quæ de tempore illius non poſſidebantur. *Rip. in l.1. num.5. ff. de pignorib.*

18 An operetur, vt ex conſtituto poſt mortem conſtituentis transferatur poſſeſſio, vide *Tiraq. de conſtit. part.3. limit.2. nu.15.*

19 Hæc clauſula requirit, quod extrema ſint habilia. *Rip. in l.1. nu.5. ff. de pignorib.*

20 Hæc clauſula adiecta diſpoſitioni puræ, & non conditionali operatur, ſeu inducit actum de præſenti, & quod aliàs penderet à futuro euentu. *Mandoſ. in regul.19. q.8. nu.3.*

21 Hæc clauſula operatur, vt conſtitutio liget ſtatim à die publicationis, non expectato ſpatio duorum menſium. *gloſ. in Clem.2. in verb. Ex tunc. & ibi Vitalin. nu.27. Imol. nu.2. de hæretic. Abb. in cap.1. nu.7. verſ. adeò quod ſi. Felin. n.7. in 5. lim. de conſtit. vide Gonzal. in regul.8. in §.5. proœmial. nu.56.* vbi inquit operari, quod liget etiam ante publicationem, & allegat prædictos Doctores, qui tamen hoc nõ dicunt. *Tiraq de retract. conuent. §.1. gloſ.1. ſub nu.86. paulò poſt princ. Card. in d. Clem.2. vol.1. in 1. oppoſit. Gabr. de clauſ. concluſ.3. nu.45.*

22 Intelligitur, quoad nullitatem, actus non autem quoad pœnam. *Doct. ſuprà citati excepto Gabr.*

23 Hæc clauſula ſignificat tempus præſens. *Rebuff. in prax. de diſpenſ. rat. ætat. in verb. Tecum, vt ex nunc. circa princip.*

24 Et confert effectum actus geſti, in tempus præſens. *Iaſ. conſil.145. nu.11. lib.2.*

25 Hæc clauſula operatur actus perfectionem de præſenti, collato effectu in tempus futurũ, & quod vnum tempus alteri cenſeatur ineſſe, ſeu principium trahatur ad finem, & è conuerſo. *Alex. in l. huiuſmodi. 64. nu.3. ff. de verb. oblig. & conſ.111. nu.23. lib.6. cum alijs per Mandoſ. conſ.10. nu.6. & in regul.32. q.30. nu.8. Felin. in cap. licet cauſa. nu.6. paulò poſt princip. de probat.*

26 Et ſignificat, vt tempus futurum trahatur retro ad tempus præſens. *Iaſ. conſil.147. nu.40. & ibi Bec. in addit. lib.2.*

Clauſula 399. Ex quacumquè alia cauſa, &c.

Iſta clauſula poſita in compromiſſo intelligitur, ſecundum naturam illius, ideòq; reſtringitur ad iura competentia de tempore compromiſſi ex quacumq; alia cauſa, quam ex expreſſa, non autem, vt comprehendat futura. *Roman. conſil.88. nu.4. cum alijs ibidem adductis per Mandoſ. in verb. Quacumq; alia.*

Clauſula 400. Extraiudicialiter.

Num.1. Hęc clauſula operatur, quod ſubſtineatur actus, etiam

etiam quod non iustificetur ex actis. *Abb. consil.41. sub nu.1. vers. Nam Bonifatius. part.1, Rot. decis.479. nu.2. & decis.716. nu.4. par.1. & decis.160. ante nu.8. pars.2. diuers.* & fuit dictum *in Romana dationis in solutum* 29. *Martij* 1591. *coram Blanchetto*, vbi ita posita in vna parte rescripti influat in aliam.

2 Item operatur, quod non requiratur partis citatio, licet aliàs esset necessaria. *Thom. de Tan. decis.95.*

Clausula 401. Ex tunc, &c.

Num.1. Hæc clausula posita in proœmio regularum Cancellariæ declaratur voluntas Papæ, vt non sit necessaria publicatio regularum ad hoc, vt ligare incipiant, sed quod statim obligent ad effectum nullitatis actus in contrarium gesti, non autem quoad pœnas incurrendas. *Abb. in cap.2. nu.7. versic. adeò quod. & Felin. sub num.7. limit.5. & alij de constit. Gonzal. in regul 8. in §.5. proœm. nu.56.*

2 Hæc clausula suspendit actum vsque ad extremum tempus. *Felin. in cap. licet causam, nu.6. in princip. de probat.*

Clausula 402. Facias, prout volueris, &c.

De hac clausula, vide *Felin. in cap. dilecti. num.3. versic. Quid si dictum fuerit. de Iudic.*

Clausula 403. Facio traditionem, exhibitionem, & cessionem, &c. omnium bonorum, &c.

An per istam clausulam probetur traditio, &c. vide *Roman. cons.509. num.23.*

Clauf. 404. Fiat vt petitur, &c.

Num.1. Hæc clausula significat, quod gratia fit ad supplicationem partis, secus si dicatur fiat Motu proprio, licet appareat supplicationem partis præcessisse. *Sarnen. in regul. de annal. col.4. vers. ratio assignatur.* vide pro conclusione. *cap. si Motu proprio. & ibi glos, & Doct. de preb. in 6.*

2 Et operatur, vt si petantur plura, quarum aliqua sint secundum ius, & alia contrà ius censeantur tantum concessa ea, quæ sunt secundum ius. *Rebuff. in l. quod suffit. in 2. notab. nu.59. ff. de re iudicat.*

3 Et si plura petantur, quorum aliqua iustitiam, aliqua gratiam concernant, & tantum quæ iustitiam concernunt, concessa censentur non autem ea, quæ gratiam. *Marant. de ordin. Iudic. part.4. dist.9. nu.6. Granat. ad Vestr. lib.3. cap.2. sub nu.21.*

4 Sed adde, quod hodie non concedenda solent cancellari, aliàs si non cancellentur, & signetur gratia cum hac clausula omnia concessa censentur. *Rebuff. vbi suprà d. nu.59. ad fin.* vbi quod hodie hoc iure vtimur.

5 Hæc clausula in signatura, posita refertur ad omnia petita, *Gemin. cons.65. num.28.*

6 Secus si dicatur, fiat, & committatur, *Gemin. d. consil.65. num.29.*

7 Hæc clausula intelligitur de præsenti non de futuro. *Felin. in rubric. de constit. nu.6.*

8 Et significat concessionem gratiæ ipso facto. *Dec. consil.175. colum.3. in med. Granat. ad Vestr. lib.3. cap.2. num.21.*

9 Clausula fiat, vt petitur, operatur, vt omnia petita in supplicatione concessa censeantur. *Corn. cons.247. lib.1. Felin. in cap. super literis. num.9. de rescript. Granat. ad Vestr. lib.3. cap.2. nu.19.*

Clausula 405. Generalis.

Nu.1. Clausula generalis in fine posita debet referri ad omnia singula singulis referendo. *Glos. in fin. in l. si negotium. C. de neg. gest. & in l. fin. in verb. Vniuersitatis. C. de fideicomm. in l. generaliter, in verb. non expectata sub conditione. in verb. fortuna. C. de cad. toll. in l. qui in futurum. in glos. fin. ff. de pact. Instit. de except. in princ. in verb. in factum. & authent. de exhib. reis. in princip. in verb. decretis. Dec. cons.187. col.2. versic. Quartò considerandum est. cons.384. sub nu.6. versic. Illud verò granamen. cons.225. col.1. cons.291. col.5. vers. non obstat, quod etiam. cons.391. sub nu.6. versic. illa verba. cons.394. sub num.3. & cons.646. in fin. Socein. Iun. cons.125. nu.15. lib.1. Aym. consil.98. nu.11. Rimin. Iun. cons.31. nu.99. lib.1. & consil.602. nu.10. lib.6. & vide in causa Toletana pensionis 23. Septembris 1591. coram Orano.*

Idem habes suprà *in Clausula* 115. *à num.1.*

2 Dic verum, quando clausula generalis aliter saluari non potest secundum rectitudinem sermonis, vel sequeretur correctio, vel repugnantia in eadem dispositione, aut ex alia simili causa, secus quando nulla adest causa, vel ratio ita referendi, quia tunc nō est facienda talis relatio, sed generaliter ad omnia, secundum verborum proprietatem referenda, iuxtà doctrin. *Angel. in l. fin. nu.4. C. de fideicommiss.* & fuit dictum *in causa Caurien. iurisdictionis .6. Nouembris* 1576. *coram Cansneeto. vt in decis.54. num.15. & seq. part.2. diuersor. & vide in d. Toletana pensionis* 23. *Septembris* 1591. *coram Orano.*

3 Clausulæ quantumuis generales sunt intelligendæ, & restringendæ secundum naturam actus, super quo interponuntur. *l. iubemus. C. ad Velleian. l. stipulatus. ff. de vsur. l. si vno. in princip. vbi Bart. ff. locat. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst.2. nu.11. de verb. obligat.*

4 Clausula generalis ad quascumque dispositiones derogatorias non egreditur limites principalis dispositionis, sed ab ea regulatur, & non habet locum, nisi ea effectuata. *glos. in l. patronus. §. si patrono. in verb. Flauiana. ff. si quis in fraud. patro. Felin. in cap. licet in corrigendis, sub num.7. de offic. ordinar. Dec. consil.195. col.4. versic. tertio hoc non omninò. Paris. consil.1. nu.90. & cons.11. nu.34. lib.1.* & fuit dictum *in causa Oriolen. decimarū* 19. *Iunij* 1586. *coram Orano. & in causa Eugubina S. Stephani* 15. *Martij* 1599. *coram Card. Pamphilio*, vbi de clausula derogatoria generaliter ad quascumq; dispositiones. *Put. decis.1. lib.1. Gabr. de clauf. concl.3. nu.82. & 85. Rota in Romana Clericatus* 27. *Nouembris* 1602. *coram Cardin. Pamphilio. Clem.1. de concess. preb. Bonon. optionis.*

5 Clausula generalis in dubio non restringitur, quando post expressionem generis subsequitur enumeratio specierum, quia species dicuntur expressæ causa demonstrationis, & maioris declarationis, non autem causa restrictionis. *l. quæsitum. §. fin. ff. de fund. Instruct. l. legata suppellectilis. ff. de suppellect. leg. l. pediculis. §. habet. ff. de aur. & arg. legat. Dec. in cap. Sedes. nu.9. de rescript. & in l. in toto iure. nu.15. & 16. ff. de reg. iur. Socein. Iun. consil.98. num.30. lib.1. Aym. consil.227. nu.7. versic. quartò licet. Cephal. cons.372. nu.14.*

nu.14.& seqq. Rimin. Inu. cons.216.nu.18. cum plurib. seqq. lib.2. Afflict. decis.106. num.2. & 3. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib.9. tit.3. nu.17. & fuit resolutum in Romana legatorum de Vitellis 11. Februarij 1583. coràm Sanctiss. Aldobrandino, in qua Domini recesserunt à resolutione facta in eadem causa coràm Blanchetto 30. Ianuarij 1581.

6 Præsertim, quando specierum enumeratio respicit actum legandi, vt per Bart. in l. quæsitum. §. fin. nu.1. & 15. paulò post med. versic. Aut respicit. ff. de fund. instruct. Abb. in cap. Sedes sub num.12. ad fin. versic. Aut species. & ibi Dec. n.9. vers. aut species. de rescrip. Idem Dec. in l. in toto iure. num.16. ff. de reg. iur. Corn. cons.4. sub nu.6. lib.2. & cons.200. nu.6. lib.3. Ruin. cons.165. nu.5. lib.3. Paris. cons.92. nu.41. lib.1. Cephal. cons.372. nu.19. lib.3. & fuit dictum in d. Romana legatorum de Vitellis 11. Februarij 1583. coràm Sanctiss. Aldobrandino.

7 Et adde, quod in dubio censetur respicere actum legandi. Bart. in l. quæsitum. §. fin. sub nu.15. paulò post med. versic. Aut potest esse dubium. ff. de fund. instruct. Dec. in cap. Sedes. nu.9. vers. Aut species. de rescript. Corn. cons.200. nu.6. lib.3. & fuit dictum in d. Romana legatorum de Vitellis 11. Februarij 1583. coràm Sanctiss. Aldobrandino.

8 Item, quando genus, & species eamdem personam respiciunt. l. quæsitum. §. Item veniunt. ff. de fund. instruct. l. si mancipia. in princip. cod. tit. Dyn. in cap. generi. de reg. iur. in 6. Dec. in l. in toto iure. nu.15. ff. eod. Aym. cons.227. nu.9. Cephal. cons.372. num.28. lib.3. & fuit dictum in d. Romana legatorum de Vitellis 11. Februarij 1583. coràm Sanctiss. Aldobrandino.

9 Præsertim, quando non adest aliqua dictio taxatiua, seu declaratiua. Aym. cons.227. nu.8. & fuit dictum in d. Romana legatorum 11. Februarij 1583. coràm Aldobrandino.

10 Idem, quando inter genus, & speciem ponitur copula; & vel alia dictio copulatiua, vel ampliatiua. Paris. cons.92. nu.34. & 35. lib.1. & fuit dictum in d. Romana legatorum de Vitellis 11. Februarij 1583. coràm Sanctiss. Aldobrandino.

11 Præsertim, quando species subgenere continetur. Afflict. decis.106. nu.8. Aym. cons.227. num.9. in fin. & num.410. & fuit dictum in d. Romana legatorum de Vitellis 11. Febr. 1583. coràm Sanctiss. Aldobrandino.

12 Clausula specialis non restringit præcedentem generalem. l. regula. §. & liect. ff. de iur. & fact. ignor. Imol. in l. si ita quis. §. ea lege. sub nu.9. ff. de verbor. oblig. Dec. cons.115. col. penult. vers. confirmatur hoc. & fuit dictum in causa Camerinen. domorum 18. Aprilis 1572. coràm Oradino. vt in decis.11. ante num.2. part.1. diuers.

13 Dic verum in dubio, secus quando res est clara, quia attenditur clausula specialis, & non generalis. Salic. in l. fin. vers. siquidem. nu.2. C. de pact. dotalib. & fuit dictum in d. Camerinen. domorum 9. Maij 1572. & 18. Aprilis 1572. coràm Oradino, vt in decis.8. nu.3. & decis.11. nu.2. & 3. part.1. diuers.

14 Clausula generalis sequens specialiter præmissa, regulariter restringitur ad ea, quæ sunt similia expressis, non est ad diuersa. Felin. in cap. Sedes. nu.3. de rescript. vbi, & in sequentibus omninò videas, qui ponit multa similia, & plures dat declarationes, & vide infra.

15 Clausula generalis copulatiuè ad specialem posita venit ampliatiuè ad obiectum in speciali. Dec. consil.195. col. penult.

16 Et intelligitur secundum qualitatem specialis. Dec. cons.195. col. fin.

17 Clausula generalis à nulla regitur lege, vel causa. Afflict. decis.319. nu.3.

18 Clausula generalis non refertur ad specificata. Mohed. decis.13. nu.4. de præbend.

19 Clausulæ generales positæ in supplicatione post versiculum, & cum absolutione à censuris, &c. non dicuntur executiuæ, sed cum sint positæ inter decreta ad validandam gratiam, post corpus supplicationis, & habeant particularem signaturam Papæ, dicuntur dispositiuæ, & ita ampliant, & restringunt gratiam. Cassad. decis.5. nu. . de reseruat. & fuit dictum in causa Engubina beneficij S. Stephani 15. Martij 1599. coràm Card. Pamphilio.

20 Et ideò clausula suspensiua, quæ ponitur inter hæc decreta, dicitur pars gratiæ, & ideò operatur effectum suum, ita vt ampliet, vel restringat principalem dispositionem, nec dicitur clausula executiua. Cassad. d. decis.5. nu.2. de reseruat. & fuit dictum in d. Engubina beneficij S. Stephani 15. Martij 1599. coràm Card. Pamphilio.

21 Adde, quod istæ clausulæ generales sunt positæ fauore impetrantis, & ideò potest impetrans omittere aliquam earum in literis, vt fuit dictum in Calagurritana beneficij de Cenizero 30. Octobris 1587. coràm Card. Pamphilio. vbi de clausula, Quæuis generalis reseruatio.

☞ De clausulis positis in supplicatione. Vide suprà in Clausula 117.

22 Clausulæ generales appositæ in mandato restringuntur circa contenta in mandato, & vltrà illa non extenduntur. cap. qui ad agendum. de procurat. in 6. Alberic. in l.1. n.12. ff. de offic. procur. Cæs. Alex. in l. qui Romæ. §. Callimachus. nu.6. ff. de verb. oblig. & consil.22. in fin. lib.1. Ruin. cons.59. num.3. lib.5. & fuit dictum in Calagurritana iurisdictionis 2. Decemb. 1580. coràm Rubeo. Ariminen. census 2. Iulij 1588. coràm Seraphino. Nolana mercedis 12. Iunij 1596. coràm Penia. & 2. Iunij 1597. coràm Corduba. & in Veneta bonorū, seu pecuniaria 13. Nouembris 1602. coràm Cardin. Pamphilio.

23 Clausula generalis, quando potest ad specificata restringi, salua ratione recti sermonis ad illa tantum restringitur. Rot. decis.55. nu.12. part.2. diuers.

24 Clausula generalis ad inuerisimilia non extenditur. Mandos. in regul.19. q.19. nu.2. Paris. de resignat. lib.12. quæst.14. nu.11. Roman. cons.436. nu.9. & ibi addent. alios citantes. in verb. non extenditur. & consil.498. num.18. & seqq.

25 Clausulæ quantumuis generales non sunt sufficientes pro derogatione Iurispatronatus ex fundatione, & dotatione. Verall. decis.122. nu.2. part.1.

26 Clausula generalis diminuens legata, non habet locum in legato alimentorum. Ferrett. consil.361. nu.9. lib.2.

27 Clausulæ generales non debent operari contrà speciales, sed potius e contrà. Card. consil.52. nu.7.

28 Ideòq; clausula derogatoria specialis non tollitur per generalem. Card. d. cons.52. num.6.

29 Clausula generalis non tollit exceptiones non specificatas. Card. cons.85. num.2.

30 Clausula generalis non refertur ad specialiter expressa.

pressa. *l. doli clausula. & ibi Doct. ff. de verb. obligat. Dec. cons. 11. nu. 14. & cons. 14. col. 4. & cons. 205. col. fin. Aym. cons. 245. nu. 2. Gabr. cons. 12. sub nu. 7. & 58. nu. 40. & 95. nu. 8. lib. 1.*

31 Præsertim, vbi ab eodem fonte procedunt. *Dec. cons. 284. col. pen.*

32 Et sufficit, quod sit expressum, cum verbis generalibus. *Gabr. cons. 95. nu. 10. lib. 1.*

33 Debet tamen de casibus specialibus esse elatè, & expressè dispositum, secus si tacitè, quia tunc ad ea etiam clausula generalis refertur. *Gabr. cons. 58. n. 40. lib. 1.* vbi videas.

34 Clausulæ generales priuilegiorum, licet prægnantes, quæ aliàs solent habere vim specialis derogationis, non porriguntur ad ea, quæ præsumuntur ignorata. *Curt. Iun. cons. 170. nu. 31. p. 2. Purpur. cons. 18. n. 42. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 77. nu. 106. & num. 126. lib. 1. Natt. cons. 209. nu. 6.* & fuit dictum *in causa Taruisina plebis 28. Iunij 1593. coràm Card. Millino. & in causa Valentina decimarū 1. Iulij 1598. coràm Seraphino.* & vide infrà in clausula, Ex certa scientia, quæ non operatur in his, quæ sunt facti, ex quo præsumuntur ignorata.

35 Clausulæ generales non tolluut defectum personæ. *Put. decis. 70. nu. 3. ad fin. lib. 3.*

36 Per clausulas quantumuis generales non censetur derogatum pactis à Sede Apostolica confirmatis. *Put. decis. 122. nu. 2. lib. 3.*

37 Nec concessis in vim contractus, & pacti. *Crescent. decis. 2. de priuileg.*

38 Nec tollunt ius in re quæsitum. *Crescent. decis. 7. nu. 15. & seq. de conceß. præbend.*

39 Clausulæ generales intelligi debent secundum naturam actus, super quo interponuntur. *Cresc. decis. 6. nu. 10. & seqq. de testament.*

40 Et ideò in diuisione non operantur clausulæ generales, vt per eas dicatur renunciatum fideicommisso, cum illi ex natura diuisionis nō censeatur renunciari. *Crescent. decis. 6. nu. 14. de testament.*

41 Et potius dicendum est, nihil operari, quam quod aliquid operentur, quod sit contrà naturam actus. *Crescent. d. decis. 6. sub nu. 14.*

42 Clausula generalis posita in fine post specificata, comprehendit omnes casus requirentes specialem mentionem. *Rot. decis. 368. nu. 8. p. 1. diuers.*

43 Clausula generalis quantum ad comprehensa sub ipsa omnia in se comprehendit perinde, ac si specialiter essent enumerata. *Oldrad. cons. 322. nu. 2. Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clauf. tit. in verb. contrarijs quibuscumquè. nu. 3.*

44 Clausula generalis habet vim plurium particularium. *Bald. in cap. cum omnes. colum. ante penult. de constitut.*

45 Et quando cum ea vnus casus exprimitur illa specificatio operatur, quod casus similes sub generali comprehensi habeantur pro specificatis. *Dec. consil. 76. col. 3.*

46 Clausula generalis debet referri ad specificata. *Bart. in l. Aurelius. §. Caio. nu. 9. ff. de liber. legat. Dec. cons. 86. nu. 4. col. 2. Afflict. decis. 319. nu. 2. Gozzadin. cons. 87. nu. 10. Gabr. de clauf. concl. 4. nu. 21. Mohedan. decis. 13. nu. 4. de prabend.*

47 Dic verum, dummodo possit fieri salua ratione recti sermonis, sin autem debet generaliter intelligi. *Bart. vbi suprà. Afflict. d. decis. 319. nu. 3. & seq.* vbi in terminis quietationis generalis. *Dec. cons. 86. sub nu. 4. Gabr. loco suprà citato.*

48 Clausula generalis subsequens comprehendit omnia, quæ sunt eiusdem qualitatis, etiam antea non expressa. *Gabr. cons. 85. nu. 2. lib. 1.*

49 Et posita post species enumeratas extēditur, etiam ad casus non expressos. *Aym. cons. 209. nu. 5.*

50 Clausula generalis refertur ad ea, quæ sunt eiusdem generis, & non ad alia. *Oldr. cons. 297. n. 5. in fin.*

51 Clausula generalis non extenditur ad maiora expressis. *Bart. in l. sed, & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Oldrad. cons. 8. Signorol. cons. 76. Dec. consil. 27. nu. 5. & 8. Aym. cons. 95. nu. 10. vide suprà. & circa hoc vide omninò Lap. alleg. 70. nu. 10. & 11.*

52 Adde tamen, quod si clausula sit vniuersalis, & habeat verba prægnantia extenditur, etiam ad maiora in materia fauorabili. *Dec. cons. 486. nu. 2. & 8.*

53 Clausulæ generales sequentes secundum præcedentes intelliguntur, & restringuntur. *Dec. cons. 502. nu. 9. & cons. 521. nu. 4. & 542. nu. 9.*

54 Clausula generalis, vbi in vno tantum casu verificari potest, perinde est, ac specialis, & nominatim posita. *Dec. cons. 27. col. 2. Iaf. in l. 1. nu. 20. ff. de vulg. Gabr. cons. 58. nu. 46. lib. 1.*

55 Adde, quod vbi clausula generalis non habet aliud ad quod referatur sub illa comprehenduntur ea, quæ aliàs non comprehenderentur. *Gabr. dicto consil. 58. num. 47. lib. 1.*

56 Clausula generalis ad non verisimilia non extenditur. *Roman. cons. 436. nu. 9.*

57 Clausula generalis non videtur derogare tacitæ quæ ex natura actus sub intelligitur. *Dec. consil. 179. col. 1. in fin.*

58 Clausula generalis restringitur ex verbis subsequentibus, vt si dicatur, cedit omnia iura, &c. quæ habe virtute talis causæ. *Gabr. cons. 90. nu. 40. lib. 1.*

59 Per clausulas generales importantes liberam facultatem procedendi omisso iuris ordine, nō tollitur, quod actus sic factus non debeat parti notificari. *Felin. in cap. 1. sub num. 52. de constitut.*

60 Nec tales clausulæ operantur quoad tertium, sed solum contrà eos, de quibus loquitur dispositio. *Felin. in cap. 1. sub nu. 51. seu 52. de constit.*

61 Neq; quod Iudex possit parti auferre exceptiones, aut ius quæsitum, sed solum operantur circa formationem processus, *Felin. in d. cap. 1. sub nu. 52.*

62 Clausula generali non indigemus, vbi inest specialis. *l. quid sit fugitiuus. §. deniq; vbi glos. ff. de edilit. edict.*

Clausula 406. Generalia contrà.

Num. 1. Hæc clausula facit, vt commissio, & alia rescripta non dicantur acceptata. *Put. decis. 72. in fin. lib. 3. & vide in Romana domus 31. Ianuarij 1600. coràm Card. Millino.*

2. An autem per hanc clausulam, absq; protestatione citrà consensum, &c. dicatur consensum in iurisdictionem, *vide in causa Parmen. legati 5. Iunij 1596. coràm Card. Mantica, & 10. Decembris 1597. coràm Card. Lancellotto, & in Calaguritana decimarum de Azofin 20. Februarij 1579. coràm Card. Lancellotto.*

3. Hęc clausula in productione iurium magis dirigitur contrà iura producta, quàm contrà personam procuratoris, qui produxit, vt fuit dictum *in causa Abulen. præstimonij 30. Maij 1588. coràm Cardin. Pamphilio.*

4 Hæc clausula respicit solum iura producta, & præseruat exceptiones, quæ possint opponi contrà iura, non autem illorum admissionem, *Verall. decis. 278. part. 2. & vide in causa Parmen. legati 5. Iunij 1596. coràm Card. Mantica. & 10. Decembris 1597. coràm Card. Lancellotto.*

5 Vnde opponens hanc clausulam contrà iura producta, si nihil aliud posteà opponit censetur renunciasse rei iudicatæ, secus si dixit generaliter contrà productionem, & admissionē, *Verall. decis. 323. & 330. nu. 4. part. 1. & decis. 278. & 279. part. 2.*

6 Per hanc clausulam dicitur præseruata facultas opponendi. *Vestr. in prax. lib. 5. cap. vlt. num. 10. & 13. & lib. 6. cap. 2. nu. 23. Tut. decis. 159. lib. 1. Verall. decis. 323. nu. 1. & decis. 330. nu. 3. p. 1. & 279. par. 2.* & fuit dictum *in causa Romana 50. millia. 29. Maij 1574. coràm Aldobrandino, vt in decis. 254. nu. 6. p. 1. diuers. & in causa Bracharen. Iurispatronatus de Pedronillo 28. Nouembris 1601. coram Cardin. Sacrato. Abulen. præstimonij 30. Maij 1588. coràm Card. Pamphilio. & vide in Romana domus 31. Ianuarij 1600. coràm Card. Millino.*

7 Vnde stante hac clausula non censetur quis renunciasse rei iudicatæ. *Verall. decis. 323. num. 2. & decis. 330. nu. 4. part. 1.*

8 Dic tamen, quod licet præseruet exceptiones in genere, non tamen deducit ad speciem. *Paul. de Castr. in l. Titia testatores. num. 2. & 3. ff. de legat. 1. Caputaq. decis. 323. in princip. part. 1.* & fuit dictum *in d. Romana 50. millia 29. Maij 1574. coràm Aldobrandino. d. nu. 6. & in d. Bracharen. Iurispatronatus de Pedronillo 28. Nouembris 1601. coràm Card. Sacrato. Alex. cons. 44. nu. 6. lib. 3. & in Abulen. præstimonij 30. Maij 1588. coràm Card. Pamphilio.*

9 Et ideò antequàm exceptio ad speciem deducatur, nihil operatur, quia exceptiones debent specificè opponi. *Angel. cons. 61. nu. 6. versic. Quoniam verba. Boer. decis. 43. nu. 8. Prob. ad Monach. in cap. vt quis duos. num. 5. de elect. in 6.* & in specie fuit dictum *in dicta Romana 50. millia 29. Maij 1574. coràm Aldobrandino. d. num. 6. & in d. Bracharen. Iurispatronatus de Pedronillo 28. Nouembris 1601. coràm Card. Sacrato.*

10 Adde tamen, quod ista deductio ad speciem, putà, quod iura non sint in forma probanti, potest fieri etiam post sententiam in iudicio appellationis, *ad text. in l. per hanc. in princip. vbi glos. in verb. nouum capitulum. versic. Dic ergo. Bart. num. 4. in fin. C. de tempor. appellat. Rot. decis. 23. num. 2. de re iudic. in nou.* & fuit dictum *in Bracharen. Iurispatronatus de Pedronillo 28. Nouembris 1601. coràm Card. Sacrato.*

11 Non tamen potest fieri post rem iudicatam, cum per eam imponatur finis liti. *l. 1. vbi glos. in verb. maximum. ff. de iureiur. d. l. 1. vbi glos. in verb. accepit. ff. de re iudic. cap. 1. de lit. contestat.* & tenuit Rota *in d. Bracharen. Iurispatronatus de Pedronillo 28. Nouembris 1601. coràm Card. Sacrato.*

Clausula 407. Generaliter reseruata, &c.

Num. 1. Hæc clausula fuit intellecta de tempore octo mensium inducta per regulam reseruatoriam. *Put. decis. 472. num. 6. lib. 2.*

2 In contrarium, vide *Mohed. decis. 13. de præbend.*

Clausula 408. Gratificationis.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt inter duos prouisos Apostolicos eiusdem datæ præferatur, habens hanc clausulam possessori, qui aliàs præfereretur. *Cassad. decis. 2. num. 2. de renunciat.* pro declaratione huius decisionis, vide *Put. decis. 299. nu. 4. vers. nec obstat. lib. 2. Rebuff. in 3. part. signatur. in verb. Et cum clausula gratificationis. nu. 3. & de pacific. possess. nu. 300.*

2 Contrarium, vide apud *Put. d. decis. 299. lib. 2.* vbi tamen loquitur, quando possessor est prouisus ab Ordinario, quia tunc cessat paritas gratiæ ex quo prouisio Ordinarij præsumitur prior. *& Simonett. decis. 3. lib. 2.* vbi quod hæc clausula non operatur, si post gratiam alter habuit possessionem.

3 Hæc clausula quando dicatur exorbitans, & insolita, & quando non, vide *Put. decis. 241. lib. 1.*

4 Quando sit attēdenda, vide *Put. decis. 248. n. 6. lib. 1.*

5 Hæc clausula operatur, vt illam habens præferatur non habenti, etiamsi sit legitimus, & presbyter, habens autem sit illegitimus, & Diaconus. *Rot. decis. 38. lib. 2. part. 2. diuers. Peregrin. decis. 38. aliàs 78. lib. 2.*

6 Hæc clausula iuris fictionis facit gratiam anteriorem, alijs impetratis. *Rot. decis. 422. nu. 4. lib. 2. p. 3. diuersor.*

7 De vi, & efficacia, ac vtilitate huius clausulæ, vide *Rebuff. de pacific. possess. num. 300 & in 3. part. signat. in verb. & cū clausula gratificationis. per tot.*

8 De forma huius clausulæ, vide *Mandos. in reg. 33. quæst. 14. nu. 22.*

9 Duobus modis locus esse potest. *Mandos. d. q. 14. nu. 21. & seqq.*

10 Quando illi locus sit. *Mandos. d. quæst. 14. nu. 24.*

☞ Et quando sit illi locus, & quando non. Vide *in nostris Singular. ex Rota Rom. Part. 5. quæ est circa Leges. ad cap. si à Sede. 31. de præbend. in 6.* vbi habes integram *decis. Card. Simonett.*

Claus. 409. Haberi pro infectis.

Clausula ista, àn operetur, etiam in præiudicium eorum, quibus interim est ius quæsitum, vide *Tiraq. de constit. part. 3. limit. 7. nu. 47.*

Clausula 410. Habita, vel non habita, &c.

Num. 1. Hæc clausula habita, vel non habita possessione, posita in reseruatione pensionis ex benignitate Rotæ non operatur vltrà duos, vel tres annos, vt fuit dictum *in causa Segobien. pensionis 4. Maij 1576. coràm D. de Grassis. vt in decis. 123. aliàs 12. de præbend. num. 3. & in causa Fauentina pensionis 10. Maij 1581. coràm Aldobrandino. vt in decis. 99. nu. 2. p. 1. diuers. & in causa Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coràm Seraphino.* Ista decisio non habetur inter extensas. *Rot. decis. 128. nu. 1. part. 5.*

2 Dic verum, quando lis non est calumniosa, & titularis bona fide succumbit, secus verò quando fuit processum in lite bona fide, & titularis maliciosè succumbit, tunc enim cessat benignitas Rotæ, & clausula extenditur vltrà, vt fuit dictum *in d. causa Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coràm Seraphino.*

☞ Vide *in Clausula 35.*

Clau-

Clauf. 411. Habito tractatu, &c.

Hæc clausula in instrumento alienationis apposita, non probat tractatum interueniffe. *Dec. consil. 36. col. 7. in princip. & conf. 403. col. 4.*

Clausula 412. Habuit, & recepit, &c.

Hæc verba, & similia, an sint verba Notarij, vel partium, vide *Dec. conf. 360. nu. 3. ad fin. & seq. lib. 2.*

Clausula 413. Hoc modo videlicet, &c.

Num. 1. Hæc clausula stat limitatiuè. *Paris. consil. 63. num. 2. lib. 4.*

2 Idem demonstratiuè per illud pronomen hoc. *Paris. conf. 68. sub nu. 14. lib. 3.*

Clausula 414. Illaquè simul dimittere, &c.

Hæc clausula in dispensatione ad plura est necessaria, propter *text. in cap. non potest. de præbend. in 6.* vbi dispensatus ad duo, intelligitur de duobus primis, ita vt illa dimittere, & alia loco illorum obtinere non possit. *Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. Illaq; simul.*

Clausula 415. Imponentes perpetuum silentium, &c.

Clausula impositionis perpetui silentij in sententijs apponi solita, applicatur etiam ad iudicium possessorium, etiam quod habeat petitorium post se, vt fuit resolutum *in causa Ispalen. & Corduben. præstimoniorum* 19. *Nouembris* 1601. *coràm Cardin. Lancellotto.*

Clausula 416. Importuna personarum ambitione inducti, seu verius coacti, &c.

Hæc clausula posita in constitutione reuocatoria indicat, quod gratia habens clausulas insolitas sit per inductionem, & coactionem facta, ita vt in totum censeatur reuocata, & sic non solum quoad clausulas insolitas. *Mohed. decis. 5. de priuileg.*

Clausula 417. In alijs autem omnibus suis bonis, &c.

Num. 1. In hac clausula verbum, alijs, positum dicitur positum per errorem, & imperitiam Notarij, & non importat iuris ministerium. *Castr. conf. 177. num. 1. versic. Et ita dicatur. lib. 1.*

2 Contrarium tenet. *Dec. conf. 653. sub nu. 5. Soccin. Iun. conf. 107. num. 47. lib. 3. & conf. 89. num. 9. lib. 4.* vbi quod ex istis verbis non includuntur alia bona, de quibus supra fuit dispositum. *Fulgos. consil. 99. per tot.*

3 Sed quod includantur, & per consequens illa, alijs tamquàm exprimens, quod tacitè inerat, nihil operetur. *Alex. conf. 25. nu. 9. vers. non obstat. lib. 1. & 252. nu. 4. vers. nec obstat. lib. 6. Ruin. conf. 130. nu. 9. in fin. & seq. & 152. nu. 7. lib. 3. Gabr. conf. 104. nu. 3. lib. 2. Surd. qui plures alios citat. decis. 269. num. 11.*

Clausula 418. In causa, & causis, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt commissio sit generalis, &c. *Rot. decis. 274. nu. 4. lib. 3. part. 3. diuers.*

2 Et tribuit iurisdictionem, cui directa est commissio. *Rot. decis. 281. lib. 3. part. 3. diuers.*

☞ Vide etiam suprà *in Clausula* 37.

Clauf. 419. In causa huiusmodi.

Hæc clausula quomodò intelligatur, & an impediat quominus substitutus, cum illa possit appellare, vide *Put. decis. 345. lib. 1.*

Clausula 420. In circa, &c.

Hæc clausula potest verificari in duobus annis plus, vel minus. *Corn. conf. 179. num. 4. lib. 3.* & fuit dictum *in causa Veneta legitimitatis* 20. *Aprilis* 1587. *coràm Card. Pamphilio.*

Clausula 421. In defectum masculorum, &c.

Ista clausula pro eodem, quo clausula deficientibus masculis accipitur. *Dec. conf. 480. sub nu. 8. & Peregr. de fideicomm. art. 29. nu. 6. post med. vers. sic quoq;*

Clausula 422. Indemnitatis, &c.

Hæc clausula posita in mandato, circa potestatem substituendi per se, non est considerabilis, nec operatur, vt plures procuratores possint insolidum procedere, si absquè clausula, Insolidum fuerint instituti, prout operetur clausula ratihabitionis, si in ea dictum sit per alterum ex ipsis. *Achill. decis. 1. de procur.*

Clausula 423. Indignationem nostram, &c.

Hæc clausula nihil operatur, nisi prout verba sonant, videlicet, quod Princeps indignatus non exhibebit se eis gratiosum. *Bart. in extrauag. qui sint rebell. in fin. in verb. indignationem. Ias. in l. 1. num. 2. ff. si quis iurisdicent non obtemperauer. Alciat. in cap. qui Sedem. nu. 16. de offic. Ordinar. Ruin. conf. 30. nu. 9. lib. 5.* Vide in sequenti clausula, Indignationem Omnipotentis Dei.

☞ Vide etiam Clausulam sequentem, & suprà Clausulam 36.

Clausula 424. Indignationem Omnipotentis Dei, &c.

Num. 1. Hæc clausula importat, quatenus verbum ipsum sonat, & quod agens in contrarium peccat mortaliter. *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausular. tit. de clausula nulli omninò. nu. 3. & 4.*

2 Non importat certam pœnam à iure traditam, sed controuenientium veniunt puniendi extraordinariè. *Rebuff. in repet. cap. nulla. col. 38. in vers. Vigesimasexta, quæ solet apponi. pag. mihi 441. col. 2. de concess. præbend.* vbi àn possit priuari beneficijs. *& in tract. nomin. quæst. 19. nu. 8.*

3 Importat pœnam arbitrariam. *Marsil. singul. 559. sæpè cum alijs per Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 365. num. 4.*

Clausula 425. In dominio talis Principis, &c.

Hæc clausula comprehendit dominia, seu terras, quæ sunt dicti Principis, non solum mediatè, sed etiam immediatè. *Simonett. de reseruat. quæst. 77.* vbi videas.

Clauf. 426. Inducas in possessionem, & defendas inductum.

Num. 1. Hæc clausula non tribuit perpetuam iurisdictionem, sed solum donec gratia fuerit plenè exacta, & vsquè ad annum, secundum formam. *cap. quærenti. de offic. delegat. Card. cons. 10. nu. 4.* vbi dicit hanc esse communem conclusionem. *Felin. in cap. quærenti. in fin.* vbi de communi. *de offic. delegat. Gemin. in cap. si cui. nu. 5. versic. an iste. de præbend. in 6. Io. Andr. in cap. pro illorum. nu. 2. vers. audiui contrarium tenere. & Abb. sub num. 12. post med. de præbend. vide Card. cons. 54. num. 4.*

2 Dic tamen, quod respectu molestiæ, quæ fit ex causa antiqua, quando contradicit is, cui impositum fuerat silentium ex æquitate iurisdictio durat, etiam post annum, *vt post Io. Andr. & Calder. trad. Card. cons. 10. nu. 4. vers. dicit tamen.*

3 De vi, & efficacia huius clausulæ, vide *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausular. tit. significat clausulæ induc. num. 1. & seqq. & Rebuff. de claus. mandae. nu. 45. & 46. de in form. non. prouis. in verb. Et defendant inductum. & in form. mand. Apost. in verb. defendentesq; & in repet. cap. nulla. col. 39. versic. Decimatertia clausula. pag. mihi 442. col. 1. de conceß. præb.*

4 Huic clausulæ si præcedat verbum moneas, an contineat facultatem prouidendi, vide *Rebuff. in cap. nulla. col. 39. in Vigesimanona clausula. pag. mihi 442. col. 1. in princip. de conceß. præbend.*

Clausula 427. In & super.

Hæc clausula restringit præcedentem clausulam, nullo iure, &c. *Rebuff. in suo discursu in causa Hortana Castri Carbognani.*

Clauf. 428. In euẽtum, in quem.

Hæc clausula quomodo fuerit intellecta. vide *Verall. decis. 232. lib. 1.*

Clauf. 429. Ingẽti cũ labore, &c.

Clausula, Ingenti cum labore repereris, apposita in gratia respectu inuentionis aliquarum scripturarum, quomodo intelligatur, & quomodo habeatur pro iustificata, *vide in Vallisoletana iuris nominandi 8. Iunij 1605. coràm Reuerendiß. Coccino Decano. Est decis. 236. inter eius impressas incip. Dubitaui. nu. 1.*

Clausula 430. Inhibitoriæ, &c.

Hæc clausulæ apponuntur in literis Apostolicis ad firmandum, & exequendum gratiam impetrantis, & non ad tollendum ius alteri quæsitum. *Rot. decis. 33. num. 12. de præbend. in antiq.*

Clausula 431. In huiusmodi causa, &c.

Hæc clausula quid importet, vide *Roman. cons. 379. n. 4.*

Clausula 432. In infinitum, &c.

Num. 1. Hæc clausula facit, vt vacatio sit successiua, aliàs dispositio redderetur impossibilis. *Rot. decis. 579. nu. 9. part. 1. diuers.*

2 Et importat tractum temporis in futurum. *Rot. d. decis. 579. sub nu. 11. vers. & idem.*

Clausula 433. In judicium traxerit, &c.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur, quando quis inuitus ad iudicium tractus fuerit. *Roman. cons. 197. nu. 5. & ibi Mandos. in verb. Inuitum.*

2 Ideòq; constitutio loquens contra eum, qui alium in iudicium traxerit extrà certum locum, non habet locum in eum, qui conuenit aliquem coràm Iudice competente, ex quo tunc propter iuris dispositionem id permittentibus non dicitur trahere inuitum. *Roman. vbi suprà.*

Clausula 434. In omni iure, & ad omne ius, &c.

Hæc clausula posita in subrogatione, vbi in narratiua est facta mentio litis, operatur, vt dicatur facta quoq; subrogatio quoad litem, licet de ea nihil fuerit dictum in dispositiua. *Rot. decis. 592. num. 3. lib. 3. part. 3. diuers.*

Clausula 435. In omnibus, & per omnia, &c.

Num. 1. Hæc clausula ob eius vniuersalitatem facit, vt comprehendantur ea, quæ aliàs non comprehenderentur. *l. balista. cum ibi notat. ff. ad Trebell. & in l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib. 11. Ruin. consil. 32. nu. 5. lib. 2. & cons. 171. nu. 11. lib. 3. latè Roland. cons. 60. nu. 21. & seq. lib. 1.* & fuit dictum *in causa Tirasonen. Canonicatus 28. Ianuarij 1575. coràm Cantuccio, vt in decis. 8. num. 9. part. 2. diuers. & facit Aym. cons. 294.* vbi latissimè de verbis vniuersalibus, & generalibus.

2 De hac clausula, vide *Rot. decis. 368. nu. 11. ad fin. & seq. part. 1.* vbi quod posita in legitimatione operatur, quod de legitimato sit inducendum, vt de verè legitimo.

3 Item extendit mandatum, etiam ad rem subrogatam. *Put. decis. 21. In vna Legobien. lib. 3.* & fuit dictum *in d. Tirasonen. Canonicatus 28. Ianuarij 1575. num. 6.*

4 Et operatur, vt inter subiecta, nulla sit differentia, sed sint eiusdem naturæ, & fortiorem reddit dispositionem, ac alios maximos effectus operatur, *vt per Doct. in l. 1. vbi Alex. nu. 9. Ias. nu. 20. Rip. nu. 1. ff. de legat. 1. Dec. cons. 61. nu. 1. in fin. & cons. 64. col. 2. ad fin. cons. 199. col. 2. cons. 325. col. 1. in fin. cons. 405. sub nu. 1. Roland. cons. 67. num. 42. & seqq. lib. 3.* & fuit dictum *in d. Tirasonen. Canonicatus 28. Ianuarij 1575. coràm Cantuccio. num. 5. Crescene. decis. 9. sub num. 5. vers. secundò quia. de priuileg.*

5 Hæc clausula, in omnibus, & per omnia, posita, in assignatione regressus, inducunt plenissimam restitutionem. *Mohed. decis. 11. nu. 2. de renunc.*

6 Hæc clausula generalissima est. *Roman. consil. 82. nu. 3. & ibi Mandos. in addit. Rebuff. super concord.*

in

in form. liter. executor. mandat. Apostolic. in verb. In omnibus, & per omnia.

7 Et est valdè latissima. *Angel. consil.6. sub num.3. Rebuff. vbi suprà.*

8 Recipit tamen interpretationem nè ad intellectum iniquissimum perducatur, sed coaptentur iure communi quantum possunt, & sic recipiunt restrictionem, ne sequatur absurdum, vel inconueniens, & etiam recipit restrictionem datam ab alijs iuribus. *Rebuff. in d. verb. In omnibus, & per omnia, &c.*

9 Et nè quis damnum indebitè patiatur. *Dec. consil.356. col.3. in princip.*

Clausula 436. In parte, & partibus, &c.

Num.1. Hæc clausula apposita in appellatione, an & quando importet effectum suspensiuum, & deuolutiuum in parte, & quando in totum, & àn in qua parte iuuet appellatum. *Franch. in cap. si duobus. n.7. & nu.9. & Dec. nu.53. cum pluribus seqq. de appellat. Boer. decis.73. nu.4. 5. & 6. Mandos. in 17. commiss. in verb. parte, & partibus. Pract. Papien. in form. appell. à sent. diffinit. in glos. in illis partibus.*

2 Item quid operetur, quando apponitur productioni alicuius scripturæ, vel instrumenti. *vide Doct. in cap. cum venerabilis. & ibi Felin. nu.22. & 23. de except. Pract. Papien. in form. product. instrument. in glos. in illis partibus.*

Clausula 437. In perpetuũ, &c.

Num.1. Hæc clausula restringitur ad tempus vitæ. *l. c. ff. pro soc. Dec. cons.165. sub num.2. & 521. num.12. Roland. cons.84. nu.7. lib.1.*

2 Adde, quod perpetuum legitimum, centum annorum spatio terminatur. *Dec. cons.378. in fin.*

3 Aliquando intelligitur perpetuò, idest sine temporis præfinitione. *Soccin. consil.227. col.2. lib.2. Dec. cons.472. num.22. & 516. num.15.*

4 Adde, quod variè sumitur secundum subiectã materiam, & prout illa suadet. *Corn. cons.59. col.1. lib.4.* Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà *in Clausula 58.*

Clausula 438. In præmissis, & circa, &c.

No.1. Clausula, In præmissis, & circa præmissa declarat mentem constituentium esse solum constituere procuratorem in expressis in mandato. *Rota in Nolana mercedis 12. Iunij 1596. coràm Penia. Put. decis.524. nu.4. lib.2. Rot. decis.670. nu.20. in fin. part.1. diuers.*

2 Hæc tamen tollit, quin procurator vigore clausulæ omniaq; alia faciendi, possit facere, quod si minus, vel saltim non sit de maioribus expressis. *Verall. decis.209. nu.2. & 3. part.1.*

3 Nec excludit solita, sed illa comprehenduntur, maximè stante clausula quomodolibet opportuna, nam solita sunt opportuna. *Rot. decis.670. num.3. part.1. diuers.*

Clausula 439. In pristinum statum, &c.

Hæc clausula posita in conuẽtione de percipiẽdis decimis, quid operetur, vide *Put. decis.413. n.3. & 6. lib.1.*

Clausula 440. Insolitæ, &c.

Num.1. Clausulæ quantumuis insolitæ non mutant naturam beneficij, vbi in collatione sunt positæ à Notario minus practico. *Rot. decis.177. num.3. lib.3. part.3. diuers.*

2 Illarum appositio inducit præsumptionem fraudis, & simulationis. *glos.1. in l. si quis sub conditione. & ibi Bart. sub num.1. ff. de condit. instit. cum alijs per Gonzal. in regul.8. Cancellar. glos.36. num.68. Curt. Sen. cons.73. nu.33. Paris. cons.65. num.51. lib.1. Dec. cons.399. nu.8. 448. nu.23. 587. sub nu.9. Rol. cons.31. num.30. lib.1.*

3 Hæc clausula denotat substitutionem actiuam, & non passiuam. *Soccin. consil.104. num.3. & seq. lib.3. Paris. cons.87. nu.25. lib.1. Rota in Albanen. fideicommissi 24. Ianuarij 1567. coràm Grato. & in Tudertina fideicommissi 13. Aprilis 1587. coràm Gypsio.*

Clausula 441. In veritate, &c.

Num.1. Hæc clausula operatur, vt attestans aliquid ita esse in veritate, non possit à tali attestatione recedere, & per eam acquiritur ius absenti. *Dec. in l.2. nu.12. C. de edend. Alciat. in rubric. de iure iurand. num.8.*

2 Non operatur, vt censeatur renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, si quis confiteatur in veritate pecuniam recepisse. *Dec. in d. l.2. num.13.*

Clausula 442. Inuestiuit N. &c.

An per istam clausulam probetur præsentia inuestiti, vide *Roman. post alios cons.509. num.23. in fin. & seq. & ibi addent.*

Clausula 443. Inuiolabiliter obseruari, &c.

Ex hac clausula tollitur restitutio in integrum. *Dec. cons.341. nu.24. in fin.*

Clauf. 444 Inuocato si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Hęc clausula tacitè sub intelligitur in potestate, seu cõmissione facta delegato, ita vt delegatus possit sine illius appositione inuocare brachium sæculare. *Feder. de Sen. cons.164. col.1. in 1. dubio.* vbi quod expressa non alterat facultatem delegati, nec illam in aliquo auget.

Clausula 445. Ipso facto, &c.

Num.1. Hęc clausula importat idem, quod clausula ipso iure. *Dec. cons.138. num.1. & cons.187. num.4. Oinot. in §. recuperandæ. nu.14. & 15. Instit. de interd. fol. mihi 755.*

2 Pœna vbi ipso facto imponitur statim, re illa cui adiecta est, facta efficaciter commissa dicitur, nec est locus pœnitentiæ. *Dec. cons.138. nu.4. Bald. in authent. habita. num.92. in fin. & seq. C. ne fil. pro patr. Aret. cons.95. num.8.*

3 Est latæ sententiæ. *Tiraq. in l. si vnquàm. in verb. reuertatur. nu.143. C. de reuoc. donat. vbi plures citat.*

Clausula 446. Ipso iure, &c.

Num.1. Ista clausula non excludit factum hominis, & ideò si aliquid ipso iure inducitur, vt putà si pœna

ipso iure imponatur, licet non requiratur sententia dispositiua condemnatoria, requiritur tamen sententia declaratoria super facto. *cap. cum secundum. de haeret. in 6. cum alijs per Aym. cons. 212. nu. 6. Tiraq. in l. si vmquàm. in verb. reuertatur. num. 10. & 400. C. de reuoc. donat. Ant. Gabr. de criminalib. conclus. 12. num. 1. Hier. Gabr. cons. 51. num. 34. lib. 1.*

Vide *Oinot. vbi suprà in d. §. recuperandae. num. 14. & 15. Instit. de interd. fol. mihi 155.*

2 Contrarium, quod non requiratur declaratoria, tenent Doctores relati. *per Neuizan. cons. 6. nu. 2. & Tiraq. in l. si vmquàm. in verb. reuertatur. num. 398. C. de reuoc. donat.*

3 Adde, quod ante huiusmodi declaratoriam, non potest fieri executio poenae. *Alex. cons. 103. num. 17. lib. 1. Gabr. cons. 51. nu. 35. lib. 1.*

4 Si tamen fiat ante declaratoriam non retractatur, si postea de facto constet. *Gabr. de crimin. conclus. 12. num. 7.*

5 Adde etiam, quod in huiusmodi declaratoria citandus est is, qui declarari debet. *Felin. in cap. 2. col. 2. de spons. cum alijs per Tiraq. in l. si vmquàm. in verb. reuertatur. num. 404. C. de reuoc. donat.*

6 Et ab huiusmodi declaratoria datur appellatio. *Felin. in d. cap. 2. nu. 6. de sponsal. Tiraq. in d. l. si vmquàm. in verb. reuertatur. sub n. 404. C. de reuoc. donat.*

7 Adde vlterius, quod in poenis ad quarum executionem factum hominis non requiritur, declaratoria sententia non est necessaria. *Bald. in l. quoq; sub conditione. col. fin. ff. de condit. Instit. & alij relati per Ant. Gabr. de criminalib. conclus. 12. num. 11. Hier. Gabr. cons. 51. num. 36. lib. 1.*

8 Contrarium tenent, quod etiam in casu isto sit necessaria declaratoria tenet. *glos. in Clem. praesenti. in verb. constiterit. de censib. cum alijs per Gabr. consil. 51. nu. 36. lib. 1.*

9 Adde tamen, quod si non constat de facto, sed negatur, tunc etiamsi factum hominis non exigatur, requiritur tamen sententia declaratoria. *Gabr. d. cons. 51. sub num. 30. lib. 1.*

10 Adde etiam, quod vbi non exigitur factum hominis, non requiritur declaratoria respectu actuum, quos facit ipse delinquens, qui si ipso iure fiat inhabilis ad testandum, nec etiam ante declaratoriam poterit testari, secus quoad hoc, vt tamquàm talis possit, quia tunc omninò requiritur declaratoria. *Gabr. d. cons. 51. nu. 36. in fin.*

11 Adde quoquè, quod in poenis ipso iure impositis, nō requiritur declaratoria, vbi factum est notorium. *Ant. Gabr. alios citans de criminalib. concl. 12. nu. 2. & Hier. Gabr. d. cons. 51. sub nu. 36. lib. 1.*

12 Contrarium tenent relati, *per Ant. Gabr. d. conclus. 12. num. 44.*

13 Primam opinionem dic veram in notorio omnibus patenti, & excusabili. *Ant. Gabr. d. conclus. 12. nu. 5.*

14 Adde vlterius, quod licet in notorio non requiratur declaratoria super facto, requiritur tamen super declaratione notorietatis. *Gabr. d. concl. 12. num. 6.*

15 Et in poenis ipso iure impositis non requiritur sententia declaratoria super facto, si de facto sit publica vox, & fama. *Gabr. d. conclus. 12. nu. 3.*

16 Haec clausula operatur, vt non admittatur purgatio morae. *Dec. cons. 138. col. 1. Tiraq. in l. si vmquam. in verb. reuertatur. num. 310. C. de reuoc. donat.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula 39.*

Claus. 447. Ipsumq; beneficium dispositioni Apost. reseruatū.

Num. 1. Haec clausula non debet apponi in prouisione beneficij nouiter creati. *Rebuff. in form. nou. simplic. prouis. in verb. siue praemisso. nu. 13.*

2 Si tamen apponatur, non vitiat. *Rebuff. ibid. nu. 14.*

Clausula 448. Ita quod, &c.

Num. 1. Haec clausula est declaratiua mentis proferentis in praecedentium expositiua ad mentem proferentis, & regulat praecedentes dispositiones. *cap. cum M. Ferrariensis. de constit. Socein. Sen. cons. 49. nu. 2. versic. Aut dicemus. & nu. 5. versic. Ad propositum. Dec. cons. 127. sub nu. 6. Soccin. Iun. cons. 181. num. 35. lib. 2. Decian. cons. 33. nu. 94. lib. 7. Rota in Vrbeuetana fideicommissi 27. Ianuarij 1605. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. Soccin. Iun. cons. 69. nu. 33. lib. 3. Paris. cons. 22. nu. 31. in fin. lib. 2. Rota in Romana domus 4. Maij 1609. coràm Card. Sacrato. Gabr. cons. 111. nu. 23. & 24. lib. 1.* vbi quod regulariter profertur ad declarandum, & limitandum. *Aym. cons. 201. nu. 41. Rot. decis. 243. num. 6. part. 2.*

2 Limitat, & restringit. *cap. cum M. Ferrariensis. & ibi not. de constit. Aym. cons. 201. nu. 41. Hier. Gabr. cons. 111. num. 23. & seq. lib. 1. Mandos. in regul. 32. quaest. 28. num. 4.*

3 Amplia, vt non solum declaret praecedentia, sed illa etiam augeat, ampliet, & extendat. *Curt. Iun. cons. 49. nu. 40. vers. Pari modo. Soccin. Sen. cons. 100. nu. 7. & 8. lib. 4. Paris. cons. 90. num. 26. & 27. & consil. 92. à nu. 33. vsquè ad nu. 52. lib. 2. Decian. cons. 33. nu. 94. vers. Immo haec dictio. lib. 1. & cons. 35. nu. 17. lib. 3. Angel. in l. nulla. nu. 4. ff. de legib. Ruin. cons. 84. nu. 2. lib. 3. Curt. Sen. cons. 50. sub nu. 175. Rimin. Iun. cons. 739. nu. 8. & seqq.*

4 Et secundum subiectam materiam limitat, & declarat. *Dec. cons. 227. nu. 6. & 445. sub nu. 8. & 527. col. 2. Gabr. cons. 30. nu. 26. & sub nu. 36. & cons. 111. num. 23. lib. 1.*

5 Quando hoc procedat, vide per *Gabr. d. cons. 111. num. 24. ad fin. lib. 1. vbi num. 24.* quod ampliat, vbi ita proferuntur, vt amplient.

6 Maximè, quando aliàs esset superflua, & otiosa, quo casu sine dubio ampliat, & auget dispositionem. *Purpurat. cons. 303. nu. 8. Rimin. Iun. cons. 739. nu. 87. Surd. cons. 315. num. 30.*

7 Et ex ea censetur inductum fideicommissum. *Paris. latissimè. cons. 90. nu. 26. cum plurib. seqq. & cons. 92. à num. 33. vsquè ad nu. 52. lib. 2. vide in Vrbeuetana fideicommissi 27. Ianuarij 1606. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. Capyc. decis. 108. nu. 6. & seqq.*

8 Haec clausula ampliat, limitat, & declarat, secundum subiectam materiam. *Dec. cons. 227. num. 6. & 445. sub nu. 8. & cons. 521. nu. 16. & cons. 527. num. 4. Gabr. cons. 30. num. 26. & sub num. 36. & consil. 111. num. 23. lib. 1.*

9 Haec clausula videtur modum, & speciem addere rei dispositiuae. *Fastol. dub. 31. nu. 2.*

10 Huic clausulae aequiparatur clausulae, Adeò quod, vide suprà in clausula, Adeò quod. *Gabr. cons. 111. nu. 23. lib. 1.* Item aequiparatur clausulę, Taliter quod, vide infrà in clausula, Taliter quod, 811. item clausula, Ita tamen. *Dec. cons. 5 [illegible] nu. 6.*

Vide

Vide etiam sequentem Clausulam, & suprà Clausulam 40.

Clausula 449. Ita quod alij remedio, &c.

Num. 1. Clausula, Ita quod alij remedio non est locus, præcisam habet naturam, & non aliter. *Aym. consil. 201. num. 43.*

2 Hæc clausula, idem importat, quod nullo modo, idem non est dicere, Ita quod alij remedio non est locus, & dicere, ita quod nulli alij remedio est locus. *Aym. d. cons. 201. sub nu. 43. vers. sed eadem videtur.*

Vide etiam præcedentem Clausulam, & suprà Clausulam 40.

Clausula 450. Ita tamen, &c.

Num. 1. Hæc clausula est limitatiua ad præcedentia. *Rot. decis. 225. nu. 1. & 226. nu. 1. & 526. nu. 3. part. 1. Mandos. in regul. 32. quæst. 28. nu. 5.*

2 Et illi æquiparatur clausula, Ita quod. *Dec. consil. 52. num. 6.*

Vide suprà *Clausula* 41.

Clauf. 451. Ita vt specialitas generalitati non deroget, &c.

Num. 1. Hæc clausula, quæ solet apponi in instrumento hypothecarum, operatur, vt non sit locus. *l. 2. C. de pignor. Put. decis. 38. lib. 1.*

2 Item operatur, vt quis possit vti speciali, seu generali hypothecaria, prout sibi placuerit, etiam in præiudicium tertij creditoris habentis specialem. *Roland. cons. 36. num. 8. lib. 4.*

Clausula 452. Item ponit, & probare intendit, &c.

Clausula ista, quæ in articulis ponitur solet operari, vt si pars confiteatur artitulata, articuli succedant loco positionum, si verò neget, succedant loco articulorum, & super eis possunt testes examinari. *Marant. de ordin. Iudicior. part. 6. tit. de positionib. sub num. 5.*

Clausula 453. Iudicio tuo, &c.

Hæc clausula posita in commissione importat arbitrium boni viri. *Felin. in cap. 1. nu. 51. vers. Et si dicatur, committimus, &c. de constit. Dec. consil. 494. num. 5. Lap. allegat. 60. nu. 4. vers. Et ista verba.* vbi quod huic clausulæ æquipollet, si tibi videbitur, &c.

Clausula 454. Iure fateor, &c.

Hæc clausula operatur, quod primogenitus succedat. *Dec. cons. 445. nu. 8.*

Clausula 455. Iuris ordine seruato, &c.

Num. 1. Hæ clausula facit, quem censeri arbitratorem, etiamsi partes compromittant in eum tamquàm arbitrum. *Card. cons. 86. num. 1.*

2 Legatus non potest committere causam ommisso iuris ordine. *Felin. post alios in cap. 1. nu. 2. de rescrip.*

Clausula 456. Iuris solemnitate ommissa, &c.

Num. 1. Hæc clausula quid operetur, vide remissiuè. *Papazon. ad Rot. decis. 28. nu. 7. versic. Quid autem. de rescript. in nou.*

2 Tollit iuramentum testium. *Dec. in cap. 2. sub num. 37. de testib.*

3 Non tamen excludit citationem. *Dec. in d. cap. 2. num. 37.* vbi videas.

4 Hæc clausula operatur, vt censeatur sublatus omnis ordo cognoscendi introductus à iure ciuili, & eo casu Iudex teneatur seruare formam iudicij introductam de iure gentium. *Lancellott. de attentat. part. 1. in præfat. num. 46.* vbi idem de clausula sola facti veritate inspecta, vbi censeatur sublatum priuilegium attentatorum.

5 Per hanc clausulam videtur sublatus omnis ordo in cognoscendo. *Lancellott. de attentat. part. 1. in præfat. num. 47.*

Clausula 457. Ius, & iustitiam ministrari.

Num. 1. Hæ clausula operatur, quod in accessorijs, & consecutiuis sufficiat libellus generalis. *Speculat. de libell. concept. §. iam nunc videndum. nu. 20. Gabr. de clauf. concluf. 4. nu. 4.* & fuit dictum *in causa Papien. melioramentorum 2. Iunij 1581. coràm Robusterio.*

2 Et quod iudex possit procedere, & pronunciare super deductis dato, quod in conclusione libelli de eis non fiat mentio. *Rebuff. in repetit. rubric. de cauf. poss. & propriet. col. 52. in fin. vers. noscetis. pag. mihi 258. col. 2. in fin. vide Felin. in cap. examinata. nu. 16. de Iudic.* Et quod libellus ineptus sustineatur. *Felin. in cap. examinata. num. 16. de Iudic.*

3 Hęc clausula non operatur, vbi circa petita, adest repugnantia. *Ferrett. cons. 104. num. 10. lib. 1.*

4 Et quod possit ferre sententiam ex libello inepto, dummodo constet de intentione libellantis. *Benedict. de Vad. in repert. Felin. vers. clausula in libello posita.*

5 Hęc clausula operatur, quod in accessorijs, & consecutiuis sufficiat libellus generalis. *Specul. de libell. concept. §. iam nunc videndum. nu. 20. Gabr. de clauf. concluf. 4. nu. 4.* & fuit dictum *in causa Papien. melioramentorum 2. Iunij 1581. coràm Robusterio, vt in decis. 247. nu. 2. part. diuers.*

6 Et quod iudex possit procedere, & pronunciare super deductis dato, quod in conclusione libelli de eis non fiat mentio. *Rebuff. in repet. rubric. de cauf. possess. & propriet. col. 52. in fin.*

7 Prout non operatur, vt libellus sustineatur, in quo continentur remedia contraria. *Dec. cons. 62. sub num. 2. cum alijs per Gabr. de clauf. concluf. 4. num. 5. verf. Contrarium sumitur.*

8 Contrarium tenet. *Soccin. in cap. 2. col. 49. versic. notandum est. de libel. oblat. & alij relati per Gabr. de clauf. d. concluf. 4. nu. 5.* concorda istas duas contrarias opiniones, *vt per Gabr. d. concl. 4. nu. 6. & 7.*

9 Hęc clausula operatur, vt censeatur deducta omnis actio, quæ ex narratis colligi potest. *Afflict. decis. 95. Dec. cons. 187. col. 1. & cons. 445. nu. 22. & cons. 683. in fin. Hier. Gabr. cons. 45. num. 3. cum alijs per Ant. Gabr. d. concluf. 4. nu. 8.*

io Li-

10 Limita tribus modis, *vt per Ant. Gabr. vbi suprà, nu.9. cum plurib. seqq.*

11 Hæc clausula operatur, vt libellus obscurus, & generalis admittatur. *Purpurat. in l. edita. num.27. C. de edend. Soccin. Iun. cons.72. nu.17. lib.2. Gabr. de claus. conclus.4. num.1.* vbi plures alios citat.

12 Dic verum, parte non opponente, secus si pars opponat. *Innocent. in cap. cum dilectus. col.1. in fin. vers. quomodo dicemus. de ordin. cognit. cum alijs per Gabr. d. conclus.4. nu.2.*

13 Hæc clausula operatur, vt procedat libellus sine conclusione. Gabr. *d. concl.4. nu.22.* vbi alios citat.

14 Amplia, vt procedat, etiamsi conclusio sit inepta, vel nulla. *Galcan. cons.36. num.24. vers. Et in fine sit clausula. cum alijs per* Gabr. *de claus. d. concl.4. nu.23. Capyc. decis.10. num.22.*

15 Item operatur, vt non sola conclusio libelli inspicienda sit, sed etiam omnia narrata, & super omnibus probationes factæ valeant. *Dec. cons.221. nu.2.*

16 Hæc clausula operatur, vt procedi possit etiam super petitorio, licet conclusum sit in possessorio, quando narrata possunt vtrumq; respicere. *Ias. in §. omnium. num.147. Instit. de act. Dec. cons.62. nu.2. & 121. nu.4. Hier.* Gabr. *cons.47. num.27. lib.1. cum alijs per Ant. Gabr. de claus. concl.4. nu.16.*

17 Amplia idem esse è contrà, nempè vt procedi possit super possessorio, licet conclusum sit in petitorio. *Alex. cons.42. col.1. vers. Accedit quia. lib.4.* Gabr. *de claus. d. concl.4. nu.17.*

18 Hæc clausula operatur, vt libellus concludens in mutuo, verificetur in sola confessione, *Gabriel. de claus. d. concl.4. nu.24.*

19 Item, quod sententia iniusta non possit dici nulla. *Gabr. d. concl.4. nu.25.*

20 Item, quod Iudex possit deferre iuramentum in supplementum, absq; alia partis petitione. *Dec. consil.252. sub nu.3. cum alijs per* Gabr. *d. concl.4. nu.26.*

21 Item operatur, vt Iudex possit pronunciare, etiam super non petitis, procedentibus tamen ex eodem fonte. *Capyc. decis.10. nu.24. Gabr. de claus. d. concl.4. num.27.*

22 Contrarium, quod scilicet nihil operetur quoad rem non petitam; *Soccin. cons.199. col.5. versic. sed adhoc respondeo. lib.2.* quem refert *Gabr. d. conclus.4. nu.27. vers. contrarium.*

23 Item operatur, quod vbi ex narratione facti possunt elici plures actiones aptæ, & ineptæ possint fieri probationes super apta, licet conclusio fuerit facta super inepta. *Capyc. decis.10. num.22.*

24 Hæc clausula operatur, vt iudicari possit super omnibus narratis, etiam quod super aliquo narratorum sit specialiter conclusum. *Gabr. de claus. d. conclus.4. num.18.*

25 Per eam enim censetur intentatum illud, quod est fauorabilius actori. *Gabr. d. conclus.4. sub nu.19.*

☞ Vide suprà *Clausulas 42. & 57.*

Claus. 458. Iustitia mediãte, &c.

Hæc clausula intelligitur, iuris ordine seruato. *Dec. cons.175. sub num.3.*

Claus. 459. Iustitiam faciat, &c.

Num.1. Hæc clausula restringit commissionem, vt intelligatur quatenus de iure. *Cresc. decis.1. de rescript. ad trad. per Ias. in l. iustitiam. nu.11. ff. de iust. & iur. Felin. in cap.1. sub nu.51. vers. Et si dicatur facias iustitiam. de constit. & vide in causa Ariminen. Castrorum 18. Maij 1590. coràm Seraphino. & in Monopolitana Iurispatronatus 17. Decembris 1610. coràm Card. Pamphilio.*

2 Idem enim operatur, quod clausula iuris est. *Ias. in l. causas. nu.7. C. de transact. Verall. decis.353. lib.1. in manuscrip.*

3 Et quod seruetur ordo iudiciarius. *Felin. in cap.1. nu.51. vers. Et si dicatur facias iustitiam. de constit.*

4 Dic verum in commissionibus iustitiæ, secus quando Papa scienter scribit contra ius, nam tunc censetur concessa gratia, remoto iuris obstaculo. *Anchar. consil.293. num.3.* & fuit dictum *in Ariminen. Castrorum 18. Maij 1590. coràm Seraphino,* vbi quod *decis. Cresc.* procedit in rescriptis signaturæ Iustitiæ.

5 Et operatur, vt sit data potestas cognoscendi, & decidendi. *Dec. cons.232. Viso tenore. nu.2. Felin. in cap.1. num.1. & nu.51. vers. Et si dicatur facias iustitiam. de constit.*

6 Hoc idem operatur clausula, Quod iustum fuerit decernatis. *Dec. d. cons.233. num.2.*

7 Et ista clausula, Quod iustum fuerit, restringitur ad petita. *Felin. in cap.1. nu.51. vers. Et si dicatur facias iustitiam, &c. circa med. de constit.* Et idem operatur quod clausula iustitiam faciat. *Dec. consil.233. num.2.*

8 An si Princeps rogatus super reuisione sententiæ committenda, dicat fiat iustitia, censeatur commissa causa dictæ reuisionis, vide *Felin. in cap.1. nu.51. vers. Et si dicatur facias iustitiam. ad fin.* ibi, *Et ista decidunt. de constit.*

9 Hæc clausula posita in commissione, in qua committitur causa super petitorio tantum operatur, vt non censeantur reiecta attentata, nec quod Iudex circa illorum reuocationem, & vlteriorem purgationem, non habeat iurisdictionem. *Caputaq. decis.154. part.1.* & fuit resolutum *in Monopolitana Iurispatronatus 17. Decembris 1610. coràm Card. Pamphilio.*

10 Circa hanc clausulam, vide suprà in clausula, Audiat, & Iustitiam faciat, &c.

Clausula 460. Iuxtà æstimationem faciendam, &c.

Hæc clausula facit actum conditionalem. *l. fin. C. de contrahend. empt. Rot. decis.132. nu.2. part.1. diuers.*

Claus. 461. Iuxtà formam, &c.

Num.1. Hæc clausula est limitatiua, & restringit præcedentem dispositionem indefinitè loquentem, vt fuit dictum *in causa Valentina decimarum de Gandia 10. Februarij 1586. coràm Seraphino.*

2 Clausula, iuxtà formam supplicationis, quàm signabit Sanctissimus, posita in concordia facit, vt standum sit confirmationi, etiam quod alteretur concordia in aliquo, vt fuit dictum *in causa Corduben. concordiæ 29. Octobris 1601. coràm Litta, & facit decisio Zamoren. pensionis 28. Maij 1588. coràm Gypsio. & decis. in causa Colimbrien. pensionis 11. Februarij 1598. coràm Seraphino.*

3 Non tamen operatur, vt procuratori censeatur data facultas donandi, vltrà mentem disponentis. *Rota in d. Zamoren. pensionis.* vbi omninò videas.

4 Ista

4 *Ista clausula*, iuxtà formam supplicationis respicit modum expeditionis, & ad illum referri debet. *Burs. cons.395.nu.35.versic.primò.lib.4.Paris.de resignat. lib.9. quæst.17. nu.46.* vbi quod omnes Domini de Rota ita dixerunt *in dicta Zamoren. Parochialis, seu pensionis.*

5 Et illius vigore non potest procurator consentire resignationi cum reseruatione pensionis cum translatione, & reseruationi ingressus. *Paris. d. quæst.17. num.41.*

6 Et ostendit supplicationem, tunc temporis signatam fuisse signatam de voluntate mandantis in eo, tunc declarata. *Rot. decis.586. num.7. lib.3. part.3. diuersor.*

7 Clausula, iuxtà formam supplicationis signatæ, vel signandæ, etiam cum clausula, Et prout Sanctissimo, & procuratori visum fuerit, apposita in mandato ad resignandum, cum reseruatione fructuum propria auctoritate percipiendorum non operatur, vt possit fieri à procuratore resignatio reseruata pensione, & ideò aliter facta, &c. est nulla. *Rota in Zamoren. Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

☞ Vide etiam suprà *Clausulam* 43.

Clausula 462. Iuxtà ipsarum literarum tenorem, &c.

Hæc clausula demonstrat, quod primæ literæ remaneant validæ, etiam quoad datam. *Gemin. consil.108. nu.2.*

Clausula 463. Latissimè extendenda, &c.

Num.1. Hæc clausula posita in derogationibus operatur, & censeatur derogatum quibuscumquè in contrarium, &c. cum clausulis fortissimis, & derogatorijs sequētium dispositionum, non autem nè ampliet principalem dispositionem, vt fuit dictum *in causa Oriolen. decimarum 9. Iunij 1586. coràm Orano.* Et quod non debet extendi vltrà effectum limitatum. *Gott. decis.33. incip. An ex illis verbis. in fin.*

2 Hæc clausula derogat omnibus impedimentis, & se extendit ad litigiosa. *Mohedan. decis.1. num.2. de rescript.*

3 Et quod censeatur derogatum clausulæ indulti, quod non possit ei derogari, nisi de verbo ad verbum, & nisi de consensu eius. *Achill. decis.8. de priuileg.*

4 Hæc clausula operatur, vt omnia possint extendi, & dispositiuè poni. *Rot. decis.18. nu.2. part.1. diuers.*

5 De hac clausula, vide *Rebuff. in 3. part. signatur. in verb. Maior. ad fin. vers. clausula, in literis.*

☞ Vide etiam suprà *Clausulam* 44.

Clausula 464. Lecta, lata, data, & sententialiter promulgata.

Hæc clausula ideò in fine sententiarum apponitur, vt appareat sentētiam esse in scriptis a Iudice datam, & lectam. *Soccin. Iun. cons.80. nu.6. lib.1.*

Clausula 465. Leuato velo.

Hæc clausula importat idem, quod summariè. *Felin. in cap.1. nu.51. vers. Et si dicatur. Leuato velo. de constit.*

Claus. 466. Liberã facultatẽ, &c.

Nu.1. Hæc clausula intelligitur sine consensu alicuius. *Doct. in cap. quæ in Ecclesiarum. vbi Bald. num.4. & Dec. num.3. de constit.*

2 Nam illud liberè fieri dicitur, quod absquè alterius licentia, vel consensu fieri potest. secundum *glos. in cap. cum plures. in verb. liberè. de offic. delegat. in 6. Abb. per illum text. in cap. statuimus. num.2. de regularib. Barbat. in d. cap. quæ in Ecclesiarum. nu.17. & Dec. nu.3. de constit.*

3 Hæc clausula, àn excludat arbitrium boni viri, & àn intelligatur seruato iuris ordine, vide *Felin. in cap.1. nu.51. in princip. de constit. & Dec. in cap. dilecti. num.16. & seq. de Iudic.*

Clausula 467. Liberè, & absquè exceptione, &c.

Hæc clausula non intelligitur de exceptione, quæ competit ex alio contractu, à quo non videtur recessum. *Gabr. cons.97. num.7. lib.1.*

Clausula 468. Liberè, & purè.

Num.1. Hæc clausula posita in concessione non tollit, quin cessio sit confidentialis, si adsint coniecturæ, & præsumptiones, quæ illam arguant. *Verall. decis.235. num.4. part.1.*

2 Quinimò in actu aliàs suspecto inducit maiorem suspicionem. *Verall. d. decis.235. nu.7.*

Clausula 469. Licita, & honesta, &c.

Num.1. Hæc clausula apposita in confirmatione statutorum, & priuilegiorum ad quid referatur. *Rot. decis.536. num.3. part.1.*

2 De ista clausula, vide infrà clausula, Quatenus licita, & honesta 607. Et operatur, vt confirmatio dicatur in forma communi. *Ferret. cons.38. nu.5. lib.1.*

☞ Vide etiam suprà *Clausula* 45.

Claus. 470. Litis consortes, &c.

De hac clausula posita in commissione appellationis, vide *Cas. de Grass. decis.11. nu.11. de rescript.*

Clausula 471. Loco talis, &c.

Num.1. Hæc clausula denotat fictionem. *l. iure ciuili. ff. de condit. & demonstrat. l. interdum. §. qui tutela. ff. de furt. Felin. in cap. in præsentia. num.42. ad fin. vers. Item ista verba. de probat.*

2 Per hanc clausulam, dicitur totum ius translatum in nominatum. *Crescent. decis.9. nu.10. de priuileg.*

Clausula 472. Maledictionem nostram incurrat, &c.

Hæc clausula non inducit excommunicationem, sed tantum ponit inobedientem in peccato. *Alciat. in cap. qui Sedem. nu.16. de offic. Ordinar.*

Clausula 473. Mandantes ita ab omnibus, &c.

Hæc clausula apposita in dispensatione operatur, vt non censea-

censeatur restricta ad forum conscientiæ, sed operatur, etiam in foro contentioso, vt fuit dictum *in causa Panormitana illegitimitatis* 20. *Iunij* 1579. *coràm Bubalo*.

Clausula 474. Manu regia, &c.

Num. 1. Clausula, Manu regia, &c. & sola facti veritate inspecta, non faciunt quò minus lite pendente non detur manutentio in summarijssimo possessorio, vt fuit dictum *in causa Bononien. de Carnalibus* 11. *Ianuarij* 1602. *coràm Card. Pamphilio*.

2 Hæc clausula non operatur, vt actus via regia, & ommisso iuris ordine factus non sit parti notificandus. *Felin. in cap.* 1. *nu.* 52. *vers. tertiò nota. de constit.*

Vide, quæ diximus super ista clausula *in Singularibus Rotæ Romanæ. Part. I. ad Reuerendiss. Coccinum in Miranden. pensionis. Lunæ* 7. *Maij* 1612. *in versic. Declaratur*.

Clausula 475. Maritatis filiabus.

Num. 1. Ista clausula posita in testamento, non adstringit opus esse, vt filiæ extent, sed operatur, quod dispositio habeat locum, etiamsi extent, dummodo tamen maritentur. *Card. cons.* 50. *nu.* 1.

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 60.

Clauf. 476. Mentio specialis, &c.

Hæc clausula posita post clausulam non obstante, tollit vitium subreptionis, & defectum intentionis. *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. mentio specialis*.

Clauf. 477. Modis præmissis, &c.

Num. 1. Hæc clausula est referenda ad præcedentia, referendo singula singulis. *Aym. cons.* 98. *nu.* 11. *Rot. decis.* 54. *nu.* 28. *part.* 2. *diuers.*

2 Et est adeò restrictiua, vt referatur ad ea solum, quæ legi possunt. *Rot. d. decis.* 54. *nu.* 29. *p.* 2. *diuers.*

Clauf. 478. Modo, & forma eidē procuratori benè visis, &c.

Num. 1. De hac clausula, & eius effectu, vide *Paleott. decis.* 32. *aliàs* 385. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers. & Paris. de reseruat. lib.* 9. *quæst.* 17. *nu.* 78. *& seqq. Bursat. consil.* 395. *lib.* 4.

2 An vigore huius clausulæ, possit pronunciato renunciare reseruata pensione tertiò, cum facultate transferendi, & reseruatione regressus in euentum non solutionis. *Paris. de resignat. lib.* 9. *q.* 17. *nu.* 80. *& seqq.*

Clausula 479. Moneas, & inducas, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam non dicitur data potestas compellendi. *Felin. in cap.* 1. *nu.* 1. *in* 1. *notab. de testib. cogend. & cons.* 24. *num.* 16.

2 In contrarium, vide *Rebuff. in repet. cap. nulla. col.* 39. *vers. Trigesimaprima clausula. pag. mihi* 442. *col.* 1. *de conceß. prabend.*

3 Vide circa hoc. *Benedict. de Vand. in repert. Felin. in verb. verbum Moneas, & inducas, &c.*

Clausula 480. Morari communiter, &c.

Hæc clausula apposita in testamento, vel in contractu, quid importet, vide *Bart. in l. quintus. nu.* 3. *ff. de an. legat. & in cons.* 168. *num.* 1. *part.* 1. *Soccin. consil.* 72. *num.* 14. *lib.* 3. *& infrà in verb. communio. Soccin. cons.* 4. *num.* 11. *lib.* 4.

Clausula 481. Motu proprio.

Num. 1. Hæc clausula, Motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, non extendunt dispositionem ad maius præiudicium, quàm sit expressum. *Sarnen. de Iur. quæsit. q.* 1. *num.* 2. *& q.* 4. *num.* 7. *Alex. cons.* 32. *in fin. lib.* 1. *Soccin. Iun. cons.* 65. *nu.* 6. *&* 13. *lib.* 2. & fuit dictum *in causa Ciuitatis Castelli bonorum* 17. *Augusti* 1583. *coràm Robusterio*.

2 Nec operatur contrà proprios filios, de quibus non est facta mentio. *Iaf. in l. Gallus. §. & Quid si tantum, quod procederet. & num. seq. ff. de liber. & posthum. Curt. Sen. cons.* 13. *num.* 22. & fuit dictum *in causa Ciuitatis Castelli bonorum* 17. *Augusti* 1583. *coràm Robusterio*.

3 Hæc clausula tollit vitium subreptionis. *Rot. decis.* 7. *sub nu.* 1. *de præb. in nou. & decis.* 33. *nu.* 6. *&* 8. *eod. tit. in antiq. Gemin. cons.* 104. *nu.* 1. *Card. cons.* 116. *nu.* 3. vbi quod, non prodest ad tollendum aliud obstans. *& cons.* 117. *nu.* 2. *&* 142. *nu.* 5. *Cassad. decis.* 4. *nu.* 2. *de conceß. præb. decis.* 3. *nu.* 4. *de pensionib. &* 1. *nu.* 5. *de reseruat. Staphil. de lit. grat. tit. de clauf. Motu proprio. nu.* 1. *& tit. subreptio benef. toll. Motu propr. nu.* 1. *& seqq. Alex. cons.* 24. *num.* 13. *lib.* 5. *& l. iustè. nu.* 15. *ff. de acquir. poßeß. Dec. cons.* 407. *col. fin. Socc. cons.* 115. *sub nu.* 1. *& seqq. lib.* 3. *Gig. de pens. q.* 22. *nu.* 15. *Gabr. de clauf. conclus.* 2. *sub nu.* 1. *Rot. in Abulen. pensionis* 11. *Maij* 1607. *coràm Cardin. Sacrato. Simonett. de reseruat. q.* 45. *nu.* 5. *Mohed. decis.* 4. *nu.* 2. *de priuil. Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. Defectuq; prædicto. num.* 2. *& in repet. cap. nulla. col.* 32. *vers. septima clausula. in princ. pag. mihi* 438. *col.* 2. *de conceß. præb. & cons.* 34. *num.* 16. *Ferret. cons.* 280. *nu.* 9. *lib.* 2. *Gambar. de legat. lib.* 3. *sub nu.* 43. *&* 47. *Gonzal. in reg.* 8. *Cancellar. glos.* 32. *n.* 3. *&* 4. *Mandos. regul.* 16. *q.* 4. *nu.* 3. *& regul.* 18. *q.* 13. *nu.* 2.

4 Non tamen tollit defectum intentionis. *Io. Andr. in cap. si Motu proprio. in princip. de præb. in* 6. *Bero. cons.* 146. *nu.* 37. *& seq. lib.* 3. *Maluas. cons.* 1. *nu.* 42. *&* 43. *Gig. de pens. quæst.* 22. *nu.* 15. *Aegid. decis.* 392. *&* 475. *Cassad. decis.* 3. *sub nu.* 4. *de pensionib. Staphil. de lit. grat. tit. de clauf. Motu proprio. nu.* 19. *cum alys per Gabr. de clauf. d. concl.* 2. *nu.* 20. *& seq. Rot. decis.* 451. *nu.* 1. *&* 6. vbi quod gratia remanet nulla ipso iure. *& decis.* 525. *nu.* 1. *& seq. &* 614. *nu.* 8. *part.* 1. *diuers. & in Romana Secretariatus* 10. *Aprilis* 1592. *coràm Seraphino. est decis.* 181. *part.* 1. *Mediolanen. fructuum* 24. *Aprilis* 1592. *coràm Blanchetto. & in d. Abulen. pensionis. Rebuff. in form. mand. Apostol. in verb. Motu proprio. col.* 9. *vers. octauò non tollit. Gonzal. in reg.* 8. *Cancellar. glos.* 32. *nu.* 5. *&* 6. *Gabr. de clauf. d. concl.* 2. *nu.* 20. *& seqq. Mandos. in regul.* 21. *quæst.* 2. *num.* 3. *Paris. de resign. q.* 1. *n.* 127. *Rota in Lucana locationis.*

5 Dic verum in subreptione resultante ex parte impetrantis, secus ex re ipsa. *Rot. decis.* 451. *num.* 3. *part.* 1. *diuers.*

6 Ideò non operatur contra verisimilem mentem concedentis. *Gabr. alios citans. d. concl. 2. nu. 2. & & 54. Aegid. decis. 592. Paris. in locis per Gabr. d. num. 54. allegatis.*

7 Vnde non debet opponi de subreptione, sed de grauamine, & alijs defectibus, nam propter illos Motus proprius corruet ex defectu intentionis. *Gambar. de legat. lib. 3. nu. 46. & seqq.*

8 Amplia, vt procedat, etiamsi adsit clausula, Quod de defectu intentionis, &c. *Rota in Romana Secretariatus 20. Nouembris 1591. coràm Seraphino. est decis. 975. nu. 14. part. 1.*

9 Adde, quod gratia tunc dicitur laborare defectu intentionis, vbi alteri ignoranter præiudicatur, vel ignoranter confirmatur gratia inualida. *Castr. consil. 84. nu. 4. lib. 2. Rota in Calaguritana iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coràm Rubeo. & in Romana Secretariatus 20. Nouembris 1591. coràm Seraphino. est decis. 975. part. 1. sub nu. 12. & 10. Aprilis 1592. coràm eod. est decis. 981. nu. 6. part. 1. Rota in Romana fideicommissi de Vetia 28. Iunij 1604. coràm Litta. Aegid. decis. 592. in fin.*

10 Ideòq; licet clausula, Motu proprio operetur, vt non possit opponi de subreptione, non tamen tollit, quin possit opponi per viam iuris communis de defectu intentionis. *Card. cons. 96. sub num. 1.* Gambar. de *Legat. lib. 3. nu. 46.*

11 Nec tollit defectum ætatis. *Anchar. cons. 20. nu. 1. & 2. Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausular. tit. Motu proprio. an suppl. defect. ætat. num. 2. Gabr. de claus. 2. num. 947. Staphil. de lit. grat. tit. Motu proprio. an suppl. defect. ætat. per tot.* vbi omninò videas vbi *nu. 2. ad fin.* ampliat etiamsi adsit clausula non obstante. *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col. 8. vers. non tamen.*

12 Nec defectum ordinis. *Gabr. post Anchar. & alios d. concl. 2. nu. 52. Staphil. vbi suprà. nu. 2. ad fin. Rebuff. vbi suprà.*

13 Nec defectus concernentis personam prouisi. *Glos. in Clem. si Romanus. in verb. validam. de præb. Lap. allegat. 7. ad fin. versic. Sed locutus est. Gemin. cons. 104. nu. 1. Gabr. d. concl. 2. nu. 42.* vbi etiam in sequentibus omninò videas. *Put. decis. 70. num. 3.* vbi videas. *lib. 3. Rebuff. vbi suprà. col. 9. versic. septimò non tollit. vide Mandos. in regul. 33. quæst. 13. nu. 4.*

14 Nec alia impedimenta. Gamb. de *Legat. lib. 3. c. 48.*

15 Nec operatur, quod gratia absolutionis à pœnis, & censuris habilitet pugnantem indulto, etiamsi adsit clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. *Put. decis. 70. lib. 3.*

16 Nec operatur dispensationem irregularitatis, vel alterius defectus. *Rot. decis. 7. & ibi addent. nu. 3. de prabend. in nou. & decis. 71. nu. 2. de rescript. in antiq. & decis. 6. nu. 1. de probat. in eisd. Staphil. de lit. grat. tit. de claus. Motu proprio. nu. 2. & seqq. Put. decis. 70. lib. 3. Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. defectaq; prædicto. nu. 2. & in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col. 8. versic. sextò non inducit. Gemin. consil. 104. sub nu. 1. Gambar. de legat. lib. 3. num. 44. Gabr. de claus. d. concl. 2. nu. 46. Mandos. in regul. 16. q. 5. nu. 3. & reg. 18. q. 13. nu. 4. & reg. 21. q. 2. nu. 4.*

17 Quid si vltrà hanc clausulam adsit clausula ex certa scientia, vel clausula, non obstantibus, vide *Gambar. vbi suprà. nu. 53. & seq.*

18 Nec dispensationem super pluralitate plurium incompatibilium. *Card. cons. 117. sub nu. 2. cum alijs per Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 126.* vbi de communi. *Gabr. de claus. d. concl. 2. num. 48. Rot. decis. 71. in fin. de rescript. in antiq.*

19 Nec dispensationem personæ supplicantis. *Rebuff. in form. mandat. Apostol. in verb. Motu proprio. col. 9. versic. decimotertiò non inducit.* vbi omninò videas.

20 Aliquas ampliationes, & limitationes, vide apud *Gabr. de claus. concl. 2. nu. 11. & seqq. vsq; ad nu. 18.*

21 Nec per eam Papa censetur velle iuri tertij præiudicare, & sic non operatur in præiudicium tertij. *Gemin. d. consil. 104. sub nu. 1. Anchar. consil. 20. nu. 4. versic. Item nec clausula. & cons. 364. nu. 3. Cassador. decis. 4. nu. 4. de conceß. præb. Cog. de pens. q. 29. nu. 4. Mandos. in regul. 16. q. 4. nu. 3. & q. 6. nu. 10. Dec. consil. 407. nu. 20. & infrà. Soccin. cons. 115. lib. 3. nu. 2. ad fin. 3.* vbi limitat, quando tertius consensit. *& Rot. decis. 7. de præb. in nou.* vbi videas. *& decis. 71. de rescript. in antiq. & 33. nu. 6. & 8. de præbend. in eisd. Staphil. de lit. grat. tit. de claus. Motu proprio. nu. 16. Simonett. de reseruat. q. 45. num. 7. & Mohed. decis. 7. nu. 3. & 4. de rest. spol. Butr. in cap. si postquàm. nu. 5.* vbi quod non tollit grauamen Ecclesiæ. *& Franch. nu. 4. in fin. & seq. de præb. in 6. Rot. decis. 451. num. 6. part. 1. Chissan. decis. 97.* vbi quod non impedit dari de subreptione, vbi agitur de præiudicio tertij. *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col. 8. versic. quartò non tollit. & col. 9. versic. nonò non tollit ius tertij, & in repet. cap. nulla. col. 3. in vers. septima clausula. pag. mihi 438. col. 2. de conceß. præbend. Ferret. consil. 280. nu. 9. lib. 1. Card. cons. 142. nu. 5. Gabr. de claus. d. concl. 2. nu. 10.*

22 Etiam quoad possessionem. *Mohedan. decis. 7. nu. 3. & 4. de rest. spol. cum alijs per Gabr. de claus. conclus. 2. num. 11.*

23 Neque ampliat gratiam, sed illam fortificat tantum. *Rot. decis. 7. sub nu. 1. & decis. 29. nu. 3. de præb. in nou. & decis. 71. nu. 1. de rescript. in antiq. Simonet. de reseruat. q. 45. nu. 7. Rebuff. in form. mand. Apostol. in verb. Motu proprio. col. 10. vers. decimosecundò non ampliat. Card. cons. 142. nu. 5.* vbi quod non ampliat gratiam ad tollendam aliam inhabilitatem præter subreptionem. Item nec clausulam, *& cons. 164. n. 3.*

24 Contrarium, quod operetur ampliationem gratiæ: *Gemin. cons. 104. nu. 2. per cap. si pluribus, de præb. in 6. Anchar. cons. 138. nu. 2. & alij relati per* Gabr. *d. conclus. 2. num. 71.*

25 Dummodo per illam non auferatur ius alterius. *Gemin. d. cons. 104. num. 6. versic. non obstat secunda ratio. Cassad. decis. 4. nu. 4. de conceß. præb. Staphil. de lit. grat. tit. Motu proprio. includ. in se pign. benef. n. 4. vide Card. cons. 142. n. 5. Gambar. de Legat. lib. 3. n. 53.*

26 Nec ampliat gratiam vltrà expressa. *Anchar. consil. 364. nu. 3. vide* Gambar. *lib. 3. nu. 51. & seq. Gabr. d. conclus. 2. nu. 74.*

27 Vide eundem. *Gabr. d. concl. 2. nu. 73. & seqq.* vbi declarat hanc principalem conclusionem pluribus modis.

28 Adde tamen, quod etsi non ampliat gratiam, illa tamen viuificat. *Cassad. decis. 1. nu. 5. de reseruat.* vbi omninò videas.

29 Non facit secundum impetrantem præferri primò; nisi de primis literis fiat mentio. *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col. 8. versic. tertiò non facit.*

30 Nec

30 Nec operatur, vbi lege cautum reperitur, quod gratia non valeat, etiamsi Motu proprio facta sit. *Rebuff. vbi suprà. col.10. vers.vltimò non tollit.*

31 Nec tollit ea, quæ sunt naturalia. *Rebuff. ibidem col.10. versic. Decimaquinta non ea.* vbi quod non tollit verisimilitudinem eundi citius quàm natura possit.

32 Non operatur etiam, vt gratia conferendi beneficia quæcunquè, qualiacumquè, & vbicumq; Motu proprio facta comprehendit vacantia in Curia. *Rebuff. in form. mandat. Apostol. in verb. Motu proprio. col. 10. versic. Decimotertiò prædictas conferendi.*

33 Nec tollit qualitates intrinsecas. *Rot. decis.6. de præbend. in nou.* vbi quod si in gratia Motu proprio non fiat mentio de cura, vel principalitate beneficij gratia dicitur nulla. *Rot. decis.71. de rescript. in antiq. & 6. nu.2. de probat. Cassad. decis.4. num.4. de concess. præb. Staphil. de lit. grat. de claus. Motu proprio. n.20. Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col.8. in verb. vers. non tollit qualitates. Cardin. cons.117. sub nu.2. Gambar. de Legat. lib.3. nu.45. cum seqq.* Gabr. *de claus. conclus.1. nu.53.* vbi in sequenti generaliter limitat hanc, & similes conclusiones.

34 In contrarium, vide *Rot. decis.37. de rescript. in antiq.* vbi quod Motus proprius operatur, vt non sit facienda mentio de qualitate intrinseca beneficij. Pro concordia, vide *Staphil. vbi suprà.*

35 Quid si adsit clausula ex certa scientia, *vide add. ad decis.6. de præbend. in nou. & Staphil. loco citat. & Put. decis.70. lib.3. & Gabr. de claus.2. nu.53. versic. limita.*

35 Non tollit vitium falsæ expressionis. *Staphil. de lit. grat. tit. subreptio beneficij tol. Motu proprio. nu.53. & seq. Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col.8. versic. secundo non purgat. Cardin. cons.96. sub nu.1.* Gambar. *de Legat. lib.3. nu.49. & seq. Dec. cons.407. nu.22.*

37 Nec tollit aliam causam annullationis. *Butr. in cap. si postquàm. sub nu.5. de præb. in 6. Put. decis.181. nu.5. versic. Item quia. lib.1.*

38 Vide circa hoc omninò. *Anebaran. cons.138.* vbi àn falsa expressa valoris vitiet gratiã Motu proprio. *& Felin. in cap. ad aures. num.6. cum seqq. præsertim nu.9. & Dec. nu.31. & seqq. de rescript. & alios citatos in Parmen. pensionis.*

39 Nec firmat priuilegium contrà ius alterius. *Rot. decis.451. nu.4. part.1.*

40 Hæc clausula tollit impetrationem, & omnes eius effectus. *Rot. decis.175. nu.1. & seqq. & nu.10. par.1. Gabr. de claus. d. conclus.2. num.82.*

41 Vide etiam. *Mandos. regul.16. quæst.4. nu.5. & 9.*

42 Limita, vbi Papa diceret se concessisse gratiam ad partis instantiam. *Paris. cons.1. sub nu.76. lib.1. Rot. decis.175. nu.3. ad fin. part.1.*

43 Amplia, etiamsi fieri in his, quæ non solent concedi, nisi ad impetrationem. *Rot. decis.175. num.2. & 3. part.1.*

44 Amplia, etiamsi gratia esset procurata. *Sarnen. in regul. de annal. quæst.10. col.3. in fin. vers. sed aduertendum. Rot. decis.175. nu.3. versic. & primò. part.1. Gambar. de Legat. lib.3. num.61. & seqq.* vbi videas. *cum alijs per Gabr. de claus. d. concl.2. nu.107. Mandos. in regul.16. quæst.4. nu.9.*

45 Hæc clausula, licet quandoq; inducat fauorem gratiæ, *vt in cap. si Motu proprio. & cap. si pluribus. de præbend. in 6.* non tamen intelligitur tollere dispositionem iuris simpliciter loquentis, & disponentis præbendam esse alteri debitam. *Geminian. cons.104. num.4. in fin.*

46 Ideò dispositio. *cap. fin. de consuet. in 6.* habet locum etiam in gratia Motu proprio emanata, vt per *Geminian. d. consil.104. nu.4. & seq. Cassad. decis.4. de concess. præbend.*

47 Item non impedit permutare volentes, iuxtà dispositionem. *cap. licet. de rer. permutat. lib.6. vt post Alex. de Antil. ibid. trad.* Gemin. *d. cons.104. nu.4. in fin. & seq. Cassad. d. decis.4. nu.4. in fin. & seq.*

48 Clausula, Motu proprio, àn operetur contrà pluralitatem beneficiorum, & purget gratiam ob non expressionem obtentorum, item ob expressionem falsi valoris, vide *Anchar. cons.138. nu.1. Rot. decis.7. sub nu.1. de præb. in nou. & decis.71. sub nu.2. de rescript. in antiq. Gabr. de claus. d. conclus.2. nu.48.*

49 Clausula, Motu proprio, non operatur, vbi adest falsitas causarum. *Felin. in cap. ad aures. nu.9. de rescript. & in cap. causam, quæ. nu.3. ante med. versic. ad idem. de testib. Card. cons.96. Ruin. cons.215. n.9. lib.2. cum alijs per Gabr. de claus. concl.2. num.34. Rot. decis.451. nu.5. part.1. diuers. Rota in Pacen. pensionis 25. Octobris 1593. coràm Card. Pamphilio. Gambar. de Legat. lib.3. nu.48. Dec. cons.407. nu.22. & in d. cap. ad aures. sub nu.31.*

50 Clausula, Motu proprio, &c. includit de necessitate vnam negatiuam nõ coarctatam videlicet, quod nullus Papæ porrexerit supplicationem, quæ vel est improbabilis, vel nimis difficilis, quod secus est in clausula ex certa scientia, quæ continet simplicem affirmatiuam, quæ est probabilis. *Rot. decis.27. nu.4. versic. Item alia ratio est. de rescript. in nou. Staphil. de lit. grat. tit. de claus. Motu proprio. num.14. & 15. Aegid. decis.476.*

51 Motus proprius Papæ, ex quibus probari possit, vide *Rot. d. decis.27. num.4. versic. Immo secundum. & infrà.*

52 Hæc clausula in expectatiuis nihil, aut parum operabatur. *Mandos. in regul.20. quæst.5. nu.7. & seqq.*

53 Hodie ad instar supplicationum, & rescriptorum obtinetur. *Mandos. in reg.21. quæst.2. num.2.*

54 Clausula, Motu proprio, non tollit statuta. *Mandos. regul.34. quæst.59. num.3.*

55 Hæc clausula non impedit reuocationem attentatorum, vide latè per *Lancellott. de attentat. appellat. pend. lim.52. nu.28. & seqq.* Et facit gratiam subsistere, quæ aliàs corrueret. *Mandos. super regul.18. q.13. num.2.*

56 Adde, quod licet clausula, Motu proprio, non tollat defectus nataliũ, ætatis, & similium, operatur tamen, vt non possit ab eis opponi per viam subreptionis, sed debent opponi per viam iuris communis. *Addent. ad Rot. decis.7. sub num.3. de præbend. in nou. Card. cons.96. sub nu.1. Gambar. de Legat. lib.3. nu.46.*

57 Non includit non verisimilia. *Rot. decis.29. nu.3. de præb. in nou. Gabr. de claus. d. concl.2. nu.54. Mandos. regul.34. quæst.59. nu.2.*

58 Nec insolita, vel inconsueta. *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col.10. versic. postremò hac clausula. Gabr. d. conclus.2. nu.55.*

59 Nec incognita. *Gabr. d. conclus.2. nu.56. Mandos. in regul.21. quæst.2. num.7.* vbi quod nec in facto consistentia.

60 Hæc

60 Hæc clausula firmat gratiam, etiamsi in ea non sit facta mentio valoris beneficij, tàm obtenti, quàm impetrati. *Addent. ad Rot. decis. 6. de probat. in antiq. cum alijs per Gabr. de claus. d. concl. 2. nu. 81.*

61 Item operatur, vt gratia valeat, quæ aliàs facta ad instantiam partis non valeret. *Cassad. decis. 1. n. 3. & seqq. de reseruat.*

62 Hæc clausula habet vim clausulæ, non obstante. *Gabr. alios citans*, & de communi attestans. *de claus. d. concl. 2. nu. 59. Mandos. in regul. 16. q. 5. num. 7. & regul. 33. quæst. 13. nu. 3.*

63 Motus proprius operatur, vt mandatum super vacante extenditur ad vacaturum. *Staphil. de lit. grat. tit. Motus proprio. an suppl. defect. ætat. nu. 1.*

64 Et includit in se pinguius beneficium. *Staphil. vbi suprà. tit. Motus proprio. includit in se ping. benef. per tot.* vbi vide quia pluribus modis limitat hoc dictum. *Gabr. de claus. d. conclus. 2. nu. 72.*

65 Ideòq; est in electione mādatarij acceptādi maius. *Rebuff. cons. 45. sub nu. 1.* vbi quod procurator ab eo cōstitutus ad acceptandū, nō potest acceptare minus.

66 Nec præiudicat vnioni factæ per Ordinariū. *Staph. vbi sup. nu. 5.* vbi reddit rationem, quia non tollit ius alteri quæsitū in re, vel ad rem. *Gabr. d. concl. 2. n. 33.*

67 Quid si vnà cum clausula, Motu proprio, adsit clausula, non obstante quibuscuniq; per quæ gratia nostra posset quomodolibet impediri, vel differri, vide *Staphil. d. nu. 5.*

68 Clausula, Motu proprio, & non obstantibus habet vim specialis derogationis, etiam Concilij. *Cassad. decis. 4. nu. 3. de conceß. præb. Fab. decis. 60. lib. 2.*

69 Et iuncta cum clausula, non obstantibus, &c. habet vim derogatoriæ, vt per *Gabr. alios citantes de claus. conclus. 2. nu. 59. versic. Declara quia.*

70 An sufficiat pro sufficienti derogatione statutorum iuratorum, etiamsi de iuramento nulla sit facta mentio, vide *Felin. in cap. constitutus. nu. 7. de rescript.*

71 Hæc clausula non impedit, quominus possessor spoliatus ordine iuris non seruato possit petere restitutionem, etiam quod adsit clausula, quod propria auctoritate possit capere possessionem, quia intelligitur si sit vacua. *Mohed. decis. 7. de restit. spoliat.*

72 Clausula, Motu proprio, & clausula ex certa scientia, an possint dici inter se haberi tamquàm excedentia, & excessa, vide *Mandos. in regul. 16. quæst. 6.*

73 Motus proprius non probatur testibus, sed solis literis, secus tamen in certa scientia. *Staphil. de lit. grat. tit. de claus. Motu proprio. num. 13. Mandos. in regul. 16. quæst. 6. num. 5. Et suprà. nu. 47.*

74 Et quod Motus proprius non probetur testibus, sed de eo debeat constare per literas, tradit *Gambar. de Legat. lib. 3. n. 66. & alijs relatis per Gabr. de claus. d. conclus. 2. nu. 103. & seq.*

75 Et sicut non potest probari per testes, ita nec potest probari contrarium, quando est insertum in literis. *Gambar. d. lib. 3. num. 69.*

76 Potest tamen probari per testes, quod viderunt scriptam in literis clausulam Motu proprio. *Gabr. d. conclus. 12. num. 5.*

77 An per coniecturas, vel aliter probari possit, vide remissiue *Mandos. in regul. 16. quæst. 6. num. 9.*

78 Motus proprius operatur, vt indultum iniquitatem sapiens alicui Motu proprio concessum, in eum non retorqueatur. *Staphil. de lit. grat. tit. Motu proprio, quid operetur. n. 1.* vbi omninò in sequentibus videas.

79 Tollit diligentiam processus, ideòque inter duos expectantes, habens gratiam Motu proprio, præfertur alteri dictam clausulam non habenti, etiam diligētiori in processu. *Staph. vbi suprà. Motus proprius. exclud. dilig. proceß. nu. 1. & seqq. Mandos. in reg. 16. q. 4. nu. 8. & 49. nu. 2. & seq.* vbi an præferatur habens clausulam, habens gratiam Motu proprio, vel oriundus primò præsentans, *& reg. 33. q. 13. nu. 5. & seqq.*

80 An præferatur habenti signaturam per fiat, vide *Mandos. in regul. 33. quæst. 13. & quæst. 14.*

81 Vide in materia. *Mandos. in regul. 16. q. 9. & 10.* vbi de prouisione à Legato, vel Ordinario concurrentibus cum alijs prouisis ab illis, vel à Papa.

82 Hæc clausula operatur, vt gratia sic facta, dicatur Principis beneficium. *Staphil. de lit. grat. tit. Motu proprio. exclud. dilig. proceß. num. 1. Gabr. de claus. d. conclus. 2. nu. 63. Gemin. consil. 104. nu. 3. Mandos. in regul. 16. quæst. 49. num. 3.*

83 Et facta ex mera liberalitate. *Staphil. vbi suprà. tit. subrept. benefic. toll. Motu proprio. nu. 2. Mandos. in regul. 16. quæst. 6. nu. 2.* vbi quod secus est in clausula ex certa scientia.

84 Et quod gratia dicatur fauorabilis. *Gabr. alios citans d. conclus. 2. nu. 61. Anchar. cons. 138. nu. 2. Gamb. de Legat. lib. 3. nu. 52.*

85 Et operatur, vt etiam reseruatiònes, & illa omnia, quibus apposita est, largissimè intelligantur. *Simonet. de reseruat. quæst. 77. nu. 2. Gabr. d. concl. 2. num. 54. Gambar. d. nu. 52. Mandos. in regul. 7. quæst. 4. nu. 6.*

86 Operatur etiam, vt habens gratiā Motu proprio cæteris paribus præferatur. *Mandos. super reg. 16. q. 4. n. 8.*

87 Et reddit reseruationem fauorabilem. *Simonet. de reseruat. quæst. 66. num. 3. in fin. & seq. & alij citati per addent. ad eum ibid. litera A.*

88 Contrarium tenet in reseruatione. *Aen. de Falconib. de reseruat. prælud. 2. & alij citati per Doct. addent. ad Simonet. d. quæst. 66. nu. 7. versic. Contrarium. Gabr. de claus. d. conclus. 2. num. 65.*

89 Gratia non censetur facta Motu proprio, nisi in ea exprimatur. *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. col. 9. versic. Vndecimò non præsumuntur. & cons. 34. nu. 17. Felin. cons. 31. nu. 4. cum alijs per Gabr. de claus. d. concl. 2. nu. 102.*

90 An geminata concessio habeat vim clausulæ Motu proprio, vide *Gabr. de claus. d. concl. 2. n. 109. & seqq.*

91 Vt verò gratia dicatur facta Motu proprio necesse est, vt in signatura adsit ista clausula, nec sufficit, quod adsit in principio supplicationis, vel literarum. *Caputaq. decis. 45. & 137. p. 2.* & fuit resolutum in *Ispalen. beneficij de Xeres 9. Non. 1602. coràm Litta.*

92 Ideòq; licet in corpore dicatur Motu proprio, si tamen in signatura dicatur fiat, vt petitur, gratia dicatur facta ad partis supplicationem, non autem Motu proprio, *vt in d. Ispalen. de Xeres. vide Samen. in regul. de annal. quæst. 10. col. 4.*

93 Adde tamen, quod si in signatura dicatur fiat Motu proprio, licet appareat supplicationem partis præcessisse, nihilominus gratia non dicitur ad postulationem partis, sed Motu proprio. *Sarn. d. q. 10. col. 3. ad fin. & seq. Gabr. de claus. concl. 2. n. 107. Bald. in cap. nisi. col. 1. nu. 4. & ibi Barbat. col. 2. nu. 38. de offic. leg. Prob. ad Monach. in c. si Motu proprio. nu. 1. vers. Item quoad Motum proprium. de præb. in 6. Rebuff. de claus. mand. nu. 21. & seqq. & in form. mand. Apost. in verb. Motu proprio. vers. notandum est. Dec. cons. 51. col. 2.*

94 Habens gratiam Motu proprio, ân præferatur habenti gratiam ex certa scientia, vide *Mandos. super regul. 16. quæst. 5. per tot.*

95 Hæc clausula non suffragatur, nisi his, qui in gratia sunt nominati. *Rot. decis. 583. lib. 3. p. 3. diuers.*

96 Nec operatur, nisi in his, quæ sunt iure expressa. *Card. in cap. si Romana, quæst. 3. num. 2. in fin. de præb. Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. in princip.*

97 Motus proprius æquiparatur secundæ iussioni, *Mandos. super regul. 16. q. 5. nu. 9.*

98 Quadraginta septem effectus huius clausulæ, vide apud *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. Motu proprio. à col. 2. in princip. vsq; ad col. octauam, pariter. in princip.* & sex effectus, vide apud *Roman. consil. 327. nu. 10. & seqq. & ibi addent. & 28. ponit Gabr. de claus. conclus. 2. aliquos ponit. Gambar. de Legat. lib. 3. nu. 54. & 55. & Prob. ad Monach. in cap. si Motu proprio. de præb. in 6.* vbi etiam ponit casus aliquot in quibus non operatur.

99 Hæc clausula non vtitur Legatus, vel alius inferior, & si vtatur nullius est momenti, *Rebuff. in repet. cap. nulla. colum. 32. in septima clausula. versic. duo tamen. pag. mihi 438. col. 2. de concess. præbend.* circa quod quoad Legatum, vide omninò *Gamb. de Legat. lib. 3. num. 69. versic. Circa principalem. quæst. & seqq. & Mandos. in regul. 16. q. 8. nu. 1. & 2.*

100 Contrarium tenet. *Mandos. post alios, quos citat in regul. 16. quæst. 8. num. 3.*

136 Item declara, non procedere, vbi esset dictum non obstante tali sententia, quæ transitum fecit in iudicatum. *Alex.cons.94.nu.2.lib.2. Ruin.cons.104. sub nu.13. lib.5. Felin. in cap.super literis. sub nu.14. de rescript.*

137 Clausula generalis, non obstantibus, &c. sententijs, &c. non comprehendit, nec tollit sententiam latam de expresso consensu Papæ. *Staphil. de liter. grat. de vi, & effect. clausf. in verb.contrarijs quibuscumquè. num.5.*

138 Clausula, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c. & alijs quantumuis generalibus, nõ sufficiat pro derogatione Iurispatronatus ex fundatione, & dotatione. *Verull.decis.122. part.1.*

139 Per clausulam, non obstantibus constitutionibus, & consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis, quorum tenores, &c. censetur derogatum consuetudini immemorabili. *Cott. decis.34.*

140 Clausula, non obstante præscriptione, &c. non tollit præscriptionem centenariam. *Rebuff. de alien. rer. Eccles. num.50.*

141 Hæc clausula solet apponi in literis gratiæ, non autem in literis iustitiæ. *Rebuff.in prax.tit.differ.int. rescript. Iustit.& grat.nu.40.& seq.* Quando debeat necessariò apponi. *Mandos.in regul.25.quæst.2.nu.6.*

142 In legibus non est necessaria, secus in rescriptis, & statutis. *Rebuff.in form.mandat.Apostolic.in verb. non obstantibus. ad fin.*

143 *Bald. tamen in l.1. num.9. C. qui bon. ceder. poss.* inquit, quod in rescripto Principis non subintelligitur, sed est apponenda, secus in statuto, in quo subintelligitur.

144 In priuilegio non est necessaria, ex quo de natura videtur de iure communi derogare. *Felin. in rubric.de rescript.nu.3. in fin. Rip.in cap.1.num.38. eod. tit. Dec. cons.169. nu.4.*

145 Ponitur ad cautelam. *Crescent. decis.4. in fin. de Iudic.*

146 De eius effectu, quando ponitur generaliter in secunda dispositione, vide *Gemin. cons.115. nu.8.*

147 Ea vti non potest inferior à Principe. *Rebuff. in form.mandat. Apostolic.in verb.constituti.& in prax. tit.requisit.in liter.collat. nu.26. Felin. in c.nonnulli. nu.27. in 14. conclus. de rescript.*

148 Vbi sunt plura obstantia, nihil operatur. *Bald. in l.1. nu.27. versic.vnum etiam scias. & ibi addent. in verb.plura obstantia. C.de furt.Ias.in l.fin. nu.7.C.si contr. ius, vel vtilit. Felin.in d.c.nonnulli. nu.21. ad fin. versic. Quinta conclusio. de rescript. Dec.cons.10. col. penult. & cons.541. nu.21. & cons.602. sub nu.19. Aym. cons.6. num.59.*

149 Clausula, non obstante Canonicorum numero, &c. quid importet, vide *Staphil. de lit. grat.de vi, & effect.clausular. tit. in verb.contrarijs quibuscumquè. nu.7.& Rebuff.in prax.de clausul.mandat. nu.39. & 48. & super concord. in form. mand. Apostol. in verb. & si non obstante. & in verb.conferimus. versic. Aliquando Papa. & in repet.cap.nulla.col.36.in Decimaoctaua clausula. pag. mihi 440.col.2.de concess. preb.*

150 Clausula, non obstante, quod pro alio scripserimus, &c. non facit gratiam pinguiorem. *Rot.decis.13. & ibi addent. præsertim Papazon. nu.2. de rescript. in nou.*

151 Clausula, non obstante collatione, &c. intelligitur de collatione de facto, & inualida, vt minus præiudicet, quàm fieri possit. *Felin. in cap.causam, quæ. nu.19. de rescript. & in cap. super eo. nu.5. versic. Et cum istis. de offic.delegat. Sarnen. super Regul. de iur. quæsit. quæst.21. Rebuff. in form.nou. prouis.in verb. non obstante.vers.Immo si Papa diceret.& de rescrip. perinde valer. num.35. & in repet. cap. nulla. col.37. vers.Vigesimaprima clausula. pag. mihi 441. col.5. de concess.præbend. Mohedan.decis.7.nu.6.de rest.spol.& decis.4.nu.3. de fid. instrum. Ferret.cons.290.num.8. lib.2. Gonzal.in regul.8.Cancellar. glos.28.nu.8. Dec. dicens communem. cons.191.col.1.& 286. in fin. & 292. sub nu.5.& cons.586.nu.8.& cons.689.num.16. Aym. cons.93. num.2.*

152 Amplia, etiam si dicatur non obstante quacumq; collatione. *Rebuff.in prax.de rescript. perinde valer. num.35.*

153 Sic etiam clausula, non obstante oppositione appellatione, &c. intelligitur de friuola. *Rebuff. de alien.rer.Eccles.nu.48.* Adde circa hoc. *Felin. in cap. causam, quæ, nu.21.de rescript.* vbi quod statutum tollens appellationem intelligitur de iniusta.

154 Per clausulam, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, &c. Papa non videtur voluisse derogare suis constitutionibus, sed prædecessorum. *Gemin.consil.36. num.4. & 5.*

155 Clausula, non obstantibus emanatis, non autem executis, &c. posita in Breui intelligitur à die datæ Breuis, non autem illius præsentationis coràm executore, vnde possessio capta non dicitur attentata, ad tradita per *Lancellott.de attentat.lit.pend.in præfat. nu.408.* & fuit resolutum *in Carthaginen. portionis 13.Iunij 1586. coràm Blanchetto. & in Tuden. Parochialis 4.Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio.*

156 Clausula, non obstantibus, &c. cum mentione priuilegiorum, an intelligatur derogare iuri illius, qui illud habet ex priuilegio, & quid in habente causam onerosam. vide *Rota in Valentinà decimarum de Cosalun 10. Decembris 1601. coràm Litta.*

157 Hæc clausula posita in rescripto, contrà ius magis operatur, quàm clausula ex certa scientia. *Dec. consil.341. num.10.*

158 Ad expressa restringitur. *Aym. cons.68. sub nu.6. & cons.296.n.3. Parif.de resignat.lib.11.q.11.nu.43.*

159 Non operatur quoad ea, quæ in facto consistunt. *Grauat. ad Vestr. lib.3.cap.9.sub num.17. Curt.Iun. cons.170. sub num.31.*

160 Hæc

160 Hæc clausula in legitimatione multum odiosa, nihil operatur. Bald. in l. eam, quàm. num. 38. C. de fideicomm. Dec. cons. 338. nu. 6. & 579. nu. 5.

161 Ex hac clausula colligitur mens, & intentio disponentis. Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 11. num. 42.

162 Recipit restrictionem, quàm disponens illi dat. Paris. d. quæst. 11. nu. 42. vers. Et recipit.

163 Stat demonstratiuè non autem restrictiuè. Paris. d. quæst. 11. num. 44. & seqq.

164 Hæc clausula eatenus tollit legem, vel statutum, &c. quatenus repugnat dispositioni habenti dictam clausulam, & non plus. Roman. cons. 57. num. 1. & 2. cum alijs ibidem allegatis per Mandos. in 1. addit.

165 Hæc clausula nullo modo operatur potestatis plenitudinem. Curt. Iun. cons. 170. nu. 30.

166 Non operatur, nisi quando est processum cum causæ cognitione. Curt. Iun. cons. 170. nu. 32.

☞ Vide etiam suprà Clausula 99.

Clausula 497. Non recedendo ab antiquis, &c.

Clausula, Non recedendo ab antiquis inuestituris, &c. intelligitur præter quàm in expressis. Rota in Ariminen. deuolutionis 17. Maij 1602. coràm Cardin. Pamphilio. Curt. Sen. cons. 48. nu. 9. Natt. consil. 403. num. 7. Pedemontan. decis. 23. num. 46.

Clausula 498. Non se astringens, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, quod potius probata, quàm perita sint attendenda. Bart. in l. circa. nu. 3. ff. de probat. & in l. Dinus. num. 6. vbi Addent. ff. de re iudic. Felin. in cap. licet causam. nu. 42. in fin. de prob. late Pract. Papien. in form. libell. in act. real. in glos. non adstringens. vbi addent. & fuit dictum in causa Tricaricen. Territorij 26. Iunij 1591. coràm Cardin. Pamphilio.

2 Quid operetur posita in articulis, vide Addent. ad decis. 7. num. 3. de rescript. in nou.

3 Operatur, vt actor non adstringatur ad probãdum illud, quod non est necessarium. Felin. in cap. licet causam. num. 41. in fin. de probat. Dec. consil. 187. col. 1. in fin.

4 Item, quod non teneatur probare qualitatem deductam in libello. Marant. de ordin. Iudic. part. 6. tit. de libell. num. 11.

5 In articulorum, & libellorum fine, bonum est, quod semper à Parte apponatur ista clausula, & optimè indicatur. vt in c. licet causam de probat. Hostien. in summ. de rescript. §. sed de ipso, vers. & cum dicitur.

Clausula 499. Non tamen à nobis prouisis, &c.

Num. 1. Hæc clausula non comprehendit prouisos à Legatis, & Nuncijs, sed illos excludit, sed solum comprehendit prouisos à Papa, vt fuit resolutum in Aquilana Canonicatus 6. Octobris 1586. coràm Blanchetto. & in Caurien. beneficiorum 2. Iunij 1602. coràm Penia. per Doctr. glos. in Clem. Auditor. in verb. deputatus à nobis. & ibi Doct. communiter præcipuè. Imol. nu. 19. in fin. & Barbat. n. 20. in fin. de rescrip. & per text. in c. si Abbatem. ibi, & tamen si ab alio, &c. de elect. in 6. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. in annot. contrà pupill. & attent. num. 270.

2 Limita, vbi Nuncius, vel Legatus prouidet ex expressa commissione Papæ. Rebuff. in tit. de mandat. Apostolic. in §. declarantes. in verb. nosq; & fuit dictum in Leodien. beneficij 3. Iunij 1608. coràm Reuerendiss. Ortembergo. & in d. Caurien. beneficiorum 2. Iunij 1610. coràm Penia.

3 Quid si diceretur non tamen prouisis à Sede Apostolica, vide Gonzal. in regul. 8. Cancellar. in annot. contrà nullit. & attent. num. 268. & 269. vbi quod dicuntur exceptuati prouisi à Legato, vel Nuncio Apostolico.

4 Si tamen in Breui adsit clausula, Non tamen à nobis metipsis prouisis, per istam excluduntur prouisiones antecessorum Pontificum, vt dicit Rota in Meliten. beneficij. Mercurij 6. Iunij 1607. num. 6. coràm Card. Marquemontio. est decis. 201. in Recent. part. 2. ex decis. in Salamantina pensionis de Duennas 31. Ianuarij 1596. coràm Corduba.

Cum illa verba, à nobis metipsis, sint personalissima. l. 1. §. adipiscimur. vbi Aretin. in princip. ff. de acquir. poss. Bald. cons. 304. lib. 5. Natt. cons. 163. nu. 8. cui decisioni non obstat, Decis. in d. Aquilana Canonicatus coràm Blanchetto, quia in ea aderat tantum clausula, non tamen à nobis prouisis.

Clausula 500. Non valeat, &c.

Hæc clausula, & similes in contentiosis non intelliguntur ipso iure, sed ope exceptionis. Mandos. in regul. 31. quæst. 11. nu. 8.

Clausula 501. Non vi dolo, vel metu, &c. sed, &c.

Hæc clausula posita in instrumento, quid operetur, vide Ferret. cons. 307. nu. 7. lib. 2.

Claus. 502. Nos tibi asserẽti, &c.

Clausula, Nos tibi asserenti, &c. resignantem aliunde commodè substentari posse, &c. àn reddat gratiam conditionalem, & àn sit iustificanda, vide Rota in Lucana Magiscolatus 7. Iunij, & 1. Iulij 1581. 13. Octobris 1586. & 19. Ianuarij 1587. coràm Orano.

Clausula 503. Nullatenus audiatur, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in statuto tollit appellationem. Put. decis. 417. nu. 4. lib. 2.

2 Item tollit etiam exceptionem, nempè quod quis non possit audiri per viam exceptionis. Achill. decis. 12. nu. 2. de constit.

Clausula 504. Nulli ergo hominum, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam Papa comminatur omnibus, qui ausi fuerint contradicere literis suis sine iusta, & rationabili causa. Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausular. tit. de clausula, nulli omninò hominum, &c. num. 1.

2 Et qui sine iusta causa illis contradicit, & se opponit, peccat mortaliter. Staphil. vbi suprà. nu. 4. Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. nulli ergo. versic. ego autem putare.

3 Limita in eo, qui de iure, & sic ex causa illis contradicit, & se opponit. *Staphil. vbi supra. sub nu. 1.*
4 Hæc clausula, quando in literis Papæ ex stylo Curiæ non apponatur, vide *Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. nulli ergo, &c. in fin.*
5 Importat pœnam arbitrariam. *Marsil. singul. 559. incip. sæpe.*

Clausula 505. Nullius sit momenti, &c.

Num. 1. Hæc clausula inducit nullitatem ipso iure, post alios *Gonzal. in regul. 8. Cancellar. glos. 57. num. 5. Mandos. in regul. 31. quæst. 11. nu. 6.*
2 Limita, vt per *Mandos. d. q. 11. sub nu. 6. & seqq.*
3 Idem facit clausula nullius sit momenti, vel roboris firmitatem non obtineat. *Idem Gonzal. alios cit. d. glos. 57. num. 8.*
4 Hæc clausula intelligitur aliquando, etiam de paruo momento. *Dec. in cap. 2. nu. 34. de testib.*
5 Huic clausulæ, si adiecta sit dictio prorsus, si dicatur nullius prorsus momenti, habet magnam efficaciam. *Dec. cons. 197. col. fin.*

Clausula 506. Nullo iure, &c.

Hæc clausula restringitur per clausulam subsequentem in & super.
Vide supra *Clausula 50.*

Clausula 507. Nullo modo, &c.

Num. 1. Ista clausula habet præcisam naturam. *Aym. post alios. cons. 201. nu. 43. vers. sicut etiam.*
2 Tollit dispensationem. *Curt. Sen. cons. 42. num. 5. Lambertin. de Iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. art. 30. sub num. 19.*
3 Et habet effectum, vt nulla dispositio in contrarium valeat. *glos. in Clem. vt hi. vers. concedamus. de ætat. & qualit. cum alijs per Ias. in l. 1. num. 36. C. de Summ. Trinit. & fid. Catholic.*
4 Vniuersalem negationem inducit. *Mandos. in regul. 34. quæst. 88. nu. 2. Bero. cons. 117. num. 5. lib. 2.*

Clausula 508. Nullo ordine iuris seruato, &c.

Hæc clausula posita in facultate alicuius Iudicis circa modum procedendi, tollit repetitionem testiũ. *Rot. decis. 12. nu. 4. part. 1. diuers.*

Clausula 509. Nullum testamentum, &c.

Nu. 1. Hæc clausula intelligitur de testamento de iure valido. *Roman. cons. 99. num. 3.*
2 Limita, nisi dispositio vteretur verbis factum denotantibus, si statutum diceret, qui nullum fecerit testamentum, nam tunc intelligeretur, etiam de testamento inualido facto. *Roman. consil. 199. num. 3.* ibi, quoniam illud verum, & ibid. *Mandos. qui alias citat. in verb. denotantia.*

Clausula 510. Nunc, & pro tempore, &c.

Hæc clausula respicit futura. *Bald. per illum text. in cap. cum inter. num. 7. de re iudic. & in cap. cum terra num. 6. de elect. Rebuff. super concord. tit. de regul. ad præl. nomin. faciendum. §. 1. in verb. pro tempore,* & fuit dictum *in causa Carthaginen. decimarum 20. Nouembris 1578. coràm Bubalo. & in causa Lauden. pensionis 29. Ianuarij 1601. coràm Penia.*

Clausf. 511. Omnesquè alios, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt censeatur data iurisdictio contrà omnes interesse prætendentes. *Papazon. ad Rot. decis. 8. nu. 6. de rescript. in nou. Mohedan. decis. 229. aliàs 5. de Iudic. Put. decis. 4. eod. tit. & decis. 96. lib. 1. Fab. decis. 15. lib. 1. Achill. decis. vlt. de rescript.* & fuit dictum *in causa Siracusana quartæ 16. Nouembris 1588. coràm Comitulo. & vide in causa Bononien. de Ponticolo 22. Martij 1574. & 14. Decembris 1573. coràm Robusterio. & in causa Zamoren. Parochialis 14. Iunij 1593. coràm Gypsio.*
2 De effectu huius clausulæ, vide *Mandos. in reg. 34. quæst. 36. num. 7.*
3 Adde tamen, quod ad hoc, vt huiusmodi clausula operetur, requiritur specificatio personę in citatione. *Rot. decis. 18. nu. 2. de dol. & contum. in nou. Crescent. decis. 8. aliàs 3. nu. 5. de dilat.* & fuit dictum *in causa Bononien. de Ponticulo 22. Martij 1574. coràm Robusterio. in Calaguritana beneficij 27. Aprilis 1592. coràm Card. Pamphilio. in Zamoren. Parochialis 14. Iunij 1593. coràm Gypsio. & in Bononien. S. Petronij 28. Aprilis 1595. coràm Card. Mantica.*
4 Et vigore dictæ clausulæ potest tertius pro suo interesse venire ad causam, & dicitur lis introducta. *Achill. decis. 2. vt lit. pend. Rota in Placentina fideiussionis 22. Maij 1592. coràm Penia.*
5 Quando est commissa causa contrà aliquem omnesq; alios, si tertius obtineat commissionem admissionis ad causam pro suo iure, & interesse, dicitur reus, & non actor, etiam quod in dicta commissione adsit clausula, necnon quàm, & quas. *Put. decis. 346. lib. 1. Achill. decis. 2. de dilat. &c.*
6 Hæc clausula non comprehendit Capitulum, nec Vniuersitatem. *Bald. in authent. Item quicumq; nu. 1. & ibi etiam Castren. C. de Episc. & Cleric. Soccin. de eitat. art. 3. nu. 6. q. 3. & art. 6. in 3. quæst. 31. quæst. princip. nu. 63. Gomes. in cap. cum in multis. nu. 68. de rescript. in 6. Mandos. de commiss. commiss. 2. in clausula omnesq; alios, &c. Achill. decis. 3. de rescript. Rot. decis. 25. nu. 2. lib. 3. part. 3. diuers.*
7 Etiamsi adsit clausula contrà interesse putantes. *Achill. decis. 3. de rescript.* vbi quod est opus noua commissione, etiamsi Capitulum de voluntate sua venire vellet.
8 Declara non procedere, quando in commissione, aut inhibitione, & simili adest mentio Sindicorum Capituli, tunc enim clausula, omnesquè alios comprehendit residuum Capituli, vt per *Sarnen. in cap. cum in multis. nu. 69. de rescript. in 6.* & tenuit Rota *in Tarraconen. attentatorum 17. Decembris 1607. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.*
9 Sub ista clausula non comprehenduntur personæ maiores, aduersario personaliter nominato, nisi apponatur alia clausula, quacumq; dignitate, &c. vel cuiuscumq; gradus, &c. *Papazon. ad Rot. decis. 8. n. 4. & 5. de rescript. in 6.*
10 Et sine verbis in decreto nominandos, &c. est periculosa. *Papazon. vbi supra. num. 9.*

11 Vi-

11 Vigore illius quot personæ possint citari, vide *Papazon. vbi supra, nu.6. & 7.* vbi etiam de clausula, Quidam alij. *& Ferret. cons.83. nu.9. & 10. lib.1.*

12 Vigore commissionis contrà omnes sua interesse putantes aliquo specialiter executo, executor, non potest sine mandato specificare citandos. *Achill. decis.7. nu.1. de rescript.*

13 Limita, vbi in commissione adest clausula, quod nomina intrusorum habeantur pro expressis. *Achill. d. decis.7. nu.1. ad fin. & seqq. de rescript.*

14 Vigore huius clausulæ potest semper venire habens interesse, etiam non nominatus, & potest procedere contra actorem per contradictas. *Achill. decis.18. de rescript.*

☞ Vide etiam suprà Clausulam 52.

Clausula 512. Omnes, & singulos, &c.

Hæc clausula habet vim expressionis in indiuiduo, vt fuit dictum *in Papien. fideicommissi 28. Nouembris 1584. coràm Blanchetto.*

Clausula 513. Omnia, & singula, &c.

Num.1. Hæc clausula refertur, etiam ad enunciata. *Alex. cons.17. nu.2. lib.3. Ruin. cons.137. nu.6. lib.1. & cons.103. nu.11. lib.4. Paris. cons.97. nu.91. & seqq. lib.1.* & fuit dictum *in causa Romana dotis 11. Februarij 1583. coràm Cantuccio.* Et vide infrà in clausula, Pro quibus omnibus, & singulis. *Rota in Mediolanen. simulationis contractus 10. Decembris 1603. coràm Reuerendiss. Ortembergo. Rot. decis.797. nu.11. part.1. diuers. & in Placentina Iurispatronatus 13. Martij 1609. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.* Et ad accessoria eius, quod principaliter est dispositum. *Rot. decis.246. num.2. part.1.*

2 Item refertur ad assertionem, qua minor asseruit se maiorem. *Ancharan. cons.226. sub num.3. Paris. cons.97. num.89. cum plurib. seqq. lib.1.*

3 Habet vim indiuiduæ expressionis. *Paris. cons.1. num.104. lib.3.*

4 Et tollit subreptionem. *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. omnia, & singula. in princip.*

5 Per hanc clausulam non solum factum, sed etiam qualitas facti intelligitur. *Rebuff. super concordat. in form. liter. execut. mandat. Apostol. in verb. omnia, & singula.*

6 Clausula, Omnia, & singula alia faciendi, &c. quæ alij Legati de latere, &c. imposita in literis Legationis quid importet, vide *Rebuff. cons.7.*

7 Hæc clausula omnia, & singula, & alia quæcumq; &c. important concessionem iurisdictionis omnimodæ. *Butr. cons.19. num.5.*

8 Et æquipollet clausulæ pleno iure. *Butr. d. cons.19. num.5. vers. Item & satis.*

9 Per hanc clausulam appositam in venditione, quid censeatur venditum, vide *Paris. cons.20. num.73. & seq. lib.1.* vbi àn censeatur vendita iurisdictio.

Clausula 514. Omniaquè alia faciendi, &c.

Num.1. Hæc clausula posita in mandato post enumerationem aliquorum casuum particularium operatur, vt procurator possit facere aliquid minus, vel saltem, quod non sit de maioribus expressis, etiam quod adsit alia clausula, In præmissis, &c. *Verall. decis.209. num.2. part.1.*

2 Clausula, Omnia alia faciendi, &c. quæ alij Legati de latere, &c. posita in literis Legationis, quid importet, vide *Rebuff. cons.7.*

Clausula 515. Omnibus, & singulis, &c.

Hæc clausula posita in generali liberatione quomodo intelligatur, vide *Ancharan. cons.180. num.6. in fin. & seq.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà Clausulam 53.

Claus. 516. Omni iure via, modo, & forma, quibus fieri potest, &c.

Hæc clausula posita in fine libelli includit omnem actionem, & omne officium Iudicis, quæ, & quod ex narratis concipi potest. *Ancharan. cons.73. nu.3.*

Clausula 517. Omni meliori modo, &c.

Num.1. Hæc clausula operatur, vt actus valeat eo modo, quo valere potest. *Felin. in cap. cum super. nu.11. de offic. delegat. Soccin. cons.173. nu.4. lib.3. Dec. consil.11. nu.10. vers. Et apparet. cons.14. n.3. & cons.77. nu.4. Aym. cons.141. num.3. Decian. cons.34. num.81. lib.3. Gabr. cons.137. sub nu.23. lib.1. Durant. de art. testand. tit. de acquir. hæred. caut.11. nu.2.* & fuit dictum *in causa Maceraten. tutelæ 25. Octobris 1577. coràm Card. Lancellotto, & in causa Romana rescissionis transactionis 20. & 27. Nouembris 1585. coràm Blanchetto. Verall. decis.91. nu.5. p.1. Rot. decis.457. nu.7. lib.3. part.3. diuers.* Et comprehendit omne Caput, ex quo actus sustineri potest. *Put. decis.230. num.3. lib.2.*

2 Et posita in decretis, vel similibus actibus est magni ponderis pro eorū substentatione. *Put. decis.230. Sebastian. Martin. lib.2.*

3 Dic verum, quando modus expressus est inualidus, secus quando est validus, quia tunc nihil operatur. *Rimin. cons.438. num.23. & seq. lib.3.*

4 Item dic verum, vbi modus aptus venit ex expresso inepto, secus si nullo modo veniret ex expresso. *Felin. in cap. cum super. nu.12. de offic. delegat. Cassad. decis.7. nu.7. de appellat. Honded. cons.54. nu.51. lib.2. Verall. decis.259. nu.4. part.3. Rot. decis.107. nu.4. part.1.*

5 Item, vbi est contrarius expresso. *Gabr. post alios cons.188. num.8. lib.2.*

6 Hæc clausula, quando adest copula, &, vel alia dictio copulatiua operatur, etiam vltrà expressa, secus si simpliciter, & sine copula ponatur, nam tunc non operatur, nisi circa expressa. *Put. decis.343. nu.6. lib.2. Crescent. decis.11. nu.9. de dol. & contum. Verall. decis.273. lib.1. in manuscript. & decis.124. part.1. in impress.* vbi quod ita seruat Rota. *Paleot. decis.114. aliàs 467. nu.7. lib.3. part.3. diuers. Achill. decis.1. de claus. aliàs 1. de verb. signific.* & fuit dictum

 in

in causa Gerunden. anniuersariorum 5. Martij 1575. coràm D. de Grassis. vbi quod ita passim seruat Rota, & quod ita fuit dictum *in causa Romana 50. millia. coràm Sanctiss. Aldobrandino, & in causa Oxomen. portionis coràm Vestano 20. Iunij 1548.* & fuit etiam dictum *in causa Florentina damnorum, & interesse 9. Decembris 1585. coràm Gypsio, & in Bononien. vsusfructus 16. Iunij 1597. coràm Card. Pamphilio, & vide in causa Romana rescissionis transactionis 20. & 27. Nouembris 1585. coràm Blanchetto. & in Bononien. de Elephantucys 20. Maij 1587. coràm Bubalo. Rot. decis. 107. nu. 5. 329. num. 3. & decis. 544. nu. 3. part. 1. & 108. num. 5. part. 2.*

7 Quomodo, & quando hoc procedat, vide *Rot. decis. 544. nu. 4. part. 1. diuers. & 738. num. 8. d. part. 1.*

8 Hæc clausula operatur, vt testamentum sustineatur vti nuncupatiuum. *Alex. cons. 176. nu. 8. lib. 5. vbi Natt. in addit. Soccin. cons. 142. num. 3. lib. 1. Aym. consil. 347. nu. 2. Afflict. decis. 144. vbi Vrsil. in addit.* & fuit resolutum *in causa Romana nullitatis testamenti 28. Maij 1582. coràm Sanctiss. Aldobrandino. Dec. consil. 14. col. 5.*

9 Et adiecta secundò testamento illud facit valere, etiamsi non sit facta mentio clausulæ derogatoriæ in primò appositæ. *Dec. cons. 14. col. 5.*

10 Dic verum, quando simpliciter, & principaliter apponitur, ita vt respiciat totum testamentum, secus sit sit adiecta respectu alicuius actus particularis tantum. *Verall. decis. 260. part. 3.*

11 Et operatur, vt relictum censeatur in vim institutionis. *Bald. in l. quoties. n. 3. C. de hæredib. instituend. Cuman. in l. his verbis. ff. eod. Felin. in cap. cum super. num. 11. vers. secundus effectus. de offic. delegat. Ias. in authent. nouiss. num. 21. & 24. ad fin. in 8. lmic. C. de inofficios. testament. Alex. cons. 80. num. 7. lib. 5. & 50. nu. 9. lib. 7. cons. 112. nu. 3. lib. 3. Castren. cons. 323. n. 3. lib. 1. Corn. cons. 62. nu. 4. lib. 2. & cons. 298. nu. 4. lib. 1. Dec. cons. 14. nu. 4. & cons. 77. num. 4. Ruin. cons. 107. nu. 21. & cons. 208. nu. 11. lib. 1. Rimin. Sen. cons. 4. n. 19. vbi Rimin. Iun. in addit. litera F. & cons. 266. num. 6. Curt. Iun.* quando est posita in fine codicillorum, *consil. 71. nu. 12. Rimin. Iun. in addit. ad consil. Rimin. Sen. cons. 438. nu. 15. litera F. Marsil. singular. 36. nu. 2. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 3. tit. 14. nu. 11. & vide in causa Reatina hæreditatis 10. Ianuarij, & 3. Martij 1600. coràm Iusto. Dilect. de art. testand. tit. de liber. instit. caut. 1. nu. 6. & tit. de legat. caut. 2. n. 5. Gozzadin. cons. 21. nu. 8. & 78. nu. 5. Soccin. Iun. consil. 90. nu. 26. lib. 3. Fulgos. cons. 90. nu. 1. ad fin. versic. tertiò comprobatur. Cuce. de legit. tit. quo tit. sit relinquen legitim. num. 28.*

12 Contrarium, quod scilicet faciat relictum substinere in vim fideicommissi. *Bened. in c. Raynutius. de testam.*

13 Amplia, etiamsi sit in fine posita. *Fulgos. cons. 90. nu. 1. ad fin. vers. tertiò comprobatur. Corn. cons. 62. num. 4. in fin. & seqq. lib. 2. vide infrà.*

14 Declara, vt per *Bero. cons. 118. nu. 29. & seq. lib. 2.*

15 In institutione subintelligitur. *Dec. cons. 176. nu. 2.*

16 Dic verò, quando prædicta clausula apponitur ipsi relicto, secus verò, quando est apposita in fine clausulæ codicillaris. *Alex. cons. 50. nu. 10. lib. 7. Rim. cons. 438. nu. 23. cum seqq. Curt. Iun. cons. 169. num. 7. Bero. cons. 118. nu. 29. lib. 2. Thob. Non. cons. 19. nu. 25.* & fuit dictum *in causa Reatina hæreditatis 3. Martij 1600. coràm Iusto. & in Foroliuien. fideicommissi 9. Maij 1611. coràm Cardin. Pamphilio.*

17 Vel aliàs de per se sine clausula si non valet, &c. sed absolutè. *Alex. cons. 80. nu. 7. vers. Et si dicatur. lib. 5. & 112. num. 3. lib. 3. & 50. num. 8. in fin. lib. 7. Goz. 21. sub nu. 8. Marsil. singul. 36. nu. 2.*

18 Hæc clausula operatur, vt per eam censeatur data facultas fideicommissario capiendi possessionem propria auctoritate. *Curt. Iun. in l. fin. nu. 49. C. de edict. D. Adrian. toll. cum alijs per Honded. cons. 28. nu. 26. lib. 2. & vide in Romana de Capizuchis 10. Aprilis 1606. coràm Card. Lancellotto.*

19 Declara procedere, quando huiusmodi clausula est apposita fideicommisso, vel substitutioni, vel in fine testamenti purè, secus si sub conditione, iuxta *cons. Alex. 50. nu. 11. lib. 7.* cum alijs suprà allegatis, ita fuit dictũ *in d. Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coràm Card. Lancellotto.*

20 Hæc clausula, àn substineat collationem Ordinarij factam iure deuoluto de beneficio Iurispatronatus infrà tempus datum ad præsentandum, si patronus nullum præsentet, nec reclamet, vide *Rot. decis. 10. sub nu. 5. vers. nec obstantibus. de iurepatron. in antiq.*

21 Hæc clausula operatur, vt actus censeatur factus eo modo, quo melius fieri potuit. *Cas. de Grass. decis. 9. nu. 12. de testament.*

22 Hæc clausula, etiam iuramentum operatur, vt melior via censeatur electa. *Rot. decis. 125. nu. 12. part. 1.*

23 Clausula, Et aliàs omni meliori modo, posita in appellatione quid operetur in causa attentatorum. *Rot. decis. 656. lib. 3. part. 3. diuers.*

24 Hæc clausula æquipollet clausulæ codicillari. *Bart. in l. codicillis. §. fin. & ibi Doct. cõmuniter. ff. de leg. 2. Felin. in cap. cum super. nu. 11. vers. quartus effectus. de offic. delegat. Soccin. cons. 66. num. 10. lib. 3. Paris. cons. 62. nu. 16. lib. 2. Curt. Iun. cons. 71. nu. 12. & consil. 72. sub num. 8. Rimin. Iun. cons. 116. nu. 52. Gabr. de testament. conclus. 5. nu. 9.* & fuit resolutum *in causa Romana hæreditatis 1. Aprilis 1591. coràm Seraphino. Dec. cons. 14. nu. 3. & cons. 77. nu. 4. circa princip.* vbi quod operatur, vt substitutio valeat eo modo, quo potest.

25 Item æquipollet clausulæ pleno iure, & ideò importat idem, quod pleno iure, & sine diminutione. *Ruin. cons. 47. nu. 20. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 633. n. 62. lib. 5. Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. num. 227. Canal. in respons. primò pro fratre. num. 37. & seq. & respons. secundò. nu. 121. Hier. Hercul. in subscript. ad d. primum consil. Canal. nu. 4. & vide in causa Bononien. vsusfructus 16. Iunij 1597. coràm Card. Pãphilio.*

26 Hæc clausula apposita in decreto, in quo est enunciata causæ cognitio facit præsumi illam fuisse adhibitam. *Gabr. cons. 22. sub nu. 31. & cons. 23. n. 6. lib. 1.*

27 Ex hac clausula dispositioni adiecta colligitur spontanea, & enixa mens disponendi, atq; ita disponendi, vt actus valeat, valeatquè ex causa vera, nisi possit valere ex putatiua, & expressa, *ad not. per Fel. in cap. cum super. col. penult. de offic. delegat. Gabr. cons. 132. quæst. 2. nu. 17. & cons. 137. sub nu. 23. lib. 1.*

28 Et ostendit claram mentem disponentis, vt saltim in genere cogitauerit de validitate actus omni meliori modo. *Rot. decis. 366. nu. 11. part. 1. diuers.*

29 Hæc clausula apposita in aditione hæreditatis operatur, vt adiens velit acquirere omne id, quod sibi de iure venit acquirendum. *Dec. cons. 14. num. 2.*

vers.

vers. in casu verò proposito. Rot. Lucen. diuersor. decis.93. col.1. vers. tantò magis.

30 In additione, & acceptatione hæreditatis subintelligitur. *Bald. in l.1. col.2. versic. Ex prædictis. C. quand. non pet. part. Dec. cons.14. col.3.*

31 Item operatur, vt si additio non valeat ex secundo testamento inutili ab eo, qui pariter erat institutus in primò valido. *l. Claudius. ff. de acquir. hæredit.* sustinetur tamen virtute primi validi, vbi additio fuit facta cum clausula, Omni meliori modo. *Anchar. cons.204.nu.3. Dec. cons.14.nu.14. vers. Et non cundo. Felin. in cap. cum super. num.11. in 3. effect. de offic. delegat.* Contrarium tenet ibidem. *Ancharan. consil.357.* de quo vide *Dec. cons.14. num.5.* & declara. *vt ibi per eum in vers. præterea considerandum est.*

32 Hæc clausula facit valere relicta, in quo nullus est institutus hæres. *Durant. de art. testand. de hæredib. instit. caut.1. nu.2.*

33 In testamento inter liberos subintelligitur. *Ias. in auth. nouissima. nu.21. C. de inofficios. testament. Gabr. cons.137. nu.14. lib.1. Crass. in §. testamentum. quæst.11. nu.10. vers. hoc autem.*

34 Ex ea colligitur spontanea, & maxima voluntas disponendi. *Gabr. cons.132. quæst.2. nu.17. lib.1.*

35 Hæc clausula apposita legato, quod ex falsa causa aliàs non valeret, operatur, quod sustineatur, & valeat. *Gabr. cons.132. quæst.2. nu.17. lib.1.*

36 Operatur, vt contrahentes noluerint habere rationem formæ, sed effectus, & voluerint facere actum eo modo, quo melius fieri poterat. *Gabr. cons.137. sub num.23. lib.1.*

37 Item, quod pactum futuræ successionis valeat, & sustineatur. *Gabr. d. cons.137. sub nu.23. lib.1.*

38 Hæc clausula operatur, vt possessio non sit attentata. *Lancellott. de attentat. part.1. cap.1. num.68. & seqq.*

39 Hæc clausula non alterat principalem dispositionem, neq; ampliat ad casus in ea non expressos. *Rota in Romana fideicommissi de Stanchis 13. Ianuarij 1597. coràm Seraphino.*

40 Clausula, Omni meliori modo, apposita in sententia, quæ plures insolidum obligatos condemnat simpliciter intelligitur eos pro virili cõdemnare, vt dicta condemnatio dicatur facta insolidum. *Corn. cons.71. nu.1. lib.1. Vrsil. ad Afflict. decis.71. nu.1. in fin. & seq.*

41 Hæc clausula non operatur, vbi nullus modus adest, ex quo actus valere potest. *Angel. cons.94. col. fin. vers. non obstat quod.*

42 Hæc clausula operatur, quod vbi Iudex Ordinarius credebat se Iudicem delegatum, & tamquàm delegatus processit, processus saluetur, & sustineatur ex potestate Ordinaria, quæ verè competebat, vt post *Card. & Imol. trad. Dec. cons.14. num.3. in fin. & seq. & cons.77. nu.4. versic. Et similiter. Felin. in cap. cum super. nu.11. in primò effect. de offic. delegat.*

43 Item, vt si Legatus exequendo mandatum Papæ dicat se facere, vt Legatus omni meliori modo, videatur facere auctoritate Papæ, vt executio valeat, quod secus esset, nisi adesset dicta clausula. *Felin. in cap. cum super. nu.11. in fin. in 6. effect. de offic. deleg.*

44 Item, quod arbitrer, qui in sua sententia istam clausulam apposuit cẽseatur pronunciasse tamquàm arbitrer. *Felin. in d. cap. cum super. nu.11. in 5. effectu.*

45 Item, vt arbitrator, qui in sua sententia hanc clausulam apposuit censeatur pronunciasse, tamquàm arbitrer. *Felin. in d. cap. cum super. nu.11. ad fin. in 5. effect. de offic. delegat.*

46 Item operatur, vt sustineatur testamentum, in quo pater aliquid simpliciter filio reliquit, & non iure institutionis, vt post *Castr. & alios trad. Dec. cons.14. nu.4. versic. similiter. & cons.77. nu.4. versic. facit, quod notat. vide suprà.*

47 Item æquipollet clausulæ codicillari. *Felin. in cap. cum super. nu.11. in 4. effect. de offic. deleg. vide suprà.*

48 Item operatur, vt verbum, relinquo, importet institutionem. *Addent. ad Felin. in d. cap. cum super. nu.11. in 4. effect. de offic. delegat.*

49 Hæc clausula operatur, vt dispositio non censeatur restricta ad specificata. *Aym. qui alios citat cons.326. num.15. Rota in Claraualllen. grani 22. Iunij 1580. coràm Orano.*

50 Sed vt ad omnem casum referatur, qui melius, & plenius valere potest. *d. Claraualllen. grani.*

51 De ista clausula, & pluribus eius effectibus, & quando non operetur, vide omninò *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 117. part.2.*

52 Hæc clausula apposita in libello operatur, vt censeatur intẽtatum, & deductum omne, & quodcumq; remedium magis proficuum. *Rol. consil.79. num.38. lib.1. Rota in Romana fideicommissi de Naris 4. Martij 1596. coràm Penia.*

53 Et quod Iudex censeatur additus, & tamquàm Ordinarius, & tamquàm delegatus, prout erit vtilius libellanti. *Ferret. cons.189. num.4. lib.1.*

54 Et vt libellus interpretetur eo modo, quo fauorabilius est libellanti *Alex. cons.6. num.3. lib.3. Grat. cons. vlt. nu.43. lib.2. Marant. de ordin. Iudicior. p.6. tit. de libell. num.10.*

55 Hæc clausula non operatur, quod intentio loquentis comprehendat incognita. *Felin. in cap. cum super. num.3. de offic. delegat. Roman. cons.294. ad fin. & ibi Mandos. in vlt. addit.*

56 Item non operatur, vbi lex exegit certam formam verborum, quia illa omissa, actus vitiatur, licet sit apposita ista clausula, Omni meliori modo, &c. *Felin. in cap. cum super. nu.14. de offic. delegat.*

57 Hæc clausula non potest sustinere actum, vbi verba sunt clara pro nullitate. *Rot. decis.366. nu.8. p.1.*

58 Hæc clausula adiecta substitutioni operatur, vt testator videatur voluisse valere intrà pupillarem ætatem iure directò. *Rot. decis.181. nu.6. & seq. part.2. diuersor.*

59 Hæc clausula posita in fine refertur ad omnia, nisi adsit ratio diuersitatis. *Rot. d. decis.181. nu.7. & 10. part.2. diuers.*

60 Et refertur ad totum testamentum. *Fulgos. consil.910. col.2. Dec. cons.14. col.4. Gabr. cons.137. sub nu.31. lib.1. vbi in fin. d. nu.31. alios citat.*

61 Hæc clausula non operatur, vt fiat transitus ad dispositionem diuersam. *Gabr. cons.137. nu.24.*

62 Hoc tamen non habet locum, nisi in voluntate dubia, secus si disponens declaret se velle disponere eo modo, quo potest. *Gabr. d. cons.137. sub nu.24. lib.1.*

63 Hæc clausula apposita in libello, non operatur, quod si libellans vnum deduxerit, & aliud probauerit, nihilominus virtute huius clausulæ debeat obtinere. *Soccin. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.3. ff. de acquir. poss.*

64 Dic verum, dummmodo probatum saltim eliciatur ex narratione, secus si nullo modo ex expressis in libello

libello eliciatur, quia tunc hæc clausula, nihil operatur. *Felin. in cap. si diligenti. num. 3. de for. compet. & in cap. cum super. nu. 12. de offic. delegat, Cassad. decis. 7. num. 7. de appellat. Soccin. in cap. 2. num. 86. de liber. oblat. Corn. cons. 91. nu. 1, lib. 4. Aym. cons. 151, nu. 1. Gabr. cons. 45. nu. 3.*

☞ Vide super ista clausula, etiam suprà Clausula 51.

Clausula 518. Omnium, quorum interest, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in citatione generali operatur, vt citatio non sit arctatoria, sed monitoria, *Rot. decis. 18. nu. 2. de dol. & contumac. in nou.*

2 Quod si aliquis citetur specialiter vigore citationis generalis, cum clausula, quorum interest, ac si non compareat, possit contrà eum procedi per contradictas, vide *Rot. decis. 18. & ibi addit. de dol. & contumac. in nou.*

3 Si quis citatus vigore huius citationis compareat, & petit admitti ad causam, non est admittendus, nisi prius doceat de suo interesse saltim summariè. *Rot. decis. 11. & ibi Addent. de Iudic. in antiq. Bisiguet, decis. 1. de rescript.*

Clausula 519. Ordinariæ collationi, &c.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur de vera naturali, & propria Ordinaria collatione, non autem de accidentali, vt per accidens Ordinaria. *Put. decis. 164. lib. 3.* vide in proposito. *Achill. decis. 1. nu. 4. de offic. Ordinar.*

2 Vnde si in reseruatione dicatur exceptis beneficijs, in quibus essent Cardinales Ordinarij collatores intelligitur, in quibus haberet Episcopatum, vel aliud finale beneficium habens collationem. *Achill. decis. 1. nu. 4. de offic. Ordinar.*

3 Et verba, quorum collationi, dispositioni, & indultò auctoritate Apostolica concessis, quibus per præsentes non intendimus derogare, intelliguntur de indulto concesso Cardinali Ordinario collatori, *Achill. d. decis. 1. nu. 5. de offic. Ordinar.*

Clausula 520. Ordine successiuo, &c.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur eo ordine, quo lex ab intestato ad successionem vocat, vt scilicet proximior in gradu admittatur. *l. fin. C. de verb. significat. Gabr. cons. 86. nu. 3. lib. 1. Rota in Romana hæreditatis infrà allegata.*

2 Et si sint plures in eodem gradu verè, vel per repræsentationes, omnes admittantur. *Gabr. consil. 86. n. 3. lib. 1. Rota in Romana hæreditatis de Gabrielibus 13. Ianuarij 1582. coràm Robusterio. & Sanctiss. Aldobrandino.* vbi alij citantur, & reprobatur. *Curt. Iun.* qui contrarium tenet, *cons. 264. nu. 33. vers. secundò principaliter. lib. 3.*

3 Ordine successiuo vocati numquàm intelliguntur ij, qui ab initio sub nomine collectiuo non comprehenduntur, sed successiua vocatione inter eos tantum locum habet, qui ab initio vocantur, sed aliqua ratione eorum admissio suspenditur, vt alij præferantur. *Gabr. cons. 132. quæst. 5. nu. 56. lib. 1.*

4 Ordine successiuo vocati, an intelligantur vocati per viam fideicommissi, vel vulgaris substitutionis duæ sunt opiniones prima per viam vulgaris. *Dec. cons. 205. col. 4, cons. 236. cons. 248. num. 3. consil. 291. col. 1. cons. 253. cons. 287. col. 3. cons. 318. sub nu. 4. & cons. 384, num. 4.*

5 Secunda est opinio, quod immo etiam per fideicommissum, *Aym. cons. 22. & cons. 131.*

6 Adde, quod substitutio, qua ordine successiuo vocantur habet tractum temporis in futurum, tunc habet locum secunda opinio, quod etiā per fideicommissum vocati censeantur. *Dec. d. cons. 205. cons. 236. cons. 248. Aym. cons. 22. nu. 7. & 131. sub nu. 3.*

7 Clausula ista idem importat, quod gradatim. *Rota in Romana hæreditatis de Gabrielibus 13. Ian. 1582. coràm Robusterio, & Sanctiss. Aldobrandino.*

Clausula 521. Parito, &c.

Num. 1. Hæc clausula reddit commissionem, & iurisdictionem conditionalem. *Put. decis. 425. lib. 1. Staphil. de lit. iustit. §. dicendum. nu. 42.* & fuit dictum *in causa Calaguritana Capellæ S. Crucis de Negera 13. Ianuarij 1589. coràm Orano. & in causa Pampilonen. Parochialis de Eubarin 4. Martij 1591. coràm Card. Pamphilio. Ispalen. beneficij 24. Februarij 1584. coràm Seraphino, & in Compostellana 16. Decembris 1596. coràm Orano.*

2 Et ideò non tribuit iurisdictionem priusquàm sit Paritum, *cap. cum dilecta. de rescript. cap. cum olim. de offic. delegat. Paris. cons. 49. nu. 8. lib. 4.* & fuit dictum *in d. Calaguritana Capellæ S. Crucis de Negera 13. Ianuarij 1589. coràm Orano.*

3 Et operatur, quod iura compulsata antequàm sit dictum de paritione non sint benè compulsata, vt fuit resolutum *in d. Calaguritana Capellæ S. Crucis de Negera 13. Ianuarij 1589. coràm Orano.*

4 Nec sufficit, quod sit paritum, nisi constet in actis de paritione, vt Iudex certus sit de sua iurisdictione, vt in simili de clausula, sine retardatione solutionis pensionis fuit dictum *in Tarraconen. pensionis 15. Nouembris 1593. coràm Gypsio.*

5 Hæc clausula præsupponit rem iudicatam, & ideò si super expensis non adest res iudicata, quis non tenetur illas soluere, & illarum respectu non obstat clausula, Parito, & fuit resolutum *in causa Mediolanen. Capellæ 13. & 23. Maij 1591. coràm Seraphino, & in causa Toletana Capellæ 13. Aprilis, & 12. Maij 1595. coràm Cardinali Millino. & in Farfen. pecuniaria 21. Iunij 1610. & 10. Ianuarij 1611. coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

6 Et ideò Signatura non solet dare hanc clausulam, nisi quando adsunt tres conformes, & sic non refertur ad condemnatum vnica sententia, licet ob non interpositam appellationem, vel non persecutam, transiuerit in iudicatum, vt fuit dictum *in d. Mediolanen. Capellaniæ 13. & 23. Maij 1591. corā Seraphino. Toletana Capellæ 14. Aprilis, & 12. Maij 1595. coràm Card. Millino. & in Toletana pensionis 12. Decembris 1597. coràm Litta.*

7 Vt huic clausulæ dicatur satisfactum debet dimitti possessio, & fructus restitui. *Rota in Carpentoraten. bonorum 4. Nouemb. 1611. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

Clausula 522. Parito Breui, &c.

Num. 1. Hæc clausula respicit negotium principale, & ideò

ideò requirit realem paritionem, etiam quoad fructus non liquidos, quia debent liquidari, & solui antequàm possit procedi in causa, nec sufficit oblatio, vt fuit resolutum in Pampilonen. beneficij 28. Ianuarij 1577. coràm Blauchetto. & in causa Ispalen. beneficij 24. Februarij 1584. coràm Seraphino. in Cōpostellana Parochialis 16. Decemb. 1596. coràm Orano. in Maioricen. Canonicatus 19. Octob. 1587. coràm Seraphino. in Gerunden. beneficij de Ceruinuo 21. Maij 1599. coràm eod. in Illerden. annatarum 1. Iulij 1591. coràm Card. Mantica. & in Pampiloneu. Prioratus de Arguados 26. Aprilis 1602. coràm Sanctiss. Ludouisio.

2 Vel debet impetrari commissio, in qua mandetur præfigi terminus ad liquidandum, quo elapso procedatur in negotio principali, vt fuit dictum in causa Pampilonen. beneficij 28. Ianuarij 1577. coràm Blanchetto. in Ispalen. beneficij 24. Februarij 1584. coràm Seraphino. & in Maioricen. Canonicatus 19. Octobris 1587. coràm Seraphino.

3 Secus tamen est, quoad expensas, quia etiam illis non refectis poterit procedi in causa, non obstante clausula, Parito Breui, vt fuit resolutum in d. Pampilonen. beneficij 28. Ianuarij 1577. coràm Blanchetto. Carthaginen. fructuum 28. Februarij 1586. coràm Robusterio. in Maioricen. Canonicatus 19. Octob. 1587. coràm Seraphino. & in Vrgellen. iuris optandi 10. Decembris 1601. coràm Sanctiss. Ludouisio. Rot. in Recent. part. 2. decis. 319. in fin.

4 An autem hæc clausula importet satisfactionem fructuum, vbi in sententia lata vigore Breuis non fuit comprehensi, vide in causa Maioricen. Canonicatus 19. Octobris 1587. coràm Seraphino. in qua Domini remiserunt partes ad Signaturam pro declaratione, & vide in Camerinen. Parochialis 4. Maij 1588. coràm eodem. Mohedan. decis. 9. de re iudic.

5 Hæc clausula posita in commissione ad fauorem prouisi Apostolici contrà præsentatum censetur repetita in noua commissione causæ præsentata ad fauorem patroni pro defensione suæ præsentationis, vt fuit resolutũ in causa Ispalen. beneficij 8. Aprilis 1585. coràm Seraphino. & in causa Compostellana Parochialis 16. Decembris 1596. coràm Orano, quàm vide in causa Toletana Parochialis de Cincion. 28. Nouembris 1601. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.

6 Item posita contrà prouisum ab Ordinario, censetur repetita in noua commissione ad fauorem Ordinarij præsentata pro defensione suæ collationis, vt fuit resolutum in causa Compostellana Parochialis 16. Decembris 1596. coràm Orano. & vide in Toletana Parochialis de Cincion. 28. Nouembris 1601. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.

7 Item afficit tertium comparentem pro suo interesse in statu, & terminis, &c. vt per decis. Verall. 1. lib. 1. in manuscript. quæ loquitur de clausula, sine retardatione, & fuit dictum in d. Compostellana Parochialis 16. Decemb. 1596. coràm Orano. & facit decis. Put. 71. lib. 3. & in Vrgellen. iuris optandi 10. Decembris 1601. coràm Sanctiss. Ludouisio.

8 Hæc clausula censetur repetita in omnibus subsequentibus commissionibus. Cassad. decis. 8. de rescrip. Aegid. decis. 41. & 104. & 526. & fuit dictum in causa Compostellana Parochialis 16. Decembris 1596. coràm Orano. in Romana de Catignanis 20. Decembris 1596. corã Seraphino. in d. Toletana Parochialis de Cincion. 28. Nouembris 1601. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. & in Vrgellen. iuris optandi 10. Decembris 1601. coràm Sanctiss. Ludouisio.

9 De clausula, Parito Breui arbitrio Rotæ, vide in causa Astoricen. prioratus 9. Decembris 1596. coràm Litta. vbi quod intrat ad effectum supersedendi, vbi tunc est subreptitium, & in causa Barchinonen. beneficij 23. Ianu. 1600. coràm Card. Pamphilio. in Aurien. Parochialis 27. Aprilis 1598. & 17. Aprilis 1600. coràm Card. Lancellot. in Tuden. Parochialis 4. Iulij, & 3. Decemb. 1601. coràm Card. Sacrato. in Leodien. Parochialis 16. Nouemb. 1594. coràm Litta. in Eluen. beneficij 17. Maij 1602. coràm Sanctiss. Ludouisio. & in Papien. Parochialis 7. Maij 1610. coràm Reuerendiss. Ortembergo. & per Gonzal. in regul. 8. in annot. contrà nullit. à nu. 285. vsq; ad nu. 297.

10 Et de eadem clausula, vbi agitur de Breui super declaratione Concilij, vide in causa Gerunden. Canonicatus, seu officij pœnitentiariæ 11. Februarij 1598. corã Orano. in Tirasonen. Canonicatus 24. Maij 1602. coràm Card. Pamphilio. in alia Tirasonen. Canonicatus 12. Nouemb. 1607. coràm Scotto. & in Corduben. beneficij 19. Nouembris 1607. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. In quibus quod non intrat arbitrium ad effectum supersedendi, &c. vbi Breue est iustificatum, vide omninò in Corduben. beneficiorum 5. Iulij 1600. coràm Card. Caualerio.

11 Clausula, Parito Breui arbitrio Rotæ, non reuocat executionem iam factam, vt fuit resolutum in Aquilana Canonicatus 28. Maij 1599. coràm Penia. in Aurien. Parochialis 18. Aprilis 1600. coràm Card. Lancellotto. in Tuden. Parochialis 3. Decemb. 1601. coràm Card. Sacrato. vide in Corduben. beneficiorum 5. Iulij 1610. coràm Card. Caualerio.

. Et de ea clausula, vbi agitur de Breui super declaratione Concilij, vide in d. causa Gerunden. Canonicatus, seu officij Pœnitentiariæ 11. Februarij 1598. coràm Orano.

12 Et ideò non est locus arbitrio, nec retardatur, seu impeditur executio Breuis, etiam quod eiectus vigore Breuis non habuerit se pro spoliato, vt in dictis decisionibus, sed manutentio datur immisso per Iudicem, vt in Aurien. Parochialis 17. Aprilis 1600. coràm Card. Lancellotto.

13 Quod dic verum, quando non docetur de sufficienti fumo ad exclusionem reseruationis, in qua fundantur huiusmodi Breuia, secus si datur aliquis fumus, quia tunc datur manutentio, si non habet se pro spoliato, vt suprà in clausula, Constito 216.*

14 Huic clausulæ non dicitur satisfactum per dimissionem possessionis cum clausula, Quatenus de iure teneatur, quia hoc casu dicitur conditionalis, & dimissio debet esse pura, vt fuit resolutum in causa Maioricen. Canonicatus 19. Octob. 1587. coràm Seraphino.

15 Huic clausulæ intelligitur cum effectu, vsquè ad finem litis, vt fuit dictum in causa Regien. beneficij, seu Monasterij 13. Ianuarij 1597. coràm Litta.

16 Hæc clausula non importat dimissionem possessionis faciendam, sed sufficit, quod præstetur patientia, vt prouisus possessionem ingrediatur. Rota in Maioricen. Sacristiæ 24. Maij 1602. coràm Card. Pamphilio. & in Cæsaraugustana Canonicatus 28. Maij 1602. coràm Card. Pamphilio.

17 Clausula, Parito Breui arbitrio Rotæ, impedit executionem, vbi reseruatio prætenditur ex alterna-

 tiua,

tiua, & beneficium est simultaneæ collationis Episcopi, cum Capitulo, vt fuit dictum *in Corduben. dimidiæ portionis 11. Februarij 1602. coràm Cardin. Sacrato.*

18 Hæc clausula, Parito Breui arbitrio Rotæ, operatur, vt sit supersedendum dato fumo non plenæ probationis reseruationis, vt fuit dictum *in Eluen. beneficij 17. Maij 1602. coràm Sanctiss. Ludouisio*, & vide suprà latius in clausul 2, Constito 216.

19 Stante possessione præsumitur perceptio fructuum, etiam non probata perceptione ad effectum, vt pro satisfactione huius clausulæ possessor teneatur ad illorum restitutionem. *Rota in Gerunden. beneficij 21. Maij 1599. coràm Seraphino. in Cæsaraugustana Canonicatus 28. Maij 1607. coràm Card. Pamphilio. & in Toletana Capellania de Pastrana 15. Decembris 1610. coràm eod.* vbi videas quid stante possessione ciuili.

20 Hæc clausula operatur, vt omninò sit necessaria Paritio, antequàm possit procedi. *ad l. necessariò. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. Thais ancilla. §. Stichus. ff. de fideicomm. libert. cum alijs per Cephal. consil. 17. nu. 21. lib. 1.* & fuit dictum *in Regien. beneficij, seu Monasterij 13. Ianuarij 1597. coràm Litta.*

21 Et ratio est, quia cum sit data iurisdictio sub conditione ante paritionem, nulla adest iurisdictio. *Gonzal. in regul. 8. Cancellar. in annot. contrà nullit. & attent. nu. 247. & seqq.*

22 Et ista clausula solet apponi, vbi appellatur à decreto, seu sententia lata ad fauorem Breuis. *d. Gonzal. d. num. 247.*

23 Huic clausulæ quoad possessionis dimissionem dicitur sufficienter satisfactum per verbalem possessionis dimissionem. *Put. decis. 250. lib. 1.* & fuit dictũ *in Burgen. situs Capellæ 22. Iunij 1587. coràm Cardin. Pamphilio. & in Toletana iuris decimandi 17. Nouembris 1593. coràm eodem. & in Toletana decimarum 24. Nouembris 1589. coràm Penia. & in Tullen. Monasterij 5. Iulij 1608. coràm Card. Sacrato.*

24 Quinimò, vbi aduersarius cœpit possessionem, non est necessaria verbalis paritio, sed sufficit, quod ille, qui parere tenetur abstineat se à vexationibus, & molestijs. *Mohedan. decis. 9. de re iudic.* & fuit dictum *in d. Tullen. Monasterij 5. Iulij 1608. coràm Cardin. Sacrato.*

25 Hæc clausula posita in commissione, impedit manutentionem, vt fuit resolutum *in Conch. n. præstimonij 11. Decembris 1596. coràm Seraphino, & in Regien. Monasterij 13. Ianuarij 1597. coràm Litta.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 55. & in verbo Breue Apostolicum. *Obseruat. 5.*

Clausula 523. Parito iudicato.

Num. 1. Hæc clausula præsupponit rem iudicatam, & ideò si super expensis non adest res iudicata, quis non tenetur illas soluere, sed illatum respectu non obstat hæc clausula, vt fuit resolutum *in causa Mediolanen. Capellaniæ 13. & 27. Maij 1591. coràm Seraphino. & in causa Toletana Capellæ 14. Aprilis, & 12. Maij 1595. coràm Card. Millino. & in Farfen. pecuniaria 21. Iunij 1610. & 10. Ianuarij 1611. coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

2 Et ideò si super expensis pendet appellatio, per solutionem sortis, & fructuum, &c. dicitur paritum sufficienter, vt fuit dictum *in Farfen. pecuniaria 21. Iunij 1610. coràm Reuerendiss. Manzanedo. & 18. Martij 1611. coràm Cardin. Pamphilio.*

3 Et adde, quod stylus Signaturæ est, quod hæc clausula detur solum, quando adsunt tres cõformes, non autem vbi adest vnica sententia, etiam quod ob non interpositam, vel non prosecutam appellationem, transiuerit in rem iudicatam, & ideò non refertur ad condemnatum vnica sententia, vt fuit dictum *in d. Mediolanen. Capellaniæ 13. & 27. Maij 1591. coràm Seraphino. & in d. Toletana Capellæ 14. Aprilis, & 12. Maij 1595. coràm Card. Millino. in Toletana pensionis 12. Decemb. 1597. coràm Litta. in Cathanien. legitimitatis 5. Decembr. 1611. coràm Card. Sacrato. in Anconitana bonorum 19. Martij 1608. coràm Sanctiss. Ludouisio. & in Placentina beneficij 1. Iulij 1615. coràm Card. Verospio.*

4 In contrarium videtur. *Verall. decis. 46. & 256. part. 1. & 188. part. 3.*

5 Hæc clausula non afficit merum tertium venientem ad causam pro suo principali interesse, cum possit appellare, etiam post tres conformes. secundum *Abb. in cap. cum super. nu. 26. de re indic. Dec. in cap. tua nobis. nu. 10. de appellat. Couar. pract. quæst. c. 15. num. 8.* & ita fuit dictum *in Toletana pensionis 12. Decembris 1597. coràm Litta. & vide in causa Toletana Parochialis de Cincion. 28. Nouembris 1601. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.*

6 Limita procedere, quando comparet iste tertius pro suo interesse in statu, & terminis, *ad decis. Verall. 1. lib. 1. in manuscript.* vbi de clausula, sine retardatione, &c. & in simili in clausula, Parito Breui, tenuit Rota *in causa Compostellana Parochialis 16. Decembris 1596. coràm Orano. & facit Put. decis. 71. lib. 3.*

7 Hæc clausula in commissione apposita operatur, vt respectu fructuum nõ sufficiat oblatio, etiam quod fructus sint illiquidi, cum sint cum effectu restituendi ad hoc, vt intret iurisdictio, quæ hoc casu est conditionalis. *Staphil. de lit. iustit. §. dicendum. nu. 42.* & fuit resolutum *in causa Ispalen. beneficij 24. Februarij 1584. coràm Seraphino. est decis. 655. part. 1. & in causa Pampilonen. Archidiaconatus 4. Martij 1596. coram Cardin. Pamphilio. & vide in causa Tirasonen. constructionis Capellæ 15. Ianuarij 1596. coram Litta.*

8 Vnde iuxtà stylum Rotæ petens procedi ad vlteriora debet liquidare fructus, vel impetrare commissionem, quod præfigatur aduersariò terminum ad liquidandum, quo elapso procedatur in negotio principali, vt fuit dictum *in causa Ispalen. beneficij 24. Februarij 1584. coram Seraphino. & in Pampilonen. beneficij 27. Ianuarij 1577. coram Blanchetto.*

9 Limita, quando huiusmodi clausula non adest in commissione, sed in pacto, aut aliàs, quo casu si fructus sint illiquidi, sufficit oblatio, cum depositione vnius Iulij, iuxtà doctrin. *Angel. in l. 4. §. ait Prætor. ff. de re indic. Alex. cons. 24. nu. 9. lib. 4. Capyc. decis. 17. nu. 5.* & est communis opinio, *vt per Caputaquen. decis. 150. sub num. 5. part. 1.* & fuit resolutum *in causa Romana legitimæ 16. Martij 1587. coram Robusterio.*

10 Hæc clausula importat, quod in primis, & ante omnia fiat integralis executio, *ad notat. in cap. fin. de rest. spol. Staphil. de lit. iustit. §. dicendum. num. 42.* & fuit dictum *in causa Toletana decimarum de Capilla 19. Februarij 1593. coram Card. Pamphilio. & in Anconitana pecuniaria 14. Maij 1607. coram Cardinali Pamphilio.*

11 Hæc clausula intelligitur conditionaliter, id est

quatenus

quatenus adsit iudicatum. *l. si quis legauerit. la 1. & ibi Ias. ff. de legat. 1. post Bald. in l. fin. nu. 41. C. de edict. Diu. Adr. tollend. Ruin. cons. 83. nu. 7. lib. 1.* ita in terminis huius clausulæ *in causa Regien. Sancti Thomæ 10. Decembris 1576. coram Robusterio. & in Farfen. pecuniaria 10. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. Manzanedo. Ferret. cons. 208. nu. 5. lib. 2.* vbi quod si fuerit appellatum ista clausula non intrat.

12 Adde tamen, quod si in iudicio vniuersali adest res iudicata, dicitur quoquè adesse in omnibus pertinentijs post liquiditatem eorum respectu hæc clausula operatur. *Rot. decis. 100. nu. 35. part. 1. diuers.*

In materia huius clausulæ, ex quibus dicatur illi satisfactum, *vide in Anconitana computorum 14. Martij 1607. coràm Card. Pamphilio.*

13 Huic clausulæ, àn censeatur renunciatum ex eo, quod quis obtinuerit præfigi terminum ad dicendum de causis restitutionis, *vide in causa Toletana Parochialis 29. Octobris 1593. coram Card. Arigonio.*

14 Hæc clausula respicit illud, quod fuit pronunciatum in sententia, à qua fuit appellatum, seu petita restitutio, & non aliud. *Rota in Anconitana bonorum 27. Ianuarij 1612. coram Card. Pamphilio.*

15 Hæc clausula dat iurisdictionem sub conditione, & ideò quis non potest audiri antequàm sit paritum, & gesta ante paritionem sunt nulla ex defectu iurisdictionis. *Put. decis. 429. lib. 1.* cum alijs allegatis suprà in clausula, Parito, vt fuit dictum *in causa Toletana Parochialis de Cincion. 28. Nouembris 1601. coram Reuerendiss. Coccino Decano. & in Pāpilonen. de Orozo 18. Iunij 1610. coram Card. Caualerio.* vbi quod propterea requiritur plena probatio. *& 27. Maij 1611. coram eod. & in Farfen. pecuniaria 18. Martij 1611. coram Card. Pamphilio.*

16 Limita, nisi ille, in cuius fauorem est obtenta dicta clausula illa non vtatur, & sic vel expressè, vel tacitè renunciet, quia tunc non operatur. *Verall. decis. 125. nu. 2. p. 3.* & fuit resolutum *in d. causa Toletana Parochialis de Cincion. 28. Nouembris 1601. coram Reuerendiss. Coccino Decano.*

17 Amplia, vt procedat etiam in subrogato ad ius, & quoad litem illius, cuius fauore clausula est apposita, vt fuit resolutum *in dicta Toletana Parochialis de Cincion. 28. Nouembris 1601. coram Reuerendiss. Coccino Decano.*

18 Limita etiam, vbi posteà impetratur commissio, per quam paritio reseruatur in fine litis. *d. Placentina Parochialis.* vbi omninò vide.

19 Hæc clausula, prout omnes aliæ similes, posita in prima commissione, cēsetur repetita in alijs commissionibus. *Aegid. decis. 41. Cassad. 8. num. 5. de rescript. Thol. decis. 30. cum simulib.* & fuit dictum *in causa Toletana Parochialis de Cincion 28. Nouembris 1601. coram Reuerendiss. Coccino Decano. & in Rauennaten. pecuniaria 27. Iulij 1611. coram Card. Sacrato.*

20 Limita, quando in secunda commissione, vnà cum illa causa antiqua est complicata, etiam causa noua, quia tunc huiusmodi clausula censetur repetita, quatenus quis velit prosequi causam antiquam, secus si ea omissa prosequatur tantum nouam, vt fuit resolutum *in d. causa Toletana Parochialis de Cincion 28. Nouembris 1601. coram Reuerendiss. Coccino Decano.*

21 Clausula, Parito iudicato arbitrio Rotæ, in causa restitutionis aduersus tres conformes intelligitur, prout de iure, & non impedit executionem, nisi clarè sit iniustitia. *text. est in Clem. vt calumnijs. de re iudic.* & fuit dictum *in causa Gerunden. beneficij 19. Aprilis 1602. coram Litta.*

22 Hæc clausula, Parito indicato arbitrio Rotæ, tunc intrat, vbi adest res iudicata ex tribus conformibus, aliàs secus. *Rota in Cathanien. legitimitatis 5. Decembris 1611. coram Card. Sacrato. in Anconitana bonorum 15. Martij 1608. coram Sanctiss. Ludouisio. & in Placentina beneficij 1. Iulij 1615. coram Verospio.*

23 Non intrat, quando rescriptum fuit impetratum ab excommunicato, *vide in Mutinen. Canonicatus 23. Martij 1612. coram Vbaldo.*

24 Quid fuerit impetratum ab excommunicato, *vide in d. Mutinen.*

25 Hæc clausula operatur, vt sit parendum quoad sortem principalem, seu rem ipsam dimissionem possessionis fructus, & expensas. *Staphil. de lit. instit.* in clausula, Et per Breue Sanctitatis Vestræ. *nu. 9. Vestr. in prax. lib. 8. cap. 3. nu. 10. & 11. Lancell. de attentat. rest. in integr. app. pend. num. 128. aliàs 142. Ferrett. cons. 43. sub num. 7. lib. 1.*

26 Hæc clausula, quando sit necessaria, vide *Rebuff. in prax. p. 3. tit. rat. person. & rei vit. resign. num. 27.*

27 Hæc clausula, quando apponatur, vbi committitur causa restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, vide *Staphil. de lit. instit. tit.* clausula per Breue. *num. 12. cum seqq. Vestr. lib. 8. cap. 3. num. 9.* vbi *num. 10.* ponit quid importet hæc clausula.

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 56.

Clausula 524. Patti vecchi, & modi vsati.

Hæc clausula quid importet, & quomodo intelligatur, vide *Corn. cons. 181. nu. 2. & 6. lib. 3.*

Clausula 525. Per Breue Sanctitatis Vestræ.

Vtilitas, & effectus huius clausulæ, quinam sint, vide apud *Staphil. de lit. instit. tit. claus. & per Breu. Sanct. Vestr. num. 1. & seqq.*

Clausula 526. Per cessum, vel decessum, &c.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur de cessione simplici, non autem de ea, quæ fit in fauorem certæ personæ. *Cassad. decis. 3. de renunc. Put. decis. 3. eod. tit. & decis. 357. nu. 2. & 5. lib. 1. Mohedan. decis. 341. aliàs 36. in fin. de renunciat. Paleot. decis. 48. aliàs 402. lib. 3. part. 3. diuers.* & fuit dictum *in causa Eugubina beneficij S. Stephani 15. Martij 1599. coram Card. Pamphilio. & in Placentina præstimoniorum 26. Aprilis 1599. coram Corduba. & Put. decis. 177. lib. 3.*

2 Non comprehendit vacationem per priuationem. *Simonett. de reseruat. quæst. 65. nu. 1. & seqq. & ibi addit. alios citantes, &c.*

3 Nisi adesset clausula, vel quamuis aliam dimissionem. *Simonet. d. quæst. 65. nu. 4. & 5.*

4 Quid si adesset clausula, vel quemuis alium modum vacandi, vide *Rebuff. in form. mandat. Apostol. in verb, aliam quamcumquè dispositionem, versic. Item, & quando.*

5 An

5 An autem comprehendat vacationem per cessionem ex causa permutationis, vide *Put. decis.262. In vna Illerden. lib.2.*

6 Hæc clausula, an intelligatur de vacatione apud Sedem, & quomodo, vide *Mohed. decis.25. de præb.*

Clausula 527. Perinde, ac si, &c.

Num.1. Hæc clausula quid operetur, vide apud *Paris. cons.93.num.17.& 18.lib.4. & Mohed.decis.11.nu.1. in fin.& Rot.decis.12.num.2. ad fin.& seq.de concess. præbend. in nou. & decis.54.nu.17. part.2. diuers.*

2 Adde, quod denotat omnimodam similitudinem. *Dec.qui alios citat.cons.361.nu.4.Dec.cons.362.col.1. & 497. sub num.5.*

3 Et importat idem per omnia. *Rot. decis.55. nu.5. part.2. diuers.*

4 Et facit relationem cum omnibus qualitatibus, & conditionibus. *Soccin.cons.62.nu.21.lib.4.*

5 Ideòq; si lex, vel statutum dicat aliquem teneri, vel obligari perinde, ac si fuisset confessus, tenetur eo modo, & ordine, & vsq; ad id tempus, quibus vsquè quò tenetur si vera confessio emanasset, vnde si confessio habebat executionem paratam, vel finiebatur tempore, vel non poterat deduci in iudicio, nisi certa forma, vel ordine, omnia isto casu obseruanda sunt, *vt post Bart.per illum text.trad. Ang.in l.si finita. §.si quis metu. num.1. ff.de damn.infect. Soccin. cons.62.nu.21. lib.4.*

6 Sic etiam, vbi coadiutus se obligauit de soluenda pensione, & in literis coadiutoriæ dicitur, quod coadiutor teneatur se obligare, prout coadiutus se obligauit, operatur, quod si coadiutus se obligauit de dando alio fideiussore loco illius, qui recederet à Curia, coadiutor non teneatur per sui recessum dare alium fideiussorem, sicut coadiutus non tenebatur. *Rota in Placentina fideiussionis 22. Iunij 1592. coràm Penia.*

7 Hæc clausula operatur, quod habens mandatum de prouidendo, aut aliàs conditionale præfertur expectanti habenti gratiam puram, si fiat purificatio conditionis ante vacationem beneficij. *Staphil. de lit. grat.tit.de form.mandat.de prouidend. nu.5.* vbi omninò videas.

8 Clausula, perinde, ac si de legitimo matrimonio, &c. apposita facultati legitimandi illam restringit inter eos tantũ, inter quos potuit esse matrimonium. *Dec. cons.338. sub nu.7.*

Clausula 528. Per obitum, &c.

Num.1. Hæc clausula, & alia posita in prouisione ex causa resignationis, tanquàm accessoriæ resignationis, nihil releuant, non probata resignatione. *Put.decis.268. lib.3.*

2 Clausula, Per obitum Capellanorum, &c. Hæc clausula intelligitur, vt tempore vacationis esset in possessione, & sic essent Capellani. *Put. decis.348. num.2. lib.3.*

Clausula 529. Per præsentes alicui in licita facultate graduato præiudicium generari non intendimus.

De hac clausula, & eius intellectu, vide *Roman. consil.372.*

Clausula 530. Per vos, vel Notarium vestrum, &c.

Hæc clausula in literis remissorialibus apponi solita, quid operetur, vide *Papazon. in addit. ad decis.8. num.7. de offic. deleg. in nou.*

Clausula 531. Petens rem restitui, &c.

Hæc clausula posita in conclusione libelli adaptatur ad petitorium, & possessorium. *Ias.* qui alios allegat. *in l. naturaliter. §. nihil commune. num.187. ff. de acquir. poss.*

Clausula 532. Placet de legitima executione, &c.

Hæc clausula, si sententia sit lata pro reo, & eius successor citet vigore commissionis, cum ista clausula operatur, vt sit introducta lis etiam super possessione. *Achill.decis.6. de rescript.*

Clausula 533. Plena, & libera potestas, &c.

Hæc clausula posita in mandatis operatur, vt mandatum sit generale. *Rebuff. in form. Vicar. num.30.* non tamen censetur per eam data facultas faciendi ea, quæ mandatum exigunt speciale. *Rebuff. vbi suprà. num.3.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 62.

Clausula 534. Pleno iure, &c.

Num.1. Hæc clausula operatur, quod proprietas vnà cum vsufructu transferatur. *l.mater.& ibi not.Angel. & Fulgos. C.ad Tertull. Idem Angel. consil.125.in fin. Cuman.cons.187.num.1. Alberi.in Dictionar. in verb. pleno iure. Alex. cons.56. nu.1. lib.3. Corn.consil.152. num.34. lib.2. Dec. cons.468. sub nu.10. & cons.498. nu.8. cum allegat. in causa Beneuentana bonorum 20. Iunij 1594. & 17. Aprilis 1595. coràm Litta. Crescent. decis.6. nu.11. de testament. Alex. cons.56. nu.1. lib.3.*

2 Importat enim hæc clausula proprietatem, ac vsumfructum. *Felin. in cap. audites. nu.6. de præscript.*

3 Vnde hæres institutus pleno iure, non solum censetur institutus in proprietate, & ideò concurrit cum vsufructuario omnium bonorum. *Alex.cons.56.nu.2. vbi Natt. in addit. sub nu.1. in verb. pleno iure. lib.3. Paul. de Monte Pic. in l.Titia. §. Titia cum nuberet. quæst.11.nu.8. ff.de legat.2. Ruin.cons.40.num.11. in fin. lib.2. Gozzadin.cons.47. num.10. Natt.cons.297. nu.2. Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.9. tit.6. nu.19. Canal. in respons.1. pro fratre. nu.35.& 36. & in respons.2.cons.7.& in respons.3. 115.cum alijs allegatis in causa Bononien. vsusfructus 16. Iunij 1597. coram Card. Pamphilio.*

4 Contrarium tenent. *Rip. in l.re coniuncti.num.40. versic. sed tu. ff. de legat.3. Gabr.cons.10. nu.3.lib.1.*

5 Adde tamen, quod hæc clausula, tunc importat proprietatem cum vsufructu, quando ponitur absolutè, secus si respectiuè ratione subiectæ materiæ, secundum quam restringitur. *l. Iulianus. in fin. iuncta glos.in verb.quia plenum.& not.Angel.sub nu.3. ff.de*

rei

rei vendit. Alex. conf. 208. sub nu. 6. versic. nec prædictis obstat. lib. 2. Gozzadin. conf. 58. nu. 21.

6 Vnde posita in donatione propter nuptias nullis existẽtibus filijs primi matrimonij, intelligitur quoad proprietatem, & vsumfructum tantum, & sic, vt donatio quoad proprietatem sit reseruanda filijs, quia ex præsumpta mente contrahentium stipulatio intelligitur concepta, iuxtà dispositionem. *l. fœmina, & l. generaliter. §. illud. C. de secund. nupt. cum similib. per text. in l. conficiuntur. C. de iur. codicillor. & ad notat. per Doct. communiter, in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* & ita fuit resolutum *in causa Beneuentana bonorum 20. Iunij 1594. & 17. Aprilis 1595.*

7 Per hanc clausulam non censetur prohibita detractio falcidiæ, & Trebellianicæ, vt post alios per *Capr. conf. 83. nu. 10.* vbi reddit rationem. *Roman. conf. 75. & 79. & conf. 239. num. 3. vers. In contrarium.* vbi de communi. *cum alys per Mandos. in addit. ad d. consil. Roman. 75. & per Gabr. de Trebell. conclus. 4. num. 1. Peregr. de fideicommiß. art. 3. num. 95. & 97. Crescent. decis. 6. nu. 18. de testam. Benedict. de Vad. in repertor. Felin. in verb. verbum pleno iure importat directam. Idem Felin. in cap. auditis. sub nu. 7. de præscript.*

8 Contrarium tenent alij relati per eumdem. *Gabr. d. conclus. 4. num. 1. versic. contrarium. & Peregrin. art. 3. num. 96.*

9 Pro concordia, vide *Grat. conf. 103. num. 14. & 15. lib. 2. & Gabr. post eum d. conclus. 4. nu. 2.*

Hæc clausula importat sine diminutione. *Bald. in l. precibus. num. 60. C. de impub. Alberic. in verb. pleno iure res data. Abb. in cap. Lateranensis. nu. 4. de præb. Felin. in cap. auditis. nu. 7. ad fin. vers. Et quia verbum pleno iure. de præscript. Dec. conf. 498. nu. 8. & 9. Rota in Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coràm Card. Pamphilio. Dec. conf. 486. sub nu. 11. Gozzadin. conf. 53. num. 2.* vbi omninò videas.

Vnde si dicatur dispositionem, seu collationem beneficiorum pleno iure spectare ad aliquem, intelligitur, quod ille potest conferre, absque consensu, vel præsentatione alicuius, &c. *Abb. in d. cap. Lateranensis. nu. 4. de præbend.* & fuit dictum *in d. causa Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coràm Card. Pamphilio.*

De varijs significationibus istius clausulæ pleno iure, vide *Felin. in cap. inter quatuor. col. fin. de maior. & obed. & Peregrin. de fideicomm. art. 3. num. 96.*

10 Hæc clausula quid importet post alios, vide *Rebuff. super concord. in form. mandat. Apostol. in verb. plena. vers. de clausula.*

11 Hæc clausula sonat in spiritualibus, & temporalibus, secundum *glos. in cap. cum, & plantare. §. in Ecclesijs. in verb. pleno iure. de priuileg. Innoc. in cap. pastoralis. nu. 3. eod. tit. & ibi Abb. nu. 9. & in cap. quoniam. nu. 3. eod. tit.* vbi explicat, quid facere possit in spiritualibus, & temporalibus ille, cui eo modo est facta concessio. *Card. in d. cap. pastoralis. col. fin. vers. quæro. Io. Andr. nu. 5. Butr. nu. 12. Host. col. fin. versic. Quid si alicui. Anchar. nu. 7.*

12 Adde, quod idem importat clausula vtroq; iure. *glos. 1. in cap. quoniam. & ibi Abb. num. 3. & alij. de priuileg. Innocent. in princip.*

13 Non tamen importat, vt illi, cui Ecclesia aliqua conceditur pleno iure possit illam conuertere in vsu proprio. *Innoc. in d. cap. pastoralis. sub num. 3. & ibi Abb. num. 9. & in cap. quoniam. nu. 3. eod. tit. Io. Andr. in cap. pastoratis. num. 5. Butr. num. 12. Host. col. fin. vers. Quid si alicui. Card. col. fin. vers. quæro. Anchar. num. 7.*

14 Nisi ad tempus ex causa cum solemnitate. *Innoc. Io. And. Host. Butr. Card. Anchar. in d. cap. pastoralis in locis allegatis.*

15 Hæc clausula importat, vt censeatur intentatum nedum possessorium, sed etiam petitorium. *cap. querelam. & ibi Innoc. nu. 1. in verb. pleno iure. de elect. Alex. conf. 89. nu. 1. lib. 5. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 183. ff. de acquir. poss.*

16 Hæc clausula videtur denotare rem non esse subiectam fideicommisso. *Crescent. decis. 6. nu. 7. de testam.*

17 Propriè tamen verificatur, etiam quando res est subiecta restitutioni. *Crescent. decis. 6. nu. 17. de testam.*

18 Hæc clausula apposita in institutione, seu substitutione conditionali, non operatur transmissionem. *Rota in Perusina fideicommissi 4. Maij 1579. coràm Brauo.*

19 Hæc clausula diuersis modis capitur, secundum subiectam materiam. *Put. decis. 448. nu. 3. lib. 2.* vbi quod in illo casu attenta mente defuncti fuit intellecta pro proprietate, & vsufructu. *Gozzad. consil. 58. num. 21.*

20 Importat directam substitutionem. *Felin. in cap. auditis. num. 7. de præscript.* cum alijs in decisione Perusina infrà citata.

21 Dic verum, vbi potest directò substitui alias secus. *Rota in Perusina bonorum 13. Februarij 1579. coràm Brauo.*

22 De ista clausula post alios, vide *Felin. in cap. auditis. num. 4. & seqq. de præscript.* vbi quæ Ecclesiæ dicantur pleno iure subiectæ.

23 Hæc clausula excludit etiam obligationem, & hypothecam. *Dec. conf. 43. nu. 2. 468. sub nu. 11. & 498. num. 10. Gozzad. conf. 58. nu. 1. Negus. de pignorib. in 3. membr. 6. part. num. 22.*

24 Hæc clausula importat merum, & mixtum Imperium. *Butr. conf. 19. nu. 5. vers. Ista satis.*

25 Hæc clausula est maximè efficaciæ. *Roman. conf. 79. num. 2.* vbi videas.

26 Operatur, vt verbum commune interpretetur directum. *Doct. in l. centurio.* vbi præ alijs. *Rip. nu. 182. ff. de vulg. cum alij in Perusina bonorum 13. Februarij 1579. coràm Brauo.*

27 Limita, vbi sumus in persona, cui directò substitui non potest. *d. Perusina bonorum.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà Claus. 63.

Clauſ. 535. Plus, vel minus, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in confessione de summa certa, vt putà si quis confitetur se debitorẽ in decem plus, vel minus, prout apparebit, non reddit incertam, & illiquidam confessionem de decem. *l. hæc venditio. in fin. vbi Bart. ff. de contrahend. empt. Idem Bart. in l. publia. §. Titius. in 1. notab. ff. deposit. & in l. in actione. in fin. ff. de furt. Bal. in rubric. C. de posit. quæst. 6. Dec. conf. 385. col. 2. vers. & in simili de eo, qui confitetur.*

2 Ad modicam quantitatem refertur. *l. hæc adiectio. ff. de verbor. significat. Bart. in l. 2. nu. 15. C. de rescind. vendit. & in l. si quis. in suo. C. de inofficios. testament.*

3 Adiecta legato, videlicet, quod ex certis vni plus legat, facit censeri testatorẽ omnibus voluisse legare. *l. cum*

l. cum filium. §. pater. pro filia. vbi Bart. ff. de leg. 2.

4 Hæc clausula posita in instrumento venditionis refertur ad quid modicum. *l. hæc adiectio. cum ibi notat. ff. de verbor. signif. Bart. in l. si quis in suo. C. de inofficios. testament. & in l. 2. sub nu. 15. vbi Pinel. p. 1. cap. 2. num. 20. C. de rescind. vendit.* & fuit dictum in *causa Romana vineæ 16. Iunij 1586. coràm Cardin. Pamphilio.*

5 Adde tamen, quod interim statur expresso, vt in simili dicit. *glos. communiter approbata in l. 2. ff. de in diem adiect. de qua Soccin. in l. pecuniam. num. 9. & Dec. nu. 8. ff. si cert. petat.* & fuit dictum *in causa Tudertina bonorum 9. Maij 1575. coràm Robusterio.*

Clausula 536. Ponens in locum suum, &c.

Num. 1. Hæc clausula importat cessionem iurium, & translationem vtilium actionum, & constitutionem procuratoris in rem suam. *Bart. in l. qui quadraginta. nu. 2. ff. ad Trebell. & in l. in prouinciali. §. si ego. nu. 3. ff. de non. oper. nunc. Pract. Papien. in form. libell. in caus. vend. in glos. ponens. Ias. in d. l. qui quadraginta. nu. 7. ff. ad Trebell. Paris. cons. 107. nu. 34. lib. 3.* & fuit dictum *in Romana Ferracci 4. Iunij 1587. coràm Gypsio*, & quod hæc clausula importet constitutionem procuratoris in rem suam, tenet etiam *Angel. in d. l. in prouinciali. §. si ego. sub n. 1. & ibi Alex. sub num. 8.* vbi dicit hoc procedere secundum subiectam materiam. *ff. de non. opin. nunc. Bart. per illum text. in l. planè. vbi glos. in verb. suo loco. ff. famil. ercisc.* Quod constituat procuratorem in rem suam. *Rimin. Iun. cons. 529. num. 43. lib. 5.*

2 Et illius vigore competit actio executiua, prout competit cedenti. *Alex. in l. si postulante. sub num. 9. ff. ad Trebell. Paris. cons. 107. nu. 89. lib. 3. Galles. ad form. Cameral. oblig. part. 2. quæst. 2. in princip. & in tit. de person. pet. execut. nu. 2.* & fuit resolutum *in d. Romana Ferracci 4. Iunij 1597. coràm Gypsio.*

3 Et in cessione apposita operatur, vt cedens non possit exigere, nec agere contrà debitorem, licet cessionarius, nihil fecerit de illis, quæ ponuntur in *l. 3. C. de nouat. Angel. in l. si cum emptor. ff. de pact. latè Crot. cons. 83. nu. 12. lib. 1.*

4 Hæc clausula in concessione apposita operatur, vt cedens non possit exigere, nec agere contrà debitorem, licet cessionarius, nihil fecerit de illis, quæ ponuntur in *l. 3. C. de nouat. Angel. in l. si cum emptore. num. 3. ff. de pact. in l. fin. in fin. ff. de transact. & in d. l. 3. nu. 5. vers. & idem. Crot. cons. 83. nu. 12. lib. 1.* & pro singulari refert. *Aret. in l. cum filio. nu. 5. vers. Et ideò. Angel. ff. de legat. 1.* & in hanc opinionem videtur inclinare. *Ias. in l. non quocumquè. §. qui Gaia. num. 10. ff. de legat. 1.*

5 Contrarium tenet idem, *Angel. in l. qui quadringenta. nu. 2. & ibi Imol. ad fin. nu. 3. vers. nam hic habens. ff. ad Trebell. Castr. in l. si cum emptore. sub nu. 4. vers. mihi videtur, quod malè consulerit. Alex. nu. 3. vers. sed Paulus. Ias. num. 9. Curt. Iun. sub nu. 8. in 7. limit.* vbi de magis communi. *ff. de pact. Roman. in l. in prouinciali. §. si ego. num. 2. & ibi Alex. sub num. 8. ff. de non. oper. nunciat.*

6 Clausula ista importat translationem dominij, *Rimin. Iun. cons. 529. num. 43. lib. 5. Menoch. cons. 361. num. 38. lib. 4.*

7 Idem importat renunciationem fideicommissi. *Menoch. cons. 361. num. 38. lib. 4.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 64.

Clauf. 537. Possit, & debeat, &c.

Num. 1. Hæc verba simul iuncta important necessitatem. *c. 1. & ibi glos. in verb. possumus, & debemus, vt Eccles. benef. Alex. cons. 223. in fin. lib. 2. & ibi addit. Rot. Lucan. diuers. decis. 139. col. 1.*

2 Declara non procedere, vbi in materia subiecta aliud suadeat, vt si dirigantur ad personam, cuius fauore proferuntur, vt post *Salic. in l. creditores. nu. 8. C. de pignor. declarat addent. ad Alex. d. cons. 222. in fin. lib. 2.*

Clausula 538. Præfixo termino loco terminorum.

Hæc clausula apposita in commissione operatur, vt termini nō seruentur. *Papazon. in addit. ad decis. 2. num. 8. de rescript. in nou.* vbi de alijs clausulis idem importantibus.

Clauf. 539. Præsens liberatio extendatur ad incognita, & inexcogitata.

Hæc clausula tamquàm adiecta ex stylo Notariorum, nihil operatur. *Rip. in l. centurio. sub num. 81. ff. de vulgar.*

Clausula 540. Præsenti mādato in suo robore permansuro.

Hæc clausula apposita in mandato procuræ quid operetur, vide *Papazon. in addit. ad decis. 14. nu. 4. & seq. de procur. in nou. & Bisignet. decis. 11. eod. tit.*

Clausulæ 541. Præseruatiuæ, &c.

Num. 1. Clausulæ præseruatiuæ operantur, vt Vassallus, vel emphyteota alienans rem feudalem, vel emphyteoticam non cadit à iure suo, vt putà si alienaret saluo consensu, &c. *Alber. in l. fin. nu. 10. vers. Quærit Albertus Papiensis*, vbi etiam *Bald. in 2. lect. num. 3. C. de iur. emphyt. Idem Bald. in cap. 1. §. hoc quoquè. nu. 18. vers. sed hæc quæro. de success. feud. & in cap. 1. §. donare. nu. 7. vers. Quæro quid in emphyt. qual. feud. alien. poss. & in cap. 1. in verb. libellaria. nu. 1. de pac. constant. Aluarot. in cap. 1. in princip. sub nu. 15. ad fin. vers. Item si dicat si Domino placuerit. de probib. feud. alien. per Feder. Dec. cons. 160. num. 4.*

2 Limita non procedere, quando est secuta traditio, quia cum sit hæc protestatio contraria facto non releuat. *Dec. cons. 160. num. 4.* vbi de communi. *Paris. cons. 86. nu. 14. lib. 4. Biro. cons. 120. nu. 4. lib. 1. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu. 8. de constit. Roland. consil. 51. num. 28. lib. 2. Bursat. cons. 254. nu. 20. Tiraq. de constit. limit. 26. nu. 6. Grammatic. decis. 49. num. 3. & seq. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 13. nu. 5. versic. Item quæro. & in §. feudum. quæst. 31. nu. 5. vers. Item quæro. Aluarot. in cap. 1. in princip. sub num. 15. versic. quæro quid si Vassallus. de prohibit. feud. alienat. per Feder. Bald. in cap. 1. §. deniquè. vers. sed pone pater dicit. quæ fuit prima caus. benef. amis.*

3 Sublimita, quando est clausula, non aliàs aliter,

nec

nec alio modo, quia etiamsi secuta sit traditio non cadit à iure suo. *Bald. in cap. 1. §. deniq; nu. 5. quæ fuit prima caus. benef. amit. Felin. in cap. qua in Ecclesiarum. num. 85. & 86. vers. tertius casus. de constit. Guidopap. decis. 163. in princip. Aluarot. in cap. 1. in princ. sub nu. 15. vers. Verum. de probibit. feud. alienat. per Feder. Rip. in d. cap. cum M. Ferrariensis. nu. 80. Rol. cons. 51. nu. 30. lib. 2. Grammat. decis. 49. num. 3. & 4. Clar. in §. feudum. q. 31. nu. 6. vers. benè verum est, & in §. emphyteosis. quæst. 13. num. 5. versic. Item quæro. Bald. in cap. 1. §. hoc quoq; nu. 19. de success. feud. Rota in causa Senogallien. bonorum 2. Iunij 1597. coràm Orano.*

4 Declara tamen, hanc limitationem procedere, quandò ex tali traditione Domino nullum veniret damnum, vt quia res tradita de facili recuperari potest, secus verò quando esset difficilis recuperationis, vt putà si Castrum esset traditum, quia tunc etiam stante illa clausula non aliàs, &c. non excusatur emphyteota. *Bald. in cap. 1. §. hoc quoq; nu. 19. vers. sed pone quod. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu. 80. ad fin. de constit. Addent. ad* Guidopap. *decis. 163. nu. 1. vers. non aliàs.* Grammatic. *decis. 49. nu. 4. Aluarot. in cap. 1. in princip. sub nu. 15. vers. Quod est verum. de probib. feud. alien. per Federic. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 13. nu. 5. vers. Item quæro. Rota in Senogallien. bonorum 2. Iunij 1597. coram Orano.*

5 In materia, vide in clausula non aliàs aliter, nec alio modo 492. & in clausula saluo, &c. 694.

6 Istæ tamen clausulæ præseruatiuæ non operantur circa ea, in quibus quis expressè sibi præiudicat. *Oldrad. cons. 330. in fin. Paris. cons. 70. num. 12. lib. 1. Surdus. de non tollend. Iur. quæsit. quæst. 2. in fin. cum alijs deductis in causa Meliten. beneficij 10. Nouembris 1586. coràm Seraphino.*

Circa has Clausulas, vide etiam suprà in Clausula 69.

Clausula 542. Præterquàm accessus, vel regressus.

Hæc clausula apponitur, vt tollantur gratiæ præseruatiuæ, quæ gratiam possent impedire resignationem. *Rot. decis. 759. nu. 2. lib. 3. part. 3. diuers.*

Clausula 543. Præterquàm à nobis prouisos, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in Breui præseruat omnes prouisiones Apostolicas factas, etiam ab antecessoribus, & excludit tantum prouisiones inferiorum, vt fuit resolutum *in causa Aquilana Canonicatus 6. Octobris 1586. coràm Blanchetto.*

2 Secus quando ponitur clausula, Præterquàm à nobis ipsis, quia tunc est personalissima. *Bald. cons. 304. lib. 5. Natt. cons. 163. nu. 159.* & ideò tunc non præseruantur prouisiones factæ ab antecessoribus, sed solum factæ ab ipsomet Papa immediatè, vt fuit resolutum *in causa Salamantina beneficij de Duenas 31. Ianuarij 1595. coràm Corduba. & in Vicen. beneficij 22. Iunij 1598. coràm Litta.*

3 An autem hæc clausula capiat prouisiones factas à legato, *vide in causa Vlixbonen. beneficij 9. Iunij 1600. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

Clausula 544. Præterquàm per obitum apud Sedem, &c.

Nu. 1. Hæc clausula limitat totam gratiam, & sic etiam subrogationem gratiosam, quæ est accessoria ad gratiam principalem, vt fuit dictum *in causa Calaguritana beneficij de Candero 30. Octobris 1587. coràm Card. Pamphilio.*

2 Limita non procedere, quando beneficium non est reseruatum, & in literis nulla est expressa reseruatio, vt fuit dictum *in d. Calaguritana beneficij de Candero 30. Octobris 1587. coràm Card. Pamphilio.*

Clauf. 545. Prețerquàm per resignationē in manibus Papæ, &c.

Hæc clausula posita in indultò conferendi, operatur, vt beneficium vnitum, vel commendatum ex causa resignationis dissoluta vnione, vel cessante commenda possit conferri. *Rot. decis. 39. lib. 1. part. 3.*

Clausula 546. Præuia matura causæ cognitione.

Num. 1. Huic clausulæ dicitur satisfactum, videndo, an causa sit appellabilis, absquè eo, quod discutiatur negotium principale. *Rot. decis. 68. de appellat. in in antiq. Rota in Corduben. redecimarū 15. Iunij 1591. coràm Seraphino. in Oriolen. iurisdictionis 3. Iulij 1595. coram Card. Millino. in Ispalen. correctionis 1. Iuly 1596. coràm Penia. in Fanen. iurisdictionis 26. Nouembris 1599. coràm Card. Pamphilio. in Cæsaraugustana decimarum 19. Ianuarij 1609. coràm Penia. & in Theatina iurisdictionis 10. Februarij 1609. coràm Card. Caualerio.*

2 Et adde, quod non transportatis actis non potest videri, an articulus sit appellabilis, & ideò antea non potest inhiberi, quando in commissione adest prædicta clausula, & fuit dictum *in dd. decis.*

Clauf. 547. Præuia ratione, &c.

Hæc clausula importat nominationem, non autem conditionem. *Felin. in cap. 1. sub nu. 51. de constit.*

Clausula 548. Prima facie, &c.

Hæc clausula intelligitur superficialiter. *Dec. consil. 439. col. fin.*

Clausula 549. Pro animarum salute, &c.

Hæc clausula in dispensatione posita non operatur, quod dispensatio dicatur restricta ad forum cōscientiæ tantum, vt fuit dictum *in causa Panormitana illegitimitatis 20. Iunij 1579. coràm Bubalo.*

Clausula 550. Procedas de facto, &c.

Num. 1. De ista clausula, vide *Felin. in cap. 1. num. 51. vers. Et si dicatur procedas de facto. de constit. & in cap. olim. 26. nu. 6. de accusat.*

2 De clausula procedas de iure, & de facto, vide eumdem *Felin. ibid. versic. Et si dicatur procedas de*

iure

iure, & de facto, &c. & in cap. olim. 26. nu.6. verſ. Quid autem ſi dicatur. de accuſat.

3 Clauſula, Procedas de facto, idem importat, quod clauſula, Procedas ſolemnitate iuris omiſſa. *Felin. in cap.dilecti. num.3. in fin. de Iudic.*

4 Per hanc clauſulam cenſetur conceſſum Iudici procedere præter legem, non contrà legem. *Lap.allegat. 128. num.4. & ibi addent.*

Clauſula 551. Procedas de iure, & de facto.

Num. 1. De iſta clauſula, vide *Felin. in cap.1. num. 51. verſic. & ſi dicatur procedas de iure, & de facto. de conſtit. & in cap.olim.nu.26.verſ.quid autem ſi dicatur. de accuſat.*

2 Et de iſta clauſula procedas de facto, vide eumdem *Felin.ibid. verſic. Et ſi dicatur procedas de facto. & in d.cap.olim.26.nu.6. de accuſat.*

Clauſula 552. Procedas præuia ratione, &c.

De hac clauſula, vide *Felin.in cap.1.nu.51. verſic. Et ſi dicatur procedas præuia ratione. de conſtit.* vbi poſt *Butr. & Imol.* quod ſonat in monitionem, & non in conditionem.

Clauſula 553. Pro expreſſis habentes, &c.

Num. 1. Hæc clauſula operatur non obſtantibus quibusvis derogatorijs, & habet vim ſpecialis derogationis. *Feder.conſ.47. Ant.de Butr.conſ.2.alids 49.nu.5. & 6. Felin.in cap.nonnulli. ſub num.6. verſic.addatis primò.de reſcript. & in cap.accedentes.num.5.verſic, ſecundus caſus eſt. de præſcript. Dec. conſ.137.num.8. verſ.Iſta enim clauſula. & nu.16. & conſ.341. nu.1. & conſ.373.nu.9. Rip.in l.1.nu.72. ff.de vulg. Aym. conſ.126.nu.7. Sarnen. in proœm. Regul.quæſt.6.nu.6. 7.& 8. Rebuff.de diſpenſ. rat.ætat. in verb.ac conſtitutionibus, & ſuper concord.in form.mandat.Apoſtol. in verb.pro expreſſis, verſic. Et hæc clauſula. Put. deciſ.89. num.1. lib.1.* & fuit dictum *in cauſa Toletana annatarum 29.Iuny 1589.coràm Orano.Rot.deciſ.101. num.3.lib.3.part.3. & in cauſa Leodien. Canonicatus 12. Maij 1597. coràm Penia. & vide in cauſa Salamantina vnionis 4. Iunij 1593. coràm Blanchetto. in Colonien.Canonicatus 20. Maij 1602.coràm Card. Pamphilio. Tiraq.de legib.connubial. gloſ.7.nu.202. in Conchen. exemptionis decimarum 17. Martij, & 10. Maij 1589. coràm Orano. & in Toletana Capellaniæ 23. Ianuarij 1608. coràm Card. Pamphilio. Pariſ. qui alios cit.conſ.1.nu.84.lib.4.Mohed.deciſ.1.nu.1.de reſcript.*

2 De hac clauſula, vide latè *Gabr. de clauſ. concl.5. per tot.* vbi ponit plures ampliationes, & limitationes. *Mandoſ.in regul.11. quæſt.9.ſub num.3. Ferrett. conſ.75.nu.6.conſ.109.nu.7.lib.1. & conſ.223. nu.2. & 3. lib.2. Gambar. de Legat. lib.8. tit. de poteſtat. Legat. in legib. & ſtatut. condend.nu.37. & ſeqq.*

3 Operatur, quod omnia poſſint exprimi, iuxtà *d. conſ.Butr.2. alids 49.nu.5. Verall. deciſ.57. lib.3. in manuſcript. Put. deciſ.89. nu.1.lib.1.* & fuit dictum *in cauſa Toletana penſionis 20. Nouembris 1581. coràm Cantuccio.*

4 Quinimò operatur, vt omnia exprimendum cenſeantur expreſſa, ac ſi nominatim expreſſio facta fuiſſet. *Rebuff.vbi ſup. d.verb.pro expreſſis. in princ. & in prax. part.2.tit.de perind.valer. num.59. & in repet. cap.nulla. col.32. ad num.59. & in repet. cap. nulla.col.32. ad fin. verſic.octaua clauſula. pag.438. col.2. de conceſſ. præb. Ferrett.conſ.75.nu.6.lib.1.*

5 Et operatur, etiamſi tantum adſit in ſupplicatione, non autem in literis, quia ad ſupplicationem tamquàm ad matricem recurritur. *Pariſ. conſ.51.num.17. lib.4.* & fuit dictum *in cauſa Cæſarauguſtana penſionis 19. Februarij 1590. coràm Gypſio, & in cauſa Toletana annatarum 19. Iunij 1589. coràm Orano, & vide in cauſa Salamantina vnionis 4. Iunij 1593. coràm Blanchetto.*

6 Non tamen operatur in his, quæ ſunt contraria narratis, iuxtà doctrin. *Angel.in l.omnes.num.2. C.de præſcript. 30. vel 40. annor.* & fuit dictum *in cauſa Cauen. penſionis 19. Ianuarij 1571. coràm Card. Lancellotto. & in Tiburtina Caſtri Sambuci 20. Februarij 1579. coràm Sanctiſſ. Aldobrandino.*

7 Hæc clauſula non operatur ex ſui natura circa non expreſſa. *Dec.conſ.142.n.7. verſ.non obſtat. Rota d. in Cauen. penſionis 19.Iunij 1571.corã Card. Lancellotto.*

8 Et non ſupplet defectum intentionis. *dicta Cauen. penſionis. Rebuff. in 3. part. Signatur. num.18.*

9 Nec inducit diſpenſationem. *Rebuff.d.nu.18.& in form.nou. prouiſ. in verb.necnon omnia. num.11.* nec inhabilitatem impetrantis. *Rebuff. d. nu.181.*

10 Hæc clauſula poſita in gratia ad poſtulationem partis parum operatur. *Dec.conſ.541.nu.23.in fin.* vbi alios citat. *Rebuff. de clauſ.mandat.nu.19. circa med.*

11 Et ſolum operatur, vbi fuit proceſſum cauſa cognita, aliàs ſecus. *Dec.d.conſ.541.nu.24.verſ. Et conſiderandum eſt.* facit quod idem tradit *conſ.407. ſub num.24.* ad quod ibidem ſe refert.

12 Tres caſus, in quibus hæc clauſula non operatur, vide per *Rebuff.in form.mandat.Apoſtol. in verb. pro expreſſis. verſic.ſecundò fallit. & ſeqq. & ante cum per Felin.in cap.nonnulli.nu.6. ad fin. verſic.Hæc, & ſimilia.*

13 Hæc clauſula poſita in mandatis de prouidendo operatur, vt taciturnitas beneficiorum obtentorum per impetrantem non reddat gratiam ſubreptitiam. *Rebuff. de clauſ.mandat.nu.13. & in form.nou.prouiſ. in verb. necnon omnia. num.4. & in repet. cap.nulla. col.32.in octaua clauſula. pag.mihi 438.col.2. de conceſſ. præbend.*

14 Item operatur, vt pro expreſſis habeantur diſpenſationes, quas habet impetrans pro dictis beneficijs retinendis, & ſic quod gratia valeat, etiam quod non fiat mentio diſpenſationis. *Rebuff. vbi ſuprà. nu.14.*

15 Item operatur, vt habeatur pro expreſſo primum mandatum, de quo aliàs eſſet facienda mentio. *Rebuff. vbi ſuprà. num.15.*

16 Niſi vigore illius aliquid obtinuerit, vt putà penſionẽ, nam tunc non habetur pro expreſſo, ſed debet de eo fieri ſpecifica mentio. *Rebuff. vbi ſup. nu.16.*

17 Adde etiam, quod licet hæc clauſula in mandatis ad vacatura operetur, vt habeãtur pro expreſſis quæcumq; & qualiacumquè beneficia, ſi tamen numerus eſſet effrenatus, non ſuffragaretur, ſecundum *Rebuff. de clauſ. mandat. nu.17.*

18 Item qualitates beneficiorum habentur pro expreſſis. *Rebuff. vbi ſuprà. nu.18.*

19 Non tamen habentur pro expressis inhabilitates impetrantis, vt quia furiosus, &c. *Rebuff. vbi suprà. num. 19.*

20 Hæc clausula solus vtitur Papa in beneficialibus, non autem Legatus, vel alius, nisi id expressè eis concedatur à Papa. *Rebuff. in 3. part. Signatur. in verb. quod obstantiæ. num. 21. & in form. mand. Apostol. in verb. pro expressis. vers. An legatus, &c.*

21 An verò priuati possint vti hac clausula, & quando, vide *Rebuff. in form. mandat. Apostol. in verb. pro expressis. vers. Ista licet.*

22 Vigore dictæ clausulæ non possunt exprimi, nisi duo. *Rebuff. de claus. mandat. nu. 15. in fin. & in form. nou. prouis. in verb. necnon omnia. num. 9.*

23 De hac clausula, vide *Rebuff. de claus. mand. nu. 13. cum seqq. & in form. non. prouis. in verb. necnon omnia. per tot.*

Clausula 554. Pro hac vice, &c.

Hæc clausula posita in reseruatione, intelligitur pro tota illa vacatione, ita vt non consumetur reseruatione, donec validè fuerit prouisum. *Simonett. de reseruat. quæst. 79. & ibi addent.*

Clausula 555. Pro hæredibus, & successoribus.

Hæc clausula operatur, vt veniant non solum hæredes vniuersales, sed etiam quicumq; etiam singulares, & extranei. *Alex. cons. 193. nu. 1. vers. nam posito. lib. 2. Dec. cons. 285. nu. 5. vers. sextò, & vltimò. Rota in Romana domorum, & vineæ 18. Nouembris 1584. coràm Robustерio.*

Clausula 556. Pro hæredibus, & successoribus quibuscumq; &c.

Num. 1. Hæc clausula æquipollet clausulæ, Et quibus dederit. *Bald. in l. 1. num. 34. aliàs 35. C. de rer. diuis. Paris. cons. 3. nu. 12. lib. 1. Curt. Iun. cons. 4. nu. 4. Rip. in l. quæsitum. §. si quis. nu. 5. versic. contrarium. ff. de priuileg. credit. Rolan. cons. 3. nu. 64. lib. 1. & cons. 79. num. 29. lib. 2. & cons. 54. nu. 35. lib. 3.* & fuit dictum *in causa Romana bonorum de Lilio 7. Februarij 1582. coràm Seraphino.*

2 Et ideò operatur, vt feudum, vel emphyteosis transeat ad hæredes extraneos, & successores singulares ad quos aliàs de sui natura non potuissent transire. *Bald. in l. 1. quæst. 34. seu 35. C. de rer. diuis. Rip. in d. l. si quis. num. 5. vers. contrarium. Curt. Iun. cons. 4. nu. 4. Paris. consil. 3. nu. 11. lib. 1. Bero. consil. 56. nu. 54. lib. 1. cum alijs allegatis per Rol. consil. 3. num. 64. cum seqq. & cons. 95. nu. 35. & 36. lib. 1. & cons. 79. nu. 29. lib. 2. & cons. 54. nu. 34. 35. & 36. lib. 3.* & fuit dictum *in causa Ciuitatis Castelli Castri Montoni 10. Maij 1577. coràm Seraphino. & in causa Romana bonorum de Lilio 7. Februarij 1582. coràm eod. Mandos. in reg. 17. quæst. 8. num. 2. post med.* vbi quod comprehendit etiam legatarios.

3 Item operatur, vt feudum, & emphyteosis veniant in restitutione fideicommissi. *Ias. in prælud. feud. num. 49. Roland. cons. 96. num. 37. lib. 1.* Et per hanc clausulam censetur data facultas alienãdi irrequisito Domino. *Paris. consil. 3. num. 13. lib. 1. Rol. consil. 54. num. 34. lib. 3.*

Clausula 557. Pro hæredibus masculis, & fœminis, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in inuestitura feudi intelligitur, vt fœminæ censeantur vocatæ post masculos, & sic ordine successiuo. *Ferret. cons. 320. sub num. 2. lib. 2.*

2 Idem in clausula, pro hæredibus, vtriusquè sexus. *Ferret. d. consil. 320. nu. 2. lib. 2.*

Clausula 558. Prohibens plus petere, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam quis non dicitur exclusus à petitione legitimæ. *Ias. in l. 2. nu. 37. ff. de vulg. cum alijs per Gabr. de legitim. conclus. num. 32.*

2 Per hanc clausulam, scilicet prohibens plus petere de bonis ipsius testatoris adiecta legato non censetur legatarius prohibitus petere fideicommissum sibi debitum. *Dec. consil. 425. in 3. dubio.* vbi de communi.

3 Secus tamen est si dicatur, quod plus non possit petere in hæreditate, &c. *Bart. in l. ius iurandi. §. si liberi. in fin. ff. de oper. libert. cum alijs per Dec. cons. 425. colum. 5.*

4 Contrarium, nempè etiam si dicatur, quod in hæreditate non possit plus petere, quod nihilominus legatarius non censeatur prohibitus petere fideicommissum, sentit *Dec. cons. 425. num. 11.*

5 Adde tamen, quod si dicatur, quod non possit plus petere in bonis, & in hæreditate, tunc censetur prohibitus legatarius petere fideicommissum. *Dec. consil. 425. col. 5. in fin.*

6 Per clausulam prohibens plus petere de bonis, &c. non censetur prohibita filia petere bona materna. *Dec. cons. 425. in fin. Gabr. cons. 60. nu. 1. & 11. lib. 1.*

7 Dic verum, nisi aliter constet de voluntate testatoris. *Gabr. cons. 85. sub nu. 18. lib. 1.*

8 Dic etiam verum, si dictum sit de bonis, secus si dicatur in bonis, vel super bonis. *Pract. Papien. in form. libell. quo petit. hæredit. ex test. am. glos. in omnibus. in fin.*

9 Si verò dicatur de hæreditate, tunc censetur prohibita petere dotem maternam. *Bald. in l. liberti. num. 28. C. de oper. libertor. Gabr. consil. 60. num. 1. & 10. lib. 1.*

10 Per clausulam, prohibens plus petere super bonis, non censetur quis prohibitus petere debitum ex contractu. *Gabr. cons. 60. num. 1. & 11. lib. 1.*

11 Secus si dicatur de hæreditate. *Gabr. d. consil. 60. num. 1. & 11. lib. 1.*

12 Dic verum, nisi constet de contraria mente testatoris. *Gabr. cons. 85. sub num. 18. lib. 1.*

13 Hæc clausula si dicatur de bonis non censetur quis prohibitus petere bona emphyteotica. *Gabr. consil. 60. num. 5. lib. 1.*

14 Contrarium tenet. *Ias. in l. si non sortem. §. libertus. num. 34. ff. de condit. indebit. & in authent. vnde si parens. num. 8. C. de inofficios. testament.*

15 Adde verum, nisi constet de contraria mente testatoris. *Gabr. cons. 85. sub nu. 18. lib. 1.*

16 Per hanc clausulam non censetur prohibita filia succedere fratri in bonis testatoris. *Dec. cons. 433.*

17 Hæc clausula in dubio est latè interpretanda in fauorem hæredum. *Gabr. cons. 85. nu. 19. lib. 1.*

18 Et cessantibus personis, quarum causa prohibitio facta est, nihil operatur, & non impedit, quin admittantur. *Gabr. cons. 96. num. 36. lib. 1.*

19 Per hanc clausulam prohibens plus petere quouis modo, videlicet super bonis, vel super hæreditate conceptam in contractibus appositam numquam censeatur quis prohibitus parere, quod sibi non vti hæredi debeatur, nisi aliunde animus contrahentium allegatur. *Gabr. cons. 60. nu. 10. lib. 1.*

20 Hæc clausula operatur, vt testator censeatur voluisse filiam dotatam, & prohibitam plus petere, &c. excludere ab eo, qui voluit semper esse in hæreditate. *Gabr. cons. 132. quæst. 4. nu. 41. lib. 1.*

21 Hæc clausula non impedit acquisitionem, quæ fit ex vocatione expressa, vel ex alia causa. *Gabr. dicto cons. 132. quæst. 4. nu. 42. lib. 1.*

22 Hæc clausula operatur, vt quis semper maneat exclusus, etiam cessantibus personis, quarum causa facta est prohibitio. *Gabr. consil. 132. q. 4. nu. 41. lib. 1.*

23 Importat fideicommissum. *Guidopap. quæst. 93. nu. 2. Dec. cons. 242. col. penult.*

Clausula 559. Pro meritis seruitijs, &c.

Hæc clausula apposita in donatione non facit desinere eam esse meram, & simplicem donationem, *vt not. in l. donatione. C. de collat. Rot. decis. 1. sub n. 3. ad fin. versic. secundò quia ista verba, de alien. iudic. mut. caus. fact. in nou. Oldrad. cons. 5.*

Clausula 560. Promittens habere ratum, &c.

Num. 1. Clausula, Promittens habere ratum, & gratum quicquid procurator meus gesserit, &c. importat mandatum cum libera, & sic operatur, vt sit sufficiens in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum. *Bart. in l. procurator cui generaliter. num. 4.* vbi *Angel.* dum se remittit ad locum infrà citandum. *ff. de procurat. Francisc. Tigrin. post lect. Bart. in l. si procuratore. num. 5. vbi Angel. num. 2. C. eodem. Idem Angel. in l. si procuratorem. nu. 4. versic. sed tu dicas. ff. eod. Rom. in l. qui bona fide. §. si alieno. num. 11. ff. de damn. infect.* vbi allegat quasdam glossas Canonicas, prout facit etiam, *Ang. Io. Andr. in cap. petitio. col. fin. & Abb. sub nu. 2. de procuratorib.*

2 Contrarium tenet. *Bart. in l. 1. nu. 6. & in repetit. num. 9. & Alberci. nu. 12. ff. de offic. procur. Cæs. Cyn. in l. si procurator. num. 3. Bald. num. 4. Fulgos. num. 3. versic. non autem Puto. Castren. nu. 4.* quatenus se remittit, *ad Cyn. Salic. nu. 2. versic. nec si Dominus. Alex. num. 4. vers. sed communiter. Ias. nu. 11. versic. Tene in hoc contrarium. & Corn. versic. Tamen etiam si Dominus. C. de procurat. Alber. in l. procurator cui generalis. num. 3. & Castren. nu. 5. ff. eod. Fulgos. in l. si procuratorem. num. 2. ff. eod. versic. si autem simpliciter. Alex. in l. qui bona fide. §. si alieno. nu. 23. ff. de damn. infect. Ias. in l. transactionis. num. 8. versic. sed falsum est. C. de transact. Felin. in cap. solita. col. 4. versic. in fin. versic. Et infert. de maiorit. & obed.*

3 Et ratio est per prædictos Doct. quia Dominus tenetur habere ratum, & est solita apponi, & non apposita tacitè inest, & sic eius expressio non ampliat mandatum.

4 Limita, nisi adesset clausula, ac si ipse Dominus gessisset, vel si ita concepta esset tota clausula, promittens habere ratum Iudicium per tuum procuratorem actum, & omne aliud, quod gesserit ipse procurator, secundum *Fulgos. in l. si procuratorem. nu. 3. vers. Quod ita puto. ff. de procurat.*

5 Hæc clausula, Promittens habere ratum, & firmum quicquid, &c. posita in mandato restringitur circa contenta in mandato, nec vltrà illa extenditur. *Alberic. in l. 1. nu. 12. ff. de offic. procurat. Cæs. Ruin. cons. 59. nu. 3. lib. 5. Rota in Veneta bonorum, seu pecuniaria 13. Nouembris 1602. coràm Card. Pamphilio. Bald. in l. si procurator. nu. 4. Salicet. nu. 2. vers. nec si Dominus. C. de procuratorib.*

6 Per hanc clausulam appositam in fine mandati non intelligitur data libera administratio. *Dec. cons. 305. num. 8. & cons. 500. num. 12.*

7 Clausula, Promittens habere ratum quicquid legitimè gestum fuerit, &c. posita in mandato operatur, vt mandatum non dicatur sufficiens. *Doct. in cap. exposuit. Collect. ar. nu. 5. aliàs 6. Anchar. nu. 11. Boiuc. num. 7. Imol. nu. 4. Anan. nu. 9. & Abb. num. 13. versic. Ego puto. de dilat. Speculat. tit. de procurat. §. ratione autem formæ. col. 1. in fin. num. 4. glos. in cap. relatio. in verb. canonicè. vers. certè si talis. 21. quæst. 1. vbi addent. glos. in Clem. 1. in verb. debito modo. de procur. Bart. in l. quæ omnia. §. planè. num. 3. vbi addent. & Castren. nu. 5. ff. eod. Bald. in l. in causa. in princip. in 1. lectur. ff. eod. & in l. cum mandati. vers. aliàs talis procurator. C. mandat. & in l. si procurator. nu. 7. & ibi Barbat. in addit. & Ias. nu. 12. C. de procurat.*

8 Contrarium tenet. *Host. in d. cap. exposuit. §. cum postmodum. ad fin. & Bellam. num. 3. & 4. de dilat. & Speculat. in loco allegat.* dicit Clementem quartum fuisse istius opinionis, quem appellat lumen iuris. *Butr. in d. cap. exposuit. nu. 25. versic. Puto.*

9 Dic quod procurator cum tali mandato vti captioso potest repelli, sed si fuit admissus de facto, acta cum tali procuratori tenent. *Bald. in d. cap. exposuit. vers. sed quis est sensus. & Abb. nu. 13. vers. Ego puto. de dilat. Felin. in cap. cum olim. nu. 10. vers. sed intellige. de rescript. Addent. ad Rom. singul. 136.*

Clausula 561. Promittens non contrauenire, &c.

Num. 1. Hæc clausula restringitur ad specificata, & similia expressis. *Dec. cons. 495. sub nu. 17. & seq.*

2 Nec porrigitur ad ea, de quibus non fuit cogitatum. *Dec. cons. 263. col. fin.*

3 Nec extenditur ad ius, quod de nouo superuenit. *Dec. cons. 263. col. fin.*

4 Adde, quod contrauenire non dicitur, qui vtitur natura contractus. *Dec. cons. 542. sub nu. 10.*

5 Hæc clausula in instrumento diuisionis apposita non impedit fideicommissi petitionem ex testamento paterno. *Bart. in l. Stichus. §. idem quæsiuit. ff. de cond. indebit. Dec. cons. 495. sub num. 17.*

6 Et apposita donationi causa mortis operatur, quod talis donatio transeat in donationem inter viuos. *l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. Castren. consil. 61. in princip. & 75. num. 3. lib. 2. cum alijs per Couar. in in rubric. de testament. part. 2. sub nu. 11. & Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 13. nu. 5. lib. 1. Rota in Vrbeuetana Castrorum 24. Ianuarij 1575. coràm Sanctiss.*

Sanctiss. Aldobrandino, & in Romana nominationis domus 17. Decembris 1599. coràm Cardin. Pamphilio. vbi quod in hoc non est differentia inter istam clausulam, & clausulam de non reuocando.

7 Hæc clausula nihil operatur stante enormissima læsione. Parif. cons. 75. num. 32. lib. 3.

8 Declara procedere, vbi ista clausula apponitur in substantialibus, & in dispositiuis, secus si apponatur in clausulis executiuis. Dec. cons. 305. sub num. 5. & consil. 470. num. 2. & 3. Natt. consil. 104. num. 6. lib. 1. Couar. de testam. par. 2. c. 13. Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 2. sub num. 46. Thob. Non. consil. 54. nu. 14. Mantic. lib. 1. de coniect. vlt. volunt. tit. 13. sub nu. 7. Crass. in §. donatio causa mortis. num. 6. Rota in dicta Romana nominationis domus, vbi quando dicatur apposita in dispositiuis, & substantialibus, & quando in executiuis.

9 Hæc clausula, promittens non cõtrauenire ex quauis causa, & quouis modo, &c. comprehendit omnem modum etiam per quem indirectè contractui non statur. gloss. in cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. in verb. quoquè modo. de hæret. in 6. Gemin. consil. 19. num. 3. Rebuff. super concord. in form. mand. Apostol. in verb. aliam quamcumquè. in fin. prima fallentia. & fuit dictum in causa Romana rescissionis concordia 22. Ianuarij 1575. coràm Sanctiss. Aldobrandino.

Clausula 562. Promittens soluere hic Romæ, Venetijs, &c. & vbicumquè, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt dies certa apposita in obligatione non constituat debitorem in mora, antequàm creditor locum elegerit. Alex. consil. 45. nu. 5. lib. 5. Gozzadin. cons. 66. nu. 2.

2 An autem stante hac clausula, si debitor pluries soluerit in vno loco possit creditor in alijs solutionibus variare locum, vide Gozzadin. consil. 66. num. 4. vbi quod in electione tacita creditor sibi non præiudicat quin possit variare, secus in expressa.

Clausula 563. Promittens tradere rem, & possessionem eius vacuam liberam, &c.

Num. 1. Hæc clausula excludit simplicem detentationem. Dec. consil. 281. num. 5. Gozzadin. consil. 24. num. 1.

2 Excludit etiam seruitutem. Gozzadin. consil. 24. num. 3.

3 Huic clausulæ non censetur satisfactum ex clausula, Constituti. Dec. cons. 281. nu. 5.

Clausula 564. Pronuncies secundum sensum tuum.

Num. 1. Hæc clausula non importat propriam voluntatem, sed voluntatem à iure regulatam, & sic arbitrium boni viri. Abb. in cap. 1. nu. 13. vers. contrarium ego. & Felin. num. 31. vers. Et si dicatur, Pronuncies secundum sensum tuum. de constit.

2 Limita, vbi iungitur cum verbis denotantibus iuris obseruantiam, vt in d. cap. 1. & ibi Felin. vbi suprà. ad fin. ibi, Intellige.

Clausula 565. Pro omnibus, quorum interest.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur de principalibus, non autem de alijs, quorum interest, secundum Bald. per illum text. in l. non solum. §. quæritur. nu. 2. in 2. not. ff. de procuratorib.

2 An ista clausula per Notarium possit extendi in instrumento, vide Rot. Lucen. decis. diuersor. 91. col. 2. vers. respondetur enim.

3 Item quomodo extendi debeat. Rot. Lucen. diuers. d. decis. 91. col. 2. in vers. respondetur enim.

4 Non suffragatur illi, cuius non interest. Rot. Lucen. d. decis. 91. col. 2. in vers. respondetur enim. in fin.

Clausula 566. Pro omni eo, &c.

De hac clausula, & eius intellectu, vide Cæsar de Graß. decis. 3. nu. 1. de testament.

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà Clausulam 66.

Clausula 567. Pro parte N.

Hæc clausula est æquiuoca, & potest intelligi id est, nomine N. Put. decis. 319. lib. 3.

Clausula 568. Propria auctoritate, &c.

Hæc clausula apposita in gratia regressus, vel similj circa facultatem capiendi possessionem non excludit consensum Capituli, quominus scilicet possessio debeat capi capitulariter, sed solum excludit executorem. Put. decis. 20. lib. 2.

Clausula 569. Pro quibus omnibus, & singulis.

Nu. 1. Hæc clausula refertur ad omnia in instrumento, etiam enunciatiuè narrata. Alex. cons. 17. nu. 2. lib. 3. Ruin. cons. 137. nu. 6. lib. 1. & cons. 103. num. 11. lib. 4. Parif. consil. 97. nu. 91. lib. 1. Rot. decis. 741. nu. 2. p. 1. diuers. Rota in Romana de Luraghis 19. Ianuarij 1600. coràm Iusto. & in Romana Palatij S. Mariæ Maioris 15. Martij 1604. coràm Card. Pamphilio.

2 Et ideò obligatio Cameralis facta pro omnibus, & singulis, &c. competit etiam pro enunciatis, & pro illis potest agi via executiua, vt fuit resolutum in Romana Societatis de Philippensibus 3. Martij 1581. coràm Card. Lancellotto. & in Romana dotis 11. Februarij 1593. coràm Cantuccio.

3 Istæ clausulæ, Pro quibus omnibus, &c. obligarunt sese, eorumquè hæredes, & successores, &c. Iuncta clausula. Quod compromissum dictæ partes durare voluerunt ad beneplacitum N. arbitratoris. qui erat Cardinalis. Vtraquè clausula comprehendit hæredes, & operantur quod compromissum nõ expiret per mortem vnius ex compromittentibus. Rota coràm Cotta in Fulginaten. pecuniaria. Luna 4. Iulij 1569. incip. An compromissum. Est decis. 268. in eius lib. in manuscript.

Vide super dicta conclusione, clausulis, & decisione suprà Part. 3. in §. 1. Speculator. in §. finitur. nu. 3. de arbitr. fol. 226. col. 1.

Clausula 570. Pro se, & hæredibus, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in materia transitoria ad hæredes extraneos, intelligitur pro hæredibus quibuscumque, cum in ea alias superflua sit mentio hæredum. *Ias. in l. 2. §. Item, & si in facto. ff. de verbor. obligat.* Ita fuit resolutum *in causa Romana de Lante 13. Ianuarij 1578. coràm Sanctiss. Aldobrandino, & in eadem, coràm eodem 13. Februarij 1581.*

2 Et ideo huiusmodi clausula posita in renunciatione filiorum facta de bonis maternis, extenditur pro quibuscumq; vt fuit resolutum *in d. Romana de Lante 13. Ianuarij 1578. & 13. Februarij 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà Clausula 70.

Clausula 571. Pro se, & quibus voluerit, &c.

Per hanc clausulam in inuestitura appositam censetur data facultas alienandi, etiam sine consensu Domini. *Dec. cons. 390. nu. 8.*

Clausula 572. Pro tempore, &c.

Hæc clausula denotat, etiam tempus futurum. *Rota in Lauden. pensionis 29. Ianu. 1601. coràm Penia.*

Clausula 573. Protestatur de expensis, &c.

Hæc clausula operatur, vt iudex teneatur super expensis pronunciare, alias faceret litem suam. *Marant. de ord. Iud. part. 6. in 3. membr. num. 12.*

Clausula 574. Prouisio, quod portio debitis, &c.

Num. 1. Hæc clausula, Prouisio, quod portio debitis non fraudetur obsequijs, posita in vnione portionis ad dignitatem non operatur, quod dignitas teneatur ad ea obsequia, quæ veniunt ratione solius portionis, sed ad ea, quæ extrinsecè veniunt subeunda, prout sunt onera, de quibus *in cap. de Monachis. de præbend. & in cap. 1. eod. tit. in 6. Rebuff. in prax. tit. de vicar. perpet. num. 21.* Ita fuit resolutum *in causa Burgen. seruitij 13. Iunij 1594. coràm Litta.*

2 De ista clausula, vide *Calder. cons. 1. de Cleric. non resid. & Rebuff. de expens. rat. ætat. in verb. prouiso. per tot.*

Clausula 575. Prout, &c.

Hæc clausula est limitatiua. *Dec. cons. 63. num. 6. & 362. nu. 1. & 374. nu. 4. & 497. sub num. 5.*

Clausula 576. Prout apparet, vt suprà, &c.

Hæc clausula, àn stet demonstratiuè, vel causatiuè, seu limitatiuè, vide *Rot. decis. 27. part. 2. diuersor.*

Clausula 577. Prout benè visum fuerit, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in mandato ad resignandum quid operetur, vide *Paris. de resign. lib. 9. q. 17. nu. 23. & seqq. vbi & num. 30.* vbi an vigore illius procurator possit consentire resignationi, cum reseruatione pẽsionis putà 200. si resignans dederit mandatum ad resignandum reseruatis sibi omnibus fructus pro loco pẽsionis propria auctoritate percipiendis, & àn resignatio sit nulla. *Rota in Zamoren. pensionis, seu Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

2 Procurator constitutus cum hac clausula, & ad consentiendum pensioni, àn possit consentire illius translationi, vide *Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 117. num. 98. & seqq.*

Clausula 578. Prout eis placebit, &c.

Hæc clausula importat arbitrium boni viri. *Marthesil. notab. 5. Dec. cons. 493. nu. 21.*

Clausula 579. Prout ille, &c.

Clausula ista posita in inuestitura, quid importet, vide *Schrad. de feud. part. 5. cap. 2. nu. 55.*

Clauf. 580. Prout Ecclesia talis, vel Hospitale habet.

Clausula, Prout Ecclesia talis, vel Hospitale habet, posita in priuilegio intelligitur de priuilegio, quod de illo tempore habet Ecclesia, & non comprehendit priuilegium, postea illi concessum. *Felin. cons. 33. num. 3.*

Clausula 581. Prout in instrumento, &c.

Hæc clausula restringit dispositionem ad instrumentum. *Dec. cons. 360. sub num. 6. & 374. num. 4. & 402. col. 2.*

Clausula 582. Prout iuris, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in commissione respicit solum Iudicem, non autem narrata partium, vt fuit dictum *in Romana 50. millia. 6. Iunij 1575. coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

2 Non tamen respicit iurisdictionem, quæ censetur data simpliciter, ac purè, sed decisionem causæ, vt fuit dictum *in Perusina Lacus 9. Maij 1586. coràm Orano.*

3 Hæc clausula si est posita in Signatura Cardinalis restringit totam gratiam, seu commissionem, secus si est in Signatura Regentis, quia tunc non attenditur, si verò est in corpore commissionis, & est absolutè posita restringit omnia, si verò est limitatè posita ad vnum tantum Capitulum, illud solum restringit, *vide in causa Corduben. statutorum 24. Ianuarij 1590. coràm Seraphino.*

4 In fine posita limitat totam commissionem, vt fuit dictum *in Romana S. Thomæ 20. Nouembris 1589. coràm Seraphino.* vide in proposito *Cost. decis. 231.*

5 Hæc clausula, quando est posita copulatiuè stat augmentatiuè propter copulam, ad tradita per *Gemin. in c. 65. nu. 8. & cons. 132. nu. 1. Ruin. cons. 200. num. 8. lib. 1.* ita fuit dictum *in causa Illerden. Canonicatus 20. Maij 1598. coràm Orano.*

6 Et refertur ad omnia contenta in commissione. *Rot. decis. 626. nu. 6. lib. 3. part. 3. diuers.*

7 Clau-

7 Clausula, Prout de iure, posita in commissione restitutionis in integrum aduersus tres conformes non operatur idem, quod clausula, Parito, sed operatur, quod possit procedi in causa non retardata executione, *iuxtà text. in Clem. vt calumnijs. de re iudic.* vt fuit dictum *in causa Pampilonen. Parochialis de Echaron.4. Martij 1591. coràm Card. Pamphilio.*

8 Et ideò non tribuit iurisdictionem conditionalem, sed puram, nec impedit, quò minus interim non dicatur introducta lis. *Rot. decis.51. col.1. vers. Praetereà non potest negari. de appellat. in nou. Put. decis.6. de rest. in integr. & decis.426. lib.2.* & fuit dictum *in d. Pampilonen.*

9 Et posita in commissione super pensione non operatur retardationem processus, si pensio non soluatur. *Rot. decis.1059. lib.3. part.3. diuers.*

10 Haec clausula posita in causa restitutionis in integrum operatur, vt non censeatur concessa restitutio, nisi quatenus de iure cõpetat. *Rota in Romana beneficiatus 10. Martij 1602. coràm Penia. & in Segobricen. Parochialis 2. Decembr. 1602. coràm Card. Pamphilio.*

11 Haec clausula posita in commissione, in qua datur facultas exequendi sententiam, vel laudam operatur, vt non censeatur data facultas exequendi, nisi quatenus de iure sit locus executioni. *Caputaq. decis.150. nu.1. part.1. Rota in Ariminen. laudi 6. Maij 1604. coràm Card. Pamphilio.*

12 Haec clausula in commissionibus semper subintelligitur. *Crescent. decis.1. de rescript.*

13 Quando apponitur, quod per eam intelligitur, vide *Staphil. de lit. iustit. tit. citat. personal. nu.13.* & vide in materia suprà clausula, Iustitiam faciat.

14 Haec clausula idem est, quod clausula, Et iustitiam faciat, &c. *Ias. in l. causas. nu.7. C. de transact. Verall. decis.353. lib.1. in manuscript.*

15 Quae differentia sit inter istam clausulam, Prout iuris fuerit, & clausulam, & alias prout iuris fuerit, vide *Crescent. decis.1. nu.2. de fer.*

16 Haec clausula posita in commissione, in qua petitur compensari fructus vineae cum credito aduersarij liquido operatur, vt iudex possit non facta compensatione procedere ad vlteriora, ex quo de iure de illiquido ad liquidum non admittitur compensatio. *Verall. decis.50. nu.1. in fin. & seq. part.1.*

17 De hac clausula, vide *Rebuff. in prax. tit. de nou. & simplic. prouis. num.31. & seq.*

18 Clausula, Prout de iure, &c. non tollit rem iudicatam, nisi in commissione sit facta mentio indiuidua de re iudicata, cum derogatione regulae de iure quaesito non tollendo. *Rota in Romana retrouenditionis domorum 19. Ianuarij 1611. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

19 Et posita in secunda commissione operatur, vt censeatur recessum à primis rescriptis. *Rota in Perusina bonorum 28. Februarij, & 14. Maij 1612. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.*

20 Haec clausula operatur, quod iuris ordo seruetur. *Dec. cons.256. in fin.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 71.

Clausula 583. Prout iustitiae conuenire v[idebitur] debitur, &c.

Haec clausula operatur, quod iuris ordo seruetur. *Dec. cons.189. col. fin.*

Clausula 584. Prout iustum fuerit, &c.

Haec clausula posita in commissione impetrata, quod procedatur ad vlteriorem executionem operatur, vt dicta commissio non tollat, neque impediat iudicium attentatorum. *Caputaq. decis.154. p.1. vide in Monopolitana Iurispatronatus 17. Decembris 1610. coràm Card. Pamphilio.*

Clausula 585. Prout opus fuerit, &c.

Haec clausula necessitatem importat. *Dec. consil.493. num.20.*

Clausula 586. Prout praedecessores vestri, &c.

Num.1. Haec clausula posita in inuestitura, quando fiet casualiter, & non conditionaliter, vide *Put. decis.211. & decis.225. nu.2. ad fin. lib.2. Mohed. decis.6. nu.3. & 8. num.2. de feud. Felin. in cap.2. num.11. & 12. de rescript.*

2 An ista clausula sit de stylo Officialium, ita vt apposita nihil operetur, vide *Put. decis.225. lib.2.* vbi quod esset si esset, de stylo, nihilominus operatur.

Clausula 587. Prout voluerit expedire, &c.

Num.1. Haec clausula respicit arbitrium boni viri. *Dec. cons.493. num.19.*

2 Et respicit vtilitatem. *Dec. d. cons.493. num.17.*

Clausula 588. Prout visum fuerit, &c.

Num.1. Haec clausula importat arbitrium boni viri, & sic videtur requirere partis citationem. *Crescent. decis.3. num.2. de offic. delegat. Felin. in cap.1. num.51. versic. Et si dicatur, prout tibi visum fuerit, &c. de constit. Afflict. decis.371. nu.8. Dec. cons.493. nu.19.*

2 Limita in casu *d. decis. Crescent.3. de offic. delegat.*

3 Adde, quod à sententia lata vigore talis commissionis, non datur appellatio. *Felin. in cap.1. sub nu.51. versic. Et si dicatur, prout tibi visum fuerit, &c. de constit.*

Claus. 589. Prudentiae tuae, &c.

Ista clausula posita in commissione quomodo intelligatur, vide *Felin. in cap.1. nu.51. versic. Et similiter dicitur. de constit. & in cap. nè irritaris. num.2. eod. tit. & Benedict. de Vand. in repertor. eiusd. Felin. in verb. Prudentia.*

Clausula 590. Purè, & simpliciter, &c.

Per hanc clausulam, àn censeatur sublatus ordo Iudiciarius, & qui vide post *Abb. & alios Felin. in cap. dilecti. nu.2. de re iudic. & etiam Dec. num.9. & seq. & num.17.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 72.

Clausula 591. Quacumq; auctoritate fulgentibus, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in derogatione indultorum quibuscumquè personis, etiam quaecumquè, &c. importat derogationem indulti Cardinalis. *Put. decis. 500. nu. 2. lib. 2.*

2 Et posita in expectatiuis comprehendit, etiam Papam. *Crescent. decis. 7. num. 4. de conceß. præbend.*

Clausula 592. Quæ omnia, &c.

Hæc clausula importat indiuiduitatem. *Cæsar de Graß. decis. vnic. nu. 10. de fid. instrument. & decis. 3. num. 11. & seq. de solut.*

Clausula 593. Quacumquè reseruatione, &c.

Num. 1. Hæc clausula, iunctis verbis præterquàm apud Sedem, capit reseruationem familiaris de iure, nisi de stylo sit contrarium. *Rot. decis. 69. in manuscript. diuers.* vide suprà in clausula, Etiamsi generaliter reseruata, &c. 366.

2 An sola capit vacationem per obitum in Curia, vide *Rot. decis. 266. lib. 2. & 341. lib. 3. part. 3. diuers.*

Clausula 594. Quàm duxeris acceptandum, &c.

Num. 1. Hæc clausula non imponitur, vbi præbendæ non sunt distinctæ. *Rot. decis. 26. num. 2. de præbend. in antiq.*

2 Vbi autem poneretur, haberet locum, *cap. cum ei, quem, de conceß. præbend. Rot. decis. 26. in fin. eod. tit. in antiq.*

3 Hæc clausula est conditionalis, & facit gratiam, decretum, & omnia ex conditione pendere, & ideò in ea tempus conditionis, & non datæ inspicitur. *Gaßad. decis. 3. num. 14. de præbend.*

4 De effectu istius clausulæ, & quid operetur, vide *Staphil. de lit. grat. tit. de claus. per te, vel tuum, &c. per tot. & Simonet. de reseruat. quæst. 72.*

5 Adde, quod operatur, quod si impetrans malè acceptat primum, potest illo dimisso aliud acceptare, quod aliàs non posset. *Io. Monach. in cap. ne captandæ. nu. 2. versic. sed si non est. & seq. Io. Andr. num. 3. versic. sed si gratia. Butr. num. 8. vers. oppono etiam. Archidiac. nu. 2. in 5. notab. post med. vers. sed si gratia. Gemin. nu. 10. vers. sed si gratia est vltrà communem. Franch. nu. 7. versic. sed si gratia est vltrà communem. de conceß. præbend. in 6. Oldrad. consil. 307. nu. 4. in fin. Gemin. cons. 108. nu. 4. in princip. & vers. sed si gratia. & seq. Staphil. de lit. grat. tit. grat. exting. per negl. nu. 4.*

6 Et operatur, vt si expectans non acceptet primum, possit acceptare secundum, quod aliàs non posset. *cap. 1. de conceß. præbend. in 6. Rebuff. cons. 16. nu. 7.*

7 Hæc clausula reddit gratiam conditionalem, & operatur, vt intelligatur, quatenus generalitas acceptet. *Put. decis. 236. num. 2. & seq. lib. 1. & decis. 418. num. 1. 2. & 6. lib. 2. Mohed. decis. 21. nu. 5. de præbend.*

8 Et operatur, vt decreta in dicta gratia appolita, tamquam conditionalia non operentur, nisi secuta acceptatione, & sic conditione purificata. *Put. dicta decis. 236. nu. 3. & seq. lib. 1. & decis. 418. nu. 2. lib. 2. vide Card. cons. 18. immed. ante nu. 1.*

9 Quod durante mense, quo primus expectans potest acceptare alias acceptet, an istius acceptatio sit valida, si primus infrà dictum mensem non acceptet, vide *Oldrad. cons. 136. sub num. 4.* vbi tenet, quod sint nulli, vide *Felin. cons. 1. nu. 7.*

10 Ab ea enim omnia decreta pendent. *Put. decis. 249. in fin. lib. 1.*

11 Et non secuta acceptatione omnes clausulæ, & decreta euanescunt. *Put. decis. 418. nu. 2. lib. 5.*

12 Hæc clausula operatur, vt primus expectans, si omittat acceptare primam præbendam vacaturam, non sibi præiudicat, quin possit acceptare secundam. *Rot. decis. 1. de præbend. in antiq.*

13 Si plures sint expectantes cum hac clausula, quàm duxeris infrà mensem, &c. quilibet illorum habet integrum mensem successiuum, vide *Oldrad. cons. 137. num. 2. & seqq.*

Clausula 595. Quàm ex nunc vacare decernimus, &c.

Hæc clausula debet intelligi post pacificam assecutionem secundi, non autem quod vacet saltem de præsenti, sed in euentum pacificæ assecutionis secundi, prout de iure. *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausul. tit. pluralitas beneficiorum. num. 2.*

Clausula 596. Quàm, & quas, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, quod non præcedente appellatione, vel de ea non constito, nec de sententia possit procedi, prout in prima maximè si adest clausula vnà cum toto negotio principali. *Rot. decis. 187. num. 5. & 6. part. 2. diuers.* & fuit dictum *in causa Placentina Aquarum 8. Martij 1596. coràm Card. Arigonio. & in Calagnritana spolij 10. Nouembr. 1597. & 5. Nouembris 1599. coràm Seraphino. Peregrin. decis. 94. incip. fuit conclusum. lib. 1. relata in impreß. diuersor. decis. 74. lib. 2. part. 3. Rota in causa Romana Salniani interdicti 14. Decembris 1598. coràm Cardin. Lancellotto. Achill. decis. 14. nu. 1. de rescript. Cæs. de Graß. decis. 2. num. 4. de rescript. Peregrin. decis. 73. lib. 2. quæst. 74. lib. 2. part. 3. diuers. in impreß. Cott. decis. 123. & 127. Rota in Aurien. cogruæ 18. Maij 1609. coràm Reuerendiß. Ortembergo.* Quomodo hoc procedat, vide *Rot. decis. 399. lib. 3. part. 3. diuers.*

2 Item operatur, vt possit pronunciari, prout in prima. *Achill. decis. 14. nu. 1. & decis. 17. in fin. de rescript. Sarnen. de infirm. resignant. q. 34. nu. 4. Put. decis. 73. lib. 2. Mohed. decis. 6. de appellat.* & fuit resolutum *in causa Elboren. 12. Iunij 1559. coràm Quiroga. & in Calaguritana de Viena 16. Iunij 1561. & 28. Maij 1567. Caputaquen. vt in recollect. Cott. 127. & 123.* & fuit dictum *in causa Firmana spolij 7. Februarij 1573. coràm Seraphino. in Corduben. statutorum 21. Iunij 1585. coràm Gypsio. in Malaritana Capellania 14. Iunij 1591. coràm Pena. & in d. Aurien. congrua 18. Maij 1609. coràm Reuerendiß. Ortembergo.*

3 Amplia, vt is contrà quem est impetrata commissio possit procedere, prout in prima vigore huius clausulæ, postquàm commissio est præsentata, & electa communis. *Rot. diuers. decis. 254. nu. 1. part. 2.*

& fuit

& fuit dictum in causa Calaguritana spolij 5. *Nouembris* 1599. *coràm Seraphino.*

4 Limita, quando acta non sunt transportata, quia illis non transportatis, hæc clausula non operatur, vt procedi possit, prout in prima. *Rota in Valentina Parochialis* 13. *Ianuary* 1580. *coràm Blanchetto, & vide in causa Visen. Cantoria* 10. *Iuny* 1602. *coràm Corduba*, vide etiam in proposito. *Rot. decis.*688. *num.*3. *lib.*3. *part.*3. *diuers.*

5 Hæc clausula, vbi est restricta de, & super præmissis stat restrictiuè, nec extenditur, vt fuit resolutum *in causa Calaguritana beneficij de Vrsena* 28. *Maij* 1561. *Caputaq. vt in recollectis Cotta decis.*123. *& vide in causa Farsinaten. fideicommissi* 4. *Iuly* 1584. *coràm Seraphino. in Mediolanen. Capellania* 3. *Iuly*, *&* 6. *Nouembris* 1595. *coràm Card. Pamphilio, & vide in causa Perusina hæreditatis* 26. *Octobris* 1601. *coràm Card. Pamphilio.*

6 Secus vbi est simplex, vel dicitur in causa, & occasione præmissorum, nam tunc extenditur, & comprehendit omnia, vt fuit dictum *in d. Farsinaten. fideicommissi* 4. *Iuly* 1584. *coràm Seraphino. & in dicta Mediolanen. Capellania* 3. *Iuly* 1595. *coràm Cardin. Pamphilio.*

7 Item secus, quando adest etiam clausula, rebusq; alijs, quæ operatur, vt possit deduci omne ius, vt fuit dictum *in causa Romana* 50. *millia. de anno* 1574. *in Panormitana, seu Valentina illegitimitatis* 7 *Februarij* 1575. *coràm de Grassis. in Mediolan. Capellania* 3. *Iuly*, *&* 6. *Nouembris* 1595. *coràm Card. Pamphilio. & in Perusina hæreditatis* 26. *Octobris* 1601. *coràm eod.*

8 Hæc clausula operatur, vt censeatur deductum, & commissum omne ius. *Sarn. de infirm. resignat. q.*34. *nu.*4. *Achill. decis.*14. *de rescript. & decis.*22. *nu.*2. *de appellat. Peregr. decis.*73. *lib.*2. *&* 74. *lib.*2. *p.*3. *diuers.* & fuit resolutum *in causa Romana* 50. *millia* 14. *Maij* 1574. *coràm Sanctiss. Aldobrandino. in Casalen. seu nullitas de Carretis* 13. *Nouembris* 1587. *coràm Comitulo. in Strigonien. violationis testamenti* 1. *Aprilis* 1588. *coràm Plato. Mediolanen. Capellania* 3. *Iulij*, *&* 6. *Nouembris* 1595. *coràm Card. Pamphilio. in Placentina aquarum* 8. *Martij* 1596. *coràm Card. Arigonio. in Romana de Roncionibus* 2. *Decembris* 1596. *coràm Litta. & vide in causa Legionen. præstimoniorum* 16. *Ianuarij* 1595. *coràm Card. Pamphilio.* & fuit dictum *in causa Perusina hæreditatis* 26. *Octobris* 1601. *coràm Card. Pamphilio. in Placentina, & Toletana Canonicatuum, & beneficiorum* 4. *Februarij* 1609. *coràm Sanctiss. Ludouisio.* vbi quod commissio cum ista clausula comprehendit nedum primas gratias beneficij, tunc obtentas, sed etiam futuras. *Cas. de Grass. decis.*2. *nu.*6. *&* 7. *de rescript.*

9 Item petitorium, & possessorium. *Mohed. decis.*6. *post med. versic. Insuper. de rescript. Rota in Nucerina Iurispatronatus* 14. *Maij* 1612. *coràm Card. Canalerio.*

10 Et latissimè patet, & omnia ferè complectitur. *Rot. decis.*399. *nu.*2. *lib.*3. *part.*3. *diuers.*

11 Amplia primò, vt censeatur etiam per appellantem deductum omne remedium sibi competens, etiam per viam quærelæ, vt fuit dictum *in causa Salamantina Canonicatus* 11. *Februarij* 1577. *coràm Blanchetto, vt in decis.*156. *lib.*1. *quotid. Rota in Romana de Roncionibus* 2. *Decembris* 1596. *coràm Litta.*

12 Item etiam spolium, *vide in Toletana Confraternitatum* 2. *Decembris* 1611. *coràm Vbalde.*

13 Amplia secundò, etiamsi remedia essent contraria, *ad text. in l. mater decedens. ff. de inofficios. testam. Put. decis.*21. *lib.*1. *Rot. diuers. decis.*256. *nu.*6. *part.*1. & fuit dictum *in causa Romana de Roncionibus* 2. *Decembris* 1596. *coràm Litta. & in Farfen. spolij* 17. *Maij* 1610. *coràm Card. Pamphilio.*

14 Et omnes causæ deductæ in prima instantia, *vide in d. Toletana.*

15 Amplia, vt procedat quando huiusmodi clausula adest in commissione appellationis, quæ sit interposita à sententia lata super aliquo capite particulari, & non super omni iure, vt fuit resolutum *in causa Mantuana attentatorum* 1. *Iulij* 1583. *coràm Sanctiss. Aldobrandino, & in causa Placentina aquarum* 8. *Martij* 1596. *coràm Card. Arigonio, & vide in d. causa Romana de Roncionibus* 2. *Decembris* 1596. *coràm Litta.*

16 Declara prædicta procedere, si pars vtatur hac clausula, & ad speciem ius deducat, secus si non vtatur, vel se restringat ad aliquod ius particulare. *Verall. decis.*125. *nu.*2. *part.*3. & fuit dictum *in causa Florentina damnorum, & interesse* 11. *Decembr.*1585. *coràm Gypsio. in Legionen. præstimoniorum* 16. *Ianuarij* 1595. *coràm Card. Pamphilio. & in Aretina commenda* 27. *Februarij* 1595. *coràm eodem. Cas. de Grass. decis.*1. *nu.*7. *de Iudic. vide Rota in Nucerina Iurispatronatus* 14. *Maij* 1612. *coràm Card. Canalerio.*

17 Hæc clausula operatur, vt dicatur introducta lis super titulo beneficij, & per consequens quod fiat litigiosum, vt fuit dictum *in Mediolanen. Capellaniæ* 3. *Iulij*, *&* 6. *Nouembris* 1595. *coràm Card. Pamphilio. in Elnen. præceptoriæ* 3. *Nouembris* 1608. *coràm Cardin. Marquemontio. in Placentina beneficiorum* 23. *Martij* 1609. *coràm Card. Pamphilio. in Toletana Parochialis* 26. *Iunij* 1609. *coràm eodem. Vide Rotam in Aprutina beneficij* 21. *Martij* 1611. *coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis.* 306. *nu.*1. *part.*1.

18 An sit necesse, quod ducatur ad speciem, vide *Rota in d. Nucerina Iurispatronatus* 14. *Maij* 1612. *coràm Card. Canalerio.*

19 Hæc clausula posita in commissione appellationis operatur, vt deserta appellatione iudex possit pronunciare, prout in prima. *Ruin. cons.*114. *lib.*4. *Achill. decis.*14. *nu.*3. *& decis.*17. *nu.*2. *de rescript Caputaq. decis.*71. *lib.*1.

20 Declara procedere, quando appellatio est interposita ab interlocutoria, vel à diffinitiua super aliquo incidenti, ita quod non diffiniat totum negotium principale, quibus casibus negotium principale est omninò diuersum à causa appellationis, & ideò illa deserta potest iudex procedere, & pronunciare super negotio principali, secus verò quando appellatio est interposita à diffinitiua respiciente totum negotium principale, nam tunc deserta appellatione, sententia transit in iudicatum, & iudex tenet sine iurisdictione, & clausula nihil operatur, quoniam hoc casu negotium principale, nihil defert ab eo, quod in causa appellationis continetur, & sicut in casu appellationis nulla est iurisdictio, ita & in negotio principali. *Aegid. decis.*117. *versic. Et per hoc. & decis.*236. *in fin. Mohedan. decis.*9. *de appellat. Paleot. decis.*45. *nu.*67. *aliàs* 399. *num.*3. *&* 4. *&* 421. *lib.*3. *part.*3. *diuers. Caputaq. decis.*71. *lib.*1. *& vide in causa Corduben. statutorum* 21. *Iunij* 1585. *coràm Gypsio. in Rauennaten. bonorum* 20. *Iulij* 1587. *coràm Cardin. Pamphilio.*

Pamphilio. & in Mediolanen. Capellania de Valdarno 3. Iulij 1595. coràm eodem.

21 Hæc clausula non operatur, vt non dicatur commissa causa appellationis, *vide in causa Calaguritana spolij 10. Nouembris 1597. coràm Seraphino.*

22 Hæc clausula, Quàm, & quas habet, & habere, ac mouere vult, &c. generaliter intelligitur, nec stat restrictiuè. *Sarnen. de infirm. resignat. quæst. 34. Achill. decis. 22. nu. 2. de appellat.* & fuit dictum *in causa Panormitana, seu Valentina illegitimitatis 7. Februarij 1575. coràm Grato.*

23 Et ideò non comprehendit, etiam molestationes, vt fuit dictum *in d. decis. 1. nu. 2. de Iudic.*

24 Et vigore illius committens causam, etiam appellationis si sit possessor potest petere, & obtinere absolutoriam. *Achill. decis. 22. de appellat.*

25 Dic verum, quando ponitur simpliciter, secus si adest clausula de, & super præmissis, quia tunc stat restrictiuè, nec extenditur, vt fuit resolutum *in causa Calaguritana beneficij de Viena 28. Maij 1561. coràm Caputaq. vt in recollect. Cott. decis. 123. & vide in causa Perusina hæreditatis 26. Octobris 1601. coràm Card. Pamphilio.*

26 Limita, nisi adderetur clausula, rebusq; alijs, quæ operatur, vt possit deduci omne ius, vt fuit dictum *in causa Mediolanen. Capellaniæ 3. Iulij, & 6. Nouembris 1595. coràm Cardin. Pamphilio. & vide in d. Perusina hæreditatis 26. Octobris 1601. coràm eodem.*

27 Hæc clausula comprehendit petitorium, & possessorium. *Put. decis. 51. de Iudic. Sarn. de infirm. resign. quæst. 34. nu. 4.* & fuit resolutum *in causa Tirasonen. Prioratus 10. Maij 1559. coràm Cantuccio, vt in recollect. Cott. decis. 65.* & fuit dictum *in causa Mediolanen. Capellaniæ 3. Iulij, & 6. Nouembr. 1595. coràm Card. Pamphilio.*

28 Et operatur, vt censeatur commissum negotium principale. *Sarnen. d. quæst. 34. nu. 4. Addit. ad Rot. decis. 23. de rescript. in nou. Achill. decis. 22. de appellat. Cæs. de Graß. decis. 1. nu. 2. de Iudic. cum similib.* & fuit dictum *in causa Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598. coràm Card. Lancellotto. & in Calaguritana spolij 5. Nouembris 1599. coràm Seraphino.*

29 Et quidem æquè principaliter. *Papazon. ad Rot. decis. 23. nu. 3. & 8. de rescript.*

30 Et operatur effectum suum, etiamsi commissio quoad partem principalem sit subreptitia, & inhibitio afficit. *Papazon. vbi suprà. nu. 4.*

31 Quid si apponatur in commissione causæ extrà Curiam, àn tunc operetur eumdem effectum, vide *Papazon. vbi suprà. num. 6.*

32 Hæc clausula non operatur, quando committens causam se restringit ad aliquod ius particulare, quia licet possit illius vigore deduci omne ius, tamen requiritur, quod pars eo vtatur, vt fuit dictum *in causa Legionen. præstimoniorum 16. Ianuarij 1595. coràm Cardin. Pamphilio. & in Aretina commendæ 27. Februarij 1595. coràm eodem.*

33 Hæc clausula quando operatur, vt tertiò veniente ad causam pro suo iure, & interesse dicatur introducta lis etiam respectu ipsius tertij, vide *Crescent. decis. 3. de rescript.*

34 De hac clausula, vide omninò *Rot. decis. 684. lib. 3. part. 3. diuers.* vbi àn quis possit illius vigore agere simplici spolio sine productione actorum sententiæ à qua appellauit.

35 Hæc clausula operatur circa rem diuersam, vt fuit dictum *in causa Florentina damnorum, & interesse. 9. Decembris 1585. coràm Gypsio.*

36 Clausula ista non mutat iudicium inceptum. *Mohedan. decis. 5. nu. 1. de Iudic. vbi allegat decis. Rot. 34. de rescript. in nou. vide in Nucerina Iurispatronatus 14. Maij 1612. coràm Card. Caualerio.*

37 Veniens ad causam vigore huius clausulæ dicitur actor, secus si pro suo iure, & interesse, & quòd in commissione admissionis ad causam adsit ista clausula. *Put. decis. 346. lib. 1.*

38 Hæc clausula posita in commissione super iactationibus operatur, quod committens causam dicatur actor, quia stante hac clausula, commissio non dicitur simpliciter impetrata super iactationibus, sed complectitur omnes causas, quas habet, & mouet, habereq; & mouere intendit contrà quoscumquè, vt fuit dictum *in causa Siracusana quarta 16. Nouembris 1588. coràm Comitulo.*

39 In contrarium facit, quia hæc clausula, Quàm, & quas, non mutat naturam iudicij, vnde si quis ex natura iudicij est reus non efficitur actor per hanc clausulam. *Rot. decis. 34. vbi Addent. de rescript. in nouis Fab. decis. 15. lib. 1. Mohedan. decis. 229. aliàs 5. nu. 1. de Iudic. Achill. decis. 22. de appellat.* in cuius casu non aderat clausula iactationis, & fuit dictum venire sub hac clausula, Quàm, & quas, &c. & fuit resolutum *in causa Parmen. Prioratus 16. Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coràm Orano.*

40 Committens causam appellationis cum clausula, Quàm, & quas, si deserta appellatione vigore dictæ clausulæ prosequatur aliquam litem, licet connexam cum prima dicitur actor, licet in originali in principali esset reus. *Achill. decis. 7. de appellat.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 73.

Clausula 597. Quamuis aliam dispositionem, &c.

Hæc clausula refertur semper ad simile expressis. *Put. decis. 226. nu. 8. lib. 3.*

Claus. 598. Quãtum de iure, &c.

Hæc clausula, àn habeat vim peremptorij, vide *Compostellan. in cap. causam, quæ. nu. 1. de rescript.*

Clausula 599. Quæ pœna soluta, &c.

Hæc clausula intelligitur in fauorem obseruantis contractum, non contrauenientis. *Rot. decis. 15. nu. 4. & 211. nu. 4. part. 1. diuers.* & ista decisio fuit comprobata in eadem causa.

Claus. 600. Quas proprijs vocabulis duximus exprimendum.

Num. 1. Hæc clausula posita in priuilegio exemptionis, aut cõcesso Monasterio, cum suis Capellis, quas, &c. non probat Capellas expressas esse Monasterij, sed est aliunde probandum. *Innoc. in cap. inter dilectos. nu. 6. circa med. de fid. instrument. & in cap. dudum. de priuileg. Archid. in cap. si Papa. in 1. not. in fin. Gemin. nu. 7. & Franch. nu. 4. vers. Et dicit etiam. eod. tit. in 6.*

Abb.

Abb.in d.cap.dudum.num.3. Roman.cons.180.num.3. versic. primò ex decisione. & vers. secundò.

1 Stat enim hæc enumeratio conditionaliter, nempè si probantur ad dominium Monasterij spectare. *Roman.cons.180.nu.3. versic. secundò per expressam.*

Clauſ.601. Quatenus consensus Cardinalis requiratur.

Hæc clausula apposita in prouisione operatur, vt stante familiaritate Cardinalis absentis, si habeat præsentialitatem, sit necessarius consensus illius. *Put. decis.302.lib.3.*

Clauſ.602. Quatenus cōtrà, &c.

De hac clausula apposita in appellatione, vide suprà in clausula, In parte, & partibus, 607. &c.

Clauſ.603. Quatenus de Iurepatronatus ex fundatione, &c. existat.

De hac clausula, & eius effectu, vide *Gambar. de Legat.lib.3.nu.330. vers. At quid si Papa. cum seq.*

Clausula 604. Quatenus idoneus reperiatur, &c.

Hæc clausula, Quatenus idoneus reperiatur, &c. vel si idoneum esse repereris, &c. non importat conditionem, sed monitionem. *gloss.in Clem.1. in verb. reperirit.de offic.deleg. Rot.decis.4. de fil. presbyter. in antiq.& decis.12.nu.2.in fin.de concess.præbend.in nou. Doct.in cap.fin. vbi Felin. num.18. de præsumpt. Lap.allegat.15.nu.7. versic.non obstat.& allegat.60. num.3.Imol.in Clem.1.nu.20.de offic.delegat.Oldrad. cons.41.nu.1.versic.secunda verò.Alciat.de præsumpt. regul.3.præsumpt.3. vbi addit. Mandos.ad Lap.in allegat.60. nu.3.in verb. si est idoneus. Put. decis.256. lib.1.* & fuit dictum *in causa Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coràm Cardin. Pamphilio, & vide in causa Taruisina Canonicatus 21. Iunij 1596. coràm Seraphino.*

Clauſ.605. Quatenus ipsi tres, vel duo, seu vnus ipsorum, &c.

De hac clausula, & eius vtilitate, vide *Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. Quatenus ipsi.*

Clausula 606. Quatenus ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequentes, &c.

Hæc clausula solet apponi, quando quis ad plura dispensatur, & sic in dispensationibus, sed quando Papa prouidet de beneficio, & sic in gratijs prouisionum solet apponi, Quatenus sibi specialem gratiam facientes. *Rebuff.in form.signatur.in verb.Quatenus sibi specialem.* vbi quæ sit gratia specialis, *vide eumdem in form.mandat.Apostol.in verb.liberales.in fin.*

Clausula 607. Quatenus licita, & honesta, &c.

Num.1. Hæc clausula habet in se conditionem, *vt per glos.fin. in cap. examinata. & in cap.venerabilis. in glos. penult. de confirmat.vtili vel inutili. Rota in Calciaten. iurisdictionis 13. Aprilis 1587. coràm Seraphino. est decis.775.num.4. part.1.*

2 Et ideò, cum egeat causæ cognitione habet vim suspensiuam, vt fuit dictum *in d. Calciaten. iurisdictionis 13. Aprilis 1587. coràm Cardin. Seraphino. est decis.775. nu.4. & seq. part.1.*

3 Secus tamen esset si post se non requireret causæ cognitionem, vt si literæ expedirentur in forma gratiosa, secus si in forma communi, quia tunc est conditionalis, vt fuit dictum *in d. Calciaten. iurisdictionis 13. Aprilis 1587. coràm Seraphino. est decis.775. part.1.*

4 Hæc clausula ponitur, quando Papa pacta, &c. non vidit. *Rot. decis.151. nu.1. p.3. diuers.*

☞ Vide etiam suprà in Clausula 45. & 469.

Clauſ.608. Quatenus non sint contraria Canonibus, &c.

Hæc clausula, Quatenus non sint contraria Canonibus, & decretis Concilij Tridentini, intelligitur dummodo non sint contrà, vt fuit resolutum *in causa Conchen. decimarum 10. Maij 1589. coràm Orano.* vbi de priuilegio exemptionis decimarum.

Clausula 609. Quatenus sit de nouo, &c.

Num.1. Hæc clausula posita in confirmatione Papæ operatur, vt non sit simplex confirmatio, sed noua concessio. *Gabr. cons.151. nu.9. lib.2.*

2 Item ex ea patet, quod partes voluerunt nouum actum facere, & recedere à primo, si opus sit, vt quia primus est nullus. *Rot. decis.738.nu.2.p.1. diuers.*

Clauſ.610. Quatenus sibi specialem gratiam facientes, &c.

Hæc clausula solet apponi, quando Papa prouidet de beneficio, & in gratijs prouisionum, sed quando dispensatur ad plura, & sic in dispensationibus solet apponi clausula, Quatenus ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequentes. vide *Rebuff. in form. signat. in verb. quatenus sibi.* vbi quando dicatur gratia specialis, *vide eumdem in form.mand.Apostol. in verb. liberales. in fin.*

Clausula 611. Quatenus de Iurepatronatus, &c.

Num.1. Hæc clausula posita in supplicatione, in qua est narratum beneficium esse de Iurepatronatus, quomodo intelligatur, & an per eam censeatur recessum ad narrata, seu confessa, &c. vide *Put. decis.325. nu.4. lib.2. & decis.63.lib.3.* vbi an, & quando spoliatus debeat restitui, antequàm iustificet beneficium esse de Iurepatronatus.

2 De hac clausula, vide *Rebuff. in 3. part. signatur. in verb. necnon Iurispatronatus.*

Clausula 612. Quatenus sint in vsu, &c.

Num.1. Hæc clausula stat conditionaliter, & limitatiuè. *Bart. in l.1. nu.20. ff. de condit. & demonstrat.*

Dec.

Dec. conf. 385. *nu.* 2. & fuit dictum *in causa Pampilonen. beneficij de los* 27. *Maij* 1577. *coràm Blanchetto.* & *vide glos. in authent. de hæred.* & *falcid. in princip. versic. sed quatenus.* & *ibi Butr. num.* 1. & *in causa Leodien. Canonicatus* 12. *Ianuarij* 1596. *coràm Blanchetto. Caputaq. decis.* 343. *nu.* 2. *part.* 3.

2 Et ideò stante hac clausula adhoc, vt intret confirmatio priuilegiorum, vel statutorum debet probari vsus, nec sufficit, quod vsu præsumantur recepta, vt fuit dictum *in causa Recanaten. hereditatis* 23. *Maij* 1578. *coràm Rubeo. in Lucana iurisdictionis* 23. *Februarij*, & 9. *Aprilis* 1601. *coràm Cardin. Pamphilio.* & *vide in Tudertina bonorum* 13. *Maij* 1588. *coràm Cotta. in Asculana legitimæ* 14. *Decembr.* 1579. *coràm Blanchetto. in Amerina successionis* 24. *Martij* 1593. *coràm Penia.* & *in causa Maceraten. successionis* 27. *Februarij* 1598. *coràm Corduba.* vbi adsunt dictæ decisiones, & *in causa Leodien. Canonicatus* 12. *Ianuarij* 1596. *coràm Blanchetto.* vbi adest decisio *in causa Recanaten. coràm Rubeo.* in *Siracusana quartæ* 27. *Februarij* 1591. *coràm Comitulo,* & *vide in Valentina decimarum* 10. *Febr.* 1586. *coràm Seraphino.*

Hæc clausula apposita in priuilegijs intelligitur respectu vsus generalis, non autem respectu illius indiuidui, de quo agitur, *ad tradita per Feder. in consil.* 102. *in fin.* & *cons.* 147. *num.* 3. *in fin. Abb. cons.* 54. *nu.* 3. *ad fin. p.* 1. *Curt. de iurepatr. in verb. competens. nu.* 42. & ita fuit dictum *in causa Conchen. decimarum* 10. *Maij* 1579. & 30. *Ianuarij* 1589. *coràm Orano.*

4 Hæc clausula posita in communicatione priuilegiorum, in qua confirmantur priuilegia, cum hac clausula, Quatenus sint in vsu, & deinde illa sic confirmata communicantur, refertur, tàm ad confirmationem, quàm ad communicationem, quia communicatio, seu extensio facta post confirmationem intelligitur facta, cum illa qualitate adiecta confirmationi. *Dec. cons.* 78. *nu.* 2. *vers. cum ergò. Aym. cons.* 37. *num.* 3. & fuit resolutum *in causa Placentina decimarum de Spadanal* 22. *Iunij*, & 9. *Decembris* 1588. *coràm Plato.*

5 Hæc clausula, quando est posita in communicatione priuilegiorum, quomodo intelligatur, *vide in causa Carthaginen. decimarum* 16. *Decembris* 1596. *coràm Gypsio.*

6 Hæc clausula posita in confirmatione priuilegiorum, & statutorum, àn possit referri ad statuta, *vide in causa Asculana legitimæ* 14. *Decembris* 1579. *coràm Blanchetto. in Amerina successionis* 24. *Maij* 1593. *coram Penia. in Maceraten. cessionis* 27. *Februarij* 1596. *coràm Corduba.* & *in Rauennaten. hæreditatis* 14. *Aprilis* 1606. *coràm Card. Pamphilio.*

7 Adde, quod hæc clausula in confirmatione statutorum censetur apposita ex stylo Referendariorum, vt fuit dictum *in causa Tudertina bonorum* 13. *Maij* 1588. *coràm Cotta,* & *in causa Aretina successionis* 24. *Maij* 1593. *coràm Penia,* quod quomodo, & quando sit verum, *vide in Voto in causa Maceraten. cessionis* 27. *Februarij* 1598. *coràm Corduba.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 75.

Clauſ. 613. Quibuſcumque, &c.

De hac clausula iuncta clausulæ contrarijs, &c. posita post clausulam, non obstantibus, & eius effectu, vide *Rebuff. in form. mand. Apost. in verb. Quibuscumq;*

Clauſ. 614. Quibus dederit, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, quod emphyteusis Ecclesiastica transeat ad hæredes extraneos. *Doct. in cap.* 1. *vbi Præposit. col.* 1. *vers. nota quod pactum. de feud. non habent. nat. feud. Aluarot. in cap. feudum. sub nu.* 1. *vers. Ex qua glos. vbi Præposit. in fin. Afflict. col.* 1. *vers. Et hoc verum. si de feud. fuer. controuers. Curt. cons.* 4. *nu.* 1. *vers. sed quoniam.* & *cons.* 131. *nu.* 2. *Dec. cons.* 171. *nu.* 2. & *cons.* 390. *num.* 8. *Paris. cons.* 3. *nu.* 13. & 29. & *cons.* 23. *nu.* 41. *lib.* 1. & *cons.* 85. *nu.* 14. *lib.* 4. *Curt. Iun. de feud. part.* 4. *regul.* 2. *quæst.* 5. *Iacob. de Sanct. Georg. eod. tract. in verb. ita etiam quod ipsi Vassalli. col.* 4. *Aym. cons.* 256. *num.* 4. *Roland cons.* 79. *nu.* 21. vbi de communi. *lib.* 2. *Bec. cons.* 88. *num.* 21. *Pinell. in l.* 2. *nu.* 11. *C. de bon. matern. Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 17. *sub nu.* 4. *vers. quarta conclusio.* ibi, *Quæ itidem dicendum.* & fuit resolutum *in causa Romana domus S. Eustachij* 17. *Februarij* 1581. *coràm Cardin. Lancellotto,* & fuit dictum *in causa Imolen. bonorum* 21. *Iunij,* & 13. *Nouembris* 1592. 21. *Maij* 1593. 8. *Martij* 1596. *coràm Card. Pamphilio.* & *in causa Mediolanen. bonorum* 28. *Martij* 1594. *coràm Card. Arigonio.* & in materia, vide suprà in clausula, Ad habendum, &c. & *Rotam in Papien. bonorum* 10. *Maij* 1602. *coràm Card. Pamphilio.*

2 Et facit illam hæreditariam. *Gabr. cons.* 91. *n.* 5. *lib.* 1.

3 Limita, vbi esset dictum pro filijs, & in eorum defectum, quibus dederit, nam tunc existentibus filijs non est hæreditaria. *Gabr. d. cons.* 91. *nu.* 6. *lib.* 1.

4 Hæc clausula facit, vt admittantur hæredes ab intestato. *Gabr. cons.* 91. *nu.* 5. & 11. *lib.* 1.

5 Declara non procedere in præiudicium nominatorum in emphyteosi. *Gabr. d. cons.* 91. *nu.* 13. *lib.* 1.

6 Per hanc clausulam appositam in inuestitura censetur data facultas alienandi. *Gabr. cons.* 91. *n.* 11. *lib.* 1.

7 Etiam irrequisito Domino, & aliquo eius consensu, *Dec. cons.* 164. *col.* 3. vbi de communi. *consil.* 171. *nu.* 2. & *cons.* 193. *num.* 3. & *cons.* 390. *num.* 8. *Aym. cons.* 84. *nu.* 11.

8 In contrarium faciunt notat. per *Dec. consil.* 614. *num.* 2. & 6.

☞ Vide etiam suprà *Clausula* 32.

Clauſ. 615. Quibus voluerit, &c.

Nu. Per hanc clausulam in inuestitura appositam censetur data facultas alienandi, etiam sine consensu Domini. *Dec. cons.* 390. *num.* 8.

Clauſ. 616. Quibus Eccleſijs, &c.

Hæc clausula posita in dispensatione intelligitur de omnibus singulis Ecclesijs successiuè, non autem simultaneæ obtinendis. *Rot. decis.* 533. *nu.* 2. *part.* 1.

Clauſula 617. Quicquid iuris habet in tali loco, &c.

Hæc clausula posita in concessione, nihil operatur, nisi de iure concedentis in dicto loco. *Alex. consil.* 187. *nu.* 5. *lib.* 2.

Clauſula 618. Quicquid per eos, vel alterum eorum, &c.

Hæc clausula in mandato apposita importat, quod plures

plures procuratores dicantur constitui in solidum, licet fuerint constituti sine dicta clausula in solidum. *Achill. decis. 1. de procurat.* & fuit resolutum *in causa Verulana legitima 9. Martij, & 2. Decembris 1592. coram Blanchetto.*

Clausula 619. Quicquid placuerit, &c.

Num. 1. Hæc clausula per quàm censetur data facultas alienandi. *Dec. cons. 614. col. 2.* cum alijs suprà allegatis in clausula, Ad habendum, &c. quando non est simpliciter facta, sed limitata ex subsequenti prohibitione alienationis, vel ex alijs clausulis censetur restricta ad terminos stipulationis, videlicet inter vocatos. *Bald. cons. 465. nu. 5. Dec. cons. 171. sub nu. 3. Curt. Iun. cons. 130. nu. 6. Pedemont. decis. 164. num. 6. Corbul. de priuat. ob alienat. limit. 3. num. 2.* & fuit dictum *in causa Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. coràm Card. Pamphilio, & vide in causa Auximana bonorum 4. Martij 1602. coram Card. Millino. Rot. diuers. decis. 8. sub nu. 3. & decis. 11. nu. 1. ad fin. versic. in secunda parte. & nu. seq. p. 1. Cresc. decis. 6. de testam.*

2 Dic verum, quando prohibitio est absoluta, & indefinita, secus verò est, quando est restricta ad limitandum facultatem alienandi, quia tunc in casibus non exceptuatis remanet firma, & illæsa virtus dictæ clausulæ, *ex regul. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. legat. cum similib.* & fuit dictum *in causa Imolen. bonorũ 13. Nouemb. 1592. coràm Card. Pamphilio.*

3 Hæc clausula importat liberam facultatem, nec restringitur ad arbitrium boni viri. *Bald. de pac. Constant. §. nomine. nu. 3. latè Ruin. cons. 133. nu. 34. & 5. lib. 2. Socein. Iun. cons. 49. nu. 15. lib. 2. Roland. cons. 34. nu. 79. & 88. lib. 4. Andr. ab Exea in cap. 1. nu. 389. de constit. Menoch. de arbitr. quæst. 8. nu. 12. & seqq.* & fuit dictum *in causa Romana 20. mill. 20. Iunij 1580. coram Card. Lancelloito, & in Romana domus S. Eustachij 17. Februarij 1581. coram eod.*

4 Et generalitatem, & omnem modum comprehendit. *Crescent. decis. 6. nu. 5. de testament.*

Claus. 620. Quicquid vellet, &c.

Hæc clausula posita in instrumento emphyteotico operatur, vt censeatur data facultas alienandi. *Dec. cons. 164. sub num. 2.*

Clausula 621. Quidam alij, &c.

Num. 1. Vigore huius clausulæ quot citari possint, *vide in cap. cum in multis. de rescript. in 6. & ibi Doct. & Papazon. ad Rot. decis. 8. nu. 7. in princ. eod. tit. in nou.*

2 Si specificentur Laici, & postea subnectatur ista clausula sub ea non veniunt Clerici. *Gemin. cons. 45. num. 8.* vbi quod per eam non includuntur personæ expressis differentes in qualitate, & quantitate.

3 Sub ista clausula non includitur Monasterium, neque Collegium, seu Vniuersitas. *Gemin. cons. 65. nu. 26. & 27. Felin. in cap. eam te. nu. 15. de rescript. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. glos. 3. nu. 39. & glos. 37. nu. 10. & seq. Dec. cons. 486. nu. 7. in fin.*

4 Clausula, Quidam alij, & aliæ res non includit multitudinem effrenatam, nec personas, nec res maiores expressis, sed pares, vel minores. *cap. Sedes. & ibi omnes præcipuè. Felin. in princip.* vbi omninò videas. *de rescript.*

5 Non comprehendit Principes, nec personas illustres, & qualificatas. *Mandos. in commiss. super benef. in verb. omnesq; alios. vers. secundò quæro. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. glos. 3. nu. 40.*

6 Neque pauperes, qui propter paupertates se defendere nequeunt. *Bald. in cap. Sedes. nu. 5. de rescrip. Felin. in cap. significantibus. ante nu. 6.* in quartò priuilegio paupertatis. *de offic. delegat. Gonzal. in reg. 8. Cancellar. glos. 3. nu. 37.*

7 Nec capit fœminas, secundum *Gomes. num. 6. & seqq. de rescript. in 6.*

8 Contrarium tenet. *Mandos. vbi suprà. vers. quartò quæro.*

9 Sub ista clausula non comprehenduntur maiores expressis, sed solum pares, & similes, vt post alios per *Gonzal. in regul. 8. Cancellar. glos. 3. nu. 22. cum multis seqq.*

10 Quid si dictio, quicumq; vel alia similis, an tunc maiores expressis comprehendantur, vide eumdem *Gonzal. d. glos. 3. nu. 42. & seqq.*

Claus. 622. Quoad vixeris, &c.

5 Hæc clausula posita in vna conditione, censetur in omnibus alijs repetita, iuxtà *decis. Aegid. 41. Cassad. decis.8. num.3. de rescript.* vt fuit dictum *in Romana rescissionis instrumentorum 30. Octobris 1602. coràm Card. Pamphilio.*

6 Hæc clausula non habet locum, vbi petitur committi causam appellatione remota. *Rota in Romana pecuniaria de Sacchettis 23. Martij 1612. coràm Card. Caualerio.*

Clausula 675. Refectis expensis arbitrio Rotæ, &c.

Clausula, Refectis expensis arbitrio Rotæ, in commissione sanatoria intrat pro non refectione expensarum, vbi non adest talis defectus citationis. *Rota in Calaguritana præsidentiæ 1. Iuny 1612. coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

☞ Vide etiam suprà Clausula 175. & 8.

Clausula 676. Reiecta iuris subtilitate.

Hæc clausula quid importet, vide *Felin. in cap.1. num.51. vers. Et si dicatur reiecta iuris subtilitate. de constit. & in cap. dilecti, nu.7. vers. Quid autem importet. de Iudic.*

Clausula 677. Releuans, &c.

Num.1. Hæc clausula in mandato procuratoris apposita habet vim fideiussionis de iudicato soluendo. *Specul. in tit. de satisd. §. expedito. num.2. Vitalin. in Clem.1. nu.48. & 49. de procurat.* & fuit dictum *in causa Reatina Castri Postæ 5. Nouembris 1586. coràm Orano.*

2 Item operatur, quod mandatum procuratoris Domini litis effecti duret in quacumq; instantia, vt fuit dictum *in d. Reatina Castri Postæ 5. Nouembris 1586. coràm Orano.*

3 Dic verum data acceptatione mandati in vita constituentis, aliàs non operatur, vt post eius obitum possit acceptari sine nouo mandato successoris, vt fuit dictum *in causa Calaguritana Abbatiæ de Onnate 13. Februarij 1598. coràm Card. Pamphilio.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 81.

Clausula 678. Reliquit vxorem Dominam, & vsufructuariam.

Num.1. Ex consuetudine Bulgari hæc clausula apposita in testamento filijs institutis, restringitur tantum quoad alimenta. *Dec. cons.418. num.1. consil.454. in princip. cons.476. sub nu.3. cons.485. nu.1. cons.526. cons.554. sub nu.5. cons.601. sub nu.5.* cum alijs latissimè per *Gabr. conclus.2. de vsufruct. nu.1. Soccin. Iun. cons.86. sub nu.3. & cons.49. nu.2. & cons.96. nu.1. cons.99. nu.12. lib.1. Gabr. in cons.127. nu.1. lib.1. Roman. cons.516. nu.2. & ibi Addent.*

2 Adde, idem in marito relicto vsufructuario ab vxore. *Gabr. d. concl.2. de vsufruct. nu.6. & concl.3. eod. tit. nu.4.*

3 Adde, quod adeò resoluitur ad alimenta, quod filij offerendo vsumfructum non possunt ab onere alimentorum se liberare. *Gabr. conclus.2. de vsufruct. num.8.*

4 Adde, quod resoluitur in alimenta, etiamsi vxor sit instituta vna cum filijs institutis in plena proprietate. *Gabr. dicta conclus.2. de vsufruct. nu.10.*

5 Adde, idem in vsufructu relicto concubinæ, vt stantibus filijs resoluatur in alimenta. *Gabr. dicta concl.2. de vsufruct. nu.11.*

6 Adde, quod de huiusmodi legato in alimenta resoluto idem iudicatur, quod de legato alimentorum. *Dec. consil.485. nu.1. & 526.*

7 Adde, quod vbi in alimenta resoluitur, potest vxor à se ipsa alimenta accipere propria auctoritate. *Dec. consil.418. nu.3. cons.476. sub nu.4. cons.607. col.2. Gabr. d. concl.2. de vsufruct. num.56. Soccin. Iun. consil.99. nu.19. lib.1.*

8 Adde, quod hæc clausula non resoluitur in alimenta, sed importat liberum vsumfructum, vbi vxor durante vita sua Dominam relinquitur. *Gabr. conclus.2. de vsufruct. nu.13.*

9 Adde,

9 Adde, quod hæc clausula apposita legato particulari certæ rei, importat plenum vsumfructum non habet locum consuetudo Bulgari. *Gabr. d. conclus. 2. de vsufruct. nu. 30. Hier. Gabr. cons. 127. nu. 1. lib. 1.*

10 Adde, quod consuetudo Bulgari, quod hæc clausula resoluatur in alimenta, procedat stantibus filijs, eiusdem matrimonij. *Gabr. d. conclus. 2. de vsufruct. num. 53.*

11 Adde, quod consuetudo Bulgari non habet locum in ascendentibus, quod non obstante hac clausula importat vsumfructum. *Gabr. d. concl. 2. de vsufruct. num. 55.*

12 Adde, quod hæc clausula importat vsumfructum viuente filio hærede vniuersali, secus eo mortuo, quo casu vxor consequitur integrum vsumfructum. *Dec. cons. 476. nu. 3.* vbi de commmuni. *cons 485. sub nu. 12. cons. 526. col. fin. cons 601. num. 5.* Gabr. *conclus. 3. de vsufruct. nu. 7. Soccin. Iun. d. cons. 85. num. 21. & consil. 86. nu. 5. consil. 94. nu. 2. lib. 1. Alex. cons. 29. lib. 4.*

13 Circa hoc vide omninò. *Roman. cons. 516. num. 3. & seqq. & ibi Addent.*

14 Dic verum, etiamsi locus pius sit substitutus in cuius præiudicium vxor habet integrum vsumfructū. *Dec. cons. 476. nu. 4.* Gabr. *concl. 3. de vsufruct. nu. 17. Soccin. Iun. cons. 85. nu. 21. lib. 1.*

15 Adde, quod si cum hac clausula sit apposita alia clausula, vel conditio, donec cum filio steterit, quod tunc per mortem filij perdit legatum, nec eo mortuo vxor habebit alimenta, videlicet vsumfructum. *Soccin. Iun. consil. 108. per tot. lib. 1. Ruin. consil. 42. lib. 2.* Gabr. *d. concl. 3. de vsufruct. nu. 12.*

16 Hæc clausula, si dicatur reliquit vxorem, vna cum filio Dominam, & vsufructuariam, nihilominus vxor sola alimenta percipit, nec ex illis verbis, vnà cum filio censetur patrem voluisse reliquere vsumfructum. *Gabr. cons. 127. nu. 1. & seq. lib. 1.*

17 Adde, quod hæc clausula importat vsumfructum, vbi instituti sunt transuersales, etiamsi sint fratres testatoris. *Alex. cons. 57. num. 3. Gabr. conclus. 2. de vsufruct. num. 54.*

18 Adde, quod si in hac clausula non apponatur illa dictio vsufructuariam, tunc siue filius, siue extraneus sit institutus vxor sola alimenta consequitur. *Soccin. Iun. consil. 49 in 1. dub. lib. 1.*

19 Adde, quod vbi extraneus hæres vniuersalis est institutus, tunc hæc clausula importat plenum vsumfructum. *Dec. consil. 278. nu. 4. cons. 476. num. 2. Gabr. concl. 3. de vsufruct. nu. 1. Socc. Iun. cons. 96. nu. 1. lib. 1.*

20 Adde, quod si simul extraneus, & filius hæredes instituantur, tunc pro rata filij resoluitur in alimenta, & pro parte extranei importat vsumfructum. *Gabr. d. concl. 3. de vsufruct. nu. 3.*

21 Adde, quod in casibus, in quibus existente filio importat vsumfructum, tunc debet de legato detrahi, quatenus filij legitimam ascendit. *Dec. cons. 418. nu. 2. & consil. 454. nu. 3. & consil. 485. nu. 14.*

22 Item debent detrahi aliena. *Dec. cons. 485. nu. 15. Soccin. cons. 109. nu. 13. lib. 1.*

23 Hæc clausula importat vsumfructum, etiam stantibus liberis, & resoluitur in alimenta, etiam liberis non institutis, vbi constat de voluntate testatoris tacitè, vel expresè. *Dec. consil. 418. nu. 2. & consil. 454. col. 1. consil. 476. sub nu. 3. consil. 485. nu. 12. cons. 526. col. penult. consil. 554. sub nu. 5. consil. 643. nu. 6. Grauet. cons. 32. Gabr. d. concl. 2. de vsufruct. num. 32. & conclus. 3. eod. tit. nu. 32. Soccin. Iun. cons. 85. nu. 2. & cons. 85. nu. 4. & cons. 88. nu. 2. lib. 1. Gabr. consil. 127. sub nu. 4. lib. 1.*

24 Adde, quod constitutionis Bulgari ea fuit ratio, quia præsumit patrem noluisse filios sine fructuum perceptione, vnde viuerent remanere. *Gabr. consil. 127. sub nu. 1. lib. 1.*

25 Adde, quod in casibus, in quibus hæc clausula importat vsumfructum, est in facultate mulieris petendi sola alimenta si velit. *Alex. cons. 214. lib. 6.*

26 Adde, quod vxor legataria tenetur conficere inuentarium de bonis hæreditarijs, prout tenetur vsufructuarius. *Soccin. Iun. consil. 99. sub nu. 20. lib. 1.*

27 Adde, quod vxor legataria cum hac clausula non habet vsumfructum dotis filiæ ea viuente, in qua est à patre instituta. *Soccin. Iun. consil. 109. nu. 10. lib. 4.*

28 Consuetudo Bulgari, vt filijs existentibus hæc clausula resoluatur in alimenta est restringenda potius quàm extendenda. *Gabr. cons. 127. num. 2. lib. 1.*

Claus. 679. Renunciatoria, &c.

Hæc clausula posita in parte executiua, an, & quando debeat augere principalem dispositionem, vide *Pat. decis. 177. nu. 6. & seq. lib. 1.*

Clausula 680. Renuncians omni iuris, & legum auxilio.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt censeatur renunciatum omnibus exceptionibus facientibus in fauorem renunciantis. *Alex. cons. 42. nu. 13. lib. 1. & cons. 11. nu. 14. versic. pondero. lib. 2. Roman. cons. 151. num. 2. versic. primò cum renunciauerit. Aret. cons. 104. nu. 9. Loffred. cons. 12. nu. 9. Mazzol. cons. 22. nu. 3. Marsil. in rubric. de fideiussor. nu. 35.*

2 Et ideò censetur renunciatum beneficio. *l. de his. ff. de transact.* ita vt valeat renunciatio facta etiam non visis verbis testamenti. *Alex. consil. 11. num. 14. versic. pondero. lib. 2. Soccin. cons. 200. num. 4. versic. Item vbicumq; lib. 2. & cons. 125. nu. 19. lib. 4. & consil. 103. nu. 6. lib. 3. Dec. cons. 452. nu. 18. Ruin. cons. 51. nu. 21. lib. 1. & cons. 14. num. 13. lib. 2. Gozzadin. consil. 69. nu. 19. Soccin. Iun. cons. 116. nu. 76. lib. 1. Aym. cons. 290. nu. 5. Roland. cons. 13. nu. 20. lib. 1. Ias. in d. l. de his. nu. 11. versic. concludo ergo. Crot. in l. si Insulam. nu. 57. in fin. ff. de verbor. obligat. Rip. in l. si vmquam. quæst. 72. nu. 61. & ibi Tiraq. in præfat. num. 121. post med. versic. Et beneficio. & num. 145. C. de reuocand. donat. Roland. de Lucr. dot. quæst. 42. num. 22. & vide in causa Romana Castri Carbognani 26. Nouembris* 1584. *corám Robusterio. Natt. cons. 145. num. 4. cum multis seqq. lib. 1.* vbi omninò videas.

3 Item censetur renunciatum beneficio Senatus Consult. Velleian. *Bart. in l. si quis sub conditione. nu. 21. ff. de testament. tutel. & in authent. matr. & ait. nu. 14. vbi alij. C. quand. mulier. tut. offic. fung. pot. Alex. consil. 11. num. 14. vers. pondero. lib. 2. Soccin. cons. 200. nu. 4. vers. mouetur. lib. 2. & cons. 125. nu. 19. versic. mouetur. lib. 4. Aret. cons. 33. sub num. 10. vers. ad tollendum. Dec. cons. 452. nu. 19. Gozzadin. cons. 88. nu. 19. Rip. in l. si vmquam. quæst. 53. nu. 61. & ibi Tiraquel. in præfat. num. 121. C. de reuoc. donat. Roland. de Lucr. dot. quæst. 42. nu. 10. & cons. 13. nu. 6. lib. 1. Alex. consil. 146. nu. 3. & 4. lib. 7.*

4 Item censetur renunciatum purgationi moræ. *Crot.* in

in l.insulam.nu.57.ff.de verbor.obligat.Dec.cons.452.nu.19. Gozzadin.cons.57.nu.19.Roland.de Lucr.dot.quæst.42. num.11. & consil.13. num.8. lib.1. Put. decis.465. lib.1.

5 Item censetur renunciatū beneficio, nè quis conueniatur, nisi in quantū facere possit. Corn.cons.128.n.7.lib.3. Gozzad.cons.69.nu.10.& cons.88.nu.19.Rip.in l.si vmquàm.quæst.52. & ibi Tiraq.in præfat.nu.121.ad fin. versic. & deniq; C.de reuocand.donat.Roland.de Lucr. dot. quæst.42. nu.13. & cons.13. nu.10. lib.1.

6 Item operatur, vt conductor, vel emphyteota non possit petere remissionem pensionis per bellum, vel aliam similem causam. Alberic. in l.Item quæritur. §.exercitu.sub nu.8. ff. locat. Ias. in l.1. nu.98. C.de Iur.emphyt. Crot. in l.si insulam.nu.57. ff. de verbor.obligat.Pinell.in l.2.par.1. cap.3.nu.26. C.de rescind.vend. Gozzad.cons.87.num.13. & cons.54.num.9.& cons.88.nu.19.Cepol.cautel.48.Capic.decis.87.nu.10.Rimin.Iun.cons.40.num.19.lib.1. Rol.cons.13.num.8.lib.1.& de Lucr. dot. quæst.42. nu.12.

7 Item operatur, vt censeatur renunciatum beneficio inuentarij. Corn.cons.31.num.13.lib.3.Gozzadin.cons.13.sub nu.9. & cons.69.num.20. in fin.Roland.cons.13.nu.11.lib.1. & de Lucr. dot. quæst.42. nu.14.

8 Item censetur renunciatum per hanc clausulam beneficio ordinis. Guidopap. decis.367. nu.1. Tiraq. in d.l.si vmquàm. sub nu.121. post med.vers.Item autem. C. de reuocand. donat. Roland. cons.13. num.15. lib.1. & de Lucr. dot. quæst.42. nu.18.

9 Item censetur renunciatum beneficio cedendarum actionum. Bald.cons.4. vbi in fine dicit hanc opinionem de iuris rigore esse veriorem. lib.1. Soccin. consil.125.nu.18.& seqq.lib.4. & cons.20.num.3. & seq. lib.2. Corn. cons.51. nu.11. lib.2. Dec.in cap.ex parte. il 2.nu.7.de offic.delegat. in l.fin.nu.21. ff. si cert.pet. cons.27. sub nu.3.& cons.452.nu.19. Rip. in l.si vmquàm quæst.52.nu.61.vbi Tiraq.in præfat. sub nu.121. versic.Item,& beneficio. C.de reuocand.donat.Afflict. decis.182. num.13. Neguf. de pignor.3.membr. 5.part. princip.nu.25.Boer.de potestat.Legat.nu.83.Rol.consil.13. nu.12. lib.1. & de Lucr.dot.quæst.42. nu.15. & est communis opinio, vt per Mandos.ad Roman.consil.472. nu.2. in verb. renunciari.

10 Contrarium tenet. Bald. in l. si diuisa. C. locat. & cons.4. in fin. dicit hanc esse æquiorem. lib.1.Roman.cons.472.num.2.in fin. & seq.vbi Addent.in verb.extendit. dicit veriorem. Alex.ad Bart.in l.hi,qui.nu.14. versic.l.fideiussor. ff. de fideiuss. & in addit. ad l.si ex duobus. §. si à Titio. nu.4. versic. attende tamen. ff. de duob.reis.& cons.196.num.9.vbi Addent.in verb. cedendarum.lib.6.& cons.41.num.13.vers.Præterea. lib.5. Dec.cons.99.nu.3.& cons.104.num.3. in fin.& cons.446. nu.2. allegatur etiam pro hac opinione in cons.27.nu.1.versic.nec obstat sed malè, quia ibi consuluit contra. Roman. vt ipse dicit in cap. ex parte. il 2.nu.7.de offic.delegat.& in l.fin.nu.21. ff.si cert.pet. & patet nu.7. Marsil. in rubric.de fideiussor.num.29. Purpur.in l.1. nu.67. C. de transact.

11 Item operatur, vt censeatur renunciatum beneficio excussionis. Bald.in l.1.nu.8. C.de conuenien. fisc. debit.lib.10. Alex.cons.32.nu.9.& cons.34.sub nu.4. versic.Item propter. lib.4. & cons.29. num.34.lib.7. Aret.cons.33.nu.10.Dec.in l.fin.nu.20.ff.si cert.pet. Tiraq.in d.l.si vmquàm. in præfat.nu.121. circa med. versic.Atq; etiam. C.de reuocand. donat. Roland. de Lucr.dot.quæst.42.nu.16. & cons.13.nu.13. lib.1.

12 Item, vt censeatur renunciatum beneficio. l.pleriq; ff.de in ius voc. Rip.in l.si vmquàm.quæst.52.nu.6.& ibi Tiraq.in præfat.num.121. post med. vers.Item,& beneficio.C. de reuocand. donat. Roland.de Lucr.dot. quæst.42. nu.17. & cons.13. nu.14. lib.1.

13 Item, vt censeatur renunciatum beneficio diuisionis. Aret. cons.33.nu.10. Guidopap. decis.367.nu.1. Tiraquel. in l.si vmquàm.in præfat.nu.121.post med. versic.Item autem. C. de reuocand. donat. Roland. de Lucr.dot.quæst.42.nu.19.& cons.13.nu.16.lib.1.

14 Item, vt censeatur renunciatum facultati reuocandi donationem ob non factam insinuationem. Corn.cons.54.nu.6.& 7.lib.4. Ruin. cons.180. nu.15. lib.1.Gozzadin.cons.37.nu.13.in fin.Tiraq.in l.si vmquàm.in præfat. sub nu.121. ad fin.versic.Atq; etiam. C.de reuocand.donat. Roland. de Lucr. dot. quæst.42. nu.19. & cons.13. nu.17. lib.1.

15 Item, vt censeatur renunciatum exceptioni simulationis. Gozzadin. cons.69. nu.19. Roland.cons.13. nu.19.lib.1. & de Lucr.dot.quæst.42.nu.21.

16 Item hæc clausula operatur renunciationem difficultatis. Paris. cons.110.nu.97.lib.1.

17 Item operatur, vt censeatur renunciatum beneficio non incarcerandi. Rip. in d. l. si vmquàm. q.52. nu.61.C.de reuoc.donat. Matthesil. singul.108.num.2. Boer.de potestat.Legat. n.83.in fin.Rol.cons.13.nu.18. lib.1. & de Lucr.dot.quæst.42.nu.20. Duen. reg.312. in 2. limit.

18 Amplia, vt procedat etiam in matre, quæ in assumptione tutelæ renunciauit omni iuris, & legum auxilio, nam licet mulieres regulariter capi pro debito nequeant, poterit tamen capi pro debito tutelæ stante tali renunciatione. Bart. in l.si quis sub conditione. nu.18. ff. de testam. tutel. & in auth. matri, & auiæ. nu.13.vbi Salic.nu.14.C.quand.mul.tut.offic.fung.pot. Alex.in l.si pleriq; nu.11. & ibi Ias.nu.34. ff.de in ius voc.Roman.in l.alia.§.eleganter.nu.11.ff.solut.matr. Ias.in l.ad personas.nu.9.ff.de iur.iur.& in l.fin.nu.4. ff.si cert.petat.Rim.cons.118.sub num.3.vers.secunda verò pœna. Caccialup. de debitor. suspect. quæst.5. in fin. vbi quod non est trahendum in consequentiam. Soccin.cons.126.nu.3.lib.1. Tiraq. in l.si vmquàm.in fin. cum alijs allegatis per Couarr. var. resolut.lib.2. cap.1.nu.3. & Duen.regul.312. in 2. limit.

16 Contrarium tenet. Præpos.in cap.ex parte.il 2.nu.11. de appellat. Marsil. in prax.crim. §.attingam. nu.63. Barbat.in cap.2.nu.4. & 5. de pignor. & in addit. ad Bart.in d.l. si quis sub conditione. nu.18. versic.vnde puto.Pomac. ad Bart. in d.auth.matr. & au. num.13. in verb.vt l.1.Gomes.in cap.mulieres.num.22.& seq. de Iudic. Couar.var.resol.lib.2. c.1.nu.3.in fin. Xuar. in l.2.tit de los gouiernos. quæst.5.nu.11. in addit. & in hanc sententiam inclinat. Soccin.post Io.de Monte Sperell. in l.pleriq; nu.15. ff. de in ius voc. vbi in fine dicit attenta priori opinione non esse trahendum extrà casum tutelæ, & in hanc sententiam inclinare videtur. Duen.regul.312.in 2.limit.ad fin.Io.Boschens. de nupt. lib.7. nu.13. in fin.

20 Et generaliter hæc clausula operatur, vt censeatur renunciatum cuilibet beneficio speciali fauore introducto. Aret. cons.104. nu.9. vers. secundò hoc probatur. Curt.Iun.cons.18. nu.4. versic.confirmantur.Tiraq. in d.l. si vmquàm. in præfat. nu.121. ad fin. C.de reuocand. donat.

21 Vnde

21 Vnde per hanc clausulam censetur renunciatum lucro dotis prouenienti ex statuto. *Dec. cons. 195. sub nu. 2. ad fin. Roland. de Lucr. dot. quaest. 42. per tot. & praesertim. nu. 24.*

22 Et hoc ampliatur, vt procedat non solum si beneficium competat de iure communi, sed etiam si ex iure municipali. *Roman. cons. 251. nu. 5. vbi Addent. in verb. vniuersali. Marsil. in rubric. de fideiussor. nu. 35. Dec. cons. 452. nu. 19. Tiraq. in l. si vmquàm. in praefat. num. 121. in fin. C. de reuocand. donat. Roland. consil. 13. nu. 9. lib. 1. & de Lucr. dot. quaest. 42. nu. 23. Rimin. Iun. cons. 582. nu. 28. & 29. Mazzol. cons. 22. nu. 3.*

23 Per hanc clausulam in donatione positam censetur renunciatum insinuationi, *Gozzadin. cons. 87. nu. 13. Roland. cons. 13. nu. 17. lib. 1.*

24 Censetur etiam renunciatum beneficio competenti filio pro patre se obligante, vt scilicet non teneatur, nec execnti possit, nisi in quantum facere potest. *Rota in Brundusina pecuniaria 15. Nouembris 1613. & 21. Aprilis 1614. coràm Buratto, vide suprà in hac clausula. num. 11.*

25 Contrarium latè tenet. *Vinc. de Franch. decis. 181.*

26 Per hanc clausulam non censetur sublata conditio indebiti. *Bart. in l. Stichus. §. quaesiuit. ff. de cond. indebit. Ias. in §. fuerat. nu. 77. Instit. de actionib.*

27 Item non censetur renunciatum dispositioni. *l. si vmquàm. C. de reuocand. donat. Rom. cons. 69. num. vbi Addent. in verb. derogatum. Paris. cons. 73. nu. 50. & seq. lib. 1. Rip. in d. l. si vmquàm. quaest. 52. vbi Tiraquell. in praefat. num. 122. & seqq. Gabr. cons. 127. nu. 39. lib. 1.*

28 Item non operatur, vt censeatur renunciatum beneficio cessionis. *Mazzol. cons. 22. nu. 4.*

29 Item non operatur, vt censeatur renunciatum iuri habenti ortum ex causa de futuro, *Roman. cons. 472. ad fin. Mazzol. cons. 22. nu. 5.* & faciunt omnes tenentes, quod per hanc clausulam non censeatur renunciatum beneficio cedendarum, de quibus suprà.

30 Sed haec opinio confunditur, ex tradit per Doct. qui tenent hanc clausulam operari renunciationem cedendarum, de quo vide suprà.

31 Item per hanc clausulam non censetur renunciatum beneficio. *l. 2. C. de rescind. vendit. & ibi per Bald. post Nicol. de Mattarel. num. 8. vers. Quintò quaero. Castren. num. 9. vers. Quinta conclusio. Pantaleo Cremon. nu. 65. Ias. post Bart. in l. si quis cum aliter. nu. 22. ff. de verbor. obligat. Alex. cons. 42. nu. 5. lib. 1. & cons. 1. nu. 6. lib. . Burgos. in cap. cum etiam. nu. 17. de empt. & vendit. cum alijs latè allegatis per Tiraquel. in l. si vmquàm. in praefat. nu. 127. C. de reuoc. donat.*

32 Dic verum, quando deceptus ignorat valorem, secus si sciat; quia tunc censetur renunciasse, *vt per Alex. cons. 42. nu. 7. & seqq. lib. 1. Pantaleo Cremen. in d. l. 2. nu. 65. vers. sed posted. C. de rescind. vendit.* & facit idem, quod tradit *Doct. communiter in d. l. 2. vbi Bald. in 6. quaest. num. 9. Alex. cons. 127. nu. 1.* vbi de communi. *lib. 2. Soccin. Iun. cons. 73. nu. 19. lib. 2. cum alijs allegatis per Pinel. in d. l. 2. part. 1. cap. 2. nu. 17.*

33 Haec clausula nihil operatur, vbi quis per errorem renunciat. *Roland. cons. 13. num. 37. lib. 1. Panciroli cons. 8. nu. 27. & cons. 105. nu. 94.*

34 Adde tamen, quod in casibus, in quibus non censetur per hanc clausulam renunciatum hoc non procedit, quando adest etiam iuramentum, quod habet vim specialis renunciationis. *Bald. in l. 1. nu. 4. in fin. & ibi Salic. nu. 12. vers. Quaero quid si de casu. C. commod. Roman. in l. 1. §. si quis ita. num. 23. & ibi Alex. nu. 13. ff. de verb. oblig. Aret. cons. 33. nu. 10. vers. secundò quia etiam. Alex. cons. 42. nu. 8. vers. sexto, quod per hoc. lib. 1. & cons. 133. nu. 11. & seq. lib. 5. Soccin. cons. 147. in fin. lib. 1. Gozzadin. cons. 53. sub nu. 9. circa med. & cons. 69. in fin. & cons. 87. nu. 13. in fin. Alex. cons. 127. nu. 2. lib. 2. Negusant. de pignorib. 3. membr. 5. part. princip. num. 25. vers. Et ista opinio. cum alijs latè allegatis per Tiraq. de legib. connub. glos. 7. n. 152. & in l. si vmquàm. in praefat. num. 132. & seqq. & nu. 146. C. de reuocand. donat.*

35 Declara tamen hoc non procedere, quando renunciatio non valet ex defectu consensus, & ideò non operatur in non cogitatis. *Cyn. in l. 1. num. 5.* vbi ita declarat. *Bald. nu. 4. in fin. & Salic. nu. 12. vers. Quaero quid si in casu. C. commod. Roman. in l. 1. §. si quis ita. nu. 23. ff. de verbor. obligat. Aret. cons. 33. nu. 10. vers. secundò quia etiam. Tiraquel. de legib. connub. glos. 7. nu. 154. & seqq. & in l. si vmquàm. in praefat. nu. 147. & seqq. C. de reuoc. donat.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 82.

Clausula 681. Renunciauit beneficio de fideiussoribus Epistolae, D. Adrian. cedendar. & nouae constitutioni.

Num. 1. Haec clausula dicitur renunciatum beneficio excussionis. *Dec. cons. 27. colum. 3. Marsil. in rubric. de fideiussor. num. 7.*

2 Item beneficio diuisionis. *Marsil. in rubric. de fideiussorib. nu. 27. & 34.*

3 Item beneficio cedendarum. *Dec. cons. 27. Marsil. in rubric. de fideiuss. nu. 28.*

Clausula 682. Reseruari solita, & consueta.

Haec clausula non potest verificari in vnica reseruatione, vt fuit dictum *in Salamantina Parochialis 5. Iunij 1593. coràm Card. Arigonio. ex tradit per Felin. in cap. cum M. Ferrariensis. nu. 7. vers. secunda declaratio. de constit. & Crescent. decis. 1. de consuetud.*

Clausula 683. Reseruato beneplacito, &c.

Num. 1. Haec clausula operatur, vt statutum, constitutio, seu alius actus cum ea factus dicatur conditionalis, & sic non habeat robur, nec aliquid operetur ante obtentum beneplacitum. *Paris. cons. 13. lib. 2. Cephal. cons. 118. nu. 1. & nu. 9. cum seqq. lib. 1. Rot. decis. 56. nu. 3. part. 1. diuers.*

2 Intelligitur tamen quatenus opus sit. *Put. decis. 42. in fin. lib. 2. Gabr. cons. 82. num. 19. & seqq. & facit Rot. decis. 96. nu. 2. part. 1. diuers. vide in Comen. locationis 20. May 1600. coràm Cardin. Pamphilio. & in Camerinen. transactionis 19. Nouembris 1604. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

3 Nisi esset reseruatum cum clausula, non aliàs aliter, nec alio modo; tunc enim requiritur, etiam si aliàs non esset necessarium, vt fuit resolutum *in dicta Camerinen. transactionis.*

Clausula 684. Retrotractiua.

Num. 1. Hæc clausula apposita in literis gratiosis, quid operetur, & ad quod tempus referatur, vide *Rot. decis. 12. de concess. præbend. in nou.*

2 Clausula, retrotractiua ad primam gratiam non tollit ius alteri medio tempore quæsitum. *Gemin. cons. 128. nu. 7.*

Clausula 685. Reuocans omnia, & singula priuilegia, &c.

Hæc clausula, quid importet, vide *Mohed. decis. 5. nu. 4. de priuileg. & Rot. decis. 1130. lib. 3. p. 3. diuers.* vbi quod censetur reuocata tota gratia nedum quoad insolita, sed etiam quoad solita.

Claus. 686. Reuocato in statum, seu reuocato in irritum, &c.

De hac clausula, vide *Lancellott. de attentat. p. 3. nu. 28. & nu. 61. vers. Quartò facit.*

Clausula 687. Sacro approbante Concilio, &c.

Hæc clausula posita in parte sequenti constitutionis diuersum caput constituente non facit constitutionem Conciliarem. *Gemin. cons. 44. nu. 5.*

Clausula 688. Salua gradus prorogatiua.

Num. 1. Hæc clausula apposita in dispensatione legis, vel statuti non excludit quominus filius non succedat in locum patris, vbi agitur de hæreditate aui, vt fuit resolutum *in causa Firmana bonorum 19. Ianuarij 1582. coràm Cantuccio.* & facit decisio *in causa Romana successionis de Gigona 23. Ianuarij 1574. coràm Robusterio. & in Vrbeuetana hæreditatis 28. Maij 1599. coràm Litta.*

2 Hæc clausula non intelligitur, etiam respectu eorum, in quibus non cadit repræsentatio. *Rot. decis. 708. nu. 8. part. 1. diuers.* vbi idem de clausula secundum gradus prærogatiuam.

3 Hæc clausula non habet locum in iure accrescendi, ex quo ius accrescendi non mutat gradum. *Rot. decis. 23. nu. 1. part. 1.*

4 Clausula, Salua gradus prærogatiua, &c. Hæc clausula operatur, quod prior in gradu admittatur, nec vna persona in locum alterius subrogetur, & ideò vbi hæc clausula non adest, fratres filijs non concurrunt cum patruo. *Dec. cons. 1. nu. 8. & 408. in princip. & nu. 11. cum alijs in Romana hæreditatis de Gabrielijs 13. Ianuarij 1582. coràm Robusterio, & Sanctiss. Aldobrandino.*

Clausula 689. Saluis alijs veriorибus confinibus.

Hæc clausula nihil operatur si de alijs confinibus non appareat. *Ruin. cons. 83. nu. 7. lib. 1.*

Clausula 690. Saluis exceptionibus, &c.

Num. 1. Clausula, Saluis exceptionibus meis in agendo, & defendendo, posita in mandato reddit illud insufficiens ad causam principalem. *Doct. in cap. exposuit. per illum text. de dilat. vbi Collect. nu. 5. Ancharan. nu. 10. in fin. vers. Goffred. dicit. Bohic. nu. 6. & 7. Imol. nu. 4. & Anan. num. 9.*

2 Contrarium tenet *Host. in d. cap. exposuit. §. cum post modū. ad fin. vers. sed numquid tale. & ibi Bellam. nu. 3. & 4. de dilat. & ibid. etiam Butr. nu. 25. & Abb. nu. 13. vers. Aut fuit constitutus.*

3 Limita, nisi pars consentiat protestationi, & sic admittat mandatum, aliàs potest illud reijcere. *Butr. in d. cap. exposuit. nu. 25. & Abb. sub nu. 13. ad fin. de dilat.*

4 Limita etiam, nisi appareat datum mandatum tantū ad proponendum dilatorias; nam tunc non est sufficiens ad causam principalem, est autem sufficiēs ad proponendum dilatorias, secundum *Abb. in d. cap. exposuit. nu. 13. vers. Aut fuit institutus. de dilationib.*

Clausula 691. Saluis iuribus, &c.

Clausula, Saluis iuribus nostri Imperij potest operari respectu superioritatis, & sic non excludit donationem, nec de necessitate arguit concessionem feudalem. *Ruin. cons. 36. num. 9. vers. nec etiam obstat. lib. 1. Iacob. de S. Georg. de feud. in verb. inuestiuit. num. 10. versic. ad illud motiuum. Menoch. consil. 191. nu. 41. lib. 2. & præsumpt. 9. nu. 13. lib. 2.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam supra in Clausula 85.

Clausula 692. Saluis reseruationibus Apostolicis, & sine earum præiudicio.

Hæc clausula posita in confirmatione concordiæ initæ inter Capitulum, & Episcopum super iure conferendi beneficia spectātia ad simultaneam, aut aliàs ad non liberam collationem Episcopi operatur, vt si per turnum diuidantur, aut aliàs liberæ collationi Episcopi relinquantur non comprehendantur sub alternatiua, prout ante concordiam non comprehendebantur, vt fuit resolutū *in Colimbrien. Canonicatus 24. Maij 1599. coràm Cardin. Millino. vide Gonzal. in regul. 8. glos. 45. §. 1. nu. 65. & seqq.*

Clausula 693. Saluo, &c.

Num. 1. Hæc clausula est præseruatiua. *Rot. decis. 186. nu. 4. part. 1.* non autem noui iuris inductiua. *Aym. cons. 33. sub nu. 17. & cons. 70. nu. 6. & cons. 127. sub nu. 7. & cons. 144. sub nu. 15. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluat. Castr. cons. 312. num. 4. lib. 1. & vide in causa Strigonien. testamenti 12. & 29. Octobris 1587. coràm Robusterio. Oldrad. cons. 237. in fin. Dec. cons. 516. nu. 19. Aym. cons. 29. nu. 8. Rota in Romana domus 28. Iunij 1600. coràm Card. Pamphilio. Ruin. cons. 83. nu. 7. lib. 1. Rebuff. cons. 179. num. 6. vbi in versic. nam hæc clausula dicit, quod est quædam protestatio.*

2 De hac clausula, vide omninò. *Felin. in cap. inter Monasterium. nu. 3. de re iudic.*

3 Limita tamen in materia fideicommissi, in qua concurrente voluntate testatoris declarat, & ampliat præcedentes substitutiones. *Bart. in l. filiam. in fin. ff. de aur. & argent. legat.* & fuit resolutum *in d. Strigonien. violationis testamenti 19. Octobris 1587. coràm Robusterio.*

Clau-

Clausula 694. Saluo, & reseruato consensu Domini, &c.

Num. 1. Ista clausula secuta traditione non excusat alienantem à caducitate. *Bald. in cap. Cumana. nu. 3. de elect. & cons. 9. col. 2. versic. respondeò. lib. 1*, quod est repetitum *in cons. 188. col. 2, vers. respondeò. lib. 3. Ias. in rubric. ff. solut. matrim. in 2. lect. num. 25. & in l. fin. nu. 142. C. de Iur. emphyt. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu. 80. de constit. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 85. cod. tit. Dec. cons. 160. nu. 4. & 460. n. 4. 5. & 13. Alciat. cons. 753. nu. 2. Cephal. cons. 223. nu. 38. lib. 2. Bero. in cap. posuit. nu. 25. ff. locat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. nu. 32. & de constit. limit. 26. nu. 6. Rol. cons. 51. nu. 28. lib. 2. Bursat. cons. 254. nu. 17. & seqq. lib. 3. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 13. versic. Item quero.*

2 Regulariter excusat alienantem nè cadat ab emphyteosi ob alienationem. *Dec. cons. 160. num. 4. & 460. nu. 5. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 85. de constitut. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 13. versic. Item quero. Cephal. cons. 223. nu. 38. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 19. glos. 2. & de retract. convent. q. 30. ad fin.*

3 Hæc clausula non facit actum conditionalem, sed intelligitur quatenus opus sit. *Gabr. cons. 92. n. 7. lib. 1.*

4 Amplia, vt procedat, etiamsi dictum sit saluo, &c. & non aliter, &c. *Bald. in l. vnic. quæst. 16. num. 56. C. de confess. Ias. in l. non solum. §. morte. num. 27. ff. de non. oper. nunciat. Dec. cons. 160. nu. 4. Bero. in cap. potuit. nu. 25. vers. sed in vtroq; extrà de locat. Roland. cons. 51. nu. 29. lib. 2.*

5 Item amplia, vt procedat, etiamsi dictum sit non aliter aliàs, nec alio modo, &c. *Ias. in d. §. morte. nu. 27. vers. Ista limitatio. & in rubric. ff. solut. matr. in 2. lect. nu. 27. versic. sed caue. Dec. cons. 160. num. 4. Paris. cons. 86. nu. 14. lib. 4. Alciat. cons. 753. num. 2. & seq. Bero. cons. 120. num. 4. lib. 1. & in cap. poenit. sub nu. 15. vers. sed in vtroq; & nu. 26.* vbi in fine dicit, sed ita cõsuluisse, & obtinuisse *extrà de locat. Grammat. decis. 49. in fin.* vbi ita fuit iudicatum. *Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit. de condict. ob alien. in §. emphyteota. nu. 41. fol. mihi 522. facit Bald. in cap. fin. nu. 23. de confess.* vbi quod protestatio facta per hæc verba in præiudicialibus non releuat, &c.

6 Contrarium tamen tenet. *Bald. in cap. 1. §. fin. nu. 5. in fin. tit. quæ fuit prima caus. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 85. de constit. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu. 80. vers. secundò intellige. eod. tit.* vbi de communi. *Ias. in l. fin. num. 142. C. de Iur. emphyt. Roland. cons. 51. nu. 30.* vbi de communi, & alios allegat. *lib. 2. Bursat. cons. 26. nu. 3. lib. 1. & cons. 254. nu. 20. lib. 3. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 13. vers. Item quero.* cum alijs suprà allegatis in clausula, non aliter aliàs, &c. tenuit Rota *in causa Rauennaten. bonorum 21. Iunij 1596. coràm Card. Pamphilio.*

7 Pro concordia dic, quod quando res tradita est difficilis recuperationis procedit prima opinio, quando verò facilè recuperari potest, procedit secunda, ita *Felin. in d. cap. quæ in Ecclesiarum. num. 85. in fin. & num. 86. Rip. in d. cap. cum M. Ferrariensis. nu. 80. vers. sublimita tamen.*

8 Hæc clausula modificat, & restringit præcedentia. *Dec. cons. 5. num. 1. vers. nam per illam. & cons. 285. num. 2. in fin. & cons. 656. nu. 6. cum alijs per Bedam. decis. 164. num. 8. Cornazan. decis. Lucen. 2. num. 27. Rebuff. cons. 179. num. 3.*

Clausula 695. Saluo, & reseruato consensu Communitatis quatenus opus sit, & non aliàs aliter, nec alio modo, &c.

Clausula ista, an reddat conditionalem, etiam traditionem possessionis, ita vt finita locatione facta ab emptore venditori possessio sit restituenda ipsi emptori, *vide in causa Cremonen. Aquarum 5. Maij 1599. coràm Gypsio. & 10. Iunij 1600. coràm Card. Millino.*

Clausula 696. Saluo beneplacito Sedis Apostolicæ.

Num. 1. Clausula, Saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, nihil prodest, quando beneplacitum non fuit procuratum. *Mohed. decis. 1. nu. 6. de Simon.*

2 Nec tollit vitium Simoniæ commissum ob pacta illicita in permutatione beneficiorum facta coràm Ordinario, etiam cum clausula, Saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, si illud permutantes ante permutationem non impetrarunt, vt per *Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 1. nu. 37.* vbi refert Rotæ decisionem.

3 Hæc clausula importat conditionem, quæ deficit secuta derogatione vnius Põtificis. *Peregr. decis. 243. lib. 2. quæ est decis. 243. lib. 2. par. 3. diuers.*

4 Ante confirmationem, nihil operatur, quoad validitatem actus, operatur tamen nè partes incurrant pœnam contrahendo super re spirituali, aut aliàs prohibita. *Verall. decis. 184. lib. 1.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 83.

Clausula 697. Saluis tamen infrascriptis, &c.

Num. 1. Clausula, Saluis tamen infrascriptis, &c. limitat, & restringit totum dispositionem. *Angel. cons. 27. ad fin. Alex. cons. 133. num. 6. vbi Addent. lib. 6. Dec. cons. 5. sub nu. 1. versic. nam per illam. cons. 285. nu. 2. in fin. & cons. 656. nu. 5. Paris. cons. 70. num. 15. lib. 3. Pedemontan. decis. 164. nu. 7. 8. & 9.* & fuit dictum *in causa Viterbien. Castri Viani.*

2 Hæc clausula intelligitur præterquàm in expressis. *Nate. cons. 463. nu. 7.*

Clausula 698. Saluo iure tertij.

Num. 1. Clausula, Saluo iure tertij, præseruat non solum proprietatem, sed etiam possessionem. *Bald. consil. 398.* comparuerunt in iudicio. *lib. 2. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 190. ff. de acq. poss.*

2 Hæc clausula est admodum vtilis, & de ea videto. *Felin. in cap. inter Monasterium. nu. 3. de re iudic.*

3 Et apposita restringit concessionem, vt non intelligatur iuri alterius derogare. *Dec. cons. 445. col. 7.*

4 In concessionibus Principis semper subintelligitur. *Afflict. decis. 134. nu. 3. Dec. cons. 187. nu. 3. & 286. sub nu. 8. & 292. nu. 5.*

5 Hæc clausula, & ceteræ præseruatiuæ operantur, vt per eas censeantur reseruata, & illæsa priora iura, & obligationes. *l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pign.*

vel.

vel hypothec. soluat. gloss. in l. eleganter. in verb. pro soluto. & ibi Bart. nu. 4. Bald. in vers. in eadem glossa. il 1. Castren. num. 8. ff. de pignorat. act. glos. in l. libera. verb. non prohiberis. Salic. ibid. in 1. opposit. C. de solut. Bart. in l. si quis aliam. nu. 2. in fin. ff. de solut. Ias. in l. non solum. §. morte. num. 48. ff. de nou. oper. nunciat. Alex. cons. 140. nu. 22. lib. 2. & cons. 130. nu. 13. & seqq. lib. 4. Gozzadin. cons. 38. nu. 2. & 12. Cepol. cautel. 123. & fuit resolutum *in causa Senogallien. prædij 19. Nouembris 1583. coràm Bubalo. & in Romana Anterioritatis 23. Iunij 1603. coràm Card. Pamphilio.*

6 Et hæc clausula non dicitur contraria facto, cum non tollat totum factum, sed tantum illud limitet, vt per *Abb. in cap. 1. nu. 17. de lit. contest. Alex. cons. 130. nu. 13. versic. nec obstat si diceretur. cum seqq. lib. 4.* & fuit dictum *in d. Senogallien. prædij 19. Nouembris 1583. coràm Bubalo. & in d. Romana anterioritatis 23. Iunij 1603. coràm Card. Pamphilio.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 84. & à Clausula 699. vsquè ad 704.

Clausula 699. Saluo iure addendi, & minuendi, &c.

Num. 1. Clausul. Saluo iure addendi, & minuendi, &c. apposita in libello, nihil operatur, vltrà ius commune nempè, vt eius vigore post tempus à iure statutum deducta in libello possint addi, vel mutari, & infrà tempus à iure statutum potest fieri huiusmodi additio, seu mutatio, etiam quod non apponatur de clausula. *gloss. in cap. inter dilectos. & ibi Doct. omnes. præcipuè. Felin. nu. 9. de fid. instrum. Bart. in l. edita. n. 30. & ibi Bald. in repet. num. 99. & seq. & ibi Addent. Ias. nu. 41. Dec. n. 89. & alij communiter. C. de edend. Felin. in cap. 2. nu. 32. de rescript. Ias. in §. omnium. num. 157. & seqq. Instit. de act. Castren. in l. Nessenius. nu. 4. ff. de neg. gest. Pract. Papien. in form. libel. act. real. in verb. Saluo iure addendi, &c. nu. 1. & ibi Addent. Bart. in d. l. Nessennius. nu. 42. & Bald. sub nu. 8. vers. Et per hoc dicit. Aret. in d. §. omnium. nu. 22. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu. 38. de constit. Addent. ad Bald. in dicta repet. l. edita. sub nu. 9. Dec. cons. 146. nu. 9.*

2 De hac clausula, vide post alios *Felin. in cap. significantibus. nu. 26. de libell. oblat.* vbi quod nihil operatur, *& Bened. de Vad. in repertor. Felin. in verb. clausula addendi, vel minuendi, & in clausula seq. saluo iure superflui, &c.*

3 Amplia, vt procedat, etiamsi pars aduersa consentiat. *Bald. in repet. d. l. edita. nu. 101. ad fin. & ibi Ias. nu. 42. versic. limita dictam conclusionem. C. de edend. Felin. in cap. inter dilectos. sub nu. 9. versic. Et procedit. de fid. instrum.* circa hoc vide *Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu. 78. de constitut.*

4 Amplia secundò, vt procedat, etiam in exceptione, qua saperet actionem, licet secus sit in exceptione exclusiua actionis, vt per *Felin. in cap. inter dilectos. sub num. 9. versic. Item procedit. de fid. instrum. post Gemin. in cap. ab eo. de elect. in 6.*

5 Declara prædicta procedere, vbi libellans diceret saluo iure, &c. tunc enim quia se refert ad ius dicta clausula, nihil operatur, secus si diceret saluo mihi arbitrio addendi, &c. tunc enim clausula operatur, ex quo arbitrium respicit absolutam voluntatem, vt per *Bald. in repet. l. edita. nu. 101. in fin. C. de edend.* vbi dicit hoc esse notandum, quod etiam pro singulari refert, & sequitur *Lanfranch. de Orian. in c. quoniam contrà. §. statuimus. in verb. petitiones. versic. finaliter est videndum. nu. 8. de probat.*

6 Contrarium tamen tenet. *Aretin. in §. omnium. num. 22. ad fin. versic. tamen contrarium. & ibi Ias. nu. 159. Instit. de act. & idem Ias. in d. l. edita. num. 42. versic. Istam limitationem.* vbi dicit opinionem Baldi non esse veram, etiam quod dicta clausula conciperetur per verba denotantia, seu importantia liberam voluntatem, & contrà *Bald. post Ias. & Riminald. ibi tenet Cels. in addit. ad Bald. in loco suprà citato.*

7 Adde tamen, quod clausula, Saluo iure addendi operatur, quod ille, qui sic protestatur non videtur agere cônexim, sed diuisim, nec videtur se astringere, vt post *Host. in cap. inter dilectos. de fid. instrum. trad. Bald. in l. Nessennius. nu. 8. vers. Et per hoc. ff. de neg. gest. & in repetit. l. edita. nu. 9. & seqq. C. de edend. Felin. in d. cap. inter dilectos. nu. 9. post med. & in c. 2. nu. 32. de rescript. Ias. in §. omnium. num. 160. Instit. de act. Cels. in addit. ad Bald. in repet. in d. l. edita. nu. 9. in verb. saluo iure. ad fin. Ruin. consil. 19. sub nu. 15. ad fin. versic. Item ex alio. lib. 4.*

8 Contrarium videtur tenere idem. *Bald. in d. cap. inter dilectos. col. 2. vers. In textu.* ibi saluo iure, &c. vt deducit *Dec. in d. l. edita. nu. 91. versic. sed idem.* qui ibi contrarium tenet, maximè vbi non est facta minutio. *& in cap. licet causam. num. 195 de probat. & in cap. 2. nu 72. & ibi Rip. nu. 71. de rescript. & Felin. ibi sub nu. 32.* & refert Bellem. præceptorem suum, etiam contrarium tenuisse in libro ibidem per ipsum. *Felin. allegat. &c.*

Clausula 700. Saluo iure superflui, &c.

Ista clausula apposita in libello operatur, vt quis euitet pœnam petitionis plus debiti, vt post *Speeul. & Butr. trad. Ias. in §. si quis agens. nu. 3.* vbi miratur, quod libellantes illa non vtantur. *& in vers. sed hæc quidem. nu. 2. Instit. de act.*

Clausula 701. Saluo sibi iure.

Hæc clausula posita in libello, quid importet, vide *Gemin. consil. 108. nu. 7.*

Clausula 702. Saluo iure Coloni, &c.

Hæc clausula nihil operatur, si Colonus non reperiatur, vt post *Alex. cons. 187. nu. 5. lib. 2. tradit Dec. consil. 343. col. fin. versic. Et illa verba.*

Clausula 703. Saluo iure impertinentium, &c.

Num. 1. Hæc clausula operatur, vt si constet positiones, vel articulos admissos non fuisse admittendos, tamquam impertinentes responsio eis data non præiudicet respondenti. *Bart. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. nu. 11. ff. de iure iur. Bald. in l. fin. in fin. C. qui legit. person. Alex. cons. 166. nu. 7. lib. 6.* & fuit resolutum *in vna Romana alimentorum 28. Febru. 1592. coràm Orano.*

2 Hæc clausula operatur, quod testes, qui non debuerunt examinari non faciant fidem, seu admissio

articulorum impertinentium sit ipso iure nulla. *Guidopap. post Bart. & alios singul.857.*

3 Et quod dicta testium hoc casu reijciantur, tradit *Marant. de ordin. Iudic. part.6. tit. deposit.num.23.* Grauat. *ad Vestr. lib.5. cap.14. nu.26.*

4 Hæc clausula tunc debet apponi in admissione articulorum, vbi exceptio, quæ opponitur contrà illorum admissionem est dubia, & exigit altiorem indaginem, secus si sit clara, & præiudicialis ad processum, quia tunc super ea ante omnia est disceptandum. *Laufranch. decis.163.* Grauat. *ad Vestr. lib.5. cap.14. sub num.26.*

5 Hæc clausula quandoq; ponitur ad obscurandum ora loquentium. *Afflict. decis.33. nu.18.*

Clausula 704. Saluo iure verioris calculi, &c.

Num. 1. Hæc clausula apposita in petitione certæ summæ substinet decretum relaxatum, etiam pro maiori summa quàm sit debitum pro parte verè debita, & sic in totum non corruit, *Cornazan. post alios decis. Lucen. 2. num.23. & seqq.*

2 Parit incertitudinem, reddit enim actum super quo interponitur incertum, *Marsil. in rubric. C. de probat. num.442. in fin.* vbi citat in id. *Bald. cons.166. incip. Verba. versic. Item iste libellus. lib.1.*

Clausula 705. Saluo, quod si vllo vmquàm tempore reperiretur instrumentum, &c.

Hæc clausula laudo apposita operatur, quod instrumento reperto laudum habeatur pro non lato. *Dec. consil.42. num.15.*

Clausula 706. Saluo saniori consilio, &c.

Hæc clausula in consilijs voluntarijs est apponenda, secus in decisiuis. *Cagnol. in l. nemo potest mutare. nu.8. ff. de regul. iur.*

Clausula 707. Sciens se non teneri, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam tollitur conditio indebiti. *Ias. in l. fin. §. Item quæsitum est. nu.4. in fin. & seq. ff. de cond. indeb. Bart. ibid. nu.3.*

2 Quando hoc procedat, & quando non, vide *Bart. in d. §. Item quæsitum. sub nu.3. & 4.* vbi quomodo sit intelligendum hæc clausula non contineat repugnantiam. *& Ias. nu.5.*

3 Non tamen excludit, quin contrarium probari possit. *Ias. in d. §. Item quæsitum. sub nu.5. Dec. consil.181. nu.9.*

4 Nisi cum illa adesset quoq; clausula ex certa scientia. *Gabr. de clausi. conclus.1. nu.55.*

Clausula 708. Secundum beneplacitum tuum, &c.

Hæc clausula importat arbitrium boni viri. *Felin. in cap.1. num.51. versic. Et si dicatur secundum beneplacitum tuum. de constit.*

Clausula 709. Secundum conscientiam tuam, &c.

Num. 1. De qua conscientia intelligatur ista clausula, & àn tollat citationem, vide *Felin. in cap.1. num.51. versic. Et si dicatur secundum conscientiam tuam. de constit. &* Gabr. *de citat. conclus.1. nu.378. & 379.*

2 Vide in materia suprà in clausula, Conscientiam tuam oneramus 214.

3 Vbi executor debet taxare alimenta secundum conscientiam suam debet vocare hæredes. *Ancharan. cons.383. Felin. in cap.1. sub nu.51. versic. Et si dicatur secundum conscientiam tuam. de constit. Ias. in l. si sic. nu.13. ff. de legat.1.*

4 Ab executore rogato distribuere bona secundum suam conscientiam, potest Episcopus petere, quod ostendat rationem talis distributionis, & àn eam fecerit secundum conscientiam boni viri. *Gemin. in cap. statutum. §. assessorem. nu.5. versic. In fin. glos. de rescript. in 6. Felin. vbi suprà. Ias. in d. l. si sic. nu.14.*

5 Hæc clausula operatur, quod à sententia eius, cui aliquid committitur secundum conscientiam suam non possit appellari. *Alex. consil.2. nu.2. lib.2. Ias. in l. si sic. nu.15. ff. de legat.1. & in §. sed iste. num.136. Instit. de act.*

6 Poterit tamen superior adiri per viam supplicationis. *Ias. in d. §. sed iste. num.136.*

7 Operatur, vt censeatur electa industria personæ, ita vt alteri subdelegari non possit. *Dec. cons.72. col.3.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 54. & 214.

Claus. 710. Secundũ cor tuũ, &c.

Clausula ista importat liberã voluntatem. *Fel. in c.1. nu.51. vers. Et si dicatur secundum cor tuũ. de constit.*

Clausula 711. Secundum gradus prærogatiuam, &c.

Num. 1. Hæc clausula apposita in dispositione legis, vel statuti non excludit quominus filius non succedat in locum patris, vbi de iure est locus huiusmodi repræsentationi. *Rota in Firmana bonorum 19. Ianuarij 1582. coràm Cantuccio.*

2 Et ista clausula potest intelligi, etiam respectu eorum, in quibus nõ cadit repræsentatio. *Rot. decis.708. nu.10. part.1. diuers.*

Clausula 712. Secundum Imperium tuum, &c.

Hæc clausula operatur, vt Commissarius possit vti iuris rigore. *Felin. in cap.1. nu.51. versic. Et si dicatur secundum Imperium tuum. de constit.*

Clausula 713. Secundum iudicium tuum, &c.

De hac clausula, vide *Felin. in cap.1. nu.51. versic. Et si dicatur secundum mentem tuam. de constit.*

Clausula 714. Secundum libitum tuum, &c.

Hæc clausula importat liberam voluntatem. *Felin. in cap.1. nu.51. versic. Et si dicatur secundum libitum tuum. de constit.*

Clau-

Clausula 715. Secundum mentem tuam, &c.

Clausula ista intelligitur de mente à iure regulata, secus si diceretur secundum iuditium tuum. *Feliu. in cap. 1. num. 51. vers. et si dicatur secundum mentem tuam. de constit.*

Clausula 716. Secundum modum, &c.

Clausula, Secundum modum, & formam, vt ipse habebat, &c. apposita in inuestitura, quid importet, vide *Schrad. de feud. part. 5. cap. 2. nu. 55.*

Clausula 717. Secundum prudentiam tuam, &c.

De qua prudentia intelligitur ista clausula, vide *Felin. in cap. 1. num. 51. versic. Et si dicatur secundum prudentiam tuam. de constit. & cap. ut inuitaris. nu. 2. eodem tit. Benedict. de Vad. in repertor. Felin. in verb. prudentia.*

Clausula 718. Secundum quod antecessores tui facere consueuerunt, &c.

Hæc clausula apposita sententiæ Iudicis non operatur relationem, adeò quod si antecessores non ita fecerint, nec ipse facere teneatur, sed stat casualiter. *Dec. cons. 402. sub num. 10. latè Ias. in l. admonendi. nu. 29. ff. de iure iurand.*

Clauſ. 719. Secundum quod in instrumento continetur, &c.

Hæc clausula restringit dispositionem ad instrumentum. *Dec. cons. 360. sub nu. 6. cons. 374. nu. 4. & cons. 402. col. 2.*

Clausula 720. Secundum quod tibi videbitur, &c.

De hac clausula, & eius effectu, vide post alios *Felin. in cap. 1. num. 5. versic. Et si dicatur secundum, quod tibi videbitur. de constit.*

Clausula 721. Secundum spiritum tuum, &c.

Hæc clausula non importat liberam voluntatem, sed regulatam ratione. *Felin. in cap. 1. nu. 51. versic. Et si dicatur secundum spiritum tuum. de constit. &c.*

Clauſ. 722. Secundum tenores antiquarum inuestiturarū, &c.

Clausula ista refert omnes qualitates, & naturam feudi antiqui perindè, ac si de verbo ad verbum fuisset expressa. *Ferret. cons. 119. nu. 2. & seqq. lib. 1.*

Clauſ. 723. Si nullum, aut modicum fructum reportasse ex priori gratia, &c.

Hæc clausula quomodo fuerit intellecta, vide *Put. decis. 131. lib. 2.*

Clausula 724. Seruatis seruādis.

Hæc clausula operatur, vt executor teneatur assumere partes Iudicis. *Rota in Eluen. mineriorum 28. Aprilis 1586. coràm Orano. ex traditis per Card. in Clem. 1. nu. 17. circa fin. de offic. delegat. & Felin. in cap. exhibita. nu. 4. de iudic.*

Clausula 725. Seu circa, &c.

De hac clausula, posita in dispensatione, ratione ætatis, quid denotet, vide *Rebuff. in tit. de dispensat. rat. ætat. in verb. seu circa. per tot.*

Clausula 726. Seu donationibus, &c.

Hæc clausula apposita in derogatione exemptionis pensionarij ab oneribus, &c. an intelligatur de clausulis donationis, &c. appositis in supplicatione, vel etiam de appositis in obligatione solutionis pensionis ad partes facta, *vide in causa Toletanæ pensionis, seu excusati 20. Nouembr. 1581. coràm Cantuccio.*

Clausula 727. Seu illi modo aliquo contrauenerint.

Ista clausula, quid operetur, vide *Rot. decis. 297. num. 1. part. 1. diuers.*

Clausula 728. Seu si Episcopis, Archidiaconis, &c.

Hæc clausula, Seu si Episcopis, &c. à dicta Sede sit indultum quoad receptionem, &c. minimè teneantur, & ad id compelli non possint, ostendit, quod numquam ligantur manus Papæ per quæcumq; indulta, & priuilegia sua, & per eam derogatur omnibus priuilegijs, & indultis in contrarium facientibus. *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausular. tit. claus. seu si Episcopis. nu. 1. & seqq.*

Clausula 729. Seu si hodie pro alio, &c.

De ista clausula, vide *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. causular. tit. Papa, an grauet Ecclesiam. num. 4.*

Clausula 730. Seu si præsens, &c.

Clausula, Seu si præsens non fueris ad præstandum iuramentum de obseruandis statutis, &c. quid operetur, vide *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausular. tit. de iuram. præstand. per tot.*

Clausula 731. Seu si super prouisionibus sibi faciendis, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam Papa dat antelationem expectanti. *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. clausul. tit. clausula, seu quid operetur. nu. 4. & seqq. Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. aut si aliqui.*

2 Hæc clausula non debet apponi in prouisione beneficij nouiter creati. *Rebuff. in form. simplic. prouis. in verb. siue præmissa. nu. 12.*

3 Si tamen apponatur, non vitiat. *Rebuff. ibidem num. 14.*

Clausula 732. Seu talia mixtim fuerint, &c.

Ista clausula posita in dispensatione ad beneficia, tàm regularia, quàm sæcularia operatur, vt comprehendantur ea, quæ mixtim sunt talia, quæ aliàs non comprehenderentur. *Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. seu si talia.*

Clausula 733. Si aliud Canonicum impedimentum non obsistat, &c.

Hæc clausula sic declaratur, nempè si non est homicida, & irregularis, vel aliàs inhabilis. *Rebuff. in prax. tit. de rescript. in form. commun. num. 17.*

Clausula 734. Si constiterit, &c.

Num. 1. Hæc clausula requirit veras, & perfectas probationes. *Anan. in cap. si constiterit. & ibi Felin. nu. 5. de accusat. Cas. de Graff. decis. 2. nu. 3. de rescript.*

2 Dic verum, quando est positum sub certa conditione, secus si per viam monitionis. *Felin. in d. cap. si constiterit. sub nu. 5. de accusat.*

3 Circa istam clausulam, vide remissiuè *Felin. in d. cap. si constiterit. sub nu. 5. de accusat.* & suprà clausula, Constito 216. &c.

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 89.

Clausula 735. Si contrarium fiat appello.

Hæc clausula quomodo intelligatur, & quid operetur, vide *Put. decis. 311. lib. 3.*

Clausula 736. Sicquè in præmissis, &c.

Clausula, Sicquè in præmissis omnibus indicari per quoscumquè, &c. non habet vim clausulæ sublata, &c. vt fuit dictum *in Ispalen. beneficij de Xeres 6. Nouembris 1602. coràm Litta.*

Clausula 737. Sicut accepimus, &c.

Num. 1. Hæc clausula in gratia Motu proprio apposita non requirit iustificationem. *Paris. decis. 101. lib. 3. Achill. decis. 10. nu. 1. & seqq. de probat. cum alijs allegatis in Meten. Monasterij 21. Febr. 1600. coràm Litta. Rot. decis. 447. nu. 1. part. 1. diuers.* secus in gratia ad supplicationem. *Put. decis. 101. lib. 3. Guidobon. decis. 161.* & fuit dictum *in causa Meten. Monasterij 21. Februarij 1601. coràm Litta.* vbi quod in gratia ad supplicationem dicitur narratiua partis, & non Papæ, secus in gratia Motu proprio facta.

2 Hæc clausula ostendit narrata à Papa esse ad partis supplicationem, & assertionem. *Rota in Pacten. pensionis 5. Decembris 1614. coràm Card. Pamphilio.*

3 Admittit tamen probationem in contrarium. *Put. decis. 100. lib. 1. Achill. decis. 10. ad fin.*

Clausula 738. Sicut iustè, &c.

Num. 1. Ista clausula, quando stet conditionaliter, & quando causatiuè, vide *cap. quia diuersitatem de concess. præbend. glos. fin. in cap. quoniam Abbas, & ibi Doct. præcipuè. Felin. nu. 12. & Dec. num. 89. & seq. de offic. delegat. gloss. fin. in cap. examinata. & ibi Doct. præsertim. Abb. nu. 5. & 6. Bellamer. num. 9. & Dec. nu. 13. de confirm. vtil. vel inutil.* vide in proposito. *Felin. in cap. 2. nu. 11. & 12. de rescript.*

3 Et adde, quod si in confirmatione dicitur, sicut iustè possidetis oportet ostendere, quod iustè possideant, aliàs confirmatio non suffragatur, nisi posteà spatio 40. annorum possederint, quia spatio tanti temporis dicuntur præscripsisse. *Rebuff. de decim. quæst. 13. nu. 91. Rota in Lunen. Sarzanen. 1. Martij 1602. coràm Card. Sacrato.*

3 Ostendit enim confirmationem esse in forma communi, quæ nihil dat de nouo. *Rota in d. Lunen. Sarzanen. Capellaniæ.*

Clausula 739. Si de præmissis, seu altero eorum constiterit, &c.

Ex hac clausula posita in supplicatione impetrationis in forma iuris sub narratiua plurium delictorum, soleant cassari illa verba, seu altero eorum, & omnia delicta narrata sunt iustificanda. *Staphil. de Signat. Iustit. §. & primò sciendum. num. 2. Sarnen. in regul. de subrogand. quæst. 7. versic. Item sciendum.* & fuit resolutum *in causa Oscen. Archidiaconatus 19. Octobris 1601. coràm Cardin. Lancellotto.* vbi àn requiratur plena probatio.

Clausula 740. Si est idoneus, &c.

Num. 1. Hæc clausula, & clausula, si ita est pari procedunt. *Paris. cons. 57. num. 21. lib. 4.*

2 Executor per istam clausulam debet pronunciare super idoneitate. *Lap. allegat. 15. Paris. cons. 57. sub num. 51. lib. 4.*

3 Et super hoc debeat fieri declaratio. *Paris. cons. 57. sub nu. 51. lib. 4.* vbi adhuc allegat. *Rot. decis. 88. in antiq. quæ est quarta. de re iudicat.*

4 De iure inest, ideò non facit gratiam conditionalem. *Rebuff. in repet. cap. nulla. col. 38. versic. Vigesimaseptima, quæ solet apponi. pag. mihi 441. col. 2. ad fin. de concess. præb. Rota in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coràm Card. Pamphilio. Lap. allegat. 60. sub nu. 3. & ibi Addent. in verb. si est idonea. & allegat. 15. sub nu. 7.*

☞ Et vide infrà in Clausula 628.

Clausula 741. Si, & in quantū, &c.

Num. 1. Hæc clausula importat admissionem in his, quæ sunt admittenda. *Bald. in repet. l. edita. num. 98. C. de edend. Franch. in cap. sapè. nu. 5. de appellat. Felin. in cap. cum contingat. nu. 12. in fin. & num. 13. de offic. delegat. Roman. consil. 501. nu. 4. & seqq. Soccin. Iun. consil. 18. nu. 14. versic. vel secundò. & num. 15. lib. 1. Gabr. cons. 35. nu. 9. lib. 1. Marant. de ordin. iudicior. part. 6. de appellat. num. 200.* & fuit dictum *in causa Valentina Iurispatronatus de consentaina 30. Ianuarij 1581. coràm Seraphino. cum alijs per Lancellot. de attentat. appell. pend. limit. 1. nu. 83.* vbi *nu. 84.* notabiliter ampliat, ideò cum videas. *nu. 90. & seq.*

2 Hæc clausula in admissione appellationis, quid operetur; vide *Benintend. decis. 1.* vbi alios citat. *Angel. consil. 217. col. 3. versic. nec obstat si dicatur. Gabr. consil. 35. nu. 9. cum seqq. lib. 1.* vbi de appellatione

ftione admiffa à fententia lata in poffeffiorio cum condemnatione fructuum.

3 De ea generaliter omninò vide *Roman. conf. 50 t. nu. 4. & ibi Addent.*

4 Claufula, Si, & in quantum, &c, non vitiat decretum Iudicis. *Felin. poft alios in cap. cum contingat. nu. 11. de offic. delegat.* vbi quod in additione hæreditatis eft fpeciale, quod non valeat, &c.

5 Hæc claufula eft relatiua importans modum, & non conditionem. *Lap. alleg. 87. nu. 7. & ibi Addent. in verb. in quantum, & in verb. ad modum.*

6 Hæc claufula æquiualet dictioni quatenus. *Gabr. conf. 35. in fin. lib. 1.*

7 Refert fe ad iuris difpofitionem, fcilicet, quod actus cenfeatur admiffus quatenus de iure venit admittendus, & reiectus quatenus reijciendus. *Marant. de ordin. iudicior. part. 6. tit. de appellat. num. 200. Gabr. conf. 35. nu. 9. lib. 1.*

8 Pendet ex futuro euentu, qui debet declarari per Iudicem ad quem. *Gabr. conf. 35. nu. 4. lib. 1.*

Circa hanc Claufulam, vide etiam fuprà in Claufula 91.

Claufula 742. Si, & prout hactenus confueuerat, &c.

Num. 1. Claufula, Si, & prout hactenus, &c. Hæc claufula, prout ille ficut, vel iuxta folitum, & fimiles ftant conditionaliter, ita vt nifi appareat de confueto, nihil operatur. *Aret. conf. 76. nu. 5. Felin. in cap. 2. nu. 11. verf. aliquando. de refcript. Dec. conf. 63. nu. 6. conf. 361. nu. 1. & conf. 374. nu. 4. Rip. refponf. 5. nu. 5. fuper C. tit. de diuerf. refcript. Rebuff. conf. 92. num. 4. Stracch. de affecurat. gloff. 11. nu. 55. verf. commodiffimè. & facit decif. 665. lib. 3. p. 3. diuerf. & decif. 534. fub num. 6. verfic. nec in contrarium. part. 1. diuerf. & vide in caufa Salamantina iurifdictionis 22. Aprilis 1588. coràm Seraphino. in Tirafonen. Iurifpatronatus 17. Februarij 1592. coràm Blanchetto. & in Romana vigefima 18. Maij 1601. coràm Card. Sacrato.*

2 Dic verum, quando difpofitio eft incerta, vel facta à non habentibus facultatem difponendi, fecus fi in difpofitione certa, & facta ab habente poteftatem, & animum de nouo concedendi; nam hoc cafu ftat caufatiuè, non autem conditionaliter, & ideò licet de confueto non conftet, valet nihilominus difpofitio. *Bart. in l. eum, qui. §. Iulianus. n. 1. ff. de conftit. pecun. & in extrau. ad reprimendam. in verb. prout. nu. 2. Caftren. conf. 17. nu. 2. lib. 2. Rip. in d. refponf. 5. nu. 6. Felin. in d. cap. 2. nu. 10. verf. fed certè. & nu. 11. verf. aliquando. & ibi Ant. de Burgof. nu. 86. & feqq. Curt. Iun. conf. 97. num. 4. Grammatic. decif. 59. num. 22. 23. & 24. Strach. d. gloff. 11. nu. 55. verfic. verum diuerfa fententia. Mohed. decif. 8. ad fin. de fend. Put. decif. 211. lib. 2. Roe. decif. 171. num. 4. part. 1. & decif. 27. nu. 2. 40. nu. 30. 36. nu. 8. & 9. part. 2. diuerf.* & fuit dictum *in caufa Salamantina iurifdictionis 17. Maij 1577. coràm Seraphino. & vide in caufa Tirafonen. Iurifpatronatus 17. February 1592. coràm Blanchetto. & in d. Romana vigefima 18. Maij 1601. coràm Card. Sacrato.*

3 Item dic, verum in conceffione ad fupplicationem partis, & facta abfquè caufæ cognitione, in qua Princeps non intendit de nouo concedere, prout in confirmationibus, fecus in conceffione Motu proprio, & cum caufæ cognitione, quia tunc ftant caufatiuè. *gloff. in cap. venerabilis. in verb. ficut. & in cap. examinata. in verb. ficut prouidè. vbi Abb. nu. 5. Dec. fub nu. 4. verf. in gloff. fin. de confirm. vtil. vel inutil. Imol. in cap. quoniam Abbas. nu. 9. verf. in gloff. fin. de offic. delegat. Felin. in d. cap. 2. nu. 11. verf. Et dicit, ibi Imol. Rip. d. refponf. 5. num. 9. Put. decif. 211. lib. 2. & vide in d. Tirafonen. Iurifpatronatus, & in d. Romana vigefima.*

4 Item declara, quod tunc iftæ claufulæ ftant caufatiuè, fi conftet de animo de nouo concedendi habentis poteftatem, & difpofitio fit certa, quando de relato, feu confueto non conftat, fecus fi de eo conftet, nam tunc femper ftant conditionaliter, & reftrictiuè, & non caufatiuè. *Caftren. conf. 17. in fin. lib. 2. Felin. in cap. 2. nu. 12. & 13. Dec. in 2. notab. nu. 5. verf. Quorum dictis. de refcript. Idem Dec. in cap. quoniam Abbas. in fin. de offic. delegat. & in l. penult. in 2. notab. C. de inftit. & fubftitut. Curt. Iun. conf. 92. nu. 10. Caputaq. decif. 255. part. 1. Grammatic. decif. 59. num. 9. Roe. decif. 27. nu. 2. & 3. & decif. 40. num. 4. & 5. part. 2. diuerf. & vide in d. caufa Romana vigefima 18. Maij 1601. coràm Card. Sacrato.*

5 Adde tamen, quod ille, cui eft facta gratia non tenetur probare confuetum, vel relatum, quando hæ dictiones ftant caufatiuè, quia valet gratia, etiamfi ea non effet vera, nifi effet talis caufa, qua non fubfiftente, Princeps non conceffiffet, quod dicenti incumbit onus probandi. *Oldr. conf. 121. nu. 12. & 13. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. §. 1. num. 3. in verb. inftrumentum. Curt. Iun. conf. 97. fub nu. 4. Grammatic. decif. 59. fub nu. 27. Rot. decif. 36. nu. 9 part. 2. diuerf.*

Clauf. 743. Si idoneum effe, &c.

Claufula, Si eum idoneum effe repereris, conferas infrà t. igit. dies, operatur, vt facultas conferendi fit data fub conditione idoneitatis, & denegata tàm primò, quàm fecundò executori fub contraria conditione fi fcilicet non fuerit repertus idoneus. *Rota in Bergomen Parochialis 25. Febr. 1575. corã Robufterio.* Et vide fuprà Obferuat. 624.

Claufula 744. Si inueneris, vel fi repereris, &c.

Num. 1. Inter has claufulas, ân fit aliqua differentia, dic, quod claufula fi non inueneris importat caufæ cognitionem, & fic requirit partis citationem, claufula verò, fi repereris, fonat in monitionem, & ideò non requirit partis vocationem. *Lap. alleg. 27. nu. 3. Rot. decis. 14. de dol. & contumac. in antiq. cum alleg. per Papazon. in decis. 2. num. 3. de offic. delegat. in nou. vide Felin. in cap. 2. num. 6. verfic. & vide Rotam. de refcript.*

2 De claufula repereris, *vide gloff. communiter receptam. in Clem. 1. in verb. repererint. de offic. deleg.*

3 Contrarium, quod fcilicet inter has claufulas nulla fit differentia, quodq; vtraq; fonet in monitionem, tenet idem met. *Lap. allegat. 15. nu. 7. verfic. non obftat. vbi de verb. inueneris. Rot. decis. 15. de dol. & contumac. in antiq. vbi de eod. verbo Felin. exprefsè. in cap. 2. nu. 6. de refcript. Papazon. ad decis. 2. nu. 3. de offic. delegat. in nou. Mandos. ad Lap. allegat. 15. nu. 17. verf. ti inueneris. & allegat. 27. nu. 3. in verb.*

conditionem. & *Aegid. decis.* 175. vnam ponit pro alia, & sic nullam facit differentiam, idem etiam facit *Staphil. de lit. iustit. §. citatio. num.* 7. *in fin.* & *vide Felin. vbi suprà.*

4 Adde, quod huiusmodi clausulæ, licet de sui natura non inferant partis citationem, tamen quando adijciuntur in personam Iudicis, & circa materiam iudicialem accipiuntur pro clausula, si constiterit, & ratione subiectæ materiæ important causæ cognitionem, & requirunt partis citationem, *argum. in l. si vno. ff. locat. Aegid. decis.* 176. *Staphil. d. §. citatio. n.* 8. & 9. *facit Dec. cons.* 603. *sub num.* 13. vbi æquiparat clausulam, si repereris, clausulæ, si constiterit.

5 Dic etiam, quod quando agitur de re modica, & paruo præiudicio, tunc non requiritur citatio, secus verò quando agitur de graui præiudicio, quia tunc requiritur citatio. *Rot. decis.* 16. *de dol.* & *contumac. in antiq. Staphil. d. §. citatio, nu.* 11. 12. & 13. *Papazon. ad decis.* 12. *nu.* 3. *de offic. delegat. in nou.*

6 Hæc clausula si dirigatur ad Ordinarium non cogitur ipse seruare telam iudiciariam, habet enim locum in executore, *Rot. decis.* 309. *nu.* 5. *part.* 1.

7 Hæc clausula tacitè inest. *Rebuff. in prax. tit. differ. inter rescript. grat.* & *iustit. nu.* 57.

Clausula 745. Si ita est, &c.

Num. 1. Hæc clausula reddit gratiam conditionalem. *cap.* 2. *iuncta gloss. in verb. conditio. de rescript.* & fuit dictum *in causa Portugallen. dismembrationis* 16. *Iunij* 1595. *coràm Blanchetto.* & *vide in eadem* 28. *Iunij* 1600. & 13. *Iunij* 1601. *coràm Iusto.* & *in Conchen. erectionis* 25. *Maij* 1593. *coràm Seraphino. vide Paris. cons.* 57. *nu.* 48. *lib.* 4. *Verall. decis.* 273. *part.* 1.

2 Et ideò requirit causæ cognitionem, & partis citationem. *Rot. decis.* 12. *de offic. delegat. in nou.* & fuit dictum *in dicta Portugallen. dismembrationis* 16. *Iunij* 1595. *coràm Blanchetto.* & 28. *Iunij* 1600. *coràm Iusto. Achill. decis.* 2. *de fil. presbyteror. vide in causa Mediolanen. matrimonij* 11. *Februarij* 1602. *coràm Card. Millino.*

3 Intelligitur enim, quod citata parte videat per veras probationes, & perfectas, an ita sit, nec dabitur iuramentũ in supplementum, *Dec. cons.* 603. *sub nu.* 13.

4 Contrarium, quod hæc clausula ex quo tacitè inest. *cap.* 2. *de rescript.* non reddat gratiam cõditionalem, *iuxtà text. in l. conditiones extrinsecas. ff. de condit.* & *demonstrat.* & ideò non requirat partis citationem, nec causæ cognitionem tenet. *Lap. allegat.* 60. *num.* 2. *vbi Mandos. in verb. conditionale. Doct. in cap. fin. vbi Felin. nu.* 18. *de præsumpt. Aegid. decis.* 4. *versic. cuius occasione.* vbi quod hæc clausula posita in rescripto non inducit nouam formam, nec consequenter partis vocationem in executore. *Card. in Clem.* 1. *num.* 17. *de offic. delegat.* & fuit dictum *in Calciaten. iurisdictionis* 13. *Aprilis* 1585. *coràm Seraphino.* vbi quod propterea literæ expediuntur in forma gratiosa sine alio examine, quando supplicatio est concepta, cum illa clausula. *Felin. in cap.* 2. *nu.* 6. *de rescript. Lap. allegat.* 60. *sub num.* 2.

5 Hæc clausula semper apponitur ab expeditoribus, quando gratia est in forma commissaria, vt fuit dictũ *in d. causa Portugallen. dismẽbrationis* 13. *Iunij* 1601. *coràm Iusto. in Calaguritana Canonicatus* 5. *Nouembris* 1605. *coràm Card. Sacrato. vide Rebuff. in prax. tit. differ. inter rescript. à grat.* & *iustit.*

6 Ista clausula inducit formam in gratia, quæ non operatur effectum suum, nisi prius sit facta aliqua inquisitio, vt constet si ita est, vt narratum fuit. *Verall. decis.* 125. *nu.* 2. & 237. *part.* 1.

7 Hæc clausula si ita est, & clausula si est idoneus procedunt à pari. *Paris. cons.* 57. *nu.* 51. *lib.* 4.

8 Hæc clausula posita in dispensatione operatur, vt si dispensatio statim literis præsentatis per executorem executioni de mandatum sit nulla. *Achill. decis.* 2. *de fil. præsbyteror.*

9 Declara non procedere, quando causæ cognitio, quæ potest esse extraiudicialis, potuit ante adhiberi, vel in ipso actu, vt fuit dictum *in vna Mediolanen. matrimonij* 17. *Iunij* 1602. *coràm Card. Millino.*

10 Clausula, Si ita est, &c. solet apponi in literis gratiæ, & si non apponatur tacitè inest. *Rebuff. in prax. tit. de differ. inter rescript. grat.* & *iustit. nu.* 55. & *seq.* & generaliter hoc tradit *Lap. allegat.* 60. *sub nu.* 2. & *ibi Addent. in verb. ex parte,* &c.

11 In literis iustitiæ non solet apponi, sed clausula si preces veritate nitantur, quæ & ipsa tacitè inest. *Rebuff. vbi suprà. num.* 54.

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 92.

Clausula 746. Si malueris, &c.

De hac clausula, & eius intellectu, vide *Achill. decis.* 24. *nu.* 3. *de pens.*

Clausula 747. Simul, & semel.

Hæc clausula posita in commissione, in qua committuntur duæ causæ, vel committitur petitorium, & possessorium non impedit, quo minus iudex possit de ea, vel eo prius pronunciare, de qua, vel quo prius liquet. *Aegid. decis.* 506. *Staphil. de lit. iustit. §. in primis igitur sciendum. num.* 59. & *§. si pars innodata. num.* 3. & fuit resolutum *in causa Toletana pecuniaria* 13. *Aprilis* 1587. *coràm Card. Pamphilio.* & *in causa Cæsaraugustana Parochialis* 16. *Ianuarij* 1589. *coràm Comitulo.* vbi etiamsi dicatur, quod in petitorio, & possessorio procedatur simul, & semel refectis expensis. *Soccin. consil.* 262. *num.* 3. *lib.* 2. *Rota in Bononien. de Carnalibus* 11. *Ianuarij* 1602. *coràm Card. Pamphilio.*

Clausula 748. Simul, vel ad partes, &c.

Hæc clausula, quid operetur, vide *Mandos. in regul.* 20. *quæst.* 9. *num.* 10.

Claus. 749. Sine exceptione, &c.

Hæc clausula, quid operetur, vide *Rebuff. de alien. rer. Eccles. num.* 46. & *seqq.*

Clausula 750. Sine filijs, &c.

Hæc clausula intelligitur, tàm de masculis, quàm de fœminis. *Put. decis.* 215. *nu.* 2. *lib.* 3.

Clausula 751. Si N. fuerit arbitratus, &c.

Hæc clausula importat conditionem, *Aym. consil.* 122. *nu.* 7.

Clau-

Clauſ. 752. Si nequiuerint, &c.

Num. 1. Hæc clauſula appoſita in datione plurium Iudicum intelligitur, tàm de impedimento facti, quàm de impedimento iuris. *cap. ſuſcitatus. & ibi gloſ. & Doct. omnes. de reſcript.*

2 Non tamen comprehendit caſum voluntatis, niſi in delegatione id expreſſum fuerit. *d. cap. ſuſcitatus. in fin. de reſcript.*

3 Dic verum, vt iudex non poſſit ſe excuſare, ſed veniat redarguendus; ſecus autem, vt alij Iudices ſine eo procedere poſſint. *cap. prudentiam. §. adijcimus. de offic. deleg. & ibi gloſ. & Doct. & in d. cap. ſuſcitatus. vbi Hoſtien. in fin. in verb. excuſari. Imol. ſub nu. 8. & Abb. nu. 4. verſic. Item nota. & Dec. nu. 16.*

4 Clauſula, Si nequiuerint, &c. intelligitur per ſe, vel per alterum, & ſic poteſt committere alteri vices ſuas. *Rot. decis. 5. de offic. delegat. in nou. & ibi Addent. Felin. in d. c. ſuſcitatus. nu. 16. & Dec. nu. 17. de reſcrip. Vant. de nullit. ex defect. Iuriſdict. nu. 181.* vide tamen circa hoc *Doct. in cap. coràm. præcipuè Abb. in fin. de offic. delegat.*

Clauſula 753. Si noluerit, &c.

Hæc clauſula appoſita in datione plurium Iudicum includit etiam caſum impotentiæ. *Imol. in cap. ſuſcitatus. nu. 8. de reſcript.*

Clauſula 754. Sine præiudicio iurium, &c.

Nu. 1. Hæc clauſula, ſine præiudicio iuriũ præſeruat ius, quod habet. *Put. decis. 32. Decima Octob. lib. 2. Rota in Romana domorum 5. Martij 1586. coràm Seraphino.*

2 Eſt enim hæc clauſula præſeruatiua iurium. *Paul. de Caſtr. conſ. 312. nu. 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 23. num. 142. lib. 1. & conſ. 70. nu. 18. liq. 3. Bero. in cap. 1. num. 32. de reſcript. Put. decis. 197. nu. 23. lib. 1. & decis. 115. nu. 1. in fin. lib. 2.* & fuit dictum *in cauſa Caputaq. præcedentiæ 17. Iunij 1577. coràm Blanchetto, & in Rauennaten. Vallium 17. Maij 1591. coràm Cardin. Pamphilio. in Tiraſonen. oblationum 28. Iunij 1595. coràm eodem. & in Romana domus 7. Nouembris 1597. coràm eodem. Oldrad. conſ. 237. in fin. Rota in Imolen. Caſtrorum 15. Nouembris 1571. coràm Seraphino. Verall. decis. 119. part. 1. Rot. decis. 785. nu. 4. part. 1. diuerſ.*

3 Et ideò nullum ius tribuit, ſed tantum præſeruat ſi quod quis habet. *Oldrad. conſil. 237. in fin. Rota in Valentina penſionis 3. Iunij 1601. coràm Litta. Aym. conſil. 29. num. 8. Put. decis. 197. num. 23. lib. 1. Verall. decis. 119. part. 1. Gabr. conſ. 196. num. 4. lib. 1.* niſi ſit contrarium facto. *Put. decis. 115. nu. 2. lib. 2.* vbi *nu. 3.* quod non dicitur contrarius facto, quando cum illo ſe compatitur.

4 Et eſt præſeruatiua omnium iurium. *Pariſ. conſ. 5. num. 40. lib. 1.* & fuit dictum in *cauſa Regien. feudi de Zobellis 24. Nouembris 1586. coràm Card. Pamphilio.*

5 Et ſolum præſeruat ius legitimum. *Gabr. conſ. 151. num. 29. lib. 2.*

6 Et reddit quicquid geritur conditionale, & ideò operatur, quod quatenus inferatur præiudicium perinde ſit, ac ſi actus non fuiſſet factus. *l. teſtamento centurio. §. 1. ff. de manumiſſ. teſtament. Put. decis. 32. nu. 1. lib. 2.* & fuit dictum in *cauſa Caputaq. præcedentiæ 17. Iunij 1577. coràm Blanchetto. & in d. Rauennaten. Vallium 7. Maij 1591. coràm Card. Pamphilio Pariſ. conſil. 123. num. 142. lib. 1.*

7 Limita, vt per *Verall. decis. 119. part. 1.*

8 Quod hæc clauſula ſit conditionalis. *Put. decis. 32. lib. 2. Rot. decis. 320. nu. 2. part. 1. diuerſ.*

9 Adde tamen, quod hæc clauſula intelligitur præterquàm in expreſſis. *Oldrad. conſil. 330. in fin. Pariſ. conſ. 70. nu. 12. lib. 1. Sarnen. de Iur. quæſit. q. 1. num. 41. Put. decis. 183. lib. 3. Verall. decis. 284. lib. 1. Mandoſ. conſ. 10. nu. 14.* & fuit dictum *in Romana hæreditatis à Bordeſia 18. Aprilis 1575. coràm Sanctiſſ. Aldobrãdino. eſt decis. 236. nu. 3. part. 1. diuerſ. incip. Domini concluſerunt. in Meliten. beneficij 10. Nouembr. 1586. coràm Seraphino. & in Rauennaten. attentatorum 26. Iunij 1589. coràm Card. Mantica. Rebuff. in form. nou. prouiſ. in verb. dummodo tempore. num. 6. Rota in Papien. bonorum 10. Maij 1602. coràm Cardin. Pamphilio. in Illerden. præbemineutiarum 26. Iunij 1601. coràm Seraphino. decis. 1445. nu. 4. & in Toletana admiſſionis 17. Iunij 1609. coram Card. Pamphilio. Gabr. conſ. 151. num. 30. lib. 2.*

10 Hæc clauſula intelligitur de præiudicio conſiderabili. *Chiſſanen. decis. 120. 175. & 178. Put. decis. 183. lib. 3.* vbi quod dicatur præiudicium conſiderabile.

11 Hæc clauſula operatur, vt gratia videatur, tunc tantum conceſſa, quando non præiudicat alteri. *Card. Seraphin. decis. 351. nu. 23. part. 1.*

☞ Circa hanc Clauſulam, vide vſquè ad Clauſulam 761. & ſupra in Clauſula 96.

Clauſula 755. Sine præiudicio iuris alteri quæſiti.

Num. 1. Iſta clauſula, poſita in abſolutione ab excommunicatione ob recurſum ad Iudices Laicos nullum ius tribuit aduerſario, ſed tantum præſeruat, ſi quod habet, *ad conſil. Oldrad. 237. in fin.* & fuit dictum *in cauſa Valentina penſionis 3. Iunij 1602. coràm Litta.*

2 Quæ differentia ſit inter hanc, & clauſulam dummodo alteri non ſit ius quæſitum, vide per *Sarnen. in regul. de Iur. quæſit. non tollend. quæſt. 1. col. penult. verſic. Poſtremò pro complemento, &c.*

Clauſula 756. Sine præiudicio iurium ſuorum.

Num. 1. Clauſula, Sine præiudicio iurium ſuorum, poſita in conſenſu præſtito in alienatione alicuius rei, nè inducatur contrarietas operatur tantum, vt conſentiens alienationi cenſeatur reſeruaſſe ius reſpectu pretij tantum non autem dominij. *Iaſ. in l. ſi fundum. nu. 8. ff. de legat. 1. Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 28. nu. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. nu. 135. cum ſeq.* & fuit dictum *in Romana domorum 5. Martij 1584. coràm Seraphino.*

2 Item poſita in tranſactione facta ab agente ſpolio operatur, vt non cenſeatur remiſſum ſpolium in pecunia purganda reſpectu valoris rei, de qua agebatur etiam pro reſiduo conſtito, etiam poſt tranſactionem de augumento valoris rei, vt fuit reſolutum *in dicta Romana domorum 5. Martij 1584. coràm Seraphino.*

3 Et non intelligitur de iuribus expreſſis, ſed de alijs, quàm de expreſſis. *Gabr. conſ. 43. nu. 12. lib. 1. Pariſ. conſil. 70. num. 12. lib. 1. Put. decis. 184. lib. 3. Verall. decis. 284. lib. 1.*

4 Clau-

4 Clausula, Sine præiudicio iurium alicuius apposita in traditione possessionis operatur, vt possessio dicatur tradita sub conditione, quatenus scilicet aliquis non possideat, vel ei non præiudicetur, ita quod stante alterius possessione, vel illius præiudicio non dicatur acquisita. *Put. decis. 32. lib. 2.* & fuit decisum *in vna Romana de Benefacere 5. Martij 1578. coràm Blanchetto, & in Firmana de Iottis 20. Martij 1579. coràm Seraphino, & in Maceraten. hæreditatis 27. Nouembris 1589. & 5. Iunij 1590. coràm Cardin. Pamphilio.*

5 Clausula, Sine præiudicio alicuius, &c. requirit causæ cognitionem. *Verall. decis. 284. nu. 4. part. 2.*

6 Hæc clausula in omni gratia censetur tacitè intellecta, seu apposita, cum semper censeatur aliquid concedi sine præiudicio iurium alterius. *gloss. in cap. cum olim. in verb. præiudicium. de consuetud. Dec. consil. 407. nu. 20. Rota in Gerunden. vini 18. Maij 1601. coràm Sanctiss. Ludouisio. cum alijs per Addent. ad Simonet. de reseruat. quæst. 88. nu. 10.*

7 Et si exprimatur intelligitur, etiam de modico præiudicio. *Cephal. cons. 133. nu. 106. & 108. Addent. ad Simonet. de reseruat. quæst. 88. nu. 11.*

8 In terminis vnionis. *vide cap. quia Monasterium. & ibi gloss. & Doct. de relig. domib. Feder. cons. 195. nu. 2.* & fuit dictum *in Burgen. quindenniorum 10. Martij 1603. coràm Penia.*

9 Hæc clausula apposita in erectione Collegiatæ intelligitur de iure illius, qui habet similem dignitatem, vel priuilegium. *Rebuff. super reg. de Iur. quæsit. non tollend. gloss. 6. num. 25. & seq. Rot. Auenionen. decis. 12. nu. 6.*

10 Dic verum in præiudicio compatibili cum vnione, secus in præiudicio incompatibili, & quod prouenit ex consequentia, vt fuit dictum *in Burgen. quindenniorum 5. Decembris 1601. coràm Seraphino, & 10. Martij 1603. coràm Penia. per tradita per Rot. decis. 21. col. 4. versic. quartum quilibet. de preb. in nou. Aegid. decis. 752. col. 2. versic. quartò principaliter.*

11 Ideò si Ecclesia iunior erigatur in Collegiatam cum dicta clausula, & posteà erigatur etiam in Collegiatam Ecclesia antiquior, ista clausula non operatur, vt ista antiquior secundò loco erecta in Collegiatam præferatur. *Rot. Auenionen. decis. 12. nu. 6.*

12 Hæc clausula intelligitur de præiudicio, quod imminet de præsenti, non autem de præiudicio futuro. *Rot. decis. 21. col. 4. sub nu. 5.* in secunda ratione principali. *versic. confirmatur. de prebend. in nou. Aegid. decis. 752. incip. Supposito facto. col. 2. versic. confirmantur quia omnia. Sarnen. in regul. de Iur. quæsit. non tollend. quæst. 4. col. 2. versic. addo vlterius.*

13 Hæc clausula intelligitur de modico præiudicio, *gloss. in cap. cum olim. in verb. præiudicium. de consuet. Felin. in cap. super eo. sub nu. 5. vers. vltimò intell go. & ibi Dec. num. 14. de offic. delegat. Put. decis. 6. lib. 3.*

14 Hæc clausula apposita in creatione nouorum Canonicorum, quid operetur, vide *Castren. consil. 170. col. 1. lib. 1. & col. fin. Put. decis. 6. & 183. lib. 3.*

15 Clausula, Sine præiudicio similia mandata prosequentium, àn comprehendat, & trahatur ad concessiones futuras; vide *Rot. decis. 843. lib. 3. p. 3. diuers.* vbi *nu. 2.* quod maior pars Dominorum tenuit, quod sic. *Sarnen. decis. 20. lib. 1.*

16 Clausula, Sine præiudicio regressus, &c. Hæc clausula inserta supplicationi, àn inducat præsumptionem consensus, & quid operetur, vide *Put. decis. 197. num. 21. & seqq. lib. 1.*

17 Clausula, Sine præiudicio similium gratiarum, quomodo intelligatur, vide *Put. decis. 386. lib. 3. & Rot. decis. 671. & decis. 685. lib. 3. part. 3. diuers.* vbi quando dicantur similes, vel dissimiles, àn dissimilitudo possit apparere ex clausulis, &c.

18 Cur ista clausula inseri soleat, vide *Rot. decis. 685. num. 4. lib. 3. part. 3. diuers.*

19 Hæc clausula quando referatur ad omnia, & quando non, vide *Rot. decis. 671. nu. 4. lib. 3. part. 3. diuersor.*

20 Clausula, Sine præiudicio dignitates obtinentium, &c. apposita in supplicatione non censetur restricta per simplicem clausulam, sine preiudicio simpliciter, positam in illius reformatione, sed ista debet secundum illam interpretari. *Mohed. decis. 5. de rescript.*

21 Clausula, Sine præiudicio priorum iurium, operatur, vt non sit inducta nouatio, neque recessus à primo instrumento. *Rot. decis. 738. nu. 2. part. 1. diuers.*

22 Clausula, Sine præiudicio expectantium, comprehendit, & præseruat, etiam gratias expectatiuas successoris. *Rot. decis. 684. lib. 3. part. 3. diuers.*

23 Clausula, Sine præiudicio rei iudicatæ, intelligitur quatenus adsit res iudicata, quæ non adest, si fuerit appellatum. *Ferret. consil. 208. nu. 5. lib. 2.*

24 Clausula, Sine præiudicio tertij, semper subintelligitur, etiamsi non exprimatur. *Ferrett. consil. 283. num. 16. lib. 1.*

25 Clausula, Sine præiudicio, &c. posita in inuestitura, nihil tribuit, sed præseruat ius, &c. *Ferrett. consil. 326. nu. 1. & 3. lib. 2.*

26 Clausula, Sine præiudicio rei iudicatæ, & mandati executiui, apposita in inhibitione operatur, vt executio facta post inhibitionem non sit attentata. *Rota in Bononien. de Pipinis 20. Nouembris 1579. coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

Clausula 757. Sine præiudicio executionis, &c.

Num. 1. Hæc clausula intelligitur, prout de iure, idest quatenus de iure sit locus executioni. *Ias. in l. causas. num. 7. C. de transact. Crescent. decis. 1. de rescript.* & fuit dictum *in causa Firmana olei 1576. coràm Blanchetto. in Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio.* in qua adest decisio *in d. Firmana,* & fuit etiam dictum *in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Card. Lancellotto. & in Oritana Parochialis 12. Decembr. 1597. coràm Peregrino.*

2 Et ideò non alteratur per clausulam, Quatenus illi locus sit, *ad l. cum rectè. C. de fideiussor.* & fuit dictum *in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

3 Hæc clausula refertur ad summam, quæ in sententia continetur, & ideò illam non auget ad tradita *per Couar. in rubric. de testam. part. 2. sub num. 13. versic. tertia conclusio.* & fuit resolutum *in causa Romana pensionis 23. Maij 1576. coràm Blanchetto.*

4 Hæc clausula censetur repetita in qualibet commissione, *ad decis. Aegid. 41. & Cassad. 8. nu. 5. de rescript.* & fuit resolutum *in causa Nouarien. decimarum 11. Decembris 1573. coràm Blanchetto.* & fuit dictum *in causa Auellina Archipresbyteratus 6. Aprilis 1590. coràm Penia.*

5 Clau-

5 Clausula, Sine præiudicio legitimæ executionis, &c. operatur, quod Iudex à quo possit exequi, non tamen impedit, quod executio si non sit legitima non possit reuocari, vt fuit dictum *in causa Romana Casalis 24. Nouembris 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino. in Placentina fideiussionis 22. Iunij 1592. coràm Penia. in Segobricen. operariæ 27. Iunij 1597. coràm Cardin. Pamphilio. & vide in causa Bracharen. pecuniaria 2. Decembris 1592. coràm Orano. & in Anconitana dotis 3. Aprilis 1609. coràm Iusto.*

6 Et præseruat ab attentatis, vt fuit dictum *in Anconitana dotis 3. Aprilis 1609. coràm Iusto. vide in Sabinen. Castri Mompeij 24. Ianuarij 1600. coràm Card. Pamphilio. Lancell. de attent. post inhibit. lim. 13. nu. 2.*

7 Hæc clausula impedit cognitionem iniustæ sententiæ. *Peregrin. decis. 282. lib. 3.*

8 Et ideò non impedit quominus Iudex ad quem non possit absoluere nulliter excommunicatum, vt fuit dictum *in causa Placentina fideiussionis 22. Iunij 1592. coràm Penia. & in d. Segobricen. operariæ 27. Iunij 1597. coràm Card. Pamphilio.*

9 Et operatur, quod nullitates non sint cognoscendæ per Iudicem à quo, sed per Iudicem ad quem. *Verall. decis. 45. lib. 1.*

10 Et est ratio, quia hæc clausula præseruat tantum legitimam executionem, non autem nullam, vel iniustam, vt fuit dictum *in causa Romana Casalis 24. Nouemb. 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino. & in d. Segobricen. operariæ 27. Iunij 1597. coràm Card. Pāphilio.*

11 Et illegitima executio reuocatur, etiam per viam attentatorum, vt fuit dictum *in d. Romana Casalis 24. Nouembris 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

12 De clausula, sine præiudicio legitimæ executionis arbitrio Rotæ, *vide in causa Salamantina nullitatis censurarum 16. & 28. Nouemb. 1594. coràm Seraphino.* vbi stante hac clausula fuit simpliciter inhibitum.

13 Hæc clausula in commissione appellationis, posita præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, vt possit procedere ad executionem non obstante, quod pendeat appellatio. *Lancellott. de attent. post inhibit. cap. 20. limit. 13.* & fuit dictum *in causa Tarraconen. Villa de Reus 8. Februarij 1593. coràm Seraphino. & in Spoletana responsionis 5. Iulij 1599. coràm Corduba. facit Rota decis. 641. nu. 10. & 11. part. 1. diuers.*

14 Limita, nisi Iudici, à quo esset inhibitum. *Gig. de pens. quæst. 69. nu. 4. Lancellot. de attent. post inhibit. ampliat. 1. num. 18.*

15 In contrarium, vide eumdem *Lancellot. de attent. post inhibit. limit. 13. & facit Fab. decis. 23. lib. 2.* & vide suprà in clausula 305. dummodo causa non sit instructa. *Vant. de null. per tot. quot. & quib. mod. &c. nu. 30. Cas. de Graß. decis. 3. nu. 4. de re iud.*

16 Hæc clausula est de mera iustitia. *Cas. de Graß. decis. 6. nu. 19. & 20. de caus. poss. & propriet.*

17 Hæc clausula non comprehendit sententias nullas, & iniustas. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.* & fuit dictum *in Calaguritana de Zaluendo 9. Decembris 1588. coràm Seraphino.*

18 Nec tollit iurisdictionem Iudicis ad quem, & licet non operetur effectum suspensiuum, operatur tamen deuolutiuum, vt de eo cognosci possit, etiam reuocando. *Rota in Calaguritana de Zaluendo 9. Decembris 1588. coràm Seraphino.*

19 Hæc clausula solum præseruat facultatem executoribus literarum Apostolicarum procedendi ad executionem non obstante iudicio ordinario. *Put. decis. 97. lib. 1.* & fuit dictum *in causa Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio. in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Cardin. Lancellotto. & in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

Clauf. 758. Sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum, &c.

Num. 1. Ista clausula non impedit quominus Iudex ad quem possit procedere, etiam non facta executione, dummodo illam nō impediat, vt fuit dictū *in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Card. Lancellotto. & in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

2 Item non impedit quominus facta executione possit dari de nullitate executionis, & possessor manuteneri, si non habuerit se pro spoliato, quia facta executione est consumptus effectus dictæ clausulæ, & Iudex functus est officio suo. *Put. decis. 419. lib. 2.* & fuit resolutum *in causa Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio, & in causa Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Card. Lancellotto. in Oritana Parochialis 11. Decembris 1597. coràm Peregrino. & in Regien. beneficij 13. Ianuarij 1597. coràm Litta.*

3 Secus tamen ante factam executionem, nam donec fit executio propter hanc clausulam non potest dari mandatum de manutenendo, nè oriatur contrarietas, si executor eiecerit, & Iudex cui est commissa causa manuteneret, vt fuit dictum *in causa Tullen. congruæ 9. Decembris 1597. coràm Corduba, & in Regien. Monasterij 13. Ianuarij 1597. coràm Litta. in Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio. & in eadem 4. Decemb. 1595. coràm eod. & in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

4 Dic verum, quando mandatum de manutenendo daretur simpliciter, secus si cum clausula, sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum, prout cum ista clausula fuit datum *in d. Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

5 Et adde, quod clausula sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum, quatenus illi locus sit, in cōmissione apposita cum facultate manutenēdi non transfert executionem ad Iudicem ad quem ita, vt possit videre, àn sit locus executioni, sed solum operatur, vt possit videre, àn sit dandum mandatum de manutenendo cum dicta clausula, vt fuit resolutum *in d. Oritana Parochialis.*

6 Hæc clausula posita in commissione intelligitur de literis anteà emanatis, non autem de gratia, posteà concessa, non facta mentione litis, *ad tradita per Lancellot. de attent. lit. pend. num. 413. & 423. Paleot. decis. 116. Ioannes Michael.* ita fuit dictum *in causa Vallisoletana Scholastica 5. Iulij 1599. coràm Cardin. Lancellotto.*

7 Hæc clausula in commissione causæ principalis apposita operatur, quod non possit procedi in negocio principali, nisi parito literis, sicut dicitur de clausula, sine retardatione solutionis pensionis. *Sarnen. in compend. Signatur. nu. 84. Put. decis. 19. de pensionib. Io. Paul. decis. 61.* cui æquipollet, ita fuit resolutum *in Siracusana præheminentiarum 5. Octobris 1584. coràm Bubalo.* & fuit dictum *in causa Auellina Archi-*

Archipresbyteratus 6. Aprilis 1590. coràm Penia.

8 Hæc clausula posita in commissione appellationis operatur, quod sustineatur executio facta appellatione pendente, vt fuit dictum *in causa Foroliuien. beneficiorum 13. Iunij 1588. coràm Seraphino.*

9 Hæc clausula non operatur, quod posterior possessor sit manutenẽdus, quia intelligitur, prout de iure, *Rota in Vrbinaten. Parochialis 10. Ianuarij 1611. coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

10 Hæc clausula semper solet apponi in commissione appellationis à decreto, seu sententia prolata vigore literarum Apostolicarum. *Gonzal. in regul. 8. Cancell. in annot. contr. nullit. & attent. nu. 221. & seqq.*

11 Et solet quandoq; apponi parito literis. *d. Gonzal. vbi suprà, nu. 225.*

12 Non tamen apponitur, vbi appellatur à sententia lata contrà executionem literarum Apostolicarum. *d. Gonzal. glos. 6. nu. 103. & seqq.*

Clausula 759. Sine præiudicio prioritatis, &c.

Num. 1. Hæc clausula, sine præiudicio prioritatis, & anterioritatis, posita in renunciatione hypothecæ super aliqua re intelligitur, quoad alia bona præter illam, cui renunciauit. *Grammatic. decis. 66. nu. 4. & 7. Rota in Romana apothecarum 14. Iunij 1602. coràm Card. Lancellotto.*

2 Est præseruatiua, & operatur, vt non censeatur præiudicatum hypothecæ. *l. si debitor. §. in venditione. ff. quib. mod. vel hypoth. soluat.*

3 Si sit apposita dationi insolutum operatur tantum in euentum euictionis. *Gozzad. cons. 38. nu. 12. lib. 1.*

Clauf. 760. Sine præiudicio venientium ab intestato.

Num. 1. Hæc clausula posita in legitimatione, non intrat stante testamento, *Castr. cons. 102. col. fin. versic. quartò videndum. & cons. 429. in fin. lib. 2. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 16. ad fin. Lancell. Galliaul. num. 9. ff. de liber. & posthum. Bald. inter consil. Angel. cons. 265. Fulgos. cons. 16. nu. 2. Capr. cons. 157. nu. 44. & seqq. Curt. Sen. cons. 18. nu. 15. & cons. 19. num. 10. Dec.* qui de communi testatur. *cons. 393. num. 1. consil. 338. nu. 4. & cons. 576. sub nu. 6. cons. 610. nu. 1. & cons. 338. nu. 4. cons. 576. sub nu. 6. cons. 610. num. 1. & cons. 698. nu. 5. Ruin. cons. 173. nu. 7. lib. 1. cons. 72. nu. 1. lib. 3. Gozzadin. cons. 6. nu. 33. & nu. 77. Grat. cons. 63. nu. 6. lib. 1. Gabr. cons. 29. nu. 17. & cons. 30. nu. 29. lib. 1. Zuccard. in l. posthumo. num. 48. C. de bon. poss. contrà tabul. Couar. in epitom. part. 2. cap. 8. §. 10. sub nu. 1. versic. nam prædicta clausula. Rot. decis. 355. num. 2. part. 1. diuers.* & fuit resolutum *in causa Romana de Busseio 10. Ianuarij 1567. coràm Robusterio. Roland. cons. 83. nu. 19. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 186. nu. 33. lib. 2. Cephal. cons. 442. nu. 5. lib. 3. Thob. Non. cons. 69. nu. 6. Cæs. de Graff. decis. 9. nu. 13. de testam. & decis. 4. nu. 3. qui fil. sint legitim. Capic. decis. 22. vbi vide decis. in Romana de Iacbellis 20. Iunij 1614. coràm Vbaldo,* vbi habes de quo præiudicio intelligatur.

2 De ista clausula, & eius effectu, vide *Gambar. de Legat. lib. 7. quæst. 39. nu. 315. cum multis seqq. Angel. cons. 264. & 265.*

3 Quomodo hoc intelligatur, vide *Cæsar de Graff. decis. 4. nu. 7. qui fil. sint legitim.* vbi àn filius sic legitimatus possit impugnare paternam voluntatem, & contrà tabulare, de quo etiam, *vide eumdem decis. 2. & 3. num. 2. eod. tit.* & in eis, àn possit petere legitimam, & eius supplementum.

4 Ideò non præseruat ius competens substitutis ex testamento, vt fuit dictum *in Camerinen. bonorum 14. Maij 1589. coràm Seraphino. & in d. Romana de Iacbellis,* vbi respondetur ad decisiones Ortemberghi, & Lancellotti infrà allegatas.

5 Et ideò condito testamento, nihil operatur. *Gabr. cons. 29. num. 17. lib. 1.*

6 Contrarium tenet. *Ruin. cons. 3. nu. 22. versic. nec istis obstat. lib. 1. & cons. 206. num. 8. lib. 3. Angel. consil. 264. nu. 1. vers. si autem intellexisset. Alex. cons. 217. nu. 12. versic. Item potest intelligi. lib. 5. Gabr. cons. 30. nu. 30. lib. 1. & 22. nu. 7. lib. 2. Honded. cons. 64. nu. 22. lib. 1. Capic. decis. 22. nu. 3. versic. Item respondetur.* & fuit resolutum *in Cæsenaten. bonorũ 23. Ianuar. 1608. coràm Reuerendiss. Ortembergo. & in Narnien. de Capitonibus 19. Ianuarij 1609. coràm Card. Lancellotto.*

7 Hæc clausula operatur, vt legitimatus dicatur habilitatus solum in eo, quod pater ei reliquit, vt de communi testatur. *Paris. cons. 14. nu. 44. lib. 2. Dec. consil. 338. nu. 4. & 393. nu. 1. Socc. Iun. cons. 97. nu. 47. & 120. n. 26. lib. 2. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 2. n. 9. & 91. Put. decis. 303. lib. 3. Gabr. cons. 22. nu. 13. lib. 2. cum alijs allegatis in Bononien. apothecarum 24. Octobris 1603. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

8 An illi debeatur legitima, vide *Cæs. de Graff. decis. 9. de testament. & decis. 2. & 4. qui fil. sint legitim.*

9 An grauatus fideicommisso possit detrahere legitimam, & Trebellianicam, vide *Dec. consil. 257.* vbi quod sic. *& Rip. in l. centurio. nu. 48. ff. de vulg. vbi citat. Soccin. in contrarium.*

10 Hæc clausula strictè debet interpretari, prout eius verba sonant. *Cæs. de Graff. decis. 9. num. 17. de testam. & decis. 4. nu. 3. & 17. qui fil. sint legitim.*

11 Hæc clausula præseruat successiones, etiam transuersalium ab intestato. *Cæs. de Graff. decis. 2. nu. 3. qui fil. sint legitim. Rot. decis. 501. num. 1.* vbi de magis communi, & veriori. *part. 1. diuers.*

12 Contrarium, quod scilicet solum præseruet ius succedendi descendentibus, tenet *Ancharan. cons. 153. nu. 5. & Soccin. 41. nu. 9. lib. 3.*

13 Hæc clausula, si legatur in facultate legitimandi, àn censeatur repetita in legitimatione, vide *Cæs. de Graff. decis. 2. nu. 13. qui fil. sint legitim.*

14 Non operatur in retentione. *Cæs. de Graff. decis. 3. nu. 1. qui fil. sint legitim.*

15 Hæc clausula non obstat, nequè attenditur, vbi non datur concursus venientium ab intestato. *Cæsar de Graff. decis. 3. in fin. qui fil. sint legitim.*

16 Hæc clausula operatur, vt legitimatio non sit propriè legitimatio, sed dicatur dispensatio. *Dec. consil. 338. sub nu. 3. & cons. 576. nu. 6. in fin.*

17 Contrarium, quod licet limitet successionem sit tamen propriè legitimatio. *Gabr. consil. 30. num. 2. lib. 1. Achill. decis. 185.*

18 Ad quod vbi quis non legitimatur, sed habilitatur ad successionem, tunc prima opinio posset habere locum. *Gabr. cons. 30. nu. 3. lib. 1.*

19 Hæc clausula non nocet instituto à patre, & legitimato post eius mortem de mandato ipsius. *Gabr. cons. 29. nu. 18. lib. 1.*

20 Appe-

10 Apposita in legitimatione ad feuda operatur, vt legitimatus solum admittatur ad feuda hæreditaria. *Gabr. cons.30. num.28.lib.1.*

11 Reseruat ius alijs competens ex contractu. *Gabr. d. cons.30. nu.30. lib.1.*

Clausula 761. Sine præiudicio trium conformium, &c.

Num.1. Hæc clausula posita in commissione restitutionis in integrum non impedit, quominus dicatur introducta lis ante executionem, vt fuit dictum *in causa Aquilana Canonicatus 26. Aprilis 1591. corā Seraphino.*

2 Hæc clausula intelligitur de validis, *ad l.4. §.condemnatum. cum ibi notat. ff. de re iudic.* vt in simili in clausula, Constito de tribus conformibus, &c. fuit resolutum *in causa Caputaquen. vnionis 1. Iulij 1587. coràm Bubalo. & in causa Lauden. pecuniaria 1. Iulij 1585. coràm Cardin. Pamphilio.* cum alijs suprà allegatis in clausula, Constito 216.

3 Hæc clausula debet apponi in commissione appellationis à reuocatione attentatorum, secundum *Lancellot. de attent. part.3. cap.28. nu.92. in fin. & seqq.* sed credo non solere poni per Signaturam.

Clausula 762. Sine retardatione solutionis pensionis.

Num.1. Hæc clausula tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur, quod Iudex non possit validè procedere in negotio principali, nisi prius soluta pensione. *Sarnen. in compend. Signat. n.84. Paris. cons.94. nu.12. lib.4. Io. Paul. decis.61. Put. decis.21. de pens. & Cleric.34. in fin. lib.1. Cas. de Grass. decis.8. nu.1. de re iudic.* & fuit dictum *in causa Vercellen. pensionis 29. Maij 1587. coràm Platto. in Tarraconen. pensionis 15. Nouemb. 1593. coràm Gypsio. in Romana de Cincijs 23. Iunij 1595. coràm Card. Mantica. in Romana pēsionis 9. Iunij 1597. coràm Card. Pamphilio. & in Spoletana responsionis 5. Iulij 1599. coràm Corduba. et vide in causa Hispalen. pensionis 6. Aprilis 1590. coràm Seraphino. & in Tarraconen. pensionis 4. Decemb. 1584. coràm Seraphino. Rot. decis.182. nu.3. lib.2. p.3. Rota in Abulen. pensionis 15. Decemb. 1610. coràm Pirouano. in Cauen. pensionis 30. Maij 1611. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. in Tirasonen. pensionis 9. Aprilis 1612. coràm Reuerendiss. Manzanedo. & in Aquen. pensionis 1. Iulij 1612. coràm Card. Sacrato.*

2 Ampliatur primò, vt etiam operetur, quod lite pendente pensio sit soluenda. *Staphil. de lit. iustit. §. in primis. nu.84. Gig. de pens. quæst.3. nu.9. Couar. var. resolut. lib.2. cap.1. nu.9. in fin.*

3 Adde, quod ista clausula suspendit iurisdictionem in præiudicium titularis, & in fauorem pensionarij, qui interim est manutenendus. *Rota in Oriolen. decimarum 19. Iunij 1592. & in Cæsaraugustana pensionis 4. Iulij 1608. coràm* . . . .

4 Et adde, quod de solutione constare debet in actis antequàm Iudex procedat aliàs non dicitur certus de sua iurisdictione. *Rota in Cauen. pensionis 30. Maij 1611. coràm Reuerendiss. Coccino Decano.* & vide infrà.

5 Ampliatur secundò, vt procedat etiam lata sententia super spolio, quia in causa appellationis datur hæc clausula, vt fuit resolutum *in causa Brixien. pensionis 21. Maij, & 29. Nouembris 1599. coràm Penia.*

6 Ampliatur tertiò, vt procedat, etiam si sententia per appellationem suspendatur, vt fuit dictum *in d. Brixien. pensionis 21. Maij, & 29. Nouembris 1599. coràm Penia.*

7 Ampliatur quartò, vt prædicta procedant, etiam non docto de aliqua quasi possessione exigendi, quia sufficit, quod literæ sint expeditæ, vt fuit dictum *in Romana pensionis 23. Martij 1576. coràm Blanchetto.*

8 Stante hæc clausula sufficit, vel quasi possessio, vel expeditio literarum, nec vtrumquè requiritur, vt fuit dictum *in causa Romana pensionis 23. Martij 1576. coràm Blanchetto. in Burgen. pensionis 24. Nouembris 1595. coràm eodem. in Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino. in Romana pensionis 9. Iunij 1597. & 28. Februarij 1598. coram Card. Pamphilio. in Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coram Penia. & vide in causa Lunen. Sarzanen. pensionis 15. Februarij 1593. coràm Seraphino. & in Burgen. pensionis 19. Februarij 1596. coràm Blanchetto.*

9 Adde tamen, quod sola supplicatio sufficit, nec tunc requiritur expeditio literarum, vt fuit resolutum *in causa Anconitana pensionis 15. Iunij 1587. coràm Plato. & in Auximana pensionis 5. Maij 1589. coram Comitulo.*

10 Et ad effectum huius clausulæ non requiritur, quod literæ sint iustificatæ, nisi gratia esset conditionalis, vt putà postquàm Clericali caractere fuerit insignitus, &c. vt fuit dictum *in causa Compostellana pensionis 11. Maij 1584. coram Seraphino.*

11 Item adde, quod licet ad effectum huius clausulæ alterum sufficit, ad effectum tamen manutentionis vtrumq; requiritur, nempè, quod constet de reseruatione pēsionis, & quod adsit quasi possessio exigendi. *Achill. decis.4. de rescript.* & fuit dictum *in causa Salamantina pensionis 18. Aprilis 1572. coram Sanctiss. Aldobrandino, & vide in causa Tarraconen. pensionis 4. Decembris 1591. coràm Gypsio. vide Mandos. in regul.3. quæst.7. num.2. post med. Rota in Oxomen. pensionis 20. Maij 1598. coram Litta.*

12 Hæc clausula operatur, etiam quod ex actis constet de nullitate pensionis putà, quia non est facta mentio alterius pensionis. *Io. Paul. decis.61. quæ est decis.816. lib.3. p.3. diuers. & decis.304. aliàs 1059. d. lib.3. Ant. August. de claus. sine retardatione. nu.4.* & fuit dictum *in causa Burgen. pensionis 24. Nouembris 1595. coràm Blanchetto.*

13 Si tamen non fuisset adiecta hæc clausula, sed dictum, sit quod procedatur ad declarationē, prout iuris, tunc enim si pensio est nulla non retardatur processus ob non solutionem. *Rot. decis. 1059. lib.3. part.3. diuers.*

14 Non tamen operatur, quando constat de vitio, seu nullitate pensionis ex ventre literarum, & de non iure pensionarij. *Sarnen. in compend. Signatur. nu.84. Ant. August. de claus. sine retardatione. in princ. Cassiad. decis.10. de rescript. Achill. decis.4. in fin. eod. tit. Rot. decis.310. num.3. part.1. diuers. Cas. de Grass. decis.8. nu.13. de re iudic. & decis.349. num.7. part.1. diuersor.* & ita fuit semper in Rota seruatum, vt fuit dictum *in causa Salamantina pensionis 15. Ianuarij 1586. coram Cardin. Pamphilio. & in causa Burgen. pensionis 19. Februarij 1596. coram Blanchetto. & vide in alia Burgen. pensionis 24. Nouembris 1595. coràm eodem.*

15 Quas

15 Quas nullitates excludat ista clausula, vide *Put. decis.34. lib.1.*

16 In contrarium est *decis.Put.35 .lib.1.* quam sequuta fuit Rota *in una Romana pensionis 23. Martij 1576. coràm Blanchetto, vt in decis.301. in fin. p.1. diuers.* quia vt in ea dicitur aliundè, etiam potest probari contrarium; & ideò interim non est impediendus pensionarius in exactione pensionis.

17 Et vbi requiritur iustificatio extrinseca impedit, nè possit dari de nullitate, *Rota in Tirasonen. pensionis 9. Aprilis 1612. coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

18 Et adde, quod à tempore Gregorij XIII. eo ita mãdante in Signatura retulit Dominus Robusterius, prout habetur in notis *Card. Pamphil. Sen. in sua Salamantina pensionis 15. Ianuarij 1586.* fuit seruatum, quod exceptio oriens ex ventre non impediat dictam clausulam, ex quo propterea iurisdictio est data sub conditione, *& in d. Salamantina* Domini dixerunt, quod titularis adiret Signaturam.

19 Et adde, quod tunc exceptio dicitur oriri ex ventre, quando gratia est conditionalis aliàs secus, & ita intelligit Rota, vt fuit dictum *in causa Compostellana pensionis 11. Maij 1584. coràm Seraphino.*

20 Stante hac clausula sententia lata non prius soluta pensione est nulla, vt fuit resolutum *in causa Vercellen. pensionis 29. Maij, & 15. Iunij 1587. coram Plato. & tradit Put. decis.19. de pens. Ant. Aug. de claus. sine retardatione. §.6.*

21 Et generaliter omnia gesta ante solutam pensionem, stante hac clausula sunt nulla, vt fuit resolutum *in causa Tarraconen. pensionis 15. Nouembris 1593. coràm Gypsio.*

22 Nec sufficit, quod pensio sit verè soluta, nisi constet in actis de solutione, vt Iudex certus sit de sua iurisdictione, vt fuit dictum *in d. Tarraconen. pensionis 15. Nouembris 1593. coram Gypsio. & in Cauen. pensionis 30. Maij 1611. coram Reuerendiss. Coccino Decano.*

23 Huic clausulæ non dicitur satisfactum, vbi solutio est facienda à tertio, qui se obligauit in forma Cameræ, & non soluit ob protestationem factam ab eo, qui vult procedere in causa, secus tamen est, si Iudex cogat obligatum soluere non obstãte protestatione, nam tunc dicitur satisfactum, quia hoc casu protestatio non impedit solutionem, *vide in causa Romana de Cincijs 11. Decembris 1593. coram Card. Mantica.*

24 Hæc clausula posita in commissione appellationis refertur quoad summam contentam in sententia, nec vltrà extenditur, vt fuit resolutum *in causa Romana pensionis 23. Maij 1576. coram Blanchetto.*

25 Hæc clausula censetur in qualibet commissione reperita. *Aegid. decis.41. & 526. Cassad. decis.8. num.5. de rescript. Tholom. decis.30. Rot. decis.321. nu.1. p.1. diuers.* & in terminis huius clausulæ fuit resolutum *in causa Nouarien. decimarum 11. Decembris 1573. coram Blanchetto.* & fuit dictum *in causa Auellina Archipresbyteratus 6. Aprilis 1590. coram Penia. in Carthaginen. pensionis 13. Martij 1600. coram Card. Lancellotto, in Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coram Penia. in Ciuitatis Castelli pensionis 11. Februar. 1577. coram Cantuccio. & in Romana annuæ præstationis 4. Februarij 1602. coram Penia.*

26 Et durat per omnes instantias, donec res per rem iudicatam fuerit terminata. *Cassad. decis.10. nu.8. de rescript. Rota in Neriton. pensionis 26. Nouemb. 1607. coram Cardin. Caualerio. & in Abulen. pensionis 15. Decembris 1610. coram R.P.D. Pirouano.*

27 Hæc clausula postquam commissio est præsentata, & effecta communis impedit quominus possit dari pensionario sententia canonizatoria pensionis, nisi ea soluta, vt fuit dictum *in causa Salamantina pensionis 29. Nouembris 1582. coram Bubalo.*

28 Hæc clausula datur etiam translatario, qui numquàm exegit, si transferens fuit in quasi possessione exigendi. *Sarnen. in compend. Signatur. num.85. Ant. August. de translat. nu.3.* & de clausula sine retardatione, *nu.3.* & fuit dictum *in causa Bononien. pensionis 17. Maij 1592. coram Card. Millino. & in causa Lauden. pensionis 29. Martij 1599. coram Penia. & vide in causa Taurinen. pensionis 18. Martij 1602. coram Card. Lancellotto. & in Carpentoractien. pensionis 29. Maij 1602. coram eodem.*

29 Etiamsi adsit clausula, arbitrio Rotæ, non suspenditur solutio si adsint literæ, *vide in causa Taurinen. pensionis 18. Martij 1602. coram Card. Lancellotto.*

30 Contrarium tenet *Cassad. decis.10. nu.8. de rescrip. Vestr. lib.2. cap. fin. num.2. Rota in Brixien. pensionis 23. Maij 1594. coram Cardin. Millino. in Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta. & in Papien. pensionis 11. Decembr. 1606. coram Reuerendiss. Ortembergo.* vbi videas.

31 Hoc tamen intelligatur iustificata translatione, ac etiam reseruatione antiqua, etiam quod adsit clausula, arbitrio Rotæ, vt fuit dictum *in d. Lauden. pensionis 29. Martij 1599. coram Penia.*

32 Quid si translatio fuit facta in plures personas, *vide in causa Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coràm Penia.*

33 Hæc clausula posita in commissione appellationis præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, vt in futurum possit cogere titularem ad solutionem, vt in simili de clausula, sine præiudicio. tradit *Lancellot. de attent. post inhibit. cap.20. limit.13. Rota in Tarraconen. Villæ de Reus 8. Februarij 1593. coràm Seraphino.* & in terminis pensionis *in causa Spoletana pensionis 5. Iulij 1599. coràm Corduba. in Neritonen. pensionis 3. Martij 1608. coràm Card. Caualerio. & in d. Abulen. pensionis 15. Decembris 1610. coràm R.P.D. Pirouano.*

34 Limita, nisi illi esset inhibitum. *Gig. de pens. q.69. nu.4. Lancellot. de attent. post inhibit. ampl.1. nu.18.*

35 In contrarium. *Lancellot. vbi suprà ampliat.13.*

36 An censeatur ita præseruata, vt non transeat in Iudicem ad quem, vide *Rota in Neritonen. pensionis 3. Martij 1608. corã Card. Caualerio, & in d. Abulen. pensionis 15. Decemb. 1610. corã R.P.D. Pirouano.* vbi fuit resolutũ hanc clausulam positam in cõmissione appellationis præseruare iurisdictionem executoris cumulatiuè quoad Iudicem ad quem, nõ autem priuatiuè.

37 Hæc clausula posita in commissione Nuncij non obstat, si Nuncius posteà causam ad se auocauit, vt fuit resolutum *in causa Oxomen. pensionis 28. Iunij 1595. coràm Card. Pamphilio.*

38 Hæc clausula solet poni in honorem literarum Apostolicarum. *Staphil. de lit. iust. §. in primis. nu.84. aliàs sit. except. sol. plus oper. nu.13. vers. alia. & secunda ratio. Gig. de pens. quæst.35. in fin. & q.62. num.12.* & fuit dictum *in Romana pensionis 13. Iunij 1597. coràm Card. Pamphilio. & in Cusentina pensionis 6. Nouembris 1596. coràm Corduba. & Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coràm Penia. & vide in causa*

Lucerina

Lucerina pensionis 22. Martij 1602. coram Penia. Sarnen. in compend. Signat. nu.86. Gig. q.85. in princ. Vestr. in prax. lib.3. cap. vltimò. nu.1. Rota in Abulen. pensionis 15. Decembris 1610. coram R.P.D. Pirouano.

39 Semperq; apponitur, vbi constat de reseruatione pensionis. *Rota in Neritonen. pensionis 9. Nouembris 1607. coràm Card. Caualerio.*

40 Item ad obuiandum fraudibus, & malitijs soluere recusantium, nè scilicet interim durante lite solutio pensionis omittatur. *Staphil. d. §. imprimis. num.84. aliàs d. nu.13. vers. Prima est. Gig. d. quæst.35. in fin. & quæst.62. nu.12.* & fuit dictum *in d. Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coram Penia. Sarn. in compend. Signat. nu.86.* Gig. *d. q.85. in princip. & vide in causa Lucana pensionis 22. Martij 1602. coram Penia. Couar. var. resol. lib.2. c.1. nu.9. in fin. Rot. in d. Abulen. pensionis.*

41 Item in commissione inualiditatis pensionis, nè interim pensionarius pensione spolietur. *Gambar. de Legat. tit. de pensionib. num.675.* & fuit dictum *in Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coràm Penia.*

42 In quo sit fundatus stylus apponendi istam clausulam, vide *Lancellot. de attentat. lit. pendent. declaratione quarta. num.2.*

43 Hæc clausula posita in commissione principali afficit, etiam tertium venientem ad causam pro suo interesse. *Verall. decis.1. lib.1. in manuscript.* & fuit dictum *in causa Compostellana Parochialis 16. Decembris 1596. coràm Orano.*

44 Hæc clausula non datur, quando pensionarius stetit longum tempus, quo non petijt pensionem. *Sarnen. in compend. Signat. num.86. vers. præterea. Gig. de pens. quæst.85. nu.3. & vide in causa Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coràm Penia.*

45 Dic verum, quando pensionarius potest agere, & negligit, secus verò si non potest agere, quia non data negligentia non censetur amisisse animum exigendi, vt fuit dictum *in causa Brixien. pensionis 15. Martij, & 21. Maij 1599. coram Penia.* vbi de eo, qui transtulerat pensionem sub cōditione, & quod stante inualiditate translationis, licet diu non perierit, nihilominus datur clausula, sine retardatione solutionis pensionis.

46 Non datur, quando pensio est conditionalis, vt in pensione reseruata cum clausula, dummodo remaneant centum liberi pro Rectore, vt fuit resolutum *in Lunen. Sarzanen. pensionis 15. Februarij 1593. coràm Seraphino.*

47 Item non datur, quando pensio est imposita super pluribus beneficijs, quæ posteà deuenerunt ad manus diuersarum personarum. *Ant. August. de solut. pens. nu.2. Sarnen. in compend. Signatur. num.87. vers. Est & alius casus. Gig. de pens. quæst.85. num.5. vide Rota in causa Segobricen. pensionis 19. Aprilis 1602. coràm Seraphino.*

48 Nec datur, vbi ex productione literarum reseruationis resultat exceptio, *vt per Sarnen. in compend. Signatur. ad fin. nu.94. vers. Est aduertendum facit. Caßador. decis.10. de rescript. & Cas. de* Graff. *decis.8. nu.13. de re iudicat.*

49 Hæc clausula ān, & quando obstet non possidenti beneficium, super quo pensio, quæ petitur est imposita, vide *Crescent. decis.3. de caus. poss. & proprietat.*

50 Hæc clausula operatur, vt appellatio perdat effectum suspensiuum. *Lancellot. de attent. p.3. cap.26. num.93. & seqq.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 99.

Clausula 763. Sine retardatione, &c. Arbitrio Rotæ.

Num.1. Hæc clausula intelligitur, prout de iure, *ad Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur. nu.8. Paris. cons.56. num.5. lib.1. Soccin. Iun. cons.49. nu.16. lib.2. Peregrin. decis.239. ad fin. lib.2. Cæsar de* Graff. *decis.7. nu.7. & decis.8. nu.2. de re iudic.* & fuit dictum *in causa Compostellana pensionis 7. Nouembris 1584. coràm Seraphino. in Romana pensionis 13. Iunij 1597. coràm Card. Pamphilio. in Brixien. pensionis 21. Maij 1599. coram Penia. & vide in causa Burgen. pensionis 18. Februarij 1596. coram Blanchetto.* & in alijs causis infrà allegatis, *& in causa Taurinen. pensionis 18. Martij 1602. coram Card.* Lancellotto.

2 Et ideò quando nulla adest causa non retardat, neque impedit effectum clausulæ, sine retardatione solutionis pensionis, vt fuit dictum *in causa Romana pensionis 13. Iunij 1597. coram Card. Pamphilio.*

3 Et quando pensio est iustificata non est locus arbitrio ad retardandam solutionem, vt fuit resolutum *in causa Lucerina pensionis 22. Martij 1602. coram Penia.*

4 Operatur tamen, vt censeatur data facultas cognoscendi de validitate, vel inualiditate pensionis ad effectum procedendi cum retardatione, vel sine, vt fuit seruatum *in causa Compostellana pensionis 12. Octobris 1584. coram Seraphino. & in causa Lunen. Sarzanen. pensionis 15. Februarij 1593. coram eodem.*

5 Nec vbi sumus in prouisione Apostolica auctoritate reseruata. *Rota in Meßanen. pensionis 6. Aprilis 1612. coram Reuerendiß. Manzanedo.*

6 An vt sit locus compensationi pro terminis indebitè solutis pensionario, vide *Rota in Abulen. pensionis 15. Decembris 1610. coràm R.P.D. Pirouano.*

7 Et ideò stante hac clausula, si detur de nullitate pensionis Rota antequàm declaret arbitrium solet degustare validitatem pensionis, & si pensio est valida non dat arbitrium, vt fuit resolutum, & ob seruatum *in d. Compostellana pensionis 12. Octobris, & 7. Nouembris 1584. & 15. Martij 1585. coram Seraphino. & in Cusentina pensionis 6. Nouembris 1590. coram Corduba.*

8 Nisi tamen nullitas pensionis sit euidens eius solutio non retardatur, etiam stante dicta clausula, vt fuit resolutum *in Compostellana pensionis 7. Nouembris 1584. coram Seraphino.*

9 Prout stante hac clausula fuit retardata solutio pensionis, donec literæ iustificarentur. *Rota in causa Asculana pensionis 28. Iunij 1593. coram Orano.*

10 Hæc clausula operatur, quod quando ab vno intentatur possessorium, & altero petitorium, possessorium non suspendat petitorium, sed vtrumquè procedat, *ad Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 4. conclus. nu.26. & ibi Rip. nu.164. ff. de acquir. possess. Crot. cons.105. num.3. Menoch. de retinend. remed.3. nu.533.* & fuit resolutum *in causa Ispalen. pensionis 9. Decembris 1575. coram Cæsare de Grassis. & 27. Ianuarij 1576. coràm eodem.*

11 Stante hac clausula vltrà literas requiritur, etiam quasi possessio contrà successorem, vt fuit resolutum *in causa Cremonen. pensionis 28. Iunij 1560. coram Gropperio.*

Clausula 732. Seu talia mixtim fuerint, &c.

Ista clausula posita in dispensatione ad beneficia, tàm regularia, quàm sæcularia operatur, vt comprehendantur ea, quæ mixtim sunt talia, quæ aliàs non comprehenderentur. *Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. seu si talia.*

Clausula 733. Si aliud Canonicum impedimentum non obsistat, &c.

Hæc clausula sic declaratur, nempè si non est homicida, & irregularis, vel aliàs inhabilis. *Rebuff. in prax. tit. de rescript. in form. commun. num. 17.*

Clausula 734. Si constiterit, &c.

Num. 1. Hæc clausula requirit veras, & perfectas probationes. *Anan. in cap. si constiterit. & ibi Felin. nu. 5. de accusat. Cas. de Grass. decis. 2. nu. 3. de rescript.*

2 Dic verum, quando est positum sub certa conditione, secus si per viam monitionis. *Felin. in d. cap. si constiterit. sub nu. 5. de accusat.*

3 Circa istam clausulam, vide remissiuè *Felin. in d. cap. si constiterit. sub nu. 5. de accusat.* & suprà clausula, Constito 216. &c.

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 89.

Clausula 735. Si contrarium fiat appello.

Hæc clausula quomodo intelligatur, & quid operetur, vide *Put. decis. 311. lib. 3.*

Clausula 736. Sicquè in præmissis, &c.

Clausula, Sicquè in præmissis omnibus indicari per quoscumquè, &c. non habet vim clausulæ sublata, &c. vt fuit dictum *in Ispalen. beneficij de Xeres 6. Nouembris 1602. coràm Litta.*

Clauf. 737. Sicut accepimus, &c.

Num. 1. Hæc clausula in gratia Motu proprio apposita non requirit iustificationem. *Paris. decis. 101. lib. 3. Achill. decis. 10. nu. 1. & seqq. de probat. cum alijs allegatis in Meten. Monasterij 21. Febr. 1600. coràm Litta. Rot. decis. 447. nu. 1. part. 1. diuers.* secus in gratia ad supplicationem. *Put. decis. 101. lib. 3. Guidobon. decis. 161.* & fuit dictum *in causa Meten. Monasterij 21. Februarij 1601. coràm Litta.* vbi quod in gratia ad supplicationem dicitur narratiua partis, & non Papæ, secus in gratia Motu proprio facta.

2 Hæc clausula ostendit narrata à Papa esse ad partis supplicationem, & assertionem. *Rota in Patten. pensionis 5. Decembris 1614. coràm Card. Pamphilio.*

3 Admittit tamen probationem in contrarium. *Put. decis. 100. lib. 1. Achill. decis. 10. ad fin.*

Clausula 738. Sicut iustè, &c.

Num. 1. Ista clausula, quando stet conditionaliter, & quando causatiuè, vide *cap. quia diuersitatem. de conceß. præbend. gloß. fin. in cap. quoniam Abbas, & ibi Doct. præcipuè. Felin. nu. 12. & Dec. num. 89. & seq. de offic. delegat. gloß. fin. in cap. examinata. & ibi Doct. præsertim. Abb. nu. 5. & 6. Bellamer. num. 9. & Dec. nu. 13. de confirm. vtil. vel inutil.* vide in proposito. *Felin. in cap. 2. nu. 11. & 12. de rescript.*

3 Et adde, quod si in confirmatione dicitur, sicut iustè possidetis oportet ostendere, quod iustè possideant, aliàs confirmatio non suffragatur, nisi posteà spatio 40. annorum possederint, quia spatio tanti temporis dicuntur præscripsisse. *Rebuff. de decim. quæst. 13. nu. 91. Rota in Lunen. Sarzanen. 1. Martij 1602. coràm Card. Sacrato.*

3 Ostendit enim confirmationem esse in forma communi, quæ nihil dat de nouo. *Rota in d. Lunen. Sarzanen. Capellaniæ.*

Clauf. 739. Si de præmissis, seu altero eorum constiterit, &c.

Ex hac clausula posita in supplicatione impetrationis in forma iuris sub narratiua plurium delictorum, soleant cassari illa verba, seu altero eorum, & omnia delicta narrata sunt iustificanda. *Staphil. de Signat. Iustit. §. & primò sciendum. num. 2. Sarnen. in regul. de subrogand. quæst. 7. versic. Item sciendum.* & fuit resolutum *in causa Oscen. Archidiaconatus 19. Octobris 1601. coràm Cardin. Lancellotto.* vbi ân requiratur plena probatio.

Clausula 740. Si est idoneus, &c.

Num. 1. Hæc clausula, & clausula, si ita est pari procedunt. *Paris. cons. 57. num. 21. lib. 4.*

2 Executor per istam clausulam debet pronunciare super idoneitate. *Lap. allegat. 15. Paris. cons. 57. sub num. 51. lib. 4.*

3 Et super hoc debeat fieri declaratio. *Paris. cons. 57. sub nu. 51. lib. 4.* vbi adhuc allegat. *Rot. decis. 88. in antiq. quæ est quarta. de re iudicat.*

4 De iure inest, ideò non facit gratiam conditionalem. *Rebuff. in repet. cap. nulla. col. 38. versic. Vigesimaseptima, quæ solet apponi. pag. mihi 441. col. 2. ad fin. de conceß. præb. Rota in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coràm Card. Pamphilio. Lap. allegat. 60. sub nu. 3. & ibi Addent. in verb. si est idonea. & allegat. 15. sub nu. 7.*

☞ Et vide infrà in Clausula 638.

Clauf. 741. Si, & in quantũ, &c.

Num. 1. Hæc clausula importat admissionem in his, quæ sunt admittenda. *Bald. in repet. l. edita. num. 98. C. de edend. Franch. in cap. sæpè. nu. 5. de appellat. Felin. in cap. cum contingat. nu. 12. in fin. & num. 13. de offic. delegat. Roman. consil. 501. nu. 4. & seqq. Soccin. Iun. consil. 18. nu. 14. versic. vel secundò. & num. 15. lib. 1. Gabr. cons. 35. nu. 9. lib. 1. Marant. de ordin. iudicior. part. 6. de appellat. num. 200.* & fuit dictum *in causa Valentina Iurispatronatus de consentaina 30. Ianuarij 1581. coràm Seraphino. cum alijs per Lancellot. de attentat. appell. pend. limit. 1. nu. 83.* vbi *nu. 84.* notabiliter ampliat, ideò eum videas. *nu. 90. & seq.*

2 Hæc clausula in admissione appellationis, quid operetur, vide *Benintend. decis. 1.* vbi alios citat. *Angel. consil. 217. col. 3. versic. nec obstat si dicatur. Gabr. consil. 35. nu. 9. cum seqq. lib. 1.* vbi de appellatione

tione admissa à sententia lata in possessorio cum condemnatione fructuum.

3 De ea generaliter omninò vide *Roman. cons. 501. nu. 4. & ibi Addent.*

4 Clausula, Si, & in quantum, &c. non vitiat decretum Iudicis. *Felin. post alios in cap. cum contingat. nu. 11. de offic. delegat.* vbi quod in additione hæreditatis est speciale, quod non valeat, &c.

5 Hæc clausula est relatiua importans modum, & non conditionem. *Lap. alleg. 87. nu. 7. & ibi Addent. in verb. in quantum, & in verb. ad modum.*

6 Hæc clausula æquiualet dictioni quatenus. *Gabr. cons. 35. in fin. lib. 1.*

7 Refert se ad iuris dispositionem, scilicet, quod actus censeatur admissus quatenus de iure venit admittendus, & reiectus quatenus reijciendus. *Marant. de ordin. iudicior. part. 6. tit. de appellat. num. 200. Gabr. cons. 35. nu. 9. lib. 1.*

8 Pendet ex futuro euentu, qui debet declarari per Iudicem ad quem. *Gabr. cons. 35. nu. 4. lib. 1.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 91.

Clausula 742. Si, & prout hactenus consueuerat, &c.

Num. 1. Clausula, Si, & prout hactenus, &c. Hæc clausula, prout ille sicut, vel iuxta solitum, & similes stant conditionaliter, ita vt nisi appareat de consueto, nihil operatur. *Aret. cons. 76. nu. 5. Felin. in cap. 2. nu. 11. vers. aliquando. de rescript. Dec. cons. 63. nu. 6. cons. 361. nu. 1. & cons. 374. nu. 4. Rip. respons. 5. nu. 5. super C. tit. de diuers. rescript. Rebuff. cons. 92. num. 4. Strach. de assecurat. gloss. 11. nu. 55. vers. commodissimè. & facit decis. 665. lib. 3. p. 3. diuers. & decis. 534. sub num. 6. versic. nec in contrarium. part. 1. diuers. & vide in causa Salamantina iurisdictionis 22. Aprilis 1588. coràm Seraphino. in Tirasonen. Iurispatronatus 17. Februarij 1592. coràm Blanchetto. & in Romana vigesima 18. Maij 1601. coràm Card. Sacrato.*

2 Dic verum, quando dispositio est incerta, vel facta à non habentibus facultatem disponendi, secus si in dispositione certa, & facta ab habente potestatem, & animum de nouo concedendi; nam hoc casu stat causatiuè, non autem conditionaliter, & ideò licet de consueto non constet, valet nihilominus dispositio. *Bart. in l. cum, qui. §. Iulianus. n. 1. ff. de constit. pecun. & in extrau. ad reprimendum. in verb. prout. nu. 2. Castren. cons. 17. nu. 2. lib. 2. Rip. in d. respons. 5. nu. 6. Felin. in d. cap. 2. nu. 10. vers. sed certè. & nu. 11. vers. aliquando. & ibi Aut. de Burgos. nu. 86. & seqq. Curt. Iun. cons. 97. num. 4. Grammatic. decis. 59. num. 22. 23. & 24. Strach. d. gloss. 11. nu. 55. versic. verum diuersa sententia. Mohed. decis. 8. ad fin. de feud. Put. decis. 211. lib. 2. Rot. decis. 171. num. 4. part. 1. & decis. 17. nu. 2. 40. nu. 30. 36. nu. 8. & 9. part. 2. diuers.* & fuit dictum *in causa Salamantina iurisdictionis 17. Maij 1577. coràm Seraphino. & vide in causa Tirasonen. Iurispatronatus 17. February 1592. coràm Blanchetto. & in d. Romana vigesima 18. Maij 1601. coràm Card. Sacrato.*

3 Item dic, verum in concessione ad supplicationem partis, & facta absquè causæ cognitione, in qua Princeps non intendit de nouo concedere, prout in confirmationibus, secus in concessione Motu proprio, & cum causæ cognitione, quia tunc stant causatiuè. *gloss. in cap. venerabilis. in verb. sicut. & in cap. examinata. in verb. sicut prouidè. vbi Abb. nu. 5. Dec. sub nu. 4. vers. in gloss. fin. de confirm. vtil. vel inutil. Imol. in cap. quoniam Abbas. nu. 9. vers. in gloss. fin. de offic. delegat. Felin. in d. cap. 2. nu. 11. vers. Et dicit ibi Imol. Rip. d. respons. 5. num. 9. Put. decis. 211. lib. 2. & vide in d. Tirasonen. Iurispatronatus, & in d. Romana vigesima.*

4 Item declara, quod tunc istæ clausulæ stant causatiuè, si constet de animo de nouo concedendi habentis potestatem, & dispositio sit certa, quando de relato, seu consueto non constat, secus si de eo constet, nam tunc semper stant conditionaliter, & restrictiuè, & non causatiuè. *Castren. cons. 17. in fin. lib. 2. Felin. in cap. 2. nu. 12. & 13. Dec. in 2. notab. nu. 5. vers. Quoniam dictis. de rescript. Idem Dec. in cap. quoniam Abbas. in fin. de offic. delegat. & in l. penult. in 2. notab. C. de iustit. & substitut. Curt. Iun. cons. 92. nu. 10. Caputaq. decis. 255. part. 1. Grammatic. decis. 59. num. 9. Rot. decis. 27. nu. 2. & 3. & decis. 40. num. 4. & 5. part. 2. diuers. & vide in d. causa Romana vigesima 18. Maij 1601. coràm Card. Sacrato.*

5 Adde tamen, quod ille, cui est facta gratia non tenetur probare consuetum, vel relatum, quando hæ dictiones stant causatiuè, quia valet gratia, etiamsi ea non esset vera, nisi esset talis causa, qua non subsistente, Princeps non concessisset, quod dicenti incumbit onus probandi. *Oldr. cons. 131. nu. 12. & 13. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. §. 1. num. 3. in verb. instrumentum. Curt. Iun. cons. 97. sub nu. 4. Grammatic. decis. 59. sub nu. 27. Rot. decis. 36. nu. 9 part. 2. diuers.*

Claus. 743. Si idoneum esse, &c.

Clausula, Si eum idoneum esse repereris, conferas infrà tempus. dies, operatur, vt facultas conferendi sit data sub conditione idoneitatis, & denegata tàm primò, quàm secundò executori sub contraria conditione si scilicet non fuerit repertus idoneus. *Rota in Bergomen Parochialis 25. Febr. 1575. corā Robusterio.*

Et vide suprà Obseruat. 624.

Clausula 744. Si inueneris, vel si repereris, &c.

Num. 1. Inter has clausulas, an sit aliqua differentia, dic, quod clausula si non inueneris importat causæ cognitionem, & sic requirit partis citationem, clausula verò, si repereris, sonat in monitionem, & ideò non requirit partis vocationem. *Lap. alleg. 27. nu. 3. Rot. decis. 14. de dol. & contumac. in antiq. cum alleg. per Papazon. in decis. 2. num. 3. de offic. delegat. in nou. vide Felin. in cap. 2. num. 6. versic. & vide Rotam. de rescript.*

2 De clausula repereris, *vide gloss. communiter receptum. in Clem. 1. in verb. repererint. de offic. deleg.*

3 Contrarium, quod scilicet inter has clausulas nulla sit differentia, quodq; vtraq; sonet in monitionem tenet idemmet. *Lap. allegat. 15. nu. 7. versic. non obstat. vbi de verb. inueneris. Rot. decis. 15. de dol. & contumac. in antiq. vbi de eod. verbo Felin. expressè. in cap. 2. nu. 6. de rescript. Papazon. ad decis. 2. nu. 3. de offic. delegat. in nou. Mandos. ad Lap. allegat. 15. nu. 17. vers. si inueneris. & allegat. 27. nu. 3. in verb.*

conditionem. & Aegid. decis. 175. vnam ponit pro alia, & sic nullam facit differentiam, idem etiam facit *Staphil. de lit. instit. §. citatio. num. 7. in fin. & vide Felin. vbi suprà.*

4 Adde, quod huiusmodi clausulæ, licet de sui natura non inferant partis citationem, tamen quando adijciuntur in personam Iudicis, & circa materiam iudicialem accipiuntur pro clausula, si constiterit, & ratione subiectæ materiæ important causæ cognitionem, & requirunt partis citationem, *argum. in l. si vno. ff. locat. Aegid. decis. 176. Staphil. d. §. citatio. n. 8. & 9. facit Dec. cons. 603. sub num. 13.* vbi æquiparat clausulam, si repereris, clausulæ, si constiterit.

5 Dic etiam, quod quando agitur de re modica, & paruo præiudicio, tunc non requiritur citatio, secus verò quando agitur de graui præiudicio, quia tunc requiritur citatio. *Rot. decis. 16. de dol. & contumac. in antiq. Staphil. d. §. citatio, nu. 11. 12. & 13. Papazon. ad decis. 12. nu. 3. de offic. delegat. in nou.*

6 Hæc clausula si dirigatur ad Ordinarium non cogitur ipse seruare telam iudiciariam, habet enim locum in executore, *Rot. decis. 309. nu. 5. part. 1.*

7 Hæc clausula tacitè inest. *Rebuff. in prax. tit. differ. inter rescript. grat. & instit. nu. 57.*

Clausula 745. Si ita est, &c.

Num. 1. Hæc clausula reddit gratiam conditionalem. *cap. 2. iuncta gloss. in verb. conditio. de rescript.* & fuit dictum *in causa Portugallen. dismembrationis 16. Iunij 1595. coràm Blanchetto. & vide in eadem 28. Iunij 1600. & 13. Iunij 1601. coràm Iusto. & in Conchen. erectionis 25. Maij 1593. coràm Seraphino. vide Paris. cons. 57. nu. 48. lib. 4. Verall. decis. 273. part. 1.*

2 Et ideò requirit causæ cognitionem, & partis citationem. *Rot. decis. 12. de offic. delegat. in nou.* & fuit dictum *in dicta Portugallen. dismembrationis 16. Iunij 1595. coràm Blanchetto. & 28. Iunij 1600. coràm Iusto. Achill. decis. 2. de fil. presbyteror. vide in causa Mediolanen. matrimonij 11. Februarij 1602. coràm Card. Millino.*

3 Intelligitur enim, quod citata parte videat per vetas probationes, & perfectas, an ita sit, nec dabitur iuramentũ in supplementum, *Dec. cons. 603. sub nu. 13.*

4 Contrarium, quod hæc clausula ex quo tacitè inest. *cap. 2. de rescript.* non reddat gratiam cõditionalem, *iuxtà text. in l. conditiones extrinsecas. ff. de condit. & demonstrat.* & ideò non requirat partis citationem, nec causæ cognitionem tenet. *Lap. allegat. 60. num. 2. vbi Mandos. in verb. conditionale. Doct. in cap. fin. vbi Felin. nu. 18. de præsumpt. Aegid. decis. 4. versic. cuius occasione.* vbi quod hæc clausula posita in rescripto non inducit nouam formam, nec consequenter partis vocationem in executore. *Card. in Clem. 1. num. 17. de offic. delegat.* & fuit dictum *in Calciaten. iurisdictionis 13. Aprilis 1585. coràm Seraphino.* vbi quod propterea literæ expediuntur in forma gratiosa sine alio examine, quando supplicatio est concepta, cum illa clausula. *Felin. in cap. 2. nu. 6. de rescript. Lap. allegat. 60. sub num. 2.*

5 Hæc clausula semper apponitur ab expeditoribus, quando gratia est in forma commissaria, vt fuit dictũ *in d. causa Portugallen. dismẽbrationis 13. Iunij 1601. coràm Iusto. in Calagnritana Canonicatus 5. Nouembris 1605. coràm Card. Sacrato. vide Rebuff. in prax. tit. differ. inter rescript. à grat. & instit.*

6 Ista clausula inducit formam in gratia, quæ non operatur effectum suum, nisi prius sit facta aliqua inquisitio, vt constet si ita est, vt narratum fuit. *Verall. decis. 125. nu. 2. & 237. part. 1.*

7 Hæc clausula si ita est, & clausula si est idoneus procedunt à pari. *Paris. cons. 57. nu. 51. lib. 4.*

8 Hæc clausula posita in dispensatione operatur, vt si dispensatio statim literis præsentatis per executorem executioni de mandatum sit nulla. *Achill. decis. 2. de fil. presbyteror.*

9 Declara non procedere, quando causæ cognitio, quæ potest esse extraiudicialis, potuit ante adhiberi, vel in ipso actu, vt fuit dictum *in vna Mediolanen. matrimonij 17. Iunij 1602. coràm Card. Millino.*

10 Clausula, Si ita est, &c. solet apponi in literis gratiæ, & si non apponatur tacitè inest. *Rebuff. in prax. tit. de differ. inter rescript. grat. & iustit. nu. 55. & seq.* & generaliter hoc tradit *Lap. allegat. 60. sub nu. 2. & ibi Addent. in verb. ex parte, &c.*

11 In literis iustitiæ non solet apponi, sed clausula si preces veritate nitantur, quæ & ipsa tacitè inest. *Rebuff. vbi suprà. num. 54.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 92.

Clausula 746. Si malueris, &c.

De hac clausula, & eius intellectu, vide *Achill. decis. 24. nu. 3. de pens.*

Clausula 747. Simul, & semel.

Hæc clausula posita in commissione, in qua committuntur duæ causæ, vel committitur petitorium, & possessorium non impedit, quo minus iudex possit de ea, vel eo prius pronunciare, de qua, vel quo prius liquet. *Aegid. decis. 506. Staphil. de lit. instit. §. in primis igitur sciendum. num. 59. & §. si pars innodata. num. 3.* & fuit resolutum *in causa Toletana pecuniaria 13. Aprilis 1587. coràm Card. Pamphilio. & in causa Cæsaraugustana Parochialis 16. Ianuarij 1589. coràm Comitulo.* vbi etiamsi dicatur, quod in petitorio, & possessorio procedatur simul, & semel refectis expensis. *Soccin. consil. 262. num. 3. lib. 2. Rota in Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. coràm Card. Pamphilio.*

Clausula 748. Simul, vel ad partes, &c.

Hæc clausula, quid operetur, vide *Mandos. in regul. 20. quæst. 9. num. 10.*

Claus. 749. Sine exceptione, &c.

Hæc clausula, quid operetur, vide *Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 46. & seqq.*

Clausula 750. Sine filijs, &c.

Hæc clausula intelligitur, tàm de masculis, quàm de fœminis. *Put. decis. 215. nu. 2. lib. 3.*

Clausula 751. Si N. fuerit arbitratus, &c.

Hæc clausula importat conditionem, *Aym. consil. 122. nu. 7.*

Clau-

Clauf. 752. Si nequiuerint, &c.

Num.1. Hæc clausula apposita in datione plurium Iudicum intelligitur, tàm de impedimento facti, quàm de impedimento iuris. *cap. suscitatus. & ibi glos. & Doct. omnes. de rescript.*

2 Non tamen comprehendit casum voluntatis, nisi in delegatione id expressum fuerit. *d. cap. suscitatus. in fin. de rescript.*

3 Dic verum, vt iudex non possit se excusare, sed veniat redarguendus; secus autem, vt alij Iudices sine eo procedere possint. *cap. prudentiam. §. adijcimus. de offic. deleg. & ibi gloss. & Doct. & in d. cap. suscitatus. vbi Hostien. in fin. in verb. excusari. Imol. sub nu. 8. & Abb. nu. 4. versic. Item nota. & Dec. nu. 16.*

4 Clausula, Si nequiuerint, &c. intelligitur per se, vel per alterum, & sic potest committere alteri vices suas. *Rot. decis. 5. de offic. delegat. in nou. & ibi Addent. Felin. in d. c. suscitatus. nu. 16. & Dec. nu. 17. de rescrip. Vant. de nullit. ex defect. Iurisdict. nu. 181.* vide tamen circa hoc *Doct. in cap. coràm. præcipuè Abb. in fin. de offic. delegat.*

Clausula 753. Si noluerit, &c.

Hæc clausula apposita in datione plurium Iudicum includit etiàm casum impotentiæ. *Imol. in cap. suscitatus. nu. 8. de rescript.*

Clausula 754. Sine præiudicio iurium, &c.

Nu. 1. Hæc clausula, sine præiudicio iuriũ præseruat ius, quod habet. *Put. decis. 32. Decima Octob. lib. 2. Rota in Romana domorum 5. Martij 1586. coràm Seraphino.*

2 Est enim hæc clausula præseruatiua iurium. *Paul. de Castr. cons. 312. nu. 4. lib. 1. Paris. cons. 23. num. 142. lib. 1. & cons. 70. nu. 18. liq. 3. Bero. in cap. 1. num. 32. de rescript. Put. decis. 197. nu. 23. lib. 1. & decis. 115. nu. 1. in fin. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Caputaq. præcedentiæ 17. Iunij 1577. coràm Blanchetto, & in Rauennaten. Vallium 17. Maij 1591. coràm Cardin. Pamphilio. in Tirasonen. oblationum 28. Iunij 1595. coràm eodem. & in Romana domus 7. Nouembris 1597. coràm eodem. Oldrad. cons. 237. in fin. Rota in Imolen. Castrorum 15. Nouembris 1571. coràm Seraphino. Verall. decis. 119. part. 1. Rot. decis. 785. nu. 4. part. 1. diuers.*

3 Et ideò nullum ius tribuit, sed tantum præseruat si quod quis habet. *Oldrad. consil. 237. in fin. Rota in Valentina pensionis 3. Iunij 1602. coràm Litta. Aym. consil. 29. num. 8. Put. decis. 197. num. 23. lib. 1. Verall. decis. 119. part. 1. Gabr. cons. 196. num. 4. lib. 1.* nisi sit contrarium facto. *Put. decis. 115. nu. 2. lib. 2.* vbi *nu. 3.* quod non dicitur contraria facto, quando cum illo se compatitur.

4 Et est præseruatiua omnium iurium. *Paris. cons. 5. num. 40. lib. 1.* & fuit dictum *in causa Regien. feudi de Zobellis 24. Nouembris 1586. coràm Card. Pamphilio.*

5 Et solum præseruat ius legitimum. *Gabr. cons. 151. num. 29. lib. 2.*

6 Et reddit quicquid geritur conditionale, & ideò operatur, quod quatenus inferatur præiudicium, perinde sit, ac si actus non fuisset factus. *l. testamento centurio. §. 1. ff. de manumiß. testament. Put. decis. 32. nu. 1. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Caputaq. præcedentiæ 17. Iunij 1577. coràm Blanchetto. & in d. Rauennaten. Vallium 7. Maij 1591. coràm Card. Pamphilio Paris. consil. 123. num. 142. lib. 1.*

7 Limita, vt per *Verall. decis. 119. part. 1.*

8 Quod hæc clausula sit conditionalis. *Put. decis. 32. lib. 2. Rot. decis. 320. nu. 2. part. 1. diuers.*

9 Adde tamen, quod hæc clausula intelligitur præterquàm in expressis. *Oldrad. consil. 330. in fin. Paris. cons. 70. nu. 12. lib. 1. Sarnen. de Iur. quæsit. q. 1. num. 41. Put. decis. 183. lib. 3. Verall. decis. 284. lib. 1. Mandos. cons. 10. nu. 14.* & fuit dictum *in Romana hæreditatis à Bordesia 18. Aprilis 1575. coràm Sanctiss. Aldobrãdino. est decis. 236. nu. 3. part. 1. diuers. incip. Domini concluserunt. in Meliten. beneficij 10. Nouembr. 1586. coràm Seraphino. & in Rauennaten. attentatorum 26. Iunij 1589. coràm Card. Mantica. Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. dummodo tempore. num. 6. Rota in Papien. bonorum 10. Maij 1602. coràm Cardin. Pamphilio. in Illerden. præbeminentiarum 26. Iunij 1601. coràm Seraphino. decis. 1445. nu. 4. & in Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coram Card. Pamphilio. Gabr. cons. 151. num. 30. lib. 2.*

10 Hæc clausula intelligitur de præiudicio considerabili. *Chissanen. decis. 120. 175. & 178. Put. decis. 183. lib. 3.* vbi quod dicatur præiudicium considerabile.

11 Hæc clausula operatur, vt gratia videatur, tunc tantum concessa, quando non præiudicat alteri. *Card. Seraphin. decis. 351. nu. 23. part. 1.*

☞ Circa hanc Clausulam, vide vsquè ad Clausulam 761. & suprà in Clausula 96.

Clausula 755. Sine præiudicio iuris alteri quæsiti.

Num. 1. Ista clausula, posita in absolutione ab excommunicatione ob recursum ad Iudices Laicos nullum ius tribuit aduersario, sed tantum præseruat, si quod habet, *ad consil. Oldrad. 237. in fin.* & fuit dictum *in causa Valentina pensionis 3. Iunij 1602. coràm Litta.*

2 Quæ differentia sit inter hanc, & clausulam dummodo alteri non sit ius quæsitum, vide per *Sarnen. in regul. de Iur. quæsit. non tollend. quæst. 1. col. penult. versic. Postremò pro complemento, &c.*

Clausula 756. Sine præiudicio iurium suorum.

Num. 1. Clausula, Sine præiudicio iurium suorum, posita in consensu præstito in alienatione alicuius rei, nè inducatur contrarietas operatur tantum, vt consentiens alienationi censeatur reseruasse ius respectu pretij tantum non autem dominij. *Ias. in l. si fundum. nu. 8. ff. de legat. 1. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 28. nu. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloß. 9. nu. 135. cum seq.* & fuit dictum *in Romana domorum 5. Martij 1584. coràm Seraphino.*

2 Item posita in transactione facta ab agente spolio operatur, vt non censeatur remissum spolium in pecunia purganda respectu valoris rei, de qua agebatur etiam pro residuo constito, etiam post transactionem de augumento valoris rei, vt fuit resolutum *in dicta Romana domorum 5. Martij 1584. coràm Seraphino.*

3 Et non intelligitur de iuribus expressis, sed de alijs, quàm de expressis. *Gabr. cons. 43. nu. 12. lib. 1. Paris. consil. 70. num. 12. lib. 1. Put. decis. 184. lib. 3. Verall. decis. 284. lib. 1.*

4 Clausula, Sine praeiudicio iurium alicuius apposita in traditione possessionis operatur, vt possessio dicatur tradita sub conditione, quatenus scilicet aliquis non possideat, vel ei non praeiudicetur, ita quod stante alterius possessione, vel illius praeiudicio non dicatur acquisita, *Put. decis. 32. lib. 2.* & fuit decisum *in vna Romana de Benefacere 5. Martij 1578. coràm Blanchetto, & in Firmana de Iottis 20. Martij 1579. coràm Seraphino, & in Maceraten. haereditatis 27. Nouembris 1589. & 5. Iunij 1590. coràm Cardin. Pamphilio.*

5 Clausula, Sine praeiudicio alicuius, &c. requirit causae cognitionem. *Verall. decis. 284. nu. 4. part. 2.*

6 Haec clausula in omni gratia censetur tacitè intellecta, seu apposita, cum semper censeatur aliquid concedi sine praeiudicio iurium alterius. *gloss. in cap. cum olim. in verb. praeiudicium. de consuetud. Dec. consil. 407. nu. 20. Rota in Gerunden. vini 18. Maij 1601. coràm Sanctiss. Ludouisio. cum alijs per Addent. ad Simonet. de reseruat. quaest. 88. nu. 10.*

7 Et si exprimatur intelligitur, etiam de modico praeiudicio. *Cephal. cons. 133. nu. 106. & 108. Addent. ad Simonet. de reseruat. quaest. 88. nu. 11.*

8 In terminis vnionis. *vide cap. quia Monasterium. & ibi gloss. & Doct. de relig. domib. Feder. cons. 195. nu. 2.* & fuit dictum *in Burgen. quindenniorum 10. Martij 1603. coràm Penia.*

9 Haec clausula apposita in erectione Collegiatae intelligitur de iure illius, qui habet similem dignitatem, vel priuilegium. *Rebuff. super reg. de Iur. quaesit. non tollend. gloss. 6. num. 25. & seq. Rot. Auenionen. decis. 12. nu. 6.*

10 Dic verum in praeiudicio compatibili cum vnione, secus in praeiudicio incompatibili, & quod prouenit ex consequentia, vt fuit dictum *in Burgen. quindenniorum 5. Decembris 1601. coràm Seraphino. & 10. Martij 1603. coràm Penia. per tradita per Rot. decis. 21. col. 4. versic. quartum quilibet. de praeb. in nou. Aegid. decis. 752. col. 2. versic. quartò principaliter.*

11 Ideò si Ecclesia iunior erigatur in Collegiatam cum dicta clausula, & posteà erigatur etiam in Collegiatam Ecclesia antiquior, ista clausula non operatur, vt ista antiquior secundò loco erecta in Collegiatam praeferatur. *Rot. Auenionen. decis. 12. nu. 6.*

12 Haec clausula intelligitur de praeiudicio, quod imminet de praesenti, non autem de praeiudicio futuro, *Rot. decis. 21. col. 4. sub nu. 5.* in secunda ratione principali. *versic. confirmatur. de praebend. in nou. Aegid. decis. 752. incip. Supposito facto. col. 2. versic. confirmantur quia omnia. Sarnen. in regul. de Iur. quaesit. non tollend. quaest. 4. col. 2. versic. addo vlterius.*

13 Haec clausula intelligitur de modico praeiudicio. *gloss. in cap. cum olim. in verb. praeiudicium. de consuet. Felin. in cap. super eo. sub nu. 5. vers. vltimò intell. go. & ibi Dec. num. 14. de offic. delegat. Put. decis. 6. lib. 3.*

14 Haec clausula apposita in creatione nouorum Canonicorum, quid operetur, vide *Castren. consil. 170. col. 1. lib. 1. & col. fin. Put. decis. 6. & 183. lib. 3.*

15 Clausula, Sine praeiudicio similia mandata prosequentium, àn comprehendat, & trahatur ad concessiones futuras, vide *Rot. decis. 843. lib. 3. p. 3. diuers.* vbi *nu. 2.* quod maior pars Dominorum tenuit, quod sic. *Sarnen. decis. 20. lib. 1.*

16 Clausula, Sine praeiudicio regressus, &c. Haec clausula inserta supplicationi, àn inducat praesumptionem consensus, & quid operetur, vide *Put. decis. 197. num. 21. & seqq. lib. 1.*

17 Clausula, Sine praeiudicio similium gratiarum, quomodo intelligatur, vide *Put. decis. 386. lib. 3. & Rot. decis. 671. & decis. 685. lib. 3. part. 3. diuers.* vbi quando dicantur similes, vel dissimiles, àn dissimilitudo possit apparere ex clausulis, &c.

18 Cur ista clausula inseri soleat, vide *Rot. decis. 685. num. 4. lib. 3. part. 3. diuers.*

19 Haec clausula quando referatur ad omnia, & quando non, vide *Rot. decis. 671. nu. 4. lib. 3. part. 3. diuersor.*

20 Clausula, Sine praeiudicio dignitates obtinentium, &c. apposita in supplicatione non censetur restricta per simplicem clausulam, sine praeiudicio simpliciter, positam in illius reformatione, sed ista debet secundum illam interpretari. *Mobed. decis. 5. de rescript.*

21 Clausula, Sine praeiudicio priorum iurium, operatur, vt non sit inducta nouatio, neque recessus à primo instrumento, *Rot. decis. 738. nu. 2. part. 1. diuers.*

22 Clausula, Sine praeiudicio expectantium, comprehendit, & praeseruat, etiam gratias expectatiuas successoris. *Rot. decis. 684. lib. 3. part. 3. diuers.*

23 Clausula, Sine praeiudicio rei iudicatae, intelligitur quatenus adsit res iudicata, quae non adest, si fuerit appellatum, *Ferret. consil. 208. nu. 5. lib. 2.*

24 Clausula, Sine praeiudicio tertij, semper subintelligitur, etiamsi non exprimatur. *Ferrett. consil. 283. num. 16. lib. 1.*

25 Clausula, Sine praeiudicio, &c. posita in inuestitura, nihil tribuit, sed praeseruat ius, &c. *Ferrett. consil. 326. nu. 1. & 3. lib. 2.*

26 Clausula, Sine praeiudicio rei iudicatae, & mandati executiui, apposita in inhibitione operatur, vt executio facta post inhibitionem non sit attentata. *Rota in Bononien. de Pipinis 20. Nouembris 1579. coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

Clausula 757. Sine praeiudicio executionis, &c.

Num. 1. Haec clausula intelligitur, prout de iure, idest quatenus de iure sit locus executioni. *Ias. in l. causas. num. 7. C. de transact. Crescent. decis. 1. de rescript.* & fuit dictum *in causa Firmana olei 1576. coràm Blanchetto. in Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio.* in qua adest decisio *in d. Firmana*, & fuit etiam dictum *in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Card. Lancellotto. & in Oritana Parochialis 12. Decembr. 1597. coràm Peregrino.*

2 Et ideò non alteratur per clausulam, Quatenus illi locus sit, *ad l. cum rectè. C. de fideiussor.* & fuit dictum *in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

3 Haec clausula refertur ad summam, quae in sententia continetur, & ideò illam non auget ad tradita *per Couar. in rubric. de testam. part. 2. sub num. 13. versic. tertia conclusio.* & fuit resolutum *in causa Romana pensionis 23. Maij 1576. coràm Blanchetto.*

4 Haec clausula censetur repetita in qualibet commissione, *ad decis. Aegid. 41. & Cassad. 8. nu. 5. de rescript.* & fuit resolutum *in causa Nouarien. decimarum 11. Decembris 1573. coràm Blanchetto.* & fuit dictum *in causa Auellina Archipresbyteratus 6. Aprilis 1590. coràm Penia.*

5 Clau-

5 Clausula, Sine praeiudicio legitimae executionis, &c. operatur, quod Iudex à quo possit exequi, non tamen impedit, quod executio si non sit legitima non possit reuocari, vt fuit dictum *in causa Romana Casalis 24. Nouembris 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino. in Placentina fideiussionis 22. Iuny 1592. coràm Penia. in Segobricen. operariae 27. Iunij 1597. coràm Cardin. Pamphilio. & vide in causa Bracharen. pecuniaria 2. Decembris 1592. coràm Orano. & in Anconitana dotis 3. Aprilis 1609. coràm Iusto.*

6 Et praeseruat ab attentatis, vt fuit dictum *in Anconitana dotis 3. Aprilis 1609. coràm Iusto. vide in Sabinen. Castri Mompeij 24. Ianuarij 1600. coràm Card. Pamphilio. Lancell. de attent. post inhibit. lim. 12. nu. 2.*

7 Haec clausula impedit cognitionem iniustae sententiae. *Peregrin. decis. 282. lib. 3.*

8 Et ideò non impedit quominus Iudex ad quem non possit absoluere nulliter excommunicatum, vt fuit dictum *in causa Placentina fideiussionis 22. Iunij 1592. coràm Penia. & in d. Segobricen. operariae 27. Iunij 1597. coràm Card. Pamphilio.*

9 Et operatur, quod nullitates non sint cognoscendae per Iudicem à quo, sed per Iudicem ad quem. *Verall. decis. 45. lib. 1.*

10 Et est ratio, quia haec clausula praeseruat tantum legitimam executionem, non autem nullam, vel iniustam, vt fuit dictum *in causa Romana Casalis 24. Nouemb. 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino. & in d. Segobricen. operariae 27. Iunij 1597. coràm Card. Pāphilio.*

11 Et illegitima executio reuocatur, etiam per viam attentatorum, vt fuit dictum *in d. Romana Casalis 24. Nouembris 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

12 De clausula, sine praeiudicio legitimae executionis arbitrio Rotae, *vide in causa Salamantina nullitatis censurarum 16. & 28. Nouemb. 1594. coràm Seraphino.* vbi stante hac clausula fuit simpliciter inhibitum.

13 Haec clausula in commissione appellationis, posita praeseruat iurisdictionem Iudicis à quo, vt possit procedere ad executionem non obstante, quod pendeat appellatio. *Lancellott. de attent. post inhibit. cap. 20. limit. 13.* & fuit dictum *in causa Tarraconen. Villa de Reus 8. Februarij 1593. coràm Seraphino. & in Spoletana responsionis 5. Iulij 1599. coràm Corduba. facit Rota decis. 641. nu. 10. & 11. part. 1. diuers.*

14 Limita, nisi Iudici, à quo esset inhibitum. *Gig. de pens. quaest. 69. nu. 4. Lancellot. de attent. post inhibit. ampliat. 1. num. 18.*

15 In contrarium, vide eumdem *Lancellot. de attent. post inhibit. limit. 13. & facit Fab. decis. 23. lib. 2.* & vide suprà in clausula 305. dummodo causa non sit instructa. *Vant. de null. per tot. quot. & quib. mod. &c. nu. 30. Cas. de Grass. decis. 3. nu. 4. de re iud.*

16 Haec clausula est de mera iustitia. *Cas. de Grass. decis. 6. nu. 19. & 20. de caus. poss. & propriet.*

17 Haec clausula non comprehendit sententias nullas, & iniustas. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.* & fuit dictum *in Calaguritana de Zaluendo 9. Decembris 1588. coràm Seraphino.*

18 Nec tollit iurisdictionem Iudicis ad quem, & licet non operetur effectum suspensiuum, operatur tamen deuolutiuum, vt de eo cognosci possit, etiam reuocando. *Rota in Calaguritana de Zaluendo 9. Decembris 1588. coràm Seraphino.*

19 Haec clausula solum praeseruat facultatem executoribus literarum Apostolicarum procedendi ad executionem non obstante iudicio ordinario. *Put. decis. 97. lib. 1.* & fuit dictum *in causa Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio. in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Cardin. Lancellotto. & in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

Clauf. 758. Sine praeiudicio executionis literarum Apostolicarum, &c.

Num. 1. Ista clausula non impedit quominus Iudex ad quem possit procedere, etiam non facta executione, dummodo illam nō impediat, vt fuit dictū *in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Card. Lancellotto. & in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

2 Item non impedit quominus facta executione possit dari de nullitate executionis, & possessor manuteneri, si non habuerit se pro spoliato, quia facta executione est consumptus effectus dictae clausulae, & Iudex functus est officio suo. *Put. decis. 419. lib. 2.* & fuit resolutum *in causa Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio, & in causa Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coràm Card. Lancellotto. in Oritana Parochialis 11. Decembris 1597. coràm Peregrino. & in Regien. beneficij 13. Ianuarij 1597. coràm Litta.*

3 Secus tamen ante factam executionem, nam donec fit executio propter hanc clausulam non potest dari mandatum de manutenendo, nè oriatur contrarietas, si executor eiecerit, & Iudex cui est commissa causa manuteneret, vt fuit dictum *in causa Tullen. congruae 9. Decembris 1597. coràm Corduba, & in Regien. Monasterij 13. Ianuarij 1597. coràm Litta. in Ispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coràm Gypsio. & in eadem 4. Decemb. 1595. coràm eod. & in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

4 Dic verum, quando mandatum de manutenendo daretur simpliciter, secus si cum clausula, sine praeiudicio executionis literarum Apostolicarum, prout cum ista clausula fuit datum *in d. Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. coràm Peregrino.*

5 Et adde, quod clausula sine praeiudicio executionis literarum Apostolicarum, quatenus illi locus sit, in cōmissione apposita cum facultate manutenēdi non transfert executionem ad Iudicem ad quem ita, vt possit videre, àn sit locus executioni, sed solum operatur, vt possit videre, àn sit dandum mandatum de manutenendo cùm dicta clausula, vt fuit resolutum *in d. Oritana Parochialis.*

6 Haec clausula posita in commissione intelligitur de literis anteà emanatis, non autem de gratia, posteà concessa, non facta mentione litis, *ad tradita per Lancellot. de attent. lit. pend. num. 413. & 423. Paleot. decis. 116. Ioannes Michael.* ita fuit dictum *in causa Vallisoletana Scholastica 5. Iulij 1599. coràm Cardin. Lancellotto.*

7 Haec clausula in commissione causae principalis apposita operatur, quod non possit procedi in negocio principali, nisi parito literis, sicut dicitur de clausula, sine retardatione solutionis pensionis. *Sarnen. in compend. Signatur. nu. 84. Put. decis. 19. de pensionib. Io. Paul. decis. 61.* cui aequipollet, ita fuit resolutum *in Siracusana praeheminentiarum 5. Octobris 1584. coràm Bubalo.* & fuit dictum *in causa Auellina*

Archi-

Archipresbyteratus 6. *Aprilis* 1590. *coràm Penia*.

8 Hæc clausula posita in commissione appellationis operatur, quod substineatur executio facta appellatione pendente, vt fuit dictum *in causa Foroliuien. beneficiorum* 13. *Iunij* 1588. *coràm Seraphino*.

9 Hæc clausula non operatur, quod posterior possessor sit manutenẽdus, quia intelligitur, prout de iure, *Rota in Vrbinaten. Parochialis* 10. *Ianuarij* 1611. *coràm Reuerendiss. Manzanedo*.

10 Hæc clausula semper solet apponi in commissione appellationis à decreto, seu sententia prolata vigore literarum Apostolicarum. *Gonzal. in regul.* 8. *Cancell. in annot. contr. nullit. & attent. nu.* 221. *& seqq.*

11 Et solet quandoq; apponi parito literis. *d. Gonzal. vbi suprà. nu.* 225.

12 Non tamen apponitur, vbi appellatur à sententia lata contra executionem literarum Apostolicarum. *d. Gonzal. glos.* 6. *nu.* 103. *& seqq.*

Clausula 759. Sine præiudicio prioritatis, &c.

Num. 1. Hæc clausula, sine præiudicio prioritatis, & anterioritatis, posita in renunciatione hypothecæ super aliqua re intelligitur, quoad alia bona præter illam, cui renunciauit. *Grammatic. decis.* 66. *nu.* 4. *&* 7. *Rota in Romana apothecarum* 14. *Iunij* 1602. *coràm Card. Lancellotto*.

2 Est præseruatiua, & operatur, vt non censeatur præiudicatum hypothecæ. *l. si debitor. §. in venditione. ff. quib. mod. vel hypoth. soluat.*

3 Si fit appositа dationi insolutum operatur tantum in euentum euictionis. *Gozzad. cons.* 38. *nu.* 12. *lib.* 1.

Clauſ. 760. Sine præiudicio venientium ab intestato.

76 Et adde, quod postquàm est apertum os, potest interim dari mandatum de manutenendo possidenti aduersus dictam clausulam. *Rot. decis.* 64. *part.* 2. *in impress. diuers. & in Anagnina iuris pascendi* 20. *Decembris* 1591. *coràm Seraphino.*

77 Oris aperitio non dicitur noua gratia, sed tantum remouet obstaculum, vt fuit dictum *in causa Burgen. decimarum de Scalante* 13. *Nouembris* 1591. *coràm Orano, in Romana domorum* 29. *Maij* 1595. *coràm Litta. & vide in causa Calaguritana confidentiæ* 1. *Iulij* 1592. *coràm Penia.*

78 Oris aperitio de facili concedi solet, nè clausula sublata, & aliæ similes sint vinculum iniquitatis, & nè per eas iura partium remaneant indefensa, & inaudita. *Gemin. cons.* 53. *sub n.* 2. *& Card. cons.* 69. *in fin.*

79 Cõmissio aperitionis oris sapit iustitiam, & ideò nõ potest impugnari de subreptione, vt fuit resolutum *in causa Cæsaraugustana exemptionis* 29. *Octob.* 1584. *coràm Orano. in Romana de Gabriellis* 12. *Nouembris* 1593. *coràm eodem. & in d. Calaguritana confidentia* 1. *Iulij* 1592. *coràm Penia.*

80 Et cum similes clausulæ censeantur appositæ ad gratificandum parti petenti eadem voluntate, quæ fuerunt appositæ, possunt tolli, nec Papa illas reuocando dicitur inferre vlli præiudicium. *Caputaquen. decis.* 128. *nu.* 5. *part.* 1. *& decis.* 31. *part.* 3.

81 Commissio aperitionis oris aduersus clausulam, Sublata, &c. quando est restricta ad vnum articulum non tollit effectum clausulæ, quoad alios, vt fuit resolutum *in causa Tarraconen. Villæ de Reus* 2. *Aprilis* 1593. *coràm Seraphino.* vbi quòd referatur ad omnia.

82 An tali commissione aperitionis oris obstet regula de Iure quæsito non tollendo, vide *Gonzal. in reg.* 8. *Cancellar. glos.* 66. *num.* 20.

83 Præfectus Signaturæ Iustitiæ, nõ potest os aperire. *Sarnen. in compend. vtriusq; Signaturæ. nu.* 14. *Staphil. de lit. grat. fol.* 149. *versic. secundum est. Put. decis.* 1. *de rescript.* & fuit resolutum *in d. causa Tarraconen. Villæ de Reus* 2. *Aprilis* 1593. *coràm Seraphino. &* fuit reiecta decisiò Robusterij *in causa Perusina della Macchia Tonda* 15. *Aprilis* 1575. in qua contrarium fuerat resolutum, scilicet, quod potest aperire, *& vide in causa Mediolanen. bonorum de Nixedo* 27. *Ianuarij* 1586. *&* 2. *Maij eiusdem anni coràm Seraphino, & in Bononien. Parochialis de Varignano* 31. *Ianuarij* 1589. *coràm Gypsio. Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. glos.* 66. *nu.* 19. *Marches. de commiss. p.* 2. *c.* 6. *de commiss. appell.*

In decisione allegata Tarraconen. coràm Seraphino, in impressis, neque in manuscriptis habetur expressa reuocatio decisionis coràm Robusterio, & fortasse habetur in Votis.

84 Ad tollendum huiusmodi clausulam non sufficit simplex causæ commissio, nisi sit facta mentio huius clausulæ, vel adsit clausula, Quorum tenores, &c, cuius vigore potest inferi totus tenor obstantiarum, etiam vigore clausulæ, sublata, *iuxta consil. Butr.* 2. *aliàs* 49. *nu.* 5. quod sequuntur *Gemin. cons.* 120. *nu.* 7. *Dec. cons.* 165. *nu.* 2. *& cons.* 541. *nu.* 7. *Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. num.* 59. *Aegid. decis.* 338. & passim seruat Rota, vt per *Cassad. decis.* 10. *nu.* 2. *super regul.* & fuit resolutum *in causa Perusina della Macchia Tonda* 15. *Aprilis* 1575. *coràm Robusterio. in Pampilonen. matrimonij* 16. *Ianuarij* 1585. *coràm Orano. in Mediolanen. bonorum de Noxedo* 2. *Decembris* 1585. *coràm Seraphino. in Bononien. Parochialis de Varignano* 31. *Ianuarij* 1586. *coràm Gypsio. in Ispalen. denegationis possessionis* 18. *Aprilis* 1586. *coràm Bubalo. & in Salamantina vnionis* 29. *Aprilis* 1592. *coràm Blanchetto.*

85 Stante hac clausula non impeditur agere ille, qui facta mẽtione de huiusmodi clausula obtinuit à Papa absolutionem à iuramento ad effectum agendi, vt fuit resolutum *in causa Vlixbonen. legitimæ* 15. *Februarij* 1591. *coram Penia.*

86 Quid si sit detecta subreptio, an ista clausula obstet, *vide in Portugallen. fructuum* 3. *Martij* 1608. *coràm Reuerendiss. Ortembergo.*

87 Hæc clausula in fine posita respicit totam gratiam, & refertur ad omnia præcedentia, vt fuit resolutum *in causa Romana Casalium* 27. *Ianuarij* 1561. *coràm Oradino. in Aretina commenda* 19. *Iunij* 1587. *coràm Orano.* vbi etiam quod duæ adsint gratiæ. *Rota in d. Tarraconen. Villæ de Reus* 8. *Februarij* 1591. *coràm Plato. & in Placentina pensionis* 8. *Martij* 1593. *coràm Penia.*

88 Et facit regula, quod clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia. *l. talis scriptura. §. fin. ff. de legat.* 1. *& ibi Bart. & alij. Abb. Dec. & alij. in cap. secundò requiris. de appellat.*

89 Præsertim, quando non potest assignari diuersa ratio, cur clausula, sublata, magis referatur ad vnum capitulum, quam ad aliud. *Dec. in dicto cap. secundò requiris. num.* 3. & fuit dictum *in causa Placentina pensionis* 8. *Martij* 1593. *coràm Penia.*

90 Et idcirco, ex *regul. l. talis scriptura. §. fin. & l. licet. ff. de legat.* 1. *l.* 1. *C. de liber. prætor. & cap. secundò requiris. de appellat.* hæc clausula in fine posita iungitur cum clausula, Quod de subreptione, &c. quæ est suprà, posita pluribus intermedijs, & ita fuit resolutum *in causa Aretina commendæ* 19. *&* 30. *Ianuarij* 1587. *coràm Seraphino. & in Placentina pensionis* 8. *Martij* 1593. *coràm Penia.*

91 De hac clausula potest dari quandocunque, etiam in secunda instantia. *Rota Iaquen. decis.* 190. *nu.* 8. & fuit resolutum *in d. causa Calaguritana confidentiæ* 1. *Iulij* 1592. *coràm Penia, & vide in causa Auellina vnionis* 31. *Maij* 1596. *coràm Gypsio. Gonzal. in regul.* 8. *Cancellar. glos.* 66. *nu.* 13.

92 De hac clausula potest dare beneficiatus nomine suæ Ecclesiæ, etiam quod ipse renunciauerit, vel aliàs iurauerit. *glos. in l. si quis presbyterorum, in verb. alie-*

alienatur. de reb. Eccles. non alien. Aret. consil.614. sub nu.2. in fin. & nu.3. & fuit resolutum *in Aretina commendæ* 1. *Iunij* 1587. *coram Orano.*

93 Stante hac clausula Rota turius agendo solet semper remittere partes ad Sanctissimum. *Cott.decis.*18. *quæ est Romana Casalium* 20.*Decembris* 1560. *coràm Oradino. in Tarraconen. Villæ de Reus* 8. *Febr.*1591. *coràm Plato. in Romana de Victorijs* 11. *Martij* 1591. *coràm Blauchetto. in Meliten. Baiulatus negropotis* 13. *Iunij* 1607. *coram Card. Pamphilio. & in Portugallen. fructuum* 3. *Martij* 1608. *coràm Reuerendiss. Ortembergo.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 103.

Clausula.799. Sublata quacumquè difficultate, &c.

Num. 1. Clausula ista intelligitur de difficultate facti non autem iuris, & quæ probabilem causam haberet. *Aegid. decis.*597.*Gonzal.in reg.*8.*Cancellar.glos.*57. *nu.*11. *versic. necnon.*

2 Hæc clausula apposita in gratia reuocata per regulas Cancellariæ, nihil operatur. *Rota in Romana pecuniaria* 13. *aliàs* 23. *Ianuarij* 1570. *coràm Cotta.*

3 Clausula, Sublato appellationis obstaculo. Hæc clausula non operatur, quando sententia est notoriè iniusta. *Rota in Lucana dismembrationis* 12. *Nouembris* 1610. *coràm Reuerendiss. Ortembergo. & vide in eadem coram eodem.* 18. *Martij* 1611. & suprà in clausula, appellatione remota 171.

4 Clausula, Sublato iuris ordine, &c. Cum hac clausula Legatus non solet committere causam. *Felin. post alios in cap.*1. *nu.*2. *de rescript.*

Clausula 800. Subministratis alimentis, &c.

Nu. 1. Hæc clausula, Subministratis Oratori alimentis, & sumptibus litis in commissione posita, suffragatur, etiam hæredi, vt illius vigore etiam debeantur alimenta, & sumptus litis, quando cum hærede continuatur eadem lis, quæ fuit cœpta cum defuncto, & eadem instantia, & sic competat eadem priuilegia. *l. hæres absens. ff. de Iudic. & vide in causa Bononien. de Gargantibus* 26. *Nouembris* 1599. *coram Cardin. Millino.*

2 Hæc clausula iuncta, cum clausula arbitrio Rotæ habet locum, vbi constat de bono iure, & paupertate. *Rota in Bononien. de Gozzadinis* 27.*Ianuar.*1612. *coràm Reuerendiss. Manzanedo.*

Clausula 801. Sub pœna priuationis, &c.

Hæc clausula, etiam à lege prolata importat canonem ferendæ sententiæ, & non latæ. *Put.decis.*129. *lib.*3. *Imol. cons.*23. *nu.*2. & 3.

Clausula 802. Sub quacumquè forma, &c.

Hæc clausula apposita in mandato ad lites cum reuocatione omnium procuratorum suorum, aliàs sub quacumquè, &c. non operatur, vt censeantur reuocati procuratores dati ad negotia, licet fuerint simul, & insolidum cum alijs ad lites constituti in vno eodemquè mandato. *Rot.decis.*18. *& ibi Addent. de procur. in nou.*

Clausula 803. Summariè, &c.

Num. 1. Clausula, Summariè sola facti veritate inspecta, & manu regia tollit solẽnitates iuris ciuilis. *Roman. cons.*497.*nu.*9.*Dec.cons.*449.*nu.*15. *Grauat.ad Vestr. in prax.lib.*5. *cap.*1.*nu.*7. *Marant. de ordin.Iudicior. part.*4. *distinct.* 9. *nu.*8. *& vide in causa Romana pecuniaria* 15. *Octobris* 1601. *coram Card. Millino.* vide circa hanc clausulam. *Pedemont.decis.*1.*per tot.incip. Quoniam ex forma tàm antiqui.*

Aduertè, quod ista decisio coràm Card. Millino non reperitur facta, nec dubium aliquod eo die propositum, ac propterea cum dicatur, vide in causa se refert ad informationes sub ea die in dicta causa datas.

2 Hæc clausula tollit ordinem Iudicij, quia aliàs ommissus vitiat processum. *Gambar. de Legat. lib.*8. *tit.de potestat.Legat.in Iudic.nu.*157.*& seqq.* vbi in quibus consistat iste ordo iudicij.

3 Et tollit ordinem inductum à iure positiuo, non autem inductum à iure diuino, vel naturali, vt citatio, &c. *vt post Bart. trad. Gambar. de Legat. lib.*8. *tit. de potestat.Legat.in indicialib.*

4 Hæc clausula in his, in quibus sententia non parit perpetuum præiudicium intelligitur, & quoad ordinem, & quoad probationem, in his verò in quibus per sententiam paratur perpetuum præiudicium intelligitur solum quoad ordinem, non autem quoad probationem. *Bart. in l.*1.*§. fin.num.*1. *ff.de prætor. stipulat. Card.cons.*7.*nu.*3.

5 De effectu huius clausulæ, vide *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. summariè. Pract.Papien. in form.libel.in act.real.in verb.Summariè. & Gambar. de Legat. lib.*8. *tit. de potestat. Legat. in iudicialib. à nu.*157. *vsquè ad nu.*163.

6 Vbi committitur causa in Palatio cum clausula, Summariè simpliciter de plano, & sola veritate facti inspecta, & terminis non seruatis, nõ possunt termini substantiales in totum ommitti, sed solum ad arbitrium Auditoris abbreuiari. *Rot.decis.*1. *& ibi Addent. de rescript. in nou.* vbi qui sint termini substantiales, & quid operetur hæc clausula in causis beneficialibus, & alijs in quibus de iure communi proceditur Summariè, &c. & quid in causis prophanis, cum dicta clausula commissis, *& decis.*15. 23. *&* 25. *eod. tit. in antiq.Rot.*15. *&* 8.*lib.*2. *part.*3.*diuers. Ferret. cons.*99.*lib.*2. *& cons.*219. *num.*2.*lib.*1. *& cons.*359. *num.*8. *lib.*2.

7 Limita si fuisset dictum omnibus, & quibuscumq; terminis tàm substantialibus, quàm non substantialibus de iure, & de stylo seruari solitis penitus omissis, & minimè seruatis. *Papazon. ad d. decis.*2.*num.*6. *de rescript. in nou.* vbi refert decisionem Rotæ coràm Simoneta.

8 Vigore huius clausulæ, an possit procedi in qualibet instantia non solum si est apposita in prima commissione, quo casu in omnibus commissionibus censetur repetita. *Cassad.decis.*8.*nu.*1. *&* 6.*de rescrip. Gonzal.in regul.*8.*Cancellar.glos.*6.*num.*176. *versic. ac propterea. & seq.* sed etiamsi in sequenti, & accessoriè, vide *Cassador. decis.* 8. *de rescript. &*

 Papazon.

Papazon. ibi addit. ad decis.2. nu.16. & seq. eod. tit. in nou.

9 In vim commissionis, in qua fuit obtentum, vt summariè, &c. procedatur, an possit procedi per audientiam contradictarum cõtrà absentem, qui tamen vigore alterius commissionis fuit legitimè citatus, *vide decis. Rot. 15. & ibi Addent. de rescript. in nou.*

10 Si petatur committi causa summariè sola veritate facti inspecta, & terminis non seruatis, vel abbreuiatis, si signetur audiat, &c. & procedat summariè, nihil in commissione cancellando omnia petita censentur concessa. *Rot.decis.9. & ibi Add.& decis.28. ad fin.de rescript. in nou.& decis.1. eod.tit. in antiq. Aegid. decis.338. versic. Item quod si petitur. & decis.394. Cassador.decis.14. de rescript.* vide omninò. *Gamb. de Leg.lib.8. tit.de potest.Legat. in iudicialib.*

11 Amplia, vt procedat, etiamsi in Signatura Papæ, vel Cardinalis non adsit verbum summariè, &c.dummodo adsit in Signatura, seu extensione Regentis. *Cassad. d. decis.14. nu.2. de rescript.*

12 Secus si signetur solum audiat, & iustitiam faciat, &c. & non dicatur, & procedat summariè. *Rot. decis.28.& ibi Addent.de rescrip.in nou.Aegid.decis.276. Felin. in cap. super literis. nu.10. de rescript.*

13 Adde tamen, quod *Felin.in d.cap.super literis. sub nu.10. de rescript.* inquit, quod si Signatura dicat, audiat,&c. intelligatur concessa facultas procedendi summariè, &c. quod tamen videtur contrà decisiones superius allegatas, quæ requirunt expressionem illius verbi summariè,&c. quo expresso dicunt venire alia petita, enim non cancellerentur. Hoc idem inquit *Gambar.de Legat.lib.8. tit.de potest at. Legat. in iudicialib. num.174. & seq.*

14 Adde etiam, quod hodie sufficit, quod in Signatura, seu in extentione Regentis adsit verbum summariè sine verbo, &c. licet antiqui hoc exigerent. *Cassad. decis.14. nu.4. de rescript.*

15 An inferior à Papa possit committere causam de consensu partium cum potestate procedendi summariè, &c. vide *Papazon. ad decis.9.nu.3.de rescript. in nou. & Cassador.decis.14. nu.1. post med. de rescript.* vbi quod hoc est solius Principis.

16 Per commissionem, quod Prætor procedat Summariè non obstantibus statutis,&c. non dicitur excitata iurisdictio ordinaria, sed data delegata, & proptereà ab eius sententia datur appellatio, licet ex forma statuti non daretur, si vti Ordinarius processisset. *argument. l.ius ciuile. ff. de iustit. & iur. Achill. decis.2. de rescript.*

☞ Vide, quæ diximus suprà Part.I. super ista clausula, Summariè, *in nostris Singularibus ex Rota Romana ad Reuerendiss.Coccinum in Miranden.pensionis. Lunæ 7. Maij 1612. in vers. Declaratur.*

Clausula 804. Super quibus, &c.

Hæc clausula, & cæteræ clausulæ generales illi similes, quæ solent apponi in libellis non operantur quoad ea, quæ sunt contraria, & quæ repugnantiam continerent, *vt per Soccin.cons.122. post princ.lib.4. & Ruin.cons.32.nu.13.vers.nec obstat.lib.1.cum alijs per Rot.Lucen.diuers. decis.142.col.2. versic. non obstant illa verba.* vbi loquitur in terminis rescriptorum dicens ea, & libellos, vt plurimum æquiparare.

Clausula 805. Super quibus omnibus, & singulis intendunt inquirere veritatem, &c.

Hæc clausula est clausula diuisiua. *Roman. consil.110. num.3.*

Claus.806. Super quo tuam conscientiam oneramus, &c.

Hæc clausula posita in delegatione censetur adiecta in vim executionis, vel monitionis, & ideò non impedit, quominus possit fieri subdelegatio, licet secus sit in clausula, Conscientiæ tuæ committimus. *Rot.decis.130. nu.3. in fin.& seq. part.2. diuers.*

Clausula 807. Supplentes, &c.

Num.1. Hæc clausula posita in confirmatione non tollit defectum potestatis facientis actum confirmatum. *Rot.decis.2.de confirm.vtil.vel inutil.in nou. Gemin. & Præposit. in cap. Cœnomanensis Prior. num.2. & Præposit. nu.1. vers.Et per prædicta. 56.dist. Abb.in c.inter dilectos. sub nu.8.vbi Addent. in verb.priuilegium. de fid. instrument. Ias.in l.more. num.37. ff. de iurisdict. omn. iud.*

2 Dic verum, quando Papa ignorauit, secus si sciuit saltem in genere. *Gemin. in cap.Cœnomanensis.nu.2. & Præpos. nu.1.versic.Et prædicta. 56.distinct.Rot. diuers. decis.445. nu.4. part.1. diuers.*

3 Nec defectum, quo actus redditur nullus super quo requiritur dispensatio, sed solum defectum solemnitatis. *Felin. in cap.2. num.42. versic. Et pro dicto. de rescript.*

4 Hæc clausula tollit solum defectus iuris positiui, putà circa solemnitates requisitas à iure. *cap. illa. & ibi Doct.de elect. Dec.cons.341. in fin. 410. num.24.& 516. num.13.*

5 Secus quoad defectus iuris naturalis. *Sarnen. in compend.Signatur.col.38.vers.Etiamsi Papa.Staphil. de lit. Iustit. tit. commiss. an detur. super validitat. process.nu.3. Rebuff in form. mand. Apostol.in verb. iuramento. vers.iuuat etiam. circa med.& in c.nulla. col.38. versic.Vigesimatertia clausula. pag. mihi 441. col.2.in princip.de concess. præbend. Ferret.consil.31. nu.33.& cons.32.nu.48.lib.1. Dec.d.cons.410.nu.24. & cons.602.nu.20.Felin.in cap.postulasti.sub nu.12. de rescript.*

6 Et non supplet defectus iuris positiui, nisi specificentur in literis. *Ferret.cons.38.nu.8.Rota in Abulen. iurisdictionis 22. Ianuarij 1588. coràm Cardin.Pamphilio. Dec.cons.541.nu.24. vers. Et solum. Sarnen.in compend.vtriusq;Signatur.col.38.vers.Etiamsi Papa. & seqq.* vbi omninò videas. *Ferret.cons.31.sub n.33. & cons.72. nu.48. lib.1. & cons.38.*

7 Hæc clausula non supplet defectus concernentes delicti condemnationem, vt citationis, & causæ cognitionis. *Ferret. cons.31. nu.33. lib.1.*

8 Nec operatur in damnum ius tertij competens ex contractu, vel iure gentium in re, vel ad rem. *Ferret. cons.31.nu.33. ad fin. & cons.32.sub nu.46. lib.1.*

9 Nisi de illo Princeps habuerit notitiam,& ex causa illud tollat. *Ferret. d. cons.32. sub nu.46. lib.1.*

10 Hæc clausula non se extendit ad incognita. *Ferret. cons.32. nu.46. lib.1.*

11 Ideòq;

11 Ideoq; non operatur, nisi in his, in quibus Papa est informatus. *Ferret. d. consf.32. sub nu.46. lib.1.*

12 Hæc clausula supplet defectus solemnitatis requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiæ. *Alex. consf.79. lib.1. Dec. consf.341. nu.6.*

13 Non tollit, nec supplet defectus personarum. *Stapbil. de lit. grat. tit. de clausf. Motu proprio. nu.5. & liter. instit. tit. commiss. an det super valid. process. n.3. Rebuff. in form. mand. Apostol. in verb. iuramento. in versf. iuuat etiam. circa med. Doct. in cap. ex parte. de offic. delegat. Aym. consf.104. nu.2.*

14 Hæc clausula non operatur expressa falsitate. *Dec. consf.541. nu.24.*

15 Et solum operatur, vbi processum fuit causa cognita, secus si sine causæ cognitione. *Dec. consil.541. nu.24. versf. Et considerandum est.* facit, quod tradit idem *Dec. consf.407. nu.24.* ad quod ibidem se refert *Ferret. consf.31. num.31. & sub num.33. & consil.33. num.48. lib.1.*

16 Hæc clausula vti non potest, nisi Papa, vel Princeps non recognoscens superiorem. *Rebuff. in form. mand. Apostol. in verb. iuramento. in versf. iuuat etiam. ad fin. versf. Et nullus. Iasf. in l. nemo potest. in 2. lect. sub nu.7. ff. de legat.1.*

17 Ita vt nec Legatus de latere ea vti non possit. *Iasf. vbi suprà.*

Clausula 808. Supplicationibus, &c. inclinati.

Hæc clausula ostendit gratiam emanasse ad supplicationem partis. *Rota in Spoletana bonorum, seu spolij 6. Martij 1592. coràm Penia. Rebuff. de dispensf. rat. ætat. in verb. Tuis in hac parte, &c.*

Clausula 809. Suspensiua, &c.

Num.1. Clausula suspensiua reseruationum est pars gratiæ, ideò in ea sufficit facere mentionem de mentali reseruatione. *Cassad. decisf.5. nu.2. de reseruat.*

2 An faciat cessare mentalitatem, & ab ea liberet beneficium, vide *Cassad. d. decisf.5. nu.4.*

3 Includit etiam ea, quæ adhuc in pectore remanent. *Cassad. decisf.6. nu.3. de reseruat.*

4 Amplia, vt procedat siue sit declarata persona, cui ex reseruatione mentali prouisum fuit, siue non, & etiamsi adsit inhibitio. *Cassad. d. decisf.6.*

5 De clausula suspensiua vnionum, &c. vide *Rebuff. tit. de reuoc. vnion. nu.32. & seqq.*

Clausula 810. Taliter elargiens ab omnibus peccatis suis permaneat plenariè absolutus.

De intellectu huius clausulæ, vide *Roman. consil.364. nu.7.*

Clausula 811. Taliter quod, &c.

Hæc clausula est restrictiua sicut clausula, ita quod. *l. Lutius. §. qua habebat. ff. ad Trebell. Soccin. consf.141. nu.9. lib.1. Dec. consf.521. nu.16.* & fuit dictum *in Rauennaten. fideicommissi 27. Maij 1596. coràm Card. Arigonio.*

Clausf. 812. Tàm, & quàm, &c.

Hæc clausula, seu potius hæ dictiones habent virtutem copulatiuè, vt si dicatur tàm Titius, quàm Seius. *Dec. consf.186. in princip.*

Clausula 813. Tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxtà Lateranen. Concilij statuta, &c.

De hac clausula, & huius effectu, vide *Mandosf. in regul.34. quæst.90. nu.7.*

Clausula 814. Teq; à quibusui s excommunicationibus, &c.

Num.1. Hæc clausula ad quid ponatur in literis Apostolicis, vide *Staphil. de lit. grat. tit. de vi, & effect. clausula. nu.7. & Achill. decisf.14. nu.4. de præbend. & Rebuff. de clausf. mand. nu.10. & seqq. & in form. nou. prouisf. in verb. Tequè absoluentes. & in repet. cap. nulla. col.31. versf. sexta clausula. pag. mihi 438. col.1. de concess. præbend.*

2 Quando ista clausula non prosit impetranti, vide *Rebuff. in form. mandat. Apostolic. in verb. quauis occasione, vel causa, &c.*

3 Et ad quem effectum tantum prosit, vide *Rebuff. ibid. in verb. ad effectum.*

4 An autem, vt prosit, sit necessaria absolutio, & quando, vide eumdem *Rebuff. vbi suprà. in verb. absoluentes. versf. quero. & versf. differentia est.*

5 Hæc clausula posita in prouisione facta ad fauorem excommunicati, vel suspensi operatur eius validitatem. *Parisf. de resignat. lib.4. quæst.3. nu.52. & 53.* vbi de communi. *& nu.62.*

6 Limita, vt non operetur in fauorem illius, qui in excommunicatione per annum insorduit. *Parisf. dicta quæst.3. nu.57.*

7 Quinimò ex regula Cancellariæ non suffragatur sustinenti scienter excommunicationem vltrà quatuor menses, vt testatur. *Parisf. d. quæst.3. nu.58.*

Clausf. 815. Terminis vnica citatione seruatis, &c.

Hæc clausula apposita in commissione operatur, vt termini non seruentur. *Papazon. in addit. ad decisf.2. nu.8. de rescript. in nou.* vbi de alijs clausulis idem importantibus.

Clausula 816. Terminis non seruatis, &c.

De clausula, Terminis non seruatis, &c. vide suprà in clausula, Summariè 803.

Clausula 817. quod vnicus Terminus peremptorius seruetur, quo elapso, &c.

De clausula, quod vnicus Terminus peremptorius seruetur, quo elapso, &c. vide omninò *Ferret. consil.359. nu.10. & seqq. lib.2.*

Clausula 818. Toties, & quoties, &c.

Num.1. Hæc clausula non impedit quominus obligationi, in qua posita est præscribi possit. *Tiraquell. de de retract. lignag. §.1. glosf.10. nu.34.* & fuit dictum *in*

in Romana tutelæ de Fabijs 18. Martij 1585. coràm Seraphino.

2 Hæc clausula quid importet vsq; quo extendatur, an importet infinitatem, vel expiret per secundum actum, vide latè *Alex. cons. 145. lib. 2. & ibi Addent.*

3 Hæc clausula apposita in mandato procuræ circa facultatem substituendi reuocandi, & reassumendi quid importet, vide *Rotam decis. 12. & ibi Addent. de procur. in nou.*

4 Clausula ista non prodest primo contrafaciente, sed benè illi nocet quoad pœnam committendam, vt per *Alex. in l. semel mora. nu. 5. circa med. versic. Quod non puto verum. ff. solut. matrim. Rot. decis. 15. nu. 3. & 211. nu. 3. part. 1. diuers.* & ista decisio fuit comprobata.

5 Operatur, vt pœna pluries peti possit. *Bart. in l. 2. nu. 11. & ibi Ias. nu. 148. C. de Iur. emphyt. Lancell. de attent. part. 2. cap. 17. num. 192.*

Clauſ. 819. Transferens omnia iura, &c. nullo iure, &c.

Num. 1. Hæc clausula apposita in contractu facit illum censualem, licet partes eum emphyteoticum appellent, vt per *Doct. in cap. constitutis. de religios. domib. vbi glos. in verb. iuxtà ratam. Innocent. num. 3. in fin. Anchar. num. 16. Card. in 15. opposit. Butr. num. 26. & Abb. nu. 22. Imol. in cap. ad audientiam. num. 4. de reb. Eccles. non alien. Ias. in l. 1. num. 48. C. de Iur. emphyt. Soccin. cons. 266. num. 6. lib. 2.* & fuit dictum *in causa Romana retractus 24. Ianu. 1584. coràm Blanchetto.*

2 Declara primò procedere, quando sunt translata omnia iura, secus si non sint translata, vt puta, si locantur omnia iura cum huiusmodi clausula, quia tunc intelligitur respectu locationis per quam non transfertur dominium. *tot. tit. ff. & C. locat.* vel aliàs appareat non esse translatum dominium, vt fuit dictum *in d. Romana retractus 24. Ianuarij 1584. coràm Blanchetto.*

3 Declara secundò, quod de necessitate hæc clausula non importat translationem dominij directi, & intelligitur secundum subiectam materiam, cum sit solita apponi tàm in contractu emphyteotico, quàm consuetudo, & quibuscumq; alienationibus, vt in fortioribus terminis in simile, tradit *Ias. de feud. nu. 13. Curt. Iun. eod. tract. part. 1. quæst. 6. nu. 8. versic. circa verò secundum. & num. seq. Soccin. Iun. cons. 70. sub nu. 29. vers. Et ex prædictis.* & fuit dictum *in causa Romana domus de tribus montibus 29. Octobris 1582. coràm Sanctiss. Aldobrandino. & in d. Romana retractus 24. Ianuarij 1584. coram Blanchetto.*

4 Et ideò si est apposita super alienatione vtilis dominij, extrà ea non censetur translatum directum dominium, vt fuit dictum *in dicta Romana domus de tribus montibus 24. Octobris 1582. coràm Sanctiss. Aldobrandino.*

5 Declaratur tertiò, quod ista clausula est dubia, & conuenit etiam cõtractui emphyteotico, & locationi perpetuæ, vt fuit resolutum *in causa Romana Casalis 23. Ianuarij 1581. coràm Sanctiss. Aldobrandino,* & fuit dictum *in d. causa Romana retractus 24. Ianuarij 1584. coram Blanchetto.* vbi quod hæc clausula recipit interpretationem ob obseruantia.

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 106.

Clauſ. 820. Tunc, & eo casu, &c.

Num. 1. Hæc clausula limitat dispositionem ad casum expressum, ita vt vltrà illum non extendatur. *Anchar. cons. 356. sub nu. 3. vers. tertiò hoc probatur. Rom. consil. 131. nu. 1. versic. secundò istud. Dec. cons. 89. nu. 3. & cons. 287. nu. 10. ad fin. Paris. cons. 92. nu. 11. lib. 2. & cons. 108. nu. 26. lib. 3. Roland. cons. 70. num. 13. & seq. lib. 3. Soccin. cons. 76. lib. 3. cum alijs allegatis in causa Romana de Aquilanis 18. Iunij 1600. coràm Corduba. Dec. cons. 63. nu. 2. 273. nu. 3. 298. nu. 3. & 315. nu. 2. Aldobrand. cons. 29. nu. 6. vide in Ariminen. bonorum 30. Aprilis 1610. coram Card. Pamphilio. Alciat. cons. 37. nu. 14. lib. 9. Rota in Rauennaten. fideicõmissi 27. Maij 1596. coràm Cardin. Arigonio. Soccin. Iun. cons. 181. nu. 5. in fin. & seq. & cons. 190. num. 9. lib. 2. Rota in Romana fideicommissi de Gallis 16. Nouembris 1587. coram Card. Pamphilio.* vbi quod restringitur præcisè ad casum expressum. *Cephal. consil. 275. in fin. lib. 2.*

2 Ista tamen restrictio non impedit extentionem, quę fit ex voluntate testatoris coniecturata ad casum similem expresso. *l. Titius. §. Lutius. vbi Bart. & alij præsertim. Ias. in 1. notab. plura adducens similia. ff. de liber. & posthum. Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 3. vbi Galliaul. num. 14. ff. eod. Gozzadin. consil. 64. in fin. Paris. cons. 66. nu. 44. lib. 3. Io. Petr. Surd. cons. 336. nu. 46.* vbi plura in proposito adducit, & fuit dictum *in d. causa Romana de Aquilanis 18. Iunij 1600. coràm Corduba, & 14. Nouembris 1603. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

3 Maximè fauore piæ causæ. *Tiraq. de priuileg. piæ caus. priuileg. 62. Curt. Iun. cons. 35. nu. 6. & 7. Mantic. lib. 6. tit. 3. nu. 43.* & fuit dictum *in dicta Romana de Aquilanis 18. Iunij 1600. coram Corduba.*

4 Hæc clausula operatur, vt sub vulgari non contineatur tacita pupillaris. *Dec. cons. 332. nu. 1. Aym. cons. 98. nu. 5.*

5 Idem operatur, quod substitutio non porrigatur ad casus similes, sed restringitur in casu, de quo loquitur *Dec. cons. 332. nu. 1. Aym. cons. 98. num. 5. Gabr. consil. 111. nu. 14. lib. 2.*

Clausula 821. Velle suum, &c.

Hæc clausula denotat liberam voluntatem. *Roman. cons. 112. nu. 2.*

Clauſ. 822. Vendidit, cessit, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam positam à Notario in instrumento dicitur constare de venditione. *Rot. decis. 289. nu. 2. lib. 2. part. 3.*

2 Et posita post plurium rerum specificationem ad omnia refertur. *Rot. d. decis. 289. n. 3. lib. 2. p. 3. diuers.*

Clausula 823. Verificato, &c.

Num. 1. Hæc clausula facit gratiam conditionalem, *ad text. in l. à testatore. ff. de condit. & demonstrat. cum similib.* & fuit dictum *in causa Lucana Magiscolatus 7. Iunij, & 1. Iulij 1585. coram Orano. in Salernitana Rectoria 22. Martij 1591. coram Card. Pamphilio, & vide in causa Vercellen. benefitij 16. Nouembris 1601. coram Litta.*

2 Et ideò debet verè plenè, & concludenter iustificari ab impetrante, *ad not. in c. quia circa. de consang. & affinit.*

& affinis. *Alex. cons. 59. num. 8. lib. 2. Ruin. cons. 68. num. 18. lib. 1.* & fuit dictum *in Lucana Magiscolatus 4. Decembris* 1587. *coram Orano. & in Salernitana Rectoria 22. Martij 1591. coràm Card. Pamphilio.*

3 Vnde clausula verificaro in primis Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, &c. reddit gratiam conditionalem, vt fuit dictum *in causa Lucana Magiscolatus 7. Iunij, & 1. Iulij 1585. coram Orano. in Tirasonen. Capellania 7. May 1601. coram Card. Pamphilio. & in Pistorien. seu nullius beneficij* 18. *Decembris 1634. coràm R. P. D. Dunozetto*, vbi aliæ decisiones cumulantur.

Clausula 824. Veris existentibus præmissis, &c.

In hac clausula, quæ solet apponi in impetratione in forma iuris ob plura delicta, solent eenfare verba, vel altero præmissorum. *Stapbil. de lit. iustit. §. & primò sciendam. nu. 2. Sarnen. de subrogand. quæst. 7. versic. Item sciendum.* & fuit dictum *in causa Oscen. Archidiaconatus 19. Octobris 1601. coram Cardin. Lancellotto.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 109.

Clausula 825. Vestræ, vel alterius Ecclesiæ, &c.

Num. 1. Hæc clausula in mandatis de prouidendo ad quid ponatur, vide *Rebuff. de clausul. mandatoram. num. 31. & seq. Et in forma mandat. Apostol. in verb. Vestra, vel alterius.*

2 Nec debet poni, quando mandatum dirigitur Collatori non habêti collationem, nisi in sua Ecclesia, qui tunc frustrà apponeretur. *Rebuff. d. verb. Vestra, vel alterius. vers. quod si mandetur.*

Clausula 826. Videas quid iuris, &c.

Hæc clausula quid importet, vide *Felin. in cap. 1. nu. 51. vers. Et si dicatur, videas quid iuris. de constit.*

Clausula 827. Vigore præsentium, &c.

Vide suprà *in Clausula* 109. *la seconda. fol.* 302. *colum.* 2.

Clausula 828. Vitæ, ac morum honestas.

Hæc clausula de stylo apponitur in prouisionibus, &c. nec probat, neque probari debet. *Rebuff. super concord. in form. mandat. Apostolic. in verb. morum honestas. & seqq.* vbi quod quis non debet de facili admitti ad faciendam probationem in contrarium, nisi vellet probare inhabilitatem, secus si ignorantiam.

Clausula 829. Vnà cum, &c.

Hæc clausula importat simultaneitatem. *Rot. decis. 233. nu. 26. in fin. part. 1. diuers.*

Clausula 830. Vnà cum incidentibus, emergentibus, &c.

Num. 1. Pro intellectu huius clausulæ adde, quod incidens quæstio dicitur, quæ respicit merita causæ, & induritur ad excludendum intentionem actoris. *Soccin. cons. 136. nu. 2. lib. 2.*

2 Emergens verò dicitur, quæ oritur ex processu. *Soccin. Iun. d. cons. 136. nu. 2. lib. 2.*

Clausula 831. Vnà cum obtentis, &c.

Clausula ista àn, & quando inducat dispensationem, vide *Rebuff. de dispensat. rat. ætat. in verb. defectoq; prædicto. nu. 3. & seqq.*

Clausula 832. Vnà cum toto negotio principali, &c.

Num. 1. Hæc clausula posita in commissione appellationis facit, vt censeatur deductum, & commissum totum negotium principale. *Franch. in cap. vt debitus. nu. 45. de appell. Aegid. decis. 48. Mobed. decis. 162. aliàs 6. de appellat. Capataq. decis. 152. part. 1.* & fuit dictum *in causa Mediolanen. Capellaniæ de Vald'arno 3. Iulij, & 6. Nouembris 1595. coram Card. Pamphilio. & in Cæsaraugustana pecuniaria 15. Iunij 1601. eoràm eodem.*

2 Dic verum si partes super eo instent. *Papazon. ad Rot. decis. 23. sub num. 10. de rescript. in nou.* vide suprà in clausula, Quàm, & quis, &c. 596.

3 Et ideò posita in commissione appellationis causæ possessoriæ operatur, vt censeatur commissum non solum possessorium, sed etiam petitorium. *Cassador. decis. 9. num. 13. de caus. poss. & propriet. & Capataq. decis. 162. part. 1. & 177. nu. 2. part. 2.* & fuit resolutum *in d. Mediolanen. Capellaniæ de Valdarno 3. Iuly, & 6. Nouembris 1595. eoram Card. Pamphilio.*

4 Circa hanc clausulam, vide *Papazon. in addit. ad Rot. decis. 23. nu. 2. de rescript. in nou. & nu. 11.* vbi àn per eam censeatur commissum negotium principale æquè principaliter.

5 Hæc clausula operatur, vt Iudex procedere possit, etiam non constito de appellatione, licet sit ditus Iudex vigore commissionis appellationis. *Achill. decis. 14. nu. 2. & 3. de rescript.*

6 Dic verum si addatur tamquàm Iudex super negotio principali, secus tamquàm Iudex appellationis. *Rot. decis. 399. lib. 3. part. 3. diuers.*

7 Et hoc procedit sine dubio in appellatione in grauamine; secus forsan in appellatione ad officia. *Achill. d. decis. 14. nu. 4.*

8 Hæc clausula posita in commissione appellationis ab interlocutoria non operatur, quando negotium principale est alteri commissum. *Lancellot. de attent. appellat. pendent. in præfat. nu. 62. in fin. & seq.*

Clausula 833. Vnà sententia, &c.

Hæc clausula intelligitur de prima sententia. *Put. decis. 77. nu. 2. lib. 1.*

Clau-

Clausula 834. Vocatis vocãdis, &c.

Nu. 1. Hæc clausula facit executorem de mero mixtum, qui tenetur seruare formam rescripti, aliàs nulliter agit. *cap. exhibita. vbi Abb. in vlt. not. & ibi Addent. de Iudic. Card. conf. 63. nu. 1. Dec. consf. 173. nu. 2. 198. col. fin. & 233. nu. 1. Felin. in cap. de cætero. nu. 10. de re iudic. Rot. decis. 30. de rescript. in nou. & decis. 12. & ibi Addent. nu. 2. ad fin. de offic. deleg. in nou. Felin. in d. c. exhibita. nu. 14. & in cap. fin. nu. 23. vbi cæteri. de præsumpt. Gomes. in cap. statutum. 77. de rescript. in 6.* & fuit dictum *in causa Mediolanen. Parochialis 21. Nouembris 1586. & 22. Iunij 1587. & 16. Martij 1588. coràm Plato. & vide in causa Legionen. prioratus 15. Decembris 1586. coràm Card. Pamphilio.* & fuit resolutum *in causa Tuden. Parochialis 4. Nouembris 1592. coràm Card. Pamphilio. in Siracusana beneficij 19. Martij 1597. coràm eodem. & vide in causa Toletana 11. Februarij 1602. coram Cardin. Sacrato. cum alijs per Gonzal. in reg. 8. Cancell. in annot. contr. nullit. & attent. nu. 226. & in Ferrarien. Parochialis. Lunæ 1. Aprilis 1596. coram Corduba.* vbi de tali clausula, posita in prouisione in forma dignum.

2 Et à sententia talis executoris potest appellari, illiq; est deferendum. *Card. conf. 63. num. 2. Felin. in d. cap. exhibita. sub nu. 4. de iudic. Rota in Siracusana beneficij 19. Martij 1597. coràm Card. Pamphilio. in Neocastren. Parochialis 1. Februarij 1610. coràm Card. Pamphilio. Felin. in cap. de cætero. nu. 10. in fin. de re iudic. Rota in Agrigentina beneficij 21. Iunij 1610. coràm Card. Pamphilio. vide in Abulen. & Zamoren. beneficiorum 27. Iunij 1594. coràm Penia. cum alijs per Gonzal. in d. reg. 8. Cancellar. in annot. contrà nullit. & attent. nu. 226.*

3 Et hoc casu tenetur assumere partes Iudicis, *vt per Doct. in cap. fin. de præsumpt. Rota in causa Ciuitatis Castelli Sancti Fortunati 23. Maij 1597. coràm Penia. Dec. consf. 173. nu. 2. & consf. 233. nu. 1. Cardin. consf. 63. incip. D. N. Papa. & consil. 92. sub num. 2. Papazon. ad decis. 12. nu. 2. de offic. delegat. in nou.*

4 Hæc clausula posita in gratia si in euidentem, &c. operatur, quod non possit procedi extraiudicialiter, sed debet procedi iudicialiter, vt fuit dictum *in causa Leodien. census 29. Ianuarij 1596. coram Orano, & 11. Decembris 1596. & 15. Ianuarij 1597. coràm Corduba. & vide in causa Mediolanen. bonorum 16. Februarij 1587. coràm Seraphino.*

5 Hæc clausula posita in instrumento à Notario non probat citationem. *Cardin. consil. 31. num. 1. in fin. & seq.*

6 Stante hac clausula, possessio capta appellatione pendente, vel tempore dato ad appellandum est nulla, & attentata, vt fuit resolutum *in causa Siracusana beneficij 19. Martij 1597. coràm Card. Pamphilio.*

7 Hæc clausula requirit causæ cognitionem. *Verall. decis. 284. nu. 4. part. 2.*

8 Hæc clausula solet apponi in rescripto. *cap. exhibita. de Iudic. Rebuff. in prax. tit. differ. int. rescript. grat. & iustit. nu. 59. & in l. quod iussit. nu. 84. ff. de re iudic. in 2. notab.*

9 Et si non apponatur sub intelligitur. *Rebuff. d. tit. differ. inter rescript. grat. & iustit. nu. 60.*

10 Hæc clausula apposita in gratia, seu priuilegio tollit vitium subreptionis. *Card. consf. 92. nu. 2. in fin. & nu. 3.* vbi vide *Dec. consf. 233. nu. 1.*

11 Hæc clausula non debet poni post rem iudicatam. *Rebuff. in prax. p. 3. tit. rat. person. & rei vit. resignat. num. 26.*

12 Operatur, quod seruetur forma iudicialis. *Dec. consf. 233. nu. 1. & 137. nu. 1.*

Circa hanc Clausulam, vide etiam suprà in Clausula 111.

Clausula 835. Vocato N.

Ista clausula intelligitur, quatenus sit de iure vocandus. Et stante hac clausula possessio per executorem data, non citato illo est nulla, prout habes suprà in Clausula 110. quæ est eadem cum ista.

Clausula 836. Volumus autem, cum primum, &c.

Hæc clausula quid operetur, vide *Staphil. de lit. grat. de vi, & effect. claus. tit. pluralitas beneficiorum. num. 1.*

Clausula 837. Volumus autem, quod infrà sex menses nouam prouisionem expedire, &c.

Num. 1. Hæc clausula quomodo fuerit intellecta, vide apud *Put. decis. 51. lib. 1.*

2 Clausula volumus, quod tenearis expedire literas infrà sex menses à data præsentium intelligitur à die habitæ possessionis pacificè, vel quod per eum steterit, quominus illam adipiscatur. *Put. d. decis. 51. lib. 1. & 318. lib. 3. Achill. decis. 12. de priuileg. Caputaquen. decis. 216. p. 2. & 248. p. 1. Sarmient. Select. interpretat. lib. 1. cap. 12. nu. 9.* & fuit resolutum *in causa Abulen. Capellaniæ 6. Nouembris 1592. coram Grupperio. in Astoricen. Archidiaconatus 7. Decembris 1593. & 15. Februarij 1587. coram Seraphino. in Ispalen. fructuum 15. Martij 1596. coram Litta.* vbi fuit recessum à contraria resolutione facta *in eadem causa coram eodem 24. Nouembris 1595.*

3 Adde tamen, quod stante intruso non tenetur facere diligentias pro illo remouendo. *Put. decis. 22. lib. 1.* & fuit resolutum *in d. Astoricen. Archidiaconatus 15. Februarij 1574. coram Seraphino.*

4 Hæc clausula volumus, quod teneatur infrà sex menses literas expedire, si non sunt expeditæ operatur, quod Breue non dicatur subreptitium, in quo fuit dictum literas non esse subreptitias, etiam quod sint expeditæ, quia potuit in genere cogitasse casum, etiam quod essent expeditæ, & quod nihilominus voluerit concedere Breue, quod sufficit. *l. qui iure familiaritas. ff. de testament. milit. Gabr. de regul. iur. conclus. 4. num. 2. cum similib. & vide in causa Nouarien. Canonicatus 12. Februarij 1593. coram Cardin. Pamphilio.*

Clausula 838. Voluntati tuæ committimus.

Hæc clausula operatur, quod Commissarius non sit subiectus regulis iuris. *Felin. post alios in cap. 1. nu. 51. versic. Et si dicatur committimus voluntati tuæ. de constit. &c.*

Clau-

Clausula 839. Vt asseris, &c.

Num. 1. Hæc clausula, Vt asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur iustificare asserta, secus in clausula, vt asseritur. *Rot. decis. 60. nu. 77. de rescript. in antiq. Dec. in cap. iurauit. nu. 1. de probat. Caßad. decis. 4. nu. 1. eod. tit. & decis. 7. de Iurepatronat.* & fuit resolutum *in causa Salamantina pensionis 23. Iann. 1574. coràm Cas. de Graßis. vt in decis. 48. num. 3. & 4. de probat. Card. cons. 69. nu. 6. Gig. cons. 48. num. 40. & cons. 49. nu. 71. vide Put. decis. 36. lib. 3. Rot. decis. 412. nu. 1. p. 1. diuers. Rebuff. in tit. de dispensat. rat. ætat. in verb. vt asseris. & ibi in form. mandat. Apostol. in verb. omnia, & singula. versic. nota tamen. & in repet. cap. nulla. col. 30. ad fin. vers. secunda clausula est. pag. mihi 437. col. 2. de conceß. præbend. Gonzal. in regul. 8. Cancell. glos. 32. nu. 12.*

2 De hac clausula, vide *Rebuff. in cap. 1. col. 1. circa med. de caus. poss. & propriet.*

3 Adde tamen, quod si impetrans loquatur alternatiuè, vt putà, vt asseris, de Iurepatronatus Laicorum, vel Clericorum sufficit, quod alterum sit verum, & non tenetur aliud iustificare. *Caßad. d. decis. 4. nu. 10. de probat. & decis. 7. nu. 9. de Iurepatronat.*

4 Quando dicatur, vt asseris, quando vt asseritur, & quando vt accepimus, vide *Rebuff. in tit. de dispens. rat. ætat. in verb. vt asseris. versic. & vix. & in form. mandat. Apostolic. in verb. omnia, & singula. versic. nota tamen.*

5 Hæc clausula cum sit impersonalis, & per consequens nihil concludat, non sufficit in mentione de mense, quæ est facienda in supplicatione de reseruatione ratione mensis, *iuxtà regul. 8. Cancellar. vt per Gonzal. in d. glos. 32. nu. 12. & 13.*

Clausula 840. Vt commodius viuere valeat.

Num. 1. Hæc clausula dicitur impulsiua, non finalis, vt fuit consideratum *in causa Pharen. pensionis 24. Ianuarij 1578. coràm Sanctiss. Aldobrandino.* & fuit dictum *in causa Romana legati 23. Octobris 1592. coràm Card. Pamphilio.*

2 Hæc clausula non importat alimenta. *Caecialup. de pensionib. quæst. 9. ad fin. versic. si verò erat dines.* & tenuit Rota *in d. causa Pharen. pensionis 24. Ianuarij 1578. coràm Sanctiss. Aldobrandino. & in d. Romana legati 23. Octobris 1592. coram Cardin. Pamphilio.* Quicquid contrarium dixerit. *Gig. de pensionib. quæst. 51. num. 20.*

3 Importat tamen commoditatem, vltrà necessarium victum *d. Romana legati.*

Clausula 841. Vt decentius substentari valeas, &c.

Hæc clausula intelligitur decentius, quam anteà fieri poterat, non autem decentius, quam conueniat, vt fuit dictum *in causa Pharen. pensionis 24. Ianuarij 1578. coràm Sanctiß. Aldobrandino. & est decis. 458. part. 1. diuers.*

Clausula 842. Vt melius substentari valeat, &c.

Hæc clausula posita in reseruatione pensionis, an operetur, vt pensio dicatur reseruata pro alimentis, vide *Mandos. in regul. 19. quæst. 11. num. 6. & Roman. consil. 338. & ibi Add. in litera C. cum alijs per Paris. de resignat. quæst. 4. lib. 6. & q. 1. nu. 7. in fin. & seq.*

Clausula 843. Vt moris est, &c.

Hæc clausula posita in prouisione beneficij operatur, vt non censeatur sublata consuetudo, si qua est, in recipiendo prouisos. *Rebuff. in form. nou. prouis. in verb. Vt moris est.* vbi quod est valdè vtilis.

Clausula 844. Vt præfertur qualificata.

Ista clausula posita in dispensatióne, quid operetur, vide *Rebuff. de dispensat. super defect. natal. num. 91. & seq.*

Claus. 845. Vt prætenditur, &c.

Num. 1. Hæc clausula præseruat impetrantem, vt nihil dicatur assertiuè dixisse, quod ipsi præiudicet. *Rot. decis. 60. & 77. de rescript. in antiq. Dec. in cap. iurauit. num. 1. eod. tit. & decis. 7. de Iurepatronat. Cæs. de Graß. decis. 2. num. 3. & 4. de probat.* & fuit dictum *in causa Bononien. Canonicatus 1. Decembris 1589. coràm Card. Pamphilio.*

2 Et ideò operatur, vt non dicatur aliquid confessatum, sed tantum relicta prætensio partis aduersæ, ex qua non inducitur confessio. *Glos. Angel. & Doct. in l. Gallus. §. Idem credendum. ff. de lib. & posthum. Alex. cons. 49. num. 10. lib. 7. Dec. in cap. iurauit. nu. 1. versic. sed tamen. de probat. Gabr. de confess. concl. 4. num. 27.* & fuit dictum *in d. Bononien. Canonicatus 1. Decembris 1589. coràm Card. Pamphilio.*

Clausula 846. Vtroq; iure, &c.

Num. 1. Hæc clausula importat idem, quod pleno iure ideòq; sicut clausula hæc importat concessionem in spiritualibus, & temporalibus, *vt not. in cap. pastoralis. de priuileg.* ita idem importat clausula vtroquè iure, *vt per glos. 1. in c. quoniam. quam ibi sequuntur Doct. omnes. eod. tit.*

2 Vel concessionem quoad vtramquè legem diocæsanam, & iurisdictionis. *Innoc. in d. cap. quoniam. circa princip. Host. ante nu. 1. in verb. vtroq; iure. Io. Andr. nu. 3. Butr. nu. 5. versic. Innocentius verò. Card. nu. 2. circa med. versic. Vel secundum. & Abb. sub num. 3. post med. vers. Vel intellige.*

Claus. 847. Vt suam iustitiam vnicuiq; ministremus.

Hæc clausula facit, quod confirmatio fit in forma communi, ideòq; confirmata debeat aliunde doceri. *Rota in Lunen. Sarzanen. Capellaniæ 1. Martij 1602. coràm Card. Saerato.*

Clausula 848. Vt suprà, &c.

Num. 1. Per hanc clausulam censetur repetita omnia superius narrata. *Dec. cons. 182. nu. 13. 377. sub nu. 5. & cons. 344. nu. 1. Paris. cons. 48. num. 14. lib. 2. Crot. cons. 13. nu. 45. lib. 1. Odd. cons. 57. n. 3. Rota in Romana Palatij Sanctæ Mariæ Maioris 15. Martij 1604. coram Card. Pamphilio. Aym. cons. 98. nu. 11. Rota in Romana Vinea 30. Octobris 1589. coràm Penia. lib. 1. diuers. decis. 15.*

decis.15. Rota in Perusina redintegrationis 7. Nouembris 1595. coràm eodem. Surd. decis. 291. nu. 13. & 319. num. 8. Rota in Romana, seu Spoletana bonorum 24. Maij 1602. coram Card. Sacrato.

2 Et tamen sola repetunt, quæ in præcedentibus continentur. *Ruin. cons. 32. nu. 3. lib. 5. Aym. cons. 88. nu. 3. Rota in Tudertina fideicommissi 13. Aprilis 1587. coràm Gypsio.*

3 Restringit mandatum ad superius expressa. *Rota in Zamoren. Parochialis 28. Maij 1586. coràm Gypsio.*

Clauſ. 849. Vt veritatē inquirat, & iustitiæ debitum exequatur.

Clausula, Vt veritatem inquirat, & iustitiæ debitum exequatur, importat, vt videatur esse commissa causæ definitio, & illius executio, vt plenè per *Philipp. Franc. in cap. Episcopus. num. 2. extrà Ne Cleric. vel Monach. lib. 6. & in cap. si quis contrà. de for. compet. eodem lib. 6. Gels. Vgo. de Clausul. sub num. 128.*

Clausula 850. Vulgariter, & per fideicommissum.

Hæc clausula continet expressam vulgarem. *Castren. cons. 152. num. 1. in fin. lib. 1. Soccin. Iun. consil. 100. nu. 5. vers. aduertendum.* iuncto principio, vbi ponit casum. *& cons. 114. nu. 11. in fin. lib. 1. Surd. cons. 347. num. 18.*

FINIS CLAVSVLARVM.

DE PRÆCEDENTIIS.

INTER Practicabilia Ecclesiastica, de quibus in hac Quarta Parte nostrorum Singularium agimus, restat vt aliqua de Præcedentijs Ecclesiasticis breuiter dicamus; Et licet in nostris Obseruationibus ex Rota Romana aliquas Conclusiones posuerimus, illis hoc loco solum duo nostra Consilia, siue Responsa addemus.

Quorum Primum est de Præcedentia Parochorum in funeralibus suprà Canonicos, & Beneficiatos.

HOC Responsum fuit primò Romæ, & iterum Lugduni impressum inter Doctissimas Disceptationes forensium Iudiciorum D. Stephani Gratiani in Secundo Tomo cap. 298. Vbi etiam habetur in principio approbatio, siue subscriptio ipsius ad dictum Responsum, vt ipsemet dicit ibi num. 16. Tertio loco fuit editum Mantuæ occasione præcedentiæ ibidem ortæ. Quod Responsum quàm egrè tulerit R. D. Octauianus Morbiolus Canonicus Mantuanus ostendit in eo, quem edidit, discursu contrà dictum Responsum, de quo non est valdè curandum, cum erret in foribus, vt patebit ex his, quæ breuiter post hoc Responsum dicentur.

Secundum Responsum est de Præcedentia Prothonotariorum Apostolicorum de numero participantium.

Re-

Responsum Primum de Præcedentia Parochorum in funeralibus quoad Canonicos, & Beneficiatos.

EPITOME.



Arochi an debeant præcedere Canonicos, & Beneficiatos in associatione defunctorum, siue eorum Collegarũ. ¶ Et multa de officio eorumdem, tàm in funeralibus, quàm in alijs casibus. ¶ Diuersitas statuum, & officiorum in Ecclesia quomodo consideretur. ¶ Statutum an valeat, vt Canonicus post seruitium quadraginta annorum sit exemptus à residendo, & acquirat distributiones quotidianas. ¶ Et quando illæ dentur absentibus. ¶ Vna & eadem res, ac personæ quo casu possit dici maior, & minor, ac ac diuerso iure censeri. ¶ Liber Pontificalis, & Ritualis, an sit authenticus, & faciat fidem. ¶ Rex quando præcedat Cardinales. ¶ Auditor Rotæ factus Episcopus, an præferatur alijs Auditoribus. ¶ De Vicecancellario, Pœnitentiario, Camerario, Correctore literarum Apostolicarum, Abbreuiatore, Vicario, Archidiacono, Archipresbytero, Canonicis, Parochis, & similibus, quomodo inter eos sit concedenda prælatio. ¶ Actus sepeliendi, & baptizandi, an faciat Ecclesiam curatam. ¶ Parochus in quibus actibus subsit Capitulo. ¶ Canonicus exemptus ab Episcopo per concordiam, an efficiatur subditus illius si habeat curam animarum. ¶ Stola, omtium, & pallium quid significet, & quando, & per quos deferatur. ¶ Cardinales in suis titulis, quam iurisdictionem habeant, & quale minus ad eos pertineat. ¶ Distinctio inter Parochos titulares, & Vicarios perpetuos, & quis eorum sit magis honorandus. ¶ Funus an possit leuari de Parochia absq; licentia, Curati, quamuis concedatur fratribus libera sepultura. ¶ Verbum, alias, ad quæ referatur. ¶ Vna sola crux, an sit deferendum funus, & cuius Ecclesiæ illa debeat esse. ¶ Rector in sua propria Ecclesia, quam iurisdictionem habeat. ¶ De præcedentia Archipresbyteri, & Vicarij Ecclesiarum Parochialium, & Canonicorum S. Mariæ de Cruce, ac Rectorum, & Presbyterorum diœcesis Boianesi. ¶ Parochi an sint magis honorandi quam Canonici, & quis eorum habeat maiorem administrationem, & potestatem, & cui concedatur facultas excommunicandi. ¶ Verba quando funus ad eius Ecclesiam defertur, an sient demonstratiuè, vel taxatiuè. ¶ Consuetudo in præcedentia quando attendatur, & in ea quo casu successori possit præiudicari per antecessorem. ¶ Parocho an competat restitutio si fuerit spoliatus corpore iam sepulto. ¶ Cadauera defunctorum, an sit deferenda ad Ecclesiam cum cantibus. ¶ Subrogato quando debetur idem honor, qui subroganti. ¶ Statutum an sit validum, quod pro exequijs non possit expendi, nisi certa pecunia taxata, & quod pro nuptijs non detur Parocho, nisi certa summa. ¶ In materia præcedentiæ, an dentur remedia possessoria, & quæ actiones competant. ¶ Sepultura an magis accedat ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum. ¶ Compromissum super iure prælationis, an possit fieri.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor concurrens cum Episcopo in negotijs fidei illi præfertur.*

2 *Vna & eadem persona quando possit diuerso iure censeri. nu. 26. & 46.*

3 *Episcopus dicitur Rector Parochialis, Prætor, & Magistratus.*

4 *Subrogato quando debeatur idem honor, qui est debitus subroganti.*

5 *Parochus restituitur si fuerit spoliatus corpore iam sepulto.*

6 *Cadauera sunt deferenda ad Ecclesiam cum cantibus propter concursum fidelium, & preces ad Deum pro eis fundendas.*

7 *Statutum non valet, quod pro exequijs non possit expendi, nisi certa pecunia taxata, & quod pro nuptijs non detur Parocho, nisi certa summa.*

8 *Consuetudo in materia præheminentiæ, quando sit seruanda. & nu. 99.*

9 *Iuri prælationis, an possit renunciari in præiudicium Ecclesiæ, & successorum, & valeat super ea compromissum.*

10 *Consuetudo quando inducatur in ijs, quæ sunt facultatis.*

11 *Varia remedia pro recuperanda possessione præcedentiæ.*

12 *Funus an possit leuari de Parochia sine licentia Curati. Et quomodo concordentur in hoc opiniones contraria Doctorum. nu. 13. 14. & 78.*

15 *Sepultura magis accedit ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorũ.*

16 *Capitulum Ecclesiæ maioris, an debeat præcedere Prælatum Ecclesiæ inferioris Collegiatæ etiam quãdo Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius Parochiam.*

17 *Diuersitas statuum, & officiorum in Ecclesia pertinet ad perfectionem, necessitatem actionum, & dignitatem, & pulchritudinem illius.*

18 *Canonicorum munus quale sit, & de eorum vita, & conuersatione. num. 16. & de recitatione horarum, & assistentia in diuinis. nu. 17.*

19 *Statutum an valeat, quod Canonicus qui per quadraginta annos Ecclesiæ seruiuit sit exemptus à seruitio dictæ Ecclesiæ, & lucretur distributiones quotidianas perinde, ac si resideret.*

20 *Canonici non iuuantur aliqua consuetudine, quin teneantur omnibus septem horis inseruire, nec sufficiet quod interueniant missæ conuentuali.*

21 *Distributiones quotidianæ non dantur, nisi assistentibus in choro, quamuis de licentia superioris, tunc temporis missæ celebrentur per Canonicum in Ecclesia deuotionis causa.*

22 *Exercens curam animarum excusatur à præsentia in choro.*

23 *Parochorum officium circa curam animarum quale sit, & num. 25.*

24 *Ecclesia Parochialis dicitur beneficiũ habẽs Parochiã ad eius curam deputatam, & territoriũ limitatum.*

27 Rex

27 *Rex, quando pracedat Cardinales, & quem locum habeat in Consistorio.*

28 *Liber Pontificalis est authenticus, & in decisiuis potest allegari.*

29 *Cardinalis, quando sit praferendus alteri Cardinali Vicecancellario, Camerario, & Pœnitentiario. num.31.*

30 *Vicecancellarij auctoritas qualis fit, & du fit dignitas. nu.32.*

33 *Corrector literarum Apostolicarum non pracedit in parco Abbreuiatorum.*

34 *Auditor Rota factus Episcopus, quando praferatur alijs Auditoribus.*

35 *Archidiaconus in administratione est maior Archipresbytero, ratione autem diuinorum est minor.*

36 *Episcopus debet reuerentiam patri in domo, in Ecclesia autem illum præsedit.*

37 *Vicarius Episcopi prasente illo non pracedit Archidiaconum, & Canonicos collegialiter congregatos, secus eo absente.*

38 *Quilibet in proprio officio præfertur omnibus alijs, licet extrà illud posponeretur.*

39 *Opinio Molani de pastore praferendo in Ecclesijs capitularibus, qua simul sunt Parochiales.*

40 *Canonici, quando praferantur Parochis eiusdem Ecclesia, & quid è contrà. num.41.*

42 *Actus solus sepeliendi, vel baptizandi non facit, vt Ecclesia dicatur curata. & nu.43. Fallit. num.45.*

44 *Laicus habet aliquando facultatem baptizandi.*

47 *Prælatus faciens contractum damnosum Ecclesia potest nomine ipsius contrauenire.*

48 *Canonicus exemptus à iurisdictione Episcopi per concordiam, illa non obstante efficitur subditus Episcopi si habeat curam animarum.*

49 *Regularis, qui præest curæ animarum subest iurisdictioni Ordinarij non obstante quacumq; exemptione.*

50 *Parochus in actibus spectantibus ad Clericos subest Capitulo, secus in actu curæ animarum. n.51.& 52. Nequè de vno datur extensio ad alium. num.53.*

54 *Parochus in funeralibus præcedit Capitulum, & omnes Clericos, propter habitum sacerdotalem, quo in illis vtitur.*

55 *Stola, seu orarium quid sit, & significet tàm in Parocho, quàm in Sacerdote Episcopo, famulis, & alijs, & quando, & per quos deferatur. nu.55.57. 58.59. & 61. & qualis honor esset ambulare in stolis. nu.62.*

60 *Alexandri Magni reuerentia erga sacerdotem.*

61 *Episcopus primò ordinatus pracedit alios posteà ordinatos, dummodo non habeant pallium.*

64 *Pallium inter Episcopos operatur, idem quod stola inter Sacerdotes.*

65 *Honor adhibetur vestibus pretiosis.*

66 *Sacerdos quilibet cum stola pracedit omnes in processionibus confraternitatum, & similium.*

67 *Sacerdotem S. Franciscus praferebat sancto.*

68 *Presbyter quilibet dicendo missam cõuentualem pracedit omnes capitulares, etiam quo ad cultum diuinũ. Idem in Patriarcha celebrante in Capella Papæ.*

69 *Deus magis animas quam sacrificium expetit.*

70 *Valet argumentum ab æquiparatis, & qui dicit similitudinem non procedere, debet probare.*

71 *Episcopus dicitur Rector Parochialis.*

72 *Cura animarum specialis est apud Parochum, generalis verò penes Episcopum.*

73 *Parochus in funeralibus non pracedit Capitulum existente Episcopo. & num.74.*

75 *Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem Episcopalem, & antiquitus eorum officium erat baptizare, & sepelire mortuos, & ad eos spectat cura animarum existentium sub suis titulis. num.76.*

77 *Distinctio inter Parochos titulares, & Vicarios perpetuos, & quis eorum sit magis honorandus.*

79 *Officium Parochi circa defectum tàm in domo, quàm extrà, & intra Ecclesiam. & nu.81.*

80 *Pompa funeralis non est de necessitate sepulturæ. Et quod ius funerandi spectat ad Rectorem.*

82 *Verbum, alijs, refertur ad ea, quæ non sunt expressa, & significat diuersitatem in personis, & similitudinem, & identitatem in substantia à narratis.*

83 *Rituale Romanum, an faciat fidem.*

84 *Decretum Congregationis Rituum circa præcedentiam Curati in funeralibus. Et quid in hoc senserit Card. S. Seuerinæ Pœnitentiarius. nu.77.*

85 *Verba quando funus ad eius Ecclesiam defertur, an stent demonstratiuè, seu taxatiuè.*

86 *Idem ius est statuendum vbi militat eadem ratio, & quando casus expressus sit gratia exempli.*

87 *Cardinalis S. Seuerinæ resolutio super præcedentia Parochi.*

88 *Vnam solam crucem debemus deferre in funeralibus, quæ debet esse illius Ecclesia, ad quam defunctus portatur.*

89 *Rector in sua propria Ecclesia dicitur Prælatus, Imperator, & Rex, & pracedit omnes Capitulares collegiata, & gerit vices Apostolorum.*

90 *Episcopus Brixinensis, quando debeat præcedere Episcopum Tridentinum.*

91 *Archipresbyteri, an sint præferendi Vicarijs Ecclesiarum Parochialium, & illarum Clero.*

92 *Canonicis nouiter erectis S. Mariæ de Cruce, an debeatur præcedentia ante omnes Rectores, & presbyteros diœcesis Boianen. sicut alys Canonicis Boianen.*

93 *Capitulum Ecclesia Maioris Florentia, an præcedat Prælatum Ecclesia inferioris collegiata, etiã quando Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius Parochiam.*

94 *Parochi sunt magis honorandi, quam Canonici.*

95 *Curatus habet maiorem administrationem, quæ præcedentiam inducit, & cura est ars artium, superat Canonicatum ratione scientiæ, & ordinis. & nu.96.*

97 *Parochus habet potestatem dimittendi peccata respectu corporis Christi mistici, & potestatem consecrandi respectu corporis Christi veri.*

98 *Canonici non habent facultatem excommunicandi, quæ tamen Parochis conceditur.*

Approbatio, seu subscriptio D. Stephani Gratiani ad præsens Responsum Theodosij Rubei, quod infrà habetur à num.17.

IN funeralibus quod Parochi debeant præcedere Canonicos, & Beneficiatos capitulariter interuenientes Dixi verius esse cum de hoc in facti contingentia quæreretur, etenim dicuntur esse in proprio officio, cuius ratione datur prælatio, etiam contrà eos, quibus aliàs extrà illud officium postponerentur,
1 † prout dicimus de Inquisitore, qui concurrens cum Episcopo in negotijs fidei, illi præfertur, *Eimericus*

in

in direct. 3. p. quæst. 50. nu. 3. R. P. D. Penia ad direct.
quæst. 5. num. 5. dixi suprà *cap. 106. num. 38.* vbi ad-
didi similia de Episcopis, Prælatis, Delegatis, &
Consiliarijs, qui in Collegio, seu Capitulo debent
sedere, & subscribere post alios præsidentes, quam-
uis enim habeant maiorem dignitatem, tamen non
debent præcedere, cum illa dignitas non sit ordinata
ad illum actum, pro quo tractabatur de præcedendo.
2 *Purpurat. in l. 1. nu. 195. ff. de offic. eius.* † Nequè est
inconueniens quod vna, & eadem persona ob varios
respectus diuerso iure censeatur, cum hoc sit conce-
dendum ratione duplicis iuris, quod vnus & idem
habet, ita vt vno casu possit esse maior & dignior, &
in alio minor, & minus dignus. *glos. in cap. quæritur.*
in verb. non æquamus. 2. quæst. 6. Dec. in cap. sanè. in
3. notab. de offic. delegat. Tiraq. de nobil. cap. 10. nu. 11.
& cap. 28. num. 15. & multis similibus comprobat
Menoch. cons. 902. nu. 71. vsquè ad 76. lib. 10.

Præsertim, quia Parochus in funeralibus, & actu
curæ animarum gerit vices Episcopi, qui dicitur Re-
3 ctor Parochialis † *cap. bonæ rei. 12. quæst. 2. cap. ad*
Apostolicam. de donat. Boer. de auctor. magn. consil. in
addit. nu. 16. Germon. de indult. Cardin. §. ac beneficia.
num. 45. Immo etiam Episcopus dicitur Prætor, &
Magistratus in sua diœcesi *Rimin. in cap. canonum sta-*
tuta. nu. 32. de constitut. tom. 2. fol. 103. vnde est præ-
4 ferendus † tamquàm subrogatus in eius locum, cum
etiam in præheminentia debeatur idem honor subro-
gato sicut ipsimet principali in actibus in quibus il-
lum representat, quicquid sit in alijs. *Felin. in cap.*
cum olim. nu. 1. vers. sed vera solutio. de offic. delegat.
Prout dicimus de Delegato ab Episcopo ad aliquem
actum, putà celebrandi Synodum, vel similem, qui
debet præferri, etiam in sedendo in loco Episcopi
delegantis, quasi in illo actu specialiter illum repre-
sentet. *cap. præcipimus. 93. distinct. Rom. singul. 340.*

Vlterius cum Parochus præferatur omnibus in
exercitio, & cura animarum sibi commissarum dum
viuunt; Ita etiam debet præferri in funeralibus tam-
quàm accessorijs, & dependentibus à sua iurisdictio-
5 ne, † itaut etiam Parochus præferatur, & ante omnia
sit restituendus si fuerit spoliatus corpore iam sepul-
to, cum illud possit extrahi auctoritate superioris
tamquàm non iustæ sepulturæ traditum & restitui ei,
qui ius prælationis habet, iuxtà opinionem, de qua
per *Cassan. in cathal. glor. mund. part. 2. consid. 5. col.*
penult. in princip. vers. de gloria autem. fol. 57.

Et quamuis pompa funeralis non sit de necessitate
6 sepulturæ † tamen etiam cadauera sunt deferenda ad
Ecclesiam cum sonis, & cantibus psallentium pro-
pter concursum fidelium, & preces ad Deum pro eis
fundendas. *cap. quia diuina. & cap. vbicumquè. 13.*
quæst. 2. Ias. in l. furiosum. col. 2. C. qui testam. fac. poss.
Alex. in l. si cum dotem. §. si maritus. col. vlt. solut.
matr. Cassan. in cathal. glor. mund. p. 2. consid. 5. fol. 52.
vbi multa de sepulchris, & funeralibus mortuorum
cum alijs per eumdem *Cassan. in eod. tract. consid. 75.*
part. 12. fol. 368. Celi. Rhodigin. lib. 9. antiq. lection.
cap. 44. Gal. Bened. in cap. Raynutius. in verb. mortuo
7 *itaque testatore. il 1. nu. 54. de testam.* † Ita vt nequè
valeat statutum quod pro exequijs nō possit expendi,
nisi certa pecunia taxata, quasi impediat eleemosy-
nas Clericorum, prout neq; valeret quod pro nuptijs
non possit dari Parocho nisi certa summa, licet esset
validum quoad dictas nuptias non possint accedere,
nisi tot puellæ. *Felin. in cap. 1. nu. 19. col. 10. in princ.*
de sponsal.

Nequè obstat quod aliquando in huiusmodi fu-
neralibus Canonici, & Capitulum præcesserint Paro-
8 chis, † quæ consuetudo in materia præheminentiæ
est seruanda. *Bald. in cap. cum olim. de consuetud. Rot.*
decis. 4. in fin. de elect. in nou. Menoch. cons. 126. nu. 3.
lib. 2. Nauarr. cons. 2. de maior. & obed.

Quia respondetur debere constare quod huius-
modi consuetudo sit præscripta spatio 40. annorum.
Purpurat. in l. 1. nu. 200. ff. de offic. eius. post Andr. Sicul.
consil. 5. lib. 2. Cum etiam ad hoc, vt actus inducant
consuetudinem debeat probari, quod fuerint facti
ea intentione, vt consuetudo induceretur cum aliàs ex
gratia potuissent fieri, nè detur iuris sui renunciatio,
quæ in dubio non præsumitur. *Dec.* in specie *in cap.*
cum accessissent. col. penult. ante fin. vers. & hoc com-
probatur. de constit. per Glos. notab. in cap. consuetudo.
distinct. 1.

Maximè, quia non amittitur ius prælationis illa
non vtendo, aut patiendo alios præcedere, cum enim
9 † non possit expressè tali iuri renunciari in præiudi-
tium Ecclesiæ, & successorum nequè poterit tacitè,
vt in puncto concludit *Decian. cons. 21. num. 74. lib. 1.*
Cum etiam materia præcedentiæ sit magni præiudi-
cij, nequè possit compromitti sine auctoritate supe-
rioris, declarando tamen vt dixi *in addit. ad decis.*
March. 232. nu. 1. cum seq. Ita vt non sit consideran-
dum, quod aliqui Parochi, vel ignoranter, vel ob
aliquod interesse permiserint alios præcedere, cum
ex hoc non inferatur præiudicium alijs non consen-
tientibus, prout nequè successoribus, qui etiam pote-
runt contrauenire facto inualido antecessoris. *Soccin.*
cons. 79. nu. 47. lib. 4. Menoch. cons. 1. nu. 102. Quicquid
aliàs successor in sola dignitate teneatur obseruare
factum sui prædecessoris, etiam quod sit successor in
dignitate electiua, cum adsit eadem dignitas, quæ
numquàm moritur, latè idem *Menoch. cons. 264. n. 18.*
vsquè ad nu. 24. post Aym. cons. 241. nu. 17.

Accedit quod huiusmodi consuetudo nihil opera-
10 tur, cum ea quæ sunt facultatis † non inducant con-
suetudinem restrictiuam liberæ potestatis. *Abb. in*
cap. ex parte Astensis. 10. num. 7. in vlt. not. de conceß.
præb. Bart. in l. cum de in rem verso. col. fin. de vsur.
Ias. in l. quominus. nu. 28. de fluminib. Aym. consil. 96.
num. 4. Castr. cons. 340. ad fin. lib. 2. Requiritur enim
prohibitio, & interpellatio in actibus merè volunta-
rijs, Nam in eis non acquiritur quasi possessio, nisi
postquàm interpellatus recusauit, tunc enim à tem-
pore prohibitionis nascitur præscriptio, aut consue-
tudo, quæ facit, vt prohibitus tunc gerat actum non
gratuitum, sed merè seruitutis. *Abb. in cap. signifi-*
cante. 69. in primo notab. & ibi Franch. etiam in primo
notab. de appellat. Natt. cons. 106. nu. 9. ad fin. & con-
sil. 107. lib. 1. Bald. in l. 2. C. de seruit. col. 9. in princip.
vers. sed quæritur, an per obedientiam. num. 54. cum
alijs quos adduxi suprà *cap. 88. num. 15. & cap. 89.*
nu. 18. vsquè ad nu. 21. Surd. cons. 127. num. 23. lib. 1.

Immo etiam Parochi poterunt recuperare ius suū,
11 & ipsam possessionem præcedentiæ, † si fortè sui
maiores perdidissent, non enim fuit bonum ius de-
perditum, quamuis fuerit amissa possessio, cum res
de facili reuertatur ad suam naturam, vt in specie
præcedentiæ concludit. *Bald. cons. 387. col. 2. in princ.*
versic. nec potest ei obyci quicquam. lib. 2. Purpurat.

conf.540. in fin. nu.19. lib.2. Menoch. conf.902. nu.78. lib.10. Cum in similibus causis præcedentiæ dentur passim remedia possessorij. *Bald. in cap. licet causam. 19. nu.6. & ibi Felin. nu.1. de probat. Purpur. dicto conf.540. nu.19.* Ita vt etiam competat officium Iudicis *Io. Fab. in §. aliam. Instit. de bon. poss. Iul. in l. si non fortem. §. libertas. de condic. indeb.* Et licitum sit resistere, etiam armata manu contra eum, qui tale ius præcedendi infringit. *Bald. in l. obseruare. §. antequam. in fin. de offic. proconf. Menoch. conf.257. nu.55. lib.3.* Cum etiam detur actio iniuriarum aduersus eum, qui non patitur similem honorem decerni latè. *Cordubeu. in l. si quis à liberis. in princip. nu.30. & 32. ff. de liber. agnoscend. Gerard. singul. 44.* cum alijs quos adduxi suprà *cap.110. nu.24. vsq; ad 25. Cassan. in cathal. glor. mund. consid. 38. part. 1. conclus.19.*

Et pro confirmatione prædictorum facit, quia propter iurisdictionem, quam Parochus habet in sua Parochia non potest funus leuari sine illius licentia,
12 † & antequam per eum dicatur antiphona, Subuenite, vt declarat *Imol. in Clem. dudum. col.16. ante med. vers. nota benè. nu.66. & ibi Card. in §. huiusmodi. in fin. de sepultur. Oldr. conf.82. An fratres. nu.2. versic. nam & portare.*

Nec facit quod idem *Oldrad. consil.225. num.14.* contrarium voluerit quod talis licentia non requira-
13 tur † quia verius est illam adhibendam esse de consuetudine, cui in istis casibus funeralium semper standum est; maximè circa ea, quæ spectant ad Parochum, quamuis alijs Ecclesijs extra Parochiam libera sepultura concedatur. *Glos. in Clem. dudum. §. verum nec Parochiales. in verb. integrè. de sepultur. Abb. in cap. cum liberum. 10. in fin. vers. & cum sit confessa. & vers. & nota hoc vltimum. & ibi etiam Anchar. in fin. vers. & prædicti facuunt, eod. tit. Idem Anchar. in d. Clem. dudum. §. huiusmodi. in princ. vers. vbi etiam tetigi quod tangit. nu.28. & ibi Imol. nu.65. col.16. in princip. & Card. in fin. vers. postmodum tamen obseruatur. de sepultur.* Et ita per eos concordantur dicta consilia contraria. *Oldrad. conf.82. & 225. nu.14.*

Quamuis enim in *d. §. huiusmodi.* disponatur quod Fratres Mendicantes habeant liberam sepulturam;
14 † Tamen ibi textus subdit explicando in quo consistat ista libera sepultura, videlicet, quod fratres possint omnes ad eam recipere, qui sepeliri elegerint in eorum Ecclesijs, ex prædictis autem verbis non tollitur, quod Parochis debetur de iure communi, vel ex consuetudine circa ea, quæ seruantur in similibus funeralibus, cum non sint contraria dictæ sepulturæ, neque illi repugnent, prout ita respondet *Glos. in d. §. huiusmodi. in verb. integrè.* & sequitur *ibi Imol. num.65.* vbi etiam, quod præsentia Parochi non impedit dictam sepulturam. Cum etiam satis sit quod Fratres fuerint priuilegiati circa ista iura funerandi, quæ anteà non habebant tamquam carentes populo. *Glos. in d. §. huiusmodi. in verb. sepulturam. Host. in cap. 1. post princip. vers. caue tamen tibi. de sepultur.* Maximè, quia non est sublatum priuilegium Fratrum quamuis Parochus debeat interuenire in istis funeralibus, cum talis præsentia non repugnet sepulturæ, vt dictum est, & notat etiam *Card. in d. §. huiusmodi. in fin.* vbi quod ista opinio est tutior, ne detur materia rixæ, Quamuis enim vno præmisso permittantur, etiam præparatoria, Tamen intelligitur dummodo quis non sibi ius dicat, vt per *Card. ibid.* Cum etiam ex hoc oriatur Ecclesiæ leue præiudicium, quo casu illi potest præiudicari, etiam per Prælatum in priuilegijs eidem Ecclesiæ concessis. *Felin. in cap. cum accessissent. col.17. in princip. vers. & pro intelligentia huius limitationis. §. 1. de constitut.* Stante igitur prædicta iurisdictione Parochi in sua Parochia contrà omnes in quorum Ecclesijs fuerit electa sepultura à defunctis; erit etiam & concedenda prælatio in exercitio eiusdem iurisdictionis, & sic in funerali processione, de qua agimus ex suprà allegatis.

Quibus adde, quod sicut Parochus præfertur cunctis in administratione sacramentorum Parochianis,
15 † Ita etiam erit præferendus in sepultura, quasi illa magis videatur accedere ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum, Nam licet septem sint sacramenta Ecclesiæ, Tamen etiam vltrà ea dicuntur sacramēta omnes res sacræ, & Ecclesiasticæ, prout post *Frder.* concludit *Gemin. in cap. alma mater. §. in festiuitatibus. num.8. ad fin. vers. & ista videtur verior opinio. & ibi latè Costa. nu.7. vsque ad nu.10. de sent. excomm. in 6.*

Neque obstat auctoritas. *Felin. in cap. cum non liceat. 12. col.1. ad med. vers. hic respondi pridiè. nu.2.*
16 *de præscript.* † vbi concludit quod Capitulum Ecclesiæ maioris debet præcedere Prælatum Ecclesiæ inferioris collegiatæ, etiam quando Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri, per illius Parochiam. Quia loquitur in simplici Prælato Ecclesiæ inferioris collegiatæ, qui tamquam minor Episcopo debet reuerentiam maiori, & per consequens Capitulo, quod tunc representat Episcopum, Aliud esset si idem Prælatus fungeretur vice Parochi, prout sumus in casu nostro, Tunc enim propter istam qualitatem sui officij est maior Capitulo, & debet præferri ob rationes superius allegatas; Et ita etiam respondetur ad *Bor. de auctar. magn. concil. nu.79. & ad Mar. Mut. super consuetud. Panormitan. cap.60. in fin.* qui simpliciter referunt; & sequuntur *Felin. in d. cap. non liceat.* Hæc breuiter adduxi pro confirmatione, seu potius subscriptione eorum, quæ exactissimæ miro ordine, & pari eruditione scripsit omni scientiarum genere præstantissimus D. meus Theodosius Rubeus, quibus nihil addendum erat cum supremam manum imposuerit, & omnia diligentissimè pertractauerit in suo responso, quod ad publicam vtilitatem hic inserere volui, vt magis appareat veritas eorum, quæ suprà firmata sunt.

Responsum D. Theodosij Rubei Sacræ Theologiæ, & V.I.D. in eadem materia.

CVm Canonici, & Beneficiati aliquando interueniant in associatione fidelium defunctorum nobilium, siue eorum collegarum, orta fuit controuersia inter ipsos, & Parochos circa ordinem, & præcedentiam.

In qua quæstione resoluenda, altius repetenda sunt distinctio, ac varietas multiplex officiorum, ac graduum, qua ipsa vniuersalis Ecclesia mira speciosi-
17 tate ornata resplendet, † Ad tria enim pertinet ista diuersitas statuum, & officiorum in Ecclesia, Primo ad ipsius Ecclesiæ perfectionem, propter quod *Apost. ad Ephes. 4.* dicit ipse dedit quosdam quidem Apostolos quosdam autem Prophetas, alios autē Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, &c.

Secundo,

Secundò, pertinet ad necessitatem actionum, quæ sunt in Ecclesia necessariæ, oportet autem ad diuersas actiones diuersos homines deputari, ad hoc quod expeditius, & sine confusione omnia peragantur iuxtà illud *Apost. ad Rom.* 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Tertiò, hoc pertinet ad dignitatem, & pulchritudinem Ecclesiæ, quæ in quodam ordine consistit. Vnde Regina Saba 3. *Reg.* 10. videns omnem sapientiam Salomonis, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium nō habebat vltrà spiritum, & *Idem Apost.* 2. *ad Timot.* 2. dicit, quod in magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia. Et ad laudem Ecclesiæ dicitur *Psalm.* 44. Quod est circum amicta varietate. Vbi *Glos.* dicit, quod doctrina Apostolorum, & confessione Martyrum, & puritate Virginum, & lamento pœnitentium ornatur Regina i. *Ecclesia*. ita hæc omnia cum alijs cumulat *S. Thom.* 2. 2 *quæst.* 183. *art.* 2. & 3. quem sequitur *Turrecr. in sua summa lib.* 1. *c.* 69.

Et omissa varietate in membris Ecclesiæ ratione perfectionis, secundum quam accipitur differentia statuum, prout quidam sunt alijs perfectiores tamquàm à nostro instituto aliena, & insistendo in diuersitate ratione actionum, siue officiorum secundum quam dicuntur esse in diuersis officijs, qui sunt ad diuersas actiones deputati, & in diuersitate ratione pulchritudinis Ecclesiasticæ, prout scilicet in eodem statu, vel officiò vnus est alio superior, vt inquit *D. Thom. d. art.* 3. *in corp.*

Dicimus in Ecclesia Dei ad aliud officium esse deputatos Canonicos cum Beneficiatis, ad aliud verò animarum Curatos, siue Parochos.

Canonicorum enim munus exprimitur *à Concil.*
Turonensi tertio, sub Carolo Magno, & Leone III.
18 *cap.* 23. † Vbi dicitur Canonicos, & Clericos in
claustris habentes debere in eodem dormitorio dormire, & in eodem refici refectorio, & subdit rationem his verbis, quo faciliùs possint ad horas canonicas celebrandas occurrere. Quod etiam confirmatur *à Concil. Maguntinensi* 1. *sub eodem Imperatore. c.* 9. & *à Concil. Rhemensi. sub eodem cap* 8. & *à Concilio Meldensi. cap.* 53. Canonicorum etiam vita, officium, & conuersatio colligitur *ex Concil. Aquisgranensi primo: cap.* 114. & inter alia ita dicitur, vt horis Canonicis diuinum officium deuotissimè expleant. *Et cap.* 124. eis iniungitur, vt horas Canonicas religiosè obseruent, & mox vt datum fuerit signum, festinato omnes ad Ecclesiam conueniant, quam non pompaticè, vel inhonestè, vel incompositè; sed cum reuerentia, & Dei timore ingrediantur. Quæ omnia renouat, & confirmat *Concil. Aquisgranense* 2. *cap.* 25. *de ordin. Reliquum: Et in Concil. Lateranensi. sub Innocentio III. cap.* 7. dicitur si Canonici renuerint, vel in contemptum Episcopi cessauerint à diuinis, Episcopus Metropolitano negotiū deferat, &c. Idem dicitur in *Concil. Senonen. cap.* 4. *part.* 3. *Et in Concil. Augustensi sub Othone Card. cap.* 9. Quæ omnia collecta habentur *à Petro Crespetio in sua summ. in verb. Canonicus. fol. mihi* 91. & 92. & aliqua etiam notauit *Ant. August. in Epit. Iur. Pontif. veter. lib.* 8. *tit.* 50. *de vita, & honestate Canonicorum cap.* 5. & 6. Itèm dicit *Marsil. Colum. de Ecclesiast. redditib. c.* 7. [illegible] *Molan. de Canonicis lib.* [illegible]

Et quod cultus diuinus consistat in celebratione diuinorum officiorum, ita in terminis voluit Rota *in vna Calaguritana beneficij de Arriola. Vener.* 18. *Iunij* 1593. *coràm Gypsio, post cap. ex pacto. de constitut. cap. fin. de rescript. in* 6. & *Petr. de Vbald. in tract. de Canon. Episcop. cap.* 7. *nu.* 6.

Eadem etiam præsertim circa recitationem horarum Canonicarum, & assistentiam in diuinis propter cultum diuinum confirmantur *à Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* Et quod Canonici diuinis sint mancipati officijs, tàm in Ecclesijs Cathedralibus, quàm Collegiatis sæcularibus, vel regularibus dicitur *in eodem Concil. sess.* 22. *cap.* 4. *de reformat.*

Et adeò est necessaria dicta assistentia in diuinis, vt
19 Sacra Congregatio Concilij censuerit, † propter *d.*
cap. 12. sublatum esse statutum Ecclesiæ Compostellanæ ab immemorabili tempore obseruatum, quod Canonicus, qui per 40. annos horis diuinis interfuerat, & Ecclesiæ inseruierat continuò haberetur pro iubilato, ita vt esset exemptus à seruitio, & lucraretur distributiones quotidianas, perinde ac si resideret, ac inseruiret. Licet postea, vt dicitur in ea declaratione Sanctissimus dixerit dictum statutum esse tolerandum.

In tantum etiam cultus diuinus est proprium offi-
20 cium, & munus Canonicorum, † vt dixit eadem Sa-
cra Congregatio, vt Canonici non iuuentur aliqua consuetudine, quin teneantur omnibus septem horis inseruire, propter clara verba *Concil. in d. cap.* 12. ibi st. tis horis, ibi, diuina, ibi in choro psallant, & propterea fuit satis disputatum circa consuetudinem immemorabilem Ecclesiæ Patmen, Vbi Canonici non interueniunt horis Canonicis, sed solum missæ Conuentuali quotidie, & Vesperis in diebus festiūis, & detulerint Sanctissimo, vt tolleret dictā consuetudinē.

Assistentia verò debet esse non solum in Ecclesia,
21 sed præcisè in choro, † Vnde qui tempore recitatio-
nis horarum celebrarent in Capellis in quibus tenentur missas celebrare, vel deuotionis gratia, non debent percipere distributiones illius horæ, etiam si permissu superioris id facerent, Ita censuit Sacra Congregatio, Vbi etiam dixit admonendum esse superiorem, vt abstineret à dictis licentijs concedendis. Et videtur esse de mente *Felin. in cap. cum olim. num.* 2. *vers. limita hæc. de sent. & re iud. post Feder.* ab eo allegatum *in cons.* 220. *Quæsitum est. in fin.*

A qua tamen præsentia in choro excusaretur, qui
exerceret curam animarum imminētem Cathedrali,
22 † dum tamen est in actu administrandi sacramenta,
vel alia exerceret, quæ spectarent ad ipsam curam, prout Sacra Congregatio censuit *cum ipso Sacr. Concil. sess.* 22. *cap.* 3. & *sess.* 24. *cap.* 8.

Quod etiam procedere dixit eadem Congregatio, quando quis Parochialē habet simul, & Canonicatū.

Parochorum verò officium, quod est circa Curam
23 animarum describitur † *à Concil. Senonen. cap.* 11. &
12. & *à Conc. Colonien.* 3. *partis* 5. *cap.* 1. 2. 3. & 4. & *à Concil. Augusten. cap.* 8. *cum alijs relatis à Petro Crespetio in dicta sua summa in verb. Parochus. & in verb. Parochia*, vbi ponit statutum Dionysij 1. *Epistol.* 2. de quo *Gratianus caus.* 13. *quæst.* 1. *cap. Ecclesias*. vbi quod singulis presbyteris Parochiæ sunt assignatæ, vt taliter Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiant, vt ante Tribunal æterni Iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddant. alia habentur *ab Ant. August.*

August. in d. epitom. lib. 6. tit. 9. & 10. & Concil. Trid. in pluribus locis præsertim *sess. 22. cap. 8. & sess. 24. cap. 3. & 4. de reform.*

Est enim Parochialis Ecclesia beneficium habens
24 Parochiam ad eius curam deputatam, † & territorium limitatum. *Archid. in cap. licet canon. col. 2. de elect. lib. 6. Mil. in verb. Ecclesia Parochialis. Rom. consil. 356. col. 1. Alex. cons. 74. in princip. lib. 6.* Ex quo illam obtinens tenetur administrare Sacramenta Ecclesiæ. *cap. 1. & per tot. de Paroch. Clem. dudum. de sepult. Staphil. de stat. & qualit. benef. num. 2. cum seq. Sylu. p. 1. de benef. quæst. 2.* quibus se subscribit *Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 1. nu. 105. & 106.*

Alia circa officium Parochi videri possunt, apud *Hoied. de compatibil. benef. par. 1. cap. 13. vsq; ad n. 9.* plura ponit *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 6. præser-*
25 *tim. à nu. 34.* † vbi post alios ab eo congestos ponit substantialia ad hoc, vt Ecclesia dicatur Parochialis, & quo titulo Parochus debeat administrare populo Sacramenta.

Et hæc breuiter attigisse sufficiat circa diuersitatem officiorum inter Canonicos, & Parochos. Restat vt videamus iuxtà initium allegatam distinctionem *D. Thomæ*, diuersitatem ratione pulchritudinis, prout videlicet Canonici, & Parochi sunt inter se maiores, circa quam dubitationem.

Suppono quod vna, & eadem res, vel persona censeri, potest duplicis iuris ob diuersos respectus.
26 † *l. miles. §. pro parte. de legat. 2. glos. in c. quæritur. 2. quæst. 7. Abb. in cap. sanè. & ibidem Dec. in 3. notab. de offic. delegat. Cassan. in Cathalog. glor. mund. par. 11. consid. 12. in fin.* cum alijs multis adductis *à Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 36.* & repetit in simili materia prçheminentiarum *in cons. 902. nu. 71. Picard. inter cons. Menoch. cons. 52. nu. 99. doctiss. Gratian. Discept. Forens. cap. 111. nu. 13.* Qui dixerunt quod quis haberi potest maior & dignior altero, & eo etiam minor, & minus dignus diuersis respectibus.

Hinc videmus, quod licet Rex tàm in suo Regno, quàm extrà, Cardinales vti singulos præcedat, non
27 † tamen hoc illi in Concistorio, & Capella conceditur, sed eidem locus sub primo Episcopo, vel post antiquiorem presbyterum Cardinalem assignatur, vt est videre *in lib. Pontificali, seu Curiæ Ceremoniali sub Rubr. de receptione Regis, ac sub Rubr. de ingress.*
28 *Imperat.* qui † liber etiam in decisiuis tamquam authenticus allegari potest, vt attestatur *Pauin. in tract. de potest. capit. sed vac. Io. Andr. & Hostien. cap. consuluit. de ser. non ordin.* & notauit *Io. Picard. inter consil. Menochij. cons. 52. num. 143.* & sequitur *Idem Menoch. d. cons. 902. num. 71. & nouissimè doctissimus Gratian. d. cap. 111. nu. 7.*

Ita etiam Cardinalis antiquior præcedit in Concistorio, Capella Cardinalem Viceancellarium, in
29 † Cancellaria verò præcedit Cardinalis Vicecancellarius, nam inter officiarios Curiæ Romanæ post Papam dicitur maior. *Tabar. in Clem. nè Romani. vers.*
30 *eo ipso ibi quartò quero.* Et † est Iudex in pertinentibus ad expeditionem Bullarum, & est præses iustitiæ in Curia ponens decretum irritans, & alias clausulas, & sedere potest, & stare cum Auditoribus Rotæ in decisionibus causarum, etiam in præsentia Papæ *secundum Glos. in prohæmio Regul. Cancellar. Cassan. in d. Cathalog. glor. mund. p. 4. consid. 13. per tot.*

Idem est in Cardinali Camerario, & Pœnitentiario,
31 vt de Camerario † dicit *Cassan. vbi suprà. consid. 14.* Et de Pœnitentiario, Vicecancellario, & Camerario idem dixit *Rota in Romana præheminentiarum 16. De-*
32 *cembris 1585. coràm bo. me. Card. Seraphino.* † Vbi fuit allata ratio, quod idcircò dicti Cardinales præfata officia habentes non sortiuntur aliquam prærogatiuā in ijs, quç spectant ad Collegium Cardinaliū, quia nō sunt dignitates dicti Collegij Cardinalium.

In qua decisione fuit plenè resolutum Correctorem literarum Apostolicarum non debere præcedere in
33 parco Abbreuiatorum, quia non est dignitas Collegialis, licet alias Correctoria sit dignitas maior, quàm Abbreuiatoria.

Et Auditor Rotæ si fiat Episcopus, cum retentione Auditoratus, vt proximè elapsis temporibus vidi-
34 mus † Seraphinum ad Patriarchatum Alexādrinum promotum, in Rota non præcedit vti Episcopus, vel Patriarcha, sed locum suum retinet, licet extrà Rotam præcedat omnes Auditores, vt est videre in Capella Papæ.

Ita Archidiaconus qui in administratione est ma-
35 ior Archipresbytero, † & illi præfertur, ratione verò diuinorum minor est, & postponitur *cap. 1. & c. officium. de offic. Archid. & Archipresbyt.* vbi omnes tangunt *Picard. d. cons. 52. nu. 100.*

Episcopus patri in domo reuerentiam exhibere debet, licet postea in Ecclesia illum præcedet, quia
36 † ex diuersis respectibus quis maior, & minor dicitur *Host. in cap. indecorum. de ætat. & qualit. Cassan. in d. Cathalog. part. 7. consid. 39.*

Et omissis infinitis alijs exemplis, quæ cumulari
37 possent, idem videmus in Vicario Episcopi, qui † licet præsente Episcopo non præcedat Archidiaconū, & Canonicos collegialiter congregatos, secus tamen eo absente, cum tunc debeat præferri, & honorari vti Episcopus, cuius locum, & vices gerit. *cap. percipimus. d. 93.* cum alijs multis adductis *à D. Gratiano d. cap. 111. num. 16. & 17.* quod etiam dicit ita fuisse notatum *à R. P. D. Cantuccio Rotæ Romanæ Auditore in causa Florentina prælationis*, quod votum ibidem ipse posuit per extensum, vti propalator non occultator alienæ laudis *in 5. difficultate. nu. 47.*

Ex quibus omnibus sequitur, quod quilibet in
38 proprio officio præfertur omnibus alijs, † licet extra dictum officium eisdem alias postponeretur, vt diximus de Vicecancellario, Camerario, & Pœnitentiario, Auditore Rotæ, Episcopo, Archidiacono, &c.

Sequitur etiam, quod debet præferri ratione loci, vt diximus de Rege in suo Regno, de Episcopo in Ecclesia, &c.

Hoc ita præsupposito, & omissa opinione *Molani in d. tract. de Canonicis. lib. 2. cap. 12.* de Pastore alioquin iustissima, & si consuetudo non obstaret execu-
39 tioni mandanda † quod in capitularibus Ecclesijs, quæ simul sunt Parochiales, suprà Canonicos simplices, siue nulla dignitate præfulgentes, Pastori esset locus tribuendus, & quia Parochi sunt Canonicis digniores, vt etiam infrà ostendam, & quia expedit, quod populus Pastores animarum omni honore prosequatur, ac propterea multum contrauenire, vt in hac parte Canonici populo præluceant suis exemplis declarent plurimum reuereri, & honorare Pastores, quia Pastores sunt. Multa alia pro huius opinionis seu potius veritatis confirmatione ibidem cumulat, quæ propter breuitatem omitto.

Hoc

Hoc inquam præsupposito dicimus Canonicos præferẽdos esse Parochis eiusdem Ecclesię in Choro,
40 † & in processionibus Sanctissimi Corporis Christi, Litaniarum maiorum, & alijs omnibus actibus ad diuinum cultum spectantibus, quia cum hoc sit Canonicorum proprium officium, vt latè suprà ostendimus, in eo debent alijs Clericis omnibus præferri, & honorari, vt vidimus in proximo præsupposito. Et si quando in dictis actibus interueniunt Parochi, cum ibi sint vti Clerici simplices non mirum, quod postponuntur Canonicis, cum esse Parochum non
41 sit officium, nec dignitas Capitularis. † Et vice versa licet Parochi Ecclesiarum, vbi sunt capitula postponantur in actibus ad cultum diuinum destinatis, præferri tamen debent in actibus ad curam animarum spectantibus, cum hoc sit eorum officium, vt superius vidimus, Et licet aliquando Canonici capitulariter interueniant in funeralibus, cum hoc non sit eorum officium non debent præferri Parochis, spectat enim
42 ius sepeliendi ad Parochos, † licet solus actus sepeliendi nõ faciat, vt Ecclesia dicatur Curata ad *Feder. conf.* 135. vbi allegat *Archid. in cap.* 1. *de sepult. & Host. in cap. quia nonnulli. de Cler. non resid.* & notat *Sarn. in regul. de idiom. quæst.* 11. *nu.* 8. *Hoied. de benef. compat. & incompat. cap.* 13. *nu.* 9. *Paris. de resignat.*
43 *benef. d. quæst.* 1. *nu.* 108. † Vt neque solus actus baptizandi facit, vt Ecclesia dicatur curata, vt dicunt *ijdem auctores in locis citatis*, vbi etiam reddunt rationem, quia actus baptizandi aliquando spectant ad
44 Laicum. † *Sot. in* 4. *sent. dist.* 4. *quæst. vnic. art.* 2. Et potest haberi sine cura Cemeterium ex cõsuetudine, vel Episcopi concessione.

Omnia tamen ista simul si concurrant Ecclesia est Parochialis, & ita ad Parochum quo ad præsen-
45 tem quæstionem, † spectat mortuos sepelire, vt fuisse dictum *in Viridunen. Parochialis S. Victoris de mense Octobris* 1539. *coràm Sarnense.* testatur idem *Sarnen. vbi suprà. d. quæst.* 11. *de idiom.*

Ratio autem cur vna & eadem persona modo præferatur alteri, modo eidem postponatur, & ita di-
46 uerso iure censeatur, † ea est, quia quando in vnam personam deueniunt iura plurium ea omnia retinent pristinam naturam, & quatenus is eligit personam vnius, illius sustinet vicem, & pro eo habetur, neque tunc consideratur, vt persona alterius vti diximus de Cardinali Vicecancellario, qui in Concistorio, & Capella solum consideratur, vt Cardinalis, & habet locum vti talis, neque ad præcedentiam quicquam ei suffragatur Vicecancellariatus, contrà verò in Cancellaria alios omnes præcedit, neque tunc consideratur vti simplex Cardinalis, sed cum suo officio, vt probatur *in l.* 1. *vbi Bald. de offic. consul. Socc. in l. cum filio. nu.* 78. *post med. de legat.* 1. *Rom. conf.* 522. *Bald. conf.* 167. *Titius vendidit. nu.* 1. *ibi ad hoc facit. lib.* 1. *Paris. de resign. lib.* 12. *quæst.* 10. *nu.* 14. *&* 15. *Menoch. conf.* 58. *nu.* 7. *Surd. conf.* 91. *nu.* 19. *& conf.* 183. *nu.* 42.
47 *&* 43. † vbi dicit, quod si Prælatus fecit aliquem contractum, qui Ecclesiæ sit damnosus ipsemet potest nomine Ecclesiæ contrauenire, cum duplicem repræsentet personam *per Glos. in cap.* 1. *in versic. contractum. de in integr. restit. in* 6. Idem etiam repetit, & pluribus exemplis confirmat *in conf.* 365. *à num.* 22. *ad* 27. & fuit dictum *in vna Regien. S. Thomæ* 10. *Decembris* 1576. *coràm Robusterio. inter nouiss. diuers. decis.* 100. *nu.* 5. *p.* 1. Idem etiam voluit eadem Rota *in Burgen. concordiæ* 14. *Ianuarij* 1594. *coràm Cardin.*
48 *Seraphino*. † vbi fuit dictum, quod Canonicus alias exemptus à iurisdictione Episcopi per concordiam si habeat curam animarum non obstante concordia efficitur subditus Episcopi, & hoc apertè dicitur colligi ex decreto *Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 11. *de regular.*
49 † Vbi habetur quod si regularis præest curæ animarum subest iurisdictioni Ordinarij non obstante quibuscumque exemptionibus, & vlterius adducitur ratio in dicta decisione, quia eadem persona duplici iure censetur cum duplicem gerat personam.

Ita Parochus cum consideretur vti Clericus, & vti
50 Parochus, in actibus spectantibus ad Clericos, † qualis est cultus diuinus subest Capitulo, cum hoc vna cum Episcopo sint vnum corpus, cuius corporis Episcopus est caput, & Canonici membra. *cap. nouit.* 4. *de his, quæ fiunt à præl. sine consens. capit. Glos. in cap. irrefragabili. in verbo per Capitulum. de offic. Ordin. Io. Monach. in cap. à collatione. de appellat. in* 6. *Dom.*
51 *Gratian. d. cap.* 111. *nu.* 2. † Et in talibus actibus esse Parochum, nihil ei suffragatur ad præcedentiam, cum non sit officium, neq; dignitas Capitularis, vt
52 superius diximus, † Quando verò est in actu curæ animarum, & sic in proprio officio, non consideratur vti Clericus qui Capitulum sequitur, sed vti Sacerdos cum signo sacerdotali stolæ, & ita omnes debet anteire, vt statim dicemus de hoc signo. Et esse Canonicum non est dignitas, neque officium spectans ad administrationem, & curam animarum.

Quemadmodum ergo præcedentia, quam Parochos habere prætendimus in actibus ad curam animarum spectantibus, non extenditur ad actus circa
53 cultum diuinum. † Ita vice versa neque Canonici prorogare debent eorum præcedentiam, quam habent in functionibus cultus diuini ad actiones pertinentes ad curam animarum, quia materia præcedentiæ non admittit extensionem cum sit odiosa, vt fuit dictum *in Asten. sedis* 27. *Februarij* 1589. *coràm bo. me. Gypsio*.

Secundo, principaliter Parochus in funeralibus præcedere debet Clericos omnes, & etiam ipsum
54 Capitulum, † quia ipse administrat, cum ius funerandi spectet ad Rectorem, vt habes *infrà num.* 80. *§. Deniq; vt alia.* & fungitur officio suo in habitu sacerdotali, videlicet cum orario, siue stola. *cap. Ecclesiastica. distinct.* 23. prout eadem vtitur in administratione omnium Sacramentorum, nam sine intermissione debent Sacerdotes vti orarijs propter differentiam Sacerdotij dignitatis *Concil. Maguntin. canon.* 28. *Iuo. part.* 6. *cap.* 778. *decret.* quos refert cum alijs *Ant. August. in d. epit. lib.* 6. *tit.* 37. *de vestib. Sacerdotum. cap.* 5. *Siluestr. in summ. in verb. Diaconus. nu.* 6. *Io. de Turrecr. in d. can. Ecclesiastica. nu.* 3. *&* 4.
55 † vbi quod dicitur orarium, quia ferè in singulis orationibus presbyter eo vtitur frequentius, quam alijs ornamentis, ita etiam ibi *Archid. nu.* 1. Et quod stola significat iugum Domini, vnde Episcopus quando ordinat Sacerdotem dans ei stolam, dicit Accipe iugum Domini, & *nu.* 4. dicit quod stola est ornamentum Sacerdotale, quæ virtutes designat *Alcuinus de diuin. offic. cap. quid significent vestimenta asserit*,
56 Orarium † dici eo, quod oratoribus idest prædicatoribus cõcedatur *ex Concil. Tolet.* 4. & habetur *in can. vnum dist.* 25. *Beda* tamen *in collectaneis. c. de septem ordinibus*, innuit orarium ab oratione appellatum,

De orario meminit *S. Ambrof. in oratione de obitu Satyri fratris, & Concil. Lodicen. can. 22. vt habetur in institut. Sacerdotis Alphonsi de Torres. in tit. de vestimentis vasisquè sacris. nu. 7.* vbi alia cumulat.

57 Porrò quod semper in vsu fuit mos deferendi orarium in processionibus, & litanijs, † ostendit *Fortunatus Pictauiensis in vita S. Marcelli Episcopi Parisiensis,* vbi refert quod cum immanis draco non longè ab vrbe delitesceret, processione solemni illuc processit Marcellus, missoque (ait) in collum serpentis orario, triumphum suum ante ciuium oculos extrahebat, &c.

58 De orarij vsu antiquissimo scripserunt *Hamulanius Fortunatus Angelomus Luxonieñsis, Rabanus Maurus, Dupertus Tuitiensis, & alij veteres,* † vt notauit *Crespetius in dicta summa. in verbo orarium, & Glos. in l. 1. C. nulli liceat in fræn. lib. 11.* dicit quod chlamys militem, purpura regem, stola Sacerdotem, toga aduocatum, cuculla monachum demõstrat, quod dictum refert *Bald. in cap. causam extrà. de probat.* & sequitur *Cassan. in d. Cathal. part. 1. consid. 23.*

Erat etiam Stola velamen fœminarum, vt est apud *Isidor. lib. 19. Orig. cap. 24. de pallijs fœmin.* quem refert *sanctæ me. Card. Baronius in notat. ad Martyrol. Romanum in die 7. Maij in litera C. in verb. Sacro velamine consecrata.* non longè *à fin.*

Erat etiam antiquitus Stola vestis quædam candida pertingens vsquè ad vestigia, qua Patriarchæ vtebantur ante legem; Primogeniti etiam cum benedictionem patris acciperent induebant, & Domino victimas, vt Pontifices offerebant, & postquàm alba cæpit portari mutata est in torquem ita *Durand. in Ration. diuin. offic. lib. 3. cap. 10. de Stola. nu. 6.*

59 Denotat etiam dicta Stola obedientiam, & seruitutem, quam † Christus Dominus omnium propter suorum salutem subijt, iuxtà illud *Paul. ad Philip. 2. factus obediens vsquè ad mortem.* vt dicit *Durand. in d. Ration. diuin. offic. lib. 3. cap. 5. de Stola, num. 7.* ad representandum, quod Christus reliquit Sacerdotes in terris sui ipsius Vicarios tamquàm præsides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint, vt dicit *Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. de confessione.* sunt enim subrogati in locum Pastorum Christi animarum, & sic representant personam Christi, vt dicit *Cassan. in d. Catalog. par. 4. consid. 2. in fin. & consid. 4. in fin.* affirmat quod Dei personam representant, præcipue in baptizando, absoluendo, confitendo, administrando sacramenta Ecclesiastica, vt propterea iure merito aliàs imper-
60 territus, † Alexander Magnus Hierusalem Gaza capta pergeret, cum vidisset Sacerdotem sacris vestibus indutum, equo descendit, & solus cum Sacerdote abijt in Ciuitatem sanctam, & in templo Salamonis Deum cæli, & terræ adorauit, & quærentibus suis militibus cur sic fecisset in hac Ciuitate, & huic Sacerdoti, & non alijs, sic respondit, Quia in somno Deum in tali habitu vidi, qui mihi principatum Persarum daturum se promisit, ita ex magistro historiarum *Benedict. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu. 148. de testam.* hanc historiam refert *Cassan. d. part. 4. consid. 2.*

61 Notandum etiam est, quod stola aliud significat in Episcopo, aliud in simplici Sacerdote, † stola enim Episcopus circumdat collum quasi hastam contrà hostem vibret, In Sacerdote verò significat ligamen quo Christus ligatus fuit ad collum ita *Nicol. Plou. in tract. de sacrif. missæ in cap. 1. nu. 5. & 6.*

62 Illud etiam addam, quod ambulare in stolis erat in antiquo testamẽto maximus honor, † & dignitas, vt propterea Christus scribas vri temeritatis, & ambitionis fumo tumidos reprehenderit *Marc. 12.* his verbis, cauete à scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis Cathedris sedere in Synagogis, &c.

63 Neque hoc loco omittendum videtur, quod Episcopi in sessionibus, & subscriptionibus in Concilijs tempus Ordinationis ipsorum seruare debent, † vt qui primo ordinatus primum locum, qui secundo, secundum sibi vendicet: & sic de cæteris *74. distinct. cap. Episcoporum. & distinct. 17. cap. Episcopus. vbi Io. de Turrecrem. Felin. in rubr. de maior. & obed.* Tamen si Episcopus habeat Pallium debet omnes alios Episcopos præcedere non seruato dicto tempore ordinationis, quia habet Pallium, quod est signum, & auctoritas Archiepiscopi, in quo plenitudo Pontificalis officij continetur. *cap. nisi. de auct. & vsu pall.* ita quod post receptionem Pallij potest se Archiepiscopum nominare, vt ibi notatur, & sic præcedere omnes Episcopos, qui non vtuntur Pallio, vt de Episcopo Eduen. qui ratione Pallij præcedit omnes Episcopos Prouinciæ Lugdunensis dicit *Cassan. dicta part. 4. consid. 26.*

64 Ita & in nostro proposito quod operatur Pallium inter Episcopos, † operatur etiam Stola inter Sacerdotes cum sit, inquit. *Cassan. vbi suprà. post S. Antonin. in sua summ. 8. part. tit. 20. cap. 4. §. 2.* quoddam ornamentum ad modum Stolæ Sacerdotalis, sed Episcopus habens Pallium præfertur cæteris omnibus Episcopis, qui Pallio non vtuntur, ita Parochus qui solus vtitur Stola in funeralibus debet præferri cæteris omnibus Clericis, & etiam Sacerdotibus, qui ea non vtuntur.

65 Talis ergo, ac tanta cum Sacerdotij dignitas sit, & in actu funerandi Parochus sacerdotaliter incedat non solum ad actum à Sacerdote explendum, qualis est cura animarum, sed etiam habitu, & signo sacerdotali stolæ super vtroq; humero ipse præferri debet omnibus alijs, † cum vestibus pratiosioribus adhibeatur honor, vt per *Florian. in l. sed, & si quid. §. mancipiorum. ff. de vsufr.* & notat *Cassan. d. part. 1. consid. 23.* huc facit quod ex *Ant. Butr. in cap. 1. de auctor. & vsu pall.* notat *Boer. de ord. grad. vtri. for. part. 1. nu. 9.* quod qui vult prærogatiuam in processionibus obtinere, debet ire cum indumentis gradui suo conuenientibus.

66 Hinc videmus, quod simplex Sacerdos cum stola in Confraternitatibus Sæcularium in processionibus omnibus non solum priuatis, † sed etiam publicis, in quibus inter Confratres solent interuenire Principes, Oratores Regum, & etiam Cardinales, hos tamen omnes antecedit presbyter quilibet cum dicta stola, qui non est nisi Capellanus, & curam habet Oratorij Confraternitatis.

67 Et quid mirum, quod Sacerdos cæteris præferatur, quando S. Franciscus eos præferebat † Beatis in Paradiso fruentibus, dicere enim solitus erat, *si cui Sanctorum à cœlo in terram lapso, & cum illo simul Sacerdoti occurrisset*, prius se Sacerdotis manibus osculum daturum, deinde reuerentiam facturum Sancto: plus deberi illi significans, qui Christus & Apo-

Apostolorum vicem in terris gereret, quam illi, qui iam cum Christo regnare nosset, ita *S. Bonauent. in vita eiusdem sancti. cap.4. & notat. Alphons. Torr. in d. instit. sacerd. in tit. de obed. sacerd. deferend. nu.39.*

Propter quod sacerdotale stolæ signum censuit Sacra Congregatio Rituum in terminis nostris, presbyterum, seu curatum, seu priorem, qui stolam defert in funeralibus, debere præcedere omnes alios, quam decisionem cum sit valdè exemplaris, & casus nostri decisiua subiungemus *in 5. & vlt. capite principali. nu.84.*

Tertiò principaliter Parochus præcedere debet omnes in funeribus ea ratione, quia presbyter quilibet, † & etiam ipse Parochus extrà administrationem
68 Sacramentorum, quando actu celebrat dicendo missam conuentualé præcedit omnes capitulares etiam, quo ad cultum diuinum, quod est officium Canonicorum, vt superius diximus. Sedet enim suprà Canonicos capitulariter ibi conuenientes, & etiam suprà ipsum Episcopum, primo loco incensatur, & eundo, & redeundo à Sacristia eosdem omnes præcedit.

Et videmus quotidiè in Capella Papæ, in qua licet Cardinales sedeant suprà Patriarchas, tamen si Patriarcha ibi celebrat præfertur omnibus Cardinalibus in incensatione, & loco, item si vltimus Cardinalis presbyter celebret alios omnes præcedit, & magis à Papa honoratur in die Purificationis Beatæ Virginis dando celebranti cereum supranumerarium propter celebrationem, & in die Palmarum, aliam similem Palmam, & ista omnia propter sacerdotalem functionem.

Et apud Deum non minoris curæ est sacrificium,
69 quam cura animarum, † immo magis animas, quam sacrificia expetit, iuxtà illud, obedientiam, volo non sacrificium, & *Matth.5.* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & *1. Reg.15.* Melior est obedientia, quàm victima, & not. *S. Bernard. in serm. in Euangel. Matth.16.* Ecce nos relinquimus omnia, & *in serm. de virtute obedientiæ*, dicit, quod voluntas sola est, quæ totius operis ornat effectum, sine qua etiam, nec benè aliquid agitur, etiamsi bonum esse videatur, & quod propterea *Psal.53.* non dicit Dauid: Sacrificabo tibi, sed voluntatem præmittendo, inquit, Voluntariè sacrificabo tibi. Et quod obedientia omnibus antefertur sacrificijs dicit *S. Thom. in 3. part. quæst.47. art.2. in corp. & Psalm.50.* Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtiquè, & paulò post: Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Si ergo Sacerdos quilibet simplex ea solum ratione cæteris omnibus Capitularibus antefertur, quia est in actu officij sacerdotalis, videlicet sacrificij diuini, cur non etiam præferri eodem modo debet Sacerdos, qui habet curam animarum, quando est in actu, & exercitio curæ animarum, quod etiam, vt superius ostendimus est officium sacerdotale, & non sit maior ratio de vno, quam de alio officio, immo, vt paulò ante diximus, plus est apud Deum cura animarum, quàm sacrificium, cum hoc offeratur pro animabus,
70 † & clari iuris est, quod valet argumentum ab æquiparatis. *Archidiac. Gemin. & Præpos. in cap. relatum. distinct.37. Abb. Imol. Felin. & alij in cap. translato. de constit.* & qui vult dicere similitudiné non procedere, tenetur probare *Io. Andr. Abb. Imol. & alij in d. cap translato.* refert & sequitur *Surd. decis.19. nu.16. & 2.*

Quartò principaliter Parochus in funeribus Capitulo est præferendus, quia in actu curæ animarum
71 gerit vices Episcopi. Est enim Episcopus † Rector Parochialis. *cap. ad Apostolicæ. de donat. cap. si quis Episcopus ordinatus. 92. dist. cap. bonæ rei. 12. quæst.2.* vnde non ineleganter dixit *Glos. ad cap.2. de pænit. & remiss. in 6.* quia Rectori Parochiali tenetur vnusquisquè confiteri, vel ab eo licentiam habere. *cap. omnis vtriusquè sexus. de pænit. & remiss.* asserit confitentem Episcopo, vel ab eo licentiam obtinentem satisfacere, cum Episcopus dicatur Rector Parochialis, ita notat *Germon. de Indult. Cardin. §. ac beneficia. nu.45. & 46.* Idem dicit *Boer. in addit. ad tract. de auctor. magn. consil. nu.16.* quæ additio habetur in fine suarú decisionem, & post *Greg. Tolos. in syntag. Iur. vniu. 2. part. lib.17. cap.3.* notauit *Hier. Ceuall. in quæst. pract. quæst.757. num.54.* quod in beneficijs maioribus inest cura animarum, & *num.58.* dicit, quod Archiepiscopus est verus Parochus.

Et ratio est, quia licet apud Parochos sit cura
72 specialis, & immediata, † qui propterea dicuntur Curati, qui à Rectoribus non differunt cum sint synonima, sicut etiam Vicarius perpetuus. *Bonif. Vital. in Clem. dudum. in §. verum. in princip. de sepult. & post Petr. Greg. Tolos. aduertit Ceuall. d. quæst.757. num.58.* generalis tamen est pœnes Episcopum, & ideò non dicitur Curatus, sed Pastor. *Vital. in d. §. verum. num.3.*

Et hoc sonat nomen Episcopi, idest superintendens, quod curam eorum gerat, quibus præficitur, vt inquit *text. in cap. qui Episcopatum. 8. quæst.1.* & notat *Panorm. in quæst. suis quæst.1. num.10.* & fuit dictum *in Toletana decimarum 20. Nouembris 1587. coràm Card. Seraphino.*

Quando verò Parochiæ sunt distinctæ singulis Parochis, licet Episcopus, tunc sit Rector solius Ecclesiæ Cathedralis, tamen est Prælatus super omnes Rectores suæ diocœsis *Gonzal. in dicta glos. 6. num.83.*

Illud autem, quod diximus Episcopum esse Rectorem Parochialem non intelligimus particularem, & immediatum, vt voluit *Oldrad. cons.67. nu.3.* ibi, & dicimus, quia Episcopus non potest habere curam particularem vnius Parochiæ, cum illa sit incompatibilis cum Episcopatu, vt dixit Rota *in Pampilonen. de Stella 14. Decembris 1598. coràm Seraphino.* vbi allegatur alia *Pampilonen. coràm Card. Pamphilio,* & fuerat dictú *in Toletana iuris nominandi 28. Ianuarij 1583. coràm Robusterio. est decis.309. part.2. diuers.* vbi in specie prædictum consilium Oldrad. reprobatur, vt referendo sequitur Rota *in Messanen. iurisdictionis 24. Nouembris 1610. coràm Cardin. Marquemontio. est decis.258. nu.4. part.1. in Recent.* Sed, vt dictum est intelligimus de cursu generali, & superintendentia.

Vnde in hac materia idem dicendum est, quod
73 dicimus de Vicario Episcopi, † qui præsente Episcopo non debet honorari, nec præferri Archidiacono, & Canonicis non consideratis, vt singulis, sed vniuersis veluti Collegio, seu Capitulo, & corpori congregato in choro, funeralibus, & similibus actibus, quasi tunc faciant vnum corpus cum Episcopus est absens, tunc enim Vicarius tamquam Vicesgerens illius, & tamquàm caput debet honorari, & præferri, quia

quia tunc cessat ratio disiunctionis capitis, & membrorum, iuxtà opinionem *doctissimi Gratiani d.c. 11. post Reuerendissimum Lauretanum in suo voto*, ibidem per extensum posito *num. 47. in 5. difficultate*. quibus addo, quod Vicarius Episcopi debet præferri dignitatibus iuxtà *consil. Abb. 21. lib. 1.* voluit Rota *in Hispalen. iuris nominandi 10. Octobris 1583. coràm Cardin. Seraphino.* quicquid contrà voluerit *Menoch. consil. 51.* & qui eum sequitur *Piccard. inter consil. d. Menoch. consil. 52.* qui latè confutatur à prædictis *Gratian. & Cantuccio*, nisi vt ipsi dicunt suprapositæ distinctionis fœdere dictæ opiniones concilientur.

Si ergo funeralibus intersit Episcopus cum Capitulo, hoc vtiquè casu Episcopo Parochi officium
74 fungente non præcedet Parochus, † & nulla ei fiet iniuria, quia nec eius interuentus est necessarius, & per consequens neque similiter fiet iniuria signo sacerdotali stolæ, cum non entis nullæ sint qualitates, *l. eius qui in Trouincia. ff. si cert. pet. Surd. decis. 317. num. 6.* & si interuenerit non debet portare stolam, quia non fungitur officio sacerdotali, sed erit vti Clericus. Absente verò Episcopo debet præ cæteris honorari, & omnibus præferri, quibus ipse Episcopus præferretur si adesset, quia tunc eius vices gerit. *cap. præcipimus. dist. 93. cap. grandi. de suppl. negl. prælat. Felin. in cap. cum olim. il 2. nu. 1. de offic. delegat.*

Quod diximus Parochos esse Vicesgerentes Episcoporum, idem dicimus in Vrbe eosdem fungi offi-
75 cio spectante ad Cardinales titulares, † quia Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem Episcopalem, vt dicunt *Abb. Felin. & Ant. de Butr. in cap. his, quæ. de maior. & obed. Io. Franc. Pauin. in tract. de offic. & potest. Cap. sed. vac. in prælud. 6. nu. 9. Imol. in Clem. nè Romani. nu. 23. de elect. Io. Monach. in cap. vnic. de maior. & obed. lib. 6.* vbi *nu. 2.* dicit, Papam ita sibi respondisse, videlicet Cardinales in suis titulis ius habere Episcopale. *Rom. cons. 498. Hier. Card. Alban. in tract. de Cardin. quæst. 46.* vbi testatur de communi, vnde *Innoc. in cap. dilectus. nu. 4. de Capell. Monac.* scribit Cardinales pinguius ius habere in suis titulis, quam plebanos, quæ omnia refert, & sequitur *Reuerendiss. Germon. in d. tract. de indult. Cardin. in §. eàdem ratione. nu. 15. & 16.*

Et quod ad Cardinalem titularem spectet cura animarum suorum Parochianorum, quia suæ sunt oues, & de eis in districto Dei Iudicio sit rationem
76 redditurus, † ita ijsdem verbis decernitur in *Concil. Basiliensi sess. 4.* quod ad longum recitat *Crespetius in d. sua summa. in verbo Cardinalium electio, numerus, & officium longè post medium. fol. mihi 97. col. 1. in med.* & antiquitus Cardinalium officium erat baptizare, & sepelire mortuos, secundum *Card. in Clem. nè Romani. §. porro. de elect.* vbi refert tempore Pontiani Papæ fuisse ducentos triginta sex Cardinales, pro quo facit *cap. ex gestis. de Cler. non resid.* vbi ille presbyter Card. Sancti Marcelli fuit depositus, quia deseruerat Parochiam suam, & notat *Gambar. de ancl. Legat. de later. lib. 7. nu. 124. & 125.*

Idem ergo intelligemus de Parochis existentibus in dictis Ecclesijs titularibus, quod diximus de his, qui sunt in Parochijs Episcoporum, inter Parochos, etiam titularium est adhibēda distinctio, quia aliqui sunt Parochi simplices à suis titularibus dependentes, alij verò sunt Vicarij perpetui creati à Pio V. Motu proprio sub datum *Romæ nonis Nouembris anno 6.* qui iuxtà dictam constitutionem non dependent à titularibus, sed à Vicario Papæ, ac proptereà maiorem præcedentiam habent, & independentem à titulari, quia sunt facti à Papa, sicut dicimus de Vicario Episcopi auctoritate Papæ constituto, quod tunc habeat omnes qualitates, quæ ipsi Episcopo insunt, & proptereà sit æqualiter honorandus, ita *Alciat. ad Rubr. de offic. Ordin. nu. 29. vers. vbi autem Vicarius*, vt latè probatur *in d. voto Cantuccij in vlt. difficultate à nu. 54. ad 61.*

Et illi Vicarij perpetui cum habeant ex persona propria dignitatem, & præeminentiam, semper & indistinctè debent honorari, & præferri alijs omnibus etiam Capitulo, quando sunt in cura animarum, non solum propter officium, & signum, quod tunc gerunt sacerdotale, vt diximus, sed quia specialiter sunt à Papa deputati, vt diximus, & eadem ratione præ cæteris Parochis debent honorari.

Quintò principaliter Parochus est præferendus ratione conuenientiæ ex multis.

Præcipuè, quia habet iurisdictionem in sua Paro-
78 chia, non enim potest leuari funus, † nisi iubente Parocho per aspersionem aquæ benedictæ, ita quod alij fratres in illa Parochia non possunt processionaliter efferre mortuum, qui elegit sepulcrum in Ecclesia extra Parochiam, & si aliter faciant, licitum est Parocho suscipere, & tollere cruces, & alia processionalia Monachis. *Oldrad. cons. 82. An fratres.* Vbi multa licere in suo pro defensione sui iuris, Et licet *extrauag. super cathedram. de sepult.* permittat electionem sepulturarum in Monasterijs liberam, non tamen concedit, quod deferant processionaliter sine licentia Parochialis.

Et licet idem *Oldr. cons. 225. Grauamina. num. 13. vers. circa secundum.* contrarium de directo consuluerit. Hanc tamen contrarietatem declarat *Cardin. Zabar. in Clem. dudum. §. huiusmodi. non longe à fin. num. 3. vers. secundo quæro.* dicendo quod *Anchar.* sequitur secundum consilium, sed tamen primum seruatur de consuetudine, quia non leuatur funus, nisi iubente Parocho.

Si ergo Parochus talem habet iurisdictionem non solum priuatiuè contrà omnes suæ Ecclesiæ Clericos, & Canonicos, etiam vti Capitulum facientes, & collegialiter congregatos, quia ad ipsum solum spectat cura animarum, & quæ eam consequuntur, sed etiam (vt diximus) contrà extraneos, licet in eorum Ecclesijs fuerit à defuncto electa sepultura, qui omnibus in hac iurisdictione præfertur, eisdem etiam videtur in exercitio huius iurisdictionis. & sic in funerali processione præferendus, exemplo Auditoris Cameræ, qui licet non præcedat Cardinales, Oratores Principum, nec Gubernatorem Vrbis, habet tamen contrà eos iurisdictionem, & notionem, & contrà omnes curiæ Prælatos, eamquè actu exercet, nec vllus in ea se intromittit, seu præfertur, vt per Bullas Iulij II. Leonis X. & Pij IIII. videre licet.

Deinde, quia Parochus aspergendo defunctum in
79 domo sua † primus intonat antiphonam, Exultabunt Domino, in exordio processionis funeralis, vt patet ex consuetudine, Et in fine processionis stans in porta Ecclesiæ Populum benedicendo, & spargendo aqua benedicta dimittit, & intrans Ecclesiam primus cantat versum, Subuenite sancti Dei, vt inquit *Card. in Clem. dudum. §. huiusmodi. in fine. de sepult.* Item ipse

facit

facit officium in Ecclesia dicendo orationes, & intonando primos versus. Et cum in choro ille, qui inchoat officium, & dicit primos versus cæteris præfertur meritò etiam videtur præferendus in hac processione Parochus, qui talia facit.

Præterea, quia cum in funeralibus defunctus præcedit omnes videtur inconueniens separare ouem ab eius pastore, qui & animam Deo dum viueret Sacramentis fulcitam orationibus commendauit, & corpus terræ resuscitandum in vltimo die committit.

Vlterius Parochus ex defuncti persona thus incendendo Deum adorat, ita inquit *S. Damascenus in sermone de Morientibus*, cuius verba hæc sunt *dum enim thus incendimus ex defuncti persona Deum adoramus, petimusq; nostras preces, quas pro eo effundimus sicut incensum in conspectu Dei deferri*.

Necnon iurisdictionem exercet contrà demones aspergendo cadauer ex *eod. Damasc. loco cit. Aqua benedicta* (inquit) *aspergimus cadauer, tum ne Dæmon fidelium orationes impediat, tum ne cadaueri illudat; & desiderium nostrum exprimimus, quo animas defunctorum cælesti rore aspergi optamus, vnde ardor ille Purgatorij ignis mitigetur, & omninò extinguatur*: hæc ille.

Accedit, quod Parochus portauit pondus diei, & æstus administrãdo defuncto dum viueret sacraméta, & in eis ipse solus cæteris omnibus præfertur, nec potest alius se intromittere, ita & in funeralibus ipse solus sufficit cum Clerico, qui portat crucem, etsi qui alij in hoc actu interueniunt, non debent ipsius locum interuertere, nec debent interesse in incommodum, & præiudicium proprij ministri, & Parochi,
80 † pompa enim funeralis non est de necessitate sepulturæ, nam vt inquit *August. de Ciuitate Dei*. Sepulchrorum memoria sumptusq; funeris magis viuorum est consolatio, quam defunctorũ vtilitas, *& Ambros. in serm.* Quid proficit (inquit) sepulchrorum superbia, damna sunt potius viuentium, quam subsidia mortuorum. *Et D. Gregor.* vt recitatur *in cap. animæ. 13. quæst. 2.* ait curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum, prout notauit *Cassan. in d. Catalog. p. 2. consider. 6.* quod etiam aduertit *Hier. Alban. de Cardin. quæst. 50. in fin.* cum querit, an Cardinales possint habere sepulchrum speciosum, vbi dicit, quod hæc plus carnis, quam spiritus sapiunt, & subdit, quod meritò laudandi sunt, qui ea non curant, maximè in ea die, in qua omnes nostræ vanitates se veras esse vanitates ostendunt, & in qua terrena hæc, & caduca huius mundi gloria dissoluitur. Non tamen talis pompa est totaliter improbanda, propter concursum fidelium, & preces ad Deum pro eis fundendas, vt dicunt allegati Doctores.

Deniquè, vt alia multa breuitati consulens omittam, maximè videtur conuenire, vt qui in administratione sacramentorum cæteris præfertur, præferatur etiam in actu administrationi annexo, nisi dicere velimus, & fortasse, etiam melius, quod ius funerandi spectet ad Rectorem, & sit de iuribus eius. *cap. ex parte. & ibi Abb. nu. 1. in notab. 2. de sepultur.* & fuit dictum *in Pampilonen. sepulturæ. Lunæ 17. Februarij 1592. coràm Pegna.* & licet in alijs Sacramentis videatur cessare ista difficultas, quia in eis non concurrunt alij Clerici, tamen quando interueniunt, vt quando defertur Eucharistia ad infirmos, etiam si Capitulum accesserit, non tamen præcedit, sed antecedit Parochum, & idem videtur dicendum esse in alijs actibus.

Sextò, & vltimò principaliter Parochus debet
81 omnes præcedere in funeralibus. † Primò, quia ita in terminis videtur ordinatum in Rituali Romano, vt mihi in facto supponitur videlicet, quod Parochus defunctum domi aqua benedicta aspergat, intonet antiphonam, Exultabunt Domino, clerico cum Cruce, & alijs præcedentibus. Ecce quod si Clericus, & alij præcedere debent, nomine illorum ve-
82 niunt Canonici, Beneficiati, & omnes, † quia verbum, alijs refertur de sua natura ad ea, quæ nõ sunt expressa. *cap. Sedes. de rescript. l. si fugitiui. cum glos. C. de seru. fugit. Corn. consil. 304. Circa hanc col. 6. vers. nec obstat. lib. 1.* refert, & sequitur *Io. Dilect. de artestand. tit. 4. caut. 4. nu. 2.*

Et licet hoc verbum, alijs, significet diuersitatem in personis, & sic homines diuersæ rationis, tamen significat similitudinem, & idoneitatem in substantia à narratis, & sic comprehendit Clericos diuersæ, & cuiuscumquè rationis, *ad text. in auth. qui semel C. quomodo, & quando iud. Cuman. cons. 46. num. 1. Surd. decis. 265. num. 24.* ex quibus, & alijs à me adductis fuit bis ita resolutũ *in Romana de Cuppis 11. Decebris 1609. & 27. Ianuarij 1610. coràm Card. Lancellotto.*

Et huic libro est adhibenda fides, cum in cæteris omnibus ritibus in eodem descriptis seruetur à Parochis, & sic cum scientia Papæ saltem tacita, & taciti, & expressi eadem sit virtus. *l. triticum. de verb. oblig.*
83 *l. cum quid. si cert. pet. Surd. decis. 245. nu. 3.* † & ideò videtur authenticus, vt diximus de Pontificali. *Glos. in verb. Põtificali. in Clem. 1. §. nos eosdem. de iure iur.* cum alijs adductis *à Bot. de Synod. part. 3. nu. 6. & 43. Piccard. cons. 52. num. 145.* sequitur *D. Gratian. dicto cap. 111. num. 7. Menoch. cons. 902. num. 71. versic. ita quoq; lib. 10. Pauin. de visit. 1. part. quæst. 5. nu. 34.* Vbi etiam dicit tutius esse, quod visitator inter alios libros deferat secum librum exequiarum defunctorum, qui non est nisi Rituale, & ita videtur ei adhibenda fides.

Secundò, quia ita tenuit *Sacra Congregatio Rituum*, quæ decisio est tenoris sequentis.

Prior Ecclesiæ Sancti Angeli Terræ Saxoferraten.
84 petijt declarari. † An Canonici Ecclesiæ Collegiatæ eiusdem terræ, quando associant mortuos sepeliendos in Ecclesia Parochiali ipsius prioris debeant ipsum priorem, qui defert stolam præcedere.

Congregatio sacrorum Rituum respondit illum presbyterum, seu Curatum, aut priorem, qui defert stolam, & ad eius Ecclesiam funus defertur alios omnes præcedere debere, & ita declarauit *die 14. Octobris 1609.*

Vbi est aduertendũ, quod Congregatio nõ se fundat in persona, seu dignitate personæ, quia sit Prior vel Curatus, sed in delatione stolæ notando illa verba, presbyterum illum, qui defert stolam, quasi honor, & reuerentia debeatur huic signo sacerdotali, siue qui eam defert sit Prior, siue Curatus, siue quiuis alius presbyter sæpè enim accidere solet, quod ij ad quos cura animarum spectat ob legitimum impedimentum non possunt in huiusmodi funeralibus interuenire, vt propterea alium presbyterum mittant cum stola, quo casu *Sacra Congregatio* dicit, quod talis presbyter est præferendus.

Nec

Nec obijciat aliquis quod ex d. decisione colligitur solum precedentia, quando funus defertur ad Ecclesiam eius, qui stolam defert, non autem quando ad aliam Ecclesiam portatur puta ad Ecclesiam Capituli associantis.

Respondetur enim primò, quod ita censuit Congregatio, quia in tali casu fuit consulta, quando videlicet funus ad Ecclesiã Prioris defertur, & ita respondit secundum ea, quæ proponuntur, & illa verba,
85 quando funus ad eius Ecclesiam defertur regulariter stant demonstratiuè non taxatiuè. *Paris. cons. 4. nu. 36. lib. 4.* & fuit dictum *in Lucana beneficiorum 22. Iunij. 1580. coram bo. mem. Cardinali Seraphino, & in Romana bonorum de Lilio 7. Febr. 1582. coram eodem Seraphino, & in Papien. bonorum 27. Nouembr. 1596. coram eodem*, Quod maxime dicendum est vbi aliàs resultaret repugnantia, vt dicitur in *allegat. Papien. bonorum*, indecens enim esset quod quando funus non defertur ad Ecclesiã Parochi stolam deferentis, quod ipsum præcederet Capitulum Ecclesiæ ad quam mortuus effertur in ignominiam habitus sacerdotalis, quod non est dicendum, vt superius ostendimus.

Respondetur secundò, quod in omnibus casibus eadem semper ratio militat honoris, & dignitatis sacerdotalis, & officij curæ animarum, siue ad propriam siue alienam deferatur Ecclesiam ratione stolæ sacerdotalis quam præcipuè (vt diximus) considerauit
86 Congregatio † ideoque idem etiam ius est seruandũ. *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. bis solis. C. de reuoc. donat. Tiraq. in tract. cess. caus. par. 1. num. 150. & seq. vbi post Bald.* dicit quod ratio est duorum casuum communio ad eundem finem tẽdentium, & quod casus expressus videtur gratia exempli, non vt excludantur alij, in quibus eadem cadit ratio, & diuersitas rationis facit diuersitatem casuum, non autem è contrà *Bald. in l. de quibus. nu. 35. ff. de leg.* & ratio est vice generis, quod sub se omnes species continet *Bald. in l. omnes populi. nu. 25. de iust. & iur. Decian. cons. 76. nu. 10. vol. 2.* vbi quod non dicitur extensio, aut similitudo sed idẽ casus latissimè in *cons. 11. num. 9. & seq. vol. 3.* quos refert, & sequitur *Surd. decis. 276. nu. 8. & 9.*

Tertiò, eisdem vel fortasse melioribus rationibus motus Illustrissimus, & Reuerendissimus bo. me. Car-
87 dinalis Sanctorius Sanctæ Seuerinæ nuncupatus, † Maior Pœnitentiarius, idemq; sacrarum ceremoniarum obseruantissimus, in hac eadem fuit sententia, in suo quod composuit *sacerdotali in cap. de delatione corporis ad Ecclesiam*, Vbi ita tenet per verba sequentia, Parochus indutus superpellicco, & stola nigri coloris, vel etiam pluuiali eiusdem coloris pro consuetudine, aut si videbitur ratione loci, vel personæ, alioquin sine eo cum suo Clero, cum alijs presbyteris, & Clericis, qui adfuerint, præcedente cruce illius Ecclesiæ, ad quam corpus portandum est, (quæ crux sola defertur) cum ad domum defuncti peruenerit ipse solus cum Clerico deferente, vas aquæ benedictæ, ingreditur locum, vbi defunctus iacet, quem prius aqua benedicta aspergit, deinde linteo corpus defertur ad feretrum, ordinatur processio, præcedunt Confraternitates Laicales, tum deferens crucem, & sequitur Clerus Regularis, & sæcularis per ordinem, ac vltimò loco Parochus, vt suprà indutus, qui incipit, Responsorium Subuenite sancti Dei, Et ex his tollitur: quod aliqui Canonici volunt in huiusmodi funeralibus portare propriam crucem post Parochos
88 eamquem sequi, † quia vna sola crux debet deferri, & crux illius Ecclesiæ, ad quam defunctus portatur, & cum hoc sit ius Parochi, potest ipse prohibere, cum constet de consuetudine, vt diximus, solam crucem portari eius Ecclesiæ, vbi paratur funus, & nullibi constet, quod eam possint portare Canonici, maximè in præiudicium Parochorum, quibus est ius quæsitum, sicut superius diximus ex *Oldrad.* quod potest tollere crucem Parochus ei, qui propriam Parochiam ingreditur absque sua licētia, etiam quod in eius Ecclesia fuerit electa sepultura, nec vllo iure scripto, vel præscripto constet, quod Canonici, vel Beneficiati possint hanc nouam portare crucem.

Ex quibus omnibus apparet hanc opinionem, & rationibus, & auctoritatibus esse munitam, & in summa omnes Parochos, siue Curatos, aut Vicarios perpetuos, tam Patriarchalium, quàm Cathedraliũ, siue Collegiatarum in funeralibus præcedere omnes Clericos, etiam Canonicos capitulariter interessentes, quando defunctus ad dictam eorum Ecclesias portaretur.

Dixi, Parochos, siue Curatos, aut Vicarios perpetuos dictarum Ecclesiarum præcedere Canonicos capitulariter interuenientes, quando funus defertur ad Ecclesias dictorum Canonicorum, Quia si defunctus portatur ad Ecclesiam non Collegiatam, sed vbi solum adesset Rector Parochialis, tunc cessaret ista
89 controuersia præcedentiæ, † quia Rector in sua propria Ecclesia Parochiali dicitur Prælatus. *cap. apibus. 7. quæst. 1.* necnon tantam habet auctoritatem, quantam habet Prælatus, cum Capitulo in Ecclesia collegiata, vt dixit *Abb. in cap. 1. num. 28. vers. si verò in Ecclesia. de dol. & contum.* Ideòq; Rector in propria Ecclesia veluti in domo propria dicitur Imperator, & Rex *cap. duo. 23. quæst. 4. Abb. in cap. venerabilem. nu. 19. de elect.*

Hinc Rector intrà propriam Ecclesiam debet præcedere omnes alios maiores, & superiores in dicẽdis missis solemnibus, & alijs quibuscumq; præheminentijs concernentibus ipsius Rectoris officium. *Cassan. in d. Catalog. p. 4. consid. 81.* vbi plura allegat, & fuit dictum *in vna Calaguritana præheminentiarum de Victoria 16. Nouembris 1592. coràm R. P. D. Mco Penia*, vbi fuit resolutum, quod Rector in sua propria Ecclesia inspectò iure communi erat præferendus Decano, & omnibus Capitularibus Collegiatæ ad eamdem Ecclesiam processionaliter certis diebus ex antiqua consuetudine accedentibus.

In qua decisione fuit etiam dictum, quod maior debet cedere minori, dum est in domo minoris. *Luc. de Pen. & Io. de Plat. in l. nihil. C. de Palat. lib. 12. Decian. cons. 67. Dico ergo. nu. 12. & seq. lib. 2.*

Denique Rectores in suis Parochijs Apostolorum vices tenent. *Rom. in consil. fin. seu serm. incip. Vos estis sal terræ. nu. 11.*

Et dicit *Rot. decis. 1. nu. 3. de offic. Archipresbyt. in antiq.* quod beneficium curatum habet magnam præheminentiam. Ista omnia, quia satis ad nostrum propositum faciunt volui annotare ex *Hier. Gonzal. in d. regul. 8. Cancellar. glos. 6. à nu. 100. vsq; ad 110.* vbi *in d. num. 110.* dicit ita ex allegatis rationibus obtinuisse *in vna Pampilonen. præheminentiarum 22. Martij 1604. coràm bo. me. Litta*, ad fauorẽ Rectorũ contrà Archipresbyterũ prætendentẽ precedentiam contrà Rectores intrà proprias illorum Ecclesias.

Quibus

Quibus addo, quod idem voluit *Ruin. in cons. 155.*
90 *Quia de iure. nu. 7. lib. 4.* † Vbi quod de iure Episcopus Brisinensis in sua diœcesi debet præcedere Episcopum Tridentinum, quia in eius diœcesi eius respectu est priuatus, & pro priuato habetur. Vbi multis confirmat, & ponit dictum *Angeli*, quod quilibet magistrunculus in suo territorio est maior altero, & fauorem dictorum Rectorum idem anteà fuit decisum *in dicta Calaguritana præheminentiarum 13. Nouembris 1591. coràm bo. me. Card. Seraphino.*

Huc etiam facit allegata superius decisio *Sacræ Congregationis Rituum*, cum dicit illum presbyterum, qui portat stolam debere præcedere alios omnes, quando funus ad eius Ecclesiam defertur, licet hoc intelligatur demonstratiuè, vt superius diximus non taxatiuè.

Non obstant modò aliquæ decisiones, quæ videntur huic conclusioni aduersari, & non obstat.

Primò *decisio in Pampilonen. antelationum 8. Martij 1577. coràm bo. me. Cardinali Lancellotto*, quæ est
91 *decis. 326. inter nouiss. diuers. part. 2.* † vbi quod Archipresbyteri sunt præferendi Vicarijs Parochialiū, & illarum Clero, quod etiā repetitur *in Pampilonen. decimarum 10. Maij 1577. coràm eod. in manuscript.*

Quia respōdetur dupliciter, primò quod hoc non dicitur, quando Vicarius Parochialis est circa exercitium proprij officij, vt est in funeralibus, sed loquitur in actibus concernen. cultum diuinum, vt sunt processiones, locus in choro, in quibus superius diximus præcedere debere Archipresbyterum, & Canonicos, quia sunt circa cultum diuinum ad ipsos specialiter spectan. & quod in isto sensu procedant dictas decisiones patet ex *fin. d. primæ decisionis 326.* vbi expressè dicitur de processionibus.

Secundò particulariter respondetur pro Rectoribus Parochialium, quod dictæ decisiones nō loquuntur de præcedentia in proprijs Ecclesijs Rectorum, ita eas declarauit *Rota in allegata Pampilonen. præeminentiarum coram Litta.* vbi etiā reprobatur quædam decisio, quæ fuerat allegata coram Iunio, quia non iustificatur, nec constat de eius existentia.

Non obstat secundò *decisio in Boianen. præcedentiæ*
92 *21. Aprilis 1597. coram Seraphino.* † Vbi quod Canonicis nouiter erectis S. Mariæ de Cruce debetur præcedentia ante omnes Rectores, & presbyteros diœcesis Boianen sicut alijs Canonicis Boianen.

Quia ibi solum deciditur, quod dicti Canonici habent eadem priuilegia, quibus fruuntur Canonici Boianen & quod Canonici præferuntur alijs clericis &c. videlicet in actibus spectan ad cultum diuinum. Non tamen dicit, quod præferuntur Parochis in proprijs officijs, nec alijs Rectoribus in proprijs Ecclesijs, vt superius diximus.

Non obstat vltimò. *Felin. in cap. cum non liceat. in*
93 *principi. de præscript.* † vbi dicit se consuluisse Florentiæ, quod Capitulum Ecclesiæ maioris debet præcedere Prælato Ecclesiæ inferioris collegiatæ, etiam quādo Capitulum inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius Parochiam, quem etiā refert, & sequitur *Boer. in addit. ad tract. de auctor. magn. consil. nu. 79.*

Quia *Felin.* loquitur de Capitulo Ecclesiæ maioris respectu Prælati Ecclesiæ inferioris collegiatæ, vnde Capitulum Ecclesiæ maioris præfertur Archipresbytero Ecclesiæ inferioris, nihil tamen dicit de Parocho, nec de illo Prælato si Parochi vices gerat, quæ est nostra difficultas.

Et vlterius potest responderi, prout ad primam obiectionem suprà *nu. 91.* ibi secundò particulariter, quod scilicet intelligatur *Felin.* de præcedentia Capituli Ecclesiæ maioris respectu Prælati Ecclesiæ inferioris, quando Capitulum est in propria Ecclesia maiori, non autem quando esset in Ecclesiæ inferioris Prælati, prout *Rota coràm Litta declarauit dictas decisiones coràm Card. Lancellotto, cum Felin. vbi suprà fuerit allegatus in ista decisione Lancellotti 10. Maij 1577.*

Dixi etiam superius, quod Parochus præcedit Ca-
94 nonicos capitulariter conuenientes, † nam si Canonici interessent vti singuli, cessaret quæstio circa præcedentiam cum Parochus præcedat Canonicos vti de per se cōsideratos, Nec vlla est comparatio, seu æquiparatio inter vitam Pastoris, & Canonici, quamuis nonnulli tàm carnaliter desipiant, vt putent honoratiorē esse Canonici, quàm Parochi titulum, hæc sunt verba. *Molan. in d. tract. de Canon. lib. 2. cap. 12.* vbi multis cōprobat Parochos Canonicis longè esse præferendos, concludendo sub his verbis, semper igitur Canonici honorent Pastores, & sese eis multùm coràm Deo inferiores esse humiliter agnoscāt, etsi praua quædam huius sæculi iudicia aliud declament. Est enim cura dignior Canonicatu. *arg. cap. cum in illis de prebend. & dignit.* ita dicit *Io. de Silu. de benef. quæst. 61. nu. 2.*

Item habet Curatus administrationem maiorem,
95 quæ præcedentiam inducit. † *Colleg. Bonon. cons. 1. post consil. Zabar. nu. 13. & 26.*

Curæ namque exercitium continet in se magnum periculum cum sit ars artium. *cap. penult. de ætat. & qual. Vital. in Clem. 1. nu. 29. de præb. vbi nu. 30. & 32.* dicit, quod cura est tanto preciosior, quanto periculosior, & quod non omnis Sacerdos est idoneus ad curam animarum.

Cura etiam superat Canonicatum ratione scien-
96 tiæ, cum in curato maior, † quam in Canonico requiratur scientia, cum teneatur confiteri, & discernere inter peccata, & Euangelium declarare *Staphil. de lit. grat. §. sexta forma. nu. 2. Nauar. in manual. c. 1. num. 2. & in cap. 1. §. caueant nu. 19. cum seq. de pœnit. & remiss. Paris. de resign. lib. 4. q. 11. nu. 29. & lib. 10. q. 2. nu. 27. Concil. Trid. sess. 5. cap. 2.* refert, & sequitur *Gonzal. ad 8. reg. Cancell. glos. 4. nu. 71. & 72. Menoch. de arbitr. cas. 425. nu. 4.*

Canonicus vero cum debeat dare consilium in Capitulo, sufficit quod habeat mediocrem scientiam ita *Gonzal. vbi supra num. 69.*

Superat etiam ratione ordinis Curatus Canonicū *Gambar. de aut. Legat. de later. lib. 7. num. 132.* cum in Canonico sufficiat ordo subdiaconatus *Concil. Trid. sess. 22. cap. 4. de reform. & sess. 24. cap. 12. de reform.* parochus vero debet esse sacerdos, cum debeat administrare sacramēta, & missas celebrare, vt suo muneri satisfaciat *Conc. Trid. sess. 23. cap. 14. de refor. & diximus sup. de officio parochi.*

Et in parocho verificantur illa duo, quæ spectant
97 ad ordinem sacerdotalem, † scilicet potestas dimittendi peccata respectu corporis Christi mystici, & potestas consecrandi respectu corporis Christi veri, hæc quidem iuxta illud *Matth. 26.* hoc facite in meam commemorationem illa vero iuxta illud *Ioan.* Quorum

rum remiseritis peccata, ita post *Scot.* notat *Nicol. Plou.in t act.de Sacram. & eorum administr. in prae-*
98 *lud.num.7.* † carent Canonici facultate excommunicandi, quae tamen in Parochis reperitur, vt fuse demonstrat *Io.Filesacus de Sacr. Episcoporum auctor.seu ad tit.decretal.de offic.iud.ord.ad c.3.§.1.& 2.*

Quod diximus de Canonicis capitulariter conuenientibus idem etiam intelligendum est de Beneficiatis: cum isti minores sint Canonicis, nec intrent Capitulum, ac propterea intrat regula si vinco vincentem te *vulgat.iurib.*

Nec quicquam Canonicis vti Capitulum consideratis, nec etiam Beneficiatis vti Collegium vel vni-
99 uersitatem facientibus suffragatur † quod aliquando ita in funeralibus interuenerunt cum eorum cruce, vel etiam sine noua cruce praecedendo Parochos, itaut debeatur praecedentia ex quadam cōsuetudine, quae in hac materia primas partes obtinet. *Bald. in cap.cum olim de consuet. Ruin.cons.155.num.4.lib.4.* & fuit pluries dictum in Rota, & signanter in *Meliten.praecedentia.11. Maij 1579. coram Seraphino, & in Asten.Sedis.9. Iun.1593. & 21. Maij 1597. coram Gypsio,& in Orioleu.praecedentia in Choro 2.Decemb. 1592.coram Illustrissimo Card. Blanchetto, & in pluribus alijs causis.*

Quia haec est potius corruptela, quam vsus, siue consuetudo, omitto quod non est pacifica, nec legitimo tempore praescripta, & Iuri repugnat & honestati, quod Parochus in proprio officio sacerdotali habitu alios sequatur, qui ibi extra eorum officium, & sicvt priuati interueniunt, repugnat enim quod minor praeferatur maiori *Abb.in d.cons.21.nu.4.lib.1. Roch.Curt.in tract.de consuetud.nu.100. Decian.cons. 21.num.69.lib. 1.* quos post alios refert, & sequitur *Menoch.d.cons.902.num.79.& num.81.* addit ex *eod. Decian.num.70.*quod praelationes, & ea quae pertinet ad dignitates sunt iuris publici, sicut sunt magistratus, & propterea magistratum gerens non potest suo facto illius statum, & ordinem immutare & *num.74. vers.9. quia.* adiungit quod licet in dignitate positus suo ipsius facto possit sibi aliquod praeiudicium afferre,non tamen praeiudicare potest quò ad successores, Has etiam rationes adducit idem *Decian. cons.19.nu. 40.& seq.lib.3.*vt testatur *Menoch.vbi sup. d. nu.81.*

Si ergo aliquis, vel aliqui parochi ignorantia, vel adulatione ducti tolerarunt, vel permiserunt Capitulum,vel Beneficiatos eos praecedere,hoc ex allegatis non debet nocere, neque praeiudicare successoribus,neque alijs Parochis vt notatur *in cap. 1. de feud. Marc.& in c.Imperialem. §.praeterea ducatus. de prohib.feud.alien.per Frider. & in cap.1.de success. feud. Decian.d.col.19.nu.44.& 45.lib.3.* vbi loquitur in simili materia praecedentiae.

Nolo tamen hic pro sigillo praesentis responsi silentio inuoluere, quod multis ab hinc annis elapsis obseruatum vidi in funeribus duorum Canonicorum Collegiatae, & primae Diaconiae S. Mariae in via lata, & vnus eorum vocabatur D.Hortensius Masserta intimus fel.rec.Greg.XIII.Cubicularius,quorum corpora associata fuerunt à Canonicis dictae Ecclesiae, & capitulariter ibidem conuenientibus cum suis cottis, & ibidem sepulta, qui nè Vicarij perpetui (qui erat admodum Reu. D. Lutius Rubeus Priuernas meus patruus vir pius,& doctus) dictae Ecclesiae honorem, & debitam praeminentiam turbarent, sequendo funus pietatis opus exoluerunt,atque ita vno eodemq; actu relinquendo suum locum Vicario perpetuo, defunctorum Concanonicorum cadauera absque alia Cruce ad illa pertinentium, ac lugentium concomitati fuerunt, Quod quidem factum fuisse arbitror,nisi me fallit memoria quia tunc ibidem praerant Illustrissimus bo.mem. Card. Antonius Carafa, & eius vices gerebat.D.Lelius Landus nunc Episcopus Nardonen.& ambo Ecclesiasticarum ceremoniarum, & rituum obseruantissimi, ac propterea eorum prudentissimo iudicio forte fuit ista controuersia modo praemisso terminata. *Romae 19.Iulij 1610.*

AD LECTOREM.

SEquitur Apologetica Responsio Auctoris ad R.D. Octauium Morbiolum Canonicum Mantuanum, qui plus verbis,quàm factis conatus fuit anno 1614. euertere in praeinserto Responso conclusionem firmatam contra Canonicos, & Beneficiatos ad fauorem Parochorum in funeralibus.

Ignoscat igitur Lector, si adhuc praeter nostrum institutum diuertimus pro nostrarum rerum, & veritatis defensione. Ipseq; Morbiolus boni consulat, haecq; nos non altercandi libidine, sed veritatis studio, coactos fecisse intelligat.

Sequutus, ni fallor, Gregorij regulam, illius (inquam) Gregorij, qui per antonomasiam Theologi nomen consequutus est, hic enim orat.32.statuendo rectae doctrinae arbitris legem, inquit, vt nec per duritiam hominum animos exasperent, nec per summissionem elatos, & insolentes efficiant, sed prudenter, & consultè se gerant, nec in alterutro horum mediocritatem excedant.

RESPONSIO APOLOGETICA eiusdem Theodosij Rubei Auctoris pro Defensione suprascripti Responsi contra R. D.Morbiolum Canonicum Mantuanum.



Vum in me, Morbiole, morbosam sermonis intemperantiam, ac effusam (*vt perceptorie mei in Clauij in simili materia responsione vtar*) in omnem improbitatem cauillandi licentiam, in eo, quod nuper edidisti responso de praecedentia Capituli in funeralibus, eo animo talis-sem, quem Christianum, quem veritatis amatorem dicere, iudicassem, nisi te eodem tempore, & probitatis inimicum,& hostem veritatis ostendisses. Sed quoniam tàm impudentiae tuae, quàm mendacijs silentium meum, ac animi moderatio nocumēti plurimū, vtilitatis nihil esset allatura,ea in te congeram, quae

quæ si à maledicentiæ (quod stultus sim si putem) te deterrere temeritate non poterunt, certè, quod spero, me measq; literas apud posteros ab iniquissima calumnia vindicabunt. Et ne taciturnitas meæ rusticioribus aliqua ex parte possit officere, actiores enim non vereor, qui apertissimè, quid ipse probem, quid tu temerè obijcias, intelligunt: beneuolo quidem tecum agam animo, verum verbis duriusculis; multò tamen magis rationum momentis, & in hoc vno præsertim à te maximè discedam, qui modo aliquid dicas, quàm aptè, quàm appositè, quàm constanter, quàm verè dicas, nihil pensi habes; Et sanè si quæ mihi spes foret, vt animum, mentemque mutares, quam in omnem inconstantiam, mendacia, ac orationis insolentiam hactenus atmasti, ad meliora, ac saniora consilia reuocares, amicè monerem, suggererem priuatim, suauiter suaderem, clementer hortarer; eos autem imitabor, qui quod suauitate sermonis, & beneuolæ suassionis dulcedine, veluti mitioribus remedijs, corrigere se non posse senserunt, igne, sectionibus, exploratione venarum, ferri asperitate, acriori, nimirum, verborum castigatione curarunt. Itaq; malo in hoc odium mihi veritas, quod hactenus accidit, apud te pariat, quàm turpè beneuolentiam conciliet obsequium.

Dic Morbiole, si quid tibi scire videbaris, quid ni amico animo, humano more, certè non ferino, quàm contrà me sentiebas, protulisti, vt si ignorantiam agnoscerent alij, volũtatem nulla ratione culparent. At nunc qua ratione posteritatis iudicium effugies, quandoquidem in suffragio nequicquam de mortuorum gratiæ concedit, cum non modo te rudem rei, quam tractas, & imperitum, sed etiam maleuolum agnoscet.

Age nunc vtere, si quod habes ingenio, adijce mentem, aures accommoda, nõ iniquas, vt soles, sed æquas, oportet ita addiscentem esse comparatum. Mitte iurgia & contumelias, ne tibi accidat illud Euripidis in Bacchis.

Infrænis oris (vt tuum est) ac illegitimæ stultitiæ finis est infortunium.

Depone tantisper odium, indue animum non illiberalem, vt plurimum, nec contumacem, vt sæpè, nec obfirmatum, vt semper, sed ad discendum paratiorem. Sume hoc meum opusculum, quamuis faciat dolorem, tamquàm pharmacum, ac remedium ad curandum istum tuum nomine quidem Morbiolum (nullo enim vocabulo rectius appellari potest, nec debet) re autem morbum maximum, tibiq; persuadeas maiorem apud omnes te ingenij, ac probitatis commendationem assecuturum, si ingenuè te in tuis erratis nullo dolo malo hominem agnoscas, ac veritati tandem manus des, quàm si constantiæ, immo obfirmationis gratia in tua velis sententia persistere. Ego verò per tuæ imperitiæ, quasi labyrinthos, errorem, & vagum Arcadneo veritatis filo ita ducam, vt si quidquàm bonæ mentis habes, vt velis: ingenij, vt possis, facilè ignorantiæ ambages euadas.

Ad quod sic faciendum maximè impellit, ne paruus iste morbus, siue Morbiolus in morbum crescat maximum, & incurabilem, ad instar illius lapilli, qui ingenti statua in pedibus percussa creuit posteà in montem, 3. *Reg. cap.* 18. vel etiam illius nebeculæ, quæ texit faciem vniuersæ terræ *Daniel. cap.* 2. quod ne accidat iuxtà illud *Psal.* 136. allidendus est paruulus iste Morbiolus ad quadratam veritatis petram

Et licet ista tua calumniosa impostura communis mihi sit cum D. meo Stephano Gratiano viro doctissimo, eruditissimo, & in legali disciplina apprimè versato, de cuius ingenij laudibus superfluum est verba facere extantibus perpetuis librorum monumentis, quæ tàm in iudicando, quàm consulendo ad publicam vtilitatem, & sui memoriam elaborauit æternam, licet (inquàm) commune mihi cum illo responsum siue responsi mei satis amplè dotatam subscriptionem Morbiolus caninis dentibus momonderit, suis tamen armis (si tamen curabit) se tuebitur Stephanus cum alieno non egeat patrocinio, & vt in nomine coronam (hoc enim Stephani nomen significat) ita eamdem in facto, & triumphalem assequetur; ego autem, quod ad me spectat meo te pungam stylo, meis rationibus vulnerabere, non repnnctis, & temerè assutis grammaticalium locutionum pannis, sordidorum enim & vilium opificum, non sapientum est ista contendendi inter se; & obtrectandi libido.

Vt autem ex dicendis apparebit, materiam homo iste vento tumidus non intellexit, immemor Socratici præcepti, quo iubetur, qui artem, cuius sit ignarus ostentare velit, alia potius omnia, quàm eius opera factitare; fortassè non satis etiam edoctus Senecæ sententiam, asserentis, *quod magna pars vitæ elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota (quod Morbiolo accidit) aliud agentibus.* Vnde mirum videri non debet si conuicijs, quasi de plaustro iactis in eminentes viros, Stephanum videlicet Gratianum, Molanum, ac etiam Rotam Romanam, est inuectus, nimirum, vt detracta horum nominis celebritate, omnium in se gloriam verteret. Itaq; videas hominem sui ipsius admirationem, perferocem, dominari in eos, quorum aliquod est in doctrina nomẽ, quicquid censuerit, ex templo omnes tamquàm basylicis edictionibus audiètes esse velle; si contrà quis audeat, ridicula, stolida, erronea, falsaquè esse vociferetur.

Quod vtiquè mi Morbiole tutò euitasses, si Ecclesiasticus cum sis Ecclesiasticos Doctores cõsuluisses, nam apud *S. Ambrosium Epistol. 63. lib. 8. edit. Roman. ad Sabinum conscripta*, hanc auream inuenisses sententiam; *Vnumquemq; fallunt sua scripta, & auctorem prætereunt, atq; vt filij etiam deformes delectant, sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant.* Hæc ille Beatus, & egregius Doctor Ecclesiæ, & in eamdem sententiam *B. Augustinus scribens ad Marcellinum epist. 7. Ego (inquit) iudices meos veros, & veritate seueros magis intueor, &c.*

Sed quid dico Ecclesiasticos Doctores consuluisses, cum neque se ipsum consuluerit, examinando prius rationes, & auctoritates ponderando, aliaquè expendendo, quæ in nostris consilijs matura deliberatione dicta fuerunt, his enim omnibus prætermissis, *Vt ad manus peruenit* (quæ sunt prima verba suæ calumniosæ responsionis) *quoddam consilium Gratiani, & cuiusdam Theodosij Rubei, & paulò post. Visa huiusmodi erronea, ac falsa opinione non potui pro canonicorum interesse non accipere calamum, quodq; de hac sentirem typis excudendum demandare, ne fortè aliqui rei nouitate commoti in adeò stolidam opinionem inclinarent, &c.* Propterea non mirum, quod de facili enunciauit, non enim dixit postquàm consideraui dicta responsa accepi calamum, sed vt ad

manus peruenit, & visa huiusmodi erronea, ac falsa opinione accepi calamum, & quid scripserit postea fortasse nec relegit, vt propterea eius responsio omnibus pateat, quod non solum à Morbiolo, ne dicam (& fortasse rectius) à morboso, fuerit vt in aduersarijs fieri solet currenti calamo conscripta, sed tota morbosa extet, non solum quoad materiale, cum infinitis scateat impressionis erroribus, sed quoad etiam formale, vt statim apparebit, de facili (inquàm) enunciauit, quia vt dicit *Aristoteles lib. 1. de Gener. cap. 2. text. 7.* ad pauca, immo verius ad nulla, respexit.

Ea quæ inconsideratè scripserat subitaneè postea, ac præcipitanter typis commendauit contra illud *Horatij in Poetica*,

Nonumq; prematur in annum.

At quibus typis hoc suum somnium Morbiolus commisit? Mantuanis, & tamen ibi imprimi debebant cum per Capitulo Cathedralis Mantuæ papyrum denigrauerit, & hanc Cathedtalis præcedentiam ad nauseam, vsquè recantauerit, sed fortasse erubuit, & tamquàm Aquilæ pullus adulterinus oculos in veritatis acie ad longum in prioribus dictis consilijs ibidem secunda vice impressis, figere non valuit; nisi dicere velimus, & hoc mihi magis arridet, non fuisse ei permissum ab Inquisitore Mantuæ, vt tantam propularet inscitiam in sui dedecus, & contemptum.

Et vt ad rem veniamus, necnon vt facilius, & quasi manu ad rationum pendenda momenta ducatis, omnia digeram, & suis quæq; locis pro viribus respondebo, petitis vt plurimum responsionibus à nostro responso, vt quod destruere conaris, inde monimenta summantur.

Quod spectat ad principium tui responsi, cum asseris opinionem in nostris responsis expositam esse erroneam, falsam & stolidam, pro responsione remitto te ad eos qui conuicijs certant, ad sordidos, vt paulò ante dicebam, & viles opifices, eos, nimirum, de quibus num. 118. ad cloacarum videlicet mundatores, baiulos, & alios infames homines, ac etiam si placet ad alios de quibus nu. 73. Cuiusnam autem falsa erronea, & stolida sit opinio patebit ex infrà dicendis, nisi dicere velit, falsam, erroneam, ac stolidam esse nostram ab ipsius opinione, iuxtà illud *1. Corinth. cap. 3.* Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum, quod non negamus.

Quod posteà subijcis ducendo quasi triumphum ante victoriam, repetendo tuam illam Rubricam in fronte huius tui somnij positam, quod Capitulum debet præcedere Parochos ex dispositione Canonũ, Conciliorum eruditione maiorum auctoritate, & consuetudine immemorabili, ac antiquissima. Attende mi Morbiole nè ista tua Rubrica nigrescat, non enim hoc procedit indistinctè, vt fusè probauimus in nostro responso, quod si contendas in funeralibus, etiam hoc procedere, vide nè circulatorum more plus promittas, quàm valeas attendere, ac de te dici possit illud, quod Maiores pennas nido extendisse videris.

Ad octo fundamenta satis infirma, & debilia super quibus regitur hæc tua chimera tamquàm super baculis arundineis, facilis est responsio, cum abundè in nostro responso (vt dicemus) fuerit satisfactum. Reducuntur enim ad duo capita, quorum primum est Capitulum Cathedralis Parochis in funeralibus præferendum, quia est supra Parochos, & ratione honoris cum præcedat Abbates, vt in primo fundamento, Et ratione gradus, vt in secundò fundamento, Et propter maiorem dignitatem, vt in tertiò fundamento, Et propter maiorem iurisdictionem, vt in quartò fundamento. Et quia Canonici dictæ Cathedralis sunt fratres Episcopi, vt in quintò fundamẽto. Et quia Capitulum est Parochus eminentiori modo, vt in sextò fundamento. Et quia Capitulum, & Episcopus sunt vnum corpus, vt in septimò fundamẽto.

Alterum caput est ratione consuetudinis immemorabilis.

Quod spectat ad primum caput, generaliter respondendo dicimus hanc Capituli maioritatem nihil operari, vt Parochum præcedat in funeralibus, quia adhoc, vt præcedat oportet ostendere, quod Capitulum hanc suam maioritatem exercere possit tempore funeralium, quod non potest esse, cum hoc sit officium Parochorum, & ideò tamquàm in proprio officio cæteris omnibus præferendus, vt ad saturitatem ostendimus in nostro responso à nu. 40. vsquè ad 54. quæ propter breuitatem non egent repetitione; quid verò sit dicendum quando Capitulum vellet administrare, & Parochi vices gerere, discutiemus in particulari responsione ad sextum fundamentum.

Sed vt sigillatim singula fundamenta euellamus.

Ad primum sub nu. 2. & seq. Respondeo primò, cum dicis Capitulum Cathedralis præcedere Abbates in processionibus, iuxtà doctrinam Gemin. videlicet, quando eunt cum Episcopo; transeat hoc, non enim hæc est nostra quæstio, & quod in dictis processionibus Parochos, etiam præcedat pro fundamento posuimus in nostro responso sub num. 40. & seq. ea ducti ratione, quia Capitulũ, & Canonici tamquàm in proprio officio cæteris omnibus sunt præferendi, & nulla est habenda ratio Parochorum, etiamsi in dictis processionibus interueniant, cũ ibi essent tamquàm Clerici, vt fusè scriptum reperies nu. 50. & 51.

Et hæc ratio si tibi, mi Morbiole, arridet, vt cum versaris circa proprium officium Canonicorum elato supercilio, & tumido ore cæteris præferri non displiceat, cur iuxtà iustitiam distributiuam dedignaris, quod Parochi circa eorum officium occupati eis non subijciatis, cum in funeralibus Canonici non interueniant ex proprio officio, vt fusè in dicto responso fuit ostensum, & probatum à num. 18. vsquè ad 22. sed ad Parochos spectent, vt diximus nu. 42.

Quod verò in dicto fundamento subiungitur nu. 5. & vt asseris ex Geminiani sententia, quod dictum Capitulum debeat præcedere Abbates non solum in processionibus, sed in omnibus actibus hoc non dicit Geminianus, & licet de hoc non videatur curandum tamquàm extraneum à nostro proposito, tamen aliquid de hoc est dicendum, quia potest euenire casus, quod Capitulum inuitetur ad funus in Parochia Abbatis, & Abbas esset Parochus, vel pro Parocho se gereret, quo casu Capitulum non posset præcedere Abbatem, & ideò fortasse Geminianus non fecit dictam extensionem præcedentiæ Capituli, quoad Abbates ad omnes actus, non enim admittitur extensio in materia præcedentiæ cum sit odiosa, vt ex Rota probauimus in dicto responso sub nu. 53.

Prout neque de omnibus actibus loquuntur exaduerso allegati *Rip. & Felin.* sequentes Geminianum, solum

Solum enim *Ripa allegat. respons.5.nu.1.* dicit Canonicos præcedere debere Capellanos in processionibus, & in alijs actibus, & non dicit quod Canonici debent præcedere Abbatibus in omnibus actibus, vt falsò illi ascribit Morbiolus, & licet ceruicosè prætenderet Capitulum pręcedere Abbates in processionibus, & alijs actibus; etiam concederem, quia illa dictio, alijs, intelligeretur de actibus similibus ipsis processionibus ex adductis in dicto responso nu.82.

Felin. verò mendosè allegatus sub nu.26.cum sit sub nu.4.in cap.postulasti. vers.Tertiò fallit. de rescript. solum sequendo Geminianum loquitur de processionibus. *Nauarr.* etiam exaduerso citatus nil tale somniauit quoad omnes actus.

Aliàs auctoritates non est necesse expendere cum per otium non liceat, has examinasse sufficiat, vt lectores intelligant, Morbiolum adeò debaccantem, falsitatis notam audacter, & calumniosè alijs imposuisse, eodemq; tempore demonstrasse suam imperitiam, qui vel non vidit Auctores quos citat, vel si legit eos non intellexit, vel deniq; si vidit & intellexit captiosè, & falsè eos allegauit, & vt eius verbis vtar nu.125. Geminianus, & alij ab eo allegati non benè fuerunt à Morbiolo lecti, vel saltem perperam intellecti, & pessimè allegati, cum ab eo subdolè suppositi ipsius fundamentum destruant, dissipent, atq; disperdant, àn autē *Ruinus in cons.155.nu.7.lib.4.* fuerit à me benè allegatus nu.90. quisq; videre poterit.

Ex hac falsa allegatione subiungit num.7. Capitulum præcedere Abbates in funeribus, sed vnde hoc sequitur, Geminianus enim cum alijs solum dicit, quod Capitulum præcedit Abbates, quādo cum Episcopo in processionibus incedit, & demus quod præcedat etiam in alijs similibus actibus, ex hoc non infertur quod eodem modo eos præcedat in funeribus, cum sint actus processionibus dissimiles, nō enim dicunt isti Doct. neq; exaduerso probatur quod Capitulum in omnibus actibus Abbates pręcedat. Non ergo applicatur tuum argumentum, si vinco vincentem te, ergo multò magis vinco te; Nam illud antecedens non verificatur quoad Abbates in omnibus actibus. Vide Morbiole quàm solidè super arena ædificaueris.

Respondetur secundò, & breuiter, quod dato non tamen concesso, quod Capitulum pręcedat Abbates, etiam in omnibus actibus, & in specie etiam in funeralibus, non propterea ex hoc infertur, quod debeat præcedere Parochos, isti enim non solùm præcedunt Capitulum, sed etiam Abbates possunt enim hæc stare, quod Capitulum præcedat Abbates, & Capitulum præcedat Parochus, posito enim Parocho in primo loco, de alij alios præcedere debent, prout eis locus debetur. Ad argumentum autem. Si vinco vincentem te, &c. negatur antecedens quatenus dicit, quod Capitulum vincat Abbates, qui Abbates vincunt (vt ipse prætendit) Parochos; quia Parochi cum sint in proprio officio nominem primum in ordine clericorum coguoscunt, & sic nemo eos vincit. Dixi autem (*in ordine clericorum*) quia in funeralibus primum locum tenet defunctus, vt diximus in dicto responso *nu.79. vers. Præterea, quia cum in funeralibus.* cum proximè, & immediatè accedit Parochus; & ideò licet Parochus post defunctum numeretur in secundo loco, quoad Clericos tamen primas tenet.

Ad secundum fundamētum sub nu.8. patet responsio ex paulò ante dictis in responsione ad primum fundamentum, Præpositus enim in *c. consilia. §. Episcopos. 17. dist. loquitur in processionibus. Henric. Both. de Synod. p.3.nu.26.* distinguit loca in Synodo, in quibus Parochi præferri non debent, vt iam diximus, quia sunt extrà ptoprium officium. Ex quibus non sequitur quod idem in funeribus sit seruandum, cum tunc Parochus sit in proprio officio, in quo est maior quocumquè alio, & ideò nemo ei præferri debet ex his, quæ cumulauimus in dicto responso à num.26. ad 38.

Nolo autem præterire, quando ad aurem Morbiolum admoneam, quod valdè ei displicet iste locus *Henric. Both. d. part.3.nu.6. vers. nonum locum.* vbi quod Canonici Cathedralis si vt singuli adsint debēt sedere non immediatè post Episcopum, sed in nono loco, si verò Capitulariter, quod tunc post Episcopum ante Abbates secundum locum tenere debent. Hoc inquàm Morbiolo displicet, qui prætendit Canonicos vti singulos cæteris esse præferendos.

Ad tertium fundamentum à num.15. Ad quartum à num.24. Ad quintum à num.32. & Ad septimum à num.42. eodem modo vnico verbo omnibus respondetur, quod splendor Capituli, etiam Cathedralis (de quo tantopere se iactat iste Morbiolus, vt nu.16. vbi quod magnus est honor esse Canonicum Cathedralis, & nu.20. quod Canonicatus est dignior Parochiali, & nu.23. quod Canonici simplices sunt omnibus Parochis digniores, & quod tales Canonicatus communiter dantur viris optimi status, & conditionis, & quod multum præ alijs honorantur, idq; pluries ad nauseam repeteris, ridiculè vt semper à Canonicis inferens ad Capitulum) siue luceat propter dignitates inexistentes, vt in tertiò fundamento, siue splendeat propter iurisdictionē, vt in quartò fundamēto, siue coruscet propter fraternitatem cum Episcopo, vt in quintò, siue deniq; fulgeat propter vnitatem corporis cum Episcopo, vt in septimò iste (inquàm) Capituli splendor, quando inuitatur ad funus obscuratur, non aliàs ac præsente Sole stellarum lumen vincitur, propter Curati præsentiam in proprij officij exercitio, nam quando Capitulum inuitatur ad funus id fit, vt pluribus Clericis conuenientibus honorificentius defuncti ad Ecclesiam deducantur, nec ipsis aliud incumbit, quàm Psalmos decantare, vt omnes alij simplices Clerici eò conuenientes, nec aquam aspergunt, nec antiphonam intonant, nec orationes recitant, nec populum benedicunt, aliamq; functionem exercent, cum hoc ad Parochos spectet, quorum officium est prædicta omnia explere, cum aliàs sufficiat Parochus cum Clerico præferente crucem, nam sepelire mortuos ad ipsum spectat, vt ex Rota diximus in sæpius citato responso num.45.

Stat enim firmum fundamentum, quod quilibet in proprio officio præfertur cuicumq; alteri etiam maiorem habenti dignitatem, vt diximus ibidem nu.29. & seq. de Cardinalibus Vicecancellario, Camerario, & Penitentiario, qui in proprio officio alios omnes procedunt, cum in eorum officijs cæteris omnes antecellant, & non habeant, nequè superiores, neq; pares.

Maximè quando Capitulum inuitaretur extrà propriā Ecclesiā, quia tūc illius Rector cæteris omnibus prefertur ex allegatis in dicto responso nu.89. & seq.

Vnde propterea non debent Canonici capitulariter conuenientes dedignari propter dicti Parochi præcedentiam stante eorum dignitate, iurisdictione, fraternitate, & vnitate cum Episcopo.

Quod etiam præter id quod diximus in dicto responso *nu.68. vers. Et videmus quotidie*. Confirmari potest, quia Episcopus qui & iurisdictione, & dignitate Capitulum superetat, quando assistit celebrationi Missę solemnis non ipse primus, sed post celebrantem thurificatur, quod etiam seruatur quando interest Vesperis solennibus, nec ipse primus dat osculum pacis, sed celebrans, vt patet in ceremoniali Episcoporum cap. 23. & 24. qui liber est authenticus cum iussu Clem. 8. fuerit editus, vt patet ex Bulla ibi præmissa, & faciunt quæ diximus nu. 81. & 82. de Rituali Romano.

Et non alia ratione Episcopus non præcedit celebrantem in thurificatione, & osculo pacis præcedere, nisi quia Sacerdos est in proprio officio, ac propterea nil mirum si Episcopum præcedit, licet Episcopus sit dignior, cum eius dignitas in illis actibus vti extranea, & peregrina non attendatur.

Confirmatur secundò, quia non solum Episcopus, sed ipse Papa quando in Capella celebrat Cardinalis, vel alius Prælatus, non solum illum honorat, vt diximus dicto nu. 68. duplici candela in festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, & duplici palma in Dominica Palmarum, sed quod magis est à Subdiacono librum accipiente primò fit reuerentia ipsi celebrāti, postea altari, vltimo loco Papæ, quod etiam seruat Diaconus tenendo librum Euangeliorum, quando illum ponit in medio altaris, & etiā quando procedit ad legendum, siue canendum Euangelium, & celebrans etiam primò thurificatur ante ipsum Papam, ac etiam primus dat osculum pacis, vt patet ex ceremoniali antiquo lib. 2. cap. 2. & lib. 3. tit. 5. de incensatione.

Et tamen, mi Morbiole, nonne Papa eam habet dignitatem, & iurisdictionem, cui alia non comparatur in mundo, nonne per ipsum Christus Deus, & homo representatur in terris cū sit eius Vicarius, nonne ipse habet claues Regni Cælorum, & tamen cum non sit dari ei æqualis post Cardinalem celebrantem, immò post quemuis Prælatum celebrantem ei fit reuerentia, primò turificatur, primò dat osculum pacis, & ipse est super omnes quare non etiam omnes præcedit in dictis actibus, certè non alia ratione, nisi quia illi celebrant, non ipse, sed solum assistit Missæ Sacrificio, & ideò non mirum quod plus in candelis, & palmis à Papa honoretur, primò ei fiat reuerentia, primò thurificatur, primò dat osculum pacis, & etiā in eminentiori loco sedet nimirum propè altare.

Assistitis eadem prorsus ratione vos Capitulares omnes, Beneficiati, Clerus, vno verbo, totus regularis & sæcularis, huic Sacerdotali, & Parochiali officio, & ideò cum primus intonet, Antiphonam, Exultabunt, aspergit defunctum aqua benedicta, benedicendo dimittit populum ad valuas Ecclesiæ, orationem recitat, primum etiam locum habere debet in ipsis funeribus.

Et istemet Parochus si Missam conuentualem celebraret, nonne in incensatione osculo pacis, reuerentia à Subdiacono, & Diacono primò honoraretur, & in procedendo à Sacrario ad altare, & inde redeundo, necnon stando in altari, & sedendo, vt diximus in dicto responso num. 58. præcederet omnes, & tamen, vt ibi diximus, hoc non est eorum proprium munus, quare ergo præferri eisdem Capitulis Cathedralibus non debet, quando est in proprio officio, quam rationem afferre potes Morbiole? nullā credo.

Confirmatur tertiò, & quia ægrè fert Morbiolus, quod à Sacerdote præfertatur, quo ipsi Canonici ratione ordinis aliquando sunt inferiores, quando sunt Diaconi, vel Subdiaconi, vel etiam simplices Clerici non in Sacris constituti, quod dicit quando ei Laicus præfertur, non solum multis Capitulis, sed ipsi Cathedrali, & totius mundi primaria, qualis est Ecclesia S. Io. Lateranensis in Vrbe? Ad Vrbem accedat, & videbit in processione Papali in festo Sanctissimi Corporis Christi post Clerum regularem, & sæcularem totius Vrbis ante Cardinales, & Pontificem incedere omnes Palatij officiales (inter quos, videlicet, Cubicularios Apostolicos de numero participantium, ego etiā eorum infimus, annumeror, & de præsenti anno 1636. eiusdem Collegij Decanus) qui vt plurium sunt simplices Laici, etiam vxorati, quos tamen sequi non dedignantur ipsi Collegiatarum, Patriarchalium, & Ecclesiarū Canonici, nam cum dicti officiales representent officium ad quod sunt deputati in hoc Clerum omnem præcedunt, cum Cleri dignitas, & iurisdictio ad talia officia Apostolica non extendatur.

Confirmatur quartò, cum Ecclesia Catholica ædificata sit suprà petram, qui est Petrus Apostolus, quod adeò verum est, vt à veritate ipsa dictum sit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & ipse sit in terris caput istius ædificij, & nō sit potestas, vt diximus, quæ comparetur ei cur ergo Sancta Mater Ecclesia, & cum ea *Concil. Trid. sess. 4. in Decret. de Canonicis scripturis*, Epistolis S. Petri præponit quatuor Euangelia, nam si valeret ratio Morbioli Epistolæ S. Petri dignitatem, & iurisdictionem habentis suprà omnes, etiam suprà Apostolos cum sit eorū caput, & ipsi fuerint datæ claues, Epistolæ ipsius alias omnes Canonicas scripturas noui testamenti præcedere deberent, attamen non ita se res habet; immo quod plus est vltrà Acta Apostolorum dictis Epistolis S. Petri præponuntur Epistolę S. Pauli ad fidem conuersi post mortem Christi, qui neq; est ex duodenario numero Apostolorum fortasse, quia ratione doctrinæ Paulus Petrum præcedit, cum licet iste sit Pastor ille tamen Doctor gentium fuit, & licet in Pastorali officio Paulum præcedat, hic tamen ratione doctrinæ ei præfertur, cum de Paulo dictum sit *Act. cap. 9.* Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coràm gentibus, & Regibus, & filijs Israel, & nomine Doctoris gentium Ecclesia eum honorat, qualem etiam se nominat ad *Timoth. 1. cap. 2.* Abbundantius enim in eo scientiæ donum exuberauit, ad quam solerti studio, atq; industria se præparauit, vt habetur apud *Cassian. de instit. Monach. lib. 6. cap. 18.* cum diuino tamen adiutorio, vt ibidem obseruauit *Henric. Cuichius Ruremundensis Episcopus in Obseruat. ad Cassianum.*

Et inter Epistolas Beati Pauli primò loco ponitur Epistola ad Romanos, non quia prima omnium scripta fuerit, sed, vt inquit S. Anselmus in præfatione ad dictam Epistolam, quia & in illo tempore Roma totius orbis caput extitit, & vsquè hodie Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum obtinet principatum, cui

cui opinioni subscribit *Francisc. Suarez in Defensione Fidei Catholicæ aduersus Anglicanæ sectæ errores. lib. 3. cap. 17. nu. 15. in fin. ibi, Et in præfatione.*

Accedit quod dicta quatuor Euangelia non solum præcedunt ordine Epistolas Petri, sed Ecclesia Sancta maiori reuerentia eadem honorat, nam quando in Ecclesia leguntur Euangelia, Apostolica auctoritate præcipitur, quod Sacerdotes, & cæteri omnes non sedentes, sed venerabiliter curui, & in conspectu Euangelij stantes Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent, ita statutum est ab Anastasio, vt habetur *in cap. ad Apostolica. de consecr. dist. 1.* secus tamen in lectione Epistolarum S. Petri.

Potestas enim, & iurisdictio Petri licet maxima, Pastoralem tamen dignitatem non excedit, & sic eius Epistolæ hortatoriæ ad vitam æternam non superant libros Euangeliorum, in quibus Fides continetur, quæ est armatura nostra cōtrà Diabolum, iuxtà illud *B. Petri Epist. 1. cap. 5.* Cui resistite fortes in fide, & propterea Euangelium legitur ad Aquilonem, qui per Diabolum significatur, vt inquit *Durand. in Ration. diuin. offic. lib. 4. cap. 24. de Euangel. num. 21.*

Et hoc est, quod in initio mei responsi dicebam *nu. 17.* de diuersitate statuum, & officiorum ad perfectionem ipsius Ecclesiæ, *ex Apostol. ad Ephes. 4.* Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores.

Ac propterea inter Pastores Petrus primatum tenear inter Doctores post Euangelistas Paulus primò loco computetur. Pari ratione in cultu diuino Canonici, eis autem in Parochiali solicitudine Parochos præferendos dicebam.

Confirmatur quintò, quia si verum esset quod habens maiorem dignitatem, & iurisdictionem esset simpliciter præferendus non habenti tantam dignitatem, ac iurisdictionem in omnibus actibus in quolibet loco indistinctè, vt prætendit Morbiolus in dicto tertio, & quarto fundamento, sequeretur quod omnes Cathedrales deberent esse sub inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, cum hæc respectu dignitatis, & iurisdictionis omnes alios Sanctos præcedat, & sit fons dignitatis, & iurisdictionis.

Sed fortasse dicet Cathedrales esse Ecclesias locorum antiquiores, nobiliores, præsertim si in loco viget celebris alicuius Sancti memoria ratione martyrij, Confessionis, aut patriæ, vel fuerunt pro deuotione Regum, Principum, vel populi dotatæ, & erectæ, vt propterea sub ipsorum inuocatione dictæ Cathedrales existant.

Et hoc ipsum est quod dicimus, quod magnitudo dignitatis, vel iurisdictionis non operatur quod simpliciter, quis sit prætendus omnibus, & in quibuslibet actibus, præcedit enim in illa Ciuitate, non Sancti cuiuslibet memoria, qui à Catholica Ecclesia colitur inter maiores, puta Apostolos, Martyres, &c. sed quem quisq; populus, Princeps, vel alius Cathedralem erigens voluerit, & patronum sibi destinauerit.

Confirmatur sextò. Quia sequeretur quod in Ecclesiarū locis dignioribus, videlicet in altari maiori, non aliæ figuræ essent depingēdæ, quam (vt diximus de Cathedralibus) Sanctissimæ Trinitatis, Christi, Beatissimæ Virginis, & sic Sanctorum insigniorum.

Quod tamen ita non se res habet, sed illæ depinguntur Imagines pro deuotione ipsorum, qui Ecclesias ædificant, vel iuxtà nomen patroni, vel ex alia causa, vt suprà diximus de Cathedralibus.

Confirmatur septimò, & vltimò, vt infinita similia ob breuitatem omittamus. Quia vlterius sequeretur, quod in celebratione diuinorum officiorum, & Missarum semper officia Sanctorum, quos Ecclesia in maiori dignitate veneratur deberent esse duplicia, & tamen contrarium videmus, nam festa Virginum, multa fiunt duplicia, & Confessorum simplicia, vel semiduplicia, vt dicta officia recitantibus est notorium.

Quod verò spectat ad secundum caput, Canonicos debere præcedere Parochos ratione consuetudinis immemorabilis; Sufficiant pro Responsione à nobis dicta nu. 99. Vt tandem finis huic nostræ Defensioni imponatur.

Multa alia potuissent, & pro firmatis à nobis conclusionibus vlterius confirmandis, & pro aduersarij telis retorquendis adduci, quæ consultò omittuntur, cum ad alia properemus, & ne in librorum molem digressiones excrescant.

Præsertim cum multa ab ipso non reuisa, & currenti calamo fuerint extensa, vt ipsemet in initio fatetur, & nos superius tetigimus. Ideò ea ipsa ad ipsiusmet vlteriorem considerationem remittimus, eoq; iudice quid ipsis conuicijs respondendum sit iudicabit, & qui in hoc suo responso in causa propria Aduocatum non quæsiuit, hoc idem eo iudice sui iudicij tribunali submittimus.

THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS I. C. Romani Responsum Secundum.

De Præcedentia Prothonotariorum Apostolicorum de numero participantium.

Redditum occasione accessus bo. me. Eminentiss. & Reuerēdiss. D. Scipionis Card. Burghesij ad suum Archipresbyteratum S. Io. Lateranensis, & Patriarchalis Ecclesiæ de Vrbe.

Cuius copia fel. rec. PAVLO V. & ipsi Cardinali Burghesio fuit ab ipso Auctore exhibita.

ARGVMENTVM.

Prothonotarij Apostolici de numero participantium simpliciter, & de per se considerati seclusa consuetudine, vel alia Constitutione in Ecclesijs Canonicorum Cathedralium, vel Collegiatarum eos in choro non præcedunt à num. 19. Extra chorum eos præcedunt cum antiquitus, & Episcopos, & Archiepiscopos præcederent à nu. 41. Si verò dicti Prothonotarij

notarij sunt Canonici, non præcedunt alios Canononicos, nisi iuxtà antiquitatem Canonicatus, vt etiam Episcopi à nu.49. in executionem eorum officij præcedant à num.43. Prout etiamsi eò conueniant vti familiares, & Curiales Cardinalis vnà cum ipso Cardinali, tunc enim etiam præcedunt *à nu.55. vsq; ad fin.* Habes vlterius quomodo hoc responsum non contradicat decreto Sacræ Congregationis Rituum posteà emanato.

SVMMARIVM.

1 *Occasio, & thema præsentis responsi.*
2 *Quæstio duplex discutienda proponitur, circa præcedentiam Protbonotariorum.*
3 *Persona eadem duplicis iuris censeri potest.*
4 *Rex in suo Regno licet præcedat Cardinales vti singulos, secus tamen est in Consistorio, & Capella.*
5 *Cardinalis antiquior licet in Consistorio, & Capella præcedat Cardinalem Vicecãcellarium, secus tamen est in Cancellaria. Et idem de Cardinalibus Pænitentiario, & Camerario nu.6. 7. & 34.*
8 *Cardinales prædicta officia habentes, quare non præferantur cæteris in Collegio Cardinalium.*
9 *Corrector literarum Apostolicarum, ideò in Parco non præcedit Abbreuiatores, quia Correctoria non est dignitas Collegialis Abbreuiatorum. & nu.33.*
10 *Auditor Rotæ si fiat Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha cum retentione Auditoratus, licet extrà Rotam præcedat omnes Auditores, tamen in Rota suum locum retinet iuxtà antiquitatẽ Auditoratus.*
11 *Archidiaconus ratione administrationis est maior, & præfertur Archipresbytero, secus verò ratione diuinorum.*
12 *Episcopus domi maior est patre, in Ecclesia verò illum præcedit.*
13 *Vicarius Episcopi eo præsente non præcedit Archidiaconum, & Canonicos capitulariter congregatos, secus tamen eo absente.*
14 *Persona vna & eadem quare modo præferatur alteri, modo eidem postponatur.*
15 *Prælatus, qui fecit contractum damnosum Ecclesiæ, potest ipsemet nomine Ecclesiæ contrauenire.*
16 *Canonicus aliàs exemptus à iurisdictione Episcopi, si habeat curam animarum subest Episcopo.*
17 *Idem est in Monachis exemptis.*
18 *Parochus in proprio officio, quale est in funeralibus præcedit Capitulum, ei verò postponitur in functionibus ad Capitulum spectantibus, & nu.53.*
19 *Protbonotarij simpliciter, & de per se considerati seclusã consuetudine, vel alia constitutione in choro Lateranensis Ecclesiæ non præferuntur Canonicis dictæ Ecclesiæ.*
20 *Protbonotarij sunt in dignitate constituti, & fuerunt primò creati à S. Clemente Papa I. & nu.26. & de eorum officio nu.21. & 22. vbi etiam quod isti Notarij sunt Protbonotarij quicquid dubitauerit Iacobatius.*
23 *In literis Apostolicis numquàm Papa eos vocat Protbonotarios, sed Notarios, in Regulis Cancellariæ ponitur ad maiorem excellentiam.*
24 *Notarij Papæ sunt in dignitate constituti. & nu.26.*
25 *Notarij Principis habent dignitatem.*
27 *Protbonotariorum ætas iuxtà Constit. Pauli II.*
28 *Protbonotarij olim præcedebant Episcopos, et Archiepiscopos, quod durauit vsq; ad tempus Pij II. qui sub Bulla mandauit contrarium, & ita hodie seruatur enim.*
29 *Primicerius non solum est primus Notariorum, sed etiam primus aliarum dignitatum.*
31 *Protbonotarij agrè ferunt eorum numerum augeri.*
32 *Protbonotariorum dignitas non est dignitas Capitularis, ac propterea in Capitulo non præfertur Capitularibus.*
35 *Protbonotarij non possunt prætendere præcedentiam suprà Canonicos quasi isti non sint in dignitate constituti.*
36 *Canonicatus venit sub nomine dignitatis latè sumpta, & num.38. vbi remissiuè de quibus Canonicis intelligatur.*
37 *Pænitentiaria admittit professionem emittendam coràm Antistite, vel alterius cuiusuemq; in dignitate Ecclesiastica constituti, si fuerit emissa in manibus Canonici, prout etiam Canonico dicitur fuisse commissa.*
39 *Dignitas non Capitularis quamuis magna, sicut est Protbonotariatus, nihil affert in Capitulo præcipuum suprà alios.*
40 *Protbonotarij non præferuntur Canonicis in choro, secus verò extrà cum antiquitus & Episcopos, & Archiepiscopos præcederent, licet quoad hos hodie per constitut. Pij II. non seruetur, & nu.41.*
42 *Protbonotarij in processione Papali præcedunt Capitula.*
43 *Protbonotarij præcedunt Capitula, si conueniant in Ecclesijs exercendo eorum officia.*
45 *Chorus est proprius locus Canonicorum, in quo cultum diuinum Canonici persolnendo proprium officium explent, & num.46.*
47 *Rector studij præcedit Episcopũ Scholarem in Studio.*
48 *Protbonotarius si est Canonicus debet sedere in choro, iuxtà antiquitatem sui Canonicatus, nec posset tunc prætendere primum locum post illum qui præest Capitulo. num.49.*
50 *Episcopus, si est Canonicus habet primum locum post illum qui præest Capitulo, quando est Episcopus illius Capituli, & hoc est speciale, alioquin debet sedere in loco Canonicali, & quod dicitur de Episcopo non extenditur ad aliàs dignitates, & nu.51.*
52 *Vicarius Canonicus debet sedere in loco Canonicali, iuxtà antiquitatem.*
53 *Parochus in proprio officio quale est in funeralibus præcedit omnes Canonicos capitulariter eò conuenientes, secus quando Canonici proprium munus explent.*
54 *Magistrũculus in proprio territorio est maior altero.*
55 *Protbonotarij concommittantes Cardinalem Archipresbyterum in choro sedentem præcedunt in choro Canonicos.*
56 *Cardinalis vti Cardinalis, & vti Archipresbyter præcedit omnes de Capitulo.*
57 *Protbonotarij concomitantes Cardinalem non considerantur simpliciter, & de per se, sed tamquàm membra Cardinalis, qui est caput.*
58 *de Principis latere qui sunt, non debent in depressionis sedis humilitate delitescere.*
59 *Referendarij licet Protbonotarijs sint posteriores, eos tamen præcedunt, quia quotidie apud Principem, & in eius præsentia simul cum eo officia eorum exercent.*
60 *Cardinales præsentes in Curia cæteris præferuntur.*

61 Quod

61 *Quod præferatur Cardinali Legato, & quare nu.62.*
63 *Doctor, qui est ad latus Principis præfertur militi.*
64 *Vicarius Parochialis Ecclesiæ præfertur Archipresbyter, & Clerus ipsius Archipresbyteratus.*
65 *Ecclesia facit corpus misticum habens caput, & membra.*
66 *Præcedere debent in processionibus qui magis participant cum capite.*
67 *in Præcedentia materia is præfertur alteri cuius caput præfertur.*
68 *Cardinalis cum sua curia vti caput cum suis membris residendo præcedit omnes de Capitulo.*
69 *Canonicis ista præcedentia non præiudicat quoad litis pendentiam inter ipsos, & Prothonotarios.*
70 *Prothonotarios hoc casu præcedere, idem est dicere, ac Cardinalem præcedere cum ipse sit caput, & Prothonotarij membra ipsius.*
71 *Principis pars sunt familiares eius, siue Curiales.*
72 *in Imperatore dispositum ampliatur ad alios Principes ex generalitate rationis.*
73 *Imperator licet habeat maiestatem, ea tamen Cardinales non carent. nu.74.*
75 *Papa est sponsus Ecclesiæ, & Cardinales eius filij, & ipsi maiestatem habent sicut Papa.*
76 *Cardinalem offendens incidit in crimen læsæ maiestatis.*
77 *Cardinales habent maiestatem, quia sunt pars corporis Papæ, sicut Augusta est pars corporis Imperatoris, & eius radijs fulget. nu.78. & 79.*
80 *in Cardinalibus non cadit ambitio, cum Sancti sint sicut, & eorum pater Papa cuius corporis partes sunt, cum valeat argumentum de toto ad partem.*
81 *Cardinales cum sint pars Papæ ipsi non præstant obedientiam manualem, sed solum præstant obedientiam, vt alij simplices Sacerdotes.*
82 *Cardinalium Collegium dicitur Sedis Apostolicæ gremium.*
83 *Cardinaliũ cetum, appellat Baldus, Senatũ diuinũ.*
84 *Ecclesia Romana est in Papa cum Cardinalibus.*
85 *Ecclesia Romana subijcitur periculis cum fit iniuria alicui ex Cardinalibus.*
86 *Papa ipsius læditur maiestas læsa maiestate Cardinalis in eius membra, quæ sunt familiares eius, siue curiales.*
87 *Cardinales sunt pars corporis Papæ respectu læsionis.*
88 *Cardinalis Burghesius non solum ratione Cardinalatus, sed etiam ratione consanguinitatis est pars corporis Papæ.*
89 *Pauli V. Pontif. Max. vigilantia.*
90 *Honor exhibetur propriè toti rei subsistenti, & non membris.*
91 *Cardinalis dicit honoratus exhibito honore membris.*
92 *Beneficiati Canonico celebranti deseruientes vti Diaconi, & Subdiaconi præferuntur cæteris Canonicis.*
93 *Idem etiam est in processionibus, & assistentijs in officijs num.94. vbi etiam de incensatione candelabrorum circa crucem ante omnes alios.*
95 *Cardinales Diaconi assistentes Papæ, & Cardinalis presbyter assistens cum pluuiali præferuntur cæteris Cardinalibus in sessione, & incensatione, Ratio ponitur num.96.*
97 *Cardinalium exemplum quando inuicem se obuiant, quod viam cedens, eam non solum Cardinali, sed toti familiæ cedit, & nu.98. Ratio ponitur nu.99.*
100 *Conclusio Responsi.*

Sequitur posteà declaratio Responsi, quod non contradicat Decreto Sacræ Congregationis Rituum emanato post dictum responsum.

PRo veritate requisitus, quid in quæstione de facto contingenti inter Reuerendissimos S.R.E. Prothonotarios, & Venerabile Capitulum Lateranensis, & Patriarchalis Ecclesiæ de Vrbe circa præcedentiam
1 sedẽdi in choro, sentirẽ, orta occasione † interuentus bo. me. Eminentiss. & Reuerendiss. D. Scipionis Cardinalis Burghesij dictæ Ecclesiæ Archipresbyteri, & Sanctissimi D. N. Pauli Papæ Quinti Nepotis. Quam scribendi prouinciam licet inuitus assumpserim, veritatis tamen propalandæ causa me renitentem coegit, ea præsertim ratione motus, quod audiui à multis, qui ad pauca respiciẽtes de facili enunciarunt præsentem controuersiam esse sublatam ex illo meo responso, quod circumfertur, ac nouissimè ad publicam vtilitatem à Doctissimo Domino meo Stephano Gratiano fuit editum in suis nõ minus doctis, quàm eruditis *Disceptationibus Forensium iudiciorum part.2.cap.*298. quod fuit redditum ad fauorem Parochorum contrà Canonicos, & Beneficiatos circa præcedentiam in funeribus, & tantum abest, quod ex dicto responso præcedentia terminetur ad fauorem Canonicorum, quod ex eo contrarium omninò tenendum sit.
2 Et vt veritas faciliùs elucescat, † duplex in præsenti facto potest esse controuersia, nimirum àn DD. Prothonotarij simpliciter, & de per se considerati præcedant dictos Canonicos in choro Lateranensis Ecclesiæ. Secunda verò àn ijdem Prothonotarij ibidem conuenientes cum præfato Eminentissimo Cardinali Burghesio vti eius familiares, & curiales eosdem Canonicos præcedere debeant.

Et antequàm ad dictarum quæstionum resolutionem veniamus.
3 Suppono vnam, eamdemquè † personam duplicis iuris censeri posse (prout etiam in dicto responso supposui, & nunc repetere nõ grauabor) ob diuersos respectus. *l. miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. glos. in cap. quæritur. 2. quæst. 7. Abb. in cap. sanè & ibidem Dec. in 3. not. de offic. delegat. Cassan. in Cathal. glor. mund. p. 11. consid. 12. in fin.* cũ alijs multis adductis *à Menoch. de recuper. remed. 1. nu.36.* & repetit in simili materia præhemin̄etiarum *in consil.902. n.71. Picard. inter cons. Menoch. cons.52. nu.99. Doctiss. D. Gratian. discept. for. iud. cap. 111. num.13.* & ita sensit *Rota in causa Burgen. concordiæ. Veneris* 14. *Ianuarij* 1594. *coràm Card. Seraphino. est decis.*1058. *num.6. in eius impress. & in Parmen. statuus. Ven. 9. Decemb.* 1611. *coràm Gregor. XV. est decis.* 531. *nu.7. inter eius impress.*

Qui dixerunt quod quis potest haberi maior, & dignior altero, & eo etiam minor, & minus dignus diuersis respectibus.
4 Hinc videmus, quod licet Rex † tàm in suo Regno, quàm extrà Cardinales vti singulos præcedat, non tamen hoc illi in Sacro Consistorio, & Capella conceditur, sed eidem locus sub primo Episcopo, vel post antiquiorem Presbyterum Cardinalem assignatur, est videre in libro Pontificali, seu Curiæ Ceremoniali sub Rubric. de receptione Regis, ac sub Rubric. de ingress. Imperatoris. Qui Liber etiam in decisiuis tamquàm authenticus allegari potest, vt attestatur *Pauin. in tract. de potest. capit. sed. vacant*

Io.

Io. Andr. & Host. in c. cõsuluit. de seru. ordin. & notauit *Io. Picard. d. cons. 52. num. 143.* & sequitur idem *Menoch. d. cons. 902. nu. 71. & Gratian. d. cap. 111. num. 7.*

5 Ita etiam † Cardinalis antiquior præcedit in Consistorio, & Capella Cardinalem Vicecancellarium, in Cancellaria verò præcedit Cardinalis Vicecancellarius, quia inter officiales Curiæ Romanæ post Papam dicitur maior. *Zabarell. in Clem. nè Romani. versic. eo ipso. ibi, quartò quero. de elect.*

Et est iudex in pertinentibus ad expeditionem Bullarum, & est præses iustitiæ in Curia, ponens decretum irritans, & alias clausulas, † & sedere potest, & stare cum Auditoribus Rotæ in decisionibus caussarum, etiam in præsentia Papæ, secundum *Glossat. Regul. Cancellar. in prohem. Cassan. in d. Cathal. glor. mund. part. 4. consid. 13. per tot.*

6 Idem est † de Cardinali Camerario, & Pœnitentiario, vt de Camerario dicit *Cassan. vbi suprà. consid. 14.*

7 Et de † Pœnitentiario, Vicecancellario, & etiam de Camerario dixit *Rota in Romana præheminentiarum 16. Decembris* 1585. *coràm bo. me. Card. Seraphino, tunc Rotæ Auditore.* vbi fuit allegata ratio, quod

8 idcircò dictos Cardinales † prædicta officia habentes non sortiuntur aliquam prærogatiuam in ijs, quæ spectant ad Collegium Cardinalium, quia non sunt dignitates dicti Collegij Cardinalium.

9 In qua decisione fuit matura † præhabita consideratione resolutum, Correctorem literarum Apostolicarum non debere præcedere in Parco Abbreuiatorum alios Abbreuiatores, quia non est dignitas Collegialis, licet aliàs Correctoria sit dignitas maior, quàm Abbreuiatoria.

10 Et Auditor † Rotæ si fiat Episcopus cum retentione Auditoratus, vt multos vidimus proximè elapsis temporibus, & præsertim Seraphinum Oliuarium Rotæ Decanum ad Patriarchatum Alexandrinum à fel. rec. Clemente Octauo promotum, & Eminentissimum Millinum nunc S. R. E. Cardinalem dignissimum, & S. D. N. Papæ Vicarium, & Reuerendissimos DD. Ortemberghum, & Ludouisium, hi enim siue promoueantur cum retentione, vt dictum est, vel sine retentione, & post promotionem Rotam adeant non præcedunt vti Episcopi, vel Patriarchæ, sed suum locum retinent, iuxtà antiquitatem Auditoratus, licet extrà Rotam præcedant omnes Auditores, vt est videre in Capella Papæ.

11 Ita † Archidiaconus, qui in administratione est maior Archipresbytero, & illi præfertur, ratione verò diuinorum minor est, & postponitur. *cap. 1. & cap. officium. de offic. Archidiac.* vbi omnes tangunt. *Picard. d. cons. 52. num. 100.* Quod tamen intellige, nisi Archidiaconus esset etiam Sacerdos, vt habes *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Archidiaconus. Obseruat. circa Miscellanea. §. 6. Archidiaconus, quando est Sacerdos.*

12 Ita Episcopus † patri reuerentiam domi exhibere debet, licet postea in Ecclesia illum præcedat, quia ex diuersis respectibus quis maior, & minor dicitur *Host. in cap. indecorum. de ætat. & qualit. Cassan. in d. Cathal. part. 7. consid. 39.*

Et omissis infinitis alijs exemplis, quæ cumulari

13 possent, Idem videmus in Vicario † Episcopi, qui licet præsente Episcopo non præcedat Archidiaconum, & Canonicos capitulariter congregatos, secus tamen eo absente, cum tunc debeat præferri, & honorari vti Episcopus, cuius locum, & vices gerit. *cap. præcipimus. dist. 93.* cum alijs multis adductis à *D. Gratiano d. cap. 111. num. 16. & 17.* Quod etiam dicit ita fuisse votatum à *R. P. D. Cantuccio Rotæ Romanæ Auditore in causa Florentina Prælationis,* quod votum ibidem ipse per extensum posuit.

14 Ratio verò cur vna, & eadem † persona modò præferatur alteri modo eidem postponatur, & ita diuerso iure censeatur, ea est, quia quando in vnam personam deueniunt iura plurium ea omnia retinent pristinam naturam, & quatenus is eligit personam vnius, illius sustinet vicem, & pro eo habetur, neque tunc consideratur vti persona alterius, vti diximus de Cardinali Vicecancellario, qui in Consistorio, & Capella solum consideratur, & ibi adest vti Cardinalis, & vti talis locum habet, neque ad præcedentiam quicquam ei suffragatur Vicecancellariatus, contrà verò in Cancellaria alios omnes præcedit, neq; tunc consideratur, & residet vti simplex Cardinalis, sed cum suo officio, vt probatur *in l. 1. vbi Bald. de offic. consul. Soccin. in l. cum filio. nu. 28. post med. de legat. 1. Roman. cons. 422. Bald. cons. 167. incip. Titius vendidit. nu. 1. ibi, ad hoc facit. lib. 1. Paris. de resign. benef. lib. 12. quæst. 10. nu. 14. & 15. Menoch. cons. 58. nu. 7. Surd. cons. 91. nu. 19. & cons. 183. num. 42. & 43.* vbi

15 dicit, quod si Prælatus † fecit aliquem contractum Ecclesiæ damnosum, ipsemet potest nomine Ecclesiæ contrauenire, cum duplicem repræsentet personam, *per glos. in cap. 1. in verb. contractum. de in integr. restit. in 6.*

Idem etiam repetit, & pluribus exemplis confirmat. *Surd. in cons. 365. à nu. 22. ad 27.* & fuit dictum *in vna Regien. S. Thomæ 10. Decembris 1576. coràm Robusterio inter nouiss. diuers. decis. 100. nu. 5. part. 1.* Idem voluit eadem Rota *in Burgen. concordiæ 14. Ianuarij 1594. coràm Card. Seraphino.* vbi fuit dictum

16 quod † Canonicus aliàs exemptus à iurisdictione Episcopi per concordiam, si habeat curam animarum non obstante concordia efficitur subditus Episcopi, & hoc ex decreto *Sacri Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. de Regular.* Vbi habetur, quod si regularis præest curæ animarum subest iurisdictioni Ordinarij non obstantibus quibuscumquè exemptionibus. Et adducitur ratio in dicta decisione, quia eadẽ persona duplici iure censetur cum duplicem gerat personam.

17 Et quod Monachi † licet aliàs exempti à iurisdictione Episcopi, ei subsint si habeant curam animarum, idem fuit dictum *in vna Piscien. iurisdictionis 15. Iunij 1590. coràm Cardin. Platto.* vbi quod idem fuerat paulò ante resolutũ *in Valentina iurisdictionis de Santina corã Bubalo.* Idem etiã Rota tenuit *in Ciuitaten. iurisdictionis 11. Febr. 1594. coràm Seraphino.*

Ex hoc præsupposito inferebam in allegato Re-

18 sponso, quod † Parochus habet præcedentiam respectu Capituli, quando fungitur proprio munere, quale est cum in funeralibus reperitur, eidem verò postponitur in actibus ad diuinum cultum spectantibus, qui ad Canonicos & Capitulum pertinent, vt in choro, processionibus, litaniarum, & similibus.

19 Hoc præsupposito, Prima quæstio proposita † negatiuè videtur resoluenda, videlicet quod Prothonotarij simpliciter, & de per se considerati (qui tamen non sit Canonici) in choro Lateranensis Ecclesiæ seclusa consuetudine, vel alia Constitutione non sunt præferendi Canonicis dictæ Ecclesiæ.

20 Nam

20 Nam licet † Prothonotariatus sit dignitas, cum sint Notarij Papæ, qui primò fuerunt ordinati à Sancto Clemente Romano Pontifice, vt habetur *in libr. de Roman. Pontif.* qui à quibusdam recentioribus citari solet sub nomine Damasi, vbi hæc in Clemente
21 leguntur. † *Hic fecit septem Regiones diuidi septem Notarijs fidelibus Ecclesiæ, qui gesta martyrum sollicitè, & curiosè, vnusquisq; per regionem suam perquirerent.* hæc ibi, vt nouissimè notauit *Card. Baronius in suis notis ad Martyrologium Romanum in princip. cap. 1.* & à dictis Prothonotarijs cōscriptum primum fuisse Martyrologium Romanum, vt ipse testatur *cap. 8.* & ante eum idem aduertit *Cardinalis Iacobat. in tract. de Concil. lib. 1. art. 5. nu. 7.* vbi subiungit hæc verba. *Quod autem hi fuerint Prothonotarij, aliter non reperio, conuenit tamen vocabuli allusio, quia Prothonotarius idem sonat quod primus Notarius.*

Quod tamen Iacobatij dubium hodie est sublatum per Constitutionem Leonis XI. æditam anno tertiò *in decima sess. Concil. Lateranen.* cuius verba,
22 hæc sunt. † *Notarij autem dictæ Sedis, quorum officium in ipsis primitiuæ Ecclesiæ initys à fel. record. Clementis Papæ Primi, ad Sanctorum gesta perquirenda, atq; conscribenda noscitur institutum, ad Prothonotariatus officium assumpti habitum, & rochettum deferentes, &c.* quam constitutionem fusè declarat *Ant. de Pret. in tract. de Iurisdict. Episcop. desens. siue Clypeo Pastorali. cap. 8. nu. 1.* Idem de officio Prothonotariorum scribit *Glossat. Regul. Cancell. in 2. parte Regul. Cancellar. Iulij Secundi, longè post princip. in vers. Item posteà sequitur hic.* & fusè *Sarnens. in probem. Regul. Cancellar. in quæst. 1. num. 4. & seq.* post multos ab eo citatos, & hic est vnus ex illis recentioribus, qui citat librum de Roman. Pontif. sub nomine Damasi, vt dicebat *Cardin. Baronius, vbi suprà, & aliqua repetit in compend. vtriusq; signaturæ. num. 33. & seq.* quibus addo *Francisc. Marc. quæst. Delphin. 1095. incip. Quæritur quia dictus. nu. 2. p. 1. Cassan. in d. Cathal. glor. mund. part. 4. consid. 29. vers. & istud officium. Rota vt per Ptolem. decis. 1033. diuers. part. 3.*

23 In literis † tamen Apostolicis numquàm Papa eos vocat Prothonotarios, sed Notarios, licet in Regulis Cancellariæ ponatur illud nomen ad maiorem excellentiam, vt post *Glossat. dd. Regul. dicit Cassan. vbi proximè. Iacobat. d. art. 5. nu. 3.* ibi Curia autem eos appellat Notarios. *Ant. de Pret. in d. Clyp. Pastoral. cap. 8. & vlt. ante nu. 20. Francisc. Marc. dicta quæst. 1095. num. 2.*

24 Notarij verò † Papæ dicuntur indignitate constituti *12. quæst. 2. cap. 2. & cap. cum Redemptor. 5. quæst. 1. cap. quidam notatur. in cap. cupientes. de elect. in 6. glos. 1. in cap. scriptum. de elect.*

25 Nam † & Notarij Principis habent dignitatem. *l. maximarum. C. de excusat. muner. lib. 10. l. 1. C. de mandat. Princip. l. praeclaram. C. de primipil. lib. 12.* quæ omnia ad hunc effectum congerit *Cassan. dicta consid. 29. in princip.*

26 Et vltrà eum, quod † Prothonotarij sint in dignitate idem testantur ferè omnes suprà citati Doct. *Iacobat. de Concil. lib. 1. art. 5. nu. 3.* ibi, sunt enim in dignitate Constituti. *Ant. de Prat. in Clyp. Pastoral.*
27 *cap. 8. nu. 20. Franc. Marc. d. quæst. 1095. nu. 3.* † vbi quod propterea Paulus II. statuit quod nullus fieret Prothonotarius, nisi haberet vigesimum annum, aut si esset de sublimioribus, aut filijs, aut Nepotibus Principum, quia requiritur, quod habeant 16. annum, *& post Bened. in cap. Raynutius. in verb. adiectæ. nu. 11. de testament. dicit Rebuff. vbi suprà. de pacif. possess. nu. 217. Cassan. d. consid. 29. ante fin.* & quod sint in dignitate idem dicit *Sarnens. in d. prohem. Regul. Cancellar. num. 5.* quibus addo *Rebuff. de pacif. possess. d. nu. 217. Alex. cons. 2. incip. Visis codicillis. nu. 5. lib. 1.*

28 Et tanta erat olim Prothonotariorum † dignitas ob antiquitatem ab initio vsquè nascentis Ecclesiæ sub Clemente I. instituta, vt præcederent omnes Episcopos, & Archiepiscopos, *vt post Brix. dicit Iacobat. d. art. 5. nu. 4.* Huc facit quod de Primicerio dicit
29 *Alciat. in tit. de Primicerio. C. lib. 12.* quod † Primicerius non solum est primus Notariorū, sed etiam primus aliarum dignitatū, vt multis hoc ibi comprobat.

Idem post allegatum. *Brixiens. tenet Ant. de Pret. d. c. 8. nu. 19. & 20.* quod præferebantur Episcopis, & Archiepiscopis tamquàm quatuor Euangelistæ, qui tunc erant tantum quatuor, vt ipse dicit. *Cassan. dicta 4. part. consid. 29. vers. & istud officium, vbi post*
30 *Glossat. Regul. Cancellar.* quod ista † præcedentia durauit vsquè ad tempus Pij Secundi, qui sub Bulla mandauit contrarium, & sic hodie seruatur, vt etiam dicit *Ant. de Pret. d. cap. 8. num. 20. & Iacobat. dicto art. 5. nu. 4.*

31 Nec videtur omittendum, † quod Prothonotarij egrè ferunt eorum numerum augeri, vt patet ex lamentatione *Bonifatij de Vitalinis quondam Rotæ Auditoris, & Prothonotarij in Clem. 1. nu. 51. de regular.* vbi conquæritur de Cardinali Zaberella, qui procurauerat Prothonotariorum numerum rumpere, creari faciendo Nepotem suum, vltrà numerum cum emolumentorum participatione, & hoc vltimum credo, quod magis ei displicebat, & propterea eum temeritatis arguebat, vt etiā notauit *Sarnens. in d. compend. vtriusq; Signaturæ. nu. 34.*

Licet ergo Prothonotarij sint in dignitate consti-
32 tuti tamen ista eorum † dignitas, cum non sit Capitularis, vt ex se est manifestum, ratione cuius alijs capitularibus possit præferri, nullam poterunt respectu ipsorum prætendere præcedentiam, ita in puncto resoluit Rota ob hanc rationem *in d. Romana præhe-*
33 *minentiarum coràm Seraphino,* quod ideò † Corrector literarum Apostolicarum non præfertur Abbreuiatoribus in Parco, quia Correctoria non est dignitas Collegialis Collegij Abbreuiatorum.

Quod confirmatur ex his, quæ in præsupposito
34 adduximus de † Cardinali, Vicecancellario, Pœnitentiario, Camerario, Auditore Rotæ facto Episcopo, & alijs, qui extrà eorum locum, & officium non præcedunt alios, cum non repræsentent, tunc eorum dignitatem ratione dicti officij, ita Prothonotarij quando in choro reperiuntur, cum ibi adsint tamquàm extranei, & priuati, non mirum quod eorum dignitas præ cæteris non refulget.

35 Nec Prothonotarij † possent dictam præcedentiam prætendere tamquàm sint in dignitate constituti, vt suprà ostendimus, Canonici verò dignitatis titulo non decorentur, cum dignior minus digno præferatur, ad *Rebuff. l. 1. C. de consulib. lib. 12.* & post eum *Cassan. in d. Cathalog. part. 1. consid. 78.*

36 Quia non est omninò verum, quod Canonici † nullam habeant dignitatem, cum Canonicatus veniat nomine

nomine dignitatis latè sumptæ, vt post *Felin. in cap. Pastoralis. de offic. delegat.* tenuit Rota, vt per *Achill. decis. 1. nu. 6. de rescript.* vbi idem testatur de mente
37 Dominorum de Pœnitentiaria, qui † professionem emittendam in manibus Antistitis, vel alterius cuiuscumquè in Ecclesiastica dignitate constituti, eam admittit si fuerit in manibus Canonici emissa, prout etiam aliàs Canonico illud commisisse respõderunt. Eamdem decisionem sequuta fuit Rota *in Auximana bonorum. Lunæ 1. Februarij 1580. coràm Seraphino,*
38 vbi quod † cõfirmatio alienationis rei Ecclesiasticæ facta à Canonico vigore Breuis ei directi substinetur, quia Canonicatus est dignitas largo modo sumpta. Præsertim cum hic agatur de Canonicis S. Ioan. Lateranensis, quæ est vna ex Patriarchalibus Ecclesijs, qui sine dubio sunt in dignitate constituti, cum præfata conclusio intelligatur de Canonicis Collegiatæ, vel insignis Ecclesiæ, ex notatis à *Garsia de de benefic. part. 1. cap. 5. nu. 45. & 257.* vbi *nu. 245.* videtur recedere à Rotæ opinione, & tamen hanc distinctionem non assignauit. *Rota in suprà allegatis decisionibus coràm Achille, & Seraphino.*

Nec de propositæ conclusionis veritate dubitabit ex adductis à *Lap. allegat. 101. incip. In Ciuitate. nu. 17.* ibi, quia Clerici dicuntur esse in dignitate ex solo Clericali statu, quod latè comprobat ibidem addit. *Mandos. in litera H. la 2. in verb. in dignitate.*

Nec propterea adhuc viget argumentum ex eo quod maior dignitas Prothonotariorum debet præferri dignitati latè sumptæ Canonicorum, quia hoc locum haberet vbi ageretur de absoluta præcedentia inter Prothonotarios, & Canonicos, non autem in præsenti, vbi agitur de præcedentia in choro Ecclesiæ
39 particularis, † dignitas enim non Capitularis quantumuis magna nihil affert in Capitulo præcipuum supra alios, sicut diximus in præsupposito, quod in Rota Episcopi sedent suo loco secundum antiquitatem Auditoratus, ita in puncto respondet Rota in sæpius allegata decisione Romana præheminentiarum, quod licet Correctoria sit dignitas maior Abbreuiatoria, quia tamen non est dignitas Collegij Abbreuiatorum eis non præfertur.

Ac propterea data opera in hac quæstione propo-
40 sita dixi, *in choro,* quod ibi † Prothonotarij non debent præcedere Canonicos, & ita dixi ex triplici ratione.
41 Prima, quia non agimus de præcedentia † absoluta extrà dictam Ecclesiam, quia quoad hanc non videtur dubitandum, quod Prothonotarij, qui Episcopis præferebantur, & Archiepiscopis, sint etiam Canonicis præferendi, & licet ex dicta Constitutione Pij II. eos modo non præcedant, hoc tamen firmat quoad alios, firma eorum manet prælatio, nisi consuetudo, vel constitutio obstet contraria, cum exceptio firmet regulam, & de facto videmus, quod in processione Papali Sanctissimi Corporis Christi
42 † Prothonotarij præcedunt Capitula.
43 Secunda ratio fuit, quia † si Prothonotarij in executionem eorum officij vellent à Capitulo Lateranensi capitulariter informari de occurrente in dicta Ecclesia facto alicuius Sancti, vel actione Pontificia ab eis registranda in vim officij, crederem isto casu Prothonotarios debere præcedere totum Capitulum, quia in proprio officio præcedunt omnes, vt diximus in præsupposito, non obstante quod Canonici sint
44 in domo propria, quia † Prothonotarij ratione eorum officij, dum illud exercent semper dicuntur esse in proprio loco vbicumque sint, cum Sancti & Papa possint, vbiq; talia opera exercere, quorum memoria à Prothonotarijs sit scriptis commendanda.
45 Tertia ratio, quia † chorus est proprius locus Canonicorum, in quo nemo debet eos præcedere, cum talis locus sit deputatus ad psallendum Domino, &
46 diuinum cultum persoluẽdum, † quod est proprium officium Canonicorum, vt patet ex diuersis Concilijs recollectis à *Petro Crespetio in sua summa Catholicæ Fidei. in verb. Canonicus, ex Ant. August. in Epitom. Iur. Pontific. Veter. lib. 8. tit. 50. de vita, & honestate Canonicorum cap. 5. & 6. Marsil. Column. de Ecclesiast. reddit. cap. 7. nu. 21. & 22. cum seq. Molan. de Canon. lib. 1. cap. 19.* quæ omnia cumulauimus *in d. responso à nu. 18. ad 22.* vbi etiam ex multis Sacræ Congregationis Concilij resolutionibus ostendimus quanti sit Canonicis necessaria assistẽtia in diuinis. Et quod chorus sit locus ad Deo psallendum institutus, ita in terminis dicit *Sacr. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reform. in §. omnes vero,* ibi, *atquè in Choro ad psallendum instituto.*

Vnde Canonici in proprio loco munus proprium explentes omnes alios præcedere debent, vt patet ex dicto præsupposito, quibus addi potest, quod Rector
47 † studij præcedit Episcopum Scholarem in studio. *Abb. in cap. auditis. col. 3. de concess. præbend.* nimirum in his, quæ tangunt administrationem sui officij, putà, sedendo in Collegio, quia extrà Collegium Episcopus semper debet præcedere Rectorem. *Cassan. dicta part. 4. consid. 44. in fin.*

Dixi etiam in hac quæstione, *Prothonotarius simpliciter, & de per se consideratus, qui non sit Cano-*
48 *nicus;* quia si esset † Canonicus, non post eos, sed in suo loco secundum antiquitatem Canonicatus deberet sedere, prout de Auditore Rotæ facto Episcopo, qui in Rota sedet secundum antiquitatem Auditoratus, diximus ex dicta decisione *Romana præheminentiarum.* Quia est ibi tamquàm vnus de loco. *Abb. in cap. postulasti. de concess. præbend.*
49 Nec talis † Prothonotarius tamquàm in dignitate constitutus posset prætendere primum locum post illum, qui præest Capitulo, quemadmodum habet
50 † Episcopus, qui etiã est Canonicus. *Abb. in d. c. postulasti. n. 8. Felin. in rubr. de maior. & obed. col. 2. in fin.*
51 Quia hoc est speciale, † quando est Episcopus illius Capituli, alioquin sedere deberet in loco Canonicali, & sic quod dicitur de Episcopo non habet lo-
52 cum in alijs dignitatibus, adeò quod Vicarius † si est Canonicus debet sedere in loco Canonicali, vt post *Cassan. d. part. 4. consid. 45.* tenuit Rota *in Lucana beneficiorum. Ven. 18. Decemb. 1579. coràm Seraphino.*

Et hæc de prima quæstione satis, quæ omnia confirmari possunt ex congestis in dicto responso, vbi
53 cõclusimus † Parochos ratione officij proprij, quale exercet in funeralibus Canonicis Capitulariter ibidem conuenientibus, & Beneficiatis esse præferendos, Canonicos verò eosdem præcedere proprium officium explentes, quod est circa cultum diuinum, & non solum Parochis, sed omnibus alijs quacumque dignitate, vel æquali, vel maiori fulgentibus, vt iam dictum est, vt enim dicit post *Angel. Ruin. in cons. 155.*
54 *incip. Quia de iure. nu. 7. lib. 4.* quilibet † Magistrunculus in proprio territorio est maior altero.

Quod

Quod verò spectat ad secundam quæstionem, *hic enim est Rhodus, hic saltus.*

An videlicet, ijdem S. R. E. Prothonotarij, non vti de per se considerati, sed tamquàm concomitantes, & Curiales associantes Eminentissimum Cardinalem Archipresbyterum in choro sedentem debeant in eodem choro præcedere Canonicos dictæ Lateranensis Ecclesiæ.

Resolutiuè procedendo, saluo veriori iudicio vi-
55 detur † affirmatiuè respondendum, quia † Cardina-
56 lis, non solum vti Cardinalis, sed vti Archipresbyter præcedit omnes de Capitulo, cum sit prima dignitas, & in consequentiam dicti Prothonotarij eosdem etiam præcedere debent.

57 Idem enim est dicere † Prothonotarios concomitantes dictum Cardinalem debere præcedere illos de Capitulo, ac dicere Cardinalem simpliciter eosdem debere præcedere, cum Prothonotarij, prout etiam alij Prælati, putà, Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & alij ibidem non reperiantur vti repræsentantes propriam personam, & dignitatem, & vt diximus in prima quæstione simpliciter, & de per se, sed ipsorum singuli vti acephali, & Curiam ipsi Cardinali facientes tamquàm capiti, ipsique membra
58 eiusdem. Non enim † in depressioris Sedis humilitate delitescere conuenit, quos Cardinalis Archipresbyteri lateris comitatus illustrat, vt in simili de immunitate curialium dicit *Imperator in l. vnic. C. de præposit. labor. vel labar. lib. 12.* vbi quod Præpositi labarum, siue Imperiales vexilli immunitate digni erant, à descriptionibus, & oneribus Senatorijs, ex eo solum, quia cum essent ex protectoribus erant à Latere Principis, vt notat ibidem *Cuiac. & post eum Dionys. Gothofred. in suis notis ad illum textum.*

Eiusdem textus ratione fretus. *Sarn. in d. compend.*
59 *vtriusq; Signatur. à nu. 35. ad 37.* dicit, quod † ideò Prothonotarij, licet tempore antiquiores, vtpotè creati, vt dictū est à Clemente I. anno Domini XCII. Referendarij verò à Iustiniano de anno DXXV. isti tamen illos præcedunt, eisq; præferuntur, quia quotidie apud Principem, & in eius præsentia, immò simul cum eo officia eorum exercent, cum opere, & consilio iuuando, & citat *Aret. & Io. de Terra Rubea.*
60 & subiungit quod † Cardinales præsentes in Curia cæteris præferuntur, non enim æqualiter splendet, qui absens, ac qui præsens est, nam licet omnis dignitatum ordo splendorem à Principe recipiat, magis tamen coruscat, qui proximior est, quàm qui distat, vt dicit *Bald. de Cardinalibus loquens in rubric.*
61 *de offic. pro consul.* & quod simplex † Cardinalis in Curia præferatur Cardinali Legato probat. *Boer. in tract. de prabemin. magn. Concil. in prima ratione.* & subdit posteà hæc verba. Nam vt dicit Imperator,
62 illi magis digni haberi † debēt, quos labor assiduus, & nostri Lateris comitatus illustrat, *ex d. l. 1.* & ad id, quod de Cardinalibus est dictum, videri etiam potest *Cassan. in d. part. 4. consid. 16.* vbi idem repetit post *Boer. & Bald. ex ratione dicta l. 1. & part. 6. consid. 29. per tot.*

Qua etiam præheminentia, & dignitate gaudere DD. Prothonotarios debere non videtur dubitandū, tamquàm Curiales, sicut in proposito dicit *Angel. in*
63 *l. 1. de testam. milit.* quod † doctor, qui est ad latus Principis præfertur militi.

Quod videtur posse confirmari ex eo quod aliàs Rota voluit *in vna Pampilonen. antelationum 10. Maij*
64 *1577. coràm bo: me. Card. Lancellotto,* quod † Vicario Parochialis Ecclesiæ debet præferri Archipresbyter, & cū Archipresbytero præferri, etiā debet Clerus ipsius Archipresbyteratus, cuius decisionis verba placuit hic inserere, quæ hęc sunt. *Moti (inquit) pri-*
65 *mò quia qualibet † Ecclesia facit vnū corpus mixtum habens caput, & membra. Boer. de auct. magn. conc nu. 18. Vnde sicut in corpore naturali non debent separari membra à suo capite. cap. celebritatem. de consecr. dist. 3. Bald. in tit. de pac. Constant. num. 12. in fin. Et propterea dicit Præpos. in cap. Episcopus. col. 1.*
66 *dist. 12. quod in † processionibus, & sessionibus illi debet subsequi eorum caput, qui magis participant cum capite, vt ars imitetur naturam. l. quibus idem. de verb. oblig. & quod membra minus necessaria debent esse magis remota à capite, tradit Boer. vbi suprà. nu. 79. vers. & secundum eum.* Secundò moue-
67 bantur, quia in materia † præcedentiæ constituta est alia regula, quod is præfertur alteri cuius caput præfertur, vt per *Felin. in cap. cum non liceat. nu. 2. vers. gusta benè dicta. de præscript.* vbi dicit se ita consuluisse Florentiæ. *Boer. vbi suprà. nu. 79.* sentit *Gemin. loquens de beneficijs Ecclesiæ Cathedralis in c. quamuis. §. quamquàm. nu. 3. de prębend. in 6. Felin. in cap. Pastoralis. nu. 9. & 10. de offic. deleg. Cassan. in Cathal. glor. mund. part. 4. consid. 31. Hucusque Rota.* Vnde
67 cum † Cardinalis Archipresbyter residens in choro ratione dignitatis Archipresbyteratus, non ibi resideat vti persona priuata, & ordinaria, quo casu immediatè per suam simplicem personam ibi resideret præcedendo omnes de Capitulo vti eorum caput, sed etiam resideat vti talis persona videlicet honorifica, & Cardinalitia dignitate decorata, hinc fit vt non per se solum, sed cum suo honore, & Curia ibidem residere debeat, pro cuius honore Prothonotarij ibidem reperiuntur, ac omnes etiam alios capitulares ipsi Prothonotarij præcedere debent, tamquàm membra immediata sui capitis, ex iam allegatis in decisione.

69 Nec propterea dicti Canonici † poterunt conqueri quod Prothonotarij, si vera esset hæc opinio, eos præcederent in præiudicium litis pendentiæ super præcedentia; Quia in prædicto casu tantum abest, quod Prothonotarij haberent præcedentiam, quod ex hoc actu nullum possent prætendere ius fuisse eis quæsitum, vt enim paulò ante diximus, idem est di-
70 cere † Cardinalem Archipresbyterum cum dictis Prothonotarijs, & alijs in dignitate constitutis eius familiaribus, & Curialibus præcedere Canonicos, ac dicere Cardinalem ipsum simpliciter eos præcedere, cum non sint plures personæ, quæ præcedant, sed so-
71 lum vna, ipsius videlicet Cardinalis, † pars enim corporis Principis familiares eius, seu Curiales esse censentur, *ad text. l. quisquis. in princip. C. ad l. Iul. maiest. canonizata in cap. si quis. circa princip. 6. q. 1. & recitatur per glos. in verb. cum familiares. in cap. cum dilectus. de Cleric. non resid.* ita in puncto *Cassan. d. part. 6. consid. 29. in fin.*

Nec etiam dictis Canonicis suffragatur, quod tàm *text. in d. l. 1. C. de prępposit. Labar. quam etiam in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* loquantur in Imperatore.
72 † Quia vt respondet ibidem *Cassan. d. consid. 29. post med. vers. & licet textus.* cum ratio dispositionis sit generalis, & non specialis in Imperatore dispositum,

etiam

etiam ampliatur ad amplitudinem rationis legis, allegat glos. in verb. factum. in cap. 1. de elect. in 6. & quod probatur in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. & in l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de legat. 2.
73 Et vlterius etiam dici potest, quod licet † Imperator habeat maiestatem cuius ratione ei adhærentes, & ad latus stantes gaudent immunitate, eiusq; familiares, & Curiales sint pars corporis ipsius, ea tamen
74 † Cardinales, etiam non carent, siue dicere velimus cum Andr. de Isern. in constit. regn. qua incip. vt par-
75 ticipatio col. 2. vers. in Cardinalibus, quod † Papa est Romanæ Ecclesiæ sponsus, & Cardinales sunt eius filij spirituales, primi gradus tamen, & ipsi maiestatem habent, sicut eorum pater Papa, & ideò di-
76 cit quod eos † offendens incidit in crimen læsæ maiestatis. Quam etiam opinionem tenuit Anchar. in cap. fœlicis. per illum text. col. 2. vers. quartò nota. de pœn. in 6. Io. Andr. in cap. ad Apostolicæ. in §. perpetrauit. in verb. Cardinales. de sent. & re iudic. in 6. Idem voluit Præpos. in cap. in primis. in §. de persona. col. 7. num. 20. in vers. qui autem sint. 2. quæst. 1. vbi aliam & fortasse meliorem rationem assignat, quia
77 † Cardinales sunt pars corporis Papæ, & ita quod & ipsi Cardinales maiestatem habere dicantur, & cum hac ratione concurrit. Anchar. in d. cap. fœlicis. dicto versic. quartò nota. cui se subscribit Hieron. Gig. de crim. læs. maiest. in tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiestatis. committ. quæst. 5. nu. 3. & in tract. de pensionib. quæst. 59. nu. 12. & 13.
78 Sicut enim † Augusta est pars corporis Imperatoris, & eius radijs illustratur, ita Cardinales sunt pars corporis Papæ, & participant de eius priuilegio singulari, ita Anchar. post inra, qua allegat in cons. 295. incip. Pro clariori. num. 4. ibi, sicut enim Augusta, &
79 nu. 5. quod sunt pars † corporis Papæ, & veluti membra eius. Roman. cons. 498. incip. In casu quo quæritur. nu. 6. & in sermone post sua consilia. nu. 15. per suprà allegat. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. canonizatam, vt diximus in cap. si quis. 6. quæst. 1. Io. Monach. in cap. 1. nu. 2. de scismatic. & ibi Prob. nu. 3. vbi quod
80 in † Cardinalibus non præsumitur ambitio, quia sancti sunt, cum sint pars corporis Papæ, qui sanctus est, cum valeat argumentum de toto ad partem. Franc. ibid. nu. 3. Bellencin. de charit. subsid. quæst. 66. nu. 5. vers. quartò quia Cardinales. Gundisalu. Villadieg. de origin. Cardin. quæst. 5. nu. 11. & 12. Iacobat. de Concil. lib. 7. art. 5. num. 54. 55. & 282. Manfred. de Cardinal. decis. 59. Io. Coras. de Benef. part. 4. cap. 2. nu. 13. Oldrad. cons. 48. Ius commune. num. 2.

Et dicit Roman. in d. cons. 498. nu. 16. & post Host. in cap. antiqua. nu. 5. de priuil. quem ibi sequitur Io. Andr. Butr. & Abb. dicit Felin. in cap. ad audientiam. num. 29. vers. nota tertiò. de præscript. quod omnes
81 debent præstare obedientiam † Papæ exceptis præsbyteris, & Diaconis Cardinalibus, quia cum sint pars corporis Papæ non præstant obedientiam manualem, sicut nec Papa eis, quia corpus est adeò vnitum, quod Papa non exigit ab ipsis fidelitatem tamquàm sibi inuisceratis, sicut nec à se ipso, vt inter dantem, & recipientem sit differentia, & licet non iurent, vt Cardinales, tamen benè præstant obedientiam, vt alij simplices Sacerdotes, & presbyteri pro vt idem notauit Gig. de pension. d. quæst. 59. nu. 12. & in tract. de resid. Episc. cap. 17. num. 31. 32. & 33. Andr. Barbat. de præstant. Cardin. quæst. 1. 1. p. nu. 25. versic. quintò hoc bellissimè. vbi quod Cardinalatus dicitur pars Papatus. Gambar. de auctor. Legat. de later. lib. 8. in tit. quid possit Legatus circa indulgentias. num. 12. vbi quod Cardinales sunt pars immediata Sedis Apostolicæ.
82 Vnde † Collegium Cardinalium dicitur ipsius Romanæ Ecclesiæ gremium. cap. in nomine Domini. circa med. ibi, eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio 23. dist. Roman. d. cons. 498. nu. 10. & Bald. in suo tract. de schismat. quem inseruit in tit. C. si quis alt-
83 quem testar. prohib. appellat † cætum Cardinalium Senatum diuinum, quod referendo multis prosequitur. Andr. Barbat. d. tract. de præstant. Cardinal. dicto num. 25. & Cardin. Iacobat. de Concil. d. lib. 7. art. 5. num. 54. post Cardinalem Florentinum dicit, quod
84 † Ecclesia Romana est in Papa cum Cardinalibus, quod colligit, cap. fœlicis. de pœnis. in 6. vbi quod
85 † Romana Ecclesia subijcitur periculis cum fit iniuria alicui Cardinali. Et quod in eis resideat tota ferè maiestas Christianæ Reipublicæ, dixit Clar. in prax. crim. §. fin. nu. 5. in fin. in vers. Ego numquàm.

Ex quibus omnibus benè videtur sequi, quod negando honorem, & præcedentiam familiaribus, & Curialibus Cardinalis Archipresbyteri, non solum læditur maiestas Cardinalis, cuius eius familiares
86 sunt pars & membra, sed etiam † maiestas Papæ, cum maiestas Papæ sit maiestas Cardinalis ratione corporis indiuidui, ac propterea læso Cardinali læditur maiestas Papæ, quæ sunt expressa verba. Hier. Gigant. de crim. læs. maiest. d. quæst. 5. nu. 5. & in pun-
87 cto, quod † Cardinales sint pars corporis Papæ, quod intelligatur respectu læsionis, quia si læditur Cardinalis videtur lædi in honore etiam Papa, iuxta c. fœlicis. de pœnis. in 6. dixit Cardin. Iacobat. de Concil. lib. 7. art. 5. d. nu. 282. vers. non obstat quod dicitur.

Et si de omnibus Cardinalibus idem est dicendum
88 multò magis de SCIPIONE † Cardinali Burghesio, quem non solum dignitas Cardinalitia facit esse partem corporis Pauli Papæ V. sed etiam consanguini-
89 tas, cum sit Nepos Pontificis, & tanti † Pontificis, de quo illud dixisse sufficiat, in quo omnia contineri videntur, quod de eius paterna sollicitudine, & pastorali vigilantia totus sibi cõmissus grex congaudet, cum iuxta illud Ierem. cap. 23. & Ezechiel. cap. 34. non se ipsum, sed gregem suum pascat.

Confirmari etiam posse videtur præsens opinio, præter ius ciuile, & Canonicum, ex opinione Theologorum, dicit enim S. Thom. in 3. part. summ. q. 25.
90 art. 1. in corpore, quod † honor propriè exhibetur toti rei subsistenti, non enim dicimus, quod manus hominis honoretur, sed quod homo honoretur. Et si quandoquè contingat, quod dicatur honorari manus, vel pes alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quod huiusmodi partes secundum se honorentur, sed quia in istis partibus honoratur totum, per quem etiam modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori, putà in veste, aut in Imagine, aut
91 Nuntio. Ita in proposito honor exhibetur † Cardinali, non autem familiaribus, vel Curialibus, & licet ipsi etiam honorentur, hoc non ea ratione, quod isti secundum se honorentur, vt de eis diximus in prima quæstione, sed quia in ipsis honoratur totum, & in consequentiam inhonoratis familiaribus, & ipse Cardinalis, ac etiam Papa dicitur inhonoratus, vt iam ostendimus.

Eamdem

Eamdem opinionem S. Thomæ sequuntur. *Caiet. ibidem Suarez disput.53. sect.2. & alij Doct.*

Corroborari potest vlterius ista opinio ex ceremonijs Ecclesiasticis, quando enim in Ecclesijs Colle-
92 giatis † Canonico celebranti deseruiunt Beneficiati pro Diacono, & Subdiacono, licet aliàs Beneficiati non præcedant Canonicos, cum Capitulum præcedat omnes tamquàm repræsentans Ecclesiam. *Abb. in cap.eam te.nu.3. de præscript. Dec.ibid.num.22. Rip. nu.16. Paris. cons.27.num.9. lib.4.* & dixit Rota *in Valentina emolumentorum 27. Nouembris 1579. & 19. Iunij 1595. coràm Seraphino*. tamen in illo actu præcedit totum Capitulum, non alia ratione, nisi quia assistit Sacerdoti in ministerio missæ, prout etiã
93 ijdem † præcederent in processionibus Sanctissimi Corporis Christi propter eamdem assistentiam. Item
94 etiam si assisterent cum pluuialibus in Matutinis, & Vesperis eidem Canonico, vel alteri dignitati, vel personæ facienti dicta officia, in istis enim omnibus casibus, & in sessione, & procedendo alios omnes præcederent, licet aliàs vti Beneficiati non nisi post Canonicos in sedendo, & procedendo locum haberent. Sacerdos etiam in altari incensando Crucem, candelabra, etiam incensat ante alios, vti assistentia circa Crucem.

95 Et in Capella Papæ Diaconi † Cardinales assistentes ad latus, & Cardinalis Presbyter assistens, cum pluuiali præcedunt omnes Cardinales Episcopos in
96 sessione, processione, & incensatione, † cuius nulla potest alia ratio assignari, nisi quia plus cæteris debent honorari propter officium, & maiestatem Pontificis, cui assistunt, & non tàm ipsi, quàm Papa in ipsis dicitur honorari.

Illud sigilli loco licet subnectere, quod ipsimet
97 Cardinales quorum maiestas quanto suprà Canonicos altius fulget, tanto honoris exemplum ipsis,
98 alijsq; omnibus relinquit imitandum, † Cardinales (inquàm) ipsimet obseruant, quod si vnus alterum in biuio obuiet, qui viam cedit non ipsi soli Cardinali cedit, sed omnibus eius familiaribus, & Curialibus siue in Curibus sint, siue in Equitatu vsquè ad vltimum famulum, qui tamen familiares numquàm ip-
99 sum Cardinalem præcederent, † Cardinalis enim in familiaribus, & caput in membris honoratur, vt huc usquè pro temporis breuitate, & ingenij tenuitate ostendere conati sumus, & propterea hoc Canonici eisdem Prothonotarijs præstare dedignari non debent, quos tanti Principis lateris comitatus illustrat.

100 Ex illo igitur meo † responso, in quo ex ibi adductis conatus fui ostendere Parochos proprio officio operam dantes tamquàm primi, cum in eo nemo eos præcedat, esse cæteris præferendos, sequitur, quod Cardinalis Archipresbyter, cum hæc sit prima dignitas in dicta Ecclesia cæteros omnes præcedere debet non solum in propria persona, sed etiam cum tota familia, & Curia Clericali in dignitate constituta, in qua ipse tamquàm caput honoratur in membris. Non autem sequitur, vt aliqui opinabantur, quod ista familia non esset Canonicis præferenda. *Romæ 23. Aprilis 1613.*

Post redditum præsens responsum, illudq; felic. record. Paulo V. & Eminentissimo, ac Reuerendissimo D. Cardinali Burghesio exhibitum, publicatum fuit decretum Sacræ Congregationis Rituum, in quo decernitur Prothonotarios manutenendos esse in eorum quasi possessione præcedendi Canonicos tàm in Ecclesijs Patriarchalibus, quàm in alijs quibuscumquè etiam Cathedralibus extrà Vrbem.

Ex quo Decreto confirmantur ea omnia, quæ in dicto responso fuerunt discussa, & licet videatur obstare ijs, quæ dicta sunt in resolutione primæ quæstionis, à num. 19. quod Prothonotarij simpliciter, & de per se considerati non præcedunt in choro Canonicos Lateranensis Ecclesiæ; Quia hoc non fuit dictum indistinctè, & simpliciter, sed cum reseruatione, seclusa, videlicet, consuetudine, vel alia Constitutione, de quibus ante dictum decretum non constabat, cum lis penderet inter Prothonotarios, & Canonicos super præcedentia consuetudo enim in materia præcedentiæ primas partes obtinet, vt diximus in primo responso *nu.99. vers.nec quicquam.*

Quod verò dictum est à nu.49. Prothonotarium si est Canonicus, non præcedere alios Canonicos, nisi iuxtà Canonicatus antiquitatem, Hoc non crederem repugnare dicto decreto, quod loquitur de præcedentia absoluta, vt etiam diximus num.41. secundum quam siue difficultate præcedunt Canonicos, cum antiquitus & Episcopos, & Archiepiscopos præcederent, & sit decretum loquitur de simplicibus Prothonotarijs, non autem de Prothonotarijs in casu mixto, quando sunt etiam Canonici, cum hic sub illo casu, vulgatis iuribus, non contineatur, & cum Episcopus qui est Canonicus non præferatur antiquioribus concanonicis, vt diximus nu.50. & 51. & Prothonotarij hodie non præferantur Episcopis, sicut isti cedunt Canonicis antiquioribus, ita & de Prothonotarijs dicendum videtur.

Supradicti autem Decreti copia est, quæ sequitur.

Decretum Sacræ Congregationis Rituum.

CVm nouissimè in Ecclesijs Patriarchalibus Vrbis in dubium reuocata fuisset antiqua quasi possessio præcedendi, & sedendi suprà Canonicos, & immediatè post Episcopos, quam Prothonotarij Apostolici de numero participantium semper habuerunt felic. record. Paulus Papa V. per speciale rescriptum negotium huiusmodi ad Sacram Rituum Congregationem remisit, & postmodum visa attestatione à Magistris Ceremoniarum ad fauorem eorumdem Prothonotariorum facta eidem Congregationi in hunc modum rescripsit.

Alla Congregatione de Riti, che Nostro Signore intende, che non si faccia nouità alcuna, ma si serui il solito secondo l'attestatione de Mastri di Ceremonie, & si faccia sapere à chi bisogna.

Eadem Sacra Rituum Congregatio dictos Prothonotarios in eorum quasi possessione præcedendi Canonicos tàm in prædictis Ecclesijs Patriarchalibus, quàm in alijs quibuscumque, etiam Cathedralibus extrà Vrbem manutenendos fore, & esse censuit, & declarauit, atq; ita in futurum seruandum esse decreuit, mandando Vicarijs, & Canonicis dictarum Ecclesiarum Patriarchalium, & aliarum quarumcumq; vt in posterum in quibuscumquè actibus huiusmodi decreto parere teneantur. *Die 4. Maij 1613.*

A D. LECTOREM.

Placuit, Amice Lector, hoc loco subiungere notabilem, & pulchram decisionem in materia præcedentiæ inter Archidiaconum, & Archipresbyterum.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. CARD. SACRATO.

Viterbien. celebrationis Missarum. Veneris 11. Decembris 1609.

ARGVMENTVM.

Archidiaconus, siue sit Sacerdos, siue non, præcedere debet Archipresbyterum, & si Sacerdos fuerit in celebratione Missarum, Episcopo absente, præferendus est Archipresbytero.

SVMMARIVM.

Archidiaconus Sacerdos præferendus est Archipresbytero in celebratione Missarum, absente Episcopo, num. 1. & per tot.

Archidiaconus præcedere debet Archipresbyterum, siue ipse Archidiaconus sit Sacerdos, siue non, nu. 2. in fine, & nu. 3.

Archipresbyter in his quæ spectant ad ordines, dicitur maior Archidiacono. nu. 5.

Archidiaconus non est necesse, quod sit Sacerdos, ibid.

Qualitas accidentalis attendenda non est. declara, vt num. 6.

1 STante quod modernus Archidiaconus Viterbien. est Sacerdos, dubitaui an in celebratione Missarum solemnium, absente Episcopo, ipse sit præferendus Archipresbytero? Et licet pro resolutione ad fauorem Archidiaconi sufficere viderentur decisiones Sacri Concilij super litibus quæ dabantur, nec Rota contrà illas fuisset aliquid vnquàm attentatura; nihilominus quia informantes pro Archipresbytero inculcabant multas iuris conclusiones, quibus nitebant satisfieri per decisiones Rotales, iuxtà Constitutionem Pij IV. ac etiam si per hoc porrexerunt memorialia Sanctissimo, qui iussit fieri iustitiam, Domini examinando quæstionem, censuerunt prætensionem Archidiaconi esse iustam, & benè fundatam auctoritate, & ratione.

2 Auctoritate *Hostien. in cap. 1. num. 5. vers. quid si Archidiaconus. de offic. Archipresb.* quem ibi sequuntur *Io. Andr. Anchar. Butr.* & alij passim, & vanitas videbatur dicere quod *Hostien.* non loquatur de celebratione Missarum, sed de simplici præcedentia, quia contrarium colligitur ex eius verbis immediatè præcedentibus, in quibus ponit regulam officij celebrationis Missarum ad fauorem Archipresbyteri, & posteà format quæstionem, quid si Archidiaconus esset Sacerdos, & tunc dicit quod Archipresbyter ei cedere debet, quod est intelligẽdum retentis eisdem terminis, & vt exceptio sit de regula, & sic vt cedat quoad celebrationem Missarum, & facit quia distinctio, an sit Sacerdos, vel nè, minimè erat necessaria quoad præcedentiam, cum nemo sit qui nesciat præcedentiam deberi per Archipresbyterum Archidiacono, siue ipse Archidiaconus sit Sacerdos, siue non. Et ita Hostien. intelligunt *Bero. cons. 22. nu. 31. lib. 1.* Illustrissimus D. meus Cardinalis Tuscus *in verb. Archidiac. conclus. 482. nu. 15.* Eamdem conclusionem ad fauorem Archidiaconi firmat *glos. in cap. Pontifices. verb. quæ licita. iunct. gloss. in verb. quæ Sacerdotes. 7. quæst. 1.* & nè videretur oblita casus, in quo adesset dignitas Archipresbyteralis, allegat *textum in cap. perlectis. 25. dist.* vbi de Archipresbytero, & illius officio fit particularis mentio.

3 Ratio etiam non videtur deficere pro Archidiacono, quippè quia ipse, simpliciter loquendo, est dignior, & eminentior Archipresbytero, & ob hanc rationem illi in Ecclesia, & extrà præcedere debet, & admittunt omnes *in d. cap. 1.* & latiùs prosequitur *Barbat. cons. 5. lib. 2. per tot.* Conuenire igitur videtur Maiestati Sanctissimi Sacramenti, & decentiæ Ecclesiæ, vt per digniorem celebretur, nisi aliàs obstet defectus ordinum.

4 Nec obstat, quod hoc munus specialiter reperiatur demandatum Archipresbytero. *d. cap. 1. vers. in Episcopi sui absentia*, quia non propterea prohibetur Archidiacono, si ex alijs iuris regulis potest ad illum spectare, & non est nouum in iure, quod idem officium pluribus competat, ordinatiuè tamen, ita vt vnus alteri præferatur, vt in terminis celebrationis Missarum prosequitur. *Bero. d. cons. 22. num. 23. cum pluribus seqq. lib. 1.*

5 Non obstat quod celebratio Missarum sit de ijs, quæ spectant ad ordines, & in istis Archipresbyter dicatur maior Archidiacono. *glos. Host. & alij in dicto cap. 1.* quia DD, loquuntur cum præsupposito, quod Archidiaconus sit qualis necessitas illius dignitatis illum expostulabat, hoc est, simplex Diaconus, non enim ex necessitate tenetur suscipere sacerdotium, *cap gesta. cap. vbi 7. dist.* cum concord. secus si fiat Sacerdos, quia tunc respectu ordinis non est ampliùs minor, sed par, vt benè se ipsum declarat *Host. d. cap. 1. num. 5. vers. cum sit par in ordine*, quem alij sequuntur. Et facit quia ordo sacerdotalis non inest dignitati, sed personæ, in cuius anima imprimitur character, & ideò licet vna dignitas requirat personam maioris ordinis, quàm altera, non propterea, loquendo propriè, dici potest quod vna dignitas sit ordine sacro maior, quàm altera.

6 Atquè hinc corruit aliud fundamentum, quod qualitas Sacerdotis in Archidiacono sit accidentalis, cum illam ex necessitate suæ dignitatis non teneatur suscipere, & proinde non sit attendenda, *ad not. in l. qui habent. ff. de tutel. Abb. in cap. si quis contrà. sub nu. 2. de for. compet.* quia si considerentur solæ dignitates, nullo modo eis inest ordo sacer; si verò attendantur personæ, vtriq; inest accidentaliter, vnde cum in hoc sint pares, ille debet præferri, qui in cæteris est dignior, per præallegata. Et ita fuit conclusum.

Hanc eamdem decisionem per extensum posuimus *in nostris Obseruationibus ex Rota Romana in verb. Archidiaconus post §. 6. Quam posteà impressam vidimus inter Recollectas à Farinacio in prima parte opus Posthumi decis. 244.*

Nolo omittere quod *Doctiss. D. Stephan. Gratianus tom. 1. Discept. cap. 111.* multa habet circa præcedentiam Vicarij Episcopi quoad Archidiaconum, Archipresbyterum, & Canonicos præsertim à num. 28. vbi etiam per extensum posuit votum bo. me. Cantuecij Episcopi Lauretani, & Sacræ Rotæ Auditoris in causa Florentina prælationis, inter Archidiaconum, Dignitates, & Canonicos Ecclesiæ Florentinæ ex vna, & Vicarium Ecclesiæ Florentinæ ex altera.

FINIS

Quartæ Partis Singularium, Ex Sacra Rotæ Decisionibus selecta, Circa Practicabilia Ecclesiastica.

THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS I. C. ROMANI SINGVLARIVM

Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decis. Selectorum

PARS QVINTA.

Circa Legvm Intellectus.



ONTINET ista Quinta Pars Singularium interpretationem diuersorum capitulorum, & Legum Iuris Canonici, & Ciuilis, à Rota Romana in suis Decisionibus traditam. Cum enim satis arduum, & difficile sit leges interpretari, & oratione breui, & numquàm dubia lucidos sensus afferre, verborum iura apertius enucleare. Ideò in tàm ardua difficultate sequi debemus duces longa experientia versatos, & profunda intelligentia prædictos, quales sunt Rotæ Romanæ Patres, in quorum sanctionibus, siue Decisionibus non vnius tantum personæ, vt in singulis alijs Doctoribus accidit, sed plurium sub veritatis vexillo strenuè decertantium, & ex diuersis mundi partibus selectorum, vota concurrunt. Et in tantum incorruptæ Veritati primas dare solent, & licet Rotæ auctoritas plurimum semper valuerit, & alijs omnibus præferatur, attamen non solum alijs, sed etiam sibimet censuram imponit, quando ratio, & veritas multis præsertim fulcita auctoritatibus obstat ab ea decretis, ita vt suas ipsa reuocet Decisiones, etiam longo tempore in suo Tribunali seruatas, vt in specie patet *ex decis. Card. Seraphin. decis.* 1360. Vbi tenuit, recedendo ab antiquis decisionibus, remedium *can. reintegranda. 3. quæst. 1.* esse præscriptibile. Ex quo de mendacio redarguitur *Contard. ad l. vnic. in 2. limitat. §. 4. nu. 25. C. si de moment. poss. fuer. appell.* qui ausus fuit dicere, facilius esse clauam de manu Herculis extorquere, quàm opinionem de impræscriptibilitate dicti can. reintegrandæ, in Romana Curia deicere. In qua etiam materia nimis audacter fuit locutus *Ant. Massa Galles. lib. 3. de exercit. iuris p.enit. num.* 56. cum dixit, iniquissimam esse hanc Rotæ opinionem, vt meritò eius dictum reprobetur à *Menoch. in cons.* 1050. *in fin. tom.* 11. quod est in hac materia, quem, vt ipse ibidem dicit in princip. deterruit à scribendo in dicta causa ferox præfati Contardi sententia. Alterum exemplum est in materia Alternatiuæ, in qua fuit resolutum contra antiquam interpretationem longo tempore per Palatium praticatam, vt patet ex Decisione *in Sulmonen. Alternatiuæ coràm Card. Lancellotto Iun.* 14. *Maij* 1610. quæ fusè fuit confirmata *coràm R. P. D. Pirouano in Paduana Prioratus. Veneris* 5. *Decembris* 1614. *est in Recent. decis.* 608. *part.* 2.

Quæ dixisse volui ad ostendendam integritatem huius Sacri Tribunalis, quod Veritatis amore à suis etiam recedit Decisionibus, & de quibus fusè in Prima Parte diximus, & quod propterea in Iuris Canonici, & Ciuilis expositione non solum attendenda, sed præferenda est Sacræ Rotæ interpretatio, vnde non mirum quod alias Consilium Neapolitanum aliquando Rotam consuluerit, teste *Afflict. decis* 351. *num.* 9. & 10. *incip. Bis fuit dubitatum.*

Cuius verba hæc sunt. Tamen ad maiorem cautelam Sacrum Consilium voluit se informare à Curialibus, & Auditoribus Curiæ Romanæ super dicto articulo, quid seruetur in pratica à Curia Romana, &c.

INTELLECTVS DIVERSORVM TEXTVVM IVRIS CANONICI, ET CIVILIS

Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus Selecti.

Index prædictorum Textuum habetur in fine Sextæ Partis, vt notatur in principio Tertiæ Partis.

DE LEGIBVS IN GENERE.

SVMMARIVM.

1 *Lex disponens in casu simplici in materia fauorabili comprehendit etiam casum mixtum, secus est in materia odiosa, qualis est materia derogationis.*

2 *Lex superueniens quando tollat præcedentes dispositiones.*

3 *Lex superueniens quando comprehendat actus præteritos.*

4 *Legis præsumptio cadit super facto certo, non super incerto.*

5 *Lex vbi requirit aliquam qualitatem, si illa non concurrat, cessat illius leges dispositio.*

§. 1. LEX disponens, seu loquens in casu simplici in materia fauorabili, comprehendit etiam casum mixtum, nam quando mixtum assumit naturam simplicis, assumit naturam eius quod est fauorabilius. *Rota in Portuen. bonorum 16. Octobris 1579. coram Cardin. Seraphino*. vbi et hoc infert, quod sub *l. 1. C. de inoffic. donat.* loquente in simplici donatione continetur, etiam donatio mixta, qualis est mutua, & reciproca, quæ non est merè onerosa, nec merè lucratiua, sed habet onus admixtum, quia materia legitimæ de qua agitur *in d. l. est fauorabilis*.

Contrà verò in materia derogationis, quæ est odiosa, & ideò sub casu simplici non comprehenditur mixtus. *Rota in Salamantina iurisdictionis 14. Decembris 1579. coram Card. Seraphino.*

Similiter cum purgatio moræ sit admittenda in casu, in quo ob non implementum non datur rescissio contractus, qualis est contractus nominatus. *l. ea conditione, C. de rescind. vend.* Idem procedit quando in contractu nominato fuit admissus contractus innominatus. *l. cum te. C. de pact. inter empt. & vendit.* nam dicta limitatio imbibit naturam contractus. *Rota in Romana de Menellis 19. Nouembris 1582. coram Card. Seraphino.*

ANNOTATIO.

Huc facit, quod si Papa Generali alicuius Ordinis det priuilegium acceptādi cessiones Monasteriorum, easq; incorporandi, talis facultas procedit in resignatione simplici, & libera, non autem in mixta, qualis esset si resignatio fieret cum reseruatione pensionis, quia hæc debet fieri in manibus Papæ tantum, aliàs esset simoniaca. *Rota in Fauentina Montis Nerij 17. Maij 1604. coràm eodem Seraphino.*

§. 2. Lex posterior cum clausula derogatoria, etenus tollit omnes præcedentes dispositiones, etiam clausulam derogatoriam ad sequentia habentes, quatenus cum clausula derogatoria posita in dicta lege concurrit clausula, etiamsi de illis esset facienda expressa mentio, vel clausula, Quorum tenores, iuxta receptiorem Doct. opinionem. *Rota in Asturicen. Archidiaconatus 19. Martij 1578. coràm Cardin. Seraphino.*

§. 3. Lex superueniens, licet eius natura sit futuris negotijs, non autem præteritis dare formam. *l. leges, C. de legib. cap. fin. de constitut.* tamen comprehendit etiam actus præteritos, qui postea suum sortiuntur effectum. *Felin. in cap. fin. nu. 11. de constitut. post glos. in Clem. 2. in verb. in posterum. de ætat. & qualitat. Rota in Gerunden. Præcentoria. Lunæ 9. Decembris 1591. coràm Gypsio. & in eadem Gerunden. Mercurij 4. Nouembris 1592. coràm Cardin. Seraphino.* vbi quod Bullæ Pij Quarti, & Quinti, de confidentijs comprehendunt etiam regressus effectuatos post dictas Bullas.

§. 4. Legis præsumptio cadit super facto certo, & non super incerto. *Bald. in l. idem erit. in 2. lectur. de stat. homin. Rota in Toletana matrimonij. Veneris 27. Octobris 1589. coràm Card. Seraphino.* vbi quod copula secuta post matrimonium metu contractum facit præsumere consensum, & cessationem metus, dummodo dicta copula sit certa, secus vbi est incerta.

§. 5. Lex vbi requirit aliquam qualitatem, nisi illa concurrat, cessat illius legis dispositio. *l. quamuis. C. de impub. & alijs substit. Glos. in l. mancipia. in verb. auocandū. de seru. fugit. Io. Andr. in c. 1. de homic. in 6. Felin. in cap. super literis. nu. 17. de accusat. Rota in Strigonien. vidationis testamenti. Mercurij 2. Decembris 1592. coràm Gypsio.*

EX IVRE CANONICO

Decretis, & Decretalibus.

¶ *Consuetudo dicitur, quando solutio incipit à spontanea solutione, quæ fit nullo iure, & necessitate cogente.*

Cap. Ad Apostolicam, 42. extrà de simon.

Vbi dicitur, quod quando solutio incipit à spontanea solutione, tunc dicitur consuetudo.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Pamphilio Sen. in causa Toletana Decimarum de Madrid. Merc. 21. May 1586. incip. Fuit conclusum in casu. est decis. 67. in eius lib. in manuscrpt.* Quod requiritur, vt constet de initio solutionis voluntariæ, prout requiritur in ista materia, vt dicatur consuetudo. *Gastrem. cons. 303. nu. 2. lib. 6.* vbi quod solutio debet esse facta spontè, liberaliter, & nulla necessitate, vel pactione cogente. *cap. dilectus filius. de simon. Pedemon. decis. 99. sub num. 5. incip. Reuerendus Rector.* Secus verò vbi incipit ex exactione, quia tunc numquàm inducitur consuetudo. *Corn. cons. 296. sub nu. 6. vers. ex quibus patet. lib. 4. incip. Circa primum. Dec. consil. 215. num. 1. vers. Ad secundum. incip. Visa transactione. Abb. in cap. suas. 29. sub nu. 4. eod. tit. de simoni & Cassador. decis. vnic. sub nu. 4. de consuetud. incip. Non est respuenda.*

¶ *in Decimis attenditur consuetudo.*

Cap. Ad Apostolicæ. 20. de decim.

DECLARATVR iste text. à Rota, vt habes infrà *ad cap. cum sint homines. 18. de decim. num. 4.*

¶ *ad Decimas in aliena Parochia perceptas petens restitui debet probare possessionem legitimam, & decennalis non sufficit, sed requiritur quadragenaria.*

Cap. Ad decimas. 2. de restit. in integr.

Vbi dicitur, quod Clericus, qui in aliena Parochia percipit decimas, si spoliatur, non restituitur, nisi doceat de legitimo titulo suæ possessionis.

DECLARATVR à Rota, *vt per Guidobon. decis. 133. incip. Voluerunt Domini.* vbi dicitur, quod si aliquis Clericus percipiens decimas in aliena Parochia per quindecim annos, spolietur ab Episcopo, & Capitulo, cum habeant curam animarum totius diocæsis quam exercent per suos Vicarios, ideò decimæ eis debentur, vt not. *Rebuff. de decim. quæst. 7. num. 9.* Ideò prætendens decimas debet ex aduerso probare legitimum titulum, nec sufficit pro titulo decennalis possessio, & vbi non doceretur de legitimo titulo, debet saltem doceri de aliquo titulo cum beneficio, & possessione quadragenaria, *ad cap. 1. de præscript. in 6.* Et quod ita etiam fuerat aliàs decisum *coràm Put. in vna Veronen. Decimarum de Ronebo 13. Nouembris 1542. est decis. 361. in nou. lib. 1. incip. In vna Veronensi.* vbi in fine dicitur, quod in terminis. *cap. ad decimas.* non sufficit possessio decennalis, allegatur *Alex. in cons. 70. In causa vertente vol. 1. vers. Et per hoc patet. vol. 3.*

Vide, quæ in hac materia notauimus *Part. 1. ad Guidobon. d. decis. 133. & ad Put. d. decis. 361. in antiq. est decis. 361. lib. 1.*

¶ *Beneficiati an gaudeant priuilegio. cap. ad audientiam. de clericis non reside.*

Cap. Ad audientiam. 15. extrà de cler. non resid.

Vbi dicitur, quod duo Canonici pro seruitiis Episcopi absentes possunt lucrari fructus suarum præbendarum.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubalo in causa Calagurritana fructuum. Mercur. 1. Iulij 1583. incip. Propositum dubium. est decis. 178. in eius lib. in manuscr.*
1 Quod expressè † loquatur de Canonicis, & non esse
extendendum ad Portionarios, quamuis habeant vocem in Capitulo, tum quia materia est damnosa Ecclesiæ, & præiudicans cultui Diuino, vt dicit *Abb. in cap. dilectus num. 7. eod. tit. de cler. & in d. cap. ad audientiam. num. 8.* & per consequens non attendendum, nisi in casibus à iure expressis. *Mill. in verb. Absens. nu. 4.* tum quia Portionarij non habent tantam communionem cum Episcopo, prout Canonici, quæ ratio consideratur ibi ab *Abb. cum alijs*, & fuit dictum *in hac decis. sub die Vener. 18. Martij 1583. coràm eodem. est decis. 184. in eius lib. in manuscript. incip. Dominus Licentiatus*, & cum æquiparatio de istis Portionarijs ad Canonicos non sit vniuersalis, dispositio non debet ad ipsos extendi, *ad tradita per Aym. cons. 205. nu. 42. incip. Pernoctatio.*

EXTENDITVR dispositio dicti text. à Rota, *vt per Put. decis. 294. In vna Placentina. lib. 3.* vt
2 procedat † etiam in Canonicatibus Doctorali, &
Magistrali. Quia loquitur indistinctè de duobus Canonicis, & qualitas Doctoratus, seu Magisterij non repugnat Canonicatui.

3 Quod tamen dicitur † non procedere in duobus
Beneficiatis eiusdem Ecclesiæ, nisi necessitas Ecclesiæ vrgeret, quod dicti Beneficiati penes Episcopum existerent, per eà quæ dicit *Abb. in d. cap. ad audientiam. circa fin.*

Vide, quæ notauimus suprà *Part. 1. ad Put. d. decis. 294.* vbi diximus ex *Gonzal. ad 8. Regul. Cancell.*
4 *glos. 6. nu. 57. & 198.* † non idem esse in Rectore
Parochialis Ecclesiæ, iuxtà declarationes Sacræ Congregationis Concilij.

¶ *Bigamus denudatur omni priuilegio clericali.*

Cap. Altercationis. 1. de bigam. in 6.

DECLARATVR à Rota, vide suprà *Part. 1. in verb. Ordines Ecclesiastici. §. 1. Rota non tenet opinionem Theologorum. num. 3. versic. in quibus in specie dicitur.* vbi etiam qualiter dicatur derogatum *de cap. num. 5.*

¶ *Electus non priuatur iure suo iuxtà cap. auaritiæ. de elect. in 6. ex sola possessione, vel installatione.*

Cap. Auaritiæ. 5. de elect. in 6.

1 † Vbi dicitur, quod electus administrans ante con-
firmationem priuatur iure ex electione quæsito.

DECLARATVR à Rota, *vt per Put. decis. 45. in*
2 *nouis. lib. 3. incip. In vna Calagurritana.* † Quod cum
dispositio *dicti cap. auaritiæ*, sit pœnalis non debet

extendi ad electum, qui accepit possessionem ante confirmationem, si non percepit fructus. † Vbi etiam
3 *in fin.* dicitur ex *Franc.* quod ex installatione facta de electo, non incurritur pœna illius *cap. auaritiæ.*
4 Et † etiam habes, quod electus dicitur administrasse, quando fuit ei præstita obedientia siue cum iuramento, siue sine iuramento, cum Deus non faciat differentiam inter iuramentum, & simplicem loquelam.

5 Non procedit pœna *cap. auaritiæ*, † quando à patronis præsentatus fuit nulliter institutus ab Ordinario non seruata forma Concilij Tridentini, vt dixit Rota *coràm Card. Seraphino decis. 1238. nu. 10. incip. Fuit resolutum contrà informantem. per glos. in verb. quod interest in fin. & ibi Doct. in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicent. non obtemper. Dec. cons. 452. nu. 12. Aym. cons. 18. nu. 9. & in terminis glos. in cap. fin. in verb. quamuis. de elect.*

Nec pariter procedit pœna *dicti cap.* quando quis nullos fructus percepit. ita dixit Rota *in causa Nicien. Parochialis. Lunæ 13. Maij 1628. coràm Reuerendiss. Vrgellen. In materia præsentis cap. auaritia. facit Card. Seraphin. decis. 598. incip. Fuit per Dominos resolutum. num. 1. & seq.*

¶ *in Beneficijs simplicibus qualificatis procedit dispositio cap. consuetudinem. 1. de consuetud. in 6.*

Cap. Consuetudinem. 1. de consuet. in 6.

Vbi dicitur, quod sine dispensatione Apostolica non potest quis obtinere in eadem Ecclesia duas dignitates, personatus, vel officia, vel vnam dignitatem, & officium, &c. nec valere consuetudinem quantocumque tempore obseruatam.

DECLARATVR à Rota *coràm Gropperio in vna Barchinonen. Archidiaconatus. Lunæ 21. Octobr. 1560. Est decis. 3. in eius lib. in manuscr. incip. Præsupposito.* Quod dispositio *d. cap. 1.* habet locum in beneficijs simplicibus qualificatis, prout erat in casu decisionis, in qua quidam Petrus obtinebat Canonicatum, & præbendam, & simplex beneficium S. Antonij, cui in fundatione erat adiecta continua residentia, & hoc ex dispensatione Apostolica in Ecclesia, & posteà in eadem Ecclesia Barchinonen. fuerat ei collatus Archidiaconatus. Quia plures sunt auctoritates ita tenentes, quod *d. cap. 1.* habeat locum in beneficijs simplicibus, & magis clarè loquuntur, quàm auctoritates tenentes contrarium; Et quod licet verba *d. cap. non sint omnino clara*, tamen quod militet mens in huiusmodi beneficijs remouendo multiplicitatem beneficiorum.

ET in eadem causa *coràm eod. sub die Mercur. 13. Nouembris 1560. Est decis. 6. in eius lib. in manuscr. incip. An stante.* Rota dixit dictũ cap. habere locum, etiamsi alterum tantum ex beneficijs obtentis esset litigiosum, quale erat in hac causa beneficium S. Antonij quod erat litigiosum de tempore prouisionis Archidiaconatus. Et hoc ea ratione, quia textus generaliter loquitur. Neque obstare, quod licet beneficium primum sit litigiosum, tamen non potest negari, quin impetrans illud habeat, & *Glos. in verb. Vacare. in princip. in cap. si tibi concesso. 26. de præb. in 6.* non videtur omninò vera, *vt ibi per Franc. num. 2. in fin.*

ET in *eadem coràm eodem sub die Lunæ 9. Decembris 1560. Est decis. 9. in d. lib. incip. An stante fundatione.* Fuit tentum *d. cap.* habere locum in hoc casu, non obstante fundatione, & sequestro tempore collationis Archidiaconatus, quia pendente lite super beneficio S. Antonij, non poterat dici, quod illud non obtineret quoad ius, & possessionem, cum sententia à qua fuerat appellatum pendente appellatione non mutet ius. *l. furti. in princip. & ibi Bald. ff. de his, qui not. infam.* Et quod sequestrum non aufert possessionem.

¶ *Vestiarium non comprehenditur in Constitut. Bonifacij in cap. consuetudinem. de cleric. non resid. in 6.*

Cap. Consuetudinem. vnic. de cleric. non resid. in 6.

Vbi dicitur, distributiones quotidianas solum deberi interessentibus diuinis, consuetudine non obstante.

DECLARATVR à Rota *coràm Rubeo in Conchen. fructuum. Mercurij 1. Iunij 1558. incip. Præsupposito.* Quod dicta Constitutio non comprehendat vestiarium. Et hæc tàm auctoritate *glos. in d. cap. in verb. receperit*, quando Canonicatus non habent præbendas. Item quia dictum *cap.* duo dicit, quod sint quotidianæ distributiones, & quod dentur interessentibus horis diuinis: Et licet vestiario videatur conuenire secundum, non tamen conuenit primum, quia vestiarium non videtur quotidiana distributio ex diuersitate nominis. Vltrà quod non videtur posse *d. cap.* extendi ad vestiarium, cum non insit eadem ratio, quæ in distributionibus quotidianis.

Vide, quæ Vestiarij nomine comprehendantur Rotæ decisionem *in Romana pecuniaria 16. Maij 1580. coràm Cardin. Lancellotto. Est decis. 36. inter eius selectas in manuscript. incip. Vertente causa.*

¶ *Iuspatronatus ex priuilegio, vel aliter nullo abrogatur à Concil. Tridentino cum quasi possessione inde secuta, & sic etiam dispositio cap. consultationibus. de Iurepatronat.*

Cap. Consultationibus. 19. de Iurepatr.

Vbi dicitur, quod institutus ad præsentationem eius, qui est in quasi possessione Iurispatronatus, non debet remoueri.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphino. decis. 1395. Fuit dubitatum, an constet. nu. 4.* Quod quando sumus in Iurepatronatus ex priuilegio, & sic nullo ex dispositione *Concil. Trid. sess. 25. cap. 9.* tunc non solum Iuspatronatus prorsus abrogatur, & irritatur, sed etiam quasi possessio inde secuta, vt fuit resolutum *in Albanen. Iurispatronatus 26. Nouembris 1588. coràm Orano. & in Cassanen. beneficij 4. Iulij 1578. coràm Bubalo. Est decis. 548. incip. Fuit per Dominos. in fin. part. 1. diuers.*

Vltrà, quod *dictum cap.* non procedit, vbi apertè constat de non iure in proprietate, vt ibi notant omnes.

Et quod stante nullitate Iurispatronatus, quod tollatur à Concilio etiam quasi possessio, fuit resolutum à Sacra Congregatione, & repetitum *in vna Valentina Capellania coràm Card. Blanchetto, & in Auximana Iurispatronatus 28. Maij 1595. coràm Card. Millino. & in Romana Parochialis 21. Ianuarij 1600. coràm Corduba,* quæ loquitur de possessione post publicationem Concilij.

Sec-

¶ *sententia de nocte ferri potest.*

Cap Consuluit. 24. §. ne verò. de off. deleg.

Vbi dicitur, quod sententia de nocte ferri non possit.

NON SERVATVR ista Constitutio à Curia Romana ex antiquo stylo, de quo testatur *Host. in sum. de iud. §. qualiter, & quando. nu.* 11. sed passim feruntur sententiæ etiam de nocte, & vbi viget talis stylus sententia de nocte lata tenet, *Felin. in d. cap. consuluit. sub nu.* 18. & in Iudice multitudine negociorum implicito qualis est Auditor Cameræ sustinetur. *Felin. vbi suprà. vers. secundò fallit. Ias. in l. non minorem. sub nu. 3. C. de transact.* Quos referendo sequitur *Rota in Interamnen. bonorum. Ven. 14. Nouemb. 1603. nu. 2. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 131. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Nullitates, quæ hodie. & habetur decis. 95. part. 2. in Recent. & in impress. est decis. 131.*

¶ *Monachi aliquo modo proprium possidere non debent, & àn hoc procedat in possessione momentanea.*

Cap. cum ad Monasterium. 6. extrà de stat. Monach.

Vbi dicitur, quod Monachi nil proprij possidere aliquo modo debent.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 225. nu. 7. in fin. incip. Bon. me. Cardinalis.* Quod non intelligatur de dominio momentaneo, veluti si eis relinquatur hæreditas, & illam capiunt, non quidem ad effectum retinendi, sed vendendi, & pretium in comparationem domorum pro ædificandis Ecclesijs, & Oratorijs, & in alios eorum vsus necessarios conuertẽdum, nam hoc est dominium momentaneũ, & non est contrarium voto paupertatis, nec regulæ Mendicantium, exceptis Minoribus de Obseruantia, & Capuccinis.

Vide, quæ diximus infrà *in Clem. exiui de paradiso. §. non igitur. & §. cum enim ad veritatem. de verb. significat.*

¶ *Patronis, quando sit licita variatio.*

Cap. Cum autem. 24. de Iurepatr.

Vbi dicitur, quando sit licita patronis variatio.

Vide suprà *Part. 3. ad Roch. de Curt. de Iurepatronat. in verb. Honorificum. quæst. 23. fol. 215. col. 1.*

¶ *Creditori si datum sit pignus vniuersitatis bonorum, in qua extat Iuspatronatus, is facultatem habet fructus percipiendi, & tamen nõ potest præsentare.*

Cap. Cum Bertoldus. 18. & ibi not. gloss. in verb. Patrono. de sent. & re iud.

Vbi dicitur, quod si creditori, datum sit pignus vniuersitatis bonorum, in qua existat Iuspatronatus, licet creditor facultatem habeat fructus percipiẽdi, non tamen potest præsentare.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 140. nu. 12. incip. Ex memorialibus.* Quod hoc procedit, quia creditor percipit fructus nomine debitoris, eosq; soluto debito, tenetur restituere, vel in sortem imputare, vel cum credito compensare. *cap. 1. & 2. de vsur. l. 1. & 2. C. de pignor. action.* fructus autem, qui consistunt in præsentatione, nec debitori possunt restitui, neque cum credito compensari, vt dicit *gloss. in d. cap. Bertoldus.*

¶ *pro Monasterio nouo Regularium erigendo requiritur specialis licentia Sedis Apostolicæ, sed hodie aliud seruatur.*

Cap. Cum ex eo. de excess. prælat. in 6. & Clem. cupientes. de pæn.

Vbi dicitur, quod pro erigendo nouo Regularium Collegio, seu Monasterio specialis requiratur Sedis Apostolicæ licentia.

Hodie huiusmodi licentia fuit Ordinarijs attributa per *Sacr. Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin.* & renouatur per particularem Constitutionem Clementis VIII. *Rota in Cæsaraugustana domus. Lunæ 22. Iunij 1615. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 745. num. 1. part. 2.*

¶ *in Decimis attenditur consuetudo, àn colonus soluat decimã Ecclesiæ in cuius Parochia sita sunt prædia, àn Ecclesiæ vbi audit diuina, & percipit sacramẽta.*

Cap. Cum sint homines. 18. de decim.

1 † Quod consuetudo attenditur in solutione decimarum, àn debeant solui Ecclesiæ in cuius Parochia sita sunt prædia, àn in qua percipit sacramenta.

DECLARATVR a Rota *coràm Card. Seraphino decis. 908. Domini steterunt in decisis,* vbi *num. 1.* dicitur,
2 † quod dispositio *d. cap.* non procedit quando agitur de præscriptione decimarum, vt cum quis eas prætendit, cui ius commune resistit, quia tunc non est locus consuetudini, sed præscriptioni, & in casu decisionis prætendebat decimas Archiepiscopus Toletanus contrà Beneficiatos, qui ius coniunctum habebant cum Rectore cui de iure communi decimæ debentur.

DECLARATVR Secundò à Rota *coràm Put. decis. 176. in nou. incip. Dubitauit D. Rossanensis. lib. 3.*
3 † vbi *num. 6.* dicitur, *text. in d. cap. cum homines.* cum disponit quod recurratur ad consuetudinem, quod est intelligendus secundum *text. in cap. ad Apostolicæ. 20. eod. tit.* vt attendatur consuetudo prouinciæ, seu diocæsis, ex ibi allegatis. Vbi etiam *in fin.* dicitur, non esse verum, quod consuetudo in terminis *d. cap. cum sint homines,* quod sit præiudicialis.

Et vide suprà *Part. I.* quæ notauimus ad hanc *Put. decis.* vbi etiam habes concordantes decisiones.

AUVERTE quod *Achill. decis. 3. de decim. incip. Decimarum prædialium.* facit mentionem huius decisionis coràm Puteo, licet sine nomine, *in princip. Et*
4 *num. 7.* † declaratur *text. in d. cap. Ad Apostolicæ,* prout etiam diximus ex *Put. d. decis. 176. nu. 6.* Quod illud quod ibi dicitur de consuetudine, non potest intelligi de consuetudine, quæ esset in loco, de quo dubitabatur, quia tunc non habuisset difficultatem, cum semper consuetudo vincat legem, sed de loco viciniori, vel de loco dominantis, quod dicitur probari *ex not. per Host. & Io. Andr. in cap. super eo. de cognat. spirit.*

¶ *Simplicitas non excusat à simonia.*

Cap. Cum vniuersorum. 8. de rer. permut.

Vbi à Papa ex gratia, & misericordia quis excusatur à pactione simoniaca propter simplicitatem.

DECLARATVR à Rota *in vna Toletana Parochialis de Alpederete. Die 24. Octobris 1544. coràm Prospero, compilata à Put. decis. 139. in nou. incip. In vna*

vna Toletana.lib.2. Et à Fab.Accorambon. fusius extensa *decis.54. incip.Quærebatur euitari.par.2.* Quod stante pactione simoniaca super beneficio non debet excusari ex simplicitate, non obstante dispositione *d. cap.cum vniuersorum.* quia cum ibi excusatio fuisset ex gratia, *vt per glos. & Doct. ibid.* hæc ad Principem spectat non ad Auditores, qui debent facere iustitiam, cum alijs adductis *ab Accorambon. dicta decis.54.* vbi etiam ponitur diuersitas casus *d. c. cum vniuersorum*, & casus dictæ decisionis. Quia dictus text. loquitur in resignatione simoniaca, & propter simoniam poterat resignatarius priuari beneficio; Casus decisionis erat in prouisione simoniaca, & prouisus non poterat priuari beneficio propter ius quæsitum ex legitima collatione, & propterea in hoc casu decisionis non procedit dispositio *d. cap. cum vniuersorum.*

¶ *Ecclesiæ vacantis ordinatio si differatur, est ibi per Episcopum æconomus ponendus.*

Cap.cum vos. 4. extrà de offic. iud.ordin.

Vbi dicitur, quod quando ordinatio vacantis Ecclesiæ, etiam patronatæ ex iusta causa differtur, est ibi per Episcopum æconomus ponendus.

DECLARATVR à Rota *in causa Augusten. Hospitalis. Lunæ 21. Februarij 1611. coràm Vbaldo. est decis.293. in Recent. part.1. num.16. incip. Fuit lata sententia.* Quod textus ille procedat ob specialem rationem, ne Ecclesia careat Pastore, & ideò interim deputatur Oeconomus, non autem quando Ecclesia habet Rectorem, & de eo, est prouisus à Sede Apostolica, & iam cæpit possessionem.

¶ *Canonici duo absentes pro seruitio Episcopi, an lucrentur fructus suarum prabendarum.*

Cap.de cætero.7.& cap.ad audientiam. de cleric. non resident.

Quod Canonici duo absentes pro seruitio Episcopi lucrantur fructus suarum præbendarum.

DECLARANTVR à Rota *coràm Bubalo.* vt notauimus *Part.I. ad Bubal. decis.178.* vbi etiam *nu.4. & 5.* habes ampliationem ex *Accorambon.decis.25. part.2. Est in d.Part.I. Singul. fol.257. col.2.*

¶ *ad Ordinarios spectat reparatio Ecclesiarum, & qualiter hoc intelligatur.*

Cap. Decreuimus. 10. quæst. 1.

Vbi dicitur, quod si Ecclesia fuerit reperta destituta, Ordinario eius reparatio præcipiatur.

DECLARATVR à Rota *coràm Corduba in vna Brixien.Contributionis expensarū. Lunæ 26.Februarij 1601. incip. Episcopus Brixien.* Quod dictus text. intelligatur, vt Ordinarius conferre debeat cum alijs beneficiatis, vt etiam dicit *glos. ibi. in verb. Ordinatori. & colligitur ex argum.c.si Monachus.16.q.1. vbi Archidiac.& Turrecr.in d.c.decreuimus.Petr.Rebuff. cons.135.nu.9. Capell.Tholos. in addit. ad quæst.500. Franc. Marc. decis.160. p.2. incip. Quæritur quando.*

¶ *Conuictus de simonia est deponendus, & qualiter hoc intelligatur.*

Cap.de hoc autem. 11. & cap.insinuatum est. 13. extrà de simon.

Vbi dicitur, quod quando aliquis conuincitur de simonia, est deponendus.

DECLARANTVR à Rota *coràm Orano in causa Pampilonen.Capellaniæ. Veneris 5. Nouembris 1586. est decis.193. in eius lib.1. in manuscript. incip. Quod D. Ioannes.* quod loquantur in infamato de simonia reali, & quando fama fuit plenè probata.

¶ *ad Præsentationem religiosorum in eorum Ecclesijs nullus debet institui per Episcopum, nisi ei congrua portio redditutum assignetur.*

Cap.De Monachis. 12.& cap.extirpandæ. 30. extrà de præbend.

Vbi dicitur, quod si aliquis est præsentatus à religiosis in eorum Ecclesijs, non debeat per Episcopum institui, nisi ei assignata congrua portio redditutum fuerit.

DECLARANTVR à Rota *coràm Achill.decis.310. nu.3. & 4. incip. Decimæ ita sunt.* Quod *cap. de Monachis.* restringi posset, vt tantum loquatur de ijs, qui habent dominium temporale, sed *cap. extirpandæ.* generalius loquatur non solum in patronis, & Episcopis, sed in omnibus cuiuslibet alterius conditionis, & procedit à fortiori, quoad omnes decimas. *Et nu.5.* dicitur quod ita etiam generaliter loquatur communis *extrauag. suscepti. ne sed. vacant.*

¶ *Incompatibilitas beneficiorum non causatur in officijs, & dignitatibus, quæ non sunt perpetuæ.*

Conclusio I.

Cap.De multa. 28. extrà de præbend.

Vbi dicitur, quod est prohibitum recipere diuersas dignitates Ecclesiasticas, & plures Ecclesias Parochiales.

DECLARATVR à Rota *coràm Reuerendiss. Coccino Decano decis.18. nu.1. & 2. incip. Prætendit Angelus.* Quod non procedat in Vicarijs temporalibus, & in illis officijs, & dignitatibus, quæ non sunt perpetuæ, nec in titulum perpetui beneficij conferuntur; & ita communiter tradunt *DD. in dicto cap. de multa. Innoc.nu.6.* ad finem ibi numquàm etiam repetamus. *Anchar.nu.18. Imol.sub nu.34. vers.similiter etiam si. Abb. nu.23. vers.sed contrarium, Gembar. lib.5. de offic.Leg.in tit. an Leg.poss.plur.benef.conferre.n.33. Capra qui testatur de communi reg.90.nu.87. Alphons. Ouied. de incomp. benefic. part.1. nu.51.* & ita etiam fuit dictum *coràm Put. decis.117. quæ est in nouis 14. nu.3. incip.Eadem die. lib.2. & coràm Orano in causa Seguntina Thesaurariæ 29. Aprilis 1596.*

¶ *Beneficium incompatibile obtinens cum dispensatione, quod per annum possit retinere cum alio, & post annum retineat, priuetur solum obtento, non alijs ad quæ fuerat dispensatus antea. Et de materia cap. de multa. de præbend.*

Conclusio II.

Cap.De Multa. 28. de præbend. & cap. gratia. 7. de rescript. in 6.

1 † In quibus disponitur, quod per assecutionem secundi beneficij incompatibilis vacet primum.

DECLARANTVR ista iura à Rota, vt per *Guidobon. decis.57. in manuscript. incip. In vna Segobien.* vbi dubitabatur, An ille, qui ex dispensatione Apostolica obtinuerat tria beneficia. Et postea fuerat dispensatus ad quæcumquè, & quotcumquè beneficia

incom-

incompatibilia, ad annum, & similiter fuerat assecutus quartum, quod retinuerat vltrà annum. An per huiusmodi retentionem quarti vltrà annum, vacaret solum hoc quartum, an etiam alia tria ad quæ fuerat iste dispensatus per dicta iura *cap. de multa, & cap. gratia.*

2 Rota dixit † vacare solum hoc quartum, non alia tria: Quia prædicta iura procedunt in eo, qui à principio assequitur sine dispensatione incompatibile, & habet malum initium quod à Canone consideratur, vt non casu sic inexcusabilis, & vacent priora. Non sic in isto casu in quo quis à principio habuit bonum initium. Qui licet postea per lapsum temporis iniustè beneficium fuerit retentum, non est casus à iure consideratus, ita vt inducatur pœna priuationis obtentorum. Et quod vbi à iure non reperitur imposita 3 pœna priuationis expressè, illa non venit imponenda, *vt not. in cap. fin. vbi Abb. & alij. de Iurepatr. Alex. qui alios allegat in l. etiam. §. licet. nu. 7. ff. solut. matr.* Et pro ista decisio ie dicatur bene facere, quod dicit *Card. cons. 132. relatus à Felin. in cap. quoniam frequenter. §. porrò. col. 7. vers. & si statutum priuat. vt* 4 *lit. non contestat.* † Quod etiam Rota confirmauit ex verbis in huiusmodi literis dispensationum apponi solitis, videlicet. Volumus autem quod lapso anno præfato, eo ipso beneficium ipsum vacare censeatur. Ex quibus constat de ipsa pœna apposita post lapsum termini, pro quo est dispensatum.

¶ *Canonicatum si assequatur habens dimidiam portionem, ipso iure vacat dimidia portio iuxtà cap. de multa. de præbend.*

Conclusio III.

d. Cap. De multa. de præbend.

1 PROCEDIT in eo, qui contendit incompatibilia retinere, & vt dicit *ibi glos. in verb. contenderis.* conatur vsq; ad litis contestationem, nō autem locū habet in eo, qui duo obtinens, monitus dimisit vnum. *Rota in Macoraten. Parochialis 17. Iunij 1575. coràm Card. Lancellotto.*

Et *Concilium Trid. sess. 24. cap. 17.* dum refert hoc *cap. de multa.* nihil de nouo addit, sed tantum imponit vinculum, vt dicitur *in eadem Maceraten. & in Calagaritana Canonicatus 8. Februarij 1580. coràm Cardin. Seraphino.* vbi quod Concil. solum innouat *dictum cap. de multa.* & quod loquatur in futurum obtinentibus.

Et *d. cap. de multa. de præbend.* habet locum in habente dimidiam portionem, qui postea Canonicatum assequitur, nam ipso iure vacat dimidia portio, iuxtà resolutionem Sacræ Congregatione Concilij, vt testatur *Rota in Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembris 1585. coràm Orano.* vbi quod Rota non dubitauit eo magis id procedere, quando dimidia portio est litigiosa, quia facilius amittitur actio, quā ipsa res, *Innoc. in c. in nostra. nu. 2. vers. recepti. & ibi Compostell. col. 2. vers. respōde generaliter. de rescript.* Et licet debeat expectari per duos menses, iuxtà *glos. in cap. commissa. in verb. pacifica. de elect. in 6. Cassad. decis. 9. de caus. poss. & propr.* Hoc tamen procedit si constaret, quod mota fuisset lis super Canonicatu infrà duos menses. Rota verò in dicta causa contrarium tenuit non vacasse dimidiam portionē per assecutionem Canonicatus, sed fuisse factum locum resignationi ad fauorem certæ personæ, cum capiat portionē ex clausulis generalibus, & sufficit quod cessio verificetur de facto, putà si cedatur quodcumq; ius competens, cum hoc sufficiat, vt intrent clausulæ.

Vide in materia huius *cap. quæ diximus Part. 1. ad Lancellott. in decis. 79. fol. 343. col. 2.*

¶ *Præsentatus lite pendente cum alio præsentato à diuersis prætendentibus esse patronos, si obtineat institui, & capiat possessionē, talis possessio est attentata.*

Conclusio I.

Cap. Dispendijs. 1. vt lit. pend. in 6.

Vbi dicitur, quod si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à persecutione causæ excludatur si lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non valet.

EXTENDITVR huius cap. dispositio à Rota, *vt per Guidobon. decis. 103. in manuscriptis incip. Dixerunt Domini quod lite.* Vt procedat non solum in electione, sed etiam in præsentatione. Et quod propterea Rota dixerat, quod lite pendente coràm Ordinario in partibus inter duos præsentatos à duobus diuersis prætendentibus esse patronos, quorum vnus obtinuerat à Nuntio Papæ institutionē, cuius vigore apprehenderat possessionem, quod huiusmodi possessio erat attentata. Et allegatur *Sarnens. in Reg. de surrogand. collitig. quæst. 13.* vbi testatur de communi opinione post *Lap.* ibi allegatum, & in fine dicit *Sarnens.* ita Rotam tenuisse non solum suis, sed etiam antiquis temporibus Sixti, & Alexandri.

Idem dicit *Ant. Aug. In suo Epit, in tit. de Iurepatr. cap. 7. Communia de Iurepatr. nu. 12. incip. cap. 1. vt lis. pend. in 6.* vti etiam allegatur *Gomes. decis. 31. lib. 1. & Put. decis. 39. de iudic.*

¶ *Patronus ex causa litis quando non possit præsentare.*

Conclusio II.

d. Cap. dispendijs. 1. & c. 2. vt lit. pend. in 6.

DECLARANTVR à Rota *in Bononien. Iurispatronatus. Merc. 20. Iunij 1612. coràm R. P. D. Piro. ano est in Recent. decis. 427. n. 4. p. 1. n. 5.* Quod dispositio *d. c. 1. & 2.* prohibeat dumtaxat patronis præsentare, quādo lis est inter præsentatos introducta, vel quādo lis est inter possessores, & vnus decedat, vel renunciet, & prædictis casibus Papa conferat; non propterea videtur extendenda ad casum quando lis est inter Ordinarium, & patronos super pertinentia Iurispatronatus, & meritò, ne semper mouendo litem esset in potestate Ordinarij priuare patronos suo iure præsentandi, vt considerat *Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 1. principal. art. 9. num. 14.*

Rota in *Asturicen. S. Christinæ. Die 9. Martij 1569. coràm Grato, vt refert Lancellott. de attent. in præfat. in 2. part. cap. 4. de attentat. lite pendent. num. 583.* firmauit duas conclusiones. Prima fuit, quod *d. c. 1. vt lit. pend. in 6.* habet locum in duobus præsentatis in discordia à patronis litigantibus super præsentatione. Secunda fuit, quod litigantibus duobus præsentatis in discordia patroni nō possunt accumulare. Et *Lancellott. loc. cit.* ampliat, & limitat regulam generalem ibidem constitutam, videlicet, quod Patronis lite pēdente regulariter nō potest præsentare.

ANNOTATIO.

Quia hic de Papa dictum est, placuit notare, quod

de

de Papa scribentes Papa à nobis desideratur, cum eo hodie careamus, heri enim die Iouis 18. Ianuarij circa horam 24. anni Millesimi, Sexcentesimi vigesiprimi desijt esse in humanis Sanctæ me. Paulus V. Burghesius Romanus, cuius anima requiescat in pace, qui in his nostris Operibus, Obseruationibus, videlicet ex Rota Romana, Singularibus, & Annotationibus ad Decis. Seraphini, peragendis adiecit calcaria, cum viuæ vocis oraculo nobis dixerit dictas Annotationes valdè sibi placuisse, & vt ad alia quantocius properarem Priuilegium præfatis, & omnibus alijs nostris operibus singulare concessit.

¶ *Electus à maiori parte Capituli, si est idoneus, confirmatur, sed si non est idoneus, confirmabitur idoneus electus à minori parte, & quando hoc sit verum.*

Cap. dudum. il 1. de elect.

DECLARATVR à Rota *in Firmana Altaris. Lunæ 12. Ianuarij 1615. coràm Dunozetto. est in Recent. decis. 625. part. 2. num. 3* Quod dispositio *d. cap. dudum.* non suffragatur stante statuto annullante gestum à minori parte: quia non potest applicari *text. in d. cap. dudum.* disponens electionem factam à minori parte de digno validam esse, vbi à maiori parte fuit scienter electus indignus; Quia illa potestas, quam de iure minor pars eligentium, puta, Communitatis habuisset, fuit sublata per dictum statutum, & loci consuetudinem.

Et vlterius, quod dispositio *d. cap.* procedit, vbi eligentes se diuisissent, vt expresse legitur in textu, & vna pars, licet maior, præsentasset indignum, minor verò dignum: quia dum maior pars ipso facto remanet priuata potestate eligendi, remanet tota in minori; secus verò quando non fuit facta aliqua diuisio eligentium, prout non fuerat facta in casu decisionis. *In quo ex 34. votis, 18. præsentauerant Ricciotum, & 25. præsentauerant Coriolanum*, cum necessariò dicendum esset plures ex eis vtrumquè præsentasse, cum non fuisset facta votantium diuisio, prout fuerat facta in casu *d. cap. dudum.*

ADVERTE quod in hac decis. impressa, *vt diximus decis. 625. in Recent. part. 2. num. 3. in quinta linea*, ibi, *disponens electionem factam à maiori parte de digno. Debet dicere, à minori parte de digno.* vt dicitur in text. & etiam ex contextu decisionis *ibid. linea 12.* ibi, *minor verò dignum.*

¶ *in Præscriptionibus sufficit bona fides, vbi ius commune, vel præsumptio, non est contra præscribentem.*

Cap. Episcopum. quod est cap. 1. de præscript. in 6.

Non habet locum quando beneficiatus non intendit excludere Rectorem, & perceptorem decimarum in totum, sed vult tantum concurrere. *Caputaquen. decis. 306. incip. Titulum coloratum. nu. 8. part. 3.*

¶ *Appellans ab interloquutoria, non est citandus ad definitiuam, quando hoc procedat.*

Conclusio I.

Cap. Eum qui. 2. de dol. & contum. in 6. & Clem. si ante. quæ est vnic. eod. tit.

Quod appellans ab interlocutoriâ non est citandus ad definitiuam.

DECLARATVR à Rota *in Seguntina Præsidentia. Veneris 1. Iuly 1605. coràm Reuerendiss. Manzanedo. nu. 2. est decis. 129. in Recent. part. 2.*
1 † Quod ille text. intelligitur de appellatione friuola, secus verò de iusta, & legitima, vt ibi notat *Glos. in verb. appellãs. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. nu. 112.*
2 † Et *in d. decis. Seguntina. nu. 4. in fin.* dicitur; quod cum in casu ibi proposito sententia esset iusta, & legitima, non obstante *d. text.* dispositione *in cap. 2.* Decanum, & Capitulum fuisse citandos ad audiendam sententiam, ac propterea cum defecisset dicta citatio sententiam nullam extitisse.

DECLARATVR secundò *dict. cap. 2. de dol. & contum. à Rota vbi suprà nu. 5.*
3 † quod nõ procedat, quoties Apostoli fuerunt petiti, sed denegati, vel iudex malitiosè, aut negligenter illos prætermisit concedere, vt notat *Franc. in d. cap. 2. nu. 3. vers. & idem si iudex. & Benedictus Capr. in d. Clem. 1. nu. 1. de dol. & contum.* & hoc casu dolus, & negligentia æquiparantur ex *glos. fin. in cap. ab eo. de appellat. in 6.*

DECLARATVR tertiò à Rota *in Oscen. seu Illerden. Prioratus 25. Iunij 1571. coràm Card. Lancellotto Sen. est decis. 5. de appellat. inter eius select. incip. Dispositio. cap. eum qui.* vbi quod non procedit dictum cap. pendente termino iuris dato per iudicem appellationis ad respondendum de Apostolis, vt fusius habes suprà *Part. I. in Singularibus ex Bellamer. decis. 621. incip. Processus factus. in §. In alia tamen positione.*

DECLARATVR quartò à Rota *coràm Cardin. Caualerio decis. 548. nu. 1. incip. Placuit decisio.* Quod habeat locum in appellatione friuolâ ab interlocutoria, vel in eo, qui dixerat, nolle amplius comparere in causa, vel in eo, qui fuit citatus ad totam causam, & non comparuit. *Grauant. ad Vestr. lib. 4. cap. 4. nu. 15.* secus verò, quando sumus in iusta, & legitima appellatione, vt etiam notat *glos. in d. cap. 2. in verb. appellans. Rot. in Recent. part. 2. decis. 129. nu. 2. & 3. incip. Domini dixerunt duas,* vbi *nu. 5.* dicitur, quod dispositio *d. text.* non procedat, quoties Apostoli fuerunt petiti, sed denegati, vel Iudex malitiosè, vel negligenter illos pretermisit concedere, notat *Franc. in d. cap. 2. nu. 3. vers. & idem si iudex.*

¶ *Cap. Eum qui. de dol. & contum. in 6. cessat pendente termino ad redeundum pro Apostolis.*

Conclusio II.

d. Cap Eum qui. 2. de dol. & contum. in 6.

Vide quando procedat dispositio huius cap. suprà *Part. I. ad Bellam. decis. 621. incip. Processus factus.*

¶ *in Beneficio, qui vi se intrudit, seu scienter iniustè occupat, ipso iure priuatur beneficio, quod prius obtinuit.*

Cap. Eum qui. 18. de præbend. in 6.

DECLARATVR à Rota *in Toletana Capellaniæ de Varazas. Lunæ 4. Iunij 1590. coràm Card. Mantica est in eius impress. decis. 118.* vbi *nu. 5.* dicitur *d. cap.*
1 non debere † intelligi de eo tantum, qui vi occupat, vt ipso iure priuetur beneficio, quod prius obtinuit, vt videtur sentire *Cassador. decis. 6. nu. 5. de caus. poss. & propr.* Quia loquitur alternatiuè de eo, qui beneficium vi occupat, seu scienter iniustè in eo se intrudit, & ideò sufficit in alternatiuis alteram partem esse

veram,

veram, & ita ibi Doct. sentire videntur. *Bonifac. de Vital. in Clem. gratiæ. nu. 12. de rescript.*

2 DECLARATVR secundò *d. cap. eum qui.* † habere locum, & loqui de eo, qui scienter, & iniustè in beneficio se intrudit. Intrusus verò dicitur nō solum, qui nullum habet titulum, sed etiam ab eo habet cui non competit ius conferendi, vt notat *Abb. per illum text. in cap. quia diuersitatem. nu. 2. de præbend. cum alijs ibi allegatis in decis. nu. 11.*

3 DECLARATVR tertiò † pœnam *d. cap. eum qui.* non habere locum in eo, qui recipit beneficium incompatibile, credens se habere ius in eo, & nō habet. *Aegid. decis. 563. Put. decis. 346. lib. 2.* & diuersum est in eo qui sciuit, aut ignorare non debuit titulum esse reuocatum, vt fusè habetur *nu. 14 in d. decis.*

Et hanc decis. *in Toletanæ Capellaniæ* SEQVITVR fusè *Rota in Mutinen. Canonicatus. Veneris 13. Iunij 1614. coràm Vbaldo. à num. 2. ad fin. est decis. 560. part. 2. in Recent. incip. Propositio pluries. Et in dicta decis. nu. 8.* dicitur, explicando *Bellamer. decis. 562. incip. Conclusio, quod Clem. gratiæ.* Quod in terminis *d. cap. eum qui,* non potest allegari ignorantia iuris, quæ regulariter non excusat *l. iuris ignorantia in. C. qui admitt.* sed solum posse allegari facti ignorantiam. *gloss. in d. cap. eum qui. in verb. scienter.* & quod ita dicti text. post relatos intelligit *Rota in d. Toletana coràm Card. Mantica.*

DECLARATVR quartò à Rota *in Mutinen. Canonicatus. Veneris 4. Decembris 1609. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 269. in fin. part. 2. in Recent. Cum in d. cap. eum qui.* dicitur possessionem iniustè captam in odium eius, qui eam accepit per bona haberi, suosquè operari effectus. Quod hoc non procedit, quando non agitur de præiudicio eius, qui accepit possessionem, cui potest renunciari, sed de priuilegio Ordinis Clericalis, ne in eius vilipendium, & dedecus cogatur mendicare, quod considerauit *Sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2.* dum fecit talem prouisionem. Clericus autem non potest renunciare ijs, quæ concernunt priuilegium Ordinis Clericalis, iuxta notat *in cap. si diligenti. & cap. significasti. de for. compet. & in cap. contingit. de sent. excommun.*

Et quod dictum est hic de priuilegio Ordinis, idem habes post alios ab eo allegatos *à Seraphin. decis. 997. Fuit dubitatum, an Archidiaconatus. nu. 11. vers. Et hac maxima ratione.*

¶ *Ius alterius impugnans, non potest se in iure illius fundare.*

Cap. Ex ea. 38. de regul. iur. in 6.

Vbi dicitur, quod si quis impugnat ius alterius non potest se in iure illius fundare.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 37. nu. 7. incip. Fuit resolutum gratiam.* Quod quando durat lis super huiusmodi impugnatione, non obstante dicta regula, potest quis se in eo iure fundare, vt in his terminis fuisse resolutum in Rota testatur. *Sarnen. in regul. de annal. quæst. 16. in fin. ex tradita per Abb. in cap. Capitulum. in fin.* quem ibi sequitur *Felin. nu. 9. de rescript.* Et hoc etiam procedit, quando in vno, eodemquè negotio impugnatur, vt declarat *Sarnen. in d. quæst. 16. Roman. consi. 347. num. 7. incip. Quoad articulum.*

¶ *Episcopus potest inconsulto Summo Pontifice alienare bona difficilis recuperationis, & qualiter.*

Cap. Ex parte. 2. extrà de feud.

Vbi dicitur, quod etiam inconsultò Summo Pon-
1 tifice potest Episcopus † alienare bona difficilis recuperationis lege apposita, vt Laicus expensis, & periculo suo eas recuperet non obstante iuramento à Prælato præstito de non infeudando, vel alienādo.

2 † Quod etiam ad infeudationem decimarum extendere videtur. *Bero. in cap. 1. num. 42. de reb. Eccles. non alien.*

DECLARATVR hoc cap. à Rota *in Ferrarien. bonorum. Lunæ 19. Ianuarij 1615. coràm Dunozetto. incip. Cum iam Dominis, est in Recent. decis. 631. p. 2.* vbi *nu. 5.* dicitur dispositionem *d. cap.* non applicari,
3 quando † bona non fuerunt anteà infeudata, vel infeudari solita, tunc enim requiritur beneplacitum Apostolicum, vt per *Abb. in d. cap. 2.* vbi refert ita consuluisse *Io. Andr.*

Quod eo magis procedit, quando in alienatione
4 facta Laico comprehensæ sunt † decimæ, quarum Laici sunt incapaces *cap. causam, quæ. de præscript.* & fusè resolutum *in vna Mediolanen. rescissionis permu-*
5 *tationis 21. Maij 1597. coràm Card. Pamphilio.* † In qua probatur huiusmodi concessionem non posse intelligi de fructibus decimarum, quarum Laici sunt incapaces: cum stante infeudatione Laicus eos non percipiat de manu Episcopi, sed propria auctoritate de manibus colonorum, quod est ius spirituale. *Abb. in cap. literis. nu. 2. de iure iur. cum alijs in d. decis.*
6 *adductis*, † quæ præponderant auctoritati *Bero.* qui dubitatiuè, & non affirmatiuè locutus est, & nihil allegauit.

¶ *Præsentatus à religiosis in eorum Ecclesijs, an ei sit assignanda congrua portio redditaum.*

Cap. Extirpandæ. 30. extrà de præbend.

DECLARATVR à Rota *coràm Achill. decis. 310. num. 4. incip. Decimæ.* Vide, quæ diximus suprà *ad cap. de Monachis. 12. de præbend.*

Cap. Gratia. 7. de rescript. in 6.

Circa beneficia incompatibilia. Vide *in c. de multa. 28. de præbend.*

Cap. Hac constitutione. fin. §. vt autem. de offic. delegat. in 6.

DECLARATVR à Rota. Vide *in cap. statuimus. 1. & hac constitutione. fin. §. vt autem. de offic. iudic. delegat.*

¶ *Excommunicationis quis habens notitiam, per solam famam, si celebrat, debet de rigore deponi, sed secus, si agatur de amissione iuris quæsiti.*

Cap. Illud. 5. de cleric. excomm. ministr.

Quod si habens notitiam excommunicationis per solam famam celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo possit misericorditer dispensari.

DECLARATVR à Rota *coràm Cotta in Leodien. Canonicatus S. Bartholomæi. Lunæ 22. Iunij 1562. Est decis. 7. in eius lib. in manuscript. incip. Conclusum constare.* vbi dicitur, quod illa scientia excommunicationis per famam sufficiebat, vt desisteret à celebratione, cum versetur fauor animæ, & tutius est abstinere, secus quando tractatur de amissione iuris quæsiti, quia tunc non sufficit præsumpta, sed clara requi-

requiritur scientia, *ad Mobed. decis. 160. aliâs 4. de probat.* vbi etiam hæc & alia Part. I. notauimus, præsertim in Tertia sequela in Addit. Idem dicit *Put. decis. 142. in nou. lib. 1. & decis. 6. de probat.* quæ tres Decisiones sunt omnes in eadem causa coràm Rainaldo; vt patet ex lectura.

¶ *Abbatissa electa potest ante confirmationem administrare, sed quod si in Collegio Virginum Canonissarum ad sint quoquè Canonici, qui in votis simul admittuntur, & sit sic casus mixtus, an procedat dispositio. cap. indemnitatibus, 43. §. Si verò, de elect. in 6.*

Cap. Indemnitatibus. 43. §. si verò. de elect. in 6.

Quod Moniales in Abbatissas electæ possunt administrare ante confirmationem.

ROTA *coràm Cotta in Colonien. Abbatissatus S. Quirini. Luna 13. Iunij 1569. incip. An sententia. Est decis. 266. in eius lib. in manuscript.* Dixit, quod stante dispositione *d. cap. indemnitatibus*. Vnus ex Dominis dubitabat, An cum istæ Virgines Canonissæ in eadem Collegio haberent quinq; Canonicos, qui in Votis simul admittebâtur pro electione Abbatissæ dicti Monasterij S. Quirini, & sic videretur esse casus mixtus. An dispositio *d. cap. indemnitatibus* haberet locum in hoc casu mixto. Nihil inuenio resolutum in hoc dubio, sed in dicta causa fuit progressum ad alia dubia.

¶ *Testium examinem absquè partis citatione non valet, fallit in casu naufragij.*

Cap. In nomine Domini. 2. extrà de test. & l. si quando. 6. C. de testib.

Vbi dicitur, quod Testes examinati absquè partis citatione, de cuius præiudicio agitur, non probant.

DECLARANTVR à Rota *coràm bo. me. Card. Mantica decis. 297. num. 2. incip. Conclusum fuit constare.* Quod specialiter in casu naufragij constitutum est, vt in longinguis regionibus, in quibus partes non reperiuntur, intrà annum post naufragium testes possint examinari coràm quocumq; Iudice, absq; partium citatione, ne alioquin probatio pereat, *l. 2. & ibi Bart. nu. 1. & 2, & Alex. in addit. & Ioan. de Plat. num. 1. de naufrag. lib. 11. cum alys copiosè in dicta decis. allegat.*

¶ *Conuictus de simonia quando deponatur.*

Cap. Insinuatam. 13. extrà de simon.

DECLARATVR à Rota. Vide suprà *in cap. de hoc autem. 11. de simon.*

¶ *Episcopus an liberè possit visitare suas Ecclesias.*

Cap. Irrefragabili 13. extrà de offic. ordin.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubalo in causa Calaguritana, seu Calciaten. iurisdictionis. Veneris 27. Nouembris 1579. incip. Proposui dubium. est decis. 101. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quæ diximus infrà *ad cap. Romana Ecclesia. 1. de censib. in 6. num. 2.*

¶ *Beneficium habenti, an possit ei aliud conferri.*

Cap. Is cui. 19. extrà de præbend. in 6.

Vbi de pluralitate beneficiorum.

DECLARATVR à Rota *coràm Orano in Firman. Beneficiorum Sanctorum Petri, & Ioan. Euangelistæ. Veneris 26. Nouembris 1582. est decis. 2. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Controuersum fuit.* Quod dispositio *d. cap.* procedit in delegato non autem in Ordinario. *Gemin. ibid. num. 2.* Idem dictum fuit coràm eodem in causa Calaguritana beneficij. *Mercurij 6. Iunij 1582. est decis. 10. in eod. lib. incip. Dua videbantur.* vbi de præsentatione facta ab Ordinario. Nam si aliquis est præsentatus ad beneficium, quod requirat personalem residentiam, & esset incompatibile cum primo, tamen si non est institutus potest dimittere primum beneficium, quod requirit residentiâ, anteâ quam sit assecutus secundum, cum potentia non sit deducta in actum, & in beneficijs litigiosis non curtat incompatibilitas, & quod visum fuit Dominis, applicari resolutionem *in Calaguritana de Sabzana 30. Octobris 1577. coràm Brauo.*

¶ *à Decimarum solutione exempti dicuntur habere priuilegium personale, nec transit in arrendatarios, & de intellectu cap. licet. 11. de decim.*

Cap. Licet. 11. de decim.

DECLARATVR à Rota *coràm Seraphino decis. 827. Fratres. à num. 2. vsq; ad fin.* & nos notauimus *in nostris Obseruat. ex Rota Romana. in verb. Decima. Obseruat. circa Exemptionem à decimis. præsertim §. 9. incip. à Decimarum solutione.*

Vbi habes quod hac priuilegium à solutione decimarum cum sit personale non transit ad arrendatarios, & hoc priuilegium intelligitur de fructibus qui inseruiunt vsui priuilegiatorum cum alijs in hac materia.

¶ *Beneficia vacantia in Curia quocumquè modo vacent, etiam per priuationem, etiam quod priuatus non sit in Curia, solus Papa potest conferre.*

Cap. Licet Ecclesiarum. 2. de præb. in 6.

Quod beneficia vacantia in Curia solus Papa potest conferre.

DECLARATVR communiter à Doct. quod procedat in omni vacatione in Curia, etiamsi non fit per obitum, etiam per priuationem, vt per *Pauin. de offic. capit. sed. vacant. in 7. prælud.* Quod etiam approbatur à *Rota coràm Guidobon. decis. 52. in manuscript. incip. Voluerunt Domini.* vbi etiam

REPROBATVR *Saruens. de impet. benef. per obit. famil. Cardin. quæst. 7. ante fin. num. 7. vers. Et prædicta omnia procedunt.* Qui voluit prædicta habere locum, quando priuatio fieret in Curia, & priuatus esset in Curia.

Quod dictum *Sarnens.* vt dicit Rota non fuit habitum pro verò, quia illi aduersantur ea, quæ habentur per *Doct. in hoc. cap. 2. de præbend. in 6.*

Addit tamen *Guidobon. Compilator Decis.* nam vt ibi dicitur fuit coràm *Vestano die 19. Decembr. 1552. in vna Compostellana Canonicatus, & Præbendæ.* Quod sibi visum fuerat, Pauinum idem sentire, quod Sarn. & quod nihilominus Domini in eo resederunt.

¶ *in Spolio non admittuntur probationes ad impediendam restitutionem, nisi constet notoriè de non iure spoliati, quia tunc spoliatus non restituitur.*

Cap. Licet Episcopus. 28. de præb. in 6.

Quod beneficium vacans per adeptionem secundi, licet

licet possit conferri non vocato possessore, non potest tamen dari possessio eo non vacato.

ROTA *coràm Card. Seraphino decis. 1446. incip. Fuit resolutum promissionem. in fin.* dicit, quod dispositio istius text. non habet locum, quando comparet procurator, qui ad instantiam partis fuerat vti talis citatus.

Ad materiam istius text. est videnda. *Put. decis. 09. aliàs in non. 94. Domino Thomæ. in princip. & in fin.* vbi *nu. 5. vers. tandem post multa.* Rota tenuit, quod execrabilitas non impediebat restitutionem, & quod articuli qui dabantur super execrabilitate tamquam non releuantes non essent admittendi, vt tollatur, & præcludatur via spolijs, cum aliter dicendo pararetur via spoliandi possessores, & statim opponeretur eis, quod essent execrabiles, & via spoliandi est tollēda, vt dicitur in hoc *cap. licet Episcopus.* Et subiungitur ibidem moderatio dictæ decisionis, nisi spoliatus fuisset passus quod spoliator probasset execrabilitatem, quia tunc non esset restituendus, & ipsi esset imputandum, vt ibidem dicitur.

Hanc *Put. decis.* sequitur Rota *coràm Pegna in vna Salamantina Parochialis. Lunæ 16. Octobris 1589. incip. Agebat Don Gaspar. Est decis. 50. in eius lib. 1. in manuscript.* vbi in iudicio spolij fuit denegata admissio ad probandum obiectum, & impediendum restitutionem, post *Verall. decis. 325. num. 5. & seq. part. 1. Mobed. decis. 258.* Et quod in terminis ita fuerat resolutum *in vna Ciuitatis Castelli die 10. Decembris 1556. coràm D. Quiroga.*

Quod tamen est intelligendum, vt ibidem dicitur iuxtà decisionem præfatam *Verall. 325. nu. 2.* quando non constaret notoriè de non iure spoliati, quia tunc non datur restitutio. *Rot. decis. 13. de restit. spoliat. in antiq. & decis. 16. eod. tit. in non.*

¶ *Descendentiæ gradus quando sint probandi, iuxtà dispositionem cap. licet. ex quadam. de testib. vbi agitur in materia matrimoniali.*

Cap. Licet ex quadam. 47. de testib.

1 Vbi † agitur de probatione descendentiæ in materia matrimoniali.
2 Qualiter procedat † dispositio *d. cap.* habes aliqua suprà Part. I. *ad Bubal. decis. 171. quæ est in Colonien. status. in §. Nequè hoc casu. fol. 420. col. 1. Et in eadem Part. I. ad Pegn. decis. 135. lib. 1. est in Placentina Capellaniæ. in §. Neq; hoc casu. fol. 474. col. 2.* vbi *nu. 4.* habes concordantem *decis. coràm Orano.*
Quibus adde *Mantic. decis. 307. Dubitani. qui nu. 3.*
3 *vers. neq; obstat.* † dicit probationem *d. cap. licet ex quadam.* admitti in omnibus causis, in quibus agitur de graui præiudicio; vt in materia successionis, & Iurispatronatus pluries dicitur resolutum, cum alijs
4 multis ibi adductis. † Et in materia Iurispatronatus ad probandam proximitatem fundatoris est decis. *Rotæ coràm Cardin. Marquemontio. 284. Domini censuerunt. nu. 1. part. 1. in Recent.*
Et illa *Decis. coràm Mantica, quæ est in Toletana Partionis, seu Iurispatronatus confirmata fuit coràm Gypsio. Lunæ 26. Iunij 1595. incip. Statutum Eccle-*
5 *siæ. Est decis. 210. in eius lib. 2. in manuscript.* † vbi in specie declaratur *Aret. cons. 37. num. 3.* qui coràm Mantica fuerat pro contraria parte allegatus, sed quod sentit *d. cap.* procedere quotiescumq; tractatur
6 materia grauis præiudicij. † Et addit ibi Rota, quod procedit, etiam quando tractatur de fen' pore antiquam excedente memoriam. *Mascard. de probat. conclus. 40. nu. 9. part. 1. & nu. 13.* concordat opiniones.

¶ *Consuetudo quod pater eligat sepulturam filio minori, de qua in cap. licet pater. de sepult. in 6. cum sit secundum ius, non requirit nisi decem annos.*

Cap. Licet pater. 4. de sepult. in 6.

In quo de duobus fuit dubitatum, videlicet, An verbum, maiores, in eo positum verificetur in patre, & auo: Et an consuetudo decem annorum sit sufficiens in casu dicti cap.

ROTA *coràm Rubeo in vna Cordubem. quartæ funeralium, & iuris sepeliendi. Mercurij 12. Decembris 1561. incip. An verbum. Est decis. 159. in eius lib. in manuscript.* Fecit vim in secunda parte, quod licet Anchar. & Domin. tenuerint requiri spatium quadraginta annorum. Tamen quod Dominis magis placuit opinio *Oldrad. & Franch.* hic; Quia ista consuetudo est approbata à iure *in d. cap. licet.* Vnde sicut in consuetudine præter ius sufficiunt decem anni, ita, & in ista: Et spatium quadraginta annorum requiritur in consuetudine contra ius commune. Ideò cum ista consuetudo sic approbata à iure, quod non videtur esse contraria iuri, & consequenter non requirere spatium quadraginta annorum.

¶ *Beneficiorum permutationes non impediuntur per expectatiuas, nequè per reseruationes etiam Motu proprio.*

Cap. Licet. vnic. de rer. permut. in 6.

Quod beneficiorum permutationes non impediuntur per gratias expectatiuas.

EXTENDITVR à Rota *coràm Cassad. decis. vnic. incip. Fuit post binam disputationem. de rer. permut.* Quod procedat non solū in expectatiuis, sed etiam in reseruatione cum prouisione Motu proprio, & hoc inspecta ratione æquitatis *d. c. vnic.* & ne concessione iuris vtentes fraudentur, maximè cum reseruationes omnes hodie fiant Motu proprio, & expectatiuæ habent etiam verbum, reseruamus, & clausulam, Motus proprij, cum alijs ibi adductis.

Ab hac resolutione dissensit. *Simonett. vt ipsemet dicit decis. 73. incip. In vna Nannetem.* vbi quandam decis. *coràm Cassador.* factam compilauit. Et dicit in fine, quod Doct. in terminis *d. cap. vnic.* tenent contrarium, licet non fuerit obtentum.

¶ *Gratiam expectatiuam habens ad duas collationes, potest capere, & acceptare duo beneficia in vna, & eadem collatione, nisi tempore acceptationis secundi beneficij Ordinarius de eo prouidisset.*

Cap. Mandatum. 38. de rescript.

Quod quando Papa successiuè pro duobus rescribit, cum clausula, si pro alio, secundus nihil facit primo obtinente.

EXTENDITVR præsens cap. à Rota *coràm Cassador. vt per Simonett. decis. 20. in manuscript. incip. Coràm Cassadoro.* ad habētem expectatiuam ad duas collationes, quod posset capere duo beneficia in eadem collatione, prout aliàs etiam fuerat resolutum, Nisi Ordinarius de secundo beneficio prouidisset, Quia verba expectatiuæ de se inferunt ad duo beneficia in eadem diocæsi. Tamen ex benignitate *d. cap.*

mandatum Rota admittebat hanc interpretationem, vt tunc haberet locum, quando Ordinarius non contulit. *vt in d. cap.*

¶ *Papa non recipit Legatum alicuius Principis sine literis sigillatis eiusdem Principis. Legatum tamen de quo in dicto cap. recepit, & verbis eius fidem adhibuit.*

Cap. Nobilissimus. 97. dist.

Quod Papa non recipit Legatum alicuius Principis sine literis sigillatis eiusdem Principis. Legatum tamen de quo in *d. cap.* recepit honorificè, & verbis eius fidem adhibuit.

Hunc textum Rota *decis. 714. aliàs 33. de probat. in antiq. incip. Nota quod non creditur*. intellexit etiam de Cardinalis assertione, quod ei credatur circa iurisdictionem.

SEQUITVR hanc decisionem Rota *in Seguntina admissionis ad Capitulum. Veneris 15. Aprilis 1611. num. 1. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 339. in Recent. par. 2.* vbi quod creditur Cardinali Maiori Pœnitentiario asserenti se confirmasse statutum de speciali mandato Sedis Apostolicæ. *ex d. cap. nobilissimus. & Rota decis. 33. de probat.*

Rota *in Cusentina pratensa confidentiæ. Lunæ 4. Februarij 1591. coràm Orano, est decis. 69. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Cum à fel. record. Sixto Papa V. longè post princip. in vers. quod autem cum scientia, & consensu Papæ,* eumdem textum applicauit assertioni Serenißs. Magni Ducis Etruriæ, dicentis pensionem fuisse reseruatam cum scietia, & consensu Papæ, cui tamquàm de re à se in præsentia Principis gesta, credendum dixit. *ex d. cap. nobilissimus.*

EVMDEM textum intellexit. *Put. in suo discursu, siue decis. 2. num. 4. lib. 1.* quod credatur Cardinali aliquod asserenti in præsentia Papæ, etiam in præiudicium tertij, vt ibidem dicitur ex eius notis ad *d. cap. nobilissimus*, & notauimus Part. I. ad Put. hic. vbi plures concordantes adduximus.

¶ *Attentata post, & contrà appellationem à grauamine non reuocantur, nisi prius constiterit de grauamine. Quod limitatur, nisi appellans se illud obtulerit probandum.*

Et habes duos casus in quibus attentatur ante inhibitionem.

Cap. Non solù. 7. §. illa verò. de appell. in 6.

1 † Quod gesta per iudicem à quo, post appellationem ab interlocutoria, non reuocantur, sed permanent in eodem statu, donec sit cognitum de meritis causæ appellationis, videlicet, quod probatum sit, quod causa inserta in appellatione sit vera.

LIMITATVR dispositio istius text. *à Rota decis. 44. Licet in causa. de appellat. in nou. nu. 3.* quam postea sequuta est Rota, *vt per Accoramb. decis. 32. incip. Episcopus Lucanus. part. 2.*

2 Quod † si fuit oblata probatio grauaminis, & per iudicem reiecta, eo ipso dicitur appellatio iustificata à mera interlocutoria, vt ante omnia debeant reuocari attentata etiam absq; vlla inhibitione.

In qua decisione Accoramb. habentur duo etiam casus in quibus attentatur ante inhibitionem.

3 Primus est, † etiam quando sumus in interlocutoria, si causa fuit commissa per Papam in Rota, etiam ante inhibitionis præsentationem, quia tunc attentata veniunt reuocanda, vt etiam notatur *à Rota dicta decis. 44. de appell. in nou. in fin.*

4 Secundus est, † post legitimam appellationem interpositam, quia tunc etiam absq; alia inhibitione omnia attentata sunt nulla, vt etiam voluit *Rota decis. 20. Si post inhibitionem. de appellat. in nou.*

DECLARATVR tamen à Rota *in dicta decis. Accorambon. & dicta decis. 44. de appellat. in nou.*

5 † Quod non dicitur attentare post appellationem, qui ius suum prosequitur; Et quod propterea fuit dictum *in d. decis. coràm Accorambon. quæ erat in vna Lucana Charitatiui subsidij,* quod Episcopus Lucanus, qui pro charitatiuo subsidio agebat contrà quandam Confraternitatem, debebat permanere in possessione suæ iurisdictionis: Quia prætendentes se esse exemptos probare debebant exemptionem.

¶ *Beneficia vacantia qualiter ab Ordinarijs conferenda. iuxtà cap. nulla. 2. de conceß. præbend.*

Cap. Nulla. 2. de conceſs. præbend.

DECLARATVR à Rota *coràm Orano in Calceaten. dimidiæ portionis. Veneris 13. Decembris 1582. incip. Fuerat Apostolicè. Est decis. 5. in eius lib. 1. in manuscrip.* Quod adhoc vt intret dispositio *d. c. nulla.* non sufficit, quod Ordinarius intrà sex menses conferre negligat, sed est expectandus lapsus eiusdem termini superioribus gradatim à iure concessi, & non statim ad Sedem Apostolicam recurrere. *Abb. in cap. cum nostris. nu. 2. de conceß. præbend. Imol. in Clem. si de beneficio. de præb.* Quorum posteà negligentia non potest argui, nisi probetur scientia. *Innoc. in dicto cap. 2. cap. quia diuersitatem. c. licet. de supplend. neglig. prælat. Henric. Boich. in d. cap. 2. nu. 21.* cuius probatio incumbit alleganti. *Milis in verb. Patronus. num. 15. Bart. in l. genero. num. 4. de his qui not. infam.*

Et hoc de scientia fuit etiam dictum *coràm Gypsio in vna Sabinen. beneficiorum. Veneris 11. Maij 1584. incip. Duo fuerant. Est decis. 247. in eius lib. 1. in manuscript.* quod tempus sex mensium datum collatoribus ad conferendum non currit, nisi à die scientiæ. *cap. licet. de supplend. neglig. prælat.* si exaduerso allegetur ignorantia Ordinarij, quod debet apparere de probabili ignorantia Ordinarij, quæ suffragari possit prouiso à Papa, vel alio superiori, *vt per Ioan. Andr. in cap. ex parte. de conceß. præb. Abb. in cap. diuersitatem. num. 7. eod. tit.*

Hoc idem habes *in nostris Obseruat. in verb. Lex. ad dictum cap. nulla.* Quæ cum non sint hactenus impressæ, ideò voluimus repetere hoc loco.

¶ *Cap. Nuper. de decim. quod rarò aut vix derogari solet.*

Conclusio I.

Cap. Nuper. de decim.

Rarò, aut vix derogari solet, & communicationes, seu adæquationes priuilegiorum non extenduntur ad ea, quæ non solent concedi, vel cum maxima difficultate conceduntur. *Rota in Dertusen. Decimarum. Lunæ 3. Martij 1608. nu. 5. coràm Card. Marquemontio. est decis. 214. nu. 5. part. 2. in Recent.* vbi similes decisiones allegantur *in Valentina 28. Nouemb. 1603. coràm Card. Lancellotto. in Toletana 16. Nouembris 1605. coràm Iusto. & in Mediolanen. 10. Aprilis 1606. coràm Coccino.*

d. Cap. Nuper. de decim. sufficienter derogatur per clausulam. Non obstantibus constitutionibus, nec requi-

requiritur specialis derogatio. *Rota in Pampilonen. decimarum de Olite 1. Iulij 1577. coràm Card. Lancellotto.* vbi quod ita aliàs in terminis *d. cap. nuper.* Rota resoluit *coràm Robusterio in Vlixbonen. decimarum de Bellem. Luna 24. Nouembris 1572. & Veneris 5. Nouembris 1574.*

¶ *Cap. Nuper. de decim. quando censeatur derogatum.*

Conclusio II.

Cap. Nuper. de decim.

Non obstat Monialibus Ordinis S. Claræ, quibus per Summos Pōtifices fuit concessa exemptio à decimis, stante confirmatione Gregorij XIII. per quam confirmantur omnes concessiones, exemptiones, & declarationes ad fauorem istius Ordinis æditæ, cum clausula derogatoria cōstitutionum, etiam in vltimo generali Concilio Lateranensi, alijsquè Concilijs æditis. Nam stante quod expresè derogatum fuit alicui Concilio, sufficit pro legitima derogatione aliorum Conciliorum, quod subiecta fuerit clausula generalis, de alijs Concilijs *Dec. cons. 341. num. 10.* sequitur *Prob. ad Monach. in cap. eum in tua. num. 23. de consuetud. in 6. & post Iacobat. tradit Couarr. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 9. anie num. 7.* Idq; eo magis stante clausula, Quorum tenores, *iuxtà cons. Butr. 2. Cassad. decis. 10. super Regul. Aym. cons. 117. num. 7.* Licet enim nullus sit eius effectus, quando non fuit facta aliqua mentio eius dispositionis, cuius tenor habendus est pro expresso. *Dec. cons. 142. nu. 7.* cum adductis per *Gabr. de clauf. conclus. 1. nu. 17.* Tamen secus quando adiecta fuit dispositioni facienti generalem Conciliorum mentionem, tunc enim operatur indiuiduam expressionem. Hinc videmus, quod indultis Cardinalium non intelligitur derogatum, nisi derogationi specifica accedat nominis, cognominis, & tituli expressio, & tamen si clausula, Latissimè extendeñ, & clausula, Quorum tenores, sint gratiæ appositæ, iudicatur sufficienter illis derogatum. *Chisanens. decis. 69.* Accedit clausula, Etiam si talia forent, quæ specialem mentionem requirerent, quæ tantæ est virtutis, vt per eam censeatur derogatum dispositioni requirenti specialem mentionem: Et habent clausulam derogatoriam ad futura. *Bald. & Angel. in l. omnes. C. de præscript. 30. annor. Alex. consil. 155. nu 12. lib. 6. Soccin. cons. 3. & seq. vel. 3. Curt. Iun. cons. 110. num. 32. Paris. cons. 1. num. 92. lib. 2. Ias. cons. 8. nu. 3. lib. 3. Gozad. cons. 6. num. 54. & cons. 92. nu. 9.* Et clausula, Pro expressis habentes, quæ etiam vim specialis derogationis habet. *Tiraq. ad ll. connub. glos. 7. nu. 202.*

Quæ clausulæ tantò efficacius operari debent, quantò sępius in diuersis Pontificum Priuilegijs prædicto Ordini concessis sunt repetitæ. *argum. l. balista. ad Trebell. Alex. cons. 216. nu. 25. lib. 2. Grammat. consil. 100. nu. 40. Paris. cons. 3. num. 91. lib. 4.* præsertim cum concessio fuerit facta intuitu paupertatis, ad tradita per *Rebuff. de decim. q. 5. nu. 8. Rota in Conchen. exemptionis decimarum. Veneris 17. Martij 1589. coràm Orano.* Quæ decisio fuit posteà confirmata *sub die Mercurij 10. Maij 1589. coràm eod.* vbi etiam fuit dictum Priuilegium Gregorij XIII. non fuisse subreptitium, sub prætextu quod in eo non fuit expressum priuilegia, quæ confirmat fuisse nulla, ex eo quod non habet expressam derogationem *d. c. nuper.* Quia fuit dictum quòd Papa Gregorius in suo priuilegio habuit illa pro expressis cum clausula, Quorum tenores, *iuxtà d. cons. Butr. 2.* Præterea non modo illa confirmauit, sed innouauit, in tantum quod si fuerunt nulla per confirmationem fuerunt reddita valida. *Boss. in tit. de Principe. num. 356.* & hoc cum clausula, ex certa scientia, ad tradita per *Dec. in c. 1. nu. 46. de confirmat. vtil. vel inutil.* adiecta clausula, Supplentes omnes defectus iuris, de qua per *Ant. Abbat. & alios in cap. 1. de transact. Alex. cons. 79. num. 8. & ibi addit. lib. 1.*

¶ *Cap. Nuper. de decim. quando nō censeatur derogatum.*

Conclusio III.

Cap. Nuper. de decim.

Non censetur eius primæ parti derogatum per Priuilegium Pij V. concessum Monasterio S. Dominici Orioleñ, quia cùm dictæ constitutio sit Conciliaris Concilij Lateranensis, vt in infrascripta decisione Orioleñ decimarum, & etiam aliàs fuit dictum *in vna Vlixbonen. decimarum de Bellem. Veneris 5. Nouembris 1574. coràm Robusterio.* & in dicto priuilegio de illa nulla fuerit facta mentio, non potest dici dictæ primæ parti cōstitutionis derogatum, quia cum constitutio censeatur habere clausulam, derogatoriā ad sequētes dispositiones, requirit specificam derogationē, adeò quod aliter datur defectus voluntatis in concedente. *cap. ex parte. de Capell. Monach. Fel. in c. nonnulli. post Archid. de rescript. Iacobat. de Concil. lib. 5. art. 18.* Non obstat quod verba priuilegij eximant à decimis quibuscumq; pijs locis, etiam ex Concilij generalis dispositione debitis. Quia hæc exemptio respicit secundam partem constitutionis, in qua ordinatur, quod prædia acquirenda dentur alijs excolenda, vt decimæ alijs debitæ solui possint, non autem primam continentem prohibitionem emptionis, quia generalis dispositio non extenditur ad ea, quæ in specie prohibentur. *l. quamquàm. de rit. nupt. Bart. in l. si quis sub conditione. in fin. de condit. Instit. cum similib. per Aym. cons. 200. num. 6.* tum etiam, quia cum priuilegium sit contrà ius commune, & ex quo aliàs præiudicium tertiò inferretur debet ita interpretari, vt minus quàm potest operetur, adeò quod vbi potest tollere ius respectu vnius, tunc tantum ad id restringitur. *Roman. cons. 180. nu. 8. & ibi bona additio.* Quod procedit non obstante, quod in priuilegio adsint verba, vel aliorum Christi fidelium largitionibus, vel alio titulo, Quia ille titulus debet intelligi de alio simili titulo licito, non autem emptionis qui expresè est prohibitus, quod aliàs fuit etiam resolutum *in vna Cæsaraugustana decimarum 25. Octobris 1566. coràm Gropperio.* Nec obstat clausula, Sublata, quia illa non operatur in his, quæ non sunt comprehensa in Priuilegio, cum sit clausula accessoria non ampliat id, quod principaliter est dispositum. *Paris. cons. 11. num. 134. lib. 1.* Et cessante causa necessaria emptionis pro fundatione Monasterij, & illius manutentione, priuilegium Monasterio non suffragatur. *Rota in Oriolen. decimarum. Mercurij 21. Maij 1586. coràm Orano.* Quæ decisio fuit posteà confirmata *sub die Luna 9. Iunij 1586. coràm eodem.* vbi quod requirebatur in Priuilegio concesso Collegio S. Dominici Orioleñ expressa cōcessio, per quam Collegium posset emere prædia, & quod pro prædijs

emendis non teneretur ad solutionem decimarum. Nec obstat clausula derogatoria Conciliorum generalium, quia per eam tollitur tantum id quod obstat priuilegio, quia talis clausula non ampliat praecedentem dispositionem, sed intelligitur posita ad limites praecedentis dispositionis. *Felin. in c. nonnulli. de rescript. Dec. cons. 10. nu. 8. & cons. 195. nu. 3. vers. tertiò cuius clausula. Paris. cons. 1. num. 95. & cons. 11. nu. 134. lib. 1.* Non obstat clausula, Latissimè extendeñ, posita in derogationibus, quia illa clausula tantum importat, vt censeatur derogatum quibuscumq; in contrarium dispositionibus cum clausulis fortissimis, & derogatorijs sequentium dispositionum. Derogatio Concilij Lateranensis intelligitur de secunda parte. Communicatio verò facta Collegio omnium priuilegiorum prius concessorum Ordini Prędicatorum inter quae conceditur licentia emendi bona, & quod ex emptis non soluatur decima, non obstat. Quia priuilegium concessum Ordini loquitur de acquisitis iustis de causis, & sic secundum iuris dispositionem, & loquitur de emptis, & acquisitis in praeteritum. Vltrà quod ante tempus emptionis fuit à Gregorij XIII. dictum priuilegium reuocatum, & reductum ad terminos iuris communis.

Eadem decisio fuit confirmata *sub die Lunae 16. Iunij 1586. coràm eodem Orano,* etiam quoad priuilegia Bonifacij IX. Leonis X. & Clementis VII. Ordini Praedicatorum concessa, & per Pium V. dicto Collegio cōmunicatis. Quia Priuilegium Bonifacij, in eo nihil dicitur penitus quoad exemptionem decimarum, sed tantum facultatem concedit conuentibus dicti Ordinis permutandi, aut alienandi bona, quae habent, & ex eorum pretio alia magis vtilia, vel magis necessaria comparandi, non autē, quod emere valeant bona ex quibus alijs decimae persoluuntur. Similiter Bulla Leonis X. non facit ad casum, nam eximit bona legitimè ad Conuentus pertinentia à solutione decimarum, quod de acquisitis, & possessis secundum iuris dispositionem intelligitur, ad tradita *in l. si quando. C. de inoffic. testam. Felin. in cap. 1. nu. 9. versic. Declara duobus modis. de rescript. Curt. Iun. cons. 178. nu. 19.* Minus releuat Clementis VII. concessio, si quidem continet meram licentiam communtandi, aut quocumquè alio titulo alienandi bona, quae obtinent in emptionem, aut reparationem, vel etiam augmentum aliorum bonorum per eos possessorum, aut extinctionem debitorum per eos contractorum. Et licet Collegio fuerint communicata priuilegia Ordini concessa, fuit data Collegio facultas vtendi priuilegijs dicti Ordini concessis, & sic fuit facta communicatio per modum causae essendi, iuxtà doctrinam *Soccin. in l. 1. nu. 2. de legat. 1.* Et ex quo fuerunt reuocata per Gregorij XIII. dicta priuilegia communicata. *Aym. in repet. l. 1. nu. 113. & sequent. de legat. 1. vbi Curt. Iun. nu. 16. vers. tertiu conclusio. & Soccin. Iun. nu. 101. Dec. cons. 63. num. 6.* sequitur quod communicatio remaneat sine effectu, & quod priuilegium speciale Collegio concessum ea in parte non possit attendi.

¶ *Dispositio cap. oblatae. de appellat. non habet locum in Curia, nec in partibus.*

Cap. Oblatae. 57. extrà de appellat.

De non praeueniendo partem appellantem in impetratione rescripti per partem appellatam.

DECLARATVR à Rota *decis. 104. in nou. aliàs 16. de appellat. incip. Cap. oblata.* Quod dictum cap. non habeat locum in Curia, immo nec in partibus. *Rot. coràm Seraphino decis. 455. incip. Dubitaui de validitate. num. 6. & 7.*

Vide, quae diximus suprà *Part. I. ad d. decis. 104. aliàs 16. de appellat. fol. 581. col. 2. in med.*

¶ *Clericus, si satisfacere non possit creditoribus, non excommunicatur, nec aliter molestatur, praestare tamen debet cautionem de soluendo cum venerit ad pinguiorem fortunam.*

Cap. Odoardus. 3. de solut.

1 † Ad hoc cap. Clericus admissus debet ei pro congrua substentatione relinqui, quae non potest ei denegari, ne cogatur mendicare in opprobrium Ordinis Clericalis. *argum. text. in cap. 2. de fideiuss. Collectan. in d. cap. Odoardus. sub num. 4. vers. Ego tamen.* vbi plura allegat *Apostill. in litera D. Boer. decis. 226. propè fin. vers. tamen hodie. part. 2. Dec. in cap. Episcopus. nu. 3. in fin. de praeb. Benincas. in tract. de paupert. quaest. 8. in 4. Speciali in contractibus. nu. 15. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 1. nu. 9. vers. qua in re. Surd. de aliment. quaest. 78. nu. 21. vers. tamen dimitti.* Et hanc esse veriorem opinionem, & praxim dicit *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. casu 183. nu. 30. Et Farinac. de carcerib. quaest. 27. nu. 68. in fin.*

ROTA his omnibus relatis se subscribit dicendo,
2 quod quotidie † in Curia seruatur, quod Clerici admittantur ad beneficium *d. cap. Odoardus*, cum retentione pro congrua eorum substentatione. *Rota in Bononien. census. Veneris 13. Februarij 1615. nu. 2. coràm Buratto. est decis. 645. incip. Resolutum fuit haeredibus. in Recent. part. 2.*

3 ET sicut † debitor cessionis beneficio gaudere volens debitum confiteri debet. *iuxtà l. penult. ff. de cess. bon. & Bald. in l. 1. in secunda oppositione. C. eod. tit. Ias. in §. fin. Instit. de action.*

4 ITA † pariter à volente admitti ad beneficium huius *cap. Odourdus.* debitum est agnoscendum, *vt per Doct. ibi.* Et tenuit Rota *coràm Accorambon.*
5 *decis. 6. lib. 2. incip. Debitor cessionis.* vbi quod idem fuit resolutum in eo qui vult vti dispositione *c. peruenit. de fideiuss.* Et quod propterea non erat admittendus ille, qui non solum debitum non agnouerat, sed causam nullitatis committendam curauerat.

REQVIRITVR vlterius, vt quis possit admitti
6 ad beneficium † *d. cap. Odoardus*, quod vltrà debiti confessionem, constet de paupertate, & quod caueat de soluendo, si deuenerit ad pinguiorem fortunam, necnon quod non sit excommunicatus, *vt per Card. Caualerium decis. 514. Resolutum fuit Iacobum.* Item quod nō sit dolosus. *Caputaq. decis. 278. Dolosus. p. 1.*

An autem post tres sententias sit quis admittendus ad *d. cap. Odoardus, siue ad cap. peruenit.* vide *Put. decis. siue discurs. 54. Fuit dubitatum. lib. 1.*

¶ *Quibus Clericis competat hoc priuilegiū c. Odoardus.*

d. Cap. Odoardus. 3. de solut.

7 Quibus Clericis † competat hoc priuilegium ex *d. c. Odourdus. Gratian. discept. forens. c. 222. nu. 38. 39. & 40.* Quod non ratione pensionis *d. num. 50. & sequent. Ad d. cap. idem Gratian. cap. 799. Eius rei. nu. 8. & 9. Riccius in suis Collectaneis. collectan. 22. incip. Fuit primò quaesitum.* Idem in sua Praxi fori Ecclesiast.

Ecclesiast. *in Praxi cap. Odoardus. à decis. 281. vsquè ad decis. 296. Genuens. in Praxi Archiepisc. cap. 3. per totum. Menoch. de arbitr. casu 183. incip. Cum de bonorum. in fin. Marchesande commiss. part. 3. cap. 1. in commiss. admission. ad bonorum cessionem, & ad cap. Odoardus. fol. 310. tom. 3.*

Ad d. cap. decis. Rot. 22. de restit. spoliat. in antiq. Caputaquen. decis. 278. part. 1. Put. decis. 54. lib. 1. in modern. impress. quæ est decis. 56. in antiq. impress. incip. Fuit dubitatum in vna Arboren.

¶ *Cap. Pastoralis. de priuileg. quando procedat.*

Cap. Pastoralis. 19. de priuileg.

Quod procedat in concessione Ecclesiæ, quæ non mutat statum illius, & sic cōseruatur in statu pristino.

☞ Vide suprà *Part. 3. in §. 10. Andr. in cap. tua nobis. nu. 3. vers. nec putat. de verb. signif. nu. 8.*

¶ *Aedificia non licet extollere, neque in eis facere fenestras prospectiuas ad Monasteria Monialium, quæ sunt priuilegiata, secus quoad alias personas, seclusa emulatione.*

Cap. Periculoso. 1. de stat. Regular. in 6.

1 † Vbi post princip. dicitur, † quod Moniales, vt liberius Deo seruire valeant à publicis, & mundanis conspectibus debent esse separatæ.

AMPLIAVIT huius cap. dispositionem *Rota corām Buratto in Romana altius non tollend. siue Romana Tramontanæ. Lunæ 30. Maij 1622. incip. Proposito. Et habetur suprà Part. I. ad Pirouan. fol. 515. vbi † ante fin. in vers. Quo verò ad prospectum.* dicitur, quod sicut non licet eleuare ædificium, seu aperire fenestras respicientes in Monasteria Monialiū, etiam citrà æmulationem, vt fusè per *Bero. consil. 135. In causa Monialium. num. 9. 10. & seq. Padill. in l. altius. nu. 9. de seruit. & aq.* qui dicit esse communem, cum relatis per *Mar. Mut. Decis. Sicil. 8. nu. 6.* vbi quod est verissimum, & satis clarum. *& in consuetud. Panorm. cap. 29. nu. 31. & 32.* Ita nec etiam licet facere fenestras prospectiuas respicientes ad Seminarium ex præscripto Sacr. Concil. Trid. erectum, & ordinatum pro communi bono Reipublicæ Christianæ ad instituendam, & dirigendam vitam, & mores adolescentium, & præsertim in Ecclesiasticis disciplinis.

RECESSIT posteà Rota ab ista ampliatione *corām Pi[illegible]uano in hac eadem causa Romana Tramonta[illegible] [illegible]ercurij 7. Iunij 1623. incip. Recessum fuit. Q[illegible] Decis.* etiam habes vbi suprà *Part. I. post decis. Buratti fol. 518. col. 2.* † vbi defenditur libertas ædificare volentium, vt extollere possint vsq; ad cælum, seclusa tamen æmulatione, quam allegans debet probare. Et licet ex *d. cap. 1. de stat. Regul. in 6.* limitetur quoad Monasteria Monialiū, in quo omnes conueniunt præter *Cepoll. in tractat. de seruit. cap. 62. de fenestra. num. 3. vers. tertiò fallit. quem Bero. d. cons. 135. num. 10. lib. 3.* reprehendit, ex eo quod non viderit dictum *text. in cap. 1.* quoad alios verò Religiosos, & mulieres seculares regulam *d. l. altius,* tuentur, & confirmant *Bald. in d. l. & Padill. nu. 19. Et in d. decis. in §. neq; argumentum.* tollitur pænitas inter Moniales, quæ debent esse separatæ à publicis, & mundanis aspectibus, & alios iuuenes masculos qui quotidie vagentur per Vrbem.

¶ *Episcopus an liberè possit visitare suas Ecclesias.*

Cap. Perniciosam. 1. extrà de offic. ordin.

DECLARATVR à Rota *corām Bubalo in causa Calaguritana, seu Calciāten. iurisdictionis. Veneris 27. Nouembris 1579. incip. Proposui dubium. est decis. 101. in eius lib. in manuscript.*

☞ Vide, quæ diximus infrà *ad cap. Romana Ecclesia. 1. de censib. in 6. num. 2.*

¶ *Debitum cōfiteri tenetur, qui vult admitti ad beneficium cap. peruenit. de fideiuss.*

Cap. Peruenit. 2. de fideiuss.

Qui vult admitti ad beneficium huius cap. debet confiteri debitum, sicut etiam vi *cap. Odoardus. de solut.* & volens gaudere beneficio cessionis, vide suprà *ad cap. Odordus. de solut.*

¶ *Monasterio non est prohibita cura animarum.*

Cap. Placuit. 16. quæst. 1.

Vbi dicitur Monachum non debere pænitentiam tribuere, nec mortuos sepelire, procedit in Monachis particularibus, & quando Monasterium non habet populos, *vt notat ibi glos. in verb. placuit.* cum de iure non sit prohibitum Monasterio habere curam animarum, aut saltem de consuetudine à iure approbata, *vt in c. 1. de Capell. Monach. Clem. ne in agro. §. cæterum. de stat. Monach. Abb. in d. cap. 1. nu. 1. & 6. de Capell. Monach.* & ita dixit Rota *in Vlixbonen. iuris conferendi. Mercurij 13. Iunij 1607. in fin. corām Cardin. Lancellotto. est decis. 204. in Recent. part. 2.* vbi etiam dicitur, in dubio procedere quod dicitur Monachis esse interdictam curam animarum, secus quando constat de contrario, vt aliàs respondit Rota *in vna Vrgellen. Parochialis 13. Nouembris 1603. corām Card. Pamphilio Sen.*

¶ *Episcopus propter populi excrescentiam potest diuidere Ecclesias Parochiales, & ad hoc, quid requiratur.*

Cap. Præcipimus. 16. quæst. 1.

Quod Episcopus propter populi excrescentiam potest diuidere Ecclesias Parochiales.

Concilium tamen *Trid. sess. 21. cap. 4. de reform.* maiorem requirit necessitatem, scilicet, distantiam loci, & difficultatē Parochianorū accedendi ad percipienda sacramēta, prout Sacra Congregatio declarauit, quam sequitur Rota *in Elboren. dismembrationis 17. Nouembris 1600. corām Iusto,* quam decisionem referendo sequitur Rota *in Aquilana nullitatis erectionis. Lunæ 24. Maij 1610. nu. 3. corām Pirouano. est in Recent. decis. 239. part. 1.* vbi pro numerositate populi, & incapacitate Ecclesiæ datur remedium ex Sacra Congregatione Concilij, quod erigantur nouæ Capellæ, sub proprietate Parochialis, *& vide notata in sess. 21. cap. 4. de reform.*

¶ *Homicidium casuale cui imputetur.*

Cap. Presbyterum. 7. extrà de homic. vol.

☞ DECLARATVR à Rota. Vide suprà *Part. I. ad Oranum decis. 357. lib. 2. in manuscript. fol. 380. col. 2. in fin.*

¶ *Probatio dubia non suffragatur, quod procedit etiam in fauorabilibus.*

Cap. Præsentia. 8. extrà de probat. & l. fin. Cum circa. C. si min. se maior. dix.

Vbi dicitur, quod probatio dubia non suffragatur.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis.* 111. *nu.* 8. *incip. Ex pensionibus*. Quod locum habeat, etiam si materia esset fauorabilis. *Soz. Sen. cons.* 8. *nu.* 8. *lib.* 1. *incip. Visis, & diligenter. Dec. consil.* 152. *num.* 2. *lib.* 5.

¶ *Ignorantia præsumitur, non autem, quando est fundamentum agentis.*

Cap. Præsumitur. 47. extrà de regul. iur. in 6.

Vbi dicitur, quod ignorantia præsumitur, si scientia non probetur.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis.* 151. *nu.* 2. *incip. Sub die* 25. Quod non habeat locum, quando ignorantia est fundamentum intentionis agentis, nam tunc est plenè probanda. *Felin. in cap. vigilanti. num.* 1. *versic. qui allegaret. extrà de præscript.* & huiusmodi ignorantia tunc debet esse valdè verisimilis, & valdè iusta, nec sufficit ignorãtia crassa, & affectata, vt dictũ fuit *in causa Romana Deuolutionis Tenimenti* 27. *Iunij* 1576. *coràm Oriolen.* Idem fuit dictum *coràm eodem Caualerio decis.* 176. *num.* 2. *incip. In hac causa. & decis.* 198. *nu.* 4. *incip. Licet in hac causa.*

¶ *in Abbate eligendo est etiam seruanda forma cap. quia propter. de elect.*

Cap. Quia propter. 41. extrà de elect.

Vbi agitur, qualiter sit facienda electio, quando Ecclesia est viduata.

DECLARATVR à Rota *in causa Meten. Monasterij. Lunæ* 5. *Iulij* 1621. *coràm Reuerendiss. Coccino Decano, quæ est impress. penès Tambur. in tractat. de Iur. Abb. tom.* 1. *post disputat.* 5. *quæst.* 25. Quod licet aliqui dicant, quod dispositio *d. cap.* non habeat locum in electione Abbatis, quia hoc est nomen solicitudinis, non tamen est Pater; Attamen contrarium probat *Io. Andr. in d. cap. num.* 59. & subdit, omnes tenere, quod in electione Abbatis seruanda sit forma *dicto cap. quia propter*. prout etiam ita seruari dicit *Bellam. ibidem in princip. nu.* 3. & de communi dicit *Imol. nu.* 3. *Abb. nu.* 7. *in fin. &* 8. *Butr. num.* 20. cum alijs ibi allegat. Et quod forma *d. cap.* habeat locum nedum in electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, qui habent iurisdictionem generalem in dictis Ecclesijs Collegiatis, sed etiam in electione Regularium Prælatorum, *& ita dicit glos.* 1. *in d. cap. vbi Abb. num.* 7. *vers. circa istam partem primam, & nu.* 8. testatur de communi.

¶ *ad Episcopum successorem spectant emolumenta Sedis vacantis non ad Capitulum, & in specie emolumenta sigilli, non obstante consuetudine præterita, futura, nec immemorabili, nisi esset indiuidua in casu, de quo agitur.*

Cap. Quia sæpè. 40. de elect. in 6.

1 Quod † emolumenta, & bona obuenientia tempore vacationis fideliter Episcopis successoribus re-
2 seruari debent. † Et in indiuiduo de emolumentis ratione sigilli venientibus, & futuris Episcopis persoluendis habetur *in Clement. statutum.* 7. *de elect.*

RATIO finalis dictarum Constitutionum, est
3 quæ in ipsis exprimitur, † quia, videlicet, talia emolumenta spectant ad futurum Prælatum, vt aduertit *Rota coràm Decano Pegna in vna Burgen. emolumentorum, & sigilli. Lunæ* 6. *Februarij* 1585. *incip. Capitulum. Est decis.* 9. *in eius lib.* 1. *in manuscript.*

Vbi etiam fuit dictum, quod licet posset assignari alia causa impulsiua dictarum Constitutionum, putà, vt dicit *glos.* 1. *in verb. Quia sæpè. in d. cap. quia sæpè. Imol. in d. Clem. statutum. nu.* 8. *vers. ratio huius declarationis. Alex. cons.* 110. *Adeò grauis. num.* 3. *vers. Se-*
4 *cundò ad idem facit. lib.* 6. † vt celerius fiat electio, nec differatur propter commodum emolumentorum ab electoribus perceptorum.

5 Tamen ista causa impulsiua cessante, † vt cessat in Regnis Hispaniæ propter Iuspatronatus Regum dicti Regni Hispaniarum, non propterea cessat dicta ratio finalis, neque constituti iuris dispositio. *l.* 1. *§. sexum. ff. de postulan. l. vnic. in princ. de caduc. tollend.* & plenè per Canonistas. *Butr. in cap. post translationem. de renunciat. & in cap. cupientes. in princ. super glos. in verb. periculosis. de elect. lib.* 6.

Accedit quod etiamsi essent duæ legis rationes
6 ambæ finales, † vna cessante non cessat dispositio *§. affinitatis. Instit. de nupt. l. liberorum. §.* 1. *ff. de his qui not. infam. Marian. Soccin. cons.* 30. *incip. Inspectis his. num.* 39. *&* 40. *vers. si verò volumus. Curt. Sen. cons.* 1. *nu.* 11. *vers. sed etiam.*

Additur in eadem Decis. quod in dictis constitu-
7 tionibus tollitur † consuetudo præterita, futura, & etiam immemorabilis, nisi hæc specialiter probaretur in casu proposito. *Aym. cons.* 241. *nu.* 20. *vers. ad tertium de consuetudine. Rol. cons.* 53. *nu.* 39. *& seq. lib.* 2. cum alijs ibi fusè adductis.

¶ *Supplicationis porrectio non facit, quando alia possit per eumdem porrigi, & super ea cõsensum præstare.*

Cap. Quidam. 12. de renunc.

Vbi dicitur, quod qui petijt licentiam resignandi, seu cedendi beneficium illa obtenta cogitur cedere.

NON amplectitur à Rota rigor istius decretalis, vt dicit *Put. decis.* 40. *in nou. Fuit resolutum. lib.* 2. *& decis.* 15. *Porrectio, siue per procuratorẽ, & decis.* 17. *Porrectio supplicationis. in tit. de renunc. Et coràm Lancellotto decis.* 155. *inter eius selectas.* prout notauimus supra *Part.* I. *ad d. decis. Put.* 38. *in antiq. & in nou. est* 40. *& ad Lancellott. d. decis.* 155. *quæ est in vna Hispalen. & Oxomen. beneficiorum* 20. *Nouembris* 1570. vbi habes concordantes.

Vbi habes *num.* 15. quod licet iuxtà stylum Rotæ sit licita pænitentia in resignatione ex superius ibi, & hic allegatis. Id tamen non procedit quando constat de enixo, & deliberato dissensu principalis, quando resignatio fuit facta per procuratorem reuocatum.

¶ *Procurator an possit esse minor, & quando.*

Cap. Qui generaliter. §. licet. de procurat. in 6.

Vbi dicitur, quod maior annis 25. ad iudicia, maior 17. ad negotia potest deputari procurator.

DECLARATVR à Rota *coràm Put. decis.* 171. *in nou. lib.* 1. *Quod d. cap. qui generaliter. §. fin.* non pro-

procedit in beneficialibus, vt per *Franc. ita limitantē illum text. in §. fin. Et ad text. in d. §. fin.* dum dicit, *nequibit*, debet intelligi cum effectu, vt per *Aegid. decis. 143. & 181.* Et attenta dicta limitatione *Franch.* quod in beneficialibus minor possit esse procurator, intel'igitur, dato quod fuisset oppositum.

DECLARATVR secundò, quod limitatur secundò *d. §. fin.* in causa momentaneæ possessionis, in qua minor potest esse procurator, vt etiā *per Franch. in d. §. fin.*

Addit etiam *Put.* quod ideò processus factus cum minore non tenet propter periculum restitutionis in integrum, *vt per Bart. in l. minor. ff. de procurat.* sed quando cessat istud periculum, vt erat in casu decisionis, cum procurator obtinuisset sententiam ad sui fauorem, sic processus tenebat, *vt per Angel. & Castrens. in d. l. minor.*

¶ *Cap. Quoniam Abbas. 14. de offic. delegat. procedit etiam in commenda.*

Cap. Quoniam Abbas. 14. de offic. deleg.

Quod loquitur de Abbate.

EXTENDITVR à Rota, *vt per Simon. decis. 55. in manuscript. incip. In vna Pampilonen.* vt habeat locum etiam in Commenda, vbi allegatur *Modern. Papiens. ibi. & Barbat. cons. 2. vol. 2.*

¶ *Sententia sine actis non probat, quod limita si inducantur pro adminiculo.*

Cap. Quoniam contrà. 11. extrà de probat.

Vbi dicitur, quod sententia sine actis non probat.

DECLARATVR à Rota corām *bo. mem. Cardin. Mantica decis. 351. num. 9. Domini censuerunt non esse.* Quod hoc habet locum, quando agitur ad eam canonizandam, secus si sententia inducatur pro adminiculo.

¶ *Cap. Quoniam electione. fin. de elect. in 6. procedit non solum in electione, sed etiam in præsentatione, vt pluries fuit in Rota resolutum.*

Cap. Quoniam electione. fin. de elect. in 6.

Licet *Bellam. decis. 619. incip. cap. fin. de elect. in 6.* dicat procedere solum in electione, & non in institutione, quæ sequitur præsentationem. Tamen contrà eum est communis opinio, nisi obstet consuetudo, quæ stante dicti communi opinione, ab allegante est probanda, vt dicit *Put. decis. 298. in nou. incip. Die 21. Aprilis. lib. 1.*

Idem etiam fuit resolutum corām Gypsio, Cordoba, & Guidobono, vt Part. I. notauimus *ad Bellam. d. decis. 619. in Additionibus.* vbi videre poteris, ne sæpius eadem inculcemus.

Vide etiam, quæ diximus supra *Part. I. ad Oradin. decis. 3. incip. Causa iterum.* vbi quando beneficium dicatur litigiosum, præsertim *nu. 5.* vbi de edicto ex hoc *cap. fin. de elect.*

¶ *Cap. Redintegranda. 3. quæst. 1. quod loquitur de rebus, & personis Ecclesiasticis, habet locum etiam in officijs, & rebus prophanis.*

Cap. Redintegranda. 3. quæst. 1.

Quod disponit de rebus, & personis Ecclesiasticis.

AMPLIATVR à Rota, *vt per Simonett. decis. 62. incip. In causa primò*, vt habeat locum etiam in officijs, & in alijs rebus prophanis, iuxtà doctrinā *Alex. in l. rem quæ nobis. num. 10. vers. sed potest dubitari. ff. de acquir. poss.* vbi quod ita vidit iudicari, licet secus possit dici in puncto iuris.

Plura vide supra *Part. I. ad Seraphino decis. 1360. Fuit mihi per memoriale. Et in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Lex. ad cap. Redintegranda. 3. quæst. 1. per plures §§.*

¶ *Episcopus liberè potest visitare suas Ecclesias, & qualiter hoc intelligatur.*

Cap. Romana Ecclesia. 1. de censib in 6.

1 † Vbi dicitur, quod Episcopus potest liberè visitare suas Ecclesias.

DECLARATVR à Rota *corām Bubalo in causa Calaguritana, & Calciaten. iurisdictionis. Veneris 27. Nouembris 1579. incip. Proposui dubium. est decis. 101. in eius lib. in manuscript.* Quod intelligitur sine contradictione, non obstante appellatione, vt ibi declarat *glos. in verb. liberè.* Hoc tamen non intelligitur excluso Capitulo, prout etiam est intelligendus. *text. in cap. 1. & in cap. irrefragabili. de offic.*

2 *Ordin.* † qui per hoc non excluditur Capitulum, vt bene facit *text. in c. vnic. §. cum verò. ne sed. vacant.*

3 *in 6.* † vbi dicitur solus Episcopus, & postea intelligitur cum consilio, & consensu Capituli, nominatur autem Episcopus, quia est persona dignior, & subintelligitur etiam vnà cū Capitulo, vt bene declarat *Calderin. cons. 22. incip. An si Papa. circa fin. de præb.* & fuit dictum *in vna Calaguritana iurisdictionis corām Card. Lancellotto Sen. Lunæ 22. Iunij, & Veneris 9. Octobris 1579.*

4 An autem in visitatione † Episcopus teneatur adhibere consilium, vel consensum Capituli. *Rota in supradicta Calaguritana corām eodem sub die Lunæ 14. Decembris 1579. incip. Post quam super prima. est decis. 104. in eod. lib.* dixit, quod secundum qualitatem actuum occurrentium in ipsa visitatione Episcopus debet procedere, vel cum consilio, vel cum consensu, ita quod in hoc non potest firmari certa regula, propter diuersitates casuum in visitatione occurrentium.

Vide, quæ diximus supra *Part. I. ad Card. Lancell. Sen. decis. 18. inter eius selectas in manuscript. vbi habes alia remissiuè fol. 340. col. 2. in med.* Et supra *Part. 3. ad Abbat. in cap. cum consuetudinis. 9. de consuetud.*

¶ *primam Tonsuram largo modo, est sacer ordo, & ad eam promotus à non suo Episcopo est inhabilis ad beneficia, nisi sui Episcopi accedat consensus expressus, vel tacitus.*

Cap. Sæpè contingit. 1. de tempor. ordin. in 6.

1 † Quod promotus à non suo Episcopo, nec cum eius licentia sit inhabilis ad beneficia, nisi accedat consensus expressus, vel tacitus sui Episcopi.

2 Qui text. † licet loquatur in Clerico promoto, & non videatur procedere in Laico ad primam tonsuram promoto secundum *Io. Monach. & Archid. ibi.* Tamen,

DECLARATVR à Rota, *vt per Guidobon. decis. 99. incip. Fuit dubitatū.* Quod est magis recepta opinio,

3 opinio, † procedere dictum text. etiam in Laico Clericali caractere insignito; prout tenet ibi *glos. in verb.*
4 *Clericum.* † quia prima tonsura largo modo potest dici sacer ordo; Et quod hanc *Glos. sequuntur ibi Io. Andr. Gemin. & Franc.* Et in specie *Prob. in d. cap. 1. in Addit. ad Io. Monach. à num. 7. vers. his tamen non*
5 *obstantibus.* † dicit, primam tonsuram sic collatam tenere, nec reperiri canonem illam annullantem, licet imponatur pœna conferenti *per text. in cap. fin. de*
6 *tempor. ordin. in 6.* Et subdit, † quod si sic promotum Ordinarius tacitè, vel expressè toleraret, videretur tolerare huiusmodi collationem tonsuræ, sine qua ratificatione dicit sic promotum esse beneficiorum incapacem, vbi ad hoc plura allegat. Et respondet *ad Guidopap. decis. 449.* quæ in contrarium allegabatur. Idem dicit *Gemin. consil. 133.* Et in fine decis. allegatur *Cassan. ad Constit. Burgund. tit. de Iustores. §. 6.*
7 *in Glos. sent. creuz. fol. 72. nu. 13.* qui dicit sic promotum non gaudere priuilegio Clericali.

ANNOTATIO.

Alia, quod prima tonsura sit ordo Ecclesiasticus, & imprimat caracterem indelebilem cumulauimus supra *Part. II. Circa Stylum, & Obseruantias Rotæ. in Obseruat. circa Ordines Ecclesiasticarum.*

¶ *Delegatus faciens actum nullum cōsumit facultatem, nec potest iterare actum, nisi delegatus sit ad vniuersitatem causarum, vel collationis beneficiorum, & hoc casu circa collationem, debet ignorantia esse probabilis, vt excuset.*

Conclusio I.

Cap. Si compromissarius. 37. de elect. in 6.

1 † Quod delegatus faciens actum nullum consumit facultatem, nec potest illum reiterare, *& Bart. in l. 2. §. 1. ff. de opt. legat. nu. 5. & seq. Ias. in l. serui electione. nu. 4. de legat. 1. post Alber. in l. qui per salutem. in fin. ff. de tutor.*

DECLARATVR ista lex post Doct. à Rota *coràm Cotta in Ferrarien. S. Romani. Lunæ 21. Nouembris 1569. incip. An prædicto. Est decis. 272. in eius*
2 *lib. in manuscript.* † vt dispositio *d. l.* non procedat, quando delegatus ad vniuersitatem causarum, seu vniuersitatem beneficiorum conferendorum facit actum nullum, quia tunc potest illum reiterare, nec consumit per illum actum nullum facultatem quam habet vniuersaliter cognoscendi causas, seu beneficia
3 conferendi, non secus, ac si esset Ordinarius, † vt ipse & delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparentur. Et quod hæc est communis limitatio post *glos. in c. qualiter, & quando. el 1. in verb. obseruari. de accusat. Angel. in l. iudex postcaquàm. de re iudic. vbi Alex. nu. 13. Dec. post Felin. in cap. in literis. nu. 19. vers. secundò fallit. de offic. delegat. Ias. in l. à iudice. C. de iudic. col. 2. versic. secundò fallit. Rip. in l. quod iussit. ff. de re iudic.*

CASVS præsentis Decisionis erat, quod Cardinalis Aestensis sub nomine Episcopi Ferrarien. facultatem, & indultum habebat conferendi omnia beneficia affecta, & reseruata, & cum contulisset quoddam beneficium Regulare cuidam Clerico sæculari, opponebatur de extinctione dictæ facultatis *ex d. l. si compromissarius.* Et Rota vt dictum est admisit præfatam limitationem, quia Cardinalis erat delegatus ad vniuersitatem beneficiorum conferendorum *ex doctr. Bart. in l. Legatus. num. 4. de offic. procons. & Legat.* stante facultate conferendi omnia beneficia
4 reseruata, & affecta, † & sic tamquam delegatus ad vniuersitatem beneficiorum *ad Franc. in c. cum causā. nu. 28. de appellat.* licet non omnia, sed tantum re-
5 seruata posset conferre, † sequitur quod non habet facultatem restrictam ad vnum, duo, vel plura, sed ad omnia, & sic vniuersalem *d. l. Legatus. vbi Bart. de offic. pro consul.* Sed licet huiusmodi limitatio vera
6 esset, & communis, † tamen quia de materia collationis beneficiorum agebatur, quorum diuturnam vacationem Canones abhorrent, & negligentia non excusat conferre debentem *ad Aegid. decis. 72. incip. Collatio facta.* Ideò licet in dubio præsupponeretur ignorantia dicti Cardinalis, cum limitatio tenderet ad consumptionem facultatis excludendam. Propterea Rota ordinauit, quod videretur, An dicta ignorãtia esset adeò probabilis, vt excusaret dictum Cardinalem ex eo quod beneficium Regulare contulerat Clerico seculari, vel potius esset improbabilis, ita quod non excusaret, & intraret deuolutio.

Super quo dubio nō reperio quod fuerit quicquam resolutum coràm Cotta, sed in eadem causa fuerunt disputata alia dubia.

Conclusio II.

¶ AD IDEM. *cap. si compromissarius. facit Cardin. Simonett. decis. 5. in manuscript. incip. In vna Balueoregien.* quod executor expectatiuæ postquàm semel prouidit, non potest amplius prouidere, secus in Ordinario, *vt per Innoc. & alios in cap. in literis. de offic. deleg. & per Doct. in hoc cap. si compromissarius.*

¶ *Episcopus an possit liberè visitare suas Ecclesias.*

Cap. vnic. Si ad Episcopum. ne sed. vacant. nihil in nou.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubalo in causa Calaguritana, seu Calciate [illegible] Vener. 27. Nouembris 1579. incip. Proposui [illegible] decis. 101. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quæ diximus *in cap. Romana Ecclesia. 1. de censib. in 5. nu. 3.*

¶ *Clausul. Gratificationis, in prouiso Apostolica non operatur, quod is debeat præferri prouiso ab Ordinario quando iste habet possessionem. Item quando possidens non præfertur non possidenti.*

Cap. Si à Sede. 31. de præbend. in 6.

Quod quando ex duobus prouisis eodem tempore non apparet quis sit prior, præfertur possessor.

EXTENDITVR hoc cap. à Rot. *vt per Cardin. Simonett. decis. 6. in manuscript. incip. In vna causa Leodien.* vbi fuit iudicatum idem etiam stante clausula, gratificationis in prouiso Apostolico, quia nō debeat præferri prouiso ab Ordinario, & possessore. Quod ipsi Simonettæ nimis durum visum fuit, vt dicitur in fine decisionis, quæ cum sit valdè singularis, placuit eam hic ex integro reponere, cuius tenor est.

In vna causa Leodien. Canonicatus coràm Staphilæo, fuit dubitatum, propter clausulas gratificationis, quas habebat Apostolicus, an deberet præferri Ordinario, qui in data, & in omnibus concurrebat cū Apostolico, sed Ordinarius habuerit postea poss-

possessionem. Et dicebatur per aliquos quod ex quo clausula, gratificationis operabatur effectum suum statim, possessor superueniens nihil operabatur. Et tamen maior pars Votorũ fuit, & ita fuit iudicatum, quod per *cap. si à Sede, de præbend. in 6.* debet præferri Ordinarius Apostolico. Quia possessio superueniens operabatur, ac si superuenisset à principio, & retrotrahebatur secundum Doct. *in d. c. si à Sede.* & ita secundum eos fuerat iudicatum in vna Licen. coràm D. Petrasancta. Item Domini moti sunt, quod clausula operatur dato concursu litigantium. Quia Iudex tunc omnibus paribus habet gratificare: Et sic tempore gratificationis faciendæ non erant pares propter possessionem.

Quod satis durum mibi visum est.

DECLARATVR dictum cap. à Rota, *vt per Simonet. decis. 40. in manuscript. incip. Ad intellectum.* Quod procedat cæteris paribus, nam si possidens habeat signaturam per concessum, ei præfertur habens signaturam per fiat. Item habens signaturam Motu proprio, præfertur possidenti non habenti Motu proprio. Et hoc propter Regulam quod signaturæ istæ præferantur alijs, & ita bis fuisse resolutum.

¶ *Cap. si duo. 6. de procurat. in 6. Loquitur de occupatione iudiciali, quæ fit per litis contestationem.*

Cap. Si duo. 6. de procurat. in 6.

DECLARATVR à Rota *in Toletana Decimarum de Capilla. Lunæ 6. Aprilis 1615. coràm Andrea. incip. Fuerat resolutum. Est decis. 680. in Recent. part. 2.* vbi agitur de examine stantibus duobus procuratoribus insolidum substitutis, ex quibus vnus præoccupauerat alium, & fuerat citatus ad videndum iurare testes, sic alius procurator, qui fuerat præoccupatus, & propterea dabatur de nullitate examinis, prout in eadem causa fuerat resolutum *sub die 10. Maij 1604. coràm bo. me. Card. Pamphilio.*

Pro sanatione dicti examinis fuit postea obtenta commissio cũ clausula, Arbitrio Rotæ. Quod examen fuit postea sanatum *sub d. die 6. Aprilis 1615. coràm Andrea.* Et post multa considerata pro validitate dicti examinis. Fuit, vt dicitur, *num. 9.* additum ab vno ex Dominis circa intellectum *d. cap. si duo.* loquit de præoccupatione iudiciali, quæ fit per litis contestationem, qualis non est ista ad examen faciendum, prout in terminis dicitur fuisse responsum *in vna Tuden. Parochialis de Robodera 20. Maij 1611. coràm Card. Sacrato.*

☞ Vide, quæ notauimus *ad Seraph. decis. 1407. Rota in Papien. pecuniaria. Lunæ 12. Noũb. 1601. in Addit.*

¶ *Cap. si electio. de elect. in 6. quod procedit in electione habet etiam locũ in præsentatione ad Iuspatronatus.*

Cap. Si electio. 26. de elect. in 6.

Quod disponit in electione, procedit etiam in præsentatione. Vt notauimus *Part. I. ad Comitul. decis. 80. in Florentina Parochialis. fol. 299. col. 1. Et ad Rot. decis. 8. de Iurepatr. in nou. in Additionibus.*

¶ *Dilatione pendente officium Iudicis conquiescit.*

Cap. Significante. 69. de appellat. & l. Siue pars. 3. C. de dilat.

DECLARANTVR à Rota, *vt per Accorambon. decis. 30. lib. 1.*

☞ *Vide in d. l. siue pars. 3. C. de dilat.*

¶ *Testes recipiuntur, & publicantur, quos reus induxit, citato aduersario, ne probationis copia pereat.*

Cap. Significauit. 41. de testib.

Quando dicatur seruata forma huius cap. Vide aliqua apud Rubeum *in vna Mediolanen. legitimitatis. Lunæ 26. Ianuarij 1562. incip. Stantibus petitione. Est decis. 250. in eius libr. in manuscript.* vbi agitur in causa matrimoniali, quando fuerunt citati, qui debebant citari.

¶ *in Hospitalibus Laicis committi solitis non habet locum. cap. 2. vt lit. pend. in 6.*

Cap. Si ij contrà quos. 2. vt lit. pend. in 6.

DECLARATVR à Rota *in Bononien. Hospitalis. Lunæ 3. Iunij 1559. coràm Rubeo. incip. Posito quod Hospitale.* Non habet in locum in Hospitali quod Laicis committi solet, & sic neq; in titulum, neq; in commendum, sed simpliciter, *cum hoc cap. loquatur* in dignitatibus personalibus, & alijs beneficijs quale non est tale Hospitale.

¶ *Exemplum instrumenti solemniter extractum habetur pro originali, & qualiter hoc intelligatur.*

Cap. fin. si instrumẽta extrà de fid. instrum.

Vbi dicitur, quod scriptura cum solẽnitatibus ibi positis ab originali exẽplata, habetur pro originali.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 432. nu. 3. incip. Domini resoluerunt instrumentum.* Quod hoc est verum, quantum ad hoc, vt illi fides indubitata habeatur, non autem, vt ex ea exemplum possit extrahi, quod probet, *vt per Paul. de Castr. in l. Sancimus. 3. C. de diuers. rescript. Dec. in Auth. si quis in aliquo, num. 3. C. de eden.*

¶ *Si primo sub conditione prouideri mandatur, & secundus purè impetrans, ante conditionis euentum, à Papa, vel suo executore Canonicatum obtineat, præfertur primo in assecutione præbendæ.*

Cap. Si pro te. 13. de rescript. in 6.

Vbi dicitur, quod si Papa mandat alicui prouideri sub conditione, & postea alius purè impetrans Canonicatum obtineat ante conditionis euentum quod iste secũdus præfertur primo in assecutione præbẽdę.

DVBITATVM fuit in Rota, *vt per Achill. decis. 279. alias 16. de præbend. incip. Gratia si neutri.* vbi *nu. 2.* dicitur fuisse dubitatum, An *d. cap. si pro te.* haberet locum ad certum corpus beneficij. Et ipse *Achill.* dicit, quod sibi placebat opinio *Gemin. consil. 107. incip. Super primo dubio.* Et *num. 18.* dicitur, quod opinio *Gemin.* est contrà mentem Doct. communiter *in d. cap. si pro te.* qui nunquàm allegant istud de certo corpore beneficij.

Et cum dubitaretur *coràm Ant. August. vt per Accorambon. decis. 30. Dubitaui fuit. part. 2.* An dispositio *d. cap. si pro te.* haberet locum, quando vtraq; gratia esset super certo corpore beneficij, *vt per Card. in Clem. 1. nu. 9. de concess. præbend. & Roman. cons. 256. Soccin. cons. 94. num. 22.* Quicquid dixerit *Gemin. d. cons. 107. qui in d. cap. si pro te.* aliter loquitur, vnà cum alijs censentibus, quod *d. cap.* procedat in conditione potestatiua, & malè, quia est conditio merè casualis, cum tota pendeat à potestate tertij. Et casus ibi propositus fuit resolutus iuxtà *Sarnens. de Iur. quæsit. q. 4.* Et fusè in dicta decis. respondetur ad omnes rationes à *Gemin. in d. cons. 107. allatas.*

¶ *Pro-*

¶ *Procurator non censetur reuocatus per comparitionem principalis sine clausula citrà reuocationem, &c. quando actus non est iudicialis.*

Cap. Si quem. 8. de procurat. in 6.

Cum in §. Secus, dicitur, quod dominus simpliciter procuratorem constituens, si ipse posteà causam tractet, censetur illum reuocare, nisi expressè protestetur quod non intendit eum reuocare, vel aliàs ex coniecturis appareat.

DECLARATVR istud cap. à Rota *coràm Gaidobon. decis. 128. in manuscript. incip. Dubitatum fuit coràm me.* vt dominus post constitutũ procuratorem si sine dicta protestatione non reuocandi per clausulam, citrà reuocationem, &c. per se ipsum inducat vnum testem ad iurãdum in manibus Notarij actuarij, non propterea per huiusmodi simplicem, & solũ actum non censeri reuocatum procuratorem, & consequenter posteà gesta à procuratore sustineri, quia talis actus non fuit iudicialis, sed coràm Notario factus. Et considerata verisimilitudine, quam considerat text. *in d. cap. si quem.* dominus per istum actum noluit suum procuratorem reuocare. Et quod videtur approbari ex dictis per *Bart. in l. mutari. in fin. ff. de procurat.*

¶ *Circa Ecclesiarum immunitatem à tributis, gabellis, & alijs oneribus.*

Can. Si tributum. 11. quæst. 1.

Vide infrà hac eadem *Part. 5. ad cap. tributum. 23. quæst. 8.* vbi fusè ista materia immunitatis Ecclesiæ ponitur.

¶ *Conseruatores quam iurisdictionem habeant.*

Cap. Statuimus. 1. & c. hac constitutione. fin. in §. vt autem. de offic. iudic. delegat. in 6.

In quibus dicitur, quod Conseruatores non habent iurisdictionem, nisi pro manifestis iniurijs, & molestijs in eos illatis, quibus dati sunt Conseruatores, nec possunt exercere iudicialem indaginem.

DECLARANTVR ista iura à Rota *in Oscen. iurisdictionis. Vea. 12. Decembris 1614. coràm Vbaldu. incip. Fuit dictum indices. est decis. 616. in Recent. p. 2. nu. 1. & 2.* Quod procedunt in nudis Conseruatoribus, secus autem in ijs, quibus retento eodem Conseruatorum nomine, maior à Papa potestas attributa est, vt quia Iudices à Papa appellantur, vel habeant facultatem in Priuilegio expressam cognoscendi de iniurijs, & alijs causis, etiamsi requirant iudicialem indaginem, ita vt tota vis stet in literis Apostolicis, quarum forma seruanda est *c. cum dilecta. de rescript. Corn. cons. 15. per tot. lib. 3.* Et quod formam huiusmodi Conseruatoriæ satis similem præsenti, de qua hic agebatur, ponit *Prob. ad Monach. in d. cap. 1. nu. 3. de offic. delegat. in 6.*

Et plura considerantur in Decisione, ex quibus apparet quod Conseruatores, de quibus ibi agebatur ampliorem habebant, & iudicialem iurisdictionem, quàm de quibus in dictis iuribus à Bonifacio VIII. promulgatis, quibus fuerat derogatum in literis Apostolicis, cum clausula, contradictores. Et deniquè quod non obstat *Concil. Trid. vt ibi in fin.*

¶ *Decimas antiquas habens ex donatione Laicorum, si superueniant nouales in eodem loco, eas non percipit, nisi adsit rationabilis causa.*

Cap. Statuto. 2. § nec pro eo. fin. de decim. in 6.

Vbi dicitur, quod si ex donatione Laicorum quis habet decimas antiquas, si superueniant nouales in eodem loco, eas percipere non potest, nisi subsit rationabilis causa.

DECLARATVR à Rota *coràm Achill. decis. 309. num. 6. incip. Decimarum concessionem.* Quod dum dicit de rationabili causa, intelligatur non de rationabili causa primæ concessionis decimarum, sed de rationabili causa, quæ percuteret noualia, putà, quia in principio non adessent aliquæ decimæ, nisi noualium, vel quia soluebatur de antiquis, quia erãt syluæ, vel pascua, quæ posteà fuerunt redacta ad culturam, vt latè per *Paris. cons. 73. incip. Licet ius commune. vol. 4.*

¶ *Iuramentum perhorrescentiæ quando annullet processum eo non præstito, & quando non annullet ex defectu iurisdictionis.*

Cap. Statutum. 11. §. cum verò. de rescript. in 6.

1 Vbi dicitur, † quod actor debet de timore ex-
presso in literis commissionis fidem facere ipsi iudici,
saltem per propriũ iuramentũ, quod dicitur perhor-
rescentiæ, aliàs Iudex nullatenus procedat in causa.
DECLARATVR à Rota, *vt per Accorambon.*
decis. 43. incip. Iuramentum perhorrescentiæ. part. 2.
2 † quod dictum *cap. statutum*, debeat tantummodo
intelligi in terminis suis iuxtà illius mentem, vt dicit
Ruin. cons. 100. Visis statutis. nu. 9. vol. 5.
3 Et quod defectus iurisdictionis, † siue iudicis in-
competentia non habeat locum, quando tale iura-
mentum perhorrescentiæ non fuit petitum à parte,
quia si non petatur non irritat processum factum vi-
gore commissionis, in qua pars impetrans offerebat
4 tale iuramentum, † & eo maximè, quia potest quan-
documquè ante executionem præstari, ex quo adhuc
lis durat. Quod maximè dicitur procedere, quando
Signatura non apponit aliquam conditionem, putà
si dicat, præstito dicto iuramẽto, quo casu procedunt
Cassad. decis. 1. de iureiur. Doctrinam. Aegid. decis. 45.
Exceptio. Rot. decis. 61. Nota quod vbi. de rescript. in
antiq. Est decis. 42. Si impetretur. eod. tit. in nou. vbi
5 *Papazzon. in fin.* † dicit aduertẽdum esse in practica,
quod si in commissione non adsunt illa verba, *Prout*
iurare paratus est. tunc D. Regens non apponit in
Signatura illa verba, *Recepto iuramento prædicto.*
6 † Item non irritatur processus quando pars compa-
rens non opposuit de tali iuramento, quia videtur ab
illo recedere *cap. gratum. §. fin. de offic. deleg. Aegid.*
7 *decis. 137. incip. Procurator.* † Maximè quia exceptio
in competentiæ iudicis ob iuramentum omissum, est
dilatoria, quæ si non opponatur ante litis contesta-
tionem, prout requiritur, sed nec ante sententiam,
neque etiam ante decretas executoriales, censetur
consensum in iurisdictionem *cap. quoad consultatio-*
8 *nem. de reindic.* † Et oblatio iuramenti, intelligitur
si à parte petatur, *vt per Ias. in l. vniuersa. de prec.*
Imper. offer. per l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. &
Dec. cons. 298. num. 1.

¶ *Testes*

Testes consanguinei in causa matrimoniali vsquè ad quem gradum admittantur, vel repellantur tàm agnati, quàm cognati, & transuersales.

Cap. Super eo. 22. de testib.

1 Vbi habetur, quod testimonium † matris est suspectum, vbi filia petit aliquem in virum se maiorem. Et quod ad dictum solius matris de impedimento ob consanguinitatem deponentis impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur.

ROTA *coràm Decano Rubeo in vna Mediolanen. legitimitatis* decies proposita circa materiam *d. cap. super eo.* admissionis consanguineorum ad probationem matrimonij aliqua resoluit.

Et primò *sub die Mercurij 3. Aprilis 1560. incip. Stante quod Magnificus. Est decis. 130. in eius lib. in*
2 *manuscript.* fuerunt constitutæ duæ regulæ. † Prima quod consanguinei, præsertim in remotiori gradu admittuntur. Altera quod admittuntur in causa matrimoniali ex dispositione *d. cap. super eo*. etiam quando agitur de eorum commodo incidenter.

Et licet contrà posteriorem regulam afferrentur
3 duæ limitationes. † Prima quod non procedat se-
4 cunda regula, quando resultat dedecus. † Cui replicabatur limitationem non esse vsquequaquè veram, vel quod habet locum viuente fœmina, de cuius ma-
5 trimonio tractatur, secus eà mortua. † Secunda limitatio erat, quod non procedat dicta secunda regula, quando causa est ardua, cum agitur de statu
6 personæ, & de amplissimo patrimonio. † Sed dicebatur quod in contrarium facit quando adest bona qualitas testium, & in hac positione visum fuit Dominis non aliter determinare.

In eadem causa *sub die Veneris 25. Octobris 1560. coràm eodem Rubeo. Est decis. 145. in eius lib. in manuscript. incip. Stante quod Magnificus.* prout etiam præcedens decisio inchoabat. In qua positione fuit restricta materia ad cõsanguinitatem testis, & quod mulier fuerat cognita, & sic ad difficultatem. *cap. videtur. 3. qui matrim. accus. poss. & c. super eo. el 2. de testib. & cap. videtur. 35. quæst. 6.* Et fuit resolutum,
7 † quod *d. cap. super eo*. licet à Doctor. non extendatur ad casum, quando mulier fuit cognita; Tamen quod testimonium consanguinei deponentis pro matrimonio mulieris cognitę ea viuente, & existente in lite est suspectum. Et hoc ex dispositione *d. cap.*
8 *super eo.* & Doct. ab informantibus adductis. † Nec obstare *d. cap. videtur. qui matr. accus. poss.* Quia ille text. verè loquitur, quando tractatur de matrimonio respectu impedimenti consanguinitatis, quia dicti consanguinei melius sciunt gradus, quàm alij.

9 Et ad *cap. videtur. 35. quæst. 6.* † fuit responsum, quod est Palea, vt videtur ibi sentire glosa, Quod tamen non satisfaciebat aliquibus, quia text. præsupponit idem fuisse statutum prioribus legibus. Alij respondebant, quod contentio erat de secunda vxore ducta contrà prohibitionem. Alij verò quod text. habet duas partes, & in prima deciditur illa quæstio, an ducta contrà prohibitionem possit retineri. In secunda verò alia quæstio deciditur, an consanguinei possint esse testes: & quod propterea non poterat fieri fundamentum, quod consanguinei admittantur cognita muliere. Et fuit dictum, quod Domini volebant videre, An idem sit in hoc casu in quo consanguineus est in gradu remoto, & mulier est mortua, & agitur principaliter de illegitimitate.

In eadem causa *sub die Veneris 10. Ianuarij 1561. coràm eodem Rubeo. Est in eius lib. decis. 165. incip. Stante resolutione*. Fuit dubitatum, stante resolutione, quod ad probandum matrimonium subsecuta copula carnali secundum terminos *d. cap. super eo.* repellantur consanguinei vsquè ad quartum gradum de iure ciuili inclusiuè.

An hoc procedat respectu consanguineorum coniunctorum per lineam fœmininam, qui sint de alia domo. Et Domini multa dixerunt in discursu, & inter alia, quod in hac materia possunt duo casus conside-
10 rari. † Primus in genere, An coniuncti per lineam fœmininam, siue per fœminas sint admittendi ad probationem matrimonij, quando mulier coniuncta
11 fuit carnaliter cognita. † Et quod hoc casu posset responderi, quod admittantur quia iura videntur tribuere substentaculum honoris agnatis, & nõ cognatis; Et quia à communiter accidentibus maior videtur affectio inter agnatos quàm inter cognatos: prout etiam causa successionis, & vindicandi principalius videtur pertinere ad agnatos, quàm ad cognatos.

12 Secundus casus est, † diuidendo cognatos in duas partes, vna est vsquè ad quartum gradum de iure ciuili. Altera vltrà quartum gradum. Et hunc casum decidendo.

13 ROTA dixit, † quod in prima parte vsquè ad quartum gradum de iure ciuili cognatos non esse ad-
14 mittendos. Et † hoc ea ratione, quod testimonium eorum sit suspectum, non tàm quod expendant iniuriam, quàm quod expendant ipsam affectionem, quia in prospiciendo arborem agnationis, & cognationis de iure ciuili in cellulis existentibus intrà quartum gradum, reperiuntur cognati, qui communi omnium affectu, mulieri de cuius honore tractatur, afficiuntur, vt est auus, & auia, ab auus, & ab auia, ex genere materno, nepotesq; & neptes, ex cognatis transuersalibus auunculus, & matertera, cæteraq; personæ.
15 † In secunda verò parte vltrà quartum gradum, dixit, eos esse admittendos arbitrio iudicantis. Et differentiam constituit inter agnatos, & cognatos, quia arbitrium Iudicis procliuius debet esse in admittẽdo cognatos, quàm agnatos, quia cognatorum testimonium est minus suspectum, ex dictis suprà in primo
16 casu. † Et vlterius esse aduertendum, quod si in loco esset aliqua consuetudo, quod ea esset spectanda, & quod tunc esset locus opinioni *Io. Andr.* & multorum aliorum.

In eadem causa *coràm eodem Rubeo sub die Lunæ 24. Martij 1561. incip. Stantibus resolutionibus. Est decis. 187. in eius lib. in manuscript.* Fuit dubitatum, stantibus resolutionibus, quod in probando matrimonio subsecuta copula carnali repellantur consanguinei vsquè ad quartum gradum inclusiuè de iure ciuili computandum, etiam quod sint coniuncti per lineam fœmininam. An idem esset dicendum, vbi tractatur de legitimitate ex vero, vel præsumpto ma-
17 trimonio ad effectum fideicommissi. † Et maxima Dominorum pars tenuit, quod testis consanguinei testimonium reddatur suspectum in causa legitimitatis, quando de ea agitur, vt probetur ex matrimo-
18 nio verò, vel præsumpto. † Quia videtur militarte eadem ratio suspitionis fundata in affectione testis desiderantis conseruare honorem mulieris consanguineæ.

19 guineæ. † Et fuit respõsum ad not. *in c. cum dilectus. de elect.* (*videtur esse in glos. in verb. etsi tres. in vers. vnde melius videtur*. vbi dicitur, quod admittitur testimonium testium suspectorum in defectum probationis) quod ibi illud procedebat ex natura negotij, cum difficiles sint probationes, difficultas verò probandi legitimitatem non ex natura ipsius legitimitatis, sed ex accidenti potest procedere.

20 Neque obstare, † quod leuiores probationes admittantur in causa legitimitatis, etiam prouenientis ex matrimonio *Gemin. cons. 27.* quia intelligit illud, vt faciliùs probetur legitimitas, vt putà per publicam vocem, & famam, per tractatum, nominationem, & similia, quæ non ita facilè probarent in causa matrimoniali, sed prædicta debent probari per integros testes, non per suspectos.

Et ita maior pars Dominorum tenuit reclamante
21 minori parte. † Maior tum præfata pars dixit, quod omninò erat videndum in casu ibi proposito, An ex circumstantijs coadiuuantibus testem, sustineretur eius testimonium non obstantibus adductis contrà eum. Et quod hoc fuit dictum non obstante reclamatione minoris partis, dicentis, superfluum esse inquirere de circumstantijs quã lo testes repelluntur, quia fuit responsum, quod hoc omninò videndum erat.

Præsens resolutio fuit posteà confirmata *coràm eodem Rubeo sub die Lunæ 21. Aprilis 1561. Est decis. 190. in eius lib. in manuscript. incip. Stantibus resolutionibus.*

In eadem causa *coràm eodem Rubeo sub die Vener. 20. Decembris 1561. incip. Stante quod testimonium. Est decis. 241. in dicto eius libro.* Fuit dubitatum, stante quod testimonium consanguinei sit suspectum circa probationem matrimonij subsecuta copula carnali secundum terminos *d. cap. super eo. el 2. de testib.* An id procedat in consanguineis cuiuscumq; gradus per lineam transuersalem, vel sit restringen-
22 dum ad certum gradum. † Et in hoc Rota firmauit regulam negatiuam, videlicet, quod vsq; ad quartum gradum inclusiuè de iure ciuili computandum consanguinei non admittantur in ista materia secundum terminos *d. cap. super eo.* Et quod vsquè ad istum gradum omnes Doct. hinc inde allegati concordabant, & cum suprà istum gradum nihil certi de iure
23 statutum reperiatur, † Domini voluerunt rotem eorum arbitrio reseruare, considerando, An adsit consuetudo, quod vlteriores etiam in gradu reuecent ad animum iniuriam factam vni de familia, vel de domo, vel si testis sit affectionatus, vt dicunt, & adhoc allegabatur *Bart. in l. si tutor. ff. de suspect. tutor. Franc. in cap. postremò. nu. 6. de appellat.*

¶ *Ecclesia quando sit immunis à tributis, oneribus, & gabellis, & quando non.*

Can. Tributum. 23. quæst. 8. & can. Si tributum. 11. quæst. 1.

Quando Ecclesia teneatur ad onera.

Rota *in Brundusina Gabellæ 13. Februarij 1604. coràm bo. me. Pegna, est decis. 278. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Communitas, & homines.* Quam passim sequitur Sacra Congregatio super controuersijs iurisdictionalibus à S. D. N. Vrbano VIII. instituta, vt testatur, & sequitur eadem Rota *coràm R. P. D. Merlino in causa Alben. Gabellæ, seu Onerum sub die Ven. 28. Iunij 1630. incip. Iudex Taurinensis.* Habetur in folijs volantibus impressa, *& est decis. 61. in meo libro Decis. Merlini.* Quæstionem hanc ita resoluit.

1 † Quod Ecclesia solummodo teneatur ad onera imposita priusquàm prædia ad Ecclesiam peruenirent, quando copulatiuè hæc omnia concurrunt, quod, scilicet, onera sint vera, realia, ipsis fundis infixa, & imposita sint bonis propter bona, non autem personis propter bona, quod sint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus causis vrgentibus, & illis cessantibus remouenda. Et quod ita docent Canonistæ *in cap. 1. de immunit. Eccles. in 6. vbi præcipuè Gemin. nu. 9. Abb. in cap. fin. num. 12. de vit. & honestat. Cleric. Turrecrem. in d. can. si tributum. 11. quæst. 1. versic. alia verò. Barbat. plenè in cons. 1. per tot. lib. 3. Felin. plenissimè cons. 46. in 4. dub. Niger. in repet. extrauagant. vnic. de vita, & honestate Cleric. num. 247. cum pluribus sequentibus. Comitul. respons. moral. lib. 1. cap. 94. nu. 3.* vbi recenset omnia ista requisita.

2 Et quod in his terminis † loquatur *text. in can. tributum. 23. quæst. 8. ibi, de exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus* (nempè illud quod vtequàm ad Ecclesiam peruenerint prædia) *persoluendum est.*
3 † *Et in can. si tributum. 11. quæst. 1. vt ibi est Turrecr. & per Comitul. d. lib. 1. quæst. 93. nu. 6. Ceuall. commun. contrà commun. quæst. 899. num. 106. Alphons. de Montalu. in for. leg. Castell. lib. 1. l. 2. vers. ad quorum corroborationem. fol. 13. col. 3. & Suarez*
4 *ad Reg. Angl. lib. 4. cap. 21. nu. 13.* † Qui etiam obseruat, ibi, Vrbanum Primum, loqui iuxtà morem sui temporis, quo Imperatores erant Ethnici, & Ecclesia nõdum sibi libertatem vindicauerat ab huiusmodi
5 tributis. † Et hoc casu Ecclesia dum soluit collectas, non soluit vti tributum, & in recognitionem dominij, & superioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, vt ex *cap. 2. de censib.* sed ob conditionem inherentem rei, & inseparabilem, & quemadmodum erga priuatas personas solueret ceplus, & teneretur ad hypothecas, quæ à suis auctoribus Laicis prius
6 impositæ essent. Ita † pari ratione, quod teneretur Ecclesiæ ad tributa, quæ ex pacto, vel alia ex causæ, vel cõuentione Princeps dum prædia possessa a Laicis, sub eius erant potestate infinxit ijsdem prædijs, *vt per Io. de Neapol. Ord. Prædic. in quæst. Parisiens. quæst. 39. puncto 3. ad quartum argumentum.*

Quod multis etiam firmat Rota *coràm Merlino* non longè *ante fin. in versic. Quo autem ad onera.* Et paulò *ante fin. in vers. Non obstat hæc prædia.* declarat
7 † *Baldum in Auth. sed & periculum. num. 2. vers. hoc verum, nisi Ecclesiæ. C. sine censu, vel reliq.* vbi dicit, quod si Ecclesia facit æstimum, tenetur ad collectas in vim sui consensus, non ex vi iurisdictionis Laico-
8 rum. † Quod huiusmodi descriptio in Catasto non potest fieri à Prælatis Ecclesiæ, in præiudicium Ecclesiæ sine auctoritate, & assensu Papæ, cuius interest communibus Ecclesiarum vtilitatibus prouidere, *vt in cap. aduersus. de immunit. Eccles. & in puncto Abb. ibi nu. 1. & 4. & in cap. non minus. nu. 18. eod. tit. & in cons. 13. nu. 1. & 2. lib. 2. Marant. cons. 99. nu. 2. Natt.*
9 *cons. 203. num. 4. & seqq.* vbi DECLARAT † doct. Bald. procedere data legitima descriptione in æstimo, seu Catasto, nempè, quod accesserit auctoritas Sedis Apostolicæ.

ROTA coràm Pegna post publicatam decisionem respon-

10 respondet † ad *Andr. Barbat. consil. 1. lib. 3. & ad Cepoll. inter consil. Felin. 46. in 4. dub.* vbi proponit quæstionem. An tributum à Principe in Regno suo, videlicet, à Rege Neapolis, super bonis Laicorum impositum, afficiat Ecclesias, vel Clericos; si in eos bona prædicta Laicorum transferantur, ita vt Ecclesiæ, & Clerici taxam illam generalem pro rata prædiorum per eos quoquomodo acquisitorum soluere teneantur.

Et licet ambo isti Doct. contrà Ecclesias, & Clericos concludant, tamen, vt ibi dicitur, veritas est in contrarium.

11 Primò, † quia apertè consuluerunt contrà Canones loquentes de immunitate Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quæ nullo modo prædictas impositiones, siue collectas admittunt, nisi concurrentibus requisitis, de quibus suprà. *num. 1.*

12 Secundò, † quia vterquè consulens versatur in magna æquiuocatione ex quo allegant Canones videlicet, *in cap. magnum. 11. quæst. 1. & cap. tributum. 23. quæst. 8.* & etiam alios, qui loquuntur in prædijs tributarijs, & sic quando onera sunt annexa rebus, &

13 non personis. † Quæ solutio, vt ibi Rota aduertit, datur etiam à *Gemin. in cap. 1. de immun. Eccles. in 6. in fin.* vbi respondendo ad similem difficultatem, dicit per hoc patere responsionem ad omnia iura, quæ possent in contrarium allegari.

Nec illud omittendum, quod dicitur *in dicta decis. coràm Pegna in fine primi casus. §. Tandem circa hunc*

14 *primum casum.* † Quod licet prædia Ecclesiæ tributariæ cessent à tributo, non ideò possunt vindicari, aut in fiscum transire. *Gratian. post cap. generaliter. §. nouarum. 15. quæst. 1. Glos. in cap. si tributum. in verb. potestatem. 11. quæst. 1. Præposit. ibid. nu. 1. Tur-*

15 *recrem. nu. 11. super verb. si agros.* vbi dicit, † sacrilegos esse censendos, qui agros Ecclesiæ vsurparent, etiamsi essent Principes, & minus licere Principi accipere agros Ecclesiæ, quàm licuit Achab Regi, sibi accipere vineam Naboth *lib. 3. Reg. cap. 21. Bald. in l. placet. num. 8. versic. tertiò nota. C. de Sacrosanct. Eccles.*

¶ *Priuilegium annatæ, de quo in cap. tua nobis. 32. de verb. significat. quando cesset.*

Cap. Tua nobis. 32. de verbor. significat.

Priuilegium annatæ de quo in dicto text. non comprehēdit casum in quo non vacat amplius beneficiū. Vide suprà *Part. 3. ad Io. Andr. in cap. tua nobis. vers. nec putat. de verb. signif. §. 7. nu. 10.*

¶ *Parentes, & consanguinei testificari possunt in causa matrimoniali pro consanguinitate, & contractu.*

Cap. Videtur. 3. qui matrim. accus. possint.

De intellectu huius text. Vide suprà *in cap. super eo. 22. de testib. in num. 8. vers. nec obstare.*

Can. Videtur. 35. quæst. 6.

De intellectu huius text. Vide suprà *in cap. super eo. 22. de testib. nu. 9. vers. Et ad cap. videtur.*

ANNOTATIO.

Præter ea, quæ dicta sunt suprà *in d. cap. super eo. nu. 9.* videtur posse addi, quod dicta *in d. c. videtur. in §. quod autem sunt ferè ad verbum bis quæ habentur in cap. videtur. 3. qui matrim. accus. poss.* & sic possunt allegari pro lege non ratione referentis, sed relati, & ideò benè quadrant, quæ dixerunt aliqui ex Dominis coràm Rubeo in allegato *cap. super eo.* & ibi notauimus, quod non est Palea, cum text. præsupponat idem fuisse statutum prioribus legibus.

¶ *Mancipia intelliguntur personæ non familiæ, & decem personæ faciunt populum.*

Can. Vnio. 10. quæst. 3.

Cum dicitur, quod Ecclesia, quæ habet decem mancipia, habeat super se Sacerdotem.

DECLARATVR à Rota *coràm Gypsio in Toletana de Renales. Veneris 29. Martij 1591. incip. Ii. rec. Nicolaus V. Est decis. 273. in eius lib. 1. in manuscript.* Quod illa decem mancipia, non intelliguntur de decem familijs, sed de decem hominibus, cum ad constituendum populum sufficiant decem homines. *Abb. & alij. glos. & Innoc. in cap. 1. de elect. per text. in hoc can. vnio. Bald. in Auth. quod locum. nu. 12. in fin. de collat.* & quod etiam ibi dicitur aliàs resolutum *in Toletana fructuum de Bobar 1. Iulij 1587. coràm Card. Pamphilio Senior.*

Quæ decisio in Toletana de Renales fuit postea in secunda instantia confirmata *coràm Litta sub die Lunæ 22. Iunij 1592. incip. Stante Bulla. Habetur inter Decis. à Marches. collect. sub tit. de commiss. appell. diuers. fol. 1340. col. 2.*

Ista conclusio ex istis decisionibus, etiam habes in *nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Ecclesia. Obseruat. circa Miscellanea. §. 6. incip. Ecclesia non dicitur totaliter depopulata.*

¶ *Electus habens duas electiones, tenetur declarare, qua vti velit, & quando hoc procedat etiam in præsentato.*

Cap. Vt quis duas. 25. extrà de elect. in 6.

Vbi dicitur, quod electus habens duas electiones, tenetur declarare, qua vti velit.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis. 297. nu. 2. incip. Vacante Capellania.* Quod loquatur in electione, tamen habet etiam locum in præsentatione, *Lap. allegat. 8. num. 4.* cum præsentatio sit electio, *cap. quærelam. de elect. cap. 2. & 3. cap. nobis, & cap. penult. de Iurepatr. facit glos. 2. in c. fin. de elect. in 6.* cum alijs ibi allegatis, & in fine Rota refert, & sequitur *decis. in causa Ceneten. Iurispatronatus 1. Decembr. 1608. coràm Card. Marquemontio.*

¶ *Cognatio spiritualis, vt contrahatur, requiritur tactus pueri, ad quod sufficit tactus lintei vbi puer est inuolutus.*

Cap. Vtrum. 1. de cognat. spirit.

In dubio qualiter contrahatur cognatio spiritualis.

DECLARATVR à Rota, *vt per Guidobon. decis. 146. incip. Vt contrahatur.* Quod vt contrahatur cognatio spiritualis est necessarius tactus pueri, per notata per *Doct. in hoc c. 1. & dicit Ias. in l. Gallus. §. forsitan. num. 13. ff. de lib. & posthum. Gemin. consil. 110. & 130.*

Et subdit ibi Guidobon. quod licet Domini non dicerent de modo tactus, tamen ipse credebat, quod sufficeret tactus lintei in quo est puer, vt dicit *Arbid. Ioan. Andr. Gemin. & Franc. in cap. fin. de cognat. spirit.*

¶ *Restitutio in integrum in beneficialibus, & in specie in Ecclesia Parochiali non datur post quadriennium, etiam constito de bono iure, & data ignorãtia.*

CLEMENTINAE

CLEM. Ab Ecclesia. 1. de restit. in integr.

1 Vbi disponitur, † causam restitutionis in integrum infrà quadriennium integrum à die læsionis finiri debere.

DECLARATVR à Rota *in vna Cæsaraugustana Parochialis coràm D. de Thanis. die 27. Ianuarij 1546. vt per Accorambon. decis. 59. incip. Clem. 1. p. 2.* Quod licet Parochialis Ecclesia assimiletur matrimonio, in
2 quo datur † restitutio etiam post quadriennium. *Ant. de Butr. in cap. ex parte. col. 7. de restit. spoliat.*
3 *Felin. in cap. fi. col. fin. de præscript.* Et valeat argumentum à matrimonio spirituali *cap. inter corpora-*
4 *lia. de translatione Episcop.* † Secundò, quod licet dictum tempus sit vtile, vt non currat ignoranti, sed tantum à die scientiæ, *vt per Bald. in l. falsam. C. si ex fals. instrumento. Abb. in cap. 3. col. fin. de præscrip. vbi*
5 *Felin. col. 6. Dec. cons. 26. 303. 305. & 436.* † cum non probata scientia præsumatur ignorantia, & sic post quadriennium videretur concedendam restitutionem, præsertim vbi agitur de præiudicio animæ, *vt per Ant. in d. cap. ex parte. de restit. spoliat.*
6 Attamen † etiam in beneficialibus etiam lapsus temporis maximè operatur, vt patet ex Regula de Triennali, & ex *Allegat. Lap. 89.* cum alijs notat per
7 *Ant. & Abbat. in cap. illud. de præscript.* † Et in causa beneficiali sententia contrà partem transit in rem iudicatam. *Abb. in cap. cum olim. num. 9. de dol. & contum.* vbi tradit differentiam circa istam materiam inter causas beneficiales, & matrimoniales. Et pro hac parte, quod lapsus quadriennij excludat petentes restitutionem consuluit. *Dec. d. cons. 436.*
8 Neque † propterea obstare bonum ius, quia si constaret de non iure, clarum est, quod non deberet restitui, & punctus esset de indubitabili, sic etiam quod non potest dici constare de bono iure, quia est sublatum per lapsum temporis.
9 Ignorantia † etiam non excusat, quia cum potuisset inquirere, fuit ignorantia crassa, & supina. Et quod ita fuit resolutum, quia *d. Clem. 1. de restit. in integr.* loquitur generaliter.

¶ *Triennalis possessor simoniacus non iuuatur. clem. 1. de sequestr. possess. & fruct. Et quod sequestrum non decernitur contrà sententiam, & rem iudicatam, licet talis succumbat in restitutione in integrum. Et quod sententia prima in petitorio præualent sententijs in possessorio ratione sequestri. In d. Clement. circa sequestri appositionem, & reuocationem.*

CLEM. Ad compescendas. 1. de sequestr. possess. & fruct.

DECLARATVR à Rota, *vt per Simonett. decis. 80. in manuscript. incip. An Clem. 1. de sequestr.*
1 *possess. & fruct.* † Quod *d. Clem.* non iuuat triennalem possessorem, sed simoniacum, quia non est coloratus possessor. Et quia etiam Regula de Triennali excipiebat istum casum.
2 Et quod coràm Triuultio fuerat iudicatum, † quod iuuabat illum, qui constabat priuatum esse beneficio ob non solutionem pensionis per *glos. in c. licet Episcopus. de præbend. in 6. de hac decis. etiam Cassador. decis. 4. de sequestr. poss. & fruct.*

DECLARATVR secundò à Rota *coràm eodem Simonett. decis. 81. in manuscript. incip. Coràm me.*
3 vbi dicitur, † quod propter *d. Clem.* non decernitur sequestrum contrà eum, qui habuit primam sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, & cuius vigore habuit possessionem, licet in causa restitutionis
4 succubuisset. † Quia causa restitutionis aduersus sententiam censetur eadem causa, & durat idem procurator, qui erat in causa principali *ad Aegid. decis. 283.*

Et subdit quod prædicta coràm Vgone, fuit obtentum in vna Parmen. Archipresbyteratus, † quod li-
5 cet Bonifacius obtinuisset sententiam restitutoriam aduersus rem iudicatam; Tamen quod non debebat decerni sequestrum.

DECLARATVR tertiò à Rota *coràm eodem Simonett. decis. 82. in manuscript. incip. Fuit aliàs coràm me.* quæ decisio etiam compilata habetur à *Cassador. deci. 2. de sequestr. possess. & fruct. incip. Fuit*
6 *in vna alia causa.* † Quod iuxta *d. Clem.* sequestrum datur petitori, qui primo obtinuit sententiam in petitorio, non obstante quod antè sint latæ tres sententiæ in possessorio, & eis petitum. Quia sententiæ in possessorio habuerant finalem exitum, & si sequestrum erat factum in possessorio debebat relaxari victori iuxtà *d. Clem.* cum alijs adductis à *Cassador. dicta decis.*

DECLARATVR quartò à Rota *coràm Cardin. Lancellotto Sen. in vna S. Marci Abbatia 2. Aprilis 1582. incip. Clem. 1. Est decis. vnic. de sequestr. in*
7 *suis selectis ordin. est decis. 169.* Quod *d. Clem.* non habet locum in sequestro apposito ex officio iudicis, sed tum demum quando fuit lata sententia in petitorio, vel possessorio *per decis. Put. 45. Eadem die. lib. 2. quæ in nou. impress. est decis. 46. Mohed. 1. de sequestr. possess. & fruct.* & quod ita fuerat aliàs resolutum *in causa Literen. 9. Februarij 1582. coràm Cardin. Blanchetto.*

DECLARATVR quintò à Rota *coràm Cardin. Seraphino decis. 1335. Domini censuerunt.* Quod
8 † quando sequestrum est appositum, vt dictum est, ex *d. clem.* propter præsumptionem resultantem ex sententia definitiua in petitorio, vel possessorio, quod tunc tale sequestrum non potest per iudicem reuocari, nisi in fine litis, iuxtà *d. clem.* Et quod ita intelligitur *Put. decis. 77. aliàs 73. in nou. incip. Fuit dictum corã D. Marsicano. lib. 1. & decis. 256. & in nou. 249. incip. Sequestrum non fuit. lib. 2.* vt etiam nos notauimus suprà *Par. 1. ad has duas decisiones.* Quãdo verò apponitur sequestrum officio iudicis propter iniuriam iudici illatam, quia lite pendente accepit possessionem, quod hoc sequestrum potest à iudice reuocari ante finem litis, vt est quando est iniustè appositum, & degustatum de meritis negotij principalis, & quod idem videtur sentire. *Curt. in tract. de sequestr. cap. 2. nu. 54.*

¶ *Appellationis intimatio facta in duobus locis non reperta persona iuxtà Clem. causam. §. quod si forsan. de elect. est valida.*

CLEM. Causã. 3. §. quod si forsan. de elect.

Vbi de intimatione appellationis.

DECLARATVR à Rota *coràm Cassador. decis. 1.*

Tentum

Tentum fuit: in princip. de appellat. vt notauimus *Part. I. ad d. decis.* vbi adduximus Decisiones concordantes.

¶ *Petitorium an possit pluries in eadem causa suspendi.*

CLEM. I. Causa beneficiali. de caus. possess. & propriet.

Vide, quæ diximus supra *Part. 2. circa stylum, & Obseruant. Rota in verb. Petitorium. §. 2. Rota stylus est, quod petitorium.*

¶ *Conditionale decretum in gratijs iuxta Clem. cum ei. vnic. de concess. prabend. qualiter procedat.*

CLEM. vnic. Cum ei. de concess. præb.

1 † Quod decretum Papa conditionale non afficit potestatem conferre debentis ante expletam conditionem, secus quando acceptationi beneficij adijcitur tempus cum decreto.

DECLARATVR ista Clem. à Rota *coràm Cotta*
2 *decis. 171. An in casu.* vbi dicitur, † quod habet locum in gratia conditionali, quando quis tenetur eligere, & potest eligere post vacationem beneficij, vt
3 sentit ibi *Card. num. 21.* † Et quod iste text. procedit etiam vbi mandatur prouideri de beneficio spectante ad collationem certæ personæ, vt ibi per *Card. nu. 17. vers. Nono quero.*

AD materiam istius Clem. de gratia conditionali, vide *Mohed. decis. 21. Fuit factu prouisio. ante num. 1. vers. & sic dicens. & nu. 5. vers. quia ante purifica-*
4 *tam conditionem. de prabend.* † Et an appositio mensis cum decreto, non secuta acceptatione gratiati, vitiet prouisionem alteri intra mensem per Papam factam. *Put. decis. 230. in noui. incip. Fuit dubitatum coràm D. Mohed. lib. 1.* vbi concluditur ad fauorem prouisionis Apostolicæ, ex rationibus ibi adductis.

Dicit etiam *Put. decis. 287. in nou. Die Veneris. n. 2.*
5 *lib. 2.* Quod id quod dicitur in fin. huius Clement. quod quilibet præsumitur scire, & indagare quod spectat ad eius commodum, *vt per Card. ibi in 7. not.* Quod hoc est verum ad eius præiudicium, & quod ita procedit *text. in d. Clem. in fin.*

Ad *d. Clem. in §. secus.* potest videri *Rot. decis. 2. Paragraphus secus. de conc eß. prabend. in nou.* vbi
6 † quod durante mense ad acceptandum manus infe-
7 rioris collatoris sint ligatæ. † Et quod dispositio *§. secus.* procedit etiam in gratia in forma pauperum, vt adiectio mēsis aliquod operetur. *Et decis. 37. Nota secùndum aliquos. & decis. 47. Nota quod §. de conceß. prabend. in antiquit. Et Rota in antiquior. decis. 6. de prabend.* vbi an *d. Clem.* habeat locum in patrono, vel Ordinario collatore.

¶ *Procurator constitutus ad resignandum, si fuerit reuocatus, debet ipsi procuratori intimari reuocatio, aliàs valet resignatio. Et sicut in permutatione sufficit quod fuerit intimata cōpermutari, ita etiamsi resignatario, quando ipse est pars, quod non accidit in resignatione simplici factu non ad fauorem certa persona.*

CLEMENT. Cum illusio. I. de renunc.

1 Vult, † quod si renunciatio fienda sit per procuratorem in Curia, & dominus renunciare volens reuocauerit procuratorem, qui ignorans reuocationem renunciauit, valet renunciatio, nisi reuocatio notificata fuerit procuratori, vel eo nomine, quo ibi.

2 Quod LIMITATVR † non habere locum in permutationibus, si reuocatio fuerit notificata illi, cum quo volebat renuncians permutare; Quia est in dolo, si hoc non dixit procuratori reuocantis, cum sit tamquàm pars. *Domin. & Lap. cap. fin. de procur. in 6.* Ita dixit Rota, *vt per Accorambon. decis. 55. lib. 1. incip. Clement. 1. de renunciat. Mohed. decis. 26. num. 3. de renunc.*

Et iuxtà hanc limitationem fuit resolutum, prout
3 *in d. decis. Accorambon.* † quod si aliquis constituit procuratorem ad renunciandum ad fauorem certæ personæ, & antequàm procurator renunciasset in Curia, dominus notificauit illi, cui renunciare volebat, qualiter ipse reuocauerat procuratorem, quo non obstante ipse fecit, vt procurator cederet in sui fauorem, nihil docto de reuocatione, quam procurator ignorabat; quod talis renunciatio nō valuit, quia est similis ratio, quæ in permutante; Cum cessionarius deberet præstare consensum, & maximè, quia renunciare volens retinebat pro se regressum, & pensionem, & sic erat tamquàm pars. Et dicitur idem fuisse decisum *coràm Mohed. de anno 1543. est decis. 187. aliàs 27. de renunciat. incip. Licet supra.* Et idem fuisse resolutum *in vna Gerunden. coràm Achille de Grassis 24. Ianuarij 1554. est decis. 312. aliàs 7. de decim. & primit. incip. Dubitatur etiam in eadem.* Quia dicitur, *in eadem,* hoc nō refertur ad decisionem immediatè præcedentem, quæ est in alia materia, vt patet ad sensum, sed credo, quod ante hanc decis. esset collocata alia decisio in eadem causa, *qua est 70. in ordine aliàs 10. de procurat. incip. Constituerat,* quæ est, vt ibi dicitur *in vna Gerunden.* & agitur de eodem dubio.

Et declaratur *Felin. in cap. ex parte Decani. nu. 15. in vers. ex hoc inferri potest. de rescript.* qui videtur
4 contrarium sentire, † loquitur enim in resignatione simplici no expressa aliqua persona, licet hoc faciat, vt altet posset habere hoc non expressit, & sic ille non erit tamquàm pars, nec erit opus suo consensu, ita post *Ioan. de Sylu. de benefic. p. 3. q. 16. & Ptob. ad Monach. in Rubr. de renunc. in fin.* tenuit Rota, *vt per Mohed. d. decis. 27. ante fin. & Accoramb. d. decis. 55.*

5 DECLARATVR etiam *d. Clem. 1.* † vt procedat etiam in spiritualibus, *vt per Achill. d. decis. 7. de decim. num. 3.*

DECLARATVR Secundò à Rota, *vt per Accorambon. d. decis. 55. in fin. post glos. in d. Clem. in verb.*
6 *quomodolibet.* † Quod dispositio *d. Clem.* procedit non solum in reuocatione expressa, sed etiam in tacita per constitutionem procuratoris sine clausula, citrà.

Vide etiam, quæ super *d. Clem.* diximus sup. *Part. I. ad Lancelloit. Sen. decis. 155. nu. 7. 8. & 10. fol. 350. col. 2. & fol. 351. col. 1. Et ad Mohed. decis. 26. de renunc. fol. 356. col. 1.*

DECLARATVR Tertiò à Rota, *vt per Achill. in alleg. decis. hic nu. 4. & illa decis. Achill. 7. de procur.* compilata etiam fuit ob *Accorambon. decis. 51. incip.*
7 *Procurator constitutus. part. 2.* † Quod non requiritur intimatio reuocationis procuratoris, quando non adest præiudicium considerabile ipsius principalis, vel tertij, vt est quando constituitur procurator ad cassandum regressum, ex fusè adductis *in d. decis. per Accorambon. Et in d. decis. Achill. 10. de procurat.* dicitur, quod Domini voluerunt considerari præiudicium considerabile in pecunia.

¶ *Dispositio Clem. cum lite pendente. 2. vt lit. pendent. nihil in nou. procedit etiam in actore.*

CLEM. Cũ lite. 2. vt lit. pend. nihil innou.

Vbi agitur de requisitis ad hoc, vt lis dicatur pendere.

DECLARATVR à Rota *coràm Bellamer. decis.* 544. *in fin. incip. Si pendente inquisitione*. Quod habeat locum etiam in actore, etiam ante executionem citationis factam contrà reum.

Vide suprà *Part. I. ad d. decis. Bellamer. fol.* 247. *col.* 2. *in princip.*

¶ *Homines disparis professionis, vel habitus, vt simul in eisdem Monasterijs socientur, rationi non cõgruit.*

CLEM. Cum rationi. 1. de elect.

DECLARATVR à Rota *in Montis Regalis iurisdictionis. Lunæ* 5. *Iulij* 1604. *coràm Reuerendiss. Coccino Decano. est in Recent. decis.* 84. *num.* 3. *part.* 1. Quod dicat, rationi non congruere, vt homines disparis professionis, vel habitus simul in eisdem Monasterijs socientur: & quamuis prædicta procedant etiam in Clerico seculari per rationem literæ, nontamen prohibetur ne Clerici seculares iungantur Monachis, si habeant exercitium curæ populi, prout habent in dicta Ecclesia Montis Regalis. *Butr. qui reperitur manuscript. in d. Clem.* 1. *in verb. disparis. Capr. ibid. in repet. nu.* 28. Quo casu Clerici seculares debent se conformare Monachis, *vt per Vital. in Clem. fin. num.* 52. *&* 53. *de celebrat. Missar.* & quod latè fuit deductum *in eadem causa* 24. *Maij* 1604. *coràm eodem. est in eisdem Recent. decis.* 79. *part.* 1.

Et quod *d. Clem.* non habeat locum, quando homines diuersæ professionis congregantur vti singuli, non autem vti vnus corpus, dixit *Rota coràm Sanctiss. Ludouis. decis.* 370. *nu.* 8. *incip. Resolutum fuit dandũ.*

¶ *pro Monasterio nouo Regularium erigendo requiritur specialis licentia Sedis Apostolicæ.*

CLEM. Cupientes. de pœnis.

Vide *in cap. cum ex eo.* 1. *de excess. prælat. fol.* 499.

¶ *Fratres minores sunt incapaces hæreditatis, non autem alij fratres mendicantes.*

CLEM. Exiui de Paradiso. 1. §. cum igitur. & §. cũ enim ad veritatem. de verb. signif.

Vbi dicitur, quod Fratres Minores sunt hæreditatis incapaces, siue hæreditas consistat in pecunia, siue in rebus mobilibus, siue etiam in immobilibus.

DECLARATVR à Rota *corã Mantica decis.* 225. *num.* 6. *incip. Bon. me. Cardinalis.* Quod loquatur in fratribus Minoribus, qui sunt de obseruantia, & de Capuccinis, qui sunt in arctissima paupertate fundati, non autem in alijs fratribus mendicantibus, quam differentiam, etiam tradidit *Card. in d. Clem. exiui. §. proinde. col. penult. vers. quoad quæsitum.*

¶ *Capellania, quando habet annexum ordinem sacerdotalem, præsentatus debet attingere* 25. *annum, & qualiter hoc procedat.*

CLEM. Generalẽ. vlt. de ætat. & qualit. & glos. ei cui. in verb. de ætate. de prob. in 6.

Quam omnes sequuntur *Io. Andr. nu.* 5. vbi habetur, quod quando Capellania habet annexum ordinem sacerdotalem saltem aptitudine, seu habitu, debet præsentatus tempore præsentationis esse in ea ætate, quam annexus ordo requirit, & sic attigisse 25. annum.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Pamphilio Sen. in causa Romana Capellaniæ. Veneris* 14. *Nouembris* 1586. *incip. Fuit resolutum non constare. est de decis.* 83. *in eius lib. in manuscript.* Quod licet *Ioan. Andr.* dicat hanc opinionem non modicum rigoris habere, in eo, qui est proximus ætati legitimæ, quod ante aduentum primorum ordinationum temporum, esset inchoaturus 25. annum, adeò quod ob defectum ætatis nõ impeditur quominus in illis proximis temporibus possit fieri, subdit tamen minus præsumptiosam esse hanc assertionem dicere, & conditoris esse non glosatoris huic æquitati prouidere. Idem notat *Butr. ibi nu.* 12. *Franc. num.* 13. *Gemin. num.* 10. *& alij. glos. in cap. si eo tempore, & ibi Franc. num.* 10. *de rescript. Abb. in cap. in multis. §. inferiora. num.* 10. vbi quod annus non datur ad complendam ætatem, sed vt his, qui tempore præsentationis est legitimæ ætatis, quanto citius statutis tamen temporibus se promoueri faciat, *& ibi Dec. nu.* 4. *&* 11. *de elect. Roman. cons.* 325. *nu.* 1. *incip. Quoad primam. Rocc. de Curt. in verb. honorificum. nu.* 27. *Lambert. lib.* 2. *par.* 1. *quæst. articul.* 29. *sub nu.* 14. *latè Roland. cons.* 47. *sub nu.* 59. *lib.* 1. *incip. Reiectis quibuscumquè.* qui alios citat.

Et quando in fundatione Iurispatronatus dicitur, vt præsentetur vnus Sacerdos, an requiratur, quod præsentatus sit talis tempore præsentationis.

Vide, quæ diximus suprà *Part.* 2. *circa stylum, & Obseruat. Rotæ in verb. Iuspatronatus. §.* 9. *Rotæ obseruantiæ est, quod quando in fundatione.*

¶ *Papæ attestanti de facto proprio plenè creditur, quod etiam procedit in Imperatore, licet secus de facto alieno, non tamen creditur Papæ in criminalibus.*

CLEM. Literis. 1. de probat.

1 † Vbi dicitur, quod verba literarum Apostolicarum in quibus Papa attestatur de facto proprio plenè probant.

EXTENDITVR à Rota dispositio istius Clem.

2 † vt procedat etiam in Imperatore *Mobed. decis.* 3. *de fid. instrum. incip. Federicus Imperator. Idem Mobed. decis.* 3. *de feud. incip. Imperator Federicus. num.* 2. *& in fin.* vbi reprobatur *Castrens. consil.* 150. *aliàs* 46. *lib.* 2. *col. fin. fol.* 366. *col.* 1. *&* 369. *col.* 2.

Vide, quæ ad has *Mobed. decis.* notauimus suprà *Part. I.*

Quibus addi potest *Crauett. consil.* 114. *incip. In*

3 *causa magistri.* qui *num.* 6. dicit *Clem. literis.* † procedere solum in Papa non autem in alijs inferioribus. Et *nu.* 7. quod solum procedit, quando Princeps attestatur de facto proprio, non si de alieno ex aliorum assertione. Et *nu.* 8. quod non procedit in præiudicium non subditi principi attestanti.

4 LIMITATVR † dispositio *d. Clem. Literis.* vt non procedat in narratiua Papæ, etiam Motu proprio factæ de rebellione, vel alio crimine. *Put. decis.* 17. *& vlt. de prob. incip. Narratiua rebellionis. & decis.* 124. *in nou. lib.* 1. *Quod non staretur*, quæ est eadem decisio, licet in ista secunda nihil dicatur de Motu proprio. Puteum sequitur *Seraphin. decis.* 965. *incip. De anno* 1584. *nu.* 9. *& decis.* 972. *Fuit dubitatum, an sententia. nu.* 3. Quod etiam notauimus *Part. I. ad Put. in d. decis.* 124.

Nec

Nec est omittendum quod in vtraque decis. Putei
5 † reprobatur *Bald. in cons.280. Quaeritur si Rex Romanorum.num.8.vers.sed contrarium probari potest. volum.1.* quem reprobat *Dec.* (vt dicitur *in d. decis. Put. 17.*) *cons.445. In casu ad me transmisso. nu.63. versic. Et non obstat consil. Bald.* Et firma conclusio manet; quod non statur narratiuae Papae asserentis aliquem rebellionem commisisse, seu alia crimina perpetrasse, etiam Motu proprio, & quod propterea eum priuat bonis. Quia quando agitur de alicuius graui praeiudicio non statur assertioni Papae. Non obstante, quod quando Papa se fundat in sua narratiua, tunc statur illi. Et quod quando Papae procedit tamquam informatus, quod stetur assertioni. Quoniam ista non procedunt in criminalibus ad probandum delictum, & maxime, prout in casu decis. rebellionem, & confiscationem.

Habes etiam Annotationem *ad Glos. huius Clem. in verb. Fecisse narramus.* quam vide infra inter Glosas.

¶ *Iuspatronatus si spectat ad aliquos vti singulos, non vti vniuersos, attenduntur stirpes, non autem capita.*

CLEM. Plures ab vno. 2. de Iurepatr.

1 † Vbi dicitur, quod si Iuspatronatus spectat ad aliquos vti singulos non vti vniuersos, attenduntur stirpes, non autem capita.

DECLARATVR à Rota *coram Card. Pamphilio Sen. in causa Tauricen. Iurispatronatus. Veneris 11. Ianuarij 1585. incip. Domini dixerunt ad beneficium.*
2 *est decis.10. in eius lib. in manuscript.* † Quod tamen quando Iuspatronatus competit alicui Collegio, seu familiae vti ad vniuersos secus est, tunc enim praesentatio fit per capita, non autem per stirpes. *Lambert. de Iurepatr.1.quaest.2.part.1.lib.articul.25.num.17.*
3 † & quod nullam habet dubitationem, quando ad vnum tantum Collegium, seu familiam spectat, vel ad plures, qui tamen simul conueniunt ad praesentationem non vt diuersa corpora, sed tantum vnum corpus. *Abb.in cap.scriptum.nu.6.de elect. & in cap. Pastoralis. in fin. & Felin.nu.9. vers. vbi duo corpora. de rescript. bene Caccialup.in l.omnes populi, nu.141.*
4 *cum seqq. ff. de iust. & iur.* vbi etiam dicunt, † hoc, an vt diuersa corpora, vel tantum vni conueniant cognosci ex circumstantijs facti. Et *dicta decis. Taurinen.* fuit postea confirmata coram eodem *sub die Lunae 1. Aprilis 1585. incip. Proposui iterum. est decis.22. in eius lib. in manuscript.* vbi etiam dicitur,
5 † quod quando Iuspatronatus spectat ad diuersas familias attenditur obseruantia, an praesentatio fit facienda in capita, vel in stirpes.
6 Quod hic dictum est de obseruantia, † idem dixit Rota *coram Pegna in vna Burgen. Abbatiae de Sobarzo. Veneris 16. Iunij 1589. incip. Quia non erat. Est decis.32. in eius lib.1. in manuscript.*

Vt etiam notauimus supra *Part.2. circa stylos. in verb. Iuspatronatus, §.14. Rota quando dubitat. num.4. & 5.*

¶ *Procurator censetur reuocatus per mortem non solum naturalem, sed etiam ciuilem constituentis, & quando non.*

CLEM. Procuratorem, fin. de procurator.

Quod procurator censetur reuocatus per mortem naturalem constituentis.

EXTENDITVR *ista decis.* à *Rota decis.28. de procurat. in nou.* quod procedat etiam in morte ciuili, & sic per resignationem.

Vide supra Part.I. quae notauimus *ad d. decis.* vbi etiam habes limitationem. Et alias limitationes, vide *in Addition.*

CLEM. Si ante. vnic. de dol. & contum.

DECLARATVR à Rota. Vide *in cap. eum qui.2. de dol. & contum.*

¶ *Dispensatio quando est surreptitia, quod corruat non solum dispensatio, sed etiam tota gratia.*

CLEMENT. Si dignitatem. de praebend.

DECLARATVR à Rota *coram Card. Seraphino decis.483. Dubitaui. num.2.* Quod in casu *d. Clem.* annullatur tota gratia, iuxta intellectum omnium Scribentium, *ibi glos. in verb. vel alteri.* ponit tres intellectus, ex quibus Rota secundum amplexa est, quod ideo ibi tota gratia corruat, quia non fuerat facta mentio de cura, quae alteri dignitatum imminebat, quae res facit subreptionem nedum respectu dispensationis, sed etiam respectu prouisionis, & quod propterea tota gratia corruat tam prouisiua, quam dispensatiua, vbi vltra Glos. allegantur alij Doct. & confirmatur ista decisio, vbi ad longum cum responsione ad contrarium.

¶ *Vnio quando fit de vacanti debent vacari habentes super eo ius, ne illis fiat praeiudicium, secus si de vacaturo.*

CLEM. Si vna.2. de reb. Eccles. non alien.

Vbi dicitur, quod Episcopus potest vnire Ecclesiam alteri, non vocato eius Rectore, vel defensore. Quod etiã dicit in simili materia. *Castrens. cons.437. incip. In quaestione. part.1.*

DECLARATVR à Rota *coram Cotta in Romana Capellaniae de Capizucchis. Ven. 5. Iunij 1573. incip. An clausula. Est decis.392. in eius lib. in manuscript.*

Quod *d. Clem. & consil. Castr.* procedunt, quando vnio est facta de vacaturo, cum tunc nullum inferant praeiudicium Rectori, nam post mortem ipsius sustinetur; Secus tamen quando vnio fit de vacanti, nam tunc non debet praeiudicari habenti ius super beneficio vniendo, & ideo Papa in similibus vnionibus apponit clausulam, dummodo de tempore datae praesentium non sit in beneficio vniendo alicui ius specialiter quaesitum. Ex qua clausula dignoscitur, quod vnio fit de beneficio vacanti non de vacaturo.

Et ideo ibi Rota noluit determinare, an dicta clausula importaret modum, vel conditionem in materia beneficiali.

Super qua Clausula, vide supra *Part.4. circa Clausulas. In Clausula 26. §.1. fol.282. col.2. Et §.3. fol.283. col.2. Et in Clausula 302. num.19. & 20. fol.354. col.2.*

¶ *Remissoria, quando concedatur ad examinandum de nouo testes.*

CLEMENT. Testibus. 2. de testib.

Vbi de nouo examine testium.

DECLARATVR à Rota *coram Card. Caualerio decis.425. num.2. incip. Murillus.* Quod dispositio *d. Clem.* non procedat, stante nullitate examinis, per Rotam declarata, & ideo tunc conceditur nouum

examen eorumdem testium. *Rot. decis. 11. de probat. in nou. incip. Si ad instantiam.* Nam aut testes idem deponunt, quod in primo examine dixerunt, & cessat timor subornationis, aut deponunt contrarium, tunc eorum dictum non releuat, & sic cessat ratio *d. Clem.* Immo etiam in tali casu possunt etiã examinari noui testes. *Ias. in l. qui per salutem. nu. 3. ff. de iur. iurand. Thesaur. decis. 28. nu. 2. Rot. decis. 3. de testib. in nou. incip. Licet in remissione.*

¶ *Dispositio Clem. 1. de Iurepatron. quando procedat.*

Clem. 1. Vt constitutio. de Iurepatr.

Vbi dicitur, quod si præsentatis ad Ecclesias per patronos Ecclesiasticos, in quibus ipsi non consueuerunt omnia onera supportare, non assignetur intrà tempus competens congrua portio, diœcesanus eam assignare debebit.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubalo in causa Cæsaraugustana congruæ. Lunæ 5. Martij 1584. incip. Domini concluserunt. est decis. 216. in eius lib. in manuscript.* Quod procedat, quando patroni omnes fructus percipiunt, secus verò quando quis percipit quartam decimarum ex dispositione iuris cõmunis. *cap. de quarta. de rescript.*

¶ *Clementina, siue Clementis 7. Constitutio, & aliorum Prædecessorum de extendendis consensibus in libris Cameræ infrà quindecim dies à die missæ supplicationis ad Registrum, non est in vsu.*

CLEMENT. siue Extrauagans Constitutio Clem. 7.

Et prædecessorum de extendis consensibus in libris Cameræ infrà quindecim dies à die missæ supplicationis ad Registrum, non est in vsu vt pluries Rota resoluit, vt notauimus suprà *Part. 1. ad Oradin. decis. 246. lib. 2. incip. Domini dixerant. Et in Addit. est etiam decis. Coccini. in Asten. pensionis. Mercurij 11. Martij 1615. incip. Placuit Dominis. Est decis. 656. part. 2. in Recent.*

EXTRAVAGANTES.

¶ *Beneficium quando dicatur affectum ex appositione manus Papæ.*

Extrauag. Ad Romani. 14. inter commun. de præbend. & dignit.

Vbi dicitur, beneficium dici affectum ex appositione manus Papæ.

DECLARATVR à Rota *in Toletana Capellaniæ. Veneris 1. Decembris 1606. coràm Card. Sacrato. est decis. 187. nu. 5. in Recent. part. 2.* Quòd non quælibet appositio manus Papæ causat affectionem, sed ita demum, nisi Papa motus fuerit ex falsa causa, saltem tangente pertinentiam collationis beneficij, quia contulit vti reseruatum, quod verè non erat, tunc enim non causatur affectio. *Roman. consil. 334. nu. 14. Rot. decis. 12. de concess. præbend. in antiq.*

Et extrauag. non loquitur quando Papa errauit circa pertinentiam collationis, cum immo supponat quod Papa sciens, & prudens voluerit reseruare.

Hæc etiam decisio approbatur à Rota circa dictam extrauag. *coràm Buratto in decis. 570. num. 8. in fin. incip. Maior pars. in Recent. part. 1. super qua decis.* Vide, quæ notauimus suprà *Part. 3. in S. Abbas in cap. inter dilectos. nu. 10. de excess. prælat.*

DECLARATVR etiam quatuor modis dicta extrauag. à Rota *in Geneten. Parochialis. Lunæ 4. Decembris 1606. à nu. 6. ad fin. coràm Card. Marquemontio. est decis. 190. part. 2. in Recent.*

¶ *Alienatio rerum Ecclesiasticarum qualiter sit nulla.*

Extrauag. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien.

Licet per hanc constitutionem contractus sub pœnis impositis sit prohibitus, & nullus reddatur. Tamen Doct. communiter intelligunt, alienationem esse nullam fauore ipsius Ecclesiæ, & nullam dici non posse, si Ecclesiæ magis expediat habere pretiũ, quàm rem venditam. Et quamuis Ecclesia velit alienationem approbare, nihilominus ad huc pœna, quoad eos, qui alienarunt, locum habere posse, quod constitutum est, vt Prælati ab alienationibus rerum Ecclesiasticarum sine legitima causa, & solemnitate requisita, magis abstineant. *Rota in Romana domus. Veneris 4. Decembris 1592. coràm Card. Mantica.*

¶ *Episcopis non sufficit prouisio, & expeditio literarum, sed vlterius requiritur præsentatio facienda à Capitulo.*

Extrauag. Iniũctæ. de elect. inter cõmunes.

Quod non sufficiat Episcopis prouisio, & expeditio literarum, sed vlterius requiratur præsentatio facienda Capitulo, non obstante quod Capitulum habuerit notitiam dictæ expeditionis.

Vide fusè suprà *Part. 1. in Burgen. Canonicatus 28. Maij 1583. coràm Card. Lancellotto Sen.* Et notata suprà *ad Accorambonum in decis. 7. incip. Valdè fuit dubitatum eadem. part. 1.* Et conditio posita in dicta extrauagant. qualiter procedat declarat Rota *coràm Bubalo in eadem Burgen. Canonicatus. Veneris 28. Iunij 1584. est decis. 236. in eius lib. in manuscript. incip. Domini concluserunt denegandam.* vt etiam in Accorambon. aduertimus.

Et quod dicta extrauag. procedat in Episcopatibus, non autem in expeditione literarum pensionis, dixit Rota *in Asten. pensionis. Mercurij 11. Martij 1615. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. incip. Placuit Dominis decisio. est decis. 656. p. 2. in Recent. nu. 4.*

Extrauag. Suscepti. 1. ne sed. vacant. nihil in nou. inter commun.

DECLARATVR à Rota *coràm Achill. decis. 310. num. 5. incip. Decima.* Vide suprà *in cap. de Monachis. 12. & cap. extirpandæ. 30. de præb.*

¶ *Constitutiones Bonifatiana, & Paulina redigunt bona Emphyteotica, etiam Ecclesiastica ad instar bonorum allodialium, ita vt emphyteota possit liberè disponere inter viuos, & in vltima voluntate ad fauorem extraneorum, & etiam legitimatorum, & etiam cum exclusione in inuestitura vocatorum, & dicta bona continentur sub vniuersali institutione, etiam non facta speciali illorum mentione.*

CONSTITVTIONES Diuersorum Pontificum.

Constitutiones Bonifatianæ, & Paulinæ.

1 Redigunt † bona Emphyteotica, etiam Ecclesiastica ad instar bonorum allodialium, ita vt emphyteota

teota possit liberè disponere inter viuos, & in vltima voluntate ad fauorem extraneorum, etiam cum exclusione in inuestitura vocatorum, & prædicta bona continentur sub vniuersali institutione, etiamsi specialiter mentio illorum facta non fuerit.

Ita dixit Rota *coràm Card. Virili in vna Ferrarien. emphyteusis. Veneris 16. Nouembris 1629. incip. Disputato dubio*. Habetur ista decisio impressa in folijs volantibus. *& in meo libro. est decis. 41. inter dictas decis. Virilis in folijs volantibus.*

Vbi dicitur, quod in puncto Bonifatianæ, ita tradit *Alex. cons. 91. num. 13. vers. non obstat vigore Bullæ. lib. 1. Anchar. cons. 303. nu. 7. Riminald. Iun. cons. 445. nu. 12. lib. 4. & cons. 558. nu. 19. & seq. lib. 5. Laderch. Imolens. cons. 19. num. 2. & 10. Marcobrun. cons. 26. num. 221. & 257. & 391. Bertazz. consil. ciuil. 77. num. 8. & 11.*

2 LEGITIMATORVM, † etiam fauore procedunt dictæ Constitutiones, vt in terminis Bonifatianæ tradit *Laderch. d. cons. 19. in princip. & per tot.* vbi reprehendit *consil. Roman.* Et Constitutio Paulina expressis verbis comprehendit, etiam legitimatus, vt in dicta decisione dicitur.

3 Quod eo magis procedit, † quando quis habet indiuiduam legitimationem ad bona emphyteotica, etiam Ecclesiastica (prout eam habebat quidam Andreas in casu dictæ decisionis) cum derogatione Constitutionū Piorum Quarti, & Quinti cōtrà illegitimos. Vltrà quod in dicto casu decisionis inuestitura facta fuerat pro obseruatione Constitutionis Bonifatianæ, quæ facultatem tribuit disponendi, etiam ad fauorem legitimatorum cum exclusione vocatorum in inuestituræ.

4 Nec obstabat, † quod in mandato de legitimando adesset clausula, *vocatis vocandis*, & non esset vocatus, qui erat vocatus in inuestitura. Quia ista clausula intelligitur de illis tantum, qui de iure sunt vocandi, & citandi. *Abb. in cap. exhibita. nu. 6. de indic. Vrsill. decis. 53. de rescript. lib. 3. in manuscript.* Et

5 cum legitimatio † fuisset facta instante eo, qui poterat de bonis ab eo possessis liberè disponere, non erat necessaria vocatio, seu citatio dicti Alberti, quamuis huiusmodi bona ad eum essent transitura, nisi fuisset facta dispositio. *Soccin. Sen. cons. 3. num. 23. versic. ad illud autem. lib. 3. Albert. Brun. cons. 2. nu. 54. Bursat. cons. 76. nu. 44. lib. 1. Riminald. Iun. in Addit. ad Riminald. Sen. cons. 82. litera F. ad fin. Menoch. consil. 157. nu. 9. vers. non obstat octauum. & nu. 12. vers. Secundò suffragatur. cum seq. Couarr. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 9. num. 7.*

Et quod propterea in legitimatione facta ad in-
6 stantiam eius, qui potest dispone de bonis † non sunt citandi venientes ab intestato. *Tiraquell. in tract. Res inter alios act. limit. 2. versic. hinc fit. Lup. de illegit. comment. 3. §. 5. nu. 17. Roland. cons. 12. nu. 53. lib. 4. Francisc. Bec. cons. 216. nu. 48. & sequent. lib. 2.* Et hoc

7 ea ratione, † quia possessor emphyteusis per huiusmodi legitimationem non inferebat præiudicium vocato ad inuestituram, quia poterat disponere ad fauorem ipsius vocati, & non ad fauorem legitimati.

8 Et † sicut poterat dictus possessor emphyteusis ad libitum disponere ad fauorem extraneorum absquè citatione, ita etiam potuit impetrare legitimationem istius, qui erat suus nepos. *Prapos. in cap. per tuas. §. cum autem §. 25. col. 2. vers. Et tunc fit ad voluntatem patris, qui fil. sint legit. Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 14. vers. responde quando. ff. de liber. &*

9 *posthum.* † Et sic non ipsa legitimatio præiudicat vocato ad inuestituram, sed ipsa Bonifatiana, & Paulina, & ipsa dispositio testamētaria possessoris emphyteusis. *Ruin. cons. 87. nu. 20. vers. de præiudicio enim. lib. 3. Honded. cons. 92. nu. 30. in fin. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 93. nu. 66. vers. vel secundo. lib. 3.*

10 Nec obstare † clausulam, *Sine præiudicio venientium ab intestato*, quia illa non operatur, quando legitimatus vocatur ex testamento ab eo, qui potest disponere. *Ruin. cons. 87. num. 6. versic. de præiudicio enim. lib. 3. Castrens. cons. 102. nu. 3. vers. quartò videndum est. part. 2. Alex. cons. 52. post princip. vers. & sic non potest dici. lib. 2. & cons. 187. nu. 14. lib. 5. Dec. cons. 60. nu. 1. Soccin. Iun. cons. 93. num. 66. lib. 3.*

Vlterius in eadem Decis. dicitur non applicari
11 † Bullam Pij V. contrà illegitimos. Quia illa non tollit dispositionem iuris communis, sed tantum habilitationes ex iure speciali prouenientes, videlicet, si legitimatio faceret capacem illum, qui non est capax. *Rot. decis. 487. part. 1. diuers. Seraph. decis. 478.*

12 In themate verò Decis. † legitimatus habebat habilitationem ex Constitut. Bonifatiana, & Paulina, quæ habilitatio comparatur habilitationi de iure communi, & sic legitimatus non habebat simpliciter ius ex ipsa legitimatione, sed à supradictis Constitut. mediante legitimatione, quæ per se sola non operatur, maxime si dictæ Bullæ Pij V. fuit derogatum, prout in casu decis. fuerat derogatum.

13 Nec etiam applicari † Bullam Pij Quarti contrà illegitimos. Quia ista tollit legitimationes, quæ fiūt contrà voluntatem testatoris, non autem eas, quæ fiunt secundum eius voluntatem, & ad eius instantiam, qualis erat ista legitimatio, quicquid dixerint. *Odd. cons. 16. nu. 14. Honded. cons. 64. num. 39. & seq. lib. 1.* Et quod ita respondet *Rugen. cons. 52. nu. 63. lib. 1. Laderch. cons. 29. n. 23. Card. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 10. num. 96. versic. extat etiam consimilis. Menoch. cons. 461. nu. 9. & 30. Lup. de illegit. cōment. 3.*

14 *§. 1. nu. 5.* † Et quod ita in casu similis Cōstitutionis Venetæ *Decian. cons. 42. n. 38. lib. 1. Menoch. cons. 459. num. 34. & 37. Rot. decis. 448. part. 1. in Recent.* Et maximè quando fuit derogatum huic Bullæ, prout in casu decisionis.

Nec deniq; fuit dictum, obstare quod in inuesti-
15 tura esset vocati legitimi, & naturales. † Quia cum ex dictis Constitutionibus, etiam legitimati sint capaces, vtiquè sub dictis verbis veniunt etiam legitimati, qui non differunt à legitimis, & naturalibus. *§. reliquum. vers. si quis ergo. Auth. quib. mod. natural. offic. sui. Alex. cons. 187. num. 8. lib. 5. Ias. cons. 202. nu. 13. lib. 2. Tiraq. in l. si vmquàm. in verb. susceperit liberos. nu. 77. & seq. C. de reuoc. donat.*

¶ *Vicinus de iure communi non habet ius retrahendi.*

In ROTA sæpissimè decisum fuit, quod vicinus de Iure communi non habet ius retrahendi, ita dictum fuit *coràm bo. me. Dunozetto in causa Romana Prælationis. Lunæ 26. Iunij 1617. quæ est decis. 308. inter impress. penès Cenc. de Censib. incip. Domini censuarius sororibus. nu. 16.* & allegatur *decis. in causa Romana Iuris Congrui 5. Iunij 1600. coràm Reuerendiss. P. D. Coccino Decano, quæ est decis. 2. in eius impress. incip. Ioannes Iacobus. nu. 5.*

¶ *Bulla*

¶ *Bulla Iuris Congrui Gregorij XIII. cessat in incorporalibus.*

BVLLA Iuris Congrui Gregorij XIII. prælationem concedens vicino in re vendenda, cum loquatur de fundo, & solo, non habet locū in incorporalibus, vt Rota respondit *in vna Romana retractus. Die 31. Ianuarij 1605. coràm Iusto.* vbi fuit dictum, quod vtilis dominus nullam habebat prælationem contrà proprietarium volentem vendere suam proprietaté.

SEQVITVR hanc decis. Rota *coràm Card. Sacrato. in Recent. part. 2. decis. 502. nu. 5. & 6. incip. Pro informante.* vbi fuit dictum quod emptor pacti de retrouendendo, nec erat consors, neque vicinus ad effectum prælationis, quàm dictus emptor prætendebat. Et additur *in fin. decis.* quod cessabat causa finalis Constitutionis, quæ erat, ornatus Vrbis. Quæ decisio coràm Card. Sacrato, fuit posteà coràm eodem confirmata, *vt in d. Recent. part. 2. decis. 547.* vbi in fine iterum fit mentio *d. decis. coràm Iusto.*

BVLLA Leonis X. Cubiculariorum Apostolicorum. *incip. Romanus Pontifex.* Vide, quæ diximus suprà *Part. I. ad Mohed. decis. 2. de probat. fol. 363.* vbi quod neganti dictam Bullam non esse in vsu, incumbit onus probandi, & quod de facto eius vigore obtinui contrà Collegium Scutiferorum, de quibus in eadem Bulla. Licet in nouo Bullario non fuerit impressa, prout aliæ similiter fuerunt omissæ.

BVLLA Pij V. de Confidentijs, *incip. Intolerabilis multorum peruersitas.* tres casus comprehendit, vt diximus suprà *Part. I. ad Oradin. decis. 282. lib. 2. fol. 379. col. 2.* vbi etiam habentur concordantes.

Alia circa dictam Bullam Pij V. & etiam Pij IV. congessimus *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Beneficium. Obseruat. circa Confidentiam per plures §§.*

Et in eodem *verb. Beneficium. Obseruat. circa Resignationes beneficiorum. §. 29. incip. Resignationes beneficiorum illæ omnes annullantur,* vbi de Bulla Pij IV. & Pij V.

¶ *in Causa ciuili est supersedendum pendente causa criminali præiudiciali causæ ciuili, vt quando testes examinati in ciuili sunt accusati de falso, & hoc quando procedat.*

PII Quarti Constitut. 44.

Reformationis Rotæ. *incip. In throno Iustitiæ. num. 16.* & PAVLI V. *Constitut. 71. aliàs 44. Reformationis Tribunalium Almæ Vrbis. §. 5. qui est de*
1 *Auditorio Rotæ. §. 18.* † In quibus disponitur, Quod
quando causa criminalis est præiudicialis causæ ciuili, Auditor Rotæ debet supersedere in cognitione causæ ciuilis.

DECLARANTVR à Rota *coràm Card. Plato in vna Ciuitatis Castelli spolij bonorum. Lunæ 18. Februarij 1591. incip. Placuit Dominis. Est decis. 215. &*
2 *vlt. in eius lib. in manuscript.* † vt non quælibet pen-
dentia causæ criminalis faciat, vt sit supersedendum in causa ciuili, sed, vt in dictis Constitutionibus disponitur, quando criminalis est præiudicialis causæ ciuili, ex his quæ latè fuerunt discussa à Rota *coràm Cas. de Graß. in Romana Castri Postæ. Lunæ 9. Aprilis 1576. incip. Licet regula sit. Est decis. 92. aliàs 3. de except.* Causa crimininalis in his duabus decisionibus erat accusatio testium examinatorum in causa
3 ciuili, quæ pendebat in Rota. † *Et in decis. Cæsare de*
Graß. num. 4. dicitur pro fundamento decisionis distinguendo iuxtà *Afflict. decis. 229. Sæpè, & sæpius eueait. nu. 2. ad fin. vers. Subdebant aliam distinctionem.* Quod aut ius totius causæ consistit in testibus examinatis, & accusatis de falso, & tunc sit supersedendum. Aut non consistit, & tunc non supersedendum in causa ciuili, vt dicit *Afflict. nu. 2. & 3.* Et addebat Rota *Roland. latè in cons. 13. In casu proposito. nu. 17. lib. 2.* vbi alios cumulat.

4 Quando ergo † totum ius causæ non consistit so-
lum in testibus examinatis, qui de falso sunt accusati, tunc non est supersedendum in causa ciuili.

Et vlterius quando causa criminalis est intentata solum contrà testes, & non contrà etiam principalem, tunc etiam non est supersedendum in causa ciuili, *vt in decis. allegatis, & Cas. de Graß. d. decis. 92. num. 5. & 10.*

GLOSAE DIVERSAE Iuris Canonici.

¶ *Excommunicatio lata medio tempore inter sententiam diffinitiuam, & tempus datum ad appellandum non reuocatur per modum attentati, vt reuocantur alia attentata.*

GLOS. in verb. Appellatum. in cap. Venerabilibus. 7. in §. Porrò. de sent. excommun. in 6.

1 Vbi dicitur, † excommunicationem latam inter
sententiam diffinitiuam, & tempus datum ad appellandum non reuocari per modum attentati, prout reuocantur alia attentata.

CELEBRIS est ista *Glos.* vt dixit Rota *coràm Decano Pegna in Nolana Capellania de Virginibus. Ven. 3. Ianuarij 1589. incip. Litigaria. Est decis. 10. in eius lib. 1. in manuscript.* vbi quod illam sequuntur *ibid. Gemin. Franc. & alij contrà Io. Monach.* & quod eam tenet *Felin. in cap. quoad consultationem. nu. 27. de re iudic. conclus. 5. Couarr. pract. qq. cap. 2. num. 2. vers.*
2 *illud tamen obiter.* Id enim, † vt ait *glos. in d. §. porrò.*
speciale est in excommunicatione, vnde ex illa non licet arguere ad alios casus, & discriminis rationem tradunt citati Doct.

Decisionis casus erat, quia fuerat capta possessio
3 beneficij intrà decem dies ad appellandum, † & sic
attentata, perinde ac si capta fuisset appellatione pendente. *cap. non solum. vbi glos. communiter recepta, in verb. innouata. de appell. in 6. & ibid. Io. Andr. nu. 6. Anchar. num. 1. notab. 4. vers. quartò nota, quod sicut veniunt. Gemin. nu. 8. vers. nota quod paria sunt. Corsett. in Singul. in verb. appellat. 2. §. idem operatur tempus datum. Couarr. pract. qq. cap. 23. num. 2. vers. tertia interpretatio. Mohed. decis. 150. incip. Papa contulit Canonicatum. aliàs 11. de præbend.* Et quod ita sæpius fuit in Rota decisum, *vt coràm Io. Paul. decis. 78. Ant. August. decis. 366. lib. 3. Cardin. Seraphin. decis. 229. & coràm Cas. de Graß. in Legionen. Capellaniæ. Mercurij 9. Martij 1575. est decis. 108. num. 5. inter eius impreß. Gypsius in Iacen. portionis. Ven. 23. Octobris 1592. incip. Fuit apud me. est decis. 90. in eius lib. 2. in manuscript. Et coràm Sanctiß. Ludouisi. decis. 339. Fuit resolutum non constare. num. 5. & ibi Addit. Et decis. 513. Pro informante.*

¶ *Pro-*

¶ *Procurator constitutus à maiori parte Capituli, consequi debet expensas ab ipso Capitulo, licet sit lis cum singulis de Capitulo, & quando hoc sit verum.*

GLOS. in verb. Capituli. in cap. cum inter. 21. de elect.

Vbi dicit, quod procurator constitutus à maiori parte Capituli consequi debet expensas ab ipso Capitulo, licet sit lis cum singulis de Capitulo.

DECLARATVR à Rota *coràm Scotto in causa Seguntina expensarum. Luna 5. Nouembr. 1607. incip. Domini censuerunt. est decis. 7. in eius lib. in manuscr.* Quod intelligitur, quando pro iuribus Ecclesiæ litigatur, & præsupponitur vtilitas Ecclesiæ, secus verò si prædicta cessant. *Abb. in d. c. cum inter. nu. 6. in fin.*

¶ *Prima tonsura largo modo potest dici ordo sacer.*

GLOS. in c. sæpè contingit. 1. de tempor. ordin. in 6. in verb. Clericum.

APPROBATVR à Rota. Vide *ad dicto cap. sæpè contingit. nu. 3.* vbi notauimus.

¶ *in Collegijs, & Vniuersitatibus quando maior pars vincat, & quando secus.*

GLOS. in verb. Constitutum. in cap. Cum omnes. 6. de constitut.

Vbi *in fin.* ibi, *Si verò sint plures*. dicit quod vbi sunt plures, vt Collegium, si actus fit non ex necessitate, sed ex mera voluntate, requiritur consensus omnium.

APPROBATVR à Rota *coràm Bubalo in vna Calaguritana fructuum. Luna 27. Iunij 1583. Domini concluserunt. Est decis. 187. in eius lib. 1. in manuscrip.* Quam decisionem cum approbatione d. glos. et m. Doct. sequitur Rota *coràm Orano. in Oxomen. vnionis. Luna 27. Ianuarij 1584. Episcopus Oxomen. Est decis. 16. in eius lib. 1. in manuscript.*

Has duas decisiones per extensum posuimus suprà *Part. I. ad Seraphin. decis. 708. Fuit dubitatum, an actus*. Cum sint valdè singulares in materia continens Capitularium.

Alia etiam notauimus, vt ibidem dicitur, *in nostris Obseru. ex Rota Romana in verb. Capitulum. Obseru. circa Actus Capitulares. §. 1. Capitulum si quod disponat quod sit mera voluntatis.*

¶ *quasi Possessio in iuribus incorporalibus acquiritur per vnicum actum.*

GLOS. in verb. Episcoporum. in cap. cum Ecclesia Sutrina. 3. extrà de caus. possess. & propriet.

APPROBATVR à Rota *coràm Corduba in causa Abulen. Parochialis. Luna 28. Iunij 1593. incip. Parochialem Ecclesiam. est decis. 2. in eius lib. in manuscr.* Vide, quæ diximus suprà *Part. I. ad Gypsi. decis. 11. lib. 2. in manuscript. fol. 333. col. 1. post princip. & in nostris Obseruationibus ex Rota Romana*, vt ibi in fine remissiuè habes nonnulla.

¶ *Papa narratiuæ de facto alieno, etiam si super ea Papa se fundet, non creditur, ita vt per eam transferatur onus probandi contrarium in alium.*

GLOS. in Clem. Literis. 1. de prob. in verb. Fecisse narramus. in vers. satis puto.

In quo dicit, quod quando Papa fundat se nuper narratis, quæ sint de facto alieno, quod probat quousquè non probetur contrarium.

NON SERVATVR per Curiam Romanam, vt dicit Rota *Caputaquen. decis. 33. incip. Glosa in verbo. part. 2. post Vitalin. in hac Clem. col. 3. vers. conclude ergo contrà glosam. nu. 32. cum alijs in d. decis. citat.*

Et quod ista glosa sit communiter reprobata idem in illo casu repetit *Caputaquen. decis. 233. Narratiua Papæ. ead. part. 2.*

Quando tamen Papa narrat, quod fuit sibi supplicatum, hæc videtur narratiua facti proprij. *Seraph. decis. 460. Dubitaui. in fin. nu. 8.* præsertim concurrente obseruantia plurium annorum, & ideò est ei credendum ex hac eadem *Clem. Literis.* & saltem est narratiua facti alieni secum gesti, quæ probat *Imol. ibid. prope fin.* Ita dicitur *coràm Seraphin. decis. 330. Fuit resolutum, Bullam. nu. 7.* vbi quod quando Papa fundat suam intentionem super consuetudine narrata, quod statur illi donec contrarium probetur. *Doct. post glos. in hac Clem. Literis. de probat.*

Et quod iteratæ assertioni Papæ, etiam de facto alieno standum sit, præsertim quando super eis disponit Motu proprio. *Seraphin. decis. 1016. Agunt Reuer. Monaci. nu. 5. vsquè ad 12.*

Vide etiam hac eadem *Part. 5.* quæ notauimus *ad hanc Clement. Literis. 1. de probat.*

¶ *Simonia ad effectum priuationis debet probari exactis probationibus, secus ad effectum obtinẽdi beneficium.*

GLOS. in verb. Illorum. in cap. veniens. el 1. de testib.

Vbi dicitur, quod simonia, quando agitur ad effectum priuationis, est plenè, & cõcludẽter probãda.

APPROBATVR communiter, vt dicit Rota *coràm Comitulo in Calaguritana integræ portionis. Luna 28. Maij 1590. incip. De conuentione. Est decis. 103. in eius lib. in manuscript.* Et communem testantur *Dec. consi. 209. in fin. Alciat. consi. 21. nu. 40. & 41. Tria principaliter. lib. 1. to. 1.* & latè comprobat *Alex. de Neuo consi. 64. nu. 2.* & fuit consideratum apud *Fab. Accorambon. decis. 47. incip. In vna Pampilonen. Parochialis. lib. 2. & coràm Card. Seraphino in vna Geruicn. Canonicatus. Mercurij 10. Maij 1581. est decis. 516.* In quibus habetur quod quando agitur de probanda simonia ad effectum priuationis, ea plenè, & concludenter est probandæ: quicquid sit, vbi agitur ad repellendum aliquem ab assecutione beneficij nõdum obtenti, quo casu sufficiunt leuiores probationes. Et hanc Comituli decisionem sequitur, & multis confirmat idem *Seraphin. decis. 1029. Fuit resolutum, simoniam. nu. 1. & 2.* Super qua decis. Vide, quæ notauimus suprà *Part. I. ad Seraphin. d. decis. 1029.* vbi habes concordantes.

Et vide in *nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Beneficium. Obseruat. circa Simoniæ probationem in multis §§. præsertim. §. 3. incip. ad Simoniam probandam, ad effectum priuationis. & §. 7. incip. Simonia non probatur per testes.*

¶ *Mutationem quando recipiat, quando est aliquid certum soluendum.*

GLOS. in cap. quanto. 16. in verb. indulgemus. de censib.

Quæ vult, quod si aliquod certum constitutum est soluendum, non recipit mutationem.

DE-

DECLARATVR à Rota *in Gerunden. vini. Ven. 24. Nouembris 1600. in fin. coràm Decano Pegna. est decis. 65. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Episcopus, & Capitulum. & habetur decis. 34. num. 8. in Recent. part. 2.* Quod *d. glos.* procedat retento illo themate, in quo procuratio fuerat permissa fratribus ex liberalitate, ibi, liberaliter exhiberet, tunc enim si fuit promissa in quantitate, nō potest augeri, quia donans non tenetur de euictione. *l. ad res donatas. ff. de adil. edict.* Secus verò quando procuratio non proueniret ex liberalitate, & arbitrio, sed ex necessitate, sicut erat casus decisionis, vbi Episcopus, & Capitulum sic constituerant super bonis suis, & Præpositi soluebant non de re propria, sed aliena, cum dominium non esset Præpositorum, sed Ecclesiæ.

¶ *ad Beneficium erectum pro naturalibus loci, quando possit præsentari extraneus.*

GLOS. in verb. Inhibentes in cap. 1. Cum constitutio. de Iurepatron.

Vbi dicit, quod extraneus potest præsentari ad beneficium erectum pro naturalibus loci, si in dicta erectione non fuit appositum decretum irritans.

APPROBATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis. 102. nu. 2. incip. Cum alias Ordinarius.* vbi quod supradicta glos. est communiter approbata, vt tenuit etiam Rota *in vna Ianuen. Matrimonij 16. Maij 1583. coràm Cantuccio. est inter impressas diuersorum decis. 750. num. 4. incip. Domini dixerunt constare. part. 1.*

¶ *Attentata sunt quæ innouantur pendente decendio ad appellandum, non tamen excommunicatio lata de dicto tempore.*

GLOS. in verb. Innouata in c. non solum. 7. de appellat. in 6.

Quod innouata pendente termino ad appellandum sunt reuocanda cum sint attentata.

APPROBATVR communiter ista glos. à Doct. & à Rota, vt habes suprà *ad Glos. in verb. Appellatum. in cap. Venerabilibus. 7. in §. Porrò de sent. excomm. in 6.* vbi habes quod hoc non procedit in excommunicatione, vt remissiuè dicitur *in dicta glos. in verb. innouata.*

¶ *Appellatio non datur à decreto manutentionis, nec de iure ciuili, neq; de iure Canonico.*

GLOS. in cap. cum ad Sedem. in verb. interdictum. in fin. vers. & nota.

Ibi, vnde aliud secundū Canones. *de restit. spoliat.* cum dicit appellationem dari à sententia de momentanea possessione, quia aliud est secundum leges aliud secundum Canones sequitur *Afflict. decis. 269. num. 1. & 2.*

REPROBATVR à Rota *in Aquilegien. pensionis. Veneris 21. Maij 1610. nu. 7. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 287. part. 2. in Recent.* vbi quod contrarium est verius, tàm secundum leges per *text. in l. vnic. C. si de moment. possess.* quàm secundum Canones, per eamdem *l. quæ canonizatur in cap. fin. §. de possessione. 2. quæst. 6. Beneint. decis. 79. nu. 6.* Et vide *in Part. 2. in verb. Appellatio. in §. 4. in Rota quotidie practicatur, quod appellatio à decreto de manutenēdo.*

GLOS. in verb. in posterum. in Clem. vt ij. 2. de ætat. & qualit.

APPROBATVR communiter, vt dicit *Sacr. Congregatio Concilij super sess. 24. cap. 17. de reform.* Et vide suprà *Part. I. in Decis. Cassad. decis. 3. super gratia. in princip. de præbend.*

¶ *Præscriptio immemorabilis probari debet iuxtà glos. fin. cap. 1. de præscript. in 6.*

GLOS. in cap. Episcopum. 1. in verb. memoria. quæ est fin. de præscript. in 6.

Circa requisita ad probandam immemorabilem.

APPROBATVR communiter, quam sequuntur ibi *Lap. & Franc. nu. 16.* & cōmuniter esse receptam dicit *Gabr. pluribus citatis. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 1. num. 81. Couarr. in Regul. possessor. p. 2. §. 3. nu. 7. Rebuff. de decim. quæst. 13. nu. 99.* & illam seruat Rota apud *Verall. decis. 71. part. 1. & decis. 290. p. 3.* & sæpissimè resolutum dicitur *in Marsicana iurisdictionis. Veneris 26. Aprilis 1609. num. 2. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 248. part. 2. in Recent. & in Ciuitatis Castelli pascendi 25. Februarij 1611. coràm Card. Caualerio. nu. 2. est decis. 330. in Recent. ead. part. 2.* Et *coràm Cotta decis. 271. in eius lib. in manuscript. est in Conchen. decimarum de Valadercij. Lunæ 17. Octobris 1569. incip. An ex testibus.* vbi quod hanc glos. sequuntur communiter Doct. *vt per Gozadin. cons. 6. nu. 2. & Paris. cons. 104. nu. 121. lib. 1.* Et quod ita fuerat etiam resolutum *in causa Toletana de Lezarla 8. Iunij 1552. coràm Accorambono.* Idem fuit dictū *coràm eod. Caualerio decis. 56. nu. 1. incip. Domini censuerunt.* vbi etiam testatur prædictam glos. esse communiter receptā, & à Rota semper amplexam.

¶ *Sententia iustificari potest ex nouiter deductis, etiamsi transiuerit in rem iudicatam.*

GLOS. in Clem. appellanti. 5. in verb. nec processus. de appellat.

Vbi dicit, quod sententia potest iustificari, & impugnari ex nouis causis, vel nouiter probādis, etiamsi transiuerit in rem iudicatam.

APPROBATVR à Rota *coràm Caputaquen. decis. 114. incip. Sententia potest. in princip. part. 3.*

Vide circa hanc materiam nonnullas decisiones suprà *Part. I. ad Achill. decis. 219. aliàs 7. de sentent. incip. Sententiam. fol. 140. col. 2. in princip.*

¶ *Episcopus an propter impedimentum obitus Papæ possit capere possessionem literis non expeditis.*

GLOS. in verb. Non præsumant. in extrauag. Iniunctæ. de elect.

Vbi dicit, quod propter impedimentum obitus Papæ Episcopus potest capere possessionem, etiam literis non expeditis.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubalo in causa Burgen. Canonicatus. Veneris 18. Iunij 1589. incip. Domini concluserunt denegan. est decis. 236. in eius lib. in manuscript.* Quod non procedat, quando literæ iam sunt expeditæ, & propter aliquod aliud impedimentum possessionem Episcopus non potuit capere.

Vide, quæ diximus suprà in hac eadem parte *ad d. extrauag. iniunctæ. de elect. inter cōmunes.* & etiam Vide suprà *Part. I. ad Accorambon. decis. 7. in addit. fol. 411. col. 1. in fin.*

¶ *Ecclesiæ*

¶ *Ecclesiæ Cathedralis expressio solum sub nomine Sancti dictæ Ecclesiæ non vitiat prouisionem beneficij ex causa resignationis.*

GLOS. in cap. quamuis. in verb. Non exceudit. de præbend. in 6. in fin.

1 Vult, impetrationem reddi surreptitiam, quando impetratur beneficium in Ecclesia Cathedrali, non facta expressione dictæ Ecclesiæ Cathedralis, sed solum nominis Sancti dictæ Ecclesiæ, videlicet in Ecclesia S. Petri Bononien. cum Bononiæ non sit alia Ecclesia S. Petri, nisi Cathedralis.

LIMITATVR ista Glos. à Rota, *vt per Simonett. decis. 31. in manuscript. incip. In causa Virdunen.* vt

2 non procedat † in resignationibus, cum sint fauorabiles, & adiuuandæ. Et propterea voluit, quod valerent omnes impetrationes Canonicatus in Ecclesia, licet Cathedrali expressè sub nomine S. Valerij in Ecclesia Virdunen. ex causa resignationis. De hac glos. multa per *Felin. in cap. in nostra. nu. 40. Corollar. 39. de rescript. & per Abbat. in cap. Sacrosancta. de elect.*

Eadem decisio fuit compilata à *Cassad. decis. 15.*

3 *Licet glos. de præbend.* † vbi addit, quod ista decisio habet multum de æquitate, & bono iudicio, sed quod in puncto iuris non posset defendi supposito stylo, ac

4 communi sententia per glos. † ex quo impetratio, etiam ex causa cessionis est ambitiosa, & ideò restrin-

5 genda: & paulò post subdit, † quod nihilominus tamen excusationem meretur, qui exprimit Ecclesiam cum nominatione Sancti, sub qua Ecclesia intitulatur, & sine dolo est, vnde excusationem meretur. *l. igitur. §. potest. ff. de lib. caus.*

¶ *Creditori si datum sit pignus vniuersitatis bonorum, in qua existat Iuspatronatus, an præsentare possit.*

GLOS. in verb. Patrono. in cap. cum Bertoldus. 18. extrà. de sent. & re iud.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus *Part. 5. circa Leges. in d. cap. cum Bertoldus.*

¶ *Alienatis bonis Ecclesiasticis pro eorum recuperatione potest agere Clericus, etiam alterius diœcesis, quicquid contrà glos. hic velle videatur.*

GLOS. in cap. si quis presbyterorum. 6. de reb. Eccles. non alien. in verb. personis.

Quæ videtur velle, quod personæ Ecclesiasticæ vnius Ecclesiæ non possunt agere pro recuperatione bonorum alienatorum alterius Ecclesiæ.

REPROBATVR ista Glos. à Rota, *vt per Guibon. decis. 109. in manuscript. incip. Fuit tentum in vna Mantuana.* vbi fuit tentũ, quemdam Anselmum Clericum Lucanæ diœcesis potuisse agere nomine cuiusdam Parochialis Ecclesiæ SS. Ioannis, & Pauli loci Biganelli Mantuanæ diœcesis ad recuperationem nonnullorum bonorum alienatorum per Rectorem dictæ Ecclesiæ, non obstante, quod esset Clericus alterius diœcesis, Reprobata opinione *d. glos. in cap. si quis presbyterorum,* quæ videtur tenere contrarium, quia visum erat quod contrà *dictam glos.* esset magis communis opinio, quam tenet *glos. in cap. non liceat Papæ. in verb. quibuslibet. 12. quæst. 2. vbi Gemin. Et Host. Io. Andr. Abb. Imol. Barbat. in d. cap. si quis presbyterorum. Host. in cap. venerabilis. de offic. delegat. Felin. in cap. dilecti. col. 3. vers. quilibet Clericus. de maiorit. & obed. & in cap. cum olim. colum. 2. & 3. de testib.*

ANNOTATIO.

ADVERTE, quod *Glos. in d. cap. si quis presbyterorum,* non dicit, quod Clericus alterius diœcesis non possit agere pro recuperatione bonorum Ecclesiæ alienatorum, sed dicit alterius Ecclesiæ. Ex quo infertur quod multò minus poterit agere Clericus alterius diœcesis si non potest Clericus alterius Ecclesiæ agere. Et ideò meritò Rot. dixit, quod *d. gl.* videtur tenere contrarium, quia hoc non dicit expressè, sed tacitè.

GLOS. in cap. non liceat Papæ. in verb. quibuslibet. 12. quæst. 2.

APPROBATVR à Rota. Vide *ad Glos. in cap. si quis presbyterorum. 6. de reb. Eccles. non alien. in verb. personis.*

¶ *Prælatus habens administrationem in vita æquiparatur vsufructuario, in morte verò vsuario.*

GLOS. in cap. præsenti. 9. & fin. de offic. ordin. in 6. in verb. reseruari.

Vbi dicit Prælatum, seu Clericum habentem administrationem in vita æquiparari vsufructuario, & sic dare potest cui vult moderatè tamen.

APPROBATVR communiter, vt dicit Rot. *in Vrsellen. spoliorum, seu donationis. Veneris 13. Februarij 1509. nu. 1. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 241. part. 2. in Recent. & in eius manuscript. est decis. 211. lib. 2. & in impress. est decis. 401.* vbi supra corrige allegationem Glos. cum suo textu allegatur etiam *decis. Rot. 41. incip. Cum Camera. de probat. in antiq.* Et deciditur in allegata Vrsellen, licuisse Episcopo Vrsellen Regulari professo emere quasdam domos pro se, vti priuata, & Laica persona, easque postea quibusdam suis neptibus assignare, ex ibi docetè moro suo cumulatis.

Idem dixit Rota *coràm Card. Seraphino decis. 594. Proposui iterum, nu. 7. 8. & 19. Et coràm Card. Blanchetto. in Romana, seu nullius pecuniaria. Veneris 4. Iunij 1593. incip. Domini concorditer. ante fin. Et in eadem coràm eodem. Veneris 19. Nouembris 1591. incip. Fuit resolutum. Illa est decis. 90. Ista est 91. in lib. 3. in meis manuscript.* Quod beneficiatus in vita vsufructuario, in morte vsuario comparetur.

GLOS. in cap. 1. in verb. Suas. de Cleric. non resid. in 6.

DECLARATVR à Rota *in Hispalen. distributionum. Vener. 2. Maij 1603. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. est in Recent. decis. 61. nu. 4. part. 1. & vide ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. §. 14. in fin.*

¶ *Can. Reintegranda. 3. quæst. 1. quod ad damnum, vel pœnam perpetuò agi possit iuxtà glos. fin. in cap. sollicitæ. de restit. spoliat. intellectus.*

GLOS. in verb. Spoliatus. fin. in fin. in cap. sollicitè. 2. de restit. spoliat.

Vbi dicit ad damnum, siue pœnam perpetuò agi posse, quia nulla conditio temporis opponi potest *can. reintegranda. 3. quæst. 1.*

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Serapphino decis. 1360. Fuit mihi. nu. 9. in fin. vers. secundò non obstat.*

obstat. Quod sublato fundamento, quod sit in *d. can.* aliàs vt in *d. decis.* quod non duret perpetuò, tollitur etiam opinio glosæ, quæ illi inititur.

¶ *Capitulum non potest statuere sine Episcopo in pertinentibus ad statum Ecclesiæ, secus in non spectantibus ad Episcopum, vel statum Ecclesiæ.*

GLOS. in cap. constitutionem. 2. in §. cæterum in verb. Statutum. de verb. significat. in 6.

APPROBATVR communiter à Doctor. vt testatur Rota *in Illerden. statuti. Mercurij 19. Martij 1597. coràm Corduba. est decis. 110. in eius lib. in manuscrip. incip. Dubitaui super validitate statuti.* Quam decis. sequitur Rota *in Hispalen. Cantoriæ de Ossura. Vener. 3. Decembris 1599. coràm Litta. nu. 1. est decis. 21. p. 2. in Recent.* Quod Capitulum non potest statuere sine Episcopo in pertinentibus ad statum Ecclesiæ, secus in non spectantibus ad Episcopum, vel statum Ecclesiæ. Et vide infrà *Part. 6. in §. statutum concernens statum Ecclesiæ.*

Eamdem Glos. communiter esse receptam dicitur *in Gerunden. vini. Ven. 24. Nouembris 1600. num. 1. coràm Decano Pegna. est decis. 65. in eius lib. 5. in manuscript. incip. Episcopus, & Capitulum. & habetur decis. 34. in Recent. part. 2.* vbi habetur, non solum in ista causa, sed in pluribus etiam alijs sæpè fuisse decisum in Sacro Rotæ Auditorio, dominium bonorum Præpositurarum esse penès Episcopum, & Capitulum, & ad eos consequenter spectare super his statuere, & ordinare ex *d. glos.* & plures pro ea cumulantur.

¶ *Excommunicato pauperi non debetur aliquid ratione Ecclesiæ, nisi fame pereat, vel nisi excommunicatio sit nulla.*

GLOS. in verb. Subtrahuntur. in cap. Pastoralis. 53. §. Verum. de appellat.

Vbi dicitur, quod excommunicato non debet aliquid ratione Ecclesiæ, nisi fame pereat.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphino decis. 1098. Fuit dubitatum, an alimenta, nu. 3.* Quod *d. glos.* non procedit stante nullitate excommunicationis, quæ non ligat. *Couarr. in cap. Alma mater. part. 1. §. 7. num. 5. Nauarr. in cap. cum contingat. in 2. remed. nu. 3. de rescript.* cum alijs adductis *coràm Corduba in hac eadem causa Salamantina censurarum. Veneris 14. Ianuarij 1594. Dubitaui, an censura. est decis. 7. in eius lib. in manuscript.* Præsertim quando fuit obtenta absolutio ad cautelam.

¶ *Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus, quando prima Ecclesia desinat esse Episcopus, vt beneficia in dicta prima Ecclesia vacantia non possit conferre, quæ reseruantur per Regulã Secundam Cancellariæ.*

GLOS. in verb. Translatus. in can. si quis iam translatus. 21. quæst. 2.

Intelligit illum text. qui dicit, Quod translatus de vna Ecclesia ad aliam nihil habet commune cum prima, locum habere post adeptam possessionem.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Lancellotto Iun. in Placentina Canonicatus, & præbendæ. Ven. 26. Martij 1610. incip. Cum Canonicatus.* Cum *glos.* requirat adeptionem possessionis, quod debet intelligi quoad beneficia inferiora ab Episcopatu, vt videlicet, beneficia promoti ad Episcopatum non vacent per promotionem, nisi à die adeptæ possessionis Episcopatus, & sic in translatione abusiua. Et quod in istis terminis procedunt multæ auctoritates, & decisiones in contrarium allegatæ, & præsertim *in Veglen. pensionis 7. Maij 1571. coràm Card. Lancellotto Sen. & in Toletana Scholastriæ 22. Iunij 1592. coràm Orano, & in Firmana pensionis coràm Cardin. Millino.*

Secus in vera translatione, in qua opinio *Glos.* non est vera, nec seruatur, *vt per Pauin. de offic. & potest. Capit. sed. vacant. in vlt. prælud. nu. 7. vers. tertiò per translationem.* Et quod aliàs posset cõtingere, quod translatus prius consequeretur secundam sponsam, & Ecclesiam, quàm dimitteret primam, cum tamen sicut non posset quis ad secundum matrimonium transire, nisi præcedat liberatio à primo *cap. penult. & fin. de secund. nupt.* Ita nec Episcopus potest alium Episcopatum acquirere, nisi à priore absoluatur, vt considerauit *Abb. cons. 101. nu. 7.*

Ista decis. *coràm Cardin. Lancellotto,* fuit posteà confirmata *coràm Reuerendiss. Coccino Decano. Die 26. Martij 1613. incip. Sanctiss. D. N. Est decis. 475. part. 1. in Recent.* vbi *num. 3.* ponitur opinio *d. glos.* & sequacium. Et *nu. 16.* declarantur, vt suprà dictum est, vt loquantur de abusiua, non de vera translatione. Et *num. 17.* dicitur quod adeptio possessionis Ecclesiæ non requiritur pro administratione iurisdictionis Episcopalis circumscripta consuetudine secundũ glos. communiter approbatam *in cap. penult. in verb. Collatio. de præbend. in 6.* sed sufficit expeditio literarum, & earum præsentatio facta Capitulo. Et proptereà ipsi Episcopo imputandum si non ostendit dictas literas.

Vide *in nostris Obseruat. Pract. conclus. in verb. Episcopus. Obseruat. circa Collationem beneficiorum. Et Obseruat. circa Episcopum promotum, & translatum.*

¶ *Priuilegij sola exhibitio sufficit ad effectum exemptionis, etiam quod non adsit quasi possessio.*

GLOS. in cap. cum personæ. in verb. turbentur. de priuileg. in 6.

Dum innuit, quod sola exhibitio priuilegij sufficiat *per §. sequens infrà eod.* ad effectum exemptionis, etiam quod non adsit quasi possessio.

REPROBATVR à Rota *in Sipontina Iurisdictionis. Veneris 24. Maij 1613. coràm Card. Sacrato. nu. 9. est in Recent. decis. 491. part. 1.* quia loquitur contrà regulas iuris, *ex allegat. in d. decis.* Et ducit argumentum à contrario sensu, quod argumentum non valet ad inducendam correctionem iuris; vt latè *per Euerard. in loco à contrario sensu. nu. 8.* prout induceretur in proposito casu, qui videtur communis intellectus illius, *cap. cum personæ. vt per Lap. ibi. nu. 4. vers. & hoc videtur. Anchar. num. 6. vers. hoc tamen. Gemin. in d. cap. cum personæ. §. si verò. vers. & hoc videtur. Franc. ibid. num. 3. vers. & hoc procedit.* dum dicunt exhibentem priuilegium, ita demum euitari manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis. Nec potest dici constitutus in quasi possessione exemptionis, nisi probetur euenisse casum, & quod Ordinarius voluerit exercere iurisdictionem, & fuerit repulsus, & repulsioni acquieuerit, ex Doct. allegat.

LEGES IVRIS CIVILIS.

¶ *Societas si contracta sit in rem conducendam lucrum, & damnum transmittitur ad hæredes.*

L. Actione. 66. §. si in rem ff. pro soc.

Vbi dicitur, quod si in rem conducendam cõtracta sit societas lucrũ, & damnũ transmittitur ad heredes.

DECLARATVR à Rota *coràm Bubalo in causa Romana participationis. Lunæ 9. Maij 1583. incip. Cum iam fuisset. est decis. 175. in eius lib. in manuscrip.* Quod hoc procedere potest, si ius conductionis esset commune cum socio, nempè si socius cum alio simul domum conduceret, tunc enim complicatus esset contractus societatis cum conductione, & ideò, quia contractus conductionis ad hæredes transit, debent sic etiam emolumenta prouenientia ex conductione ad heredes transire, secus autem esset, vbi conductio procederet in personam vnius; nam quàmuis postea detur alteri aliqua participatio, tamen societas contracta dicitur principaliter, & concessio participationis solum deseruiret ad effectum contrahendi societatem, non vt censeatur translatum dominium dictæ participationis in socium. *l. si tibi à te. de præscript. vers. quinimò concessio participationis.*

¶ *Subhastatio debet fieri præsente pecunia.*

Conclusio I.

L. A Diuo Pio. 15. §. sed si emptor. vers. oportet enim. Ibi, præsente pecunia. ff. de re iudic.

Qualiter subhastatio debeat fieri prȩsente pecunia.

DECLARATVR à Rota. De quo vide suprà *Part. 2. Obseruat. circa Subhastationem. §. 1. Rota sepius firmauit subhastationem.*

¶ *Adiudicatio debet fieri per verba importantia consensum de præsenti.*

Conclusio II.

d. L. A D. Pio. 15. §. si pignora. ff. de re iud.

PONDERANTVR verba istius text. à Rota *in Romana domorũ de Roncionibus. Merc. 14. Iunij 1615. corã Baratto. incip. In hac propositione. Est decis. 730.*
1 *partis. 2. in Recent.* vbi *nu. 3.* dicitur, † adiudicationem
debere fieri per verba importantia consensum de præsenti, sicut in emptione, & venditione. *l. 1. & 2. ff. de contrah. empt. & vendit. Thesaur. decis. 334. n. 5. & 6. in fin. cum alijs ibi citat.*

Et *num. 4.* ponderat ad hunc effectum verba *d. l. à Diuo Pio.* quæ sunt præsentis temporis, ibi, *vt addicantur*, & Glos. ibi exponit, idest, dentur insolutum. *& Odofr. Alber. & Bart.* qui omnes expresŝè sentiunt
2 † adiudicationem fieri per verba de prȩsenti, & quod
sequuntur *Castr. in princip. vers. & prædicta.* qui ponit verba sententiæ adiudicationis temporis præsentis. *& ibid. etiam Herculan. num. 2. vers. & prædicta procedunt.* vbi etiam alia cumulantur pro confirmatione dictæ conclusionis. Vbi vide multa spectantia ad istam materiam adiudicationis.

¶ *Locationis renouatio, quando non sit facienda.*

L. 1. Ait Prætor. §. permittitur. ff. de aqu. quot. & æstiu.

Vbi dicitur, quod renouatio locationis est debita ex æquitate.

DECLARATVR à Rota *coràm sanct. mem. Gregorio XV. decis. 45. nu. 2. Fuit resolutum per Dominos* Quod non procedit in locatione ad certum tempus. *Soccin. Iun. cons. 9. nu. 15. lib. 3.* & maximè tunc cessat omnis difficultas, quando dominus non vult eam locare, sed pro se retinere. *Abb. in cap. bonæ. sub n. 28. extrà de postul. prælat. Ruin. cons. 152. num. 3. lib. 1. incip. Præsupponitur. Mil. in verb. emphyteusi finita. Caputaq. decis. 304. Emphyteusi. & 309. Episcopus. part. 1.* & fuit dictum *coràm Card. Mantica decis. 10. Dubitaui extrà Rotam, & coràm Card. Pamphilio. in Rauennaten. bonorum 20. Nouembris 1597.* cum alijs decisionibus allegat. *per Addent. ad d. decis. Gregorio XV. in litera A. num. 7.*

¶ *Sententia debet esse lata in scriptis, & à iudice recitata.*

L. Arbitri. 1. C. de sent. ex breuic. recit.

Quod sententia debet esse lata inscriptis, & à iudice recitata.

DECLARATVR ista lex à Rota *in Pacen. Canonicatus. Mercurij 17. Iunij 1615. coràm Vbaldo. incip. Fuit responsum. Est decis. 731. p. 2. in Recent.* vbi *nu. 4.* dicitur, quod si ista deficiant, vt si sit lata per decretum non eò minus sententia dicetur definitiua, vel saltem mixta, quæ magis participat de definitiua, vt latè explicat *Bart. cons. 6. nu. 3. & seq. Angel. cons. 115. sub nu. 2. vers. concludo igitur.* Et idem *Angel. in l. qui restituere. nu. 6. ff. de rei vendic. Capic. decis. 1. nu. 21. Surd. decis. 231. nu. 22.* Quod maximè procedit quãdo à dicto decreto fuit appellatum, & causa appellationis, tamquàm à sententia definitiua commissa in Rota, concurrente etiam stylo illarum partium, in quibus iudices solent pronunciare vnam partem probasse, aliam non probasse intentionem suam; quo casu dicitur non esse dubium quando decretum habet vim diffinitiuæ.

¶ *Tutela administrationis liberatio legata patri, vel alijs coniunctis personis, maximè si est facta verbis amplissimis operatur, quod talis legatarius non teneatur de dolo præsumpto ob non confectionem librorum, neq; ad reliquorum solutionem ob naturalem affectum, cũ alijs hic notatis. Et quid in extraneis, quibus est facta similis liberatio. nn. 5. & 6.*

L. Aurelius. 29. §. Titius testamento. ff. de liberat. legat.

1 Vbi dicitur, † quod generalis liberatio administrationis tutelȩ patri legata continet liberationem reliquorum, secus in extraneo, & hoc propter naturalem affectum.

DECLARATVR ista lex à Rota *coràm Decano Pegna. in Romana administrationis tutelæ, siue liberationis legata. Die Lunæ 6. Martij 1589. incip. Vrsi-*
2 *lus. Est decis. 11. in eius lib. 1. in manuscript.* † Quod
talis legatarius non tenetur de dolo præsumpto ob non confectionem librorum, & ad reliquorum solutionem, ex causa in *d. l.* expressa, quoniam præsumptio propter naturalem affectum facit omnia videri
3 concessa, Et *glos. ibid. in verb. præsumptio.* † addit
euidentem causam, quia, scilicet, legatarij charitas, & necessitudo facit intelligi contrà consuetum modum. Quod ibidem profitentur ibi *Bart. Alber. & alij. Fulgos. cons. 25. incip. Spectabilis miles. nu. 4. vers. & inter personas. Dec. cons. 177. In causa.*

4 Quod maximè est dicendum, † quando liberationis legatæ verba sunt latè patentia, & prægnantia, qualia erant in casu decisionis, vbi D. Magdalenæ Sirotiæ de Anguillaria auiæ maternæ (in qua etiam procedit *d. l. Aurelius. §. Titius.* vt paulò infrà dicetur *sub nu. 11.*) D. Raymundi Vrsini, & eius tutrici, vltrà legatum à D. Raymundo ipsi tutrici relictum scutorum 500. fuerat etiam legata plenissima liberatio à reddendis rationibus administratæ tutelæ, iubendo ne aliquo modo, & quouis sub prætextu molestaretur, cogeretur, aut compelli posset à quocumquè in iudicio, nec extrà, vllo vnquam tempore ad reddendas rationes, & computa administrationis gestæ in bonis testatoris, à quorum computorum, & rationum remmissione, & redditione eam pænitus, & omninò liberauit, & absoluit. Ex quibus amplissimis verbis dictum fuit Magdalenam fuisse liberatam à à quacumquè redditione, & rationum redditione, pænitus, & omninò, & sic quod non tenebatur vllas rationes reddere, nec reliqua restituere, *l. si quis rationes. ff. de liber. legat.* omnemq; liberationis modum videtur cõprehendere, *Glos. 2. in Clem. de re iud. Aym. cons. 127. num. 12. Roland. cons. 5. nu. 35. lib. 1. Menoch. cons. 129. nu. 7. Couarr. in terminis lib. 2. var. resolut. cap. 14. nu. 2. vers. attamen hæc conclusio.*

Nequè obstare communem illam conclusionem,
5 † quod quando alicui est legata rationum reddendarum liberatio, nihilominus legatarius rationum libros conficere, & edere tenetur, & reliqua restituere. *l. quidam decedens. & l. qui plures. ff. de administr. tutell. l. non solum. §. si hæres. & l. fin. §. inter cætera. ff. de liber. Legat. Angel. cons. 175. incip. Viso dicto statuto. Alex. consil. 74. incip. In causa, & lite. lib. 7. Franc. Cremens. inter consil. Alex. consil. 164. lib. 5 Ruin. cons. 69. lib. 2. Dec. cons. 149. in fin. Grat. cons. 23. lib. 1. Ant. Gomes. tom. 1. var. resolut. cap. 12. circa fin. num. 83. vers. quæro si quis gessit officium.*

6 Responsum enim fuit eam procedere † cum liberatio fit extraneis, secus si coniunctæ personæ, prout erat casus decisionis, cum esset facta, vt dictum est, auiæ maternæ *d. l. Aurelius. §. Titius.* Item quod
7 procedit, † quando nõ est facta verbis tàm prægnantibus, sicut in casu eiusdem decisionis, *d. l. si quis rationes. ff. de liberat. legat.*

Et quod hæ duæ rationes, videlicet, quod liberatio est legata coniunctæ personæ, & quod facta ver-
8 bis adeò prægnantibus † tollunt obiectionem de *l. si seruus vetitus. ff. de legat. 1.* quod, scilicet, liberatio legata hoc solum operatur, ne legatarius ad nimis scrupulosam specificationem rationum teneatur, vt voluerunt *Salic. in l. cum necessitatem. C. de fideicom.* vbi *Corn.* vult, latam culpam non censeri remissam. *Aym cons. 193. nu. 9. Ruin. cons. 54. num. 13 lib. 1. Ant.*
9 *Gomes. tom. 1. variar. resolut. cap. 12. nu. 83.* † Cum ista procedat, vel in extraneis legatarijs, vel in illis quibus non est tàm plena liberatio relicta.

10 Nequè vlterius obstare, † quod casus decisionis erat in auia materna, non in patre de quo loquitur *text. in d. l. Aurelius. §. Titius. iuncta glos. in d. verb. præsumptio.* cum hoc videatur speciale in patre, & quod propterea non extendendũ ad auiam maternã.

Quia dicebatur *§. Titius.* loqui in patre, quia sic
11 ibi casus contigerat, † dispositionem verò *dicti §. Titius*, non esse restringendam ad solum patrem indicare rationem generalem ibidem expressam, quæ competit etiam alijs coniunctis personis, nempè, naturalis affectus, quæ & dolum excludit, & cætera remittit, eamquè fuisse Iurisconsulti mentem abundè sæpè Doct. ostẽdere, dum eam in alijs etiam coniunctis personis locum habere profitentur, Idem enim consuluit *Dec. in patruo d. cons. 177. nu. 4. vers. Et quia D. Ambrosius est patruus.* In patruo item *Angel. consil. 174.* Et in fratre *Soccin. Iun. cons. 98. nu. 22. lib. 1. per d. l. Aurelius, §. Titius.* per quam legatum liberationis largius, & liberius esse interpretandum docuerunt *Angel. Fulgos. & Dec. præcitatis locis.*

Nec denique obstare *Grat. cons. 23. lib. 1.* vbi matrem analogistam in testamento pupilli relictam, nihilominus ad rationes reddendas posse compelli, contendit.

12 Nam casus ibi propositus erat diuersus, † cum mater illa fuisset in dolo, & lata culpa circa res pupillares, de quo etiam erat publica vox, & fama per quatuor testes Ciues Bononienses legitimè probata.

Secundò, quia illa mater non obstante dicta libe-
13 ratione legata † tenebatur reddere rationem propter legem municipalem Bononiensem sub *Rubric. de tutell.* qua cauetur, vt non obstante quacumquè remissione, absolutione, vel dispositione testatoris ratio administratæ tutelæ reddi debeat.

Deniquè fuit dictum, quod quantum ad dolum
14 attinet, † cum hic duplex sit, verus, & præsumptus. *Anton. Gomes. tom. 3. var. resolut. cap. 14. nu. 4.* Dubium propositum non agebat de dolo vero, quem
15 manifestum erat non adesse. † Præsumptum verò non obstare faciebat fortior præsumptio naturalis affectionis dictæ Magdalenæ auiæ maternæ *d. l. Aurelius. §. Titius*, qua existente simul cum amplissimis legatæ liberationis verbis censebatur pænitus remissus, præsertim cum dolus præsumptus faciliùs remissus censeatur. *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 14. vers. sextum, & illud.*

¶ *Publicus error excusat.*

Conclusio I.

L. Barbarius. 3. ff. de offic. prætor.

Quod publicus error excusat.

DECLARATVR ista lege à Rota *in Paduana Prioratus. Veneris 5. Decembris 1614. coràm R. P. D. Pirouano. incip. Existimarunt Domini, est decis. 608. in*
1 *Recens. part. 2.* vbi *num. 12.* dicitur, quod *d. l.* † procedit, & in iure conferendi cum sit de pertinentibus ad iurisdictionem, *cap. conquerente. de offic. ordin.*
2 *Lap. allegat. 89. nu. 12. & 13.* † Et quod procedat in spiritualibus. *Caputaquen. decis. 356. lib. 1. in manuscript. Put. decis. 370. lib. 1. Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 24. nu. 44. & Rot. decis. 14. de Iurepatr. in fin. in antiq. Cresc. decis. 16. de testam. Rota in causa Abulen. Parochialis 15. Iunij 1595. coràm Orano. Mohed. de-*
3 *cis. 5. de testam.* vbi sustinentur † testamenta contrà Constitutionem Iulij II. ex sola ratione *l. Barbarius.*
4 † Et quod per eandem rationem Domini declararunt validam resignationem *in causa Conchen. de Valdeiudios coràm Cardin. Sacrato de mense Iunij 1613.* non obstante Constitutione Clementis VII. de consensibus extendendis.

In casu verò decisionis *In d. Paduana*, erat quod fuerat facta collatio beneficij ab Episcopo iuxta an-
3 tiquum sensum Rotæ super gratia alternatiua, † qui licet posteà fuerit decisus in contrariũ, & sic erroneus

in

in Sulmonen. alternatiua 14. *Maij* 1610. *coràm Card. Lancellotto Iuniore*, tamen quod collatio sustinebatur propter communem errorem, qui præstat causam validitati dictæ collationis. *per d. l. Barbarius*.

Et subditur *num.* 13. non obstare, quod *d. l. Barbarius*. sit fundata in errore, qui non admittitur con-
7 trà Regulas Cancellariæ habentes † decretum irritans, per quod ligantur, etiam ignorátes. *c. quoddam. versic. primu enim collatio. de præbend. in* 6. *Gabr. de*
8 *clausf. conclus.* 3. *nu.* 1. Quia tunc † decretum irritans ligat ignorantes, quando certa est, & determinata dispositio, cui adijcitur, secus si dubia, vt fuit dictum *in Parmen. prioratus* 16. *Februarij* 1598. *corã O. ano. in Cusentinæ Capellæ* 26. *Octobris* 1601. *coràm Card. Millino. & in Leodien. Canonicatus Tongren.* 22. *Aprilis* 1611. *coràm eodem Pirouano*. Qualis scientia non erat ante resolutioné coràm Card. Lancellotto.
9 † Et licet ageretur de articulo iuris non facti, qui non excusat *cap. eum qui. cum glos. de præbend. in* 6. *vbi Io. Monach. nu.* 3. *vers. ex præmissis*. Tamen quia
10 † articulus iuris est adeò dubius, & perplexus propter antiquas resolutiones, vt æquipararetur errori facti.

¶ *L. Barbarius. de offic. prætor. habet etiam locum in Episcopo.*

Conclusio II.

d. L. Barbarius. ff. de offic. prætor.

Ista lex habet locum, etiam in Episcopo excommunicato, licet non fuisset declaratus, nec pro tali habitus ab eo gesta sustinẽtur ratione publici officij. *Couarr. in c. alma mater. p.* 1. *§.* 7. *sub nu.* 9. *vers. ideò. de sent. excomm. in* 6. *Felin. in cap. Rodulphus. nu.* 39. *de rescript. Rota in Iacen. Archidiaconatus* 23. *Iunij* 1601. *coràm Card. Pamphilio.* & posteà *in Placentina beneficij* 1. *Iulij* 1611. *coràm Card. Lancellotto. & vlterius in eadem causa repetitum. Mercurij* 20. *Nouembris* 1613. *coràm Vbaldo. est decis.* 534. *nu.* 3. *part.* 1. *in Recent.* vbi prætendebatur collationem beneficij fuisse nullam vti factam ab Episcopo, qui propter recursum ad iudices Laicos mediante procuratore, de cuius mandato non constabat, dicebatur propter Bullam in Cæna Domini fuisse excommunicatum. Et licet dicta Bulla esset notoria, non tamen erant notorij recursus propter quos imponitur excommunicatio. *cap. cum secundum. de hæret. in* 6.

Nec obstare decisionem *in Assisien. Canonicatus* 25. *Iunij* 1599. *coràm Gypsio*, quæ decisio non habetur inter Decisiones Gypsij, quia morte præuentus fuit extensa à Litta, vt est annotatum in lib. Gypsij *in decis.* 300. *lib.* 1. *in eius manuscript.* Quia vt bene consideratur *in d. Iacen.* illa loquitur in Episcopo suspenso ex verbis expressis in Constitutione fel. rec. Pij V. ob resignationem beneficij admissam, & eiusdem collationem factam in consanguineũ resignantis, secus est in excommunicatione occulta, & non declarata. Quia suspensus etiam occultus censetur prohibitus ab exercitio iurisdictionis. *Nauarr. in manual. cap.* 27. *sub nu.* 151. *& cons.* 4. *sub nu.* 3. *de Cleric. excommun.* & consequenter collationis beneficiorũ, quæ est iurisdictionis *cap. nostri. & cap. transmissa. de elect. Lap. allegat.* 89. *num.* 12. Excommunicatus autem non priuatur ab exercitio Ordinis, vel officij, donec fuerit declaratus, sed tantum à communione Sacramentorum, vt per eundem *Nauarr. d. cap.* 23. *num.* 152. *vers. tertiò dico.*

Nec etiam obstare, quod *in d. Assisien. dicitur l. Barbarius*. non habere locum, quando agitur contrà prouisum Apostolicum. Quia fuit responsum, vltra quod illa decisio, vt dictum est, habet locum in terminis dictæ Constitutionis Pij V. validitatem collationis, de qua in hac causa Placentina, non fundari solum in communi hominum reputatione iuxtà terminos *d. l. Barbarius*, sed in præallegatã communi Doct. sententia à Rota sæpè canonizata, quod collatio facta ab Episcopo, quamuis occulto excommunicato valeat ex allegatis.

Nec etiam obstare *Cæsar. de Graß. decis.* 2. *num.* 12. *& seq. de sent. excomm.* Quia loquitur de collatione facta excommunicato, quæ non valet, quia etiamsi sit occultus est incapax collationis, secus verò in conferente excommunicato occulto, cuius gesta ratione publici officij sustinentur ex suprà deductis.

¶ *d. L. Barbarius. habet locum in tutore.*

Conclusio III.

d. L. Barbarius.

Habet locum in tutore, licet tutor non promisisset pupillum indefensum non relinquere, quando adsunt verba promissionis æquipollentia, & pro tali fuit tentus, & reputatus, ne tot actus cum eo gesti corruant æquitate suadente, non obstante, quod *d. l.* procedat in officiali publico auctoritate, & vtilitate, vt dicit *Rota coràm Accorambon. decis.* 18. *lib.* 2. vt ibi etiam notauimus *Part. I.*

¶ *L. Barbarius. habet etiam locum in delegato.*

Conclusio IV.

d. L. Barbarius.

Habet etiam locum in delegato, vt post *Vant.* qui testatur de communi, *in tit. quib. mod. sentent. nullit. defens. & repar. num.* 46. tenuit Rota *coràm Ouirdin. Seraphino decis.* 1004. *Fuit resolutum. num.* 4. vbi de Vicepotestate, qui procedit vti delegatus.

¶ *L. Barbarius. ff. de offic. prat. habet locum in Vicario deputato à Capitulo Sede Episcopali vacante, vt sustineantur Ordines suscepti in vim literarum dimissorialium à dicto Vicario post annũ concessaru.*

Conclusio V.

Ad d. l. Barbarius.

Rota *in Burgen. Canonicatus. Veneris* 17. *Nouembris* 1586. *coràm Gypsio. Est decis.* 42. *in eius lib.* 1.
1 *in manuscript. incip. In causa Burgen.* † Dixit *d. l. Barbarius* suffragari, vt sustineantur Ordines suscepti in vim dimissoriarum à Vicario Capituli Sede vacante post annum concessiarum, cum præsupposito, quod idem Vicarius nonnullas dimissorias infra annum dedisset contrà decretum *Concilij Trident. sess.* 7. *cap.* 10.

Quia huiusmodi concessio literarum infrà annum,
2 non debet nocere ei, † qui ignorabat ad tradita per *Lap. allegat.* 89. *num.* 3. *Anchar. cons.* 117. *nu.* 2. *vers.*
3 *hoc probatur. Cassiad. decis.* 1. *de præbend.* † Maximè cum in dicto casu decisionis, fuissent deputati duo Vicarij, qui sciente, & patiente Capitulo, vt est verisimile, dictas literas dimissorias concedebant, ex quo datur intelligi, quod prædictam facultatem

habebant in mandatis, quandoquidem scientia, & patientia idem operatur, quod expressa deputatio. *l. qui patitur. ff. mandat. Alex. cons. 157. nu. 10. & seq. lib. 2.* & est in terminis *decis. Crescent. 178. lib. 1.*

Stante autem deputatione, ac bono titulo dicti Vicarij respectu initij Vicariatus, consentaneum est,
4 quod superueniens defectus, & haud notorium impedimentum propter reliquias, quæ ex dicto titulo remanserunt, non obstat quo minus regula. *l. Barbarius. de offic. prætor.* locum sibi vendicare valeat, vt animaduertit *Cuman. cons. 62. nu. 2. vers. cæterum. per Glos. in Auth. de tabellion. §. vlt. in verb. decurrentis.*

Et quod communis error suffragaretur ad istud propositum, benè faciebat. *Rot. decis. 1. de offic. Vicar.*
5 *in nou.* maximè quia concedere † dimissorias iurisdictionis est secundum *Abbat. in cap. fraternitatis. nu. 6. circa med. vers. est enim. de Cleric. non resid. Pauin. de auctor. Capit. sed. vacant. part. 2. quæst. 6. in princip. Io. de Sylu. de benefic. in vltim. part. quæst. vlt. nu. 2.*

Hinc dicebatur tolli consideratio *Ferrett. cons. 8.*
6 *nu. 3.* volentis *d. l. Barbarius,* † non habere locum, quando inhabilitas non potest remoueri per eum, qui deputauit, prout in casu propositæ decisionis; quia non erat in potestate Capituli, tribuere Vicario fa-
7 cultatem cõcedendi dimissorias intrà annum. † Quia in casu Ferretti inhabilitas personę ab initio concurrebat, iuxtà tradita per *Gabr. de probat. conclus. 8. in 3. limit.* Sed Vicarius à principio ritè, & rectè fuit
8 deputatus, † Et quod propterea initium spectandum est, quamuis effectus contrarius sit secutus, *Clem. fin. vbi Cardin. de rescript.*

Quæ decisio fuit posteà in eadem causa confirmata. *Veneris 28. Nouembris 1586. coram eodem Gypsio, est decis. 48. in eodem lib. 1. in manuscript. incip. Aducersus decisionem.*

¶ L. *Barbarius. non iuuatur Vicarius deputatus à Capitulo Sede vacante si conferat beneficia vacantia, cum neq; Capitulum, quod eum deputauit, non possit ea conferre.*

Conclusio VI.

Ad d. l. Barbarius. ff. de offic. prætor.

Rota *in Abulen. Parochialis. Lunæ 5. Iunij 1595. coràm Orano. incip. Ecclesia Abulen. Est decis. in eius lib. in manuscript.*

1 Dixit præfatam *l. Barbarius,* † non habere locum in Vicario deputato à Capitulo Sede vacante, si con-
2 ferat beneficia vacantia, † Nam sicut Capitulum Sede vacante non potest conferre beneficia. *cap. 2. ne sed. vacant. cap. 1. §. si verò. eod. tit. in 6. Gemin. in cap. 1. sub num. 4. de maiorit. & obed.* Ac proinde, nec potest deputare Vicarium, qui occurrente eorum vacatione de eis disponat, & si conferat non iuuatur
3 *d. l. Barbarius.* † Quia licet *d. l.* habeat locum in spiritualibus versantibus circa iurisdictionem. *Abb. in cap. 2. de presbyt. non baptiz. Addit. ad Corsett. in Singul. in verb. Error communis. cum relatis per Gabr. de probat. conclus. 8. nu. 36.* & collatio sit iurisdictionis. *Abb. in cap. cum olim. num. 6. de maiorit. & obed. Lap. allegat. 89. nu. 12. Rot. decis. 14. de Iurepatr. in antiq. Crescent. decis. 178. aliàs 15. de probat.* Tamen
4 † secus est, quando inhabilitas est in potestate creantis, ita quod ab illo non possit remoueri: Quia *d. l. Barbarius,* vltrà communem reputationem, errorem,
5 & quasi possessionem † requirit auctoritatem superioris, atquè ita facultatem Capituli deputantis Vicarium, ad effectum vt possit ipsum habilitare ad collationes faciendas, aliàs actus per eum facti non solum corruunt ex defectu ipsius, sed quàm maximè ex defectu causæ efficientis. *Bald. in l. 2. num. 9. C. de sentent.* nihilquè communis opinio, error, & quasi possessio operantur. *Doct. in d. l. Barbarius. & ibi Ias. nu. 49. Alex. in cons. 138. nu. 7. lib. 1.* In terminis Vicarij. *Paris. in cons. 136. nu. 7. lib. 4. Ferrett. cons. 8. nu. 3. vers. nonò. per tot. & cons. 69. num. 3. Bertrand. consil. 12. lib. 1.*

¶ L. *Barbarius. de offic. prætor. an procedat in Cardinali Legato.*

Conclusio VII.

Ad d. l. Barbarius.

ROTA *coràm Cardin. Seraphino in Leodien. hæreditatis, & bonorum. Lunæ 14. Octobris 1571. Cum duplici via. Est decis. 142. in impress.*

1 Dixit, quod licet Cardinali † Legato asserenti de facultatibus regulariter crederetur iuxtà doctr. *Io.*
2 *Andr. in cap. constitutus. de appellat.* † Hoc tamen non procedere in ijs, quæ neque de iure communi, neque ex generali officio legationis competunt, vt per *Dec. cons. 228. num. 9.* qui plures allegat. *Roman. cons. 387. nu. 3. Paris. cons. 12. num. 133. & 134. vol. 2.*
3 † Potestas verò creandi Comites, & legitimandi est de reseruatis. *cap. per venerabilem. qui fil. sint legit.*
4 *Paris. dicto consil. 12. num. 130.* † vbi etiam declaratur doctrin. *Bald. in l. exemplo. C. de probat.* qui ex pluralitate actuum publicè gestorum concludit, quod gesta valeant ratione præsumptæ veritatis. Quæ præsumptio cessabat in casu decisionis, quoniam constabat de veritate ex inspectione facultatum publicatarum, & registratarum, quæ præsumptio est validior, iuxtà *Put. decis. 298. aliàs 297. in nou. impress. In causa Toletana. lib. 3.*

In fine decisionis fuit dictum, vt dubitaretur, An essent tales actus, & ita vniformes, vt ex illis posset deduci communis error sufficiẽs in casu, de quo agebatur, & sic an esset locus. *l. Barbarius. ff. de offic. prætor.*

Et die *Lunæ 3. Decembris eiusdem anni 1571. incip. Quia materia. coràm eodem Seraphino. est decis. 147.* proposito dicto dubio, non potuit capi resolutio propter varietatem opinionum.

5 Aliqui enim tenebatur, quod in primis esset † necessarium probare communem errorem, & quod procederet à persona habente auctoritatem, cum actuum in specie vniformitate, nam de vno ad alium non benè infertur, cum in reseruatis dentur gradus differentes ad *Ias. in l. Imperium. nu. 22. de iurisdict.*
6 *omn. iud.* † Vlterius cum videretur esse defectus in forma, propterea communis error nihil operabatur. *ex allegat. à Gabr. de probat. conclus. 8. nu. 41.*

Alij verò tenebant, quod datis dictis terminis habilibus, nimirum, communi errore, & reputatione,
7 † quod in casu proposito non aderat defectus in forma, sed in substantia stante reualidatione Leonis, quia aderat defectus formæ ob non factam mentionem reuocatoriæ. Neque isto casu requiri actuum vniformitatem, cum error non esset inductus, ex eo quod Cardinalis se simpliciter gesserit pro Legato, quo casu procederet *consil. Alex. 80.* sed ortus fuisset ex publicatione facultatum. Propterea stante hac varie-

varietate non fuit capta resolutio, & restricta difficultas ad tria dubia, quæ ibidem habentur.

¶ *L. Barbarius, non habet locum in probatione reseruationis.*

Conclusio VIII.

L. Barbarius. 3. ff. de offic. prætor.

Non habet locum in probatione reseruationis. *Aegid. decis.611. incip. Actor admißus. nu.2.*

Quæ tamen declara, vt habes suprà *in I. Part. ad Aegid. in d. decis.*

¶ *L. Barbarius non habet locum in prouiso ab Ordinario, stante concursu prouisi Apostolici.*

Conclusio IX.

L. Barbarius. 3. de offic. prætor.

Non habet locum in prouiso ab Ordinario stante concursu prouisi Apostolici, vt post *Lap. allegat. 89. col.6. Ferrett. cons.9. num.1. part.1. Boer. decis.150. num.13.* dixit Rota *in Aßisten. Canonicatus. Veneris 25. Iunij 1599. coràm Litta. nu.6. est decis.17. in Recent. part.2.*

¶ *Fiscus quando vendit bona confiscata tamquàm sua, & ab ipso possessa, tunc obstat quadriennalis præscriptio.*

L. Benè à Zenone. 3. C. de quadrien. præscript.

Procedit iste text. quando fiscus vendidit bona confiscata tamquàm sua, & ab ipso possessa, tunc obstat quadriennalis præscriptio. *Alex. cons.52. num.5. & 7. lib.7. Grammat. decis.65. num.79. Auct. tract. de iur. fisc. lib.6. tit.4. nu.18.* Secus verò, quando fiscus numquàm possedit bona. Et filijs in omnem euentum competit restitutio in integrum aduersus dictā præscriptionem si sunt minores, vt in prædicto *tract. num.18. limit.16. Rota in Interamnen. legitimarum. Lunæ 22. Aprilis 1613. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. nu.5. vt in Recent. decis.479. part.1.* vbi agebatur de legitima filiorum contrà bona confiscata, quæ est semis.

L. Boues. 89. §. hoc sermone. ff. de verb. sig.

Circa reiterationem, vel consumptionem actus. Vide aliqua super hoc *in cap. si compromissarius. 37. de elect. in 6.*

¶ *Si Procurator pecuniam domini soluat suo nomine, neuter liberatur, sed consumpta pecunia liberatur ipse, non dominus, & qualiter hoc procedat.*

L. Cassius ait. 27. ff. de solution.

Vbi dicitur, quod si pecuniam dedi procuratori meo, vt eam solueret meo creditori, si suo nomine dederit, quia in illa quātitate erat ei obligatus, tunc neuter liberatur, sed si creditor bona fide consumpserit dictam pecuniam, procurator tantū liberatur.

DECLARATVR à Rota *coràm Cæsare de Graß. decis.148. nu.20. incip. Prima difficultas.* Quod dictus text. videtur intelligendus, quando illæ pecuniæ sic consumptæ non possunt euinci, secus verò si euinci possint, & imminente euictione in limine cōtractus, non est nouum, quod debeat caueri. *l. post perfectā. C. de euict. vbi Bald. & Salic. l. penult. §.1. vbi Bart. ff. de pericul. & commod. rei vendit.*

¶ *Maiumæ lætitiæ, seu ludi qui sint.*

L. Clemētiæ nostræ. C. de Maiuma. lib. 11.

Quæ fuerint istæ lætitiæ, seu ludi Maiumæ. Vide, quæ diximus *Part.3. ad Alciat. lib.5. parerg. c.5.*

¶ *Pater etiam habens filios legitimos, potest naturalem curiæ tradere, sed non potest ei plus relinquere, vel donare, quam vni ex filijs legitimis, & naturalibus, & an hoc extendatur ad legitimatos per rescriptum Principis.*

L. Commune. 9. §. fin. C. de natural. liber. & §. Et quoniam variè. 5. auth. quib. mod. natural. effic. siu.

Vbi dicitur ne nimia affectio patris erga filium naturalem, quæ ex legitimatione ostenditur euacuari possit in præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium expressè prohibetur aliquid amplius dari, vel relinqui legitimato, quàm vni filio ex legitimo matrimonio nato.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Pamphilio Senior. in causa Nullius legitimationis. Lunæ 20. Aprilis 1587. incip. Dubitaui præsupposita. est decis.101. in eius lib. in manuscript.* Quod licet pleriq; teneant dispositionem, de qua dicta iura loquuntur non extendi ad legitimatos per rescriptum, in quibus ex eo, quod verè, & propriè efficiantur legitimi, & in nihilo differunt à legitimis. *§. reliqui. & §. illud autem. auth. quibus mod. natural. effician. siu.* ideò putant esse diuersam rationem, vt defendit *Aret. in l. Gallus. §. & quod si tantum. ff. de liber. & posthum.* cum nonnullis alijs; de quibus per *Bero. consil.172. num.24. & cons.174. nu.17. lib.2.* qui dicit esse communem. *Roland. cons.95. lib.3. Marzar. cons.10. n.50.*

Contraria tamen opinio, quod dicti Doctores qui loquuntur de legitimato per oblationem Curiæ, quibus tantum poterat huiusmodi dispositio applicari, ex quo existentibus legitimis, & naturalibus, aliter legitimationes non solent concedi. *§. generaliter, & d. §. illud autem. eod. tit. quibus mod.* procedant etiam in legitimatis per rescriptum, cum concurrat nedum eadem ratio coercendi immoderatam affectionem erga filios naturales, sed maior, quia legitimatio per oblationem Curiæ est maioris virtutis, & efficaciæ, quàm ea, quæ fit per rescriptum; vt inquit *Paul. de Castr. in l. ex facto. in fin. princip. ff. de vulgar.*

Et etiam magis communis, nam eam tenuerunt *in d. §. & quoniam variè. Bald. in c. per tuas. de maior. & obed. Doctor. in dicto §. & quid si tantum. Soccin. nu.1. Iaf. nu.108. Curt. Sen. cons.16. col.3. Soccin. consil.212. col.1. in fin. lib.2. incip. Prima consultatione. Natt. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu.104. C. de testam.* Et communē dicit *Dec. cons.393. n.2. incip. Consului superioribus.* Et magis communem *Ruin. cons.107. num.77.* & colligi potest, ex his quos in hanc partem citant. *Bero. Roland. & Mazar. vbi sup.*

Quando legitimatis possit pater plus relinquere, quam filijs legitimis, & naturalibus. Vide, quæ diximus suprà *Part.3. circa Doctores. in §. Præpos. in cap. per tuas. 12. sub nu.28. extrà qui fil. sint legit.*

L. Continuus. 137. §. cum ita. ff. de verbor. obligat.

Quando procedat, & quando non.

Vide *in l. itinere. 3. ff. de verb. significat. & l. Vicena millia. in princip. 1. ff. si quis caution. nu. 2.*

¶ *Sententia, & acta contrà minorē indefensū sunt nulla.*

L. Contra pupillum. 54. ff. de re iudic.

DECLARATVR à Rota *coràm felic. recordat. Gregor. XV. decis. 43. nu. 9. Fuit tentum non intrare.* Vide, quæ diximus infrà *in hac Part. ad l. cum. & minores. 4. C. si aduers. rem iud.*

¶ *L. cum acutissimi. 30. C. de fideicom. quādo habeat locū.*

L. Cum acutissimi. 30. C. de fideicommiss.

DECLARATVR à Rota *in Ciuitaten. bonorum, Luna 14. Ianuarij 1591. coràm Card. Mantica. est in*
1 *eius impreß. decis. 125. nu. 7.* Quod † habeat locum, quoad portionem proprij parentis, non quoad alterius, vt fuit dictum *ab eod. Mantic. tit. 3. num. 27. & tit. 20. nu. 21. vers. sed est aduertendum. de coniect. vlt. vol. lib. 11,* cum alijs in decis. allegat. † Et vlterius quod præsumptio *d. l.* habet locum in portione, quæ matri, vel patri purè est relicta, & acquisita, vt loquitus *d. l. & ibi glos. in verb. Vitam. cum concord.* Secus quando fuit relicta sub conditione, quæ in vita matris non fuerit purificata, nam cum ei non fuerit acquisita, neque ad filium poterit transmitti, & cessat præsumptio *d. l.*

¶ *Legatum rei alienæ tenet, si testator ignorauit rem esse alienam, sed hoc cessat si sit relictum personæ coniunctæ.*

L. Cum alienam, C. de legat.

Limitat. §. non solum. Instit. de legat.

Vbi dicitur Legatum rei alienæ tenere si testator ignorauit rem esse alienam, in *d. l. cum alienam,* dicitur non habere hoc locum si coniunctæ personæ relinquatur. Vide *in Decis. Romana hæreditatis 26. Iunij 1592. coràm Card. Millino. suprà Part. I.*

¶ *Testes examinati coràm Arbitro, an fidem faciant in iudicio, si sunt mortui.*

L. fin. Cum apud. §. sin autem. C. de testib.

Vbi dicitur, quod testes examinati coràm Arbitro, si sunt mortui faciunt fidem etiam in iudicio.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Caualer. decis. 327. num. 2. incip. Aliàs Rota.* Quod iste text. procedat circumscripta qualibet conuentione in contrarium, vt apparet ex illis verbis, *Sin autem nihil conuentum est in huiusmodi casibus, &c.* Secus verò si non apparet expressa cōuentio in contrarium, putà quod Arbitro non laudante, partes remanerent in eodem statu, in quo erant anteà.

¶ *Filius, vel nepos grauatus de restituendo hæreditatem, intelligitur quando decedit sine filys.*

L. Cum auus. 101. ff. de cōdit. & demonstr.

Quod nepos grauatus restituere hæreditatem, intelligitur, si sine filijs decesserit, licet non fuerit ita scriptum.

DECLARATVR à Rota *coràm Dunozetto decis. 667. Cum anno. num. 13. in fin. part. 2. in Recent.* Quod ista lex habet locum in quocumquè descendente, post *Gabr. de fideicomm. conclus. 2. nu. 5.* vbi quod omnes descendentes in infinitum faciunt deficere fideicommissum. Quod faciebat ad casum decisionis, in qua fuerat decisum, nepotes, & pronepotes posse venire appellatione filiorum ad euitandum fideicommissum, sed non ad inducendum grauamen, & vinculum fideicommissi, & quod nepotes poterant se tueri dispositione *d. l. cum auus.* quæ habet locum in quocumquè descendente. post *Cephal. cons. 107. num. 17.*

¶ *Probatio dubia non suffragatur, quod procedit, etiam in fauorabilibus.*

L. fin. Cum circa. C. si min. maior. se dix.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus suprà *in hac Part. ad cap. præsentia. extrà de probat.*

¶ *Sententia, & acta contrà minorē indefensū sunt nulla.*

L. Cum, & minores 4. C. si aduers. rem iud.

Vbi dicitur, quod sententia, & acta contra minorem indefensum sunt nulla.

DECLARATVR a Rota *coràm Sanct. me. Gregorio XV. decis. 43. num. 9. & seq. incip. Fuit tentum non intrare.* Quod hoc ita demum procedit, quando apparet minorem indefensum habuisse legitimas defensiones, *Fab. decis. 4. part. 2. incip. Sententia dicitur.* sed secus quando de contrario constat. Habet etiam dicta lex locum, quando minor non fuit defensus, nec in principio, nec in medio, nec in fine. *Put. decis. 298. num. 2. lib. 2. Eadem die. Fab. d. decis. 4.* Quia sufficit, quod aliquando compareat curator, licet nihil allegat. *A. A. in titul. de processu. cum procuratore, & alijs. Vers. licet curator. nu. 8. Vide Beltramin. in Addit. ad d. decis. Gregor. XV.* vbi hoc cum alijs decisionibus declarat. *in Litera A. & B.* vide etiam *Apostill. ad d. decis. 298. Put.* vbi pariter pro ista materia nonnulla adducit.

¶ *in Locatione ad longum tempus, an habeat locum pœna. l. final. de iur. emphyt.*

L. fin. Cum dubitabatur. C. de iur. emphyt.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphino decis. 286. in princip. incip. Quia ex duobus. & decis. 288. nu. 1. incip. Quia causa.* Vide, quæ diximus suprà *Part. I. ad d. decis. Seraph. fol. 56. col. 1. in fin.* Et vide *Part. 2. circa Doctores. in §. 5. Bart. in l. 1. Ait prætor. §. quod autem. el 2. nu. 1. vers. Quidam est superficiarius, qui cōduxit. de superfic. fol. 143. col. 2.*

¶ *Possessio non acquiritur sine apprehensione, & hoc etiam procedit in incorporalibus.*

L. Cum hæredes. 23. ff. de acquir. possess.

Vbi dicitur, quod possessio non acquiritur sine naturali apprehensione.

DECLARATVR à Rota *coràm Caputaquen. decis. 152. nu. 1. incip. L. cum hæredes. part. 2.* quod procedat etiam in incorporalibus, quia in omnibus requiritur actus corporis, & facti, & reprobatur *Lambert. in tractat. Iurispatr. lib. 2. 1. par. articul. 22. q. 3.* vbi contrarium sentit, & ideò latè vide sup. *Part. 2. circa Doctores, in §. Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. part. 1.* Et etiam *Part. I. ad Ludouis. in causa Albanen. Parochialis, seu Iuspatr. Luna 27. Iunij 1605.* vbi alia congessimus, etiam remissiuè.

¶ *Sanus mente quilibet præsumitur, nisi aliquando in furorem inciderit.*

L. fin. Cum in libris. C. de hæred. instituen. & l. ne Codicillos. 5. C. de Codicill.

Vbi dicitur, quod quilibet in dubio præsumitur sanæ mentis.

DE-

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 50. num. 3. incip. Conclusum fuit bo. me.* Quod hoc non intelligitur, quando constat aliquem in furorem incidisse, & tunc qui dicit, ipsum fuisse sanæ mentis tempore, quo aliquid disposuit, onus probandi ei incumbit, *glos. in cap. cum dilectus. in verb. compotem. extrà de success. ab intest. & in c. indicas. in verb. ostenderis. 3. quæst. 9. Ancharan. & Cardin. in Clem. 1. de homicid. Alex. cons. 141. nu. 3. & 6. Ponderatis maturèque. lib. 1. & in cons. 45. num. 6. & 14. Visis attestationibus. & consil. 82. num. 12. Visis dubitationibus.*

¶ *Creditor, qui pro iure suo obtinuit subhastare, & deliberare, non tenetur de euictione, sed dumtaxat docere se verum creditorem, & anteriorem fundum habere hypothecatum, & qualiter intelligatur.*

L. Cum iure. 1. & l. si à creditrice. 2. C. cred. euict. non deb.

1 † Quod creditor, qui pro iure suo obtinuit subhastare, & deliberare, non tenetur de euictione, sed dumtaxat docere se verum creditorem, & anteriorem fundum habere hypothecatum. *& ibi Salicet. Neguf. de pignor. part. 6. membr. 1. nu. 40.*

2 DECLARATVR primò, † procedere, quando subhastatio remanet valida, & res subhastata euincitur à tertiò, quo casu datur vtilis actio re euicta, secus cum subhastatio declaratur nulla, quia ex ea non potest dari actio vtilis propter resolutionem contractus. *Gabr. consil. 36. num. 66. lib. 1. Surd. decis. 51. num. 20.*

3 DECLARATVR secundò, † non procedere dispositionem *d. l. 1. & 2.* quando ille qui vendidit, vt est creditor, non potest docere se esse creditorem *text. & glos. in d. l. 1. Salic. in l. rescriptum. §. 1. ff. de distract. pign. idem Negusant. d. membr. 1. nu. 40. vers. & primò fallit. Bald. in cons. 227. lib. 1.* Quales erant creditores in casu citandæ decisionis, qui pro sorte principali non poterant dici creditores sortis principalis census, cum iuxta Bullam Pij V. de censibus emptor non astringatur ad restitutionem sortis principalis. Ita dicitur *in Romana pecuniaria. Veneris 13. Ianuarij 1612. coràm R. P. D. Pirouano. est in Recent. decis. 270. nu. 4. 5. & 6. part. 1.*

4 DECLARATVR tertiò † à Rota *in Romana Vineæ. Veneris 5. Iunij 1579. coràm Robusterio. nu. 33. est decis. 281. incip. Plures fuerunt. in nouiss. diuers. part. 2.* Quando is, qui vendit, aut obtinet subhastationem est sciens, prudens, & occultat vitium, aut seruitutem rei, vt dicitur *in d. l. 2. glos. Bald. & Salic. in d. l. 1. Neguf. d. part. 6. membr. 1. quæst. 5. Aym. consil. 221. nu. 9. in secunda declaratione.*

5 DECLARATVR quartò, † *ab eadem Decis. nu. 35.* quando in limine contractus superuenit periculum euictionis, tunc enim causatiuè per viam exceptionis potest retineri pretium, donec sit factus securus, vt in locis præcitatis. Vbi quod hoc procedit, etiam in venditione pignoris per factam subhastationem, vt si ante solutionem pretij superuenerit quæstio, aut lis super re subhastata, & deliberata potest emptor vti remedio. *l. si post perfectam. C. de euict.* quia factum iudicis reputatur esse factum partis, vt dicunt *Bart. Angel. Alex. & alij in l. à Diuo Pio. §. si post adit. de re iudic.*

¶ *Filiusfamil. liberè disponere potest de bonis à Principe donatis, sed hoc est correctum à iure nouissimo.*

L. Cum multa. 6. C. de bon. quæ lib.

Quod filijfamil. liberè disponere possint de bonis à Principe donatis.

CORRIGITVR ista *l. à iure nouissimo. in §. iustum autem perspeximus. Auth. vt eum. de appell. cognosc.* vt notatur à Rota *in Romana legitimæ. Veneris 27. Iunij 1614. nu. 11. coràm Verospio. est decis. 653. p. 1. in Recent.* & nos ex dicta decisione notauimus suprà *Part. 3. circa Doctores. in §. Vasquez. in repetit. l. quoniam in prioribus. &c. nu. 4. 5. & 6.*

¶ *L. cum non solum. fin. §. fin autem. C. de bon. quæ liber. licet loquatur in patre vsufructuario, tamen extenditur ad omnes alios.*

L. Cum non solum. fin. §. fin autem legata. C. de bon. quæ liber.

DECLARATVR à Rota, quod licet *d. l.* loquatur in patre vsufructuario. extenditur tamen ad omnes alios secundum magis communem Doct. opinionem, vt habes infrà *in l. liberto. 21. in princip. ff. de ann. legat. nu. 2.*

¶ *Fideiussorum, & tutorum personas in iudicio approbantes obligantur, & tenentur, & quare.*

L. Cum ostendimus. 4. §. fin. in fin. ff. de fideiuss. & nominat. tut.

Quod approbantes in iudicio personas fideiussorum, & tutorum sint obligati, & teneantur.

Quod hoc speciale fauore pupillorum, & quia in iudicio fuit facta approbatio.

Vide, quæ diximus in hac eadem *Part. 5. ad l. Et eleganter. 7. §. ite. Pōponius. fin. ff. de dol. nu. 8. & 9.*

Conclusio I.

L. Cum mater. 79. §. à filia pater. iūcta glos. in verb. non esse electionem. ff. de legat. 2.

Super hac lege vide *Rotam in Fauētina bonorum de Naldis. Veneris 3. Nouembris 1610. num. 1. versic. & videtur esse textus. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 163. part. 1. Et in eadem coràm eadem Mercurij 18. Maij 1611. nu. 1. est in Recent. decis. 323. ead. part. 1.*

¶ *Legatum dotis filiæ integrum debetur, licet fuerit nupta à fratre cum minori dote.*

Conclusio II.

L. Cum pater. 79. §. pater certā. ff. de leg. 2.

Quod legatum dotis filiæ integrum debetur, licet fuerit nupta à fratre cum minori dote.

DECLARATVR ista lex à Rota *in Bononien. Legati. Lunæ 28. Ianuarij 1613. coràm Card. Pamphilio. est in Recent. decis. 450. par. 1. vbi in tit. pro 1603. corrige, & pone 1613. Et est d. decis. repetita in dictis Recent. decis. 428. part. 2. Quod d. l. dispositio in §. pater certam.* quando fuit relictum pingue legatum per dote, & filia, vel nepos (vt erat in casu decisionis) fuit ingressa Monasterium nubendo spiritualiter, 1 † cui Monasterio, etiam dicta dos debetur per *Auth. nisi rogati. C. ad Trebell. & §. sed & hoc præsenti. Auth. de Sanctiss. Episcop.* Si verò Monasterium minori dote contētetur, excessus dictæ dotis non acquiritur dictæ filiæ, vel nepti, vt possit cedere, vel de-

co-

eo liberè disponere, non obstante *d. §. pater certam.*
2 † Ideò enim ibi legatum dotis filiæ integrum debetur, licet fuerit nupta à fratre cum minori dote, quia legatum ibi debetur ex dispositione testatoris, facta
3 contemplatione filiæ. † In casu verò matrimonij spiritualis dos debetur ex dispositione legis, quæ emanauit fauore Monasterij tantum, & potius videtur detrahi præter, vel contra voluntatem testatoris, cum prout in hoc casu, tendat ad destruendum fideicommissum, vel quatenus etiam potuit dici legatum in casu isto deberi ex voluntate testatoris, qui censentur se voluisse cõformare cum dispositione iuris communis, vt tradit in hac eadem causa *Menoch. conf. 555. nu. 8. lib. 6.* ista erit voluntas limitata per iuris dispositionem, quatenus scilicet quæratur Monasterio, iuxta opinionem. *Castr. in d. Auth. nisi rogati. num. 5. vers. item quero. C. ad Trebell.* & ita dispositio *d. §. pater certam.* huic casui non potest applicari.

In hac eadem causa sub die Veneris 11. *Maij* 1612. *bon. mem. Decanus Pegna* de ordine, & iuxtà stylum Rotæ fecerat discursum, vbi fuerunt recensitæ vtriusquè partis rationes, & potiora fundamenta, vt iterum causa proposita facilius Domini possent de iure dicendo, & vnicuiquè incorruptè tribuendo, deliberare. Qui cum posteà diem suum vltimum clausisset fuit ei subrogatus nunc Cardin. Pamphilius, coràm quo vbi supra Rota tenuit dictum legatum dotis quoad excessum non potuisse à dicti nepotibus cedi, & hæc erat secunda pars discursus, quam Rota fuit amplexa, vt dicitur in fine dictæ decisionis coràm d. Card. Pamphilio. Et hic discursus habetur inter *Decisiones Pegnæ decis. 316. lib. 6. in eius manuscript.*

In quo discursu *in fin. dictæ secundæ partis approbata à Rota.* dupliciter respondet *ad d. §. pater cer-*
4 *tam.* † Primò textum loqui, quando pater reliquit dotem super bonis liberis, & nec filia, nec maritus renunciauit, secus verò vbi dos fuit relicta super bonis fideicommissi, & consequenter renunciatio filiæ debet cedere ad fauorem fideicommissi.

5 Secundò † esse acquiescendum decisioni *d. l.* quia conditio censetur impleta, quamuis cum minori summa; & ideò debetur integrà pro matrimonio temporali contrahendo, iuxta iudicium patris, in matrimonio verò spirituali, ad quod sufficit minor dos, illa soluta non debebitur quod superest, cum testatoris mens ea fuerit, vt pro nuptijs temporalibus scuta duo millia, iudicauerit competentia, pro nuptijs verò spiritualibus congruas dotes tantum, & consequenter minores dari voluerit: qua soluta non dici-
6 tur pars dotis soluta, sed integra; † & hanc integritatem in dote soluenda desiderat *I. C. in d. §. pater certam.* & sic diuerso modo intelligitur integra, vno modo, habito respectu ad nuptias seculares, & sic debetur totum legatum scutorum duorum millium. Alio modo habito respectu ad nuptias spiritualis: & sic necessaria, & congrua dos, habito respectu ad illas diceretur integra, & in illa verificabitur *text. in d. §. pater certam.*

¶ *Possessor 30. annorum qualiter defendatur.*

L. Cũ quærebatur. quæ est l. fin. C. vnd. vi.

Doctorum intentio super *d. l.* si rectè perpendatur, ea est, quod si apparet dominus, vel antiquior possessor, quorũ possessio vacua fuit occupata, quod possunt intra 30. annos agere condictione ex *d. l. fin.* post lapsum autem 30. annorum non audiuntur, & occupans præsumitur retro ab initio fuisse in bona fide, & sic mala fides præsumpta inducta per dictam legem purgatur cursu 30. annorum concurrentibus duobus, videlicet, quod acceperit possessionem vacantem, & quod possederit 30. annis, ita dicit Rota *in Spoletana spolij.* Lunæ 18. *Februarij* 1566. *coràm Grato. quæ decis. habetur in Recent. decis. 4. p. 1. to. 1.* vbi etiam habetur, quod ita sentit Bart. & alij, licet *Couarr. in cap. possessor. de reg. iur. in 2. part. §. 8. nu. 3. in princip.* ibi, *etiamsi appareret.* videatur sentire *d. l.* habere locum, etiamsi appareret antiquior, qui etiã possideret tempore ingressus, & quod ita sentit *Bart. & alij. & Salic.* Rota verò dixit, esse verum, quod Bart. & alij loquũtur, si apparet antiquior possessor, sed non dicunt, quod possideret tempore ingressus, sed semper præsupponunt possessionem vacantem, & quod ita loquuntur Bart. & alij Doct. ibi allegat.

¶ *Accusatio sola de falso, an sufficiat ad effectum supersedendi in causa ciuili.*

L. Cum quidã. 20. & fin. C. de fid. instrum. in vers. Eamdem autem copiam.

DECLARATVR *d. l. & Doct. apud Farin. q.* 100. *cap. 2. num. 66.* volentes quod sola accusatio de falso sufficiat ad effectum supersedendi in causa ciuili.

Vide *Part. I. ad Put. decis. 98. lib. 1. in §. Sequitur secundò. num. 6.*

¶ *in Legitimam vt computetur quantitas datæ, non refert siue ascendat, siue transcendat legitimam.*

L. Cum quo. 56. §. fin. ad l. falcid.

1 Vbi dicitur, † quod legitima hæredis, seu quartæ in hæredem testatore viuo collata faciat cessare Falcidiam.

DECLARATVR ista lex à Rota *coràm Cassad. (quam decis. coràm ipso non inuenio)* vt dicit *Simonet. decis. 37. in manuscript. incip. In vna Romana.* Nam cum text. ponat casum, in domino centum aureorũ, qui vigintiquinquè, & sic summam ascendentem ad quartam, ei dedernt quem constituerat hæredem; Dubitatum fuit in Rota, an *d. l.* dispositio locum haberet non solum si donatio concurrebat cũ quarta siue legitima hæredis, prout loquuntur ibi *Ias. & Alex. alios referendo in l. illud. C. de collat.* verum etiam si trascenderet legitimam.

2 Et dicitur, † quod maior pars Dominorum tenuit, quod sic, reclamãte nihilominus dicto D. Simonetta; Quia ille text. vt ipse dicebat, procedit ex coniecturata mente testatoris, quæ colligitur ex summa donata concurrente cum legitima. Coniectura verò cessat, quãdo summa esset pars maior legitimã, sicut videmus, quod cessat quando summa est minor legitima. Et quod iste text. non de facili procedit, vbi testator substãtiam suam aliàs haberet, quam in quantitate, prout etiam dicitur, quod ita etiam *Corn. in d. l. illud.* perpendit.

DECLARATVR Secundò *d. l.* ibidem, vt pro-
3 cedant in donatione, † in qua enunciatiuè dicitur, etiam quod fieret propter benemerita, si merita non probantur. Quia tunc iudicatur donatio simplex, iuxta *cons. Oldrad. 5. & Senens. cons. 195.*

Subdit tamen ibidem Simonett. quod ipse dixerat esse aduertendum, quia ex quo, vt anteà dixerat illa lex

lex procedebat ex coniectura, & præsumptione, quod ista præsumptio cõuincebatur ex illis verbis, propter benemerita, quæ testator volebat declarare, quæ non imputantur in legitimam.

¶ L. *Curabit. C. de action. empt. & vendit. cessat, quando res vendita, fuit euicta.*

Conclusio I.

L. Curabit. 5. C. de act. empt. & vend.

Aequitas istius legis non habet locum, quod, scilicet, emptor non teneatur ad fructus recompensationos, quando res vendita fuit euicta, & sic illam non possidet, nec dolo desijt possidere, eum tunc dici non posse, quod gaudeat re, & pretio, vt in specie animaduertit *Cagn. super d. l. num. 16. 28. & seq. Rota in Romana pecuniaria. Veneris 31. Ianuarij 1613. nu. 1. coràm Card. Sacrato. est decis. 564. part. 1. in Recent.*

¶ *In Venditione, quando reseruatur dominium, non soluto pretio, fructus debentur venditori, cum resolvatur in locationem, & conductionem.*

Conclusio II.

Ad d. l. Curabit. C. de action. empt.

In venditione cum reseruatione dominij, non soluto pretio fructus debentur venditori, cum resoluatur in locationem, & conductionem intrà tempus soluendi pretij. *Abb. part. 1. consil. 66. incip. Duo ad clarem. nu. 2.* ibi, *ex quibus clarè. vers. quod quidem nullatenus. & num. 4.* ibi, *Et primò ad primum.* vbi dicitur, quod ante solutum integrum pretium, licet venditori fructus percipere, & cuicumq; locare; Et post integram pretij solutionem tenetur restituere, vel defalcare pro rata pretij anteà soluti.

Sequitur *Soccin. consl. 130. circa præsentem. num. 5. vol. 4.* vbi dicit, quod reseruato dominio, & data dilatione ad soluendum, emptore non existente in mora licitè potest peti pensio, quod fusè explicat *Abb. vbi suprà.* Tamen quando concurrunt ista duo, quod est data dilatio ad soluendum, & est translatum dominium, tunc Abb. sentit contrarium, fundando se in reseruatione dominij.

¶ *Transactio iurata extenditur ad l. de his. ff. de transact. nisi adsit error.*

L. De his. 6. ff. de transact.

Quod non potest transigi super controuersijs pertinentibus ex testamento, nisi inspectis, & cognitis verbis testamenti.

ROTA *coràm Gropperio in vna Viterbien. transactionis de Cardellis. Luna 3. Martij 1572. incip. Præsupposita transactione. Est decis. 374. in eius libr. in manuscript.*

1 † Dixit quod huic legi potest renunciari cum iuramento specialiter, & quod ista videtur magis recepta opinio Canonistarum *in cap. cum contingat. de iureiur.* reiecta opinione *Angel.* . . . .

2 Dixit etiam secundò, † quod cum generali renunciatione, & iuramento, est facta mentio testamenti censetur dictæ legi renunciatum, & quod ista est magis communis opinio, cum iuramentum habeat vim specialis renunciationis.

Quæ secunda conclusio, fuit posteà in eadem causa coràm eadem confirmata *sub die Mercurij 5. Nouembris 1572. incip. An in casu. Est in eius lib. de-*
3 *cis. 377.* † vbi fuit dictum per generalem renunciationem cum iuramẽto censeri renunciatum *d. l. de his.* ita vt non videatur requiri alia certificatio, quia repugnaret generali renunciationi. Et Domini, volebant videre, an Hælena, quæ renunciauerat, fuisset decepta ab aduersarijs, vel renunciasset per errorem, quod fuit posteà resolutum *coràm Cas. de Graff.* vt sequitur.

IN eadem causa Rota *coràm Cas. de Graff. 15. Ianuarij 1574. est in eius impress. decis. 24. aliàs 1. de*
4 *transact. incip. Fuit firmatum.* † Fuit detectus error Helenæ in transactione, ita vt cessaret renunciatio *d. l. de his. ex fusè. in d. decis. congestis.* quæ non repeto.

Et in eadem causa coràm eodem *Cas. de Graff. sub die Lunæ 1. Februarij 1574. Est decis. 15. aliàs 2. de*
5 *transact.* † Fuit dictum, quod dispositio *d. l. de his,* non solum procedit in testamento in scriptis, sed etiam in nuncupatiuo, in quo in specie procedit, & hoc apertè inferri ex communi conclusione *Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig.* quod satis est habere cognitionem testamenti per oculum intellectus in casu *d. l. de his.* quæ est communis conclusio ex ibi adductis. *num. 2.*

ANNOTATIO.

QVOD dictum est suprà *num. 2. & 3.* quod per generalem renunciationem cum iuramento censetur
6 renunciatum *d. l. de his.* † Intelligendum est, vt declarauit Rota *coràm Seraphino decis. 969. incip. Hac causa.* Et nos notauimus suprà *Part. I. Singul. ad decis. Gropper. in d. causa Viterbien. transactionis. fol. 320. col. 2.*

DECLARATVR vlterius dicta lex de his à Rota *coràm Gregor. XV. decis. 149. nu. 3. incip. Domini stantibus.* quod non habet locum, nisi quando agitur de dependentibus ex testamento, super quibus transigi non potest, nisi inspectis verbis testamenti, non autem procedit, quando controuersia vertitur super existentia, vel non existentia testamenti.

¶ *circa Fideiussorum liberationem, & obligationem.*

L. Decem. 116. ff. de verb. oblig.
L. Fideiussores. 69. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss.
L. Ob triginta. 73. ff. de solut.

DECLARANTVR istæ Leges à Rota *coràm Card. Lancellotto Iun. in Romana fideiussionis. Veneris 21. Maij 1604. incip. Cum obligatio.* quam per extensum posuimus suprà *Part. I. in fin. secundi Indicis. fol. 743.* Eadem habetur *post 2. tom. consil. Farinac. decis. 304.*

Vbi *in fin.* habes qualiter procedat *dicta l. decem.*

Et in *§. distinctio verò glos. Reprobatur glos. in d. l. ob triginta.* distinguentis inter vnam, & plures causas, quæ glosa, vt ibi dicitur, communiter non tenetur. *Gabr. consl. 48. nu. 21.* & quod *Bart. & Imol.* cum ea non transeunt, nec eam sequitur Castr. cum nullam de ea faciat mentionem.

Placuit hoc loco per extensum ponere vltimas informationes facti, & iuris in hac causa datas.

Romana prætensæ fideiussionis.

REuerende Pater. Vltrà ea, quæ satis abundè deduximus aliàs in nostris informationibus datis sub die 13. Iunij 1603. quas supplico dignentur Domini mei reassumere, & videre, & hæc pauca infrà dicenda pariter

pariter considerare supplico, quæ per seipsi sola satis putò sufficientia pro victoria causæ.

Vt aliàs dixi, Paulus Capscrius electus promisit Sacro Monti reddere bonum, & fidelem computum de omnibus, quæ ad eius manus peruenissent.

Et huic obligationi pro limitata summa scut. 4000. tantum, & non vltrà accesserunt DD. Horatius, & Cæsar de Brambillis, & alij fideiussores, prout latius in Summario Iurium num. 1. aliàs dato.

Supplico modo considerari naturam, & effectum huius obligationis. Nam Paulus, quando fuit deputatus Capscrius nihil Monti debebat, sed poterat remanere, & non remanere debitor pro facti contingentia, prout malè, vel benè administrasset.

Fideiussores in hoc casu non promiserunt aliquid certum, quia Paulus tunc nihil debebat, sed sic accedendo videntur repromittere, & approbare personam Pauli ad summam scutorum 4000. tantum, & non vltrà, ac si dixissent, si vos Domini deputati Montis dederitis administrationem bonorum illius D. Paulo Nos vsquè ad summam scutorum 4000. promittimus quod Paulus reddet bonum, & fidelem computum, & reliqua restituet vsquè ad dictam summam scutorum 4000. & si in hoc defecerit teneri volumus de nostro proprio.

Cum ergo Paulus, siue illius hæredes prædicto Mōti non solum pro summa scutorum 4000. sed etiam vsquè ad summam scutorum 11000. computum reddiderint, liberati sunt isti promissores, & si Mons illi credidit vltrà summam promissam sibi imputetur.

Et quod effectus, & tractatus huius obligationis à principio fuerit talis clarè apparet ex duobus, primò, quia ipsi Domini deputati prædicto Capscrio, & Computistę qualibet hebdomada computa videbāt, & fiebat bilancium omnium pecuniarium penes ipsum existentium, prout in secundò præsupposito. Vnde satis sibi videbatur tutum per cautionem, & assecurationem personæ Pauli, vsquè ad summam scutorum 4000. quia in tàm breui tempore non potuisset ita deficere, quin ipsi pro dicta summa scutorum 4000. tuti essent, vt apparet, quia in vltimis solidationibus Paulus in multo minori summa est debitor ea quam soluit, sed ea, quæ prætendunt modo nascuntur ex primis solidationibus, & bilancijs, vt dicunt, erratis, quod culpæ dictis deputatis dandum est, nam si in primis computis Paulus in aliquo defecisset fideiussores petijssent liberationem à Paulo, & super illius bonis sibi satisfecissent, sed quia inter Paulum, & deputatos res benè agebatur fideiussores nihil dixerunt, & acquieuerunt in obligationem.

Et quod à principio ita fuerit tractatus clarè apparet ex eodem instrumēto in quo Paulus pro Mōte se obligauit, vbi etiam prædicti fideiussores, seu potius repromissores ab eodem releuationem indemnitatis consequi voluerunt, si ergo tenerentur isti fideiussores ad prædicta scuta 4000. excusso Paulo, & sic suprà omne illud, quod à Paulo consequi potuisset (vt falsò etiam prætenditur) releuatio nihil operaretur, & nihilominus verisimile est, quod isti repromissores ita suum iactare voluerint, cū numquàm quod pro Paulo soluissent consequi possent, dicēdum ergo quod ista assecuratio, & approbatio personæ Pauli pro scutis 4000. statim reddita ratione ad tantundē per dictum Paulū, vel per eius heredes existāt illico liberati fideiussores per supradicta, & eo magis cum obligatio sit stricti iuris, & strictè interpretāda.

Ex quibus infero, quod isti fideiussores, & Paulus non dicuntur duo rei debendi, sed dicuntur potius obligati conditionaliter, ita vt conuicto prius Paulo, & reddente rationem vsquè ad summam promissam, seu de bonis proprijs, siue de bonis ipsius Montis, aut inuitò, vel sponte soluēte isti fideiussores dicūtur liberati, vel potius nō dicuntur liberati, quia reddēte rationem Paulo vsquè ad summam promissam non habentur in consideratione isti promissores, ac si non accessissent, quia non venit casus obligationis.

Et licet hæc, cum vera sint satis sufficiant pro victoria causæ, nihilominus quatenus aliter hæc fideiussio DD. meis consideranda videretur, quod non credo, aliter iura DD. fideiussorum defendi possunt ex aliàs deductis, vel quia solutio intelligitur facta in duriorem causam, & sic vbi aderant fideiussores, & per consequens soluētibus hæredibus Pauli scuta 11000. in illis videntur cōprehendere scuta 4000. in quibus fideiussores accesserāt, quod procedit etiam in vnico delicto ex vnica causa contracto ex allegato *consil. Hier. Gabr. cons. 48. nu. 1. vol. 2.* Vel secundò inspecta declaratione expressa matris hæredis Pauli cedentis iura dicto Monti pecuniarum in eo existentium spectantium ad hæredes Pauli excedentium summam scutorum 11000. ac declarantis velle tendere in solutionem, & debitum, vbi adsunt fideiussores, prout latius in dictis informationibus aliàs datis ad quas, &c. vt in sextò præsupposito, quæ declaratio fieri poterat, quia partitæ non erant solutæ Monti, sed cantabant in creditum hæreditatis Pauli.

Et ad illud quod dicitur, regulam in duriorem, &c. non habere locum in inuito soluente, dico, quod ab hærede Pauli, & illius debitoribus fuerunt spontè soluta vltrà scuta 4000. pro qua erat satis datum, prout in sextò præsupposito.

Et ad reliqua, quæ exaduersò opponuntur, quia satis aliàs in prædictis nostris informationibus fuit responsum non replico, & eo magis, quia hæc pauca satis pro victoria causæ spero absquè reuolutione tot cartarum informationum, & iurium, &c.

Informatio Iuris.

Reuerende Pater. Obligatio facta à fideiussoribus, quod Paulus redderet fidelem computum de pecunijs, quæ ad eius manus peruenerint vsquè ad summam scutorum 4000. tantùm, non dicitur propriè fideiussoria obligatio, cum nihil certi contineat, sed conditionalis, & incerta dependens à futuro euentu, an principalis sit remansurus debitor necne, ita vt ipso non reddente computum, vsq; ad summam scutorum 4000. committatur stipulatio, quæ approbat illius personam, vsq; ad dictam summam, eo autem reddente computum vsq; ad dictam quantitatem, prout in maiori summa fuit hoc casu reddita remaneant liberati, immo numquàm censeantur fuisse in obligatione, cum conditio stipulationis defecerit *text. est in l. decem. 116. ff. de verbor. obligat. Azo. in summa. C. de fideiuss. tuto. & Curato. nu. 2. Santer. de sponsi. & assec. mercat. part. 3. nu. 57.*

Maximè, quia dicti fideiussores non accesserunt in reliquum non exolutę quantitatis, videlicet, pro dicta summa scutorum 4000. quę non posset solui à principali, sed simpliciter quod redderet computum vsq; ad dictam summā, quo casu statim, atq; fuit reddita ratio,

ratio, vsq; ad dictam summam liberantur *text. est in l. in fraudem. 45. §. si principalis bona. ff. de Iure fisci.*

Non obstat textus exaduerso allegatus *in l. fideiussores. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss.* quod fideiussores conueniantur in eo, quod deficit principalis, nam ibi fideiussores purè promiserant pro tota certa summa singulis annis debita, ideò excusso principali tenebatur fideiussor pro dicta summa annua à principali non soluta, hic autem fideiussores se obligarunt conditionaliter, quod Paulus redderet computum de prouenientis ad eius manus vsq; ad certā summā dictorum scutorum 4000. & non vltrà, ita vt semel soluta dicta summa de cætero ad nihil aliud fideiussores teneantur ex suprà allegatis.

Eademque responsione tollitur dum exaduerso dicitur de natura fideiussionis esse, vt fideiussor teneatur in subsidium ad hoc, vt tutior reddatur vltrà patrimonium debitoris, quia ista procedunt in eo, qui est propriè fideiussor, & absolutè promisit totum, quod à debitore certò debetur, secus autem in hac obligatione, quæ non dicitur propriè fideiussoria, sed sub conditione restricta ad certam summam, ex suprà citatis.

Minus obstat *text. in l. ob triginta. ff. de solutio.* exaduerso citatus, quia ibi certa summa debebatur, & distinctim pro 20. erat datus fideiussor, & pignus pro decem, ideò pretium redactum in pignore cedit in causam pignoris, nec liberat fideiussorem, hic autem ab initio Paulus, nihil debebat Monti, & erat incertum, an esset futurus debitor, nec fuit facta aliqua distinctio summæ quoad fideiussores, & pignora, vt meritò non remaneat amplius obligatio ad fauorem Montis nedum ex prædictis, sed etiam ex eo, quod solutiones factę de bonis ipsius Pauli longè excedentis dictam summam debent cedere in duriorem causam dictæ quantitatis pro qua se obligarunt fideiussores. *Bart. in l. si ex pluribus. nu. 2. vers. item debet cum fideiussore. ff. de solut.* cū aliàs allegatis. Et ita, &c.

Io: Baptista Pamphilius Aduocatus.
Ludouicus Albertonius Aduocatus.
Theodosius Rubeus Aduocatus.

¶ *Beneficiatus in morte æquiparatur vsuario, non vsufructuario.*

L. Defuncta. 64. ff. de vsufr.

DECLARATVR à Rota *coràm Seraphino decis. 594. Proposui. num. 19.* Quod ista lex non procedit in beneficiato tempore mortis, qui comparatur vsuario, non fructuario, de qua loquitur *d. l. disposi-tiuo.* Idem fuit dictum *coràm Card. Blanchetto in vna Romana, seu Nullius pecuniaria. Vener. 4. Iunij 1593. incip. Domini communiter.*

Vt etiam notauimus suprà *Part. I. ad Rot. decis. 856. in antiq. aliàs 41. de probat. incip. Cum Camera Apostolica. in Addit. in §§. Sequitur Secundò, & sequitur Tertiò.*

¶ *Muta, & surda à natiuitate quando possint testari non obstante dispositione iuris positiui.*

L. Discretis. 10. C. qui testam. facer. poss. Et §. Item Surdus. Instit. quib. non est permiss. fac. testam.

Quod mutus, & surdus à natiuitate non potest testari.

DECLARANTVR à Rota *coràm Card. Virili in Perusina hæreditatis. Mercurij 15. Decembris 1627. in manuscript. incip. Responderunt Domini.* vbi dicitur, quod cum ista inhabilitas ad testandum proueniat ex dispositione *d. l. discretis*, & sic meri iuris positiui, non naturalis, si muta, & surda à natiuitate sit intellectu capax, ita vt nutu, & signis benè intelligat quid agat, illa inhabilitas auctoritate Papæ tollitur, ac testari potest. *l. qui in potestate. §. Surdus, & mutus. l. si mutus. ff. de testam. glos. in d. l. discretis. in verb. qui penitus.* cum alijs multis in dicta decis. congestis.

Quæ decisio cum sit valdè notabilis in hac materia, placuit hic eam ad vnguem subijcere ad communem vtilitatem.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Perusina hæreditatis.

Mercurij 15. Decembris 1627.

RESponderunt Domini non constare de inualiditate Testamenti quondam Olimpiæ de Cincijs, licet enim surda, & muta à natiuitate non possit facere Testamentum. *l. discretis. C. qui testam. facer. poss. §. Item Surdus. Instit. quib. non est permiss. fac. testam. Paris. cons. 63. nu. 5. lib. 4. Gomes. ad l. Tauri. 3. num. 16. Nepos à Monte Albano in tract. de except. artic. 20. nu. 10.* tamen cum ista inhabilitas ad testandum proueniat ex dispositione *d. l. discretis*, & sic meri iuris positiui, non naturalis, si muta, & surda à natiuitate sit intellectu capax, ita vt nutu, & signis benè intelligat quid agat, illa inhabilitas auctoritate Papæ tollitur, & testari potest. *l. qui in potestate. §. Surdus, & mutus. l. si mutus. ff. de testam. glos. in d. l. discretis. in verb. qui penitus. vbi Cin. in princ. Bald. nu. 2. Salic. nu. 1. Roman. in princip. Corn. num. 5. Alex. num. 4. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ. priuileg. 9. Vasquez de succe. progress. lib. 1. §. 1. nu. 171. Dilect. de ante testament. tit. de his, qui non habent. testam. fac. cautel. 9. num. 3.*

Vnde cum Gregorius XV. fel. rec. Commiserit Vicario Perusino, vt quatenus dicta Olimpia capax sit approbet, & confirmetur eius Testamentum, consequenter data intellectus capacitate, auctoritas Papæ tollit inhabilitatem iuris positiui, & substinetur testamentum.

Nec facit quod aliqui DD. teneant, quod muti, & surdi à natiuitate, etiam intellectu capaces non possint testari, ex quo æquiparentur defunctis, siue infantibus, & furiosis, & ideò ex defectu consensus excluduntur à facultate testandi, nec Principis licentia suffragari possit, cum muti, & surdi à natiuitate non agnoscant quid sit Testamentum, & hæredis institutio, & rogitus Notarij, & ideò non possint licentiam, & facultatem à Principe impetrare.

Quia fuit responsum illos loqui, vel in casu capacitatis intellectus, quando non adest licentia Principis, vel si adest licentia Principis concurrit incapacitas, & defectus intellectus, & sic obstaculum iuris naturalis; at vbi insimul datur capacitas, & licentia Principis, verior, & magis recepta est opinio, quod testamentum surdi, & muti à natiuitate valeat. *Alex. in l. fin. nu. 4. & seq. ff. de testam. milit. & in d. l. discretis. num. 4. C. qui testam. fac. poss. vbi Dec. nu. 4. Tiraq. dicto priuileg. 9. vers. Sunt qui has opiniones. Vasquez* contro-

controuerf. illustr. lib. 3. cap. 103. num. 6. & 7. & de success. progress. lib. 1. §. 1. num. 172. in istis enim intellectu capacibus, & habentibus vsum rationis, ac intelligentibus signis, & nutu quicquid agitur cessat ratio, quod deficiat consensus, & æquiparentur defunctis, infantibus, & furiosis, & ideò de licentia Principis, quæ tollit inhabilitatem prouenientem de iure positiuo poteruut validè testari, nam vbi muti, & surdi à natiuitate percipiunt, quæ gerūtur, æquiparantur maioribus, & loquentibus. *Bart. in l. mutus. ff. de acquir. hæred. Alciat. in l. 1. num. 51. ff. de verb. obligat. Vasquez de success. progress. dicto lib. 1. §. 1. nu. 172.* vbi refert de quodam Figuroa Vallisoletano à natiuitate muto, & surdo perspicacissimi ingenij, qui nutu, & signis omnia intelligebat, prout quælibet persona sagax; sicuti enim lex mutis, & surdis militibus dum sunt in Castris concedit facultatem testādi nutibus, & signis. *l. iure militari. ff. de testam. milit.* ita & Princeps si mutus, & surdus habet vsum rationis potest hoc ei concedere, cum sit lex animata in terris. *Vasquez de success. progress. d. §. 1. nu. 169.* & ideò huiusmodi muti, & surdi capaces possunt esse testes. *Faber. in §. Testis. Instit. de testam.* possunt ingredi religionem, & profiteri. *Alberic. in l. vbi non voce. nu. 1. & ibi Cagnol. nu. 1. & 2. de reg. iur. Angel. in d. l. discretis. n. 2. Sanch. super decalog. lib. 7. cap. 12. num. 32.* & possunt contrahere matrimonium. *c. cum apud. de sponsal. cagnol. in d. l. vbi non voce. num. 1. Couarr. de sponſ. 2. part. cap. 4. in princip. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 8. num. 12.*

De capacitate autem Olimpiæ Testatricis videtur satis constare, cum illa probari debeat per signa, & nutus, ac demonstrationes, fuerunt enim conuocati septem testes domestici Notarius, ac quinq; Sacerdotes, qui diu confessionē audiuerunt, & Sacramenta administrarunt, ac etiam Iudex, ita vt domestici, & Sacerdotes ob solitam conuersationē essent experti, & practici de signis, & demonstrationibus ipsius Olimpiæ, & ex numero, & qualitate personarum omnis sinistra suspicio excluditur, cum non permisissent, vt conficeretur instrumentum Testamenti. *Becc. cons. 102. nu. 27. Surd. cons. 132. nu. 24.* & fuit dictum *in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coràm R. P. D. meo Merlino,* & ex cōuocatione, ac interuentu domesticorum, & Sacerdotum, qui signa & demonstrationes mutæ, & surdæ soliti erant intelligere, fuit seruata forma requisita in testamento illius, vt apparere posset de capacitate, & voluntate surdæ, & mutę per signa, de qua per *Bart. in l. mutum. num. 2. & 3. ff. de acquir. hæred. Benedic. in c. Raynutius. in verb. mortuo Testatore. nu. 366. de testam. Neuiz. cons. 64. nu. 8. Bellam. cons. 1. num. 38. & seq.* signa enim data per Testatricem videntur esse concludentia, quia hæredes solos institutos, & non alios amplexa fuit cum signis denotantibus institutionem hæredis, ac digitis quantitatem Legatorum demonstrabat, & dum de orphanis intelligebat, vestem enucleam, quo colore orphani induebantur amplectebatur, & testes benè informati de illius capacitate, & sagacitate, ac de voluntate deponunt, & vlterius concurrit auctoritas Vicarij Iudicis delegati, qui pro capacitate pronunciauit, cuius arbitrio admodum standum videtur. *Abb. in cap. cum apud. in fin. de sponſ. Paris. cons. 63. num. 8. lib. 4. Sanch. de matrim. d. lib. 1. disput. 8. nu. 12. vers. poterit autem Iudex.* & cum Testamentum ritè, & rectè, ac prudenter reperiatur factum, substinetur etiamsi posset dubitari, an mutus, & surdus haberet sensum, & intellectum; nam ex actu benè gesto arguitur quod capacitas concurrit. *Vasq. controuerf. illustr. lib. 3. cap. 103. nu. 6.*

Non obstat, quod licentia Principis suffragetur in Testamento faciendo, secus hic in Testamento iam facto. *Verall. decis. 258. part. 3.* quia procederet si fuisset petita facultas faciendi Testamentum, sed hic fuit facta expressio Papæ, quod Testamentum erat factum sub beneplacito Apostolico, & fuit petita confirmatio, & Papa apposuit clausulam, quatenus dicta Olimpia sit capax, vnde verificata capacitate confirmatio, & facultas data à Papa comprehendit, etiam Testamentum iam factum, cum de voluntate Papæ concedentis appareat. *Castr. in l. si iam facta. nu. 2. ff. de condit. & demonstr. Alex. cons. 95. num. 2. lib. 7. Surd. cons. 461. nu. 20. & seq.*

Nec placuit Dominis intellectus, quod illa clausula apposita in confirmatione, quatenus Olimpia sit capax, intelligatur de capacitate iuris, & sic quatenus mutus, & surdus habeat testamenti factionem, quia Papa intellexit de capacitate doli, & discursus, ac intellectus ex nutu, & signis, iuxtà materiā subiectam, nam si narratur defectus surditatis, & mutitatis à natiuitate inepta fuisset restrictiua ad capacitatem iuris, cum Papa non erret in iure, & confirmatio esset superflua, & præsertim cum Gregorius XV. fel. record. esset Iuris Consultus Eminentissimus, & fuerit Rotæ Auditor primarius, ita vt dispositionem iuris benè intelligeret.

Gratia confirmationis non videtur subreptitia, quia narrata, in quibus verisimiliter Papa se fundauit probant testes, nempè quod hæredes institutos diligebat, quibus transmittebat triticum, & vinum, & quod signis patefaciebat voluntatem, vt illi essent sui hæredes, & cum Papa se restringat ad capacitatem, & in ea fundet gratiam, sat est illam esse veram. *Papazzon. ad decis. 7. de rescript. in nou. Rot. decis. 607. nu. 3. part. 2. Recent. Angel. Aret. cons. 197. nu. 6. & 7. Seraphin. decis. 1432. nu. 9. Castad. decis. 12. num. 15. de præbend.* non enim omnis subreptio vitiat gratiam, sed ea, quæ dolosè fit ad mouendum Principem. *Put. decis. 17. nu. 1. lib. 3. Aegid. decis. 4. nu. 1. Seraphin. decis. 1007. nu. 6.*

Non obstat, quod sententia Vicarij delegati fuerit sub die 10. Maij, & accessus Iudicis appareat sub die 12. & sic fuerat post sententiam, Tum quia sententia fundatur in testibus, & quoad visitationem dicit, & præsertim vnde ampliatiuè loquitur, tunc quia cum accessus sit actus reitarabilis præsumitur pluralitas, & quoad alter accessus anteà interuenerit. *Seraphin. decis. 1115. num. 1. & 2. Alciat. regul. 3. præsumpt. 42. nu. 1. & seq. Gregor. decis. 281. num. 7.* Tum quia Vicario delegato non fuit iniunctum à Papa, vt faceret accessum.

Non obstat nullitas sententiæ dicti Vicarij, quia ex fide Procuratorum Collegiatorum Perusiæ cedulę publicantur alijs diebus subsequentibus, qui stylus attenditur ad euitandum nullitates sententiæ, vt in *Ferrarien. decimarum 21. Aprilis 1621. coràm bo. me. Vbaldo,* & quatenus adesset nullitas, intrat *Clementina Auditor.* cuius vigore Rota potest exequi gratiam Papæ.

Non obstat, quod hæredes instituti essent filij cura-

curatoris, quia licet aliqui teneant quod curator non possit institui hæres ab eo, cuius curam gerit. *Menoch. consil.* 1073. *Martha. voto Pisano.* 198. *num.* 5. *& 6.* tamen contraria opinio est verior, maximè quando cessat suspicio fraudis, vel metus, prout hic *Galcan. consil.* 42. *Peregrin. consil.* 59. *lib.* 6. vltrà quod hic non fuit institutus Curator, sed filij Curatoris, in quo casu non loquitur, nec *Menoch. nec Martha.*

Non obstat, quod hæredis institutio debeat fieri voce, quia in muto, & surdo à natiuitate sufficiunt signa. *Alber. in suo dictionario, in verb. mutus.* cum alijs suprà citatis.

Non obstat, quod versemur in muliere septuagenaria, quia stante capacitate intellectus mulier quoq; habilitatur ex priuilegio Principis. *Dec. in regul.* 2. *nu.* 5. *& 6. de regul. iur.*

Non obstat, quod essent citandi venientes ab intestato. *Parif. consil.* 63. *nu.* 11. *lib.* 4. quia *Parif.* loquitur in substituto, qui habet ius ex causa de præterito radicatum in Testamento, secus est in venientibus ab intestato, qui habent solum ius in spe, quod non est considerabile, cum vnicuiquè sit data libera facultas disponendi de rebus suis. *Dec. consil.* 507. *nu.* 2. *Seraph. decis.* 325. *num.* 24.

Et ita vtraq; parte informante fuit resolutum, &c.

¶ *Pignus vendi potest à debitore, non à creditore.*

L. Distractis. 14. C. de pignor. & l. si creditor. 6. ff. de distract. pign.

Vide ad istas leges, quæ notauimus suprà *Part.* 3. *ad Couarr. lib.* 3. *var. resolut. cap.* 18. *nu.* 4. *& c. in nu.* 2. *& seq.* vbi quod pignus etiam inuito creditore potest à debitore vendi, non autem à creditore.

¶ *Patrocinium potentioris recipiens, ad terrorem aduersarij debet puniri in iactura causæ.*

L. Diuinè admodum. 1. & l. si cuiuscumq; 2. C. ne liceat potent. patr. &c.

Vbi dicitur, quod ij, qui sibi potentiorum patrocinium aduocant ad terrorem aduersarij puniri debeant in iactura causæ.

DECLARATVR à Rota *coràm Caputaquen. decis.* 105. *nu.* 2. *incip. Cessio facta. part.* 1. Quod habeat locum, quando quis, vel impetrando patrocinium, vel cedendo actiones id dolosè fecerit, quia tunc punitur iactura causæ, & crediti amissione, sed secus est, quando quis est carceratus, & id facit, vt liberet se à carceribus, & ideò cessat ratio doli, prout in illis iuribus cõsideratur, cumq; quæ liber causa etiam minima excuset à dolo. *l. igitur. §. potest. ff. de liber. caus. l. sed si lege. §. circ. ff. de petit. hæred. Felin. in cap.* 1. *vers. limitatur.* 3. *de iur. iur.* & per hæc fuerunt limitatæ illæ duæ leges. *Rota in vna Fauentina pecuniaria* 9. *Decembris* 1552. *coràm Guidobono.* & hoc maximè procederet, quando quis esset carceratus ex causa criminali, quia tunc sine dubio cessaret dispositio *dd. ll. Iaf. in d. l.* 1. *vers. quartò limita.*

¶ *L. ea quæ fin. C. de alluuion. in quibus terminis loquatur.*

L. ea quæ. fin. C. de alluuion.

DECLARATVR à Rota *in Spoletana spolij. Ven.* 23. *Ianuarij* 1568. *coràm Grato. est in Recent. decis.* 7. *nu.* 11. *part.* 1. procedere in possessoribus exercentibus, vt non grauentur functionibus.

¶ *L. Edicto fin. C. de edict. D. Adr. toll. non competit, nisi pro rebus, quæ erant testatoris, tempore mortis, & etiam d. l. non competit pro fructibus, & qualiter hoc intelligatur.*

Conclusio I.

L. Edicto fin. C. de edict. D. Adr. tollend.

DECLARATVR à Rota *in Romana fideicommissi de S. Petro. Lunæ* 4. *May* 1615. *coràm Reuerendiss. Coccino Decano. incip. Io. Antonius. Est decis.* 582. *in*
1 *Recent. part.* 2. † vbi *nu.* 1. dicitur, quod remedium *d. l.* non competit, nisi pro rebus, quæ erant testatoris tempore mortis, vt est text. in verbis, *in d. l. fin.*

Et quod dictum remedium non competat pro
2 † fructibus dicit *Peregrin. post Speculat.* & alios quos allegat. *de fideicomm. artic.* 48. *nu.* 61.

DECLARATVR tamen horum opinio Doct. *in*
3 *eadem decis. num.* 8. † quod loquuntur de fructibus maturatis post purificatum fideicommissum, Non autem sentiunt de fructibus maturatis ante purificatam conditionem de mandato testatoris in augmentum fideicõmissi, vel primogenituræ si de ea agitur. Et proinde investimentum factum de mandato testatoris non est censendum esse fructus, licet de fructibus procedat, sed de eo idem iudicandum, ac si fuisset in bonis testatoris, vt competat *remed. d. l. fin. vt post Soccin. Alciat. Siluan. & alios dicit Surd. decis.* 15. *incip. Iussit Dominus. num.* 21. *in fin.*

Qui Doct. licet loquantur quando bona emuntur
4 ex pecunia testatoris, † attamen ea ratione mouentur, quia bona de mandato testatoris fuerunt empta, quæ ratio etiam militat, quando sunt empta de fructibus, quia licet sint empta de fructibus, tamen de mandato testatoris, & illi nõ spectabant ad hæredem vti fructus sint, stante mandato testatoris, quod inuestirentur in augmentum fideicommissi, & primo-
5 genituræ in casu dicta decis. † ET ADVERTE quod ad confirmationem dictionis facere videtur, quia *Surd. ibid. num.* 24. non solum dicit de re empta ex pecunia testatoris de mandato ipsius, sed de ipsismet fructibus, quod veniant in restitutione fideicommissi stante ipsius testatoris mandato, & sic multò magis empta ex fructibus.

In fin. decis. additur DECLARATIO de mente
6 aliquotum Dominorum, † quod nõ potest agi quoad fructus remedio *d. l. fin.* quando agitur contrà singularem successorem possidentem rem singularem, secus verò quando agitur aduersus possessorem pro hærede, prout erat in casu decisionis.

Sed circa hoc responsum dicitur, quod nihil fuit firmatum per alios Dominos.

¶ *L. Edicto. non solum competit, vt quis immittatur in possessionem bonorum, sed etiam, vt quis in eis confirmetur.*

Conclusio II.

d. L. Edicto. fin. de edict. D. Adr. toll.

Competit beneficium huius l. non solum, vt quis immittatur in possessionem bonorum, sed etiam vt in ea quis confirmetur. Et multum interest, an quis petat confirmari, vel immitti, quia priore casu asserit se possidere, & ideò non amittit possessionem, & ita loquuntur Doct. *Bart. in l.* 1. *num.* 2. *Bald. num.* 1. *Iaf. nu.* 2. *eod. tit. Alex. in l.* 1. *post princ. C. de Carbon. edict. Bald. consil.* 186. *num.* 8. *lib.* 1. *Guidop. decis.* 219. *num.* 1.

Zz Poste-

Posteriore verò casu, quando quis petit se immitti in possessionem, non potest dici voluisse sibi possessionem confirmari, sed acquiri, ergo animo constituit se non possidere, & consequẽter amisit possessionem. Nam cum quis vtitur beneficio *d. l. fin.* pro confirmanda possessione, debet specialiter petere se confirmari in possessione earum rerum, quas possidet, & se immitti in possessionem rerum, quas non possidet. *Alex. in d. l. fin. in fin.* vbi dicit hunc modum petendi in practica tutum esse, & sequitur *Ruin. consil. 164. in fin. lib. 2.* Et ita etiam tenuit Rota *in Bononien. de Pepulis. Mercurij 16. Martij 1588. coràm Card. Mantica. est decis. 20. in impress.*

Idem etiam fuit dictum *coràm Decano Pegna in vna Bononien. donationis. Veneris 9. Iunij 1589. incip. Domini dixerunt, non esse. Est decis. 31. in eius lib. 1. in manuscript.* vbi *in vers. nec obstat.* dicitur ex *Alex. loc. cit.* quod remedium istius legis competit omni possidenti, vt in possessione confirmetur, & quod aliud est petere se immitti, aliud verò confirmari, vt suprà dictum est.

¶ *Fideicommissarius vt sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredis ex d. l. edicto. quid requiratur.*

Conclusio III.

L. Edicto. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.

1 † Fideicommissarius, vt sit legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem *ex d. l. fin.* non sufficit, quod possideat, nisi etiam possideat legitimè, & non vitiosè, & vlterius incontinenti doceat de iure suo, quæ omnia copulatiuè requiruntur iuxtà notata *in d. l. fin. & ibi Dec. num. 48. Bart. in l. filiam. & ibi Alex. ff. ad Trebell. Soccin. Inn. consil. 75. num. 18. lib. 1.* Et hanc opinionem perpetuò tenuit Rota, *vt in causa Vrbeuetana hæreditatis 12. Decembris 1567. coràm Seraphino. in Romana Casalis, seu pedicæ Sancti Matthæi. 25. Iunij 1575. & 18. Maij 1577. coràm Robusterio. & in Fauentina fideicommissi de Pasijs 24. Aprilis 1587. coràm eodem Seraphino. & in Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis 15. Februarij 1590. coràm Cardin. Platto.* quas omnes refert, & sequitur Rota *in Romana de Capizucchis. Luna 10. Aprilis 1606. coràm Card. Lancellotto. est in Recentior. de-*
2 *cis. 115. p. 1. nu. 2.* Et subdit *nu. 3.* quod † possessio dicitur vitiosa, quando non est capta de manu hæredis, prout requiritur, sed propria authoritate *Zuccard. in d. l. fin. num. 379. Dec. consil. 84. col. 2. vers. similiter. & consil. 424. num. 14. Roland. qui alios cumulat consil. 78. nu. 14. lib. 3.* quos probauit Rota *in Romana de Salamonibus 14. Nouembris 1575. coràm Seraphino. & in Vrbeuetana Castrorum 17. Nouembris 1576. coràm eodem. & in dictis causis Romana Casalis S. Matthæi. & Ianuen. fideicommissi, & deniquè in Ortana domus 24. Ianuarij 1605. coràm Sanctiss. Ludonisio.* Alia multa circa possessionem vitiosam, *vide in d. Romana de Capizucchis. Et in Romana de Marescottis. Merc. 20. Nouembris 1613. coràm Card. Sacrato. num. 3. est decis. 526. in Recent. part. 1.*

3 Et *num. 11.* dicitur, quod † si fideicommissarius esset priuatus incontinenti de iure suo, & possideret sine vitio, adhuc tamen, quando sunt faciendæ detractiones, prout erat in casu decisionis, non dicitur legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem, post alios *Zuccard. in d. l. fin. num. 426. cum seq.* & post multos ibi allegatos, quod ita tenet Rota *in dicta Romana de Salamonibus 14. Nouembris 1575. coràm Seraphino. & in Viterbien. hæreditatis 18. Nouembris eiusdem anni coràm Robusterio, & in Spoletana bonorũ 27. Maij 1585. & in Firmana bonorum 18. Maij 1583. coràm Bubalo. & in Ianuen. fideicommissi 1. Decembris 1589. coràm Platto.* Et quod
4 licet † legitima, & Trebellianica, quæ erant detrahendæ, constituant certam portionem, quæ est ferula, tamen non obstat, quando sunt omninò incertæ ratione loci, cum ex possessione translata pro indiuiso quælibet pars in qualibet gleba habeat suam portionem, & ante liquidationem, & detractiones, ita dicitur ratione loci, & quotæ, quod nullius rei possessio capi possit pro legitima, prout ex *Bald. & alijs deducit. Surd. decis. 333. nu. 12. in fin.* cum alijs multis ibi allegat. *in d. causa Romana de Capizucchis. & nu. 12.*
5 *in fin.* dicitur, quod † certitudo, quæ deducitur ex *consil. Corn. 232. incip. Circa primum consultationis articulum: num. 15. lib. 4.* posset procedere, quando hæreditas non in corporibus, sed in pecunia consisteret, vt dixit Rota *in d. Romana de Salomonibus. in fin.* vbi de his, quæ dicit *Corn.* valdè dubitauit, ad quod *Corn. consil. pluribus respondet. Surd. dicta decis. 333. num. 12. &. parum etiam resistit. vsq; ad fin.* cuius decisionis conclusiones veræ sunt in iure, vt dicitur in allegat. *Romana de Capizucchis,* licet in casu illius ex quo non erat certum, an essent faciendæ detractiones, fuerit retardata immissio, vt in fine ambarum decisionum dicitur.

¶ *Fideicommissarius, vt obtinere possit immissionem ex d. l. fin. quid probare teneatur.*

Conclusio IV.

L. Edicto. fin. C. de edict. D. Adr. toll.

Vt fideicommissarius vigore *d. l.* possit obtinere immissionem sufficit probare bona, ad quæ prætenditur immissio, fuisse per testatorem possessa de tempore mortis, absq; alia probatione dominis, vel quasi. *Bald. consil. 352. num. 4. lib. 1. Guidop. decis. 442. Aym. consil. 61. nu. 6. in fin. & consil. 306. nu. 5. post med. vers. ideò saltem. Marzar. in epit. fideicomm. quæst. 60. Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 3. & 25. Gabr. consil. 44. nu. 30. lib. 2. Rota in Perusina fideicommissi de Bigazzinis. Ven. 30. Martij 1607. coràm Card. Pamphilio. est in Recent. decis. 131. nu. 1. part. 1. vbi allegatur alia decis. in Montisfalisci fideicommissi coràm Card. Pamphilio sub die 12. Maij 1603.*

Idem fuit dictum *in alia Perusina bonorum. Lunæ 10. Maij 1610. coràm Reuerendiss. Ortembergo. est in Recent. decis. 237. num. 1. p. 1.* vbi quod hoc remedium competit fideicommissario, etiam contrà tertium possessorem probata possessione testatoris de tempore mortis, absq; alia probatione dominij, & vltrà suprà allegatos, *& decis. in d. Montisfalisci. in eadem sententia citatur Riminald. Iun. consil. 190. n. 35. Caphal. consil. 386. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 6. & 16. & art. 48. nu. 55.* & quod idem fuit tentum *in Bononien. fideicommissi de S. Petro 4. Maij 1588. coràm Card. Platto. & in Viterbien. fideicommissi 8. Martij 1602. coràm Litta.*

¶ *Pre-*

¶ *Præteritionis exceptio, quando impediat remedium l. fin. edicto. C. de edict. D. Adrian.*

Conclusio V.

L. Edicto. fin. de edict. D. Adr. toll.

Exceptio præteritionis, licet non impediat remedium *d. l. fin.* cum sit vitium inuisibile. *Menoch. de arbitr. casu 12. in princip.* Attamen ab illa receditur, quando talis exceptio probatur incontinenti. *Glos. in l. 2. in verb. quamuis. & ibi Bald. in princip. Salicet. nu. 1. C. de edict. D. Adr. toll. Dec. in d. l. fin. num. 43.* & in proposito. *Bero. cons. 118. num. 36. lib. 2. Menoch. vbi suprà num. 3. & latius tract. de adipisc. remed. 4. num. 729. & 730. Rota in Viterbien. hæreditatis 24. Ianuarij 1607. coràm Reuerendiss. Manzanedo.* sequitur Rota *in Romana de Marescottis. Mercur. 20. Nouembris 1613. coràm Cardin. Sacrato. est in Recent. decis. 526. part. 1. num. 7. Et in eadem. Lunæ 14. Decembris 1615. coràm eodem. est decis. 770. part. 2. in Recent. nu. 8.*

¶ *Hæres, vt ei competat remedium d. l. fin. quid probare teneatur.*

Conclusio VI.

L. Edicto. fin. de edict. D. Adr. toll.

Non habet locum, nisi probetur testatorem tempore mortis possedisse bona, de quibus agitur. Neq; eius beneficium competit ei, qui prius adeptus est possessionem, nisi petatur pro ea confirmanda. *Rota in Bononien. attentatorum. Lunæ 24. Octobris 1588. coràm Cardin. Mantica, est decis. 23. in eius impress. num. 9. 11. & 12.*

¶ *Contrà possidentes titulo post mortem testatoris quæsito, habet etiam locum remedium d. l. fin.*

Conclusio VII.

L. Edicto. fin. C. de edict. D. Adr. toll.

Competit eius beneficium etiam contrà possidentes cum titulo post mortem testatoris quæsito. *Alex. cons. 4. nu. 30. & 36. lib. 2. Rota in Corana fideicommissi. Lunæ 5. Februarij 1595. coràm Card. Mantica. est decis. 311. in impress.*

¶ *Fideicommissarius non tenetur probare contrauentionem hæredis per sententiam declaratoriam.*

Conclusio VIII.

L. fin. Edicto. C. de edict. D. Adr. toll.

Doct. in hac lege non videtur requirere sententiam declaratoriam ad probandum contrauentionem hæredis in præiudicium fideicommissarij, & hoc Rota seruat ad vitandum circuitum.

☞ Vide, quæ notauimus *Part. I. ad Oradin. decis. 619. lib. 2. fol. 383.* vbi etiam similem habes *decis. coràm Bubalo*, de priuatione bonorum feudalium ob crimen.

¶ *Remissoria non conceditur ad impediendam immissionem ex d. l. fin.*

Conclusio IX.

L. Edicto. fin. C. de edict. D. Adr. toll.

Remissoria non conceditur ad impediendam immissionem *ex d. l. fin.* Vide suprà *Part. I. in Decis.* ☞ *Portuen. de Columna 9. Aprilis 1576. coràm Card. Seraphino. fol. 57. col. 1. & fol. 463. col. 2.*

¶ *Emptor non tenetur stare locationi, & quando sic.*

L. Emptorem. 9. C. de locat.

Vbi dicitur, quod si quis locat fundum, & postea illum vendit, tunc emptor nō tenetur stare locationi.

1 DECLARATVR à Rota † *coràm felic. recordat. Gregorio XV. decis. 68. nu. 2. incip. Locauerat D. Maximilianus.* quod dispositio *d. l.* non habeat locum, quando conductor habet hypothecam pro obseruatione contractus. *l. si creditor. §. vlt. ff. de distract. pig. Bart. in d. l. emptorem. num. 2. Salicet. sub num. 6. Paul. de Castr. in l. filiusfamil. §. vir in quinquennium. sub nu. 4. vbi Roman. nu. 13. ff. solut. matrim.* cum alijs ibi allegatis. Idem dixit Rota *coràm Card. Mantica decis. 30. nu. 5. incip. Dubitaui, an lapsus. & corā Card. Pamphilio. in causa Romana domus 7. Nouembr. 1597.* Immo stante dicta hypotheca pro obseruatione con-

2 tractus, successor tenetur stare, † etiam si indigeret re locata pro vsu suo, ita dicit *Beltramin. in addit. ad d. decis. 68.* vbi circa hanc materiam alia congerit. *num. 10. & 11.*

☞ Vide suprà *Part. I. ad dictam decis. Ludouis. fol. 33. col. 2. in med.*

¶ *ex Deposito facto à viro nomine vxoris, non inducitur donatio.*

L. Etiamsi. 6. & ibi glos. C. de donat. inter vir. & vxor.

Vbi dicitur, quod si vir deponit nomine vxoris pecuniam, per hoc non dicatur introducta donatio vxori.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Caualerio decis. 12. num. 10. vers. Non obstat. incip. Resolutum fructus.* Quod id procedat ea ratione, quia ibi significatio verborum, non importat, vt vir voluerit transferre suum dominium, quod non est in constitutione vsusfructus, in qua intrat abdicatio iuris proprij in alium. *§. 1. instit. de vsufruct.* & potest fieri talis constitutio tàm in testamento, quàm inter viuos. *§. vsusfructus. Instit. eodem.*

¶ *Filij concepti post deportationem non faciunt deficere conditionem fideicommissi adiectam, si decesserit sine filijs, & an hoc procedat in bannitis nostri temporis.*

L. Ex facto. 17. §. ex facto. ff. ad Sen. Cons. Trebell.

Vbi dicitur, quod quando filij sunt concepti post deportationem patris, non faciant deficere conditionem fideicommissi adiectam, per illa verba, *si decesserit sine filijs.*

DECLARATVR à Rota *coràm R. P. D. Dunozetto in causa Lucana successionis. Ven. 1. Februarij 1630. impress. in folijs volantibus. incip. Thomas de Albianis.* Quod non loquatur in bannitis nostri temporis, cum non æquiparentur deportatis, quia hodie nemo ingenuè natus efficitur seruus pœnæ. *Auth. sed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor. Rip. in d. l. ex facto. §. ex facto. nu. 17. Bald. in l. 1. in fin. C. de hæred. instit. Natt. cons. 472. nu. 19. incip. Iandudum scripseram. Peregrin. de iure fisc. lib. 3. tit. 6. num. 47.* & ideò filij banniti nostri temporis post bannum faciunt deficere conditionem, si sine filijs decesserit, etiamsi pater sit declaratus hostis patriæ, & possit impunè offendi. *Rip. in d. l. ex facto. nu. 13. & 17. Soccin. in l. cum auus. nu. 107.*

Zz 2 ff. de

ff. de condit. & demonstrat. Petr. de fideicomm. q. 3. nu. 19. & seq. & quaest. 11. num. 611. Fusar. qui testatur se pro hac parte consuluisse. quaest. 424. num. 1. de fideicommiss.

Et postea *d. §. ex facto*. loquitur solum in filijs positis in conditione *Peregr. in d. tract. de iure fisc. lib. 3. tit. 6. nu. 7.* non autem, quando filij sunt dispositiuè vocati, quo casu indubitati iuris est esse capaces successionis siue nati, & concepti sint ante, siue post condemnationem patris. *Soccin. Iun. consil. 174. nu. 19. lib. 4. Gabr. consil. 123. nu. 36. lib. 1. incip. Lucam, & fratres. Peregr. d. lib. 3. tit. 7. nu. 22. & 47. Petr. d. quaest. 11. num. 612. & seqq. Rimuald. Iun. conf. 564. num. 56. Fusar. d. quaest. 424. num. 5.*

¶ *Idoneum aliquem esse, si quis affirmet, dum ei pecunia dabatur, ad nihil tenetur talis approbator, nisi constet de dolo.*

L. Et eleganter. 7. §. item Pomponius. fin. ff. de dol.

1 † Quod ille qui affirmat idoneum esse eum, cui pecunia dabatur, quod non tenetur talis approbator, nisi constet de dolo.

DECLARATVR à Rota *in Romana assecurationis. Veneris 19. Nouembris 1563. coràm Cotta. incip. An virtute upoca. Est decis. 56. in eius lib. in manuscrip.*

2 vbi *in fin.* dicitur, † quod si non constat de dolo, minus de eo praesumitur, quando non constat de lucro aliquo, seu spe lucri in approbante.

3 Et non teneri, † nec habuisse animum se obligandi illum, qui dixit. *V. Signoria si puol fidar di detta persona*. quod declarabantur ex verbis sequentibus. *Et quando bisognasse farli sicurtà, la farrò.* Quae verba denotant, quod talis approbator nullo modo in verbis praecedentibus habuerat animum se obligandi, quia si credidisset se obligarum, frustratoria fuissent illa verba. Cum dicta verba, *V. Signoria si puol fidare*

4 potius sonant in consilium, † & consilium non obligat. *Bald. in l. 1. nu. 6. C. de seru. fugit. l. consilij. de reg.*

5 *iur. l. 2. in fin. ff. mandat.* † Minus etiam quod ex illis verbis, *non dirria che fusse sicuro, & bono se non fosse.* inducitur aliqua obligatio propter quam approbator possit cogi ad solutionem: Quia illa verba stant pro ratione consilij, quae ratio non obligat, sicut nec obligat consilium, vt dictum est.

6 Neque † ex illis verbis talis approbator tenetur, ex quo constat inter asseucrauit esse securum, & bonum *ad text. in l. Iulianus. 14. §. quod autem. de act. empt.* vbi is, qui vendendo seruum, asseuerauit esse bonum, & fidum, cum tamen ignoraret illum esse furem, tenetur ratione empti, & venditi.

7 Responsum fuit nihil obstare, † quia non propterea ex illis verbis inducitur aliquis dolus: quod ex eo dicitur patere, quia datur actio tantum ex empto, sed si dolus argueretur, daretur actio ad interesse, *vt in d. l. §. qui furem. & ibi Bart.*

Nec etiam obstare *text. in l. eum ostendimus. 4. §.*

8 *fin. in fin. ff. de fideiuss. & nominat. tut.* † vbi approbator, siue affirmator idoneitatis tutoris tenetur, ita

9 sicut fideiussor. † Quia ille text. procedit fauore pupillorum. Vbi Cynus. Et quia loquitur, quando approbatio esset facta in iudicio, secus si extrà iudiciú, & absit dolus, & sine spe lucri. Ita *Soccin. Ias. & Doct. in l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. coq.*

¶ *Possidenti pracariò acquiritur possessio, & quando ei manutentio concedatur.*

L. Et habet. 12. §. eum qui. ff. de praecar.

Vbi dicitur, quod ille, qui praecariò rogat, vt sibi possidere liceat, tunc ei ex tali possessione, acquiritur possessio.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Canalerio decis. 391. nu. 2. incip. Cum Hercules.* Quod procedat in re praecariò concessa, quae sit certa ratione quotae, & loci, quia tunc ei conceditur manutentio, secus autem si praecarium consisteret in genere, super omnibus bonis, & ideò ratione incertitudinis non operatur translationem possessionis manutenibilis in aliqua parte. *l. 3. §. incertum. vbi Bart. & aly. ff. de acquir. possess. Tiruquell. de iur. constitut. limit. 19. num. 1.*

¶ *Creditori non licet per se, vel personam subiectam pignus emere, quod ipse vendit, & qualiter hoc procedat.*

L. Et qui sub imagine. 10. C. de distract. pignor.

Vbi dicitur, quod non est licitum creditori emere pignus, quod ipse vendit per se, vel personam subiectam.

DECLARATVR à Rota *coràm R. P. D. Coccino Decano decis. 109. nu. 13. incip. Sequuta permutatione.* Quod loquatur in pignore cóuentionali, non autem iudiciali, quia tunc procedit dispositio. *l. cum in causa. 2. C. si in caus. iudic. pign. capt. sit.* Cum clarum sit, quod creditor admittatur ad licitandum in pignore iudiciali, alio emptore non existente, vel existente quidem, sed non dignum pretium offerente. *vt per Doctor. ibi allegatos. sub num. 12.*

¶ *Maritus emens fundum ex pecunia dotali sibi acquirit, & qualiter hoc intelligatur.*

L. Ex pecunia. 12. C. de iur. dot.

Vbi dicitur, quod si maritus emit fundum ex pecunia dotali, tunc sibi, & non vxori acquirit.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis. 37. num. 3. incip. Domini dixerunt sententiam.* Quod procedat, quando maritus solus emit non autem, quando maritus, & vxor ita egerũt, vt fundus emptus dos fieret, & ita etiam declarat *glos. ibi, in verb. quaeritur. Bald. ibidem. num. 4. versic. secundò nota. Alex. in l. si cum dotem. §. vlt. num. 4. ff. solut. matrimon.*

Vide fusè circa hanc materiam fundi dotalis suprà *Part. 1. ad decis. Plat. in causa Romana, seu Interamnen. fundi dotalis. Lunae 20. Februarij 1589. fol. 327. col. 1. post princip.*

¶ *Conductori, an sit facienda remissio mercedis, quando impedimentum locatori non denunciauit.*

L. Ex conducto. 16. §. vi tempestatis. ff. locat. & conduct.

DECLARATVR à Rota *coràm Corduba in causa Romana pratensa remissionis. Mercurij 26. Nouembris 1596. incip. Dubitaui, an in casu. est decis. 54. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quae diximus infrà *ad l. item quaeritur. 14. §. exercitu. ff. locat. & conduct.*

¶ Pa-

Parentes secundò nubentes omnia acquisita ex successione filiorum primi matrimonij tenentur conseruare eorum fratribus, & sororibus.

L. Fæminæ. §. illud. C. de secund. nupt.

Quod mulier transiens ad secunda vota, omnia acquisita ex successione filiorum primi matrimonij conseruare tenetur eorum fratribus, & sororibus, prout etiam fuit tentum *in Beneuentana hæreditatis 20. Iunij 1594. coràm Litta, & in Romana successionis de Armenterijs. Lunæ 9. Martij 1609. coràm Card. Caualerio, est decis.66. in eius lib.1. in manuscript. & in impress. decis.50. incip. Thomas Armenterius.*

AMPLIATVR primò *d. l. dispositio*, vt procedat etiam in patre secundò nubente, *vt post glos. fin. in d. §. illud. in verb. possessione delata.* quã ibi sequitur *Salic. nu.* 4. dicens ita obtinuisse de facto, & in vtroq; esse eamdem rationem. *Gabr. de secund. nupt. concl. 3. in prima ampliat. Rota in Romana restitutionis lucri dotis. Lunæ 2. Decembris 1596. coràm Orano. est decis.378. in eius lib.2. in manuscript.* vbi de communi. *& in dicta Romana successionis de Armenterijs coràm Card. Caualerio.* quas referendo sequitur Rota post alios multos *in Romana hæreditatis, & Paragij dotis. Lunæ 1. Decembris 1614. num.2. coràm Buratto. est decis.638. part.1. in Recent. & post Put. decis. 4. in fin. lib. 3.* dicitur etiam *in Romana lucri dotis. Veneris 20. Februarij 1615. coràm R.P.D. Tirouano. est decis.653. num.2. in Recent. part. 2.*

AMPLIATVR Secundò, vt habetur *in d. Romana hæreditatis. num.3. ibi, illa autem.* Quod pæna *d. l.* ad fauorem filiorum inducta procedit, siue parentes transeant ad secũda vota ante, vel post successionem, *vt per Rip. in d. §. illud. nu.2. Ruin. cons.20. nu.4. lib.3.* vbi de communi, nec fieri differentiam inter vnum casum, & alium. *Rol. cons.95. num.10. lib.1. Afflict. decis.75. nu.4. Gabr. d. conclus.3. in 4. ampliat.*

AMPLIATVR Tertiò, vt dicitur in allegat. *Romana restitutionis lucri dotis coràm Orano,* etiamsi parentes, post mortem alterius coniugum non transierint ad secunda vota, sed inhonestè vixerint, & erat ibi casus de patre, ad *Bart. in l. his solum. C. de reuocand. donat.* Etiam quod pater genuisset filium per vnum solum actum luxuriosum, qui propterea non diceretur luxuriosè viuere. Quia ad istum effectum sufficit vnus solus actus. *Grat. cons.115. nu.8. & plurib. seq. lib.1.* vbi loquitur ad effectum excludendi matrem à tutela filij, etiam propter vnum actum inhonestum. *Rip. in cap.1. nu.97. de iudic. Bald. in fortioribus terminis cons.207. lib.4. Aym. cons.229. nu.12.*

AMPLIATVR Quartò ex Rota *in d. Romana restitutionis lucri dotis coràm Orano. & in d. Romana hæreditatis corã Buratto. nu.4.* Quod procedat etiam in dote lucrata vigore statuti Vrbis secundum veriorem, & receptiorem sententiam, quam tenet *Bald. in l. generaliter. §. illud. & in Auth. ex testamento. C. de secund. nupt. Rip.* qui de communi. *in d. l. fæminæ. quæst.61. Bocr. decis.185. nu.8. & 9.* dicens, ita fuisse pluries iudicatum. *Surd. cons.164. nu.20. lib.1. & consil.196. num.35. lib.2. Gabr. de secund. nupt. conclus.1. ampliat.9.* vbi dicit communem.

AMPLIATVR Quintò, ex Rota *in dicta Romana hæreditatis coràm Buratto. num.5.* Quod cum pæna *d. l.* sit imposita ipso iure, vt dicit *Gabr. d. conclus.1. in 4. ampliat. Io. de Garron. in l. generaliter. §. illud. num.93. & seq. C. de secund. nupt. Corn. cons.309. col. penult. vers. cum itaquè nubens. lib.3.* transit in hæredem vbi declarata non fuit cõtrà viuentem, secundum magis communem, quam tenet *Rip. in d. l. fæminæ. num.30. Soccin. Iun. cons.71. num.3. & 11. lib.2. Rimin. Iun. cons.295. nu.73. & cons.569. num.171. & seq. Gabr. de secund. nupt. concl.4. ampliat.26. Peregr. cons.78. num.9. in fin. & seq.*

AMPLIATVR Sextò *ex Rota in dicta Romana successionis coràm Cardin. Caualerio.* Etiam quod filia primi matrimonij decessisset viuente patre, & mater pro æquis portionibus filios instituisset, & pater posteà transeundo ad secũda vota ab intestato decessisset: Quia nihilominus filij secundi matrimonij non succedunt cum alijs fratribus primi matrimonij in portione dictæ sororis, sed in ea succedunt filij vtrinquè coniuncti exclusis filijs secundi matrimonij. Non obstante, quod cum dicta filia in vita patris decessisset, dicta portio videretur acquisita patri, quo defuncto nõ tàm de successione dictæ filiæ, & sororis respectiuè, quàm de successione patris, cuius personæ ratione successio defertur etiam filijs secundi matrimonij, etiam ex *Stat. Vrb. lib.1. c.146.* Quia pater transiens ad secunda vota tenetur omnia quæsita ex successione filiorum, & filiarum primi matrimonij filijs dicti primi matrimonij conseruare *per d. l. fæminæ. §. illud.* pro hac ampliatione faciunt *Io. de Garron. Bertr. & Gabr. allegat. in limitat.2. in princ.*

AMPLIATVR Septimò *ex Rota in eadem Romana restitutionis lucri dotis coràm Cardin. Caualerio,* vt quando pater transit ad secunda vota procedat *d. l. dispositio non obstante Statut. Vrb. lib.1. cap.146.* quia loquitur de bonis paternis, non autem de maternis, vt sunt clara verba statuti. *in fin.*

AMPLIATVR Octauò, etiam quod secundæ nuptiæ de facto, & nulliter essent cõtractæ. *Put. decis.4. Eadem die. lib.3.* per ea, quæ dicit *Præposit. in c. fin. de secund. nupt.* dum dicit, ne plus tribuatur luxuriæ, quæ castitati, quicquid dicat. *Ias. in l.1. §. hac autem verba. ff. quod quisq; iur.* Et hoc propter identitatem rationis, cum æquè inferatur iniuria filijs per nuptias inualidas, & validas.

LIMITATVR Primò, vt non procedat *d. l.* dispositio, & cessat eius pæna quando filius, vel filia consensit quod mater, vel pater trãsirent ad secunda vota, *vt per Gloss. in Auth. de non elig. secund. nub. in versic. copulantur.* cum allegat. *per Gratian. discept. forens. cap.140. num.3.* Circa quam limitationem *Rota in d. Romana hæreditatis coràm Buratto. num.6.* dixit, proposito ibi casui nõ applicari; quia quicquid sit, an sufficiat tacitus, vel requiratur expressus consensus, non poterat colligi aliquis consensus ex taciturnitate Faustinæ infantis de tempore, quo Antonius eius pater secundo nupsit, & consequenter, neq; ex eo potuit sequi aliqua approbatio, cum esset pupilla, *ad text. in l.1. C. de fals. monet. Io. de Garron. in Rubric. C. de secund. nupt. num.123.* & alij per *Surd. decis.100. nu.2. & Rota in superius in princ. allegat. Beneuentana hæreditatis coràm Litta.*

Et in maiori ætate ad inducendum istum consensum ad effectum de quo agitur, requirebatur aliquis actus positiuus, vt in istis terminis tradunt *Ioan. de Garron. d. rubric. num.118. Rip. in d. l. fæminæ. nu.30. in fin. Surd. d. decis.100. num.7. & 8.* Neq; pro actu positiuo sufficit cohabitatio cum patre, & nouerca,

quia cum eſſet minor non poterat alibi honeſtius, & decentiùs educari. *Boer. deciſ.185. num.5. Pinell. in l.1.par.1.num.53.C.de bon.matern.Surd.de aliment. tit.4.quaſt.14.num.10.* Effecta verò maior, licet habitaſſet in eadem domo cum eius viro, tamen vt ſupponitur, ſeorſim à patre, & in parte domus per eos conducta; quod perinde eſt, ac ſi in diuerſa domo manſiſſet, & quando fuiſſet in eadē domo, videretur perſeuerаſſe in cohabitatione cępta in infantili ętate.

Vltrà quod vt conſenſus inducatur, ſiue approbatio filiæ ex illius taciturnitate, & cohabitatione, requiritur ſciencia, & certioratio iuris ſibi quæſiti *ex d. §. illud.* vt in terminis *Dec. conſ.206. num.7. Aym. conſ.142 nu.20. Boer. d. deciſ.185. num.23. verſ. alias præſentia. Menoch. conſ.237. num.28. & conſil.806. nu.23.* Et ratione ſexus præſumitur ignorantia, etiam quod in iure conſiſtat. *l. regula. §.1. ff. de iur. & fact. ignor. Capic. deciſ.159. nu.22. Cephal. conſ.34. nu.39. lib.1.* cum alijs per *Menoch. lib.6. præſumpt.23. nu.17. & 19.* Maximè quod ſicut in expreſſo conſenſu, & iuris ſui remiſſione requirebatur ſolemnitas Statutaria in contractibus mulierum requiſita. Ita multò magis requirebatur in tacita, vt in ſpecie per *Iaſon. conſ.53. nu.4. & 5. lib.1. & Menoch. d. conſ.137. ſub num.34. verſic. probibet.*

Et ad excludendum iſtum conſenſum dicitur in allegata *Romana reſtitutionis lucri dotis corā Orano.* ſufficere, quod in vita patris non potuerit agere, & non valenti agere non currere præſcriptionem; cum aliud ſit quod filius conſentiat expreſsè, vel tacitè, aliud verò, quod in vita patris fecerit id ad quod ſibi, niſi poſt obitum patris dabant actio, prout deliberaſſe facere ipſo mortuo, rei euentus docuerat.

Conſenſus autem filiorum, quando tranſit ad ſecunda vota, an requiratur expreſſus, vel tacitus ſufficiat, fuit dubitatum *coràm Rubeo Decano in vna Feretrana bonorum. Vener.27. February 1562. incip. An D. Suana. Eſt deciſ.257. in eius lib. in manuſcript.* Et an talis tacitus cōſenſus colligeretur ex diuiſione facta de bonis obuentis de ſubſtantia primi viri, & hæreditate filiorum præmortuorum ex dicto primo viro ſusceptorum inter Suanam matrem, & Conſtantiam per dictum tranſitum ad ſecunda vota, & tolerantia dictę Conſtantiæ, dum vixit dicta Suana mater ſecundò nupta propter *conſil. Dec.205. Quaritur an diuiſio. num.4. & conſil. Pariſ. 29. incip. Eſto quod. lib.3. num.81.*

Et *in eadem cauſa coràm eodem Rubeo ſub die Ven. 16. Octobris 1562. incip. Præſuppoſita notitia. Eſt deciſ.296. in eiuſdem lib. in manuſcript.* fuit dictum, quod inducitur renunciatio filiorum per conſenſum expreſſum, vel tacitum, & quod ita ſit communis opinio, ex allegat. inter quos fuerunt *Dec. & Pariſ. vbi ſuprà.*

Die verò *Luna 5. Nouembris 1565. in eadem cauſa coràm eodem. incip. Præſuppoſito inſtrumento. Eſt in d. lib. deciſ.392.* Fuit dictum, quod licet per diuiſionem inducatur cōſenſus, & renunciatio ad *Dec. d. conſ.205.* non tamen inducitur per pactum de diuidendo, prout erat in præſenti caſu. In caſu enim *Dec.* fuit vera diuiſio, non pactū de diuidēdo, & in ea interfuerunt filij, & appoſuerunt multas clauſulas, ſecus verò in caſu deciſionis, in quo Rota dixit eſſe nimis durū, coniungere effectum dubium, cum inſtrumento continente pactum de diuidendo ad priuationem proprietatis.

Quæ deciſio poſteà coràm eodem confirmata *ſub die Veneris 15. Martij 1566. incip. Præſuppoſita. Eſt in eius lib. deciſ.402.* In qua fuit dictum, quod inſtrumentū diuiſionis de neceſſitate non continebat diuiſionem proprietatis, maximè quia non fiebat mentio de hæredibus, & cum clauſulis ſolitis adhiberi; Et quoad inſtrumentum renunciationis reſtabat videre particulariter, an excluderet dictam Conſtantiam filiam, ita vt Suana mater ſuccederet etiam in proprietate, etiam quod trāſiret ad ſecunda vota.

Et die *Luna 13. Ianuarij, & Veneris 24. eiuſdem menſis 1567. coràm eodem. incip. Præſuppoſita renunciatione. Eſt in d. lib. deciſ.431.* Fuit dictum, quod renunciatio cum clauſula, pro ſe, & eorum cuiuslibet hæredibus, & ſucceſſoribus, regulariter prodeſt omnibus hæredibus, & conſequenter dictæ Soanæ matri, etiam cum tranſiret ad ſecunda vota.

Non tamen comprehendere hæredes tranſuerſales, & extraneos dictæ Soanæ, etiam quod renunciatio fuiſſet facta per verba generalia, quia non eſt veriſimile, quod renuncians cogitauerit de dictis hæredibus per iura, & rationes allegatas per *Oldrad.* & ſequaces *in conſil. allegat.* . . . . quæ non tolluntur ex ipſis verbis generalibus ſiue vniuerſalibus; & ſubditur quod nec dicunt contrarium ſi rectè inſpiciantur. *Afflict. & Mandell. in loc. allegat.* . . . . . . Et ita hoc vltimum de hæredibus dixit Rota *in eadem cauſa coràm eodem Rubeo ſub die Luna 21. Iunij 1568. incip. Præſuppoſito, quod verba. Eſt in eius lib. deciſ.477.*

LIMITATVR Secundò, vt dicitur in ſæpius allegatis *deciſ. in Romana hæreditatis coràm Buratto. nu.9.* quod non procedat pœna *d. l. fœmina* in bonis mediatè prouentis ex hæreditate materna ad filium, & ab eo ad patrem, qui poſteà vltimo loco deceſſit.

In qua limitatione Rota non figit pedes, ſed dicit quicquid ſit de iſta opinione, cuius contrarium tenuerunt. *Io. de Garron. in Auth. ex teſtamēto. in 7. not. num.25. C. de ſecund. nupt.* vbi ait quod ita fuit iudicatum, & quod iſta eſt veritas. *Bertrand. conſil.157. per tot. Gabr. d. concluſ.3. num.9.*

Hic enim non conſtabat de aſſerta mediata ſucceſſione, cum ambo ex filijs deceſſiſſent infantes, & ideò matris hæreditatem adire non potuerant, & propterea illam immediatè dicebant ad patrem deueniſſe vti hæreditas ſuæ vxoris, non filiorum.

ANNOTATIO.

ADVERTE, quod licet Rota hic noluerit hanc limitationem canonizare cum caſui propoſito non applicaretur, vt dictum eſt; Tamen ſi benè aduertatur, iſta limitatio reijcitur ex ſexta ampliatione ſuperius poſita ex Rota *in Romana ſucceſſionis coràm Card. Caualerio.* vbi Rota noluit filios ſecundi matrimonij per Thomam contracti admitti ad portionem Virginiæ filiæ ex primo matrimonio defunctæ in vita patris, ad quam portionem licet diceretur admiſſus pater cum filijs, ac perinde patre defuncto filij ſecundi matrimonij prætendebant ſuccedere in dicta portione, quæ ad patrem tranſiuerat mediante morte dictæ Virginiæ, quæ primo loco ſuæ matri ſucceſſerat, & ei poſteà ſucceſſerat mediatè pater, & ſic potius agi de ſucceſſione patris, quàm Virginiæ. Quia nihilominus dixit Rota patrem, *iuxtà d. l. fœmina. §. illud.* teneri dictam portionem ſeruare filijs eiuſdem non ſecundi matrimonij.

LIMI-

LIMITATVR Tertiò, vt *d. l.* non procedat in bonis, quæ parentibus obuenerunt per mortem filiorum, qui prius suis fratribus successerant, vt fusè resolutum fuit *in vna Romana domorum. Veneris 10. Iunij 1616. coràm bo. mem. Martino Andrea*, in qua omnia eneruantur.

Quæ decisio habetur *Part. 3. Recent. decis. 771. incip. Non impugnabat.* Quam decisionē secuta fuit Rota *coràm R. P. D. Merlino in vna Romana nullitatis contractus. Die Lunæ 5. Decembris 1633. incip. Per duas sententias. num. 6. 7. & 8.* licet non applicaretur casui ibi proposito. Vbi allegantur duæ aliæ decisiones concordantes *coràm Cardin. Verospio, & Vbaldo Sen.*

ANNOTATIO.

ADVERTE, quia hæc limitatio differt à priori limitatione, in illa enim quærebatur, quando pater successerat in bonis maternis filiorum, in quibus prius successerant filij, & post eos in eisdem successerat pater non immediatè, sed mediante prius persona filiorum, an teneretur reseruare præfata bona materna filijs eiusdem matrimonij, & fuit dictum quod sic. In hac verò dicitur, quod mater non tenetur reseruare filijs eiusdem matrimonij bona filiorum, in quibus primò filij successerant in bonis aliorum fratrum, qui patri successerant, & postea mater successerat istis filijs, & mediatè in bonis fratrū illorum filiorum, & sic in bonis paternis mediātibus duobus hæredibus, cum non habeat locū *d. l. fæmina. §. illud.* sunt enim in hoc casu tres hæredes, primi sunt filij patri succedentes, secundi sunt fratres, tertij sunt mater.

LIMITATVR Quartò, vt non procedat dispositio *d. l. fæmina. In fin.* nisi fuerit semel acquisita proprietas, cum procedat *d. l.* dispositio per reconsolidationem, quando semel proprietas transiuit in coniugem, prout illam intellexit Rot. *in Placentina Antifati primò coràm Card. Pamphilio 6. Iunij 1614.* & posteà *coràm Remboldo 12. Iunij 1615.* quas referendo sequitur Rota *in Romana lucri dotis. Veneris 20. Februarij 1615. coràm R. P. D. Pirouano. est decis. 653. incip. Cum Catharina. in Recent. p. 2.* vbi *nu. 3.* dicitur, dispositionem *d. l. fin.* non habere locum in lucro dotis delato marito ex *Stat. Vrb. lib. 1. c. 131.* cum nondum esset iustificatum, marito remanere proprietatem in dicto lucro, quod erat particulariter probandum, cum non sit idem in hærede grauato, *vt ibi dicitur num. 2. & 3.*

¶ *circa Fideiussorum liberationem, & obligationem.*

L. Fideiussores. 69. §. pro Aurelio. ff. de solut.

L. Ob triginta. 73. ff. de solut.

L. Decem. 116. de verbor. obligat.

DECLARANTVR istæ leges à Rota *coràm Card. Lancellotto Iun.* Vide remissiuè suprà *ad d. l. decem. 116. de verb. obligat.*

¶ *Filius natus ex vxore præsumitur natus ex viro, non ex adultero, & quando hoc non procedat.*

L. Filium eum diffinimus. 6. ff. his, qui sunt sui, vel alien. iur.

Quod filius natus ex vxore præsumatur natus ex viro, non ex adultero.

Declarationem ad hanc lex, & quæ sint necessaria, vt procedat, vide *ad l. Miles. 11. §. Defuncto. ff. ad l. Iulian. de adult. præsertim. num. 4.*

DECLARATVR ista lex à Rota *coràm Rubeo in Mediolanen. illegitimitatis. Lunæ 11. Martij 1560. incip. An ex depositionibus. Est decis. 126. in eius libr. in manuscript.*

Quod non habet locum in eo, qui ob ætatem non potest suscipere filios, & insere præsumatur impotentia in sexagesimo anno, vt latè tradit *Paris. lib. 2. consil. 29. incip. Cato sextum.*

Vbi etiam dicitur, quod quando est incertitudo in numero annorum, & qualit... impotentiæ, non insurgit sufficiens probatio ... limitationem *d. l. filium.*

DECLARATVR Secundò à Rota *coràm Achill. decis. 331. nu. 4. incip. Filius natus.* Quod præsumptio istius legis. *& d. l. Miles.* sit iuris tantum non iuris, & de iure, & in tribus casibus declaratur.

¶ *Filius patri agnatus proximus est, quicquid contradixerit Alciat.*

L. Filius patri. 12. ff. de suis, & legit. hæred.

Vbi sic dicitur. Filius patri agnatus proximus est.

Quicquid contra voluerit, *Alciat. parerg. lib. 3.*
1 *cap. 25.* † qui censet legendum cum dictione negatiua, nempè, agnatus proximus non est. Sentiens Alciat. quod filij cōsiderati inter se ipsos, tunc agnati sunt patri, secus si respectu patris contemplentur, quia tunc non agnati patri, sed nati illi dicuntur. Quod etiam sensit *Menoch. lib. 4. præsumpt. 88. nu. 19.* Et pro hac parte ponderat *Alciat. l. scripto. ff. vnde liber.* vbi de nepotibus respectu aui dicit Iurisconsult. sine dubio illos auo non esse agnatos.

REPROBATVR enim *Alciat. à Rota in Romana fideicommissi de Paluzzellis. Lunæ 28. Februar. 1611. num. 2. 3. 4. & 5. coràm Reuerendiß. Manzanedo. est*
2 *decis. 332. in Recent. part. 2.* † Quia prædictus text. *in l. filius.* est legendus sine dicta negatiua, cum illi tam Pandectæ Florentinæ repugnent, quàm vulgata lectio, & assentitur *Accurs. in l. fin. in glos. in verb. sui dicuntur. ff. de grad. & affin.* Et quòd hanc lecturam sequuntur. *Cuiac. contrà Alciat. Obseruat. lib. 14. cap. 11.* ibi quod enim est certius, quàm filium patri esse proximum agnatum. *& Socin. Iun. consil. 9. nu. 13. lib. 2.* quem refert, & sequitur *Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 25. & Io. Robertus recept. lib. 1. cap. 2.*
3 Nec † obstare *text. in d. l. scripto. ff. vnde liber.* qui videtur affirmare sine dubio non esse agnatum auo nepotem ex filio. Sed textus hoc non dicit, nam ibi exhæredato filio testatoris, & defuncto, dubitabatur, an nepos ex illo filio susceptus auo suus hæres esset, & dicit in hæc verba, si non suus hæres esset, quo iure hæres erit? qui sine dubio non est agnatus. Vbi non negatur simpliciter nepotem esse agnatum auo, sed negatur esse agnatum si non est suus, ergo è contra, si est suus, & in potestate aui, prout text. vult, sequitur quod erit agnatus ex mente eiusdem text. *& ibi glos. in verb. agnatus.* & sic text. intelligit potius nepotem in potestate aui, & sic suum, illi esse agnatum, deficiente autem suitate in nepote sine dubio non esse agnatum.

¶ *Legatum annuum debetur ex fructibus bonorum.*

L. Firmio. 26. §. pater. ff. quād. dies leg. ced.

Qualiter ista lex procedat. Vide infrà in *l. Liberto. 21. in princip. ff. de ann. legat.*

¶ *Tutor*

¶ *Tutor quando possit sibi satisfacere de bonis pupilli.*

L. Fistulas. 78. §. fundú. ff. de contrah. empt.

DECLARATVR à Rota *coràm Reuerendiss. Coccino Decano in Romana redditionis rationis. Mercurij 10. Decembris 1626. incip. Visa per omnes.* Quæ decisio habetur *decis. 25. inter recollectas à dilecto filio Paulo Rubeo Tom. 1.* vbi *nu. 19.* dicitur, quod dictus text. loquitur in tutore, qui à patre pupilli emerat fundum, & quod propterea poterat dictus tutor exequi prædictam venditionem tradendo sibi fundum. Ideòq; quod procedit in casu, in quo res immobilis debetur tutori, secus quando esset creditor pecuniæ, quia tunc non posset pretium propria auctoritate capere pro quantitate, & quod ita declarant istum text. *Bald. in l. cum ipse. num. 14. vers. non obstat. C. de contrahend. empt.* cum alijs ibi allegatis. Et subdit, ex *Bart. in l. 2. num. 1. versic. aut ex necessitate. ff. de stipul. seru.* quod dictus textus procedit, quando traditio fit ex necessitate præcedentis contractus, in quibus etiam loquitur *Surd. cons. 283. num. 14. lib. 2.*

¶ *Præsumptio ex alia præsumptione, quando oriri possit.*

L. Frustra. 1. C. de dot. promiss.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 21. num. 3. incip. Apud me.*

Vide, quæ diximus suprà *Part. 3. circa Doctores in §. 11. Ruin. cons. 66. num. 10. lib. 3. incip. Perlectis.*

¶ *Ius coæquale non dicitur habere, qui accipit de manu alterius, & qualiter hoc intelligatur.*

L. Fundi Trebatiani. 38. ff. de vsu, & vsufruct. legat.

Quod non dicitur habere ius coæquale, qui accipit de manu alterius, prout declarat *Pinell. post alios in l. 1. part. 2. num. 11. C. de bon. matern.*

DECLARATVR ista lex, *& Pinell. à Rota in Conchen. decimarum dell' Infantado. Ven. 8. Nouembris 1613. num. 2. & 3. coràm R. P. D. Pirouano. est in Recent. decis. 520. part. 1.* Quod in casu *dictæ l. fundi Trebatiani.* oriebatur dubium, si fructus capiuntur per vsufructuarium de manu proprietarij, qui est hæres; secus verò quando de manu Administratoris, qui nullum in re quàm dat pretendit dominium, neq; liberationem à seruitute rei propriæ. Et ita fuit ibi tentum, Episcopum in exactione decimarum habere coæquale ius cum Rectoribus, nec ei obstare mutationem seminis, quia etiam de illo semine mutato debentur decimæ, cum habeat ius coæquale, neque obstare quod Episcopus decimas exegisset de manu Rectorum, cum hoc neq; testibus, neque scripturis probaretur, sed per manus soluentium receperat, quod non est de manu Rectorum, sed de manu propria, cum Ministri representent participantes de decimis, & omnia de eorum voluntate, & mandato gerere censeantur, *cap. fin. de iure iur. in 6. Dec. consil. 110. num. 4. Afflict. decis. 72. nu. 3. Abb. cons. 104. nu. 5. vol. 1.* Maximè cum ibi non probaretur Deputatos ad custodiam, & administrationem horrei a solis Rectoribus fuisse præpositos.

¶ *Creditor qualiter valeat pignus distrahere.*

L. Fundum. 1. cum tribus lll. sequent. C. de distract. pignor.

Qualiter creditor valeat pignus distrahere.

DECLARANTVR istę leges à Rota *coràm ... Caualerio in Romana Casalis Capocottæ. Ven. 3. Octobris 1615. incip. Reuerendi Canonici. num. 3. Est decis. 759. part. 2. in Recent.*

Et nos notauimus suprà *Part. 3. §. 7. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 18. nu. 4.* vbi *num. 6.* habes earum intellectum contrà *Couarr. fol. 78. nu. 2.*

¶ *Pæna l. generaliter. C. de secund. nupt. non cessat, licet filia ex primo matrimonio mortuo patre donauerit bona materna ad se spectantia filijs ex secundo matrimonio.*

L. Generaliter. 5. C. de secund. nupt.

1 In qua disponitur, † quod sicut mulier conuolans ad secundum matrimonium cogitur reseruare quicquid percepit à primo marito filijs primi matrimonij. Ita vir conuolans ad secundum matrimonium, omnia quæ habuit ex prima vxore compellitur seruare filijs primi matrimonij, & filij habet dominium illarum rerum, siue adire velint hæreditatem parentum, siue non.

DECLARATVR ista lex à Rota, *vt per Accoràb.*
2 *decis. 22. incip. Quidam habuit. part. 2.* † Quod pæna istius legis nō dicatur cessare, quando quis ex primo matrimonio habet filiam, & ex secundo matrimonio habet duos filios, & alienauit plura bona dotalia primæ vxoris. Deinde patre defuncto filia ex primo matrimonio bona materna ad se spectantia donauit filijs ex secundo matrimonio, sibi tamen quibusdam reseruatis. Et cum dicta filia pro recuperatione bonorum à patre alienatorum ageret, emptores opponebant filiam non posse agere, ex quo donauerat dicta bona præfatis filijs secundi matrimonij: Quia per istam donationem videbatur ratificasse secūdum matrimonium, & sic cessare dispositionem *dictæ l. generaliter.*

Conclusum fuit ex pluribus adductis isto casu non
3 cessare dispositionem *d. l. generaliter.* † Cum enim per trāsitum ad secunda vota patris quæsita ex bonis primi matrimonij fuerint applicata filiæ dicti primi matrimonij, *vt per Corn. cons. 309. vol. 3.* & cum dicta filia nihil patri donauerit, cuius factum noluit donando approbare, sed post eius mortem donauerit fratribus filijs secundi matrimonij, nedum ex dicta donatione non colligitur remissio pænæ *d. l. generaliter*, sed resultat contraria intentio, quod illam vo-
4 luerit acceptare, & approbare. † Nam si *d. l.* pænam remisisset, non fuisset necessaria donatio, quia filij secundi matrimonij suo ipso iure successissent in bonis prædictis, iuxtà *l. nam etsi parentes. de inoffic. testam. l. cum ratio. de bon. damnat.*

5 Minus etiam potuisset † donare, quia res ad ipsam non pertinebant, sed ad patrem, & post eius mortem ad filios, & sic illas donare non potuisset, cum nemo det quod non habet, iuxtà Regulam, nemo plus iuris. Nec potuisset etiam conditiones, quas apposuit,
6 in donatione, adijcere. † Quia non rei alienæ, sed suæ tantum potest quis legem imponere. *l. legem. C. de donat. l. rebus. C. de rer. permut.* sed quia in pænam patris transeuntis ad secundas nuptias filię erant illę res delatæ, easdem donando dicitur acceptasse, & agnouisse pænam dictæ legis, quod erat antecedens necessarium ad donationem faciendam. *l. ad Legatum, & l. ad rem mobilem. de procurat.*

7 Et facit, † quia cui est delata hæreditas, si de illa, vel

vel ipsius parte, vel de aliqua re hæreditaria disponit, censetur in necessarium antecedens hæreditatem adiuisse. *l. final. C. de iur. delib. & ibi Castrens. & Alex. Rofred. cons. 32. Crot. in l. re coniuncti. col. 55. de leg. 3.*
8 † Et in alienatione ipsa voluit *Corn. cons. 79. colum. 3. lib. 4. Bertrand. cons. 184. vol. 3. in nou. Paris. cons. 19.*
9 *col. 12. num. 114. vol. 2.* † Et in venditione rei hæreditariæ voluit. *Corn. cons. 65. vol. 2.* Quæ omnia procedunt considerata dispositione iuris. Et addebatur, quod idem erat dicendum consideratis verbis donationis, & literis Ducalibus per quamdam supplicationem Mediolani porrectam ab ipsa filia, in quibus expressè dicebatur, fuisse bonæ deuoluta ad ipsam donatricem propter transitum patris ad secunda vota, & posse propria auctoritate à fratribus accipere, cum essent bona hæreditaria matris, cuius hæreditatem ipsa adiuerat: & quia vendicando dicta bona fratres remansissent inopes, quia illis compatiebatur ex causa puræ donationis certis conditionibus adiectis, & certis bonis sibi reseruatis donabat; Et sic ex dictis literis constabat, quod pœna dictæ legis erat agnita non remissa.

10 Neq; obstare, † quod per donationem rei propriæ factam vitrico, vel nouercæ videatur approbatum secundum matrimonium. Quia illud non procedit quando donat de rebus sibi debitis in pœnam trãsitus ad secunda vota, quo casu, vt dictum est, censetur pœnam agnouisse, & per consequens quod cessat præsumptio, quod voluerit approbare secundum matrimonium, & pœnam remittere, cum vna præsumptio per aliam elidatur *l. Diuus. & ibi Bart. de in integr. restit.*

Nec deniquè obstare, quod filia numquàm reclamauerit. Quia tempore secundi matrimonij erat mi-
11 nor. Neque † taciturnitas habetur per approbatione maximè in minori, & stante metu reuerentiali, neq; donatio infert ad approbationem, immò potius contrarium, cum donatio præsupponat præambulam aditionem.

¶ *Pater quando non æqualiter testatur inter filios, tunc non est locus l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Et quid in caco.*

L. Hac cõsultissima. 21. §. ex imperfecto. C. de testam.

Quod testamentum imperfectum ratione solemnitatis, valet inter liberos tantùm.

DECLARATVR Primò à Rota, *vt per Ant. Aug. in suo Epit. de testam. nu. 20. post Gomes. Quod d. §. ex imperfecto* non habet locum, quando non æqualiter testatur inter liberos.

DECLARATVR Secundò à Rota *coràm Seraphino decis. 966. Illustrissimus Dominus.* vbi *num. 1.* Præsupposito quod *d. §. ex imperfecto.* habeat locum in filijs adoptiuis, & arrogatis, *vt per Natt. in d. §. ex imperfecto. quæst. 16.* licet negatiuam teneat *Decian. cons. 34. num. 6. cum sequent. lib. 1.* Cum dicto præsupposito, dicit Rota, esse communem cõclusionem, quod cæcus possit testari inter liberos omissa solemnitate requisita *in d. l. hac consultissima.* & in eius testamento habere locum *d. §. ex imperfecto. ex Boer. qui plures citat in decis. 240. num. 20.* Attamen quod dicta opinio procedit, vbi cessat omninò suspitio fraudis, propter quàm maior solemnitas requiritur in testamento cæci, vbi verò adest aliqua suspitio, tunc secus, ex *Soccin. Natt. Boer. & Mantic. ibid. citat. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 2. num. 25. versic. & quicquid sit.*

¶ *Coniuges ad secunda vota transeuntes non possunt secundo coniugi plus relinquere, quam cuilibet filiorũ primi matrimonij, secus filijs primi matrimonij.*

L. Hac edictali. 6. C. de secund. nupt.

Vbi habetur, quod coniux transiens ad secunda vota non potest vllo titulo in secundum coniugem transferre plus, quàm reliquerit vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquerit, & quod vltrà reliquerit non valet, sed inter liberos æqualiter diuiditur.

1 DEROGARI potest huic *l. bac edictali.* † à statuto, *Rota in Bononien. hæreditatis. Lunæ 28. Maij 1576. coràm Card. Blanchetto. est decis. 432. num. 3. part. 1. diuers.* vbi quod requiritur expressa derogatio, vel saltem, quod verba statuti sint taliter concepta, vt compati non possint cum ipsa *l. vt per Berou.*
2 *quæst. 119. num. 5.* † Et quod in dubio ea facienda sit interpretatio, vt illi derogatum non censeatur. *Socc. Iun. cons. 70. nu. 2. lib. 2.* vbi quod ferè omnes Doct. ita concludunt. Quam decisionem post alios ab ea relatos, sequitur Rota *in Fauentina bonorum. Lunæ 24. Maij 1604. corã nunc Sanctiss. Ludouisio, quæ inter Recentiores. est decis. 121. nu. 3. part. 2. & in eius manuscript. est decis. 173. lib. 1.*

DECLARATVR *d. l.* à *præfatis decis. in Bono-*
3 *nien. & Fauentina,* quod per † eam non prohibetur plus relinquere filijs secũdi matrimonij, quàm primi, modò non fraudentur portione sibi de iure naturæ debita. *Bald. cons. 22. nu. 2. in fin. lib. 5. cum alijs alleg. in d. Fauentina bonorum. num. 2.* vbi ex *Ant. Gabriel.*
4 concordantur, qui contrarium tenere videntur. † Et adducitur ratio ex *Castrens. in Auth. vnde si parens. num. 2. C. de inoffic. testam. & Boer. decis. 200. num. 5.* quia filij ex secundo matrimonio non sunt exosi, cum sint eorum fratres, & ideò non tantùm habent indignari.

Ex huius legis dispositione sequitur, quod in relicto facto à matre filio secundi matrimonij non cen-
5 setur relictus, sed prohibitus patri † vsusfructus, ne aliàs relictum annulletur per *d. l.* in cuius fraudem factum censeretur, vt dicitur *in d. Fauentina bonorũ,* quam decisionem sequitur Rota *in Camerinen. donationis. Lunæ 19. Decembris 1605. coràm Cardin. Marquemontio. est decis. 19. in eius manuscript. incip. Quamuis hæc mulier. post Ruin. cons. 112. nu. 8. vers. item non obstat. lib. 1.*

6 Neque admittitur præsumptio, quod † dos data primo, censetur etiam data secundo, vbi agitur de materia *d. l. hac edictali,* & extant filij ex primo matrimonio, vt dicitur in allegat. *Fauentina in fin. post alios in puncto Ias. cons. 50. lib. 1. Curt. Sen. consil. 79. Curt. Iun. in Auth. præterea. num. 16. C. vnde vir, & vxor. Menoch. præsumpt. 6. num. 33. lib. 3.*

DECLARATVR Secundò *d. l. hac edictali. C. de secund. nupt. à Put. decis. 9.* Fuit resolutum *in vna Fulginatensi. lib. 2. Et decis. 16. Iterum causa Fulginatensi. eod. lib. 2.* Quod nouerca concurrat cum filijs vsquè ad supplementum legitimæ, quod procedat etiam quod filius supplementum non peteret, ex adductis in priori decisione, & in posteriori à *nu. 4. vers. Istis non obstantibus.*

¶ *Datio*

¶ *Datio insolutum non est conditionalis, quando est certæ rei pro certo pretio.*

L. Hæc venditio. 7. §. si quis. fin. ff. de contrahend. empt.

Quæ loquitur in venditione fundi pro certo pretio, quod valeat vēditio, & statim impleatur, etiam quod additum sit, & quantò pluris emptor vendiderit.

EXTENDITVR ista l. à Rota *coràm Cotta in Romana Palatij. Lunæ 28. Iunij 1576. Est decis. 484. in eius lib. in manuscript. incip. An datio.* vt procedat etiam in datione insolutum, vt non sit conditionalis quando est certæ rei, & pro certo pretio, putà, vigore mandati executiui, in quo certa summa exprimitur. Et additur cessare *consil. Curt. 35.* quia ibi quantitas non erat certa.

¶ *Hæres ex die, vel in diem institutus qualiter dicatur hæres.*

L. Hæreditas ex die. 34. ff. de hæred. instit. & §. hæres purè. Instit. eod.

Quod hæreditas ad tempus dari non potest, sed sublato vitio temporis manet institutio.

DECLARANTVR à Rota *in Spoletana hæreditatis. Veneris 11. Aprilis 1603. nu. 4. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 103. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Cum Lauretus. & habetur decis. 84. part. 2. in Recent.* Quod dicta iura non tollant, quin hæres ita ex die, vel in diem institutus dum viuit, non sit hæres directus, & vtiliter, licet post eius mortem alius per fideicommissum fiat hæres. *Soccin. cons. 14. post nu. 7. lib. 1. Angel. Ares. cons. 11. sub num. 8.* vt mens testatoris saluetur eo modo, quo melius saluari potest non offendendo iuris regulas. *Castr. cons. 241. sub nu. 5. vers. sed hoc est falsum. lib. 2. Natt. cons. 570. nu. 14. in fin.*

¶ *Fideiussor potest aliquid pro fideiussione recipere, quod intellige tamen si moderatè.*

L. Hoc iure. 5. vbi BART. §. 1. ff. de donat.

Vbi dicitur, quod fideiussori licitum est aliquid pro fideiussione recipere.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 76. nu. 4. Fuit conclusum D. Marinum.* Quod hoc procedat si moderatè percipiatur. *Bald. in l. antiquæ. post num. 2. vbi etiam Salicet. C. ad Vellcian.* Nam si lucrum transcendit summam, pro qua quis fideiussit, hoc casu actus iste videtur omninò illicitus, & damnandus, ex traditis in sūma *Armill. in verb. fideiussor. num. 15. in summa Siluestr. sub eod. verb. nu. 14.* cum alijs allegatis. & ita etiam dixit *Rota coràm eodem decis. 161. Fuit in alia positione. num. 1. & vide ibi Beltramin. in addit. in litera A. num. 9.*

¶ *Mors tribuitur causæ posteriori potentiori, & quart.*

L. Huic scripturæ. 15. §. si seruus. ff. ad l. Aquil.

Vbi dicitur, quod si aliquis est vulneratus, & posteà ruina, vel naufragio perijt, mors tunc tribuatur causæ posteriori.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis. 239. num. 2. incip. Quia Boccardinus.* Quod ea videtur esse ratio, cur causa mortis tribuatur ruinæ, vel naufragio, non autem vulneri, quia causa superueniens, non permisit discerni, an vulnus quamuis lethale, esset mortem illaturum. Sic si mulier febri laborat, & posteà superuenit abortus, tunc ista causa superueniens non facit, vt discernatur, an febris esset ei allatura mortem, & sic mors est potius tribuenda abortui.

Vide latè, quæ diximus suprà *Part. I. ad Oradin. in causa Romana societatis 27. Iunij 1569. fol. 380. col. 2. in med.*

¶ *in Sententia, an procedat illa regula, quod qui vult consequens, censeatur velle etiam antecedens.*

L. Illud. 76. ff. de acquir. hæred.

Vbi dicitur, quod qui vult consequens, censetur etiam velle antecedens.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Pamphilio Sen. in causa Calaguritana Capellæ. Mercurij 28. Maij 1586. incip. Fuit per Dominos resolutum. est decis. 69. in eius lib. in manuscript.* Quod ista regula procedit, etiam in sententijs, *vt post Castren. & alios allegat. Aym. cons. 174. num. 2. incip. Nobilis Guigo.*

¶ *in Procuratoris reuocatione requiritur Iudicis cognitio saltem summaria.*

L. In causæ cognitione. 27. & ibi Glos. in verb. Prætoris. ff. de procur. & l. post litem. 17. ibi, prius tamen causa cognita. ff. eod. tit.

Quod in reuocatione procuratoris requiratur Iudicis cognitio saltem summaria.

Quo casu istæ ll. procedant. Vide infrà *in d. l. post litem.*

¶ *Legatum factum alicui donec vixerit, cum vita extinguitur, & ad hæredem reuertitur, & eo mortuo ad hæredem hæredis.*

L. In causæ. 17. la 2. §. Pomponius quoquè. ff. de minor.

Vbi dicitur, quod si testator rogat hæredem, vt quasdam res daret Titio, & si sine filijs decesserit, eas hæredi restituat, si mortuo hærede, Titius cauet eas res restituere hæredi hæredis est restituendus.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 29. num. 3. incip. Conclusum fuit legatum.* Quod loquatur, quando legatum est alicui simpliciter relictum, & ipse grauatus est post mortem restituere hæredi, non autem quando legatum est relictum alicui, donec vixerit tantum, quia si ante eum moritur hæres scriptus, illud legatum pertinet ad hæredem hæredis, non quidem iure transmissionis, sed iure deuolutionis, seu cuiusdam consolidationis cum hæreditate, quia testator in hoc genere legatorum non videtur respicere personam hæredis, sed ius hæreditarium. *Bart. in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. num. 2. ff. de legat. 2. & ibi Bald. in fin. Paul. de Castr. in l. vlt. num. 3. C. de legat. Soccin. Sen. cons. 102. num. 10. vers. ex his infertur. incip. Vis in scriptura. lib. 3.*

¶ *Fructus beneficij quod dicātur deductis oneribus nu. 1. Melioramenta qualiter reficienda emptori ignoranti rem alienam esse. num. 2. & seq.*

L. In fundo. 39. ff. de rei vendic.

1 Super hac l. notant Doct. quod † fructus non dicuntur, nisi deductis oneribus, siue expensis. Ex

quo

quo voluit Rota *in Neritonen. pensionis. Luna 3. Iulij 1605. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 82. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini informantibus tantum.* vt etiam in ea notauimus. Quod testes deponendo de fructibus beneficij, intelligendi sunt secundum iuris dispositionem, deductis scilicet oneribus.

Quam tamen decisionem, *& d. l. Rota in Hispalen. pensionis. Veneris 22. Martij 1613. coràm R. P. D. Pirouano, nu. 6. est decis. 444. in Recent. p. 2.* intellexit respectu expensarum in fructibus recolligendis, de quibus testes possunt verisimiliter esse informati, non autem de alijs oneribus beneficij, quæ ab extrà imponuntur, de quibus non loquitur *d. l. in fundo.* Cum tamen, *vt ibid. num. 5.* dicitur, testes vt probent verum valorem beneficij debeat deponere deductis etiam oneribus ex ibi allegatis.

Nota vlterius pro intellectu *d. l.* quæ solutionem
2 † melioramentorum à domino rei, in quo facta sunt iudicis officio committit, cum ex eo mouentur, ne fiat iniuria domino auferendo melioramenta, quæ domino prosint, & remouenti non noceant.

Quod LIMITATVR primò, vt cessante æquitate, cesset dictum officium iudicis. *Bart. in d. l. nu. 3. in fin.* prout est etiam additio *in §. in verb. indulgendum.*

3 LIMITATVR secundò, † vt domino non liceat offerre æstimationem meliorامentorum, quando aliàs eligit ea non soluere, nam postea non auditur si velit soluere quantum reperiretur de ruderibus, ita post *Bald. & Castr.* consuluit *Roland. cons. 28. nu. 30. versic. & hoc nisi. lib. 1.* Quod ego etiam habui in causa propria.

4 LIMITATVR tertiò *d. l.* † quatenus dicit, quod dominus quando paratus est soluere, quantum habiturus esset possessor rebus ablatis, fiat ei potestas. Quod hoc non procedit indistinctè in solutione omnium melioramentorum, sed solum in casu *d. l. in fundo,* videlicet, quando possessor non habet causam ab agente, vt patet in principio l. ibi, *in fundo alieno, quem imprudens emeras,* nec vlla iusta ratione motus fecit dictus possessor expensam, ita *Bald. in §. si Vasallus. nu. 4. in fin. hic finit. l. Frideric. in vsib. feud.* quem post alios allegat *Bursatt. cons. 85. Certum est. nu. 35. lib. 1.* Baldum refert, & sequitur *Corn. cons. 86. Circa primum. nu. 8. vers. & aliàs in simili dicit Baldus. lib. 4. Idem Bald. eodem modo limitat d. l. in fundo. in Auth. excipitur. num. 2.* ibi, *sed de facili posset responderi, ad d. l. C. de bon. quæ liber.*

Quando, & in quibus casibus ista l. procedat, vide *Petr. Ant. à Petra de fideicomm. quæst. 15. num. 277. ibi, tum etiam quia. d. l. in fundo. & num. 278. vers. sed Bald.*

¶ *Sententia super statu lata, an faciat ius, quoad omnes.*

L. Ingenuum. 25. ff. de stat homin.

Vbi dicitur, quod sententia lata super statu sit vera, & faciat ius, licet contrarium appareat, cum res iudicata pro veritate accipiatur.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Canalerio decis. 250. nu. 4. incip. Licet sub die.* Quod procedat, quando sententia fuit lata coràm legitimo contradictore, secus si fuit lata contrà absentem, & non comparentem, quia tunc ius non facit, quoad omnes. Nam necessarium est, quod sententia lata super statu defendatur per legitimum contradictorem, ad hoc, vt dictum est, vt faciat ius, quoad omnes, vt dictum etiam fuit coràm *Vbaldo in causa Britonorien. Iurispatronatus 20. Decembris 1610.*

¶ *Actor non potest cogere tertium inuitum ad exhibendum scripturam, qua vult vti contrà reum, si actor non habet interesse.*

L. In hac actione. 3. §. interdum. ff. ad exhibend.

1 † Quod actor per actionem in factum agat ad exhibendum contrà tertium.

DECLARATVR à Rota, *vt per Accorambon.*
2 *decis. 17. incip. In vna Romana. lib. 2.* † Quod illud procedit, quando actoris interest secundum veram, & communiter approbatam lecturam ad illum textum secundum *Alex. cons. 58. col. 2. lib. 1.* Et quando actoris non interest, exhibitio fieri non oportet.

Dubitabatur autem in casu dictæ decisionis, An ad instantiam actoris deberent mandari exthibi partitæ,
3 quibus vti volebat actor contrà reum. † Et fuit conclusum pro parte negatiua, quia non spontè ille tertius exhibere, vel edere volebat, neque apparebat aliquod actoris interesse.

Nequè obstare regulam *glos. l. in fraudem. §. neq; ff. de iur. fisc.* cum multis per *Dec. in cap. 1. col. 34. de*
4 *probat.* volentis quod † originale, licet sit penès tertium, edi debeat. Quia non tractabatur de originali, sed de quodam memoriali priuato referente se ad ea, quæ gesta fuerant.

Vltrà quod dicta scriptura cum esset relatiua nihil probabat, cum alijs ibi adductis ex quibus actoris interesse excludebatur.

¶ *Dies in itinere faciendo integer accipitur, etiam quod vnicum milliare sit conficiendum, quod hic inducitur ad probandum mensem totum esse Apostolicum si talis est in principio.*

L. In itinere faciendo. 3. ff. de verb. signif.

Vbi habetur, quod si in itinere faciendo viginti millia passuum in singulos dies sint peragenda, ita debent accipi, etiamsi passus non attingant dictum numerum, & vnde si in vno tàtum milliari excedant, attamen integrum biduum tali itineri attribuetur. Et quamuis tàm passuum millia, quàm horæ possent diuidi, & tàm respectu horarum, quàm passuum posset fieri computatio, quod æquius videbatur, nihilominus videns Vlpianus, vt ibi notat *Rebuff.* quod in dicta computatione aliquando tribueretur plus, aliquando minus, ad vitandas controuersias non admisit diuisionem diei per horas, quando voluit, quod etiamsi vnum tantum passuum milliare superesset illud occuparet integrum diem.

ROTA *in Salamantina beneficij de Almenara. Lunæ 20. Iunij 1605. nu. 5. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 144. part. 2. in Recent.* Aliam illius textus rationem adducit; quod nimirum præter allatam rationem, tunc proposito dubio congruentem, Vlpianus altius cogitauit, quia considerauit initium diei, quod si dies cœpit occupari in itinere, etiam vnico passuum milliari, ex solo illo initio diei sic occupato voluit totum diem integrum in eodem itinere occupatum censeri; & sic non considerauit Vlpianus partes diei, neque horas proportionales ad partes itineris per milliaria passuum diuisibiles, quin considerauit initium diei, ex quo integrum diem vocauit, & attribuit tali itineri faciendo.

Cuius

Cuius textus decisionem induxit Rota, vbi suprà ad probandum, quod mensis, qui in Inicio est Apostolicus, qui erat Augustus per regulam 8. Cancellariæ, totus erat Apostolicus non obstante, quod alternatiua acceptata ab Episcopo Salamantino sexto Iulij 1605. fuisset recepta, & recognita in Dataria 18. Augusti, quia cum initium mensis esset Apostolicus, & reseruatus, ita etiam integer perseuerat vsq; ad finem, & hoc ad tollendas differentias, quæ in computatione possent oriri. Item cum in initio dicti mensis Augusti ius Papæ esset acquisitum semper ille mensis remanet reseruatus, quod etiam fuerat dictũ *in vna Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1585. coràm Card. Blanchetto.*

Ad idem etiam probandum in eadem *Salamantina, & Fauentina adducitur text. in l. cum qui ædes. ff. de vsucap. & in l. qui vniuersas. 50. de acquir. possess.*

¶ *Magistratus non recipiens idoneum tutorem, tenetur ad damna, & interesse, quod etiam procedit in Notario non recipiente idoneum fideiussorem.*

L. In ordinem. 1. §. si præses. ff. de magistr. conuen.

Vbi dicitur, quod Magistratus recipiens minus idoneum tutorum, tenetur ad damna, & interesse.

AMPLIATVR à Rota *coràm Card. Plato in causa Romana pecuniaria. Lunæ 19. Februarij 1590. est decis. 165. in eius lib. in manuscript. incip. Licet regulariter.* Quod dispositio *d. l. 1.* procedat etiam in Notario, qui recepit fideiussorem minus idoneum, vt etiam teneatur ad damna, & interesse. Sed quod hoc non habeat locum, quando Notarius accepit fideiussorem, & tempore acceptationis habebatur communiter pro idoneo, cum possideret bona immobilia longè maioris valoris, quàm esset summa, pro qua fideiussit. Et ideò tunc non est imputãdum Notario, si illum recepit in fideiussorem, quem intellexit possidere bona immobilia, & pro idoneo habebatur, & hoc maximè procedit, quando pars etiam consensit accipiendo illum in fideiussorem, & ita docet *decis. Lucen. 33. nu. 15.* Nec requiritur, quod nomen fideiussoris sit expressum in citatione, sed sufficit, quod fiat expressio per relationem ad acta, quæ faciunt rem notoriam. *Dec. cons. 91. nu. 9. Diligenter. Socin. Sen. cons. 38. col. 1. vers. septimò principaliter. lib. 1. Arec. consil. 42. num. 5. Porrecta fuit. Paris. cons. 111. num. 7. lib. 4. In materia. Neuiz. cons. 7. num. 3.*

¶ *Persona loquentis non venit in generali sermone, nisi subiecta materia aliud suadeat.*

L. Inquisitio. 18. C. de solut.

Quod in generali sermone non veniat persona loquentis.

LIMITATVR ista l. à Rota *in Conchen. decimarum del Campillo 21. Maij 1612. coràm Sanctiss. Ludouisio. num. 5. est in Recent. decis. 412. part. 1.* quod Regula *d. l.* non procedat, vbi subiecta materia aliud suadet. *Cyn. in d. l. inquisitio. Aym. cons. 274. post nu. 12.* cum alijs per *Menoch. præsumpt. 44. nu. 27. lib. 3.* Et quando est eadem ratio in persona loquentis, quæ in alia *Salic. in d. l. inquisitio. Cagnol. in l. frater à fratre. num. 114. ff. de condict. indeb. Gabr. de verbor. signific. conclus. 9. num. 7. Menoch. vbi suprà. num. 28.*

Eãdẽ limitationẽ fuit amplexa Rota, *vt per Guidob. decis. 78. in eius manuscript. incip. Coràm D. Vestano.*

¶ *Minor cum consensu curatoris potest agere, & conueniri, tamen non propterea negatur, curatorem solum posse nomine adulti conuenire, & conueniri.*

L. In rebus. 2. C. qui legit. person. hab.

Vbi dicitur, quod minor consentiente curatore potest agere, & conueniri.

DECLARATVR à Rota *coràm bo. mem. Cardin. Marcomontio in causa Perusina bonorum. Mercurij 22. Iunij 1605. est decis. 7. in eius lib. in manuscript. incip. Quoad instrumenta.* Quod ex hoc nõ negatur, quod curator solus non possit conuenire nomine adulti, & conueniri.

¶ *Fideiussorem teneri ad id, quod minus ex venditione pignoris possit redigi, ex verbis contractus colligitur.*

L. Inter creditorem. 64. cum gloss. ff. de fideiuss. & quod ibid. scribit Castr. & Paris. cons. 91. nu. 15. cum seq. lib. 1.

Intelligitur, quando fideiussor accessit obligationi non quidem simpliciter, sed in id, quod minus ex pignoribus venditis redactum esset, vt Bart. in summario expressit, & dictus Castr. declarat, quod si non essent apposita, nisi illa verba, vt liceret creditori vendere pignora, haberet locum *l. quamuis. in princ. ff. de pignor. act. Rota in Romana pecuniaria de Cacalanis. Veneris 27. Ianuarij 1589. coràm Card. Mantica. est decis. 47. nu. 11. in impressi.*

¶ *Scriptura priuata non probat proscribente siue sit principalis qui scripsit, siue eius factor, vel alia persona.*

L. Instrumenta domestica. 5. C. de probat.

Quod instrumenta domestica non probant pro scribente.

DECLARATVR à Rota *in Tudertina dotium. Luna 6. Iunij 1605. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 139. in Recent. part. 2. num. 4. Post glos. 1. in d. l. instrumenta.* quod per instrumenta domestica, intelliguntur priuata non à tabellione facta, sed à confitente, seu ab alio, & quando sunt scripta à factore pro eo habetur, ac si scripta essent ab ipso domino. *Crauett. cons. 815. num. 14.*

Quod procedit etiamsi talis factor esset Notarius, quando talem notam, seu memoriam scripsit non vti Notarius, not. *Bald. in l. scripturas. nu. 7. C. qui pot. in pign. hab. & in cap. 2. num. 5. vers. sed pone quod vnus. de fid. instrum. & in cap. cum à nobis. nu. fin. de testib. Felin. d. cap. 2. num. 4. vers. quarta declaratio. Purpur. cons. 462. num. 2.*

¶ *Conductori non est facienda remissio mercedis, pro transitu, & impedimento exercitus, si hoc locatori non denunciauerit.*

L. Item quæritur. 14. § exercitu. ff. locat. & conduct. & ibi glos. in verb. non denunciauit.

Vbi, quod pro transitu, & impedimento exercitus, & inimicorum non conceditur conductori remissio mercedis, nisi transitum, & impedimentum locatori denunciauerit.

DECLARATVR à Rota *coràm Corduba in causa Romana pratensæ remissionis. Mercurij 26. Nouembris 1596. incip. Dubitaui an in casu. est decis. 94. in eius*

lib. in

lib. in manuscript. Quod loquatur, quando conductor migrat propter aduenientem exercitum, namtunc tenetur de damno illato ab exercitu, si domino non denunciauit suum discessum, vt locator possit prouidere suæ indemnitati, & ideò non extenditur quando agitur de remissione facienda conductori ex eo, quod non potuit vti, & frui re locata, in qua specie habetur *text. expreß. in l. ex conducto. 16. §. si vis tempestatis. eod. tit.* vbi traditur regula generalis, omnem vim, cui resisti non possit dominum Colono præstare debere, vt putà fluminum graculorum, sturnorum, & similium, cum igitur ex dispositione istius text. detur remissio ad illa, & similia damna, nequè in eo vlla fiat mētio denunciationis, illa non videtur necessaria, & hanc sententiam amplexi sunt. *Rip. de priuileg. contrà ex causa pestis. num. 23. Soccin. Iun. cons. 120. lib. 3. Couarr. pratic. cap. 30. num. 3. Bos. de remiss. merced. num. 51. & 52. Menoch. de arbitr. caus. 137. num. 18.*

Idem postea fuit confirmatum *in eadem causa coràm eodem sub die 28. Aprilis 1597. per tot. incip. Die 26. Nouembris. est decis. 117. in eius lib. in manuscrip.*

¶ *Milliaria viginti pro qualibet dieta assignatur, nisi probetur consuetudo locorum in contrarium.*

L. Itinere. 3. de verb. signif. & l. vicena millia. in princip. 1. ff. si quis cautionibus.

In quibus viginti milliaria pro qualibet dieta assignantur.

DECLARANTVR istæ leges à Rota *coràm Sanctiss. Ludouisio. in Placentina Parochialis de Malpartida. Mercurij 4. Maij 1611. nu. 3. & 4. est inter eius*
1 *impreß. decis. 501. incip. Cum Michael.* † Quod talis calculatio dietæ legalis non attenditur, quando per testes probatur contraria consuetudo locorum, qua stante non attenditur dictarum legum dispositio, vt fuerat consideratum in eadem causa *coràm Cardin. Lancellotto. Alex. in d. l. 1. nu. 7. Rebuff. in d. l. 3. vers.*
2 *sextò hæc hodie.* † Prout nequè attenditur stante vsu tabellariorum. *l. continuus. 137. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Alciat. in d. l. 3. num. 10. & seq. Rebuff. in vers. alia est dieta singularis.* & quod idem fuerat dictum in eadem causa coràm Bubalo.

L. Iulianus. 14. §. quod autem. ff. de action. empt. & vendit.

DECLARATVR à Rota, vt habes suprà hac eadē *Part. 5. in l. Et eleganter. 7. §. item Pomponius. fin. ff. de dol. num. 6. & 7.* vbi de venditore serui assecurante quod esset bonus, & fidus. *fol. 544. col. 1.*

¶ *Ignorantia iuris non potest prodesse ei, qui lucrum quærit, & qualiter hoc procedat.*

L. Iuris ignorãtia. 7. ff. de iur. & fact. ignor.

Vbi dicitur, quod ignorantia iuris non prodest acquirere volentibus.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 78. num. 8. incip. Proposui dubium.* Quod dicta l. non procedit, quando error iuris probabilis est, quia tunc æquiparatur errori facti. *Alex. cons. 214. num. 8. lib. 6. incip. Ponderatis verbis. Corn. cons. 181. nu. 17. lib. 3. incip. Visacopia. Felin. in cap. de quarta. num. 30. de præscript.* Et si error facti, nequè in damnis, nequè in lucris obest. *l. error facti. 8. ff. eod. titul.* ergo nec error iuris probabilis debet obesse.

¶ *Legatum annuum debetur ex fructibus bonorum, & quando hoc habeat locum.*

L. Liberto. 21. in princip. ff. de ann. legat. & l. Firmio. 26. §. pater. ff. quand. dies leg. ced. cum alijs per Surd. decis. 28. incip. Antonia Ghisella. nu. 2.

1 Ex quibus ll. colligitur regula, † quod annuum legatum debetur ex fructibus bonorum. Qua ratione ad illud tenetur, vt fructuarius vniuersalis tamquàm fructus percipiens, & non hæres. *l. fin. §. sin autem*
2 *legata. C. de bon. quæ liber.* quem text. † in patre vsufructuario loquentem ad omnes alios extendunt ibi communiter Doct. *Matthes. notab. 5. Ias. in l. 1. nu. 16. ff. ad Trebell. latè Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 7. vers. tertiò considerandum. & Surd. decis. 193. incip. Legatum annuum. in princip.* & de magis communi. *Andr. Gayl. pract. obseruat. lib. 2. Obseru. 146. Vsufructuarius omnium bonorum. in fin. num. 8.*

DECLARANTVR à Rota *in Romana annui legati. Veneris 4. Iulij 1614. coràm Buratto. incip. Prætendente. Est in Recent. decis. 583. part. 2. num. 3.*
3 Quod dd. ll. † procedunt quatenus extent fructus, non autem quod illis nō sufficiētibus debeant vendi bona pro satisfactione, prout est text. *in d. l. fin. §. sin autem æs alienum.* vbi præsertim *Fulgos. & Castrens.*
4 *C. de bon. quæ liber.* † Nisi tamen esset relictum ex fructibus, vel redditibus certorum bonorū taxatiuè, non demonstratiuè, tunc enim verum est cessantibus fructibus non deberi: Et in his terminis loqui text. *in d. Liberto. & in d. l. Firmio.*

¶ *ex Creditoris pecunia, si sit emptum prædium, si ei fuit specialiter obligatum, præfertur cæteris creditoribus, & quando secus.*

L. Licet. 7. C. qui pot. in pign. hab.

In qua dicitur, quod prædium emptūm ex pecunia creditoris, si ei fuit specialiter obligatum, præfertur cæteris creditoribus.

DECLARATVR ista lex à Rota *in Romana domus. Lunæ 16. Iunij 1614. corā Buratto. est decis. 563. in Recent. part. 2. incip. Ex pretio domus.* Quod *d. l.* dispositio non applicaretur, vbi non emeretur noua res à debitore, sed redimeretur propria res ipsius debitoris (putà, domus vendita ab ipso debitore cum pacto de retrouendendo, qualis erat casus præsentis decisionis) in qua creditores anteriores habent ius hypothecæ radicatum, quæ propterea non potest tolli per debitorem, nec in ea illis præiudicari. *l. si vnus. §. ante omnia. de pact. Surd. decis. 286. num. 1.* & magis in specie text. *in l. 1. C. debit. vendit. pignor. imped. non posse. vbi Bald. & Salic.*

DECLARATVR Secundò, vt ibidem subijcitur; Quod dispositio *d. l.* non procedit, etiamsi noua res à debitore, siue venditore ematur, quæ numquàm fuit debitoris ex pecunia ipsius emptoris, si post emptionem ex interuallo adijciatur pactum, quod res sit illi specialiter hypothecata: quia nihil facit, cum iam quæsitum sit ius hypothecæ creditoribus anterioribus, vt ex text. *in d. l. licet. in verb. Statim, aduertit ibi Bellapert. in fin. & Sich. nu. 7. vers. præterea procedit.*

SOLVM ergo *d. l.* procedit, vbi res noua acquiritur, quia debitor potest in quærendis præiudicare

creditoribus, neque illis fit iniuria, quorum ius in aliquo non læditur, *ad l. qui autem. in princip. ff. de his, quæ in fraud. credit. l. non fraudantur. de reg. iur.* quam rationem considerat *Franc. decis. 97. num. 6.* & benè explicat *Hug. Donell. in d. l. licet. nu. 1. vers. sed nonne iniquum.* dicens, æquum esse posteriorem creditorem, de cuius pecunia, quòd emitur anteriori præferri, dummodo id fiat sine aliorum iniuria, prout in casu illius text. in quo dum posterior præfertur, nihil anteriori adimitur, qui nullum ius habiturus erat, si nemo pecuniam ad rem emendum credidisset.

¶ *Filiorum appellatione veniunt nepotes, & pronepotes, vbi agitur de exclusione substieutorum ad fauorem hæredis instituti, secus vbi agitur de inducendo fideicommisso.*

L. Lucius. la 2. 85. ff. de hæred. instit.

DECLARATVR à Rota *coràm R. P. D. Dunozetto decis. 667. Cum anno. nu. 3. part. 2. in Recent.* Quod si mens Iurisconsult. accuratè perpendatur, non inde colligitur, quod appellatione filiorum regulariter veniant nepotes. Quia in d. l. solum quærebatur, An conditiones adiectæ seruis substitutis essent copulatiuè, vel alternatiuè positæ; qua quæstione decisa, licet subiungatur liberos fratres testatoris præferri seruis substitutis, non propterea inferri adiuisse nepotes, cum possent verificari in filijs primi gradus, & in omnem euentum, tunc demum venire nepotes, quando quæstio agitaretur ad excludendum fideicommissum, secus quando agitur ad includendum fideicommissum ex ibi allegat. vt erat casus decisionis; Tertiò etiam respondetur, quod *d. l. Lucius* procedit, vbi aliàs sequeretur absurdum, extraneos penitus, vt erant serui, de quibus in d. l. præferri coniunctis testatoris, iuxtà mentem Doct. de quibus ibi. Et quod ita d. l. sit intelligenda cum prædictis distinctionibus, dicitur patere, quia aliàs stabiliret regulam indistinctè, filios positos in conditione censeri vocatos, licet contraria sit verior, *iuxtà glos. in d. l. Lucius. in verb. liberos.* quam Rota sequitur *decis. 1485. In Romana lib. 3. part. 3. Diuers. Verall. decis. 101. part. 1. in manuscript. Rota coràm Pegna in Recannaten. hæreditatis 24. Maij 1607. & aliàs sæpè.*

Vide plura, quæ cumulauimus *ad d. Glos. in l. Lucius. in verb. liberos. ff. de hæred. instit. hac eadem Part. 5.*

¶ *Minores non possunt vendere immobilia sine causa, & decreto iudicis; secus si interuenit iuramentum.*

L. Magis putò. 5. ff. de reb. eorum.

Vbi dicitur, quod minores non possunt vendere immobilia sine causa, & decreto iudicis.

DECLARATVR à Rota *coràm Put. decis. 244. In causa Romana. lib. 3.* Quod ille text. non procedit, vbi interuenit iuramentum minoris, quia iuramentum facit minorem maiorem, & supplet omnes solemnitates requisitas. Et præsertim quando adest obligatio Cameralis, in qua adsunt clausulæ in parte renunciatiua, vt ibi dicitur.

Quod iuramẽtum non suffragatur *in Statuto Vrbis. lib. 1. cap. 151.* quando non interuenerunt aliæ solemnitates statutariæ, *& cap. 152.* quia censetur dictum iuramentum extortum, vt fusè habes *Part. 6. ad dictum Statut.*

¶ *Hæres fideicommissarius si aliquid alienat, illud ei imputatur in Trebellianicam, nisi tamen fructus ex hæreditate perceperit.*

L. Marcellus. 3. §. res, quæ. ff. ad Trebell.

Vbi dicitur, quod res ab hærede alienatæ imputantur ei in Trebellianicam.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis. 20. num. 12. & 13. incip. Iacobus de Vsazzis.* Quod quamuis dicat, quod res ab hærede alienatæ imputentur ei in Trebellianicam, non propterea negat, fructus ab hærede perceptos esse computandos in eamdem, iuxtà text. *in l. fideicommissarium. ff. eod.* Nam eo ipso, quod *d. §. res quæ.* admittit in dicta alienatione detractionem Trebellianicę, satis negare videtur, quod iterum fructus percipiendi ab hærede sint imputandi in dictam Trebellianicam, quæ semel iam fuit in alienatione detracta.

Vide, quæ diximus supra *Part. 3. circa Doctores. in §. Crot. in repetit. l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 2.*

¶ *L. meminerint. 6. & l. seq. C. vnd. vi, non inducunt priuationem ipso iure, sed requiritur sententia priuatoria.*

L. Meminerint. 6. & l. si quis in tantam. 7. C. vnde vi.

DECLARANTVR à Rota *in Spoletana spolij. Vener. 23. Iunij 1572. coràm Oriolen. siue Robusterio. est in Recent. decis. 8. nu. 1. part. 1.* quod ista iura non inducunt priuationem ipso iure, sed requiritur sententia priuatoria, vt ibi per *Glos. in verb. amittat. & alijs multis in d. decis. cumulat.* Et plura pro intellectu *l. si quis in tantam congerit. Io. Oinot. in §. Ita tamen. à num. 3. ad fin. Instit. de vi bon. rapt.*

¶ *Metus non probatur ex sola oppositione, & quando procedat.*

L. Metũ. 9. C. de ijs, quæ vi met. caus. fiũt.

DECLARATVR ista lex à Rota *in Spoletana spolij. Lunæ 14. Aprilis 1567. coràm Gtato. est in Recent. decis. 5. num. 5.* Quod enim in *d. l.* dicitur, quod ex sola oppositione non probetur metus; procedit in probatione metus pro annullatione actus, secùs quando tractatur de possessione ciuili, quæ solo animo amittitur.

¶ *Filius natus ex muliere vxorata, & adultera, præsumitur mariti filius.*

L. Miles. 11. §. Defuncto. ff. ad l. Iul. de adulter.

1 † Quod filius natus ex muliere vxorata, & adultera præsumatur mariti filius, *Ad idem l. filium diffinimus. 6. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.*

DECLARATVR ista ll. à Rota *coràm Cotta in Romana Castrorum de Comitibus. Veneris 16. Octobris 1562. Est decis. 9. in eius lib. in manuscr. inclp. Maior*
2 *pars Dominorum.* vbi quod stante † tractatu non solum patris, sed etiam aliorum, & consanguineorum, & extraneorum, tàm in Vrbe, quàm extrà vbi de eo potuit haberi notitia, ac stante nominatione, & communi omnium eum cognoscentium reputatione præsumendus est filius non mariti, sed adulteri non obstante *d. dispositione. §. defuncto. Ad idem Achill. de-*
3 *cis. 331. aliàs 1. qui fil. sint legit.* Quod † maximè dicitur procedere, quando non constat de personis

vxoris

vxoris & mariti, tunc enim non potest præsumi filius eius de cuius persona dubitatur, saltem respectu patris. *ad Boss. in tit. de part. supposit. num.23.* Secundò non constito de personis non potest præsumi cohabitatio. Tertiò his consequitur, quod nec in
4 domo viri possit dici natus. † Et hæc debent concurrere omnia, vt possit habere locum *d. l. filium definimus. vt per Corn. cons.340. nu.16. vol.1. & cons.171. num.2. vol.2. Paris. cons.12. nu.22. vol.3. Idem Corn.*
5 *cons.1. nu.21. vol.3.* † vbi in specie quod sola præsumptio matrimonij sit debilis, & tollatur ex tractatu. Et quod ex prædictis præsumptionibus tollatur præsumptio *S. defuncto*, tenuit aliàs Rota, *vt per Sarn. decis.77. incip. Lex miles. Mohed. decis.19. aliàs 1. qui fil. sint legit. & etiam decis.2.* qui refert eandē *Decis. Sarnens. & Cresc. decis.118. aliàs 1. qui fil. sint legit.* Idem fuit dictum *in Perusina bonorum. Lunæ 15. Maij 1589. coràm Orano. est decis.421. in eius lib.1. in manuscript. Incip. Domini concluserunt.*

Præsertim si concurrat antiquitas, vt in terminis *Præpos. in cap. transmissæ. col.2. nu.9. qui fil. sint legit. vers. adeò quod dicit.*

¶ *Cessio facta post solutionem, non substinetur, & quādo hoc sit verum.*

L. Modestinus. 76. ff. de solut.

Vbi dicitur, quod non valet cessio facta post solutionem contra correum pariter obligatum, nisi pactum de cedendo præcesserit.

DECLARATVR à Rota *coràm R. P. D. meo Merlino in causa Romana census. Vener. 16. Maij 1631.* quod ista lex, vel loquitur solum in casu speciali Tutorum, *vt per Henrig. de fideiuss. cap.28. num.45. Gutier. allegat.4. nu.10 Paset. cons.125. nu.15. in fin. & cons.126. num.5.* vel certè non procedit, quando soluens, non intellexit aliorum obligationes interimere, & eradicare, vt bene per *Castrens. in d. l. Modestinus. num.6. Menoch. de præsumpt. præsumpt.143. num.3. lib.3.*

¶ *Conditione non impleta contractus resoluitur.*

L. Necessario. 8. ff. de pericul. & commod. rei vendit.

1 † Vbi dicitur, quod si emptio est facta sub aliqua conditione, tunc si dicta conditio non impleatur, contractus emptionis euanescit.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis.541. num.2. incip. Cum informantes.* Quod loquatur, quando dispositio est facta mere sub aliqua conditione, tunc enim ea non adimpleta, corruit dispositio, secus verò si aliquid aliud additum sit,
2 veluti, in societate officij, † si non fuit contracta simpliciter, sed sub conditione, si infrà quindecim dies fieret nominatio, & interim in periculo vitæ dantis pecuniam, tunc non secuta nominatione intrà quindecim dies, non resoluitur contractus, sed substinetur in periculo vitæ dantis pecunias.

¶ *Sanus mente quilibet præsumitur, nisi aliquando in furorem inciderit.*

L. Ne codicillos. 5. C. de codicill.

DECLARATVR à Rota *coràm bo. mem. Cardin. Mantica decis.60. num.3. Conclusum fuit bo. mem.*

Vide, quæ diximus suprà *in hac Part. ad l. Cum in libris. C. de hæred. institutn. fol.534. col.2.*

¶ *Incolatus licet contrahatur per decennium, vbi non constat de animo, secus tamen est quando constat de animo.*

L. Nec ipsi. 2. C. de incol. lib. 10.

Vbi habetur, quod incola dicitur, qui per decennium in aliqun loco permansit.

DECLARATVR ista l. à Rota *in Grannaten. Capellaniæ 1. Decembris 1606. num.3. coràm Cardin. Marquemontio. est decis.188. in Recent. part.2.* Quod dicta l. inducit ex decennij habitatione animum permanendi, & per consequens incolatum; cæterum vbi de animo constat expressè non est certandum coniecturis, vt post *Abb.* & alios declarat in his terminis *Marian. Soccin. in cap. fin. versic. sextò principaliter quæro. de for. compet.* sequitur *Surd. cons.346. num.4. Ottalora in tract. de Nobilit. Hispan. p.2. cap.1. nu.6.*

¶ *Procuratori reuocato tunc sufficit oblatio domini si vult causam retinere.*

L. Nisi dominus. 26. ff. de procur.

Quod principalis offerendo procuratori reuocato se paratum soluere; Tunc procedit *d. l. nisi dominus*, vult causam retinere, quia tunc principalis ad se eximendum, & liberandum potest offerre, secus quando procurator non prosequitur iudicium retentionis causæ, sed aliud iudicium intentat, prout in casu decisionis allegandæ, procurator instituerat iudicium retentionis causæ, à quo postea variauerat petendo salariū via monitorij. *Rota in Oueten. Mercedis. Veneris 5. Maij 1606. nu.4. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. est decis.172. in Recent. part.2.* vbi etiam declaratur decisio *in Placentina nullitatis reuocationis 23. Ianuarij 1598. coràm Litta.*

¶ *Sententia lata pro procuratore minoris minus legitimè constituto valet, secus tamen si contrà esset lata. per l. non eò minus. C. de procurat. qui text. non procedit in infante.*

L. Non eò minus. 14. C. de procurat.

Quod sententia lata pro procuratore minoris, etiam minus legitimè constituto, valet, quæ non valeret si esset lata contrà.

DECLARATVR à Rota, *vt per Guidob. decis.74. in manuscript. incip. Fuit tentum coràm D. Capizucco.* Quod iste textus procedat in minore, & pupillo non tamen in infante, cum hic non habeat intellectum, & æquiparetur furioso. *& not. ibi Ias. & Bart. in l. furioso. ff. de re iudic. vbi clarius Alexand. & Iacob. de S. Georg.* Idem dictum fuit *coram Caputaq. decis.153. num.1. & 2. incip. Lex non eo minus. part.2.*

¶ *Legatum occupans clàm cadit à iure suo, secus verò si palàm.*

L. Non est dubium. 5. C. de legat.

Vbi dicitur, quod si legatarius propria auctoritate capiat legatum, cadit à iure suo.

DECLARATVR à Rota *decis.147. in princip. inter impress. diuers. part.2. incip. Licet communis.* Quod quamquam intellectus communis ad d. l. sit, vt legatarius occupans rem legatam propria authoritate, tunc demum cadat à iure suo, si occupauerit post aditam hæreditatem omissa distinctione, an occupauerit clàm, vel palàm, *vt per glos. Bart. Bald. Salic. Castren. Alex. Ias. Iacob. de S. Georg. ibi, & de communi testatur ibidem Corn.* Nihilominus verior,

& verbis, ac menti illius legis congruentior videtur intellectus, vt adhibenda sit distinctio, vtrum occupatio fiat clàm, vel palàm, vt primo casu sit locus caducitati, secundo verò non, & ita intelligit *Fulgos.* ponderando verbum, *subtraxisse*, quod denotat clandestinam amotionem. *l. subtractio. C. de furt. l. 1. ff. de abig.* ita etiam dicit *Angel. in l. vnica. circa med. C. quor. legat. Roman. cons. 312. in princip. incip. Circa propositam.* & cum alijs ibi relatis.

LIMITATVR etiam *in d. decis. num. 4. ista l. non est dubium.* quod non procedat fauore piæ causæ. *Capr. cons. 7. num. 34. & cons. 32. num. 13. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg. 45.*

¶ *de Liberatione legata.*

L. Non solum. 9. §. si hæres. ff. de liber. leg.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus suprà *in hac Part. ad l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. eod. num. 6. fol. 529. col. 2.*

¶ *circa Fideiussorum liberationem, & obligationem.*

L. Ob triginta. 73. ff. de solut. &

L. Fideiussores. 69. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss.

DECLARANTVR istæ ll. à Rota. Vide remissiuè sup. *ad d. l. Fideiuss. 69. ff. de fideiuss. fol. 547. col. 2.*

¶ *Numerus requisitus testium in testamento suppletur per præsentiam Iudicis, & quando hoc procedat.*

L. Omnium. 19. C. de testament. ibi (qui actis cuiuscumq; iudicis.)

Quod licet deficiat testium numerus in testamento requisitus, suppletur præsentia iudicis.

DECLARATVR à Rota *in Romana hæreditatis de Alberis. Lunæ 11. Decembris 1606. coràm Iusto. est in Recent. decis. 123. p. 1.* Quod dispositio, & forma tradita *in d. l. omnium.* est vt testamentum fiat apud acta coràm Iudice, aliàs si extrà acta voluntas reducatur in dispositionem, non sufficit quod posteà per productionem, aut repetitionem, fiat de actis iudicis, & iudicij, *vt ibi per Bart. nu. 4. Bald. nu. 3. Castr. nu. 3. Salic. num. 7. vers. ego credo. Alex. nu. 4.* qui attestatur de magis communi.

Et quod in præsenti non habeat locum. *l. publicari. C. de testam.* neque per repetitionem fit, vt scriptura sit iudicialis, sicut esset si fuisset facta coràm Iudice, sed dicitur esse in actis, & de actis, & remanet publica, & authentica, & allegatur decisio *in Romana census 4. Decembris 1595. coràm Cardin. Pamphilio.* cum alijs multis ibidem cumulatis.

¶ *Possessorium debet iudex prius terminare, & postea petitorium, quando de vtroquè est quæstio, secus quando possessorium est turbidum.*

L. Ordinarij. 13. C. de rei vendic.

Quod possessorium debet terminari ante petitorium, quando de vtroquè controuertitur.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio decis. 474. incip. Cum pluries.* Quod dispositio *d. l.* procedit, quando clarè constat de possessione prætendentis manutentionem, secus verò quando possessorium est turbidum, quia tunc etiam in iudicio Rota censet admittendam esse cumulationem, prout tenuit Rota *in Vicen. Parochialis 10. Decembr. 1608. coràm Reuerendiss. Manzanedo. Et coràm eod. Card. Caualerio decis. 284. D. Iulius. in fin. num. 4.* Etiam in iudicio spolij, quando est turbidum. *Rota coràm Cardin. Sacrato in Romana Cottigij 6. Martij 1606.* Ad quam vide, quæ notauimus *Part. I. fol. 46. col. 1.* vbi habes concordantes, etiam in Addit.

Et *in d. decis. Caualer. 474. num. 5.* Respondetur ad *decis. Lancellott. Inn. in Montis Falisci Capellaniæ 13. Ianuarij 1606.* vbi stante clausula, *arbitrio Rotæ,* fuit denegatum arbitrium ad effectum cumulationis, quia in alia commissione præcedenti aderat clausula, *vt procederetur in possessorio, & petitorio simul.* Vltrà quod ibi possessorium erat clarum, & non turbidum.

Conclusio I.

L. Pater filium. 36. §. fundum. ff. de legat. 3.

DECLARATVR à Rota *in Perusina bonorum de Herculanis 22. Aprilis 1580. & 30. Maij eiusdem anni. coràm Brauo. vt in Recent. decis. 10. nu. 8. & decis. 11. num. 2. Quod in d. l. vers. Ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine vestro numquàm exeat,* hoc non fuit dictum per modum rationis, sed solum fuerunt verba enunciatiua, cuiusdam futuri euentus, quem testator ex sua dispositione euenturum sperabat, *vt per Bart. & Doct. in d. §. fundum. Ruin. cons. 85. n. 22. lib. 2. Ias. cons. 96. lib. 4. Alex. cons. 59. lib. 1.* Quod non applicatur, quando vltrà prohibitionem alienationis vniuersalis, & permissionem in casu necessitatis æstimanda per personas à testatore designatas, ipse vlterius progressus est eius è suam voluntatem declarans, & etiam disponens simpliciter, & perpetuò, non autem limitatè ad vitam hæredis, vt erat in casu *d. §. fundum.* vt benè declarat *Rip. in l. filius familias. §. Diui. num. 120. vers. sed tuendo. de legat. 1.*

Eodem modo declarata fuit à Rota *in Vrbeuetana fideicommissi. Veneris 17. Ianuarij 1606. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. est in Recent. decis. 105. nu. 10. part. 1.* vbi quod illa verba, Ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine vestro numquàm exeat, &c. non inducunt fideicommissum ad fauorem familiæ, & meritò, quia sunt futuri euentus, & cuiusdam spei enunciatiua, & ideò nihil inducunt. *ex Doct. allegat.*

¶ *Venditio facta à collibertis iudicio testatoris, an sustineatur.*

Conclusio II.

d. L. Pater filiū. 36. §. quindecim. ff. de leg. 3

Vbi venditio facta à collibertis iudicio testatoris sustinetur, quia permiserat testator quemlibet ex libertis partem colliberti posse emere. Et dictum textum declarat *Menoch. cons. 327. num. 99. vol. 4.*

DECLARATVR à Rota *in Romana fideicommissi de Vrsinis. Lunæ 9. Maij 1611. coram R. P. D. Pirouano. nu. 23. & seq. vsq; ad fin. est in Recent. decis. 320. part. 1. repetita decis. 344. part. 2.* Ex hoc textu non inferri, quod instituti, siue eorum vnus possit suam portionem relinquere vni ex substitutis in præiudicium aliorum substitutorum in eorumdem gradu existentium, cum æqualiter succedant, vt fusè ibi habetur.

¶ *Persona loquentis, quando veniat in generali sermone.*

L. Paulus. 29. §. fin. ff. de pignor.

Vbi dicitur, quod in generali sermone non veniat persona loquentis.

DE-

DECLARATVR à Rota *coràm Sanct. mem. Gregorio XV. decis. 2. num. 8. incip. Fuit conclusum.* Quod non procedit, quando identitas rationis suadet, vt etiam persona loquentis côtineatur, & est fauorabile loquenti, quod comprehendatur, regula verò solum procedit, quando esset præiudiciale, & damnosum, cum non censeatur quis in dubio velle se ligare, & præiudicare.

Vide, quæ diximus suprà *in hac Part. ad l. inquisitio. 18. C. de solut.* vbi habes allegationes. *fol.* 552.

¶ *Procuratoris reuocatio quando requirat Iudicis cognitionem, & quando non.*

L. Post litem. 17. ibi, prius tamen causa cognita. ff. de procurat. Et l. in causæ cognitione. 27. & ibi Glos. in verb. Prætoris. ff. eod.

In quibus habetur, quod in reuocatione procuratoris requiratur cognitio iudicis saltem summaria. Quod etiam notat *Rom. singul.* 371.

DECLARANTVR ista iura *per text. in l. quæ omnia. 25. §. sed & si aduersarius. & ibi Glos. in verb. mentiri. ff. eod. tit.* scilicet, quod requiratur tunc cognitio Iudicis, quando procurator dicit, dominum mentiri, & interim procurator suspêditur ab officio, exceptis tamen quibusdam casibus ibi à glosa enumeratis, & benè declarat *Odofred. in d. l. post litem.* vbi etiam quomodo debeat procurator se opponere, *sub num. 1. vers. sed quid si dominus. & circa finem.*

Quam declarationem amplectitur Rota *in Oueten. Mercedis. Veneris 5. Maij 1606. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. est decis. 172. nu. 2. in Recent. part. 2.*

¶ *Hæres rogatus post mortem restituere, potest etiam restituere in vita.*

L. Post mortem. 12. C. de fideicom.

Vbi hæres rogatus post mortem restituere, potest etiam restituere in vita.

DECLARATVR ista l. à Rota *in Fauentina bonorum de Naldis. Veneris 3. Decembris 1610. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 263. num. 2. part. 1.* Quia ibi certæ personæ facienda erat restitutio, & ideò nulli inferebatur præiudicium præuenire restitutionem, nisi solius hæredis restituentis propter fructus medij temporis. Secus verò esset si electio esset facienda de persona incerta, vel certa de incertis, quo casu poterat fieri præiudicium ei, qui tempore mortis eligi potuisset, & ita declarant *Glos.* & communiter Doct. *in d. l. post mortem. Cuiac. in l. cum pater. §. à filia. ff. de lega. 2. nu. 27.* & fuit dictum *in Maceraten. hæreditatis 10. Maij 1606. coràm Iusto. & in d. Fauentina coràm eodem Vbaldo. Mercurij 18. Maij 1611. num. 6. est in Recent. decis. 323. part. 1. & anteà in eadem causa coràm Iusto 2. Maij 1608.*

DECLARATVR secundò à Rota *coràm Cardin. Pamphilio Senior. in causa Fauentina fideicommissi de Pasijs. Mercurij 29. Ianuarij 1585. incip. Fuit dictum restitutionem. est decis. 13. in eius lib. in manuscript.* Quod non procedat, quando restitutio potest afferre præiudicium alijs vocatis post mortem primi substituti, quia cum possit contingere, quod tempore euenientis conditionis mortuus sit primus substitutus, & sic hæreditas alijs deberetur, propter huiusmodi præiudicium, non potest hæres ante illud tempus restituere. *l. vxorem. §. Seium. ff. de legat. 3. l. cum pater. §. à filia. ff. de legat. 2.*

¶ *Conductor primus prædiorum fiscalium præfertur, si offerat augumentum pensionis, quod alter adiecit.*

L. Prædia domus. 5. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.

Vbi primus conductor prædiorũ fiscalium præfertur, si offerat augmentũ pẽsionis, quod alter adiecit.

Qui text. secundum *Alpher. cons. 51. nu. 4. & seq.* procedit etiam in rebus Ecclesiæ, & Hospitalis, quando est fundatum auctoritate Episcopi, prout erat in casu suo, quia tunc habet priuilegia Ecclesiæ, *vt ibi num. 15. & seq.*

DECLARATVR à Rota *in Romana euacuationis. Mercurij 2. Decembris 1615. num. 11. coràm Vbaldo. est decis. 692. part. 1. in Recent.* Primò quod esset videndum, an Societas B. Mariæ de Laureto de Vrbe, quæ etiam habet Hospitale, esset tale, quod haberet priuilegia Ecclesiæ.

Secundò quod dicta non procedunt, quando adest pactum de euacuãdo post finitam locationem, prout aderat in casu decisionis ad fauorem locatoris iuramento, & obligatione Camerali vallatum, & sic cessant adducta ex *l. fin.* in terminis iuris communis, cum prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis. *l. fin. C. de pact. conuent.*

¶ *Actor debet exprimere, qua actione vti velit, vt reus possit deliberare, an velit cedere, vel contendere.*

L. Qua quisquè. 1. ff. de edend.

Vbi dicitur, quod actor debet exprimere, qua actione vti velit, ad hoc, vt reus possit deliberare, an velit cedere, vel contendere.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 141. nu. 4. incip. Apud me quæsitum.* Quod hoc non procedit de iure Canonico, sed sufficit factum rite concipere. *cap. dilecti filij. & ibi not. Bald. num. 4. Felin. Abb. & alij. de iud. Innoc. in cap. examinata. eod. tit. Bart. in d. l. 1. in princip. & Bald. in fin. & in l. Gallus. §. quidem rectè. num. 3. ff. de lib. & posthum. Soccin. Sen. in l. naturaliter. §. nihil commune. in princ. ff. de acquir. possess.* Et hoc multò magis procedit, quando agitur summariè, cum in summarijs iudicijs possint deduci etiam contrariæ actiones, quæ intelliguntur euentualiter deductæ, & ordine successiuo. *Put. decis. 18. nu. 2. incip. Antonius Maria de Papazonibus. lib. 1. cum alijs in d. decis. Mantic. nu. 5. allegat.* Nam actor in eo debet obtinere, quod probabit *cap. Abbate sanè. de re iud. in 6.* Libellus enim ex probationibus declaratur. *Alexand. in d. §. nihil commune. num. 51. Purpur. cons. 53. nu. 26.*

¶ *in Procuratoris reuocatione requiritur cognitio Iudicis saltem summaria.*

L. Quæ omnia. 25. §. sed etsi aduersarius. ff. de procurator.

Declarat *l. in causa cognitione. 27. & ibi Glos. in verb. Prætoris. ff. eod. tit. & l. post litem. 17. ibi, prius tamen causa cognita. ff. eod.* Vt habes suprà *in dicta l. post litem. in hoc eadem fol. 557. col. 1.*

¶ *Solemnitas extrinseca non præsumitur, nisi lapsum sit decennium.*

L. Quæcumquè. 15. §. vlt. ff. de public. in rem act. Bart. & Ias. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

Vbi dicunt, quod solemnitas extrinseca non præsumitur.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 340. num. 6. incip. Placuit Dominis.* Quod hoc non habet locum, quando lapsum est longum tempus, quia tunc solemnitas extrinseca præsumitur. *l. quin aliena. in princip. & ibi Bart. & alij. ff. de acquir. hæred. & l. si filiusfamilias, & ibi Bart. not. num. 4. C. de petit. hæred.* Et longum tempus in hoc proposito intelligitur decennium. *glos. in d. l. filiusfamilias. Ant. de Butr. in cap. illud. col. penult. in fin. vers. & quod decem anni. & Imol. nu. 13. vers. quod autem dicatur. extrà de præscript. Felin. in cap. sicut. num. 35. de re iud.*

¶ *Replientio, an sit eiusdem natura, quàm actio.*

L. Quæsitum 31. §. in dolo. fin. ff. de pecul.

DECLARATVR à Rota *coràm Cantuccio in causa Romana census 27. Iunij* 1580. Vide, quæ diximus infra *ad glos. in verb. Statutum. ad d. l. quæsitum.*

¶ *L. qui agros. 8. C. de omn. agr. desert. lib. 11. procedit in prædijs tributarijs.*

L. Qui agros. 8. C. de omn. agr. desert lib. 11.

DECLARATVR à Rota *in Spoletana spolij. Ven. 23. Ianuarij* 1568. *coràm Grato. est in Recent. decis. 7. nu. 10. p. 1.* procedere in prædijs tributarijs, vt ibi notabiliter per *Io. de Plat.* & in agris cultis, sed posteà à Dominis desertis, secus si domini ibi aliquid colligant, tunc enim non dicuntur deserti, nec procedit. *d. l. dispositio.*

¶ *Cedens bonis, & posteà aliquid acquirens non condemnatur, nisi in quantum facere potest.*

L. Qui bonis, 6. ff. de ceß. bonor.

Vbi dicitur, quod si quis cedit bonis, & posteà perueniat ad pinguiorem fortunam, tunc non condemnatur, nisi in quantum facere potest.

DECLARATVR à Rota *decis. 48. num. 7. part. 2. diuers. incip. Conclusum fuit negatiuè.*

Vide, quæ diximus suprà *Part. 3. circa Doctores. in §. 58. Bart. in l. qui bonis. 6. ff. de ceß. bonor. num. 2.*

¶ *de Liberatione legata.*

L. Quidam decedens. 6. ff. de administr. tut.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus suprà *in hac Parte ad l. Aurelius. 29. §. Titius testamento. ff. de liber. legat. num. 6. fol. 529. col. 2.*

¶ *Mulier quicquid quærit, præsumitur acquisiuiße ex bonis mariti, ad euitandum turpe lucrum, quod limitatur in certis casibus.*

L. Quintus. 52. ff. de donat. int. vir. & vxor.

Quod quicquid mulier quærit, præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti ad euitandum turpè lucrum.

LIMITATVR primò ista l. à Rota *in Romana dotis. Veneris 23. Maij 1614. num. 2. coràm Vbaldo. est decis. 607. part. 2. in Recent.* quod quando aliquid emitur de pecunijs mariti sub nomine proprio vxoris, tunc res empta dicatur esse vxoris, licet pretium sit ipsius mariti, vnde marito defuncto, in inuentario ipsius non debet poni res empta, sed solum pretium vti hæreditarium. *Bart. in l. vxor marito. num. 3. C. de donat. int. vir. & vxor.* cum alijs per *Gabr. de præsumpt. concl. 15. num. 14. & per Menoch. præsumpt. 51. num. 42. lib. 3.* Vltrà quod dicebatur vineam, de qua agebatur fuisse acquisitam Septimiæ vxori, non solum quia fuerat ab ipsa nomine proprio empta, *ad l. 1. & l. multum interest. C. si quis alt. vel sib.* cum alijs per *Osasch. decis. Pedemont. 140. nu. 9.* Sed etiam quia sæpius maritus fassus fuerat ad ipsam spectare, ex testibus ab vxore inductis. *Menoch. post relatos. de præsumpt. 51. nu. 27. & 28.* vbi de communi. & præsertim, cum tunc ageretur solum de mariti præiudicio, iunctis alijs actibus ipsius Septimiæ, quæ habebatur, & gerebat se pro domina in dicta vinea, conducendo operarios pro illius cultura, & illis soluẽdo mercedem, qui actus à posteriori sunt considerabiles secundum *Bald. in d. l. multum interest. sub num. 3. Rum. cons. 170. num. 4. lib. 4.*

LIMITATVR secundò, vt non procedat præsumptio *d. l. à Rota in d. Romana dotis. num. 3.* quando vxor est diues relicta à primo viro, & secundus maritus erat pauper, valetudinarius, & sine arte. *Gabr. d. conclus. 15. num. 13. Menoch. vbi suprà. num. 36.* vbi quod tunc res caret probabili dubitatione, & de muliere diuite, quę nupsit pauperi idem *Gabr. vbi suprà. num. 24. Menoch. num. 38. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 5. num. 5.* Præsertim stante industria vxoris, quæ erat cantatrix, & modulatrix optima, & ampla munera reportabat à Principibus, & Magnatis. *Gabr. vbi suprà. num. 12. Menoch. num. 32. Mynsing. centur. 2. obseruat. 91. num. 7.* Nec obstare censum super dicta vinea impositum, cum assertione iurata quod ad ipsum spectabat. Quia potest saluari quoad melioramenta à marito facta iuxtà *decis. in Romana Casalis Marsiliani 19. Iunij 1587. coràm Seraphino. est decis. 794. nu. 21. in eius impreß.* & fuerat dictũ *in eadem causa Romana dotis 6. Iunij 1611. coràm eod. Vbaldo.*

LIMITATVR tertiò *in d. Decis. sub num. 5.* quod *d. l.* præsumptio non procedat, quando constat pecunias fuisse ipsius vxoris, vt suprà dictum est, ex quibus res emptæ fuerunt; accedente præsertim confessione ipsius mariti in ipso instrumento, quod pecuniæ essent vxoris, iuxtà latè deducta *in Romana pecuniaria 14. Decembris 1612. coràm Cardin. Pamphilio. est impressa penès Zacch. de Societ. Offic. decis. 69. num. 2. & in eadem Romana dotis 9. Decembris 1613. coràm eodem Vbaldo.* & ita nouissimè dixit Rota *in causa Romana Cabij. Lunæ 5. Iunij 1634. coràm R. P. D. Ghislerio. incip. Lucius Sparta.*

Vide etiam quæ suprà notauimus. Part. I. fusè super ista *l. ad Babal. in Romana fideicommißi. Veneris 29. Aprilis 1583. per tot.*

¶ *Ius accrescendi quando transeat ad hæredem iuxtà dispositionem l. qui patri. 59. de acquir. hæred.*

L. Qui patri. 59. de acquir. hæred.

1 Vbi dicitur, quod † ius accrescendi transit ad hæredem, & si est vnitum cum pupillari substitutione, trahitur ad eam, & habet locum post aditam hæreditatem, & trahitur ad bona impuberis.

DECLARATVR à Rota *corã Gypsio in Cesenaten.*

Legati.

Legati. Veneris 10. Decembris 1593. incip. Io. Maria.
2 Est decis. 71. in eius lib. 2. in manuscript. † Quod dispositio d. l. qui patri. præsupponit ambos, videlicet, substitutum, & pupillum esse hæredes vniuersales,
3 † quia ius accrescendi nō habet locum inter diuerso iure succedentes. l. fine. §. ex duobus. de Iurepatr. Et propterea in casu decisionis fuit dictum, non habere locum dispositionē d. l. quia posthumus fuerat hæres vniuersalis institutus, & Leonida neptis testatoris ex filio in scutis octingentis; & sic in certa summa, &
4 sic loco legatarij, ad l. quoties. de hæred. instit. † Vnde cum cessaret ius accrescendi, cessabat etiam dispositio d. l. qui patri. Ideòq; matrem, & hæredem dicti posthumi nō potuisse prætendere spem substitutionis pupillaris iunctæ cum iure accrescendi per mortem
5 filij, viuente Leonida fuisse ad se transmissum. † Et idcircò, quod per mortem Leonidæ eius portio, sicut cætera particularia legata debebantur suis heredibus ab intestato. Bart. in l. ex facto. la 2. de hæred. instit. Bald. cons. 296. in fin. lib. 4. Castrens. consil. 114. nu. 5. vers. Contrarium videtur. lib. 1. Alex. cons. 211. nu. 2. lib. 7. Gabr. conclus. 2. de hæred. instit. nu. 53. cum seq. Hanc eandem Gypsij decis. fusius extensam habes cum responsione ad contraria in nostr. Obseru. ex Rota Romana in verb. Hæres Obseruat. circa Miscell. §. 28. incip. in Hæredibus ius accrescendi. vbi ea, qui hic notauimus habes ibi num. 2. 3. & 4.

¶ *de Liberatione legata.*

L. Qui plures. 42. ff. de administrat. tutor.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus suprà in hac Parte ad l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liberat. legat. num. 6. fol. 529. col. 2.

¶ *Forma, quando possit impleri per æquipollens.*

L. Qui per salutē. 33. ff. de iure iur. Soccin. Sen. in l. qui Romæ. 122. §. Flauius. nu. 5. ff. de verb. obligat. & Felin. in cap. cum dilecta. 22. num. 6. extrà de rescript.

Vbi dicunt, quod quando forma est data, non potest impleri per æquipollens.

DECLARATVR à Rota corām bo. mem. Cardin. Mantica decis. 238. nu. 7. incip. Illustrissimus Dominus. Quod hoc non procedit, quando forma requiritur ad certum effectum, quia tunc potest impleri per æquipollens, effectus enim magis inspicitur, quam modus. l. mulier. in princip. ff. ad Trebell. l. si mater. & ibi not. Dec. nu. 3. & 4. de instit. & substit. cum alijs ibi alleg. Rota, an admittat æquipollentiam, quando agitur de substinendo actu. Vide suprà Part. 2. circa Stylum, & Obseruat. Rot. Obseruat. circa Actus. §. 3. Rota admittit æquipollentiam.

¶ *Soluens, vt recuperet, non liberatur, quemadmodum non alienantur nummi, qui sic dantur, vt recipiantur, & quando hoc non procedat.*

L. Qui sic soluit. 55. ff. de solut.

Vbi, quod qui sic soluit, vt recuperet non liberatur quemadmodum non alienantur nummi, qui sic dantur, vt recipiantur.

LIMITATVR istius l. dispositio à Rota in Bononien. census. Lunæ 18. Martij 1613. corām Reuerendiss. Coccino Decano. in fin. est decis. 468. par. 1. in Recent. vt non habeat locum inter alia, quotiescunquè ex momentanea traditione acquiritur aliquod commodum parti. Bald. in l. si tibi. num. 1. vbi Alex. num. 5. Ias. num. 10. Dec. in fin. ff. si cert. petat. & fuit in terminis resolutū in Romana census 10. Ianuarij 1605. corām Card. Lancellotto.

¶ *contrà Principem, vel eius Comites conspirans, incidit in crimen læsæ maiestatis, ex sola voluntate.*

L. Quisquis. 5. C. ad leg. Iul. maiest.

Vbi dicitur, quod conspirans contrà Principem, vel eos, qui sunt ad latus Principis, incidit in crimen læsæ maiestatis sola ordinatione, & tractatu, licet non sequatur euentus, vnde vltore gladio debet puniri, & omnia sua bona confiscantur.

DECLARATVR à Rota, corām Caputaquen. decis. 295. num. 1. incip. Pæna. part. 2. Quod pæna d. l. non habeat locum, nisi in crimine læsæ maiestatis, in primo capite, videlicet, contrà Principem, scilicet, Imperatorem, & eius Comites, non autem quando sumus in alijs capitulis dicti criminis; & ratio est, quia in istis correctorijs, odiosis, & pænalibus non est facienda extensio, maximè respectu filiorum secundum Angel. in l. fallaciter. C. de abolition. Quæ pæna præsertim cessaret, quando filij essent nati ante perpetratum delictum, vt dixit Rota corām Cardin. Seraphino decis. 830. nu. 8. incip. Agebat Illustrissima. vbi nu. 9. dicitur, quod hodie de consuetudine dicta pæna non habet locum, vt testatur Angel. in d. l. fallaciter. num. 4. Soccin. in cons. 175. num. 3. in fin. lib. 2. Clar. in praxi criminal. §. Læsa maiestatis. num. 14.

¶ *Pensio an transferatur per reseruationem fructuum loco pensionis.*

L. Quisquis. 3. C. de donat.

Quod reseruans vsumfructum censetur tradere rem.

DVBITATVM fuit in Rota, vt per Simonett. decis. 41. in manuscript. incip. Corām Paulo. An d. l. dispositio procedat in beneficialibus, vt per reseruationem fructuum loco pensionis transferatur pensio. Et dicitur quod cum anteà iste articulus fuisset disputatus erant variæ opiniones.

Affirmatiuam aliqui tenebant; Quia non est inducenda differentia iuris Ciuilis, & Canonici nisi expressè caueatur cap. 1. de oper. noui nuncia. secundò, quia ratio glos. & Doct. cōmuniter, quæ est quod lex fingit, quod ego nomine tuo possideo. l. quod meo. ff. de acquir. poss. procedit etiam de iure Canonico. cap. cum venissent. de restit. spol. vbi glos. in arg. alleg. l. quisquis. C. de donat. tertiò dicebatur, quod est text. in d. cap. cum venissent. pro ista opinione.

Negatiuam alij tenebant ponderando dictum text. in cap. cum venissent. qui per solam reseruationem pensionis non vult translatam esse pensionem, nisi secuta solutione iuxtà l. quamuis. §. 1. de acquir. possess. Secundò, quia ratio dictæ l. quisquis. quam ibi ponit Cyn. de translatione dominij non procedit in beneficialibus, quorum dominium beneficiatus non potest transferre. Nec militat ratio Bald. quam ponit post Cyn. cum beneficiati sint tantum vsuarij, seu vsufructuarij, vt per glos. in cap. præsenti. de offic. ordin. Tertiò, quia reseruans vsumfructum potest illum propria auctoritate capere, ex quo a se non abdicauit: secus verò est in reseruando sibi fructus, quia nisi dictum quod possit capere propria auctoritate, debet

debet capere illos de manu titulum habẽtis. Quartò, quia ista *l. quisquis.* procedit quando quilibet potest apponere legem traditioni rei, seu quam vult *l. traditionibus. C. de pact.* & à contrahentibus omnia procedunt. Hæc autem procedunt à superiore, & non à partibus in quorum potestate non est dare alicui beneficium, nec fructus reseruare.

Istæ duæ opiniones in dicta decisione cum allatis fundamentis ibi recensentur, nec dicitur quam fuerit Rota amplexa, neque in quam maior fuerit Votorum concursus.

¶ *L. Quod maior. 19. ff. ad municip. non habet locum in Beneficiatis, cum non faciant Collegium.*

L. Quod maior. 19. ff. ad municip.

Cum ista l. loquatur de maiori parte Curiæ hoc est Collegij, non habet locum in Beneficiatis, cum non faciant Collegium, & ideò quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. *l. vlt. C. de autho. præst. Rota in Pampilonen. celebrationis Missæ. Lunæ 7. Februarij 1594. coràm Cardin. Mantica. est decis. 262. num. 7. in impress.*

¶ *Dos in legitimam imputatur, quando filia est dotata à patre, & agitur de eius successione, secus si agatur de successione matris.*

L. Quoniã nouella. 29. C. de inoff. testam. IAS. in auth. præterea. nu. 19. C. vnde vir, & vxor.

Vbi dicunt, quod dos imputari debeat in legitimã.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 342. num. 4. incip. Decisum fuit, Faustinæ.* Quod hoc intelligitur, quando filia est dotata à patre, & agitur de successione ipsius patris, secus verò, si agatur de successione matris, nam tunc dos imputatur in legitimam, quando agitur de successione illius, qui dotauit, & non alterius. *Paul. de Monte Pic. in l. quartam. nu. 89. ff. ad leg. Falcid.* ita pariter fuit resolutum *coràm bo. me. Card. Caualerio decis. 256. num. 5. incip. Strictè ad dubium.*

¶ *Res quando duobus distrahitur, ille est potior in dominio, cui res primò fuit tradita, & non qui anteriorem titulum habet, quod limitatur in pluribus casibus.*

L. Quoties. 15. C. de rei vendic.

In qua dicitur, quod quando duobus res distrahitur, ille est potior in dominio, cui res primò fuit tradita, non qui anteriorem titulum habet.

DECLARATVR ista l. à Rota *in Clusina Postæ. Veneris 20. Martij 1615. coràm R. P. D. Pirouano. incip. Sequendo ordinem. Est decis. 664. in Recent. part. 2.* vbi
2 *nu. 18.* dicitur, hanc l. habere locum in † feudis. *Ias. ibid. num. 30. Bald. Aluarott. Afflict. in cap. 1. §. si facta. si de feud. defunct. Rosenth. post alios de feud. c. 6. conclus. 9. num. 1.* Et Rota ibi tres adducit limitationes per quas *d. l.* non procedebat in casu ibi proposito. Et sic

LIMITAT Primò, vt non procedat dispositio
3 *d. l.* in materia † feudali, quando versamur in supremo Principe, qualis est Papa, vt erat casus dictæ decisionis, ex cuius contractu transfertur dominium sine traditione. *Seccin. Iun. cons. 65. n. 6. vol. 1. Paris. cons. 11. num. 58. & 108. lib. 1. Gabr.* de communi. *de empt. & vendit. conclus. 2. num. 39.*

LIMITAT Secundò, vt in feudo, quando agi-
3 tur de † feudo deuoluto in consequentiam iuris vniuersalis, ille debeat præferri in concessione rei, quæ venit in consequentiam feudi vniuersalis, qui habet feudum vniuersale, *vt in decis. num. 19.*

LIMITAT Tertiò *eodem num. 19.* vt in feudo
5 præferatur habens † titulum onerosum habenti titulum lucratiuum, cum titulus lucratiuus non sit sufficiens ad excludendam prælationem anterioris concessionis, vt affirmant *Ias. in d. l. quoties. nu. 27. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 19. num. 5. Pistor. de feud. lib. 2. quæst. 29. Rosenth. d. cap. 6. conclus. 12. nu. 10. Gabr. de empt. & vendit. conclus. 2. num. 32.*

LIMITATVR Tertiò à Rota *d. l. quoties.* vt non
6 procedat vbi prior † contractus fuit factus ad fauorem piæ causæ, *vt post Tiraq. de priuileg. piæ caus. priuileg. 107.* dixit Rota *coràm Cardin. Seraphin. decis. 724. incip. Quia Dominus. num. 9. vers. non obstat secundò.*

LIMITATVR Quartò, vt non procedat quando
7 secundus † emptor fuisset in mala fide. *Rota coràm Sanctiss. Ludouisio. decis. 567. incip. Die 14. Martij. n. 8. vbi addit. in litera D.* ponit concordantes. Et dicit non attendi malam fidem venditoris, sed emptoris, *ex Honded. cons. 52. num. 49. lib. 1.*

LIMITATVR Quintò à Rota, vt habetur *in dicta Addit.* vt non procedat dispositio *d. l.* quando in pri-
8 mo contractu adest clausula, † Constituti. *Tiraquell. de constit. part. 1. nu. 21. Rota coràm Card. Lancellotto Sen. in Bononien. immissionis 26. Nouembris 1568.*

LIMITATVR Sextò à Rota, *vt in d. Addit.* vt
9 non procedat, † quando in primo contractu, quis promisit nullo modo contrauenire, & pro obseruantia obligauit omnia bona sua. *Menoch. post relat. cons. 1153. num. 55. & seq.* vbi *num. 67.* dicitur sufficere hypothecam generalem, nam tunc succedit obligatio ad interesse, quod interesse est res ipsa deducta in contractu, vel illius æstimatio, ad *Oldrad. consil. 100. num. 4. Gabr. cons. 141. sub num. 7. lib. 1. & Ant. Gabr. de empt. conclus. 2. num. 29. limit. 3.* Et secuta est Rota *in Romana de Mazzatostis 23. Iunij 1617. coràm Verospio.*

¶ *Donatio stipulari potest pro filijs nascituris tàm per patrem, quàm per quemlibet extraneum secundum communem opinionem.*

L. Quoties. 3. C. de donat. quæ sub mod.

Quod speciale est in donatione, quod alteri per alteram quæratur actio.

COMMVNIS est Doct. opinio, quod quiuis etiam extraneis in donatione secundum terminos *d. l. quoties.* potest alteri stipulari, vt testatur Rota *coràm Seraphin. decis. 427. Fuit dubitatum, an pactum nu. 4.* vbi etiam habetur quod pater stipulari, etiam pro filijs nascituris, ad effectum quod donatio fit irreuocabilis.

¶ *Venditor deceptus vltrà dimidiam iusti pretij quando potest rem recuperare.*

L. Rem maioris. 2. C. de rescind. vendit.

1 Vbi dicitur, † Quod vẽditor deceptus re ipsa vltrà dimidiam iusti pretij, potest pretium restituẽdo rem recuperare, nisi emptor velit iustum pretium supplere.

DECLARATVR Primò ista l. à Rota *in Romana domorum. Merc. 10. Iunij 1615. coràm Vbaldo. incip.*

Domini

Domini dixerunt non cõstare. Est decis. 715. in Recent. part. 2. vbi *num. 1.* dicitur, Dominos admisisse illam
2 opinionem, quod in † transactione habeat locum remedium *d. l. de qua per Bart. in d. l. 2. nu. 7. & in l. si quis cum alter. num. 50. ff. de verb. oblig.* Quæ licet sit controuersa, vt constat ex allegat. per *Alex. con-*
3 *sil. 42. num. 11. & ibi Addit. lib. 1.* † Tamen recipitur quando læsio est enormissima, vel est magnus excessus vltrà dimidium, iuxtà distinctionẽ *Cora. cons. 166. nu. 5. lib. 1. & cons. 27. sub nu. 11. lib. 4.* quem sequitur *Dec. cons. 316. col. 2. & cons 479. num. 11. & cons. 551. num. 6. & in l. cum te. sub nu. 1. vers. sed fedcre distinctionis. C. de transact. Grat. cons. 88. num. 3. lib. 1.* cum alijs ibi citat. & in specie *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. nu. 29.* SEQVITVR *Rota coràm Robustero in Tirasonen. decimarum. incip. Conclusum fuit remissoriam. Lunæ 8. Octobr. 1576. Est decis. 102. part. 1. diuers. num. 2.* vbi dicitur, quod Rota sequitur hanc opinionem, quæ est vera, & magis cõmunis. *Et in Potentin. Quartæ 17. Decembris 1582. incip. Resolutum sine difficultate. num. 2. Est decis. 732. diuers. part. 1. Put. decis. 223. incip. Fuit dubitatum in vna Casana. in fin. lib. 1. in nou. impress. & decis. 11. de restit. spoliat. incip. Restitutio aduersus transactionem. Et coràm Card. Sacrato in Romana domus 3. Decembris 1601. & coràm eodem Vbaldo in Romana rescissionis instrumenti 26. Nouembris 1612.*

DECLARATVR Secundò à Rota *in Romana domus de Montegatijs. Veneris 29. Nouembris 1595. coràm Orano. incip. Transactione. Est decis. 116. in eius*
4 *lib. 2. in manuscript.* vbi dicitur *circa med.* † In pacto dationis insolutum habere locum *d. l. rem maioris,* non minus, ac in emptione, & venditione. *Natt. consil. 207. num. 2. lib. 1. Alciat. respons. 12. nu. 4. tom. 3. lib. 8. Cagnol. in d. l. 2. num. 169.*

DECLARATVR Tertiò à Rota *coràm Cassad. decis. 1. de empt. & vendit. incip. Contrà venditionem.*
5 *vbi nu. 7.* dicitur, † quod ex ista l. potest læsus agere ad restitutionem rei, aut ad suppletionẽ pretij: quod si est iuratum de non contraueniendo, fieri nequit, ex quo ita faciens esset periurus, cum prohibitum simpliciter sit alternatiuè prohibitum. *l. quod sub conditione. §. 1. & ibi Bald. de condit. instit.* dicens, bene posse agi ad suppletionem pretij, & hoc vt notandum in æternum sequitur *Felin. in cap. inter cæteras. vlt. col. de rescript.*

Ista eadem decisio fuit etiam compilata *à Simonet. decis. 66. incip. An si sit.* vbi fuerat resolutum hanc *l. 2. C. de rescind. vendit.* habere locum, etiam in venditione iurata, cum clausulæ, sciens, &c. stante magna læsione vltrà dimidiũ iusti pretij cum domus valoris duorum millium, & trecentorum fuisset vendita solum pro mille, vt etiam dicitur *in princip. decis. Cassador. 1. de empt. & vendit.* Quod tamen subdit ibi Simonetta, ego non approbaui.

DECLARATVR Quartò à Rota *coràm Cardin. Caualer. decis. 358. nu. 3. incip. Fuerat per D. A. C.* quod dictum remedium, etiam procedat in vẽditione facta per subhastationem, iuxtà veriorem, & receptiorem sententiam, de qua *Alex. cons. 117. sub nu. 11. vers. & quamuis nonnulli. incip. Viso, & ponderato. lib. 7.* cum alijs ibi allegatis. ita etiam fuit dictum *coràm eodem Caualer. decis. 187. num. 1. incip. Fuerat vigore mandati.*

¶ *Tutor, & curator tempore quo dantur debeant permittere defensionem minorum sine vlla dilatione, quod etiam fieri potest per æquipollens.*

L. Sancimus. fin. §. omnem. C. de administr. tut.

Vbi dicitur, quod tutores, & curatores tempore suæ creationis debent specialiter, & expresse promittere, quod defensionem minorum suscipient sine vlla dilatione.

DECLARATVR ista l. à Rota *coràm Accoramb. decis. 18. incip. Fuerat constitutus. part. 2.* Quod ista forma hic a l. præscripta potest adimpleri per æquipollentia verba, vt fusè in *d. decis.* habeatur. Quæ notauimus suprà *Part. 1. ad Accorambon. d. decis. 18. part. 2. fol. 134. col. 1.* vbi etiam habes concordantem *decis. Seraphin. 616. part. 1. incip. Iterum proposui causam.* vbi quod licet tutor non iurauerit iuxta formam *Auth. vt ij qui oblig. se haber.* sufficit quod adsint verba æquipollentia putà, si dixit, quod obligauit se ad omnia ad quæ tenetur de iure, & ex forma statutorum.

¶ *Probationes in criminalibus quod debent esse luce meridiana clariores, quomodo procedat.*

L. Sciant. fin. C. de probat.

Quod in criminalibus probationes debent esse clarissimæ.

DECLARATVR à Rota *coràm Gypsio decis. 64. Postquam Rota. lib. 2.* vt cum concordantibus decis. notauimus suprà *Part. 1. ad Gyps. dicta decis. 64. fol. 334. col. 2.*

¶ *Legitima debetur in substantia, & corporibus hæreditarijs, sed secus est, si filius in alijs iuribus eum acceptauit.*

L. Scimus. 2. §. repletionem. C. de inoffic. testament.

Vbi dicitur, quod legitima debetur in substantia, & corporibus hæreditarijs.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 185. nu. 4. incip. Gaspar tenetur.* Quod hoc esset verum, nisi in alijs iuribus, putà in vsufructu illam acceptasset filius, quia tunc posset cõsequi legitimam in ipsis corporibus, secus verò post acceptationem, quia acceptando, videtur consensisse oneri imputationis, quod tacitè ex legis permissione est ipsis iuribus iniunctum, & post acceptationem, non licet variare. *Pic. in l. quartam. num. 183. & ibi etiam Bering. in cap. 3. num. 63. ff. ad l. falcidiam. Surd. de aliment. titul. 9. quæst. 34. num. 16. & seqq.* & ita fuit dictum *coràm Card. Seraphin. in causa Bononien. fideicommissi vltima May 1600. quæ est decis. 865. incip. Gaspar de Scappis.*

¶ *L. Scimus. fin. C. de iur. deliber. licet loquatur ad fauorem hæredis, nihilominus debet etiam habere locum ad eius præiudicium.*

Conclusio I.

L. Scimus. quæ est fin. C. de iur. deliber. in §. computatione.

1 Ibi, si verò aliquas contrà defunctum habebat actiones non eæ confundantur.

DECLARATVR à Rota *in Romana pecuniaria.*

Lunæ

Lunæ 19. Martij 1614. incip. Mortuo Baldaßare. nu. 3. coràm Damasceno, siue Card. Sacrato. est decis. 524. part. 1. in Recent. Quod licet hic text. loquatur ad fauorem hæredis, quod nihilominus debeat etiam habere locum ad præiudicium ipsius hæredis, ne, scilicet, vna, & eadem hæreditas diuerso iure censeatur contrà not. *in l. eum qui hærdes. ff. de vsucap.* cum alijs ibi adductis, & consideratis in specie à *Surd. decis. 310. num. 17. in fin.*

¶ *Hæres cum beneficio leg. & inuent. bona fide soluens creditoribus, etiam non anterioribus excusatur propter ignorantiam in hærede præsumptam, & qualiter hoc procedat in emptore.*

Conclusio II.

L. Scimus. fin. §. etsi præfatá. C. de iur. delib.

Quod hæres cum beneficio leg. & inuent. bona fide soluens creditoribus, etiam non anterioribus excusatur propter ignorãtiam in hærede præsumptam, & pro bona fide requiritur inuentarium, quia alias eo non confecto præsumitur subtraxisse bona hæreditaria. *§. sancimus autem. Auth. de hæred. & falcid.*

Eadem etiam bona fide suadente excusatur emptor soluendo creditoribus, etiam non anterioribus, vel ipsi venditori, vt illis satisfaciat, maximè si solutio fiat iuxta formam conuentionum ab emptore non habente notitiam aliorum creditorum, & bona fide in qua fundatur dispositio *d. §. etsi præfatam. Rota in Romana census Scut. Octodecim millium. Veneris 11. Martij 1611. num. 22. & 23. coràm Sanctiss. Ludouisio. Est in Recent. decis. 301. part. 1.*

¶ *Curator tenetur se excusare intrà 50. dies, aliàs obligatur ad curam, & qualiter hoc intelligatur.*

L. Scire. 15. §. multa. vers. tutores, vel curatores. ff. de excusat. tut.

Quod curator tenetur se excusare intrà quinquaginta dies, aliàs obligatur ad curam.

DECLARATVR à Rota *in Signina administrationis. Lunæ 18. Martij 1613. coràm Card. Sacrato. est in Recent. decis. 470. num. 3. part. 1. vbi corrige §. in d. l.* Posse dictum textum habere locũ, si & postquàm consentiente minore à iudice confirmatus fuerit. *l. Caius. ff. eod. tit. Gabr. consf. 25. nu. 15. lib. 2.* Aliàs si cõclusio simpliciter intelligeretur, nec requireretur iudicis confirmatio, etiam quod sit in testamento datus, cum aliàs non posset dici curator. *§. sed curator. Instit. de curat. l. tutela. C. de testam. tut. Soccin. Iun. cons. 79. num. 21. lib. 2. Gabr. d. cons. 25. num. 9.* in tantum quod neque testator potest tollere hanc necessitatem. *Gabr. d. nu. 9.* Nec petitio minoris, sine qua non potest confirmari. *§. cum inuiti. Instit. de curat. l. pater Seuerinum. & ibi Glos. in verb. id egerint. ff. de condit. & demonstrat. Corn. cons. 81. nu. 2. vers. si ergo non datur. lib. 4. Gabr. vbi suprà. nu. 12.*

¶ *L. Seius. 27. ff. ad l. falcid. licet loquatur in Falcidia, tamen procedit etiam in legitima.*

L. Seius, & Augerius. 27. ff. ad l. falcid.

Licet loquatur in Falcidia, inducitur etiam pro legitima, videlicet, quod quando pater onerauit filium de renunciatione legitimæ, illum grauasse dicitur, quod in fraudem legis factum videtur, & sic ex eiusdem legis dispositione reijciendum, *per text. in d. l. Seius, prout d. l. inducit Rum. cons. 149. num. 13. lib. 3. Hippol. Rimin. in cons. 67. num. 16. & cons. 510. num. 26. cum seq.* sequitur Rota *in Romana legitima. Vener. 11. Decembris 1609. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est in Recent. decis. 206. num. 3. part. 1.* & in casu decisionis, filius fuerat institutus hæres cum hoc quod expressè renunciaret legitimæ ante aditionem hæreditatis, & cum dictus filius adiuisset, absque dicta renunciatione. Rota nihilominus dixit quod poterat detrahere legitimam.

¶ *Nepos ex filio non est auo agnatus.*

L. Scripto. 6. ff. vnde liber.

Vbi videtur dici, nepotem ex filio non esse auo agnatum.

DECLARATVR à Rota *in Romana fideicommissi de Paluzzellis. Lunæ 28. Februarij 1611. num. 5. coràm Reuerendiss. Mãzanedo. est decis. 372. in Recent. part. 2.* Et vide suprà *in l. filius patri. 12. ff. de suis & legit. hæred. fol. 547. col. 2.*

¶ *Ratio semel reddita, amplius reddi non debet, quando tamen est legitimè reddita.*

L. Semel. 2. & ibi Bart. C. de apoch. publ. Io. Monach. in cap. cum percussio. 1. num. 9. de cler. ægrot. lib. 6.

Vbi dicunt, quod quando ratio est semel reddita, amplius reddi non debet.

DECLARANTVR à Rota *coràm Card. Mantica decis. 258. nu. 8. incip. In hac causa die 20.* Quod hoc intelligitur, quando ratio legitimè est reddita, diuersum verò est, si apparet eam non esse legitimè redditam, vt colligitur *ex l. cum seruus. ff. de condit. & administr. Anchar. in cons. 330. incip. Visis facti narratione. Paul. de Castr. in cons. 342. per tot. lib. 1. incip. Considerandum est primo.*

Idem diximus suprà *Part. I. ad Cardin. Seraphinum decis. 230. fol. 53. col. 2. in fin.*

¶ *Constitutio cuiusque loci seruanda est, magis quam lex vniuersalis.*

L. Semper. 5. §. legem. ff. de iur. immunit.

Vbi dicitur, quod cuiusque loci constitutio seruanda est, magis quam lex vniuersalis.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Mantica decis. 115. num. 6. incip. Placuit Dominis.* Quod hoc intelligitur, si constitutiones sint inuicè repugnantes.

¶ *Legatum collatum in voluntatem hæredis non valet, sed secus in arbitrium.*

L. Senatus. 45. §. legatum. de legat. 1.

Quod legatum collatum in voluntatem hæredis non valeat.

DECLARATVR à Rota *in Romana legatorum. Lunæ 11. Ianuarij 1616. nu. 2. coràm Card. Caualerio.* Quod id non procedat quando confertur non in voluntatem, sed in arbitrium, quia tunc res reducitur ad arbitrium boni viri. *l. si sic legatum, vbi Bart. ff. eod. tit. l. fideicommisso. §. quamquàm. de legat. 3. Bart. Castr. & Ias. in l. 1. ff. de legat. 1. Alex. cons. 175. nu. 3. & 4. lib. 6. Surd. cons. 380. num. 5. lib. 3.*

Quod arbitrium Rota dixit colligi, ex verbo, videbitur (erant enim distribuenda scuta octinginta quatuor testatoris familiaribus, & alia ducenta pro vestitu, & portione aliorum famulorum, prout videbatur hæredibus, & executoribus) *ad Bart. in l. si sic. num. 2.*

num.2. de legat.2. & in extrauag. ad Reprimendum. in verb. videbitur. num.1. Maximè quia in arbitrium fuerat collata non principalis dispositio, sed distributio tantum.

Nec ista legata ita relicta caducantur si hæredes, vel executores non fuerint arbitrati. Quia non fuerunt commissa arbitrio alterius conditionaliter, putà si hæres, vel executores arbitrabuntur, tunc enim ijs non arbitrantibus, tamquàm cessante conditione legata euanescerent; secus quando eorum distributio dumtaxat fuit in arbitrium collata: & ideò etiam quod non sequeretur arbitrium legata sustinentur, & potest adiri iudex pro arbitrando, ita *Bart. in d.l.1. num.9.* vbi etiam *Castr. sub nu.6. de legat.2.*

¶ *L. Si actu. fin. C. de reuocand. ijs, quæ in fraud. credit. est intelligenda iuxtà tertium intellectum ibi tradit. in verb. fraudatorem.*

L. Si actu. fin. C. de reuoc. ijs, quæ in fraud. credit.

DECLARATVR à Rota *in Mediolanen. pensionis. Lunæ 5. Martij 1607. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis.129. Nicolaus Sorcsinus. nu.5. p.1.* vbi quod est intelligenda iuxtà tertium intellectum ibi trad. *à Glos. in verb. fraudatorem.* & quod aliter iuxtà rectì sermonis rationem nō possit intelligi dicit *Cuiac. lib.12. Obseruat. cap.5.* Et in predicta decisione Rota tenuit, pensionarium potuisse extinguere pensionem, non obstante mandato irreuocabili facto suo creditori de illam exigēdo pro extinctione sui debiti, & alimentorum præteritorum, & futurorum, non obstante *d. l.* qua loquitur forsam tantum in fraudatore, idest in eo qui donauit, qui pensionem extinguit, non autem in eo cui donatum est, vel in cuius fauorem est extincta pensio.

L. Si alij. 19. ff. de vsufr. legat.

DECLARATVR à Rotà. Vide suprà *Part.3. in §.71. Bart. recepta opinio in l. Sempronio. fol.154. c.2.*

¶ *Priuilegia in corpore iuris clausa, an comprehendantur in priuilegijs, & facultatibus concessis ciuitatibus, & alijs locis procedendi in causis, non obstantibus quibuscumquè. Et quando priuilegium. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. non suffragetur.*

L. Si contrà. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.

Priuilegium *d. l.* & alia priuilegia in corpore iuris
1 clausa † non comprehenduntur in priuilegijs, & facultatibus concessis Ciuitatibus, & alijs locis procedendi in causis non obstantibus quibuscumquè, &c. *Bart. in l.2. §. legatis. n.5. ff. de iudic. Roman. cons.498. num.15. Felin. in cap. nonnulli. nu.26. de rescript.* & in terminis *Grammat. decis.20. per tot. Franc. decis.517. Thesaur. decis.177. num.9. Cresc. decis.16. num.2. de priuileg. Rota in Ferrarien. bonorum de Tassonis. Mercurij 26. Iunij 1613. coràm Cardin. Pamphilio. nu.10. est in Recent. decis.513. part.1.*

2 Priuilegium † *d. l. vnic.* non suffragatur, nisi allegetur declinatoria, & fuerit facta instantia pro remissione causæ, aliàs sentētia, & alia acta tenent. *Afflict. super Constit. Regn. Neapol. lib.1. Rubr.37. num.38.* quem sequitur Rota *in Carpen. seu nullius bonorum. Lunæ 11. Februarij 1602. corā nunc S.D.N. Ludouisio. est decis.43. in eius lib.1. in manuscript. incip. Fuit tentum non intrare. & habetur in Recent. decis.53 part.2. num.2.* Super *d. l. vnic.*

Fuit aliàs in Signatura dubitatum, an habeat lo-
3 cum variatio, † & fuit negatiuè resolutum ex Voto Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Lelij Ruini, olim S. D. N. Pauli V. Pont. Max. apud Sigismundum Poloniæ Regem Nuncium Apostolicum, & Episcopi Balneoregiensis, qui proprio ingenio, & quiete gaudens frustrà fuit ab vlterioribus honoribus, eos in radice fumos aspiciens, expetitus quod votum placuit hoc loco pro veritatis indagatione apponere. Habetur *lib.2. decis.381. in manuscript.*

Fuit etiā aliàs in Signatura Iustitiæ dubitatū proponēte *bo. me. Robusterio in Bononien. oblig. Cameral. 12. Maij 1594. incip. Fuerat Romæ. Est not. à Zach. in fin. de oblig. Camer. inter decis. ibi positas decis.93.*

An *d. l. vnic.* priuilegium suffragaretur pupillo vocato extrà prouinciam vigore obligationis Ca-
4 meralis, † Et fuit resolutum negatiuè, stantibus amplissimis facultatibus Audit. Cameræ, de quibus ibi
5 *num.2.* Quæ vt ibidem *nu.6. & seq.* probatur, comprehendunt etiam pupillos, Etiam quod non ipse, sed pater suus se obligauerit in dict. forma Cameræ, *vt*
6 *ibid. num.19. vers. non obstat.* Et *num.24.* † assignatur ratio, quia natura, & qualitas dictæ obligationis trahit ad se personas priuilegiatas, non autem persona trahit ad se contractus, vel causas, ex doct. *Bald. in cap.1. col.2. de controuers. feudi apud pares.*

Et ibidem dicitur, quod ista eo magis procedunt
8 in isto casu, † quia non tollitur priuilegium pupillo totaliter, sed limitatur, & minuitur tantùm in causa executionis obligationis Cameralis, vt dicunt *Roman. & alij per Galles. in 2. part. form. quæst.1. nu.5.*
9 *pag.51.* † Quæ limitatio, seu diminutio priuilegij continet longè minus præiudicium, quàm illius abrogatio, vel derogatio. *Franc. & alij in cap. si duobus. vers. quod autem si Laycus. & in c. vt debitus. col.8. vers. septimò quæritur. de appellat. Felin. in cap. quoniam. num.12. de constit.*

Hoc idem Votum Robusterij, quod à Signatura Iustitiæ fuit approbatū, & secutum, vt dicit *Marchesan. de commission. in Titulo de commissione auocationis. part.2. §.2. num.93. fol.314. col.2.* ibi etiam registratum habetur dictum Votum.

Decipitur Marchesanus ibidem dum dicit Robusterium fuisse Rotæ Romanæ Decanum, vt enim apparet ex Libro Auditorum Rotæ, qui asseruatur in ipsa Rota, *Robusterius factus fuit Auditor 9. Decembris 1562. & recessit à Rota 27. Ianuarij 1588.* quo tempore erat *Decanus R.P.D. Io. Baptista Rubeus, cui defuncto de 7. Septemb. 1590. successit. Seraph. Oliuar.*

¶ *Pignus vendi potest à debitore, non à creditore.*

L. Si creditor. 6. ff. de distract. pignor. & l. distractis. 14. C. de pignor.

Vide ad istas ll. quæ notauimus *Part.3. ad Couarr. lib.3. var. resolut. cap.18. nu.4. & c. In num.2. & seq.* vbi quod pignus etiam inuito creditore potest à debitore vendi, non autem à creditore.

¶ *Actionē cedens potentiori ratione officij, an illā perdat.*

L. Si cuiuscumquè. 2. C. ne liceat potent.

DECLARATVR à Rota *coràm Caputaquen. decis.105. num.2. incip. Cessio.* Vide, quæ diximus suprà *ad l. Diuinæ admodum. 1. C. eod. tit. fol.541. c.2.*

¶ *Alic-*

¶ *Alienasse quis ea non præsumitur in dubio, quæ repertus est possidere.*

L.Sicut. 8. § superuacuum. ff. quib. mod. pignus, vel hypt. soluat.

Vbi dicitur, quod in dubio non præsumitur, quis alienasse ea, quæ repertus est possidere.

DECLARATVR à Rota *decis.116. nu.10. incip. Domini dixerunt. inten impress. diuers. part. 2.* Quod non habeat locum, quando venditor remansit in possessione ex titulo conductionis, vt benè deducit *Roman.cons.304.nu.3. circa med. vers.secundò potest responderi. incip.Plura sunt. Imol.in c.illo vos.nu.17. vers. vera tamen. e.. rà. de pign.*

¶ *Arbitrator circa locum iudicij, debet seruare ea, quæ de arbitrio sunt disposita in l.si cum dies. §.si arbiter. ff. de arbitr.*

L.Si cum dies.26. §.si arbiter. ff. de arbitr.

Vbi disponitur de loco ferendæ sententiæ ab arbitro.

EXTENDITVR hæc l. à Rota, *vt per Simonett. decis.2.in manuscrip. incip.In vna Regien.* quod procedat etiam in arbitratore nemine dissentiente. Et quod propterea fuerit annullatum quoddam laudum latum per Episcopum Regien.

¶ *Mandatum non expirat morte mandantis, quando in mandato adest clausula satisdationis.*

L. Si defunctus. 15. ff.de procur.

Quod satisdatio pro procuratore præsente præstita operatur, quod possit cogi procurator post mortem domini ad accipiendum iudicium.

PROCEDIT in tantum *d. l.* quod pars aduersa, contrà quam fuit per dictū procuratorē obtenta sententia, non possit dicere de nullitate sententiæ, quia clausula, satisdationis, posita in mandato est eius efficaciæ, vt mandatum non expiret morte, etiamsi procurator nihil egerit viuente. Ita post *Soccin. Reg. 254.fallent.9.*dixit Rota *coràm Cotta in Mediolanen. decursus aquarum. Lunæ 16. Iunij 1572. incip. An ex deductis. Est decis.361. in eius lib. in manuscript.*

¶ *ex Transactionis causa accepta, quando transigentes ea restituere teneantur ex l.si diuersa.C.de transact.*

L. Si diuersa. 14. C. de transact.

Quod transigentes tenentur restituere accepta occasione transactionis.

DECLARATVR multipliciter à DD. & à Rota ista notabilis huius l. dispositio.

1 Primò, † quod proprij termini *d. l.* sunt, quandò pars agit contrà transactionem, illam impugnando tamquàm læsiuam, vel petit illius rescissionem; Sed si dicat transactionem nullam, tunc potest audiri absq; eo, quod prius restituat accepta, ad *Roland. cons.7. num.4. lib.3. Riminald.Iun. cons.5. nu.71. lib.1. Rota coràm Cantuccio in vna Tirasonen. iurispræsentandi 11. Februarij 1585.* quam Rota sequitur in pluribus causis. *Et in Ariminen. transactionis 13. Iunij 1601. coràm Cardiñ. Millino. incip. Domini dixerunt, quod Angelica. Est decis.737. inter Recoll. à Farinac. impress. Lugduni 1612. Et in Bononien. de Ranutijs 22. Martij 1602. coràm Corduba. incip. An dubium. Est decis.307. in eius lib. in manuscript. Et in causa Valentina Baroniæ 21. Iunij 1602. coràm Reuerendiss. Ortembergo:* Quibus se subscribit *Rota coràm Reuerendiss. Coccino Decano decis.301. in fin. Dubitaui, an Monachis. Et coràm Robusterio decis.111.Resoluerunt Domini. nu.1. diuers. p.1. Et coràm Vbald.in Romana rescissionis instrumenti. Mercurij 27.Iunij 1612.nu.4. incip.Domina Deodata.Habetur decis.262.apud Cenc. de censib.Et corā Gyps.in Mediolanen.legati.Mercurij 15.Decembr.1595.Quæsitum fuit.in fin.est decis.120. in eius lib.2.in manuscript. Et coràm Gregor.XV. decis.473. Visum fuit Dominis.nu.21.* vbi etiam citatur *decis. coràm Reuerendiss. Manzanedo in Rauennaten. bonorum de Viuolis 11.Decembris 1606 Et coràm eod. Gregor. decis.271. Dubitaui, an constet. num.16,* vbi Rota sequendo allegatam *decis. coràm Cantuccio* dicit, quod licet de dicta decisione fuerit aliquātulum dubitatum *coràm Gypsio in vna Recannaten. transactionis 29. Martij 9. Maij 1595. incip. In vna Recanaten. est decis.205. in eius lib.1. in manuscript. & habetur decis.736. inter illas Farinac. de quibus suprà.* Tamen quod fuit bonis rationibus confirmata *coràm Rhodien. qui erat Cardinalis Millinus in Ariminen. transactionis.* superius allegata.

2 Ratio autem, † quæ adducitur in ista Ariminen. ea est, quia qui petit executionem contractus debet prius adimplere pro parte sua. *l. Iulianus. §.offerri. ff. de action. empt.* Ita etiam debet adimplere pro parte sua, restituendo quod accepit, qui petit annullationem contractus validi, & agit ad distractum, cum idem operetur propositum in proposito, quod

3 oppositum in opposito. Quæ † ratio cessat in eo, qui dat de nullitate contractus, quia neque petit executionem contractus; quia tunc (vt dictum est) *ex d.l. Iulianus. §. offerri.* deberet prius adimplere pro parte sua, neque petit distractum, quia tunc, vt dictum est, deberet restituere accepta per parte sua,

4 licet † in hoc casu, vt ibidem dicitur, quando altera pars acquiescit nullitati, vel contractus declaratur nullus,& ille qui dedit de nullitate,tenetur restituere omnia, quæ accepit, & quod in his terminis procedunt dicta *decis.Recannaten.trāsactionis corā Gypsio, & consil. Bald. 376. in fin. lib.1. Abb. cons.62. in fin. lib.1. Aym. cons.83. num.1.*

DECLARATVR Secundò *d. l. si diuersa.* dispositio, vt non solum termini proprij *d. l.* sint, quandò impugnatur transactio vti læsiua, vel petitur reuisio transactionis, & non quandò datur de inualiditate, & nullitate transactionis, vt dictum est in prima

5 declaratione, sed etiam † proprij termini *d. l.* sunt, quando non solum vna pars, vt in præcedenti declaratione, sed vtraque pars admittit transactionem esse nullam, & tunc debent restitui accepta, *vt post Afflict.decis.220.nu.10.* dixit Rota *d. decis.111. nu.2.* quod d. l. procedit, quando communi consensu receditur à transactione, & quod in hoc casu est communis opinio. *Et coràm Gyps.in d.Recanaten.transactionis.* vbi quod idem fuit dictum *in vna Ianuen. . . . . de anno 1569. coràm fel. rec. Aldobrandino.* Et subdit, hoc esse quod in istis terminis, annullato contractu, quod sit locus restitutioni, firmat *Abb.d.cons.62. & Aym.83. num.1. vt suprà diximus. num.4. Et dicitur in allegat. Mediolanen. legati coràm Gypsio,*quod agi nō potest ad nullitatem transactionis priusquā fiat restitutio, sed postquàm fuerit nullitas detecta non potest agi ad executionem, nisi refundantur accepta, Et quod ita cum ista distinctione sunt intelligēdi Doct. contrariū tenentes,

quod

quod ibi comprobatur *ex d. Tirasonen. coràm Cantuccio*. Quod etiam notat *Addit. ad d. decis. Gregor. 971. num. 28. in littera D.*

6 Nullitas † autem transactionis si declaretur à iudice debet à parte impugnante probari, vt dicitur in allegat. *Mediolanen. legati*, ibi, *vt agens postquàm fuerit nullitas probata, & non ante restituere debeat.* Si autem non deducatur nullitas in iudicio, sed consensu partium admittatur, non requiritur alia probatio, sed habet eumdem effectum, siue annullatio fiat à iudice, vel ab ipsis partibus, vt dicitur *in d. Recanaten. transactionis coràm Gypsio*, cum factum iudicis censeatur factum partis. *l. ob causam. C. de euict. cum simil.* Et hoc est, quod dictum est suprà *num. 4.* quod aut pars acquiescit nullitati, & sic inter partes extraiudicialiter, vel contractus declaratur nullus, & sic à iudice, vt dicitur *in eadem Recanaten.*

Ex quibus apparet de intellectu *decis. in Mantuana bonorum 23. Martij 1579. est decis. 510. sine nomine. part. 1. diuers.* vbi *num. 2.* dicitur, quod *d. l. si diuersa.* non procedit, quando de communi partium cõsensu receditur à transactione, quia potest intelligi iudicialiter, quod non requiritur, quod ex *d. l.* restituantur accepta, si communi cõsensu recedunt à transactione, quia tunc acquiescunt nullitati transactionis.

DECLARATVR Tertiò, quod iuxtà opinionem, quam seruat Rota, quæ verior est, & magis commu-
7 nis, † transactio rescinditur, vel rescindi petitur ex capite læsionis præsertim quando est, vel in magna summa, vt dixit Rota *coràm Robusterio decis. 102. Conclusum fuit. num. 2. part. 1. diuers.* Et quando est magnus excessus vltrà dimidiam, vt dixit Rota *coràm Cantuccio decis. 732. Resolutum sine difficultate. nu. 2. ead. part. 1.* Quas decis. sequitur *Rota coràm Vbaldo decis. 715. Domini dixerunt non constare. nu. 1. part. 2. in Recent.* vbi de læsione enormissima, vel quando est magnus excessus vltrà dimidiam. Secus verò quando non est magnus excessus, vt dixit Rota *coram Card. Pamphilio Iuniore decis. 539. Fuit per Dominos. nu. 1. part. 1. in Recent.*

8 De ista tamen læsione debet constare, † & per allegantem concludenter probari, quæ quidem consideranda est de tempore trãsactionis, & est probanda habito respectu ad dubium litis euentum, vt fusè dicitur *coràm Vbaldo in d. decis. 715. nu. 2.* cum multis ibi allegat. *& coram Robusterio decis. 111. nu. 3. p. 1. diuersor.* Aliàs, vt dicitur in eisdem decis. transactio tenet cum sit fauorabilis, & finem litibus imponat, & eam impugnans cum agat sine actione, & propterea debet prius restituere accepta, & facere actum retrosimilem.

Illud autem non est hic omittendum, quod stante enormissima læsione, vt quis agere possit ad rescissionem transactionis, licet non requireretur absolutio à iuramento si dicta læsio fuisset detecta, tamen ad illam detegendum, non est admittendus aliquis propria auctoritate, nisi prius obtenta absolutione, ita dicit *Rota in d. decis. 102. num. 8. vers. Non tamen placebat. part. 1. diuers.* quam sequitur Rota *in Romana transactionis de Theodolis. Vener. 28. Februarij 1592. coram Card. Blanchetto. incip. Fuit per Dominos. est in meis manuscript. decis. 129. lib. 3.* vbi multa notantur pro rescissione transactionis. Idem de absolutione fuit dictum *coràm Cotta in Tyburtina Castri S. Poli. Veneris 1. Decembris 1564. Est decis. 122. in eius lib. in manuscript. incip. An Illustrissimis.*

9 DECLARATVR Quartò, † quod circa restitutionem faciendam de acceptis ex causa transactionis, ea non est facienda, quando pars potest ea retinere ex causa debita, dummodo causa sit clara, & certa, & non dubia. *Rota coram Robusterio d. decis. 111. nu. 4. p. 1. diuers.* Quam decis. sequitur Rota *coram Orano in Romana de Gabrielijs. Veneris 12. Nouembr. 1593. Dominus Alexander. est decis. 223. in eius lib. 2. in manuscript.* vbi additur, quod non sufficit debita esse clara, & liquida, sed etiam cum hypotheca *ad Specul. de contumac. §. 3. vers. sed pone. Bart. in l. si non sorte. §. si centum. num. 7. vbi Ias. num. 9. & 10. in fin. ff. de condict. indeb.* Idem dixit Rota *coram Cardin. Pamphilio d. decis. 539. num. 6.*

10 Et quod † stante causa rationabili retentionis, non sit locus restitutioni ex *d. l. si diuersa.* dixit Rota *coram Card. Seraphin. decis. 922. Fuit resolutum Illustrissimos. nu. 8. post allegatam decis. coram Cantuccio in Tirasonen. Iurispræsentandi*, quam dicit ibi pluries Rotam fuisse amplexam, & quod ista est notabilis limitatio ad *d. l. si diuersa.* dabatur autẽ in hac decis. retentio ex causa dotis, quæ est valdè rationabilis, ne mulier remaneat indotata.

11 Quod etiam Episcopus successor † ex contractu prædecessoris nõ teneatur restituere accepta ex causa transactionis, nisi quando prędecessor nomine Ecclesiæ, & vtiliter, seruata debita solemnitate iuris contraxit. *c. 1. de solut. Rota coram Cantuccio decis. 805. Quoad primam. nu. 4. diuers. part. 1.* vbi etiam addit, quod non tenetur, nisi conuersa sint in vtilitatem Ecclesiæ. allegatur *Rot. decis. 41. de probat. in antiq. Alciat. cons. 14. nu. 6.*

12 Idem dicitur de † Rectore successore, quod non teneatur restituere terras in contracambiũ acceptas, nisi Ecclesia illas habeat, & sit facta locupletior, vt dixit Rota *coram Card. Caualerio decis. 311. num. 2. incip. Die 26. Februarij. post decis. coram Pegna in Romana censuũ de Romulis 18. Iunij 1599. Est decis. 203. in eius lib. 4. in manuscr. incip. Præsupposita decisione.*

13 Et quod Capitulum vti † Rector ad quem de iure pertinet decimæ de omnibus rebus potest retinere recepta in causam debitam, vt dicit Rota *coram Robusterio in d. decis. 102. n. 3. vers. non obstat. p. 1. diuers.*

14 DECLARATVR Quintò, † quod ista restitutio acceptorum ex causa transactionis est facienda, vel offerenda parte opponente. *Rota coram Robusterio d. decis. 111. nu. 1. p. 1. diuers. post Afflict. decis. 220. Aym. cons. 83. num. 1.* vbi etiam dicitur, quod dicta oblatio potest fieri ante sententiã, si pars non opponat, secus parte opponente, quia tũc est superſedendũ donec fiat restitutio. *Et coram Cantuccio* (cuius sunt omnes illæ decis. innominatæ. *in fin. p. 1. diuers.* vt pluries notauimus) *decis. 805. Quoad primam partem. num. 3. & decis. 810. & per tot. p. 1. diuers. Et coram Gypsio in d. Mediolanen. legati 15. Decembris 1593.*

15 DECLARATVR Sextò, † quod dispositio *d. l. si diuersa.* procedat etiam in Ecclesia, minore, & loco pio. Et in Ecclesia, vt teneatur accepta restituere, cum non reperiatur priuilegiata, præsertim contrà
16 Vniuersitatem vbi sunt pupillæ & viduæ. † Et in minore est text. *in l. quod si minor. 25. §. restitutio. ff. de minor. cum alijs per Paris. consil. 96. In præsenti causa. nu. 112. lib. 1. Rota corã Robusterio d. decis. 111. num. 5. part. 1. diuers.* Et de Ecclesia, & minore est

decis. Orani in d. Mediolanen. legati 15. Decemb. 1593.

17 Et † quod procedat in loco pio dixit Rota *in Neapolitana rescissionis concordiæ 13. Aprilis 1602. coràm Card. Lancellotto.*

DECLARATVR Septimò, quod dispositio *d. l. si*
18 *diuersa.* † non procedat solum in transactione, sed etiam in laudo, & in Testamentis, in laudo quidem, cum veniens contrà laudum emolegatum opponendo de enormissima læsione debeat prius, & antè omnia refundere id quod accepit. *Rota in Mantuana bonorum. Lunæ 13. Martij 1579. Est decis. 510. incip. Domini dixerunt D. Alexandro. nu. 1. diuers. part. 1.* Quam decis. sequitur Rota *coràm Corduba in vna Bononien. fideicommissi de Rinutijs. Veneris 22. Martij 1602. Est decis. 307. incip. An dubium in eius lib. in manuscript.*

19 † Et hoc ea ratione, quia laudum post emolegationem, & approbationem verè, & propriè est transactio. *Dec. cons. 60. num. 3. Thesaur. decis. Pedem. 253. num. 5. Mohed. decis. 10. ad fin. de re iud.*

20 In Testamentis, † etiam procedit dispositio *d. l. si diuersa. Rota coràm Orano in d. Romana de Gabrielys. Veneris 12. Nouembris 1593.* vbi fuit dictum, quod legatarius, cum acceptasset legatum, non poterat dicere contrà testamentum, nisi prius restituisset accepta ex dicto testamento, ex hac *l. si diuersa.* vbi etiam fuit dictum, quod non competebat ei retentio ex alia causa, quæ non erat clara, & liquida, vt diximus in quarta declaratione. Intellige tamen hanc conclusionem, nisi tale legatum esset relictum pro augmento cultus diuini, prout in sequenti declaratione. *nu. 22.*

DECLARATVR Octauò, quod dispositio *d. l. si*
21 *diuersa.* non habet locum in † renunciatione, neque in eo, quod est datum pro augmento cultus diuini. Non in renunciatione, nam mulier renuncians bonis paternis, maternis, & aliorum propinquorum recepta dote, si vult venire contrà dictam renunciationem non tenetur prius dotem refundere, etiam quod mulier maiorem dotem fuisset consecuta intuitu renunciationis. Quia renunciatio semper interpretanda est, vt minus contineat. *l. si domus. ff. de seruit. vrban. præd.* Ita dixit Rota *coràm Gypsio in vna Romana laudi. Veneris 16. Iunij 1589. incip. Prætendebant filij. Est decis. 199. in eius lib. 1. in manuscript.*

22 In eo etiam quod datum pro † augmento diuini cultus non datur restitutio ex hac *l. si diuersa. Rota coràm Gypsio in d. Mediolanen. legati.* allegatur *gloss. in c. peruenit. el 2. in verb. assignet. vbi Præposit. nu. 9. & 10. de appellat.* In casu decisionis fuerat factum legatum pro fabrica Ecclesiæ, & sic pro augmento
23 diuini cultus. Et additur, quod hoc procedit, † etiam si esset locus pœnæ. *l. si quis maior. C. de transact. Gresc. decis. 1. de pact.* Maximè quia pecuniæ erant erogatæ in dictam fabricam ex præcepto testatoris, vt apparebat ex scripturis.

23 Licet quoad hoc, de cultu diuino, † contrarium videntur tenere plures relati per *Giurbam decis. 103. num. 1.* qui dicunt esse faciendam restitutionem ab Ecclesia de pecunia recepta, etiam quod in Ecclesiæ vtilitatem versa probetur, vt aduertit *Addit. ad Gregorium XV. dict. decis. 354. in secunda limitatione.*

24 Vbi subiungit † tertiam limitationem, quando transactio esset resoluta culpa aduersæ partis non adimplentis ex parte sua; quia illi non est ante omnia facienda restitutio, allegat. *Caputaquen. & Rotam in d. Mediolanen. legati coràm Gypsio.* quibus adde Rotam *coràm Orano in Romana ferri. Mercurij 13. Ianuarij 1588. incip. Duæ inter Dominos. Est decis. 304. in eius lib. 1. in manuscript.*

Alias etiam limitationes habes, ex quibus aliquas hic notauimus, apud eamdem Addit. diligentissimè extensas.

Alia etiam habes *in nostris Obseruat. ex Rota Romana. in verb. Lex. ad d. l. si diuersa. C. de transact.*

¶ *Venditio rerum, quæ subiacent restitutioni sub conditione, valet, sed adueniente conditione, fingitur retro nullum, quod est factum.*

L. Si duobus. fin. §. sin autem. C. commun. de legat.

Vbi dicitur, quod venditio rerum, quæ subiacent restitutioni, vel sub die certa, vel sub conditione, valet, sed adueniente tempore restitutionis fingitur retro nullum, quod est factum.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Caualer. decis. 132. num. 1. incip. Sub die 21.* Quod intelligatur in venditione ipsius speciei legatæ, vel fideicommisso subiectæ, quæ transit ad emptorem cum suo onere ipsi inhærente, quod hæres alienando tollere non potest. Vndè eueniente conditione, meritò emptor non est tutus à rescissione, sicut emptor aliorum bonorum, quæ non sunt in specie legata, cum ad hunc effectum rescissionis sit differentia inter legatum genericum, & rei specialis.

Vide multa, quæ diximus circa hanc materiam *Part. 2. circa Doctor. in S. Crot. in Repet. l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legat. 2. fol. 172. col. 1.*

¶ *Principalis, nec fideiussores tenentur ex contractu doloso, & quomodo hoc procedat.*

L. Si ea. 2. C. de fideiuss. minor.

Quod ex contractu doloso non tenetur principalis, neque fideiussores.

DECLARATVR à Rota *coràm Cotta in Tiburtina Castri S. Poli. Veneris 17. Martij 1564. incip. An fideiussores. Est decis. 80. in eius lib. in manuscript.* vbi circa med. dicitur, quod licet ex læsione enormissima in contractu principalis non teneatur, nec etiam tenentur fideiussores, tamen si altiorem requirit indaginem, fideiussores interim tenentur, donec appareat de tali læsione, nec suspenditur executio obligationis Cameralis; Quia *in d. l.* dicitur, quod tunc demum fideiussores non tenentur, cum apparuerit, ergo à contrario, cum non apparet interim tenentur.

¶ *Res mea si ad aliquem peruenit, nec est causa, quare apud illum debet remanere, possum eam rem certi condictione, vel sine causa condicere.*

L. Si & me, & Titium. 32. ff si cert. petat.

Vbi dicitur, quod si res mea ad aliquem peruenit, nec apparet causa, quare apud illum debeat manere, condicere possum eamrem, vel certi condictione, vel sine causa.

DECLARATVR à Rota *coràm fel. rec. Greg. XV. decis. 216. nu. 1. incip. In libris Petri.* Quod æquitas huius l. non habet locum, cum sit remedium subsidiarium, nisi quando est consultum contrà eum, cum quo actum est. *Alex. cons. 92. post nu. 6. lib. 1. incip. Perspectis his. Ruin. cons. 19. num. 2. lib. 4. incip. Visa petitione. & cons. 32. nu. 8. circa med. lib. 1. incip. Viso themate. Soccin. in d. l. si, & me, & Titium. sub nu. 3. ver.*

vers. Tertiò, & vltimò limita. cum alijs, quos refert, & sequitur *Menoch. de recuper. possess. remed. 5. sub num. 4. vers. Declaratur quartò.* Ita etiam fuit resolutum *in causa Romana pensionis domus 11 Martij 1613. coràm bo. me. Card. Sacrato.* vbi prædicta *decis. Gregor.* canonizatur, vt etiam refert *Beltramin. in annot. ad d. decis. in litera A. num. 3.*

¶ *L. si extraneus. 6. ff. de condict. caus. dat. loquitur in extraneo, quando pro muliere dotem dedit.*

L. Si extraneus. 6. ff. de condict. caus. dat.

DECLARATVR à Rota *in Bononien. pecuniaria. Veneris 6. Martij 1592. à num. 3. ad 7. coràm Cardin. Mantica. est in eius impress. decis. 166.* vbi habetur, quod licet ex *d. l.* extraneo dotanti non mulieri competat condictio nuptijs non secutis: Tamen quando pater dotauit, & in omnem casum restitutionis, ipse pater, & Notarius pro filia est stipulatus, tunc nuptijs non secutis dicta filia cōdicit dotem. Item ex quibus capitibus eam ex *d. l.* extraneus repetit, ex ijsdem etiam dictæ filiæ debetur nuptijs non secutis, vt fusè *in d. decis. habetur.*

¶ *L. Si fideiussores. 42. ff. de fideiussor. intelligitur, quando fideiussores dati sunt in subsidium, & à principio non possunt conueniri, nisi excusso principali.*

L. Si fideiussores in id, 42. ff. de fideiussor. & quod per d. l. scribit. Ias. in l. vlt. in princip. nu. 1. & Curt. Iun. nu. 5. ff. si cert. pet. Grat. cons. 53. num. 59. lib. 1.

Intelligitur, quando fideiussores dati sunt in subsidium, & à principio non possunt conueniri, nisi debitor principalis prius excutiatur, vt explicat *Paul. de Castr. in l. si fideiussor. nu. 1. de fideiuss. & Alex. in l. decem. 116. num. 2. de verbor. obligat.* Non autem quando sunt fideiussores obligati simpliciter, & in solidum, non in subsidium. *Rota in Romana pecuniaria de Catalanis. Veneris 27. Ianuarij 1589. coràm Card. Mantica. est decis. 47. nu. 8. & 9. in impress.*

¶ *Præsumptio boni iuris, de qua in l. si instituta. 27. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam. in quibus casibus non procedat.*

L. Si instituta. 27. §. de inofficioso testamento. ff. de inoffic. testam.

1 † Non procedit præsumptio boni iuris, de qua in *d. l.* quando agitur ad hæreditatem fratris, vel sororis. *Couarr. pract. qq. cap. 6. num. 6. versic. secus esse in extraneis.* sequitur Rota *in Romana tutela de Ceulis. Mercurij 26. Iunij 1587. coràm Gypsio.*

2 Neque procedit dicta præsumptio, † quando vxor agit pro alimentis, & sumptibus litis contra tertium possessorem, & singularem successorem. *Rota in Senogallien. dotis. Veneris 26. Iunij 1592. coràm Cardin. Mantica. est decis. 95. nu. 4. in eius impress.* vbi eodem modo declarantur decisiones *Caputaquen. 18. & 20. part. 1.*

Vide, quæ pro intellectu huius *l. cumulauimus in 3. Part. 1. ad Bisignett. in decis. Rota Antiquior. decis. 2. de iudic. fol. 595. col. 1. & in Addit.*

¶ *in Alternatiuis quando minor summa debeatur.*

L. Si ita stipulatus fuero decē, aut quinq; 12. ff. de verb. oblig.

Quod minor summa debeatur.

DECLARATVR à Rota *in Spoletana pensionis. Mercurij 4. Nouembr. 1609. coràm Sanctiss. Lud. ..... est decis. 264. in Recent. part. 2. & in ter manuscript. est decis. 238. lib. 2. in impress. 431.* vt *d. l.* procedat, quando electio est debitoris, ex ibi adductis *num. 7. 8. & 9.*

¶ *Conductori propter casum fortuitum debetur diminutio, seu remissio mercedis, nisi suscepisset in se casus fortuitos, sub quibus non intelliguntur casus insoliti, & qui dicantur casus insoliti.*

L. Si merces. 28. §. Vis maior. ff. locat.

1 † Quod propter casum fortuitum conductori debetur remissio mercedis. Nisi suscepisset conductor in se casus fortuitos, quod sublimitatur non procedere in casibus insolitis. *l. fistulas. 78. §. frumenta. & ibi not. de contrah. empt.*

DECLARATVM fuit à Rota, quis esset iste casus insolitus, *vt per Accoramb. decis. 39. incip. Propter casum fortuitum. part. 1.* vbi dicitur, cum dubitaretur *in vna Nursina lacus 10. Aprilis 1551. corā Guidob.* quis diceretur casus insolitus, vt excusaretur qui suscepit in se casus fortuitos.

2 † Aduertendum esse, quod Doct. generaliter loquuntur, nec reperiri aliquem, qui se restringat ad tempus determinatum in testibus deponentibus de casu insolito, quia in hoc casu decisionis, duo erant sexagenarij, duo quinquagenarij, vnus quadragenarius, & quinque insuper annorum, alter triginta octo, & reliqui triginta annorum, & infrà, qui deponebant non recordari de tanta ruina, & impetu aquarum, & de tanta inundatione, qui numquam viderant similem, & quæ tot damna inferret, & quod si fuissent similes inundationes, vel

3 ipsi, vel senes recordarentur. † Dicunt enim Doctor. quod suscipiens in se casus fortuitos non tenetur de insolitis. *Bart. in l. sed etsi quis. 4. §. quæsitum. si quis caut.* dicit non teneri de inconsueto, & inuerisimili. *Ant. de Butr. in cap. 1. de commodat.* dicit de insolito, & inopinato. *Alex. cons. 107. col. penult. lib. 3.* de peste inconsueta, & inuerisimili. Et idem dicit *Corn. cons. 183. Nisi col. 4. lib. 4. Bart. in l. Seio. §. medico. de*

4 *annu. legat.* † dicit illū dici casum insolitum, qui in mille annis accidit, & *Corn. cons. 23. col. penult. lib. 3.*

5 loqui de centum annis videtur. † Declaratio Bart. est à Doct. recepta gratia cuiusdam exempli, non quod ad dictum tempus restringatur, & ita declarat *Alex. d. cons. 107. nu. 16. lib. 3. Ias. in d. §. quæsitum.*

6 Et quod ideò dicebatur † veram esse opinionem, quod necesse sit casum taliter esse insolitum, vt de eo cogitatum non præsumatur, & quod diligentissimus eum casum cogitare non potuisset, vt dicit *Corn. cons. 12. col. 3. lib. 4.*

7 Vlterius dicebatur, certum esse, † quod illud quod memoria hominum semel, aut bis accidit, non dicitur rarò euenisse secundum declarationem *Bart. in tract. de insula. in vers. quod rarò.*

8 Et † fortius inundationes huiusmodi dicebantur rarò euenisse, postquàm senes loci non recordabantur vmquàm similes vidisse, sed quod rarò accidere solet dicitur inuerisimile. *l. antiqui. si pars hæred.*

hered. pet. quod autem est inuerisimile dicitur incre-
9 dibile. *l. cum de indebito. post princip. de probat.* † Et quod est inuerisimile, & incredibile non præsumitur cogitatum. *l. Mauius. in princ. de legat.* 2. Ergo quod rarò accidit cogitatum non præsumitur, & per consequens quod intrabat prædicta Doctorum conclusio, *vt suprà. num.* 6.

Quod confirmabatur ex *Socc. in. consil.* 123. *col.* 2. *lib.* 4. *& Bald. consil.* 119. *incip. Verba dicunt. lib.* 1.
10 vbi dicit,† quod suscipiens casus fortuitos excusatur propter inundationem, quæ excessit solitas metas inundationis aquarum, & quod fuit quodammodo miraculum, cum accidisset diluuium maximum, & quod sufficiat opinio senum, & voluit *Alex. cons.* 28. *Visis, & accuratè. num.* 10. *& seq. lib.* 1.

Et pro ista opinione per prædictas rationes tenuit Rota, *vt per Accorambon. d. decis.* 39. *part.* 2.

ANNOTATIO.

IN eadem causa Nursina Lacus ante prædictam decisionem *à Fab. Accoramb.* annotatam extat alia decisio *sub die* 4. *Martij* 1547. *recollecta à Put. de-*
11 *cis.* 19. *in nou. incip. Suscipiens risighum. lib.* 3. † vbi dicitur, quod casus insolitus quis diceretur, remittebatur arbitrio boni viri, & non illud quod dicitur, quod tantum ille casus, qui in centum annis semel euenit.

CONCORDAT cum superius dictis. *Mobed. decis.* 3. *de locat. & conduct.* ad quam vide declarationem supra *Part.* 1. *ad d. decis. Mobed. fol.* 368. *prima impress. col.* 1. *&* 2.

Conclusio II.

d. L. Si merces 28. ff. locat. & conduct. & l. super rebus. fin. C. de contrah. empt.

In quibus habetur, quod mercede, vel pretio collato in tertium, si nolit, vel non possit arbitrari, contractus non sustineri.

RESTRINGVNTVR à Rota *in Romana domus. Mercurij* 9. *Iulij* 1593. *coram Cardin. Mantica. est de-*
1 *cis.* 235. *num.* 11. *in impr ss.* † quod non procedant, quando pretium rei venditæ in duos arbitratores, seu æstimatores fuit collatum, eisque data facultas in casu discordiæ eligendi tertium; Qui. si discordant, & nolint eligere tertium possunt cogi à iudice ad eligendum, & maximè fauore piæ causæ.

2 Et licet † *Bald. in cap.* 1. *nu.* 10. *de inuestit. in marit. facta.* dicat quod quando est compromissum in duos arbitratores qui dissentiunt, iudicem non habere tertium eligere. Tamen an iudex possit eos compellere ad eligendum tertium, quando fuit eis data facultas eligendi, non loquitur, & quod possit cogi dicitur in dicta decisione esse communem ex allegatis, *& dicitur num.* 11. *tolli rationem Bald.*

¶ *Filias dotare est omninò paternum officium, etiam quod filia habeat aliunde, quod intellige in vita patris, secus verò post mortem, & dispositio l. si pater. procedit tantum in patre, & non in fratre.*

L. Si pater. fin. C. de dot. promiss.

Ibi, neque enim incognitæ sunt leges, quibus cautum est; omninò paternum esse officium dotem pro sua dare progenie, vbi Doct. per illud verbum (omninò) communiter tenent, quod pater teneat dotare, etiam quod habeat aliunde. *Soccin. Iun. in l.* 1. *num.* 156. *vers. & hoc dico. num.* 162. *versic. cogitabis tamen.* vbi quod non est recedendum à communi opinione. *& num.* 164. *vers. fateor tamen.* vbi quod communis opinio magis sibi placet. *ff. solut. matrim.*

LIMITATVR ista l. à Rota *in Bononien. de Beroaldis. Lunæ* 15. *Decembr.* 1603. *coràm Reuerendiss. Gocci io Decano. est in Recent. decis.* 66. *nu.* 5. *&* 6. *p.* 1. quod *d. l.* dispositio procedat in vita patris, secus dicendum est post obitum patris, quia filia vltrà legitimam non debet tangere fideicommissum si habet aliunde ex Doct. ibid. suprà allegatis. *nu.* 3. Rationem differentiæ assignat, quia pater relinquendo filiæ legitimam satisfacit officio suo, *ad Peregrin. de fideicomm. art.* 42. *nu.* 68. *& benè Cuman. in l. mulier.* §. *cum proponeretur. num.* 2. *ad Trebell.* vbi expressè declarat hunc *text. in l. fin. C. de dot. promiss.*

LIMITATVR Secundò d. l. dispositio à Rota *in Perusina fideicommissi de Alphanis. Lunæ* 5. *Maij* 1614. *nu.* 2. *coram Remboldo. est decis.* 590. *par.* 1. *in Recent.* Quod *d. l.* dispositio locum habet in patre tantum, non autem in fratre dotante sororem in maiori quantitate, quàm de iure tenebatur dotare; tunc enim in ea parte, in qua fuit excessum, cessat vtraquè ratio legis, paterni, scilicet, officij dotandi filiam, & affectionis, quam erga illam gerere præsumitur, quæ non solet esse tanta in fratre erga sororem, atquè ideò meritò cessare debet iuris dispositio. *l. adigere.* §. *quamuis. ff. de Iurepatr. l. quod dictum. ff. de pactis.* Maximè quia dicitur exorbitans, & non trahenda ad alios casus, vt in simili tradit *Corn. cons.* 16. *nu.* 4. *vers. nec sunt termini pares. lib.* 3. *Menoch. cons.* 370. *nu.* 2.

In qua causa fuit tentum fratrem dotantem sororem in scutis quatuor millibus non tantum de bonis paternis, sed & de maternis pro medietate dotasse, cum præsupposito, *vt in fin. decis.* dicitur, quod mater, in cuius præsentia dos fuerat constituta, haberet tot bona in quibus dicta medietas cōstitui potuerit. Quæ decisio fuit posteà confirmata in eadem causa *sub die Veneris* 27. *Iunij* 1614. *est decis.* 651. *in Recent. part.* 1. vbi in specie sub *num.* 4. respondetur vltrà responsiones datas, quod præsumptio huius *l. fin.* tollitur contraria præsumptione, vt tradunt omnes Doct. *ad d. l.*

¶ *Testes examinati in casu naufragij, absquè partis citatione probant.*

L. Si quando. 6. C. de testib.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus suprà *in hac Part. ad c. in nomine Domini. extra. de testib.*

¶ *Procurator si non appellat infrà decendium qualiter subueniatur domino.*

L. 1. Si quem. §. fin. ff. quand. appell. sit.

Quod procuratore non appellante intra decendium, subuenitur domino.

DECLARATVR à Rota *decis.* 27. *Nota quod vbi. de appellat. in antiq.* Quod ille text. intelligitur, quādo dicit, *difficilè auditur dominus*, scilicet, quādo procurator fuit verè contumax, quia appellare non poterat, quia non erat soluēdo. Si verò erit soluendo, dominus auditur tantum infrà decem dies à tempore sententiæ; post autem non auditur. vt not. *Host. in c.* 1. *vt lit. non contest. super verb. purgauit. in princ. glos. vers. non obstat.* Et quod sic dominus auditur infrà decem dies, vbi procurator non audiretur.

¶ *Remedium l. si quis conductionis, 25, C. de locat. & conduct. procedit in quocumquè contractu, ex quo contrahitur obligatio ad restitutionem rei.*

L. Si quis conductionis. 25. C. de locat. & conduct.

1 Extenditur huius † l. remedium habere locum, non solum in locatione, sed etiam in quocumq; alio contractu ex quo contrahitur obligatio ad restitutionem rei; quia dum negat restitutionem, etenim rem qui tradidit spoliare. *Alex. in l. si quis rem. num. 1. & 2. de acquir. poss.*

2 Quod † etiam procedit in hærede eius, qui rem acceperit cum obligatione restituendi, scribit in specie. *Cagnol. in l. neq; pignus. num. 5. vers. quæ procedit non solum in conductore. ff. de reg. iur. & Cephal. consil. 47. num. 40.* quibus astipulatur *Rota coràm Card. Mantica in Sabinen. spolij molendini. Luna 16. Maij 1594. est in impress. decis. 277. nu. 5. & 6.*

Agens remedio *d. l.* debet locationem plenè, & concludenter probare. *Menoch. de recuper. remed. 1. num. 38.* sequitur Rota *in Ortonen. locationis. Veneris 14. Aprilis 1606. in fin. coràm Cardin. Marquemontio. est decis. 170. in Recent. part. 2.* Idem fuit dictum *coràm Card. Cauaier. decis. 171. nu. 1. incip. D. Veronica.*

¶ *Quærela inofficiosi testamenti præscribitur quinquennio, quod hoc tamen non extenditur ad ius petendi supplementum legitimæ.*

L. Si quis filium. 34. C. de inoffic. testam.

Cum in fine dicitur, quærelam inofficiosi testamenti præscribi quinquennio.

DECLARATVR à Rota *in Romana census de Celsis. Veneris 17. Decembris 1610. coràm Sanctiss. Ludouisio, quæ in eius impress. est decis. 489. incip. Resolutum fuit hæredibus. num. 5.* Quod huius l. decisio non extendatur ad ius petendi supplementum legitimæ, quod non quinquennio, vt quærela inofficiosi, sed spatio triginta annorum præscribitur, cum actio, qua petitur dictum supplementum sit personalis, vt ibidem dicitur *nu. 4.* quicquid contrà voluerit *Bart. in d. l. in fin.* qui communiter à Rota, & Doct. reprobatur, vt diximus supra *Part. 3. ad Bart. in d. l. si quis filium.* vbi videre poteris. *fol. 155 §. 83.*

Et propterea etiam reijcitur Additio *ad glos. in d. l. in verb. hæreditatē,* quæ fundatur in doctrina Bart.

Vlterius *in eadem decis. num.* 8. REPROBATVR *Ang. in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoff. testam.* qui constituit differentiam inter filium, & hæredem, quod respectu filij supplementum duret vsquè ad 30. annos, respectu autem hæredis non nisi quinquēnio. Qui Angelus meritò, vt ibi dicitur *in d. decis. num. 8. reprobatur à Ias. in hac l. si quis filium. sub nu. 5. vers. Sed iste intellectus nihil valet.* Et hoc ea ratione, quia si verum est, quod istud ius duret per triginta annos, non potest dici tacitè renunciatum per lapsum quinquennij, cum alijs multis adductis *à Ias. & à Rota d. d. nu. 8. vsquè ad 11.*

¶ *Testi regulariter non statur circa reuocationem primæ depositionis iuratæ, secus quando non est simplex confessio, & est in articulo mortis.*

L. Si quis in graui. 3. §. si quis. ff ad Senatus conf. Syllan. & ibi Roman. & Angel.

Quod regulariter non statur dicto testis per reuocationem primæ depositionis iuratæ.

DECLARATVR à Rota *coràm Cotta in Valentina Matrimonij Sacramentalis. Luna 13. Martij 1570. incip. An stantibus. Est decis. 282. in eius lib. in manuscript.* vt non procedat, quando confessio non est simplex, prout illa, de qua per Doct. *in d. §. si quis,* sed qualificata, & adminiculata, puta, prout in casu præsentis decisionis, vbi cum quidam deposuisset super actu matrimonij, postea constitutus in articulo mortis dixerat se falsum deposuisse, quæ confessio facta fuit de mandato Archiepiscopi Valentini, & sic quodammodo judicis, coràm Notario de ea rogato coràm duobus testibus Sacerdotibus, & tempore Confessionis Sacramentalis, quia Parochus nolebat eum absoluere, & aderant plura adminicula suadentia falsitatem primæ depositionis, & arguentia hanc vltimam veram. Quibus simul iunctis Rota dixit posse recedi ab opinione Doct. *in d. §. si quis.*

¶ *quoad Iuramentum l. si quis maior. 41. C. de transact. non habet locum in hærede, secus in solutione census, neque in minore iurante.*

L. Si quis maior. 41. C. de transact.

DECLARATVR à Rota, *vt per Simonet. decis. 38. incip. Fuit quæsitum.* vbi dicitur, quod l. non habet lo-
1 cum in hærede quoad iuramentum, *per cap. veritatis. cum ibi not. de iure iur.*

2 Et additur, † quod si iuramentum esset appositum in contractu censuali, de cuius natura est, vt non soluens censum non cadat, iuxtà *cap. constitutus. de relig. dom.* quod propter iuramentum caderet, *per not. in d. l. si quis maior. per Modern. Papiens. allegan. cons. Alex.* . . . .

3 Ista l. rarissimè † in practica locum habet. *Rota coràm Sanctiss. Ludouisio. decis. 68. Locauerat. num. 9.* Quia, vt ibi dicitur, quælibet etiam iniust. causa excusat à dolo, qui in ea requiritur, *vt per Ias. in d. l. si quis maior. nu. 3. Curt. Iun. sub nu. 17.* & fuit dictum *coràm fel. rec. Aldobrandino. in Cornetana bonorum 25. Iunij 1579. Est decis. 583. Constituerat. part. 1. diuers.* vbi quod etiam fuit dictum, in dubio iudicandum non esse locum dispositioni *d. l.*

4 Procedit autem *d. l.* in † maiore, non autem in minore iurante, *vt post Bart. in d. l. si quis maior. circa princip.* quem sequuntur DD. communiter, vt dicit *Curt. Iun. col. 1. in 1. requisit. Rota coràm Put. decis. 122. in nou. incip. In vna Romana. lib. 3.* quod etiā ipse *Put. not. in decis. 3. de iure iur. Dispositio. & fusius in decis. 9. Dispositio l. si quis maior. de transact.* prout vtrumq; locum recenset. *Ant. August. in suo Epitom. de transact. num. 15.*

Plura vide *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Lex. ad d. l. si quis maior. C. de transact.* Et suprà *Part. I. ad Crescent. decis. 1. de pact.*

¶ *Prælatus occupans aliquid nomine Ecclesiæ, non incidit in pœnam. l. si quis in tantam. C. vnd. vi.*

Conclusio I.

L. Si quis in tantam. 7. C. vnd. vi.

Vbi dicitur, quod inuadens possessionem violenter eam restituere tenetur, & si dominus est priuatur dominio, sed si non est dominus tenetur restituere vnà cum æstimatione.

DECLARATVR à Rota *decis. 247. inter impress. diuers. part. 2. num. 5. incip. Licet communis.* Quod

non procedat contrà Prælatum nomine Ecclesiæ occupantē, ita vt Ecclesia teneatur, vt latè per *Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. nu. 101. cum seqq.* & de communi testatur *Rip. in cap. sæpè. nu. 95. & in l. fin, num. 174. C. de renoc. donat. & in d. decis. num. 6.* hoc ampliatur, vt etiam procedat si Prælatus vnà cum Capitulo, vel habita congregatione, vel consilio, cum eo occupauerit.

DECLARATVR à Rota. Vide *in l. meminerint, 6. & l. si quis in tantam. 7. C. vnd. vi.*

Conclusio II.

Et quando *d. l. si quis in tantam. procedat Put, decis. 34. Dispositio. de restit. spol. & decis. 38. Committens eod. titul.* vtramq; decis. registrauit. *Ant. Aug. in suo Epitom. tit. de restit. in integr. c. 5. nu. 18. & fin.*

¶ *Fideiussor quod non possit agere antequàm soluat, quomodo procedat, & quod in eo habet locum. l. si quis mandato Titij. ff. negat. gest.*

L. Si quis mandato Titij. 29. ff. de neg. gest.

1 Vbi dicitur, † quod pro eo pro quo quis est obligatus, agit actione negociorum gestorum antequàm soluat.

DECLARATVR ista l. à Rota *coràm Card. Lancellotto Sen. in vna Romana indemnitatis 5. Nouembris 1578. incip. Quatuor obyciebantur. Est decis. 89.*
2 *inter eius select. in manuscrip.* † Quòd licet ista l. non
procedat in fideiussore, tamen si est obligatus in forma Cameræ dicitur principalis, & amittit priuilegiū fideiussorum secundum *Bald. in l. 1. num. 16. C. de conuen.*
3 *fisc. credit. lib. 10.* † Præterea etiam in fideiussoribus procedit dispositio *d. l. si quis mandato.* Quia Regula illa, quod fideiussor non potest agere antequàm soluat, inter aliàs limitationes habet illam, vt non procedat, quando actum est, vt ad tempus quis teneatur, *vt not. glos. in l. Lucius. in verb. condemnetur, in quarto casu. vt ibi trad. Alber. in princip. Bald. in versic. nunquid habeat. & Salic. in fin. ff. mandat. Glos. in l. si pro ea. in verb. feceris. in princip. vt per Bald. Fulgos. Salic. & Castr. C. mand. Afflict. decis. 241. num. 3. vers. alius casus. Ant. Gomez. de contract. c. 13. num. 10. vers. quartus casus.*

Et in casu decisionis, fideiussores voluerunt teneri ad annum tantum, & sic intrabat dispositio *d. l. si quis mandato Titij.*

¶ *Executorum iuramento statur, quando aliquid eis relinquitur piè distribuendum.*

L. Si quis pro redemptione. 36. §. sed tantummodo. C. de donat.

1 Vbi dicitur, † quod quando aliquid relinquitur piè distribuēdum per executores, statur eorum iuramēto.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualer. decis. 377. num. 2. incip. Cum bo. me.* Quod dispositio *d. text.* intelligatur in illis rebus, quæ commodè aliter probari non possunt, vt sunt expensæ minutæ, vel factis in partibus longinquis, tunc enim pro fide dicta executorum, & propter difficultatem probationis statur ipsorum iuramento, vt declarat *Bald. in d. l. num. 3. vers. quod est verum.* Secus verò si summa esset considerabilis, vt in casu illius decis. erat scutorum mille, quæ summa est etiam considerabilis in viro nobili, vt aliàs dictum fuit in Rota *coràm eod. Card.*
2 *Caualer. decis. 360. nu. 4.* vbi dicitur, † quod dos scutorum mille est sufficiens pro quacumque Comitissa, vt dicunt *Dec. Fulgos. Alciat. & alij DD. relati per Surd. decis. 61. nu. 9. incip. Dos Dominæ. & de aliment. tit. 1. quæst. 33. num. 39. incip. Quod sanam vxorem.*

¶ *in Ecclesijs, & Monasterijs, & illorum necessaria ampliatione, ex identitate, & maioritate rationis procedit. l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. funer. licet loquatur de sepulchro, & via ad illud, & qualiter ista materia procedat latè habes.*

L. Si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. funer.

Licet loquatur de sepulchro, & via ad illud, ex
1 identitate, & maioritate rationis, † habet locum in
Ecclesijs, & Monasterijs, & illorum necessaria ampliatione.

DECLARATVR à Rota *in Romana Palatij de Comitibus. Lunæ 16. Ianuarij 1612. corā Card. Sacrato. est in Recent. decis. 372. part. 1. & post Ias. in l. 2. nu. 4. ff. solut. matrim. Florian. in d. l. si quis sepulchrum. n. 1. Soccin. in regul. vendere rem suam. nu. 8. & 9. Cepoll. de seruit. vrban. prædior. cap. 82. nu. 5. Afflict. in proœm. Constit. Neapol. q. 3. num. 10. Grammat. decis. 75. nu. 1. & 2. Vinc. de Franch. decis. 223. n. 5. & 6.* tenuit Rota *in causa Neapolitana Monasterij 29. Aprilis 1602. coràm Card.* Lancellotto. *& in causa Romana demolitionis domus 29. Februarij 1608. coràm Reuerendiss. Manzanedo. & in Ianuen. domorum. Veneris 15. Maij 1615. coràm eodem Manzanedo. est decis. 676. part. 1. in Recent.*

Et *in d. Romana Palatij* Rota censuit, vbi suprà
2 *nu. 2.* † remedium *d. l.* esse multum extraordinarium, vt annotarunt *glos. ibi. in verb. sed extrà, & alij scribentes.* cum regulariter nemo cogatur vendere. *l. inuitum, & l. dudum. C. de contrah. empt.* Vnde prædicta *l. si quis sepulchrum.* minimè dedit actionem, sed officij iudicis implorationem, vt patet *ex d. l. in*
3 *vers. non tamen.* † Illud autem ab exorbitantibus à regulis iuris, & quæ iudicis officio veniūt expedienda iure cautum reperitur, vt strictè, & cum magna æquitate procedatur, iuxtà trad. per *Bald. in l. 2. num. 10. vers. & ideò. C. de rescind. vend. Surd. de alim. quæst. 1.*
4 *tit. 3. nu. 17.* præcipuè dum agit Ecclesia, † quæ est cultrix iustitiæ, & mater æquitatis. *cap. vnico. vers. sed diuersum. de alienat. feud.* quam discretionem reducendo materiam ad iudicis arbitrium in istis terminis cōmendat. *Conarr. var. resol. lib. 3. c. 14. in fin.*

In qua Romana Palatij Rota censuit Ducem de Comitibus non potuisse cogi ad vendendū palatium antiquum suæ familiæ cum insigni Turri, & sic concurrente insigni, & extraordinaria nobilitate, qualitate ædificij, sed Monasterium potuisse dilatari ex
5 alia parte ipsi contigua. † Neque propterea sequi, quod *d. l.* ita intellecta, esset Ecclesijs, & Monasterijs talis intellectus non multum proficuus, quia in alijs locis non ita omnia ista poterant de facili concurrere, vltrà quod non intendebat firmare, quod quælibet familia nobilis posset *d. l.* dispositionem euitare.

6 Et fuit etiam consideratū, † quod Moniales erant
posteriores in dicto loco per multa secula, vnde debebant præuidere loci capacitatem, vt etiam fuit consideratum *in d. Neapolitana coràm Card. Lancel-*
7 *lotto. 28. Nouembris 1601. & 29. Aprilis 1602.* † Et
quod si ista materia ita indistinctè practicaretur,

ape-

aperiretur via fraudibus, siquidem possent isti agentes pro locis pijs, qui aliquando habeant proprios affectus emere domunculam propè aliquam bonam familiam, & incontinenti retrahere illius habitationem, quod certè esset nimis durum.

Eiusdem l. dispositionem Rota *in d. Romana de-*
8 *molitionis coràm Reuerendiß. Manzanedo*, † tenuit habere locum non solum in Ecclesia ædificanda, sed etiam in Ecclesia, vel Monasterio, aut aliqua parte illius amplianda, vt tunc vicinus compelli possit officio iudicis domum vendere. *Florian. in l. 3. §. locum. ff. de relig. dom. & in d. l. si quis sepulchrum. Grammat. decis. 75. nu. 1. latè Ant. Gomez. in l. 46. Taur. num. 9. Franc. Marc. decis. 534. nu. 3. cum seq.* & suprà dictum est *in d. Romana Palatij.*

9 Vlterius dicitur *in d. Romana demolitionis*, † quod ratione publicæ vtilitatis, licet recedere à dicta regula. *l. in...tum. & simil. Florian. in d. l. si quis sepulchrum. Fabian. de Mont. de empt. & vendit. quæst. 3. nu. 38. vers. secundò ratione publicæ vtilitatis. Rub. Alexand. consf. 92. num. 2.* Ac propterea diruta domo reddebatur, in casu ibi proposito, amplior, & commodior via publica ad portam S. Andreæ de Valle, & commodior ad eam aditus, cum dicta Ecclesia sit vna de insignioribus, & nobilioribus Vrbis ædificijs.

Vnde *d. l.* dispositio non solum procedit in domi-
10 bus contiguis ipsis Ecclesijs, seu Monasterijs, † sed idem videtur dicendum si inter domos, & Ecclesiam existat via media, iuxtà tradit. *à Padill. in l. altius. num. 19. vers. neq; iuris. C. de seruit. & aq. & à Vinc.*
11 *de Franch. decis. 223. nu. 4.* † Et potissimè procedit dicta opinio, quando non agitur de Ecclesia ædificanda, seu augenda, sed de via publica ad portam Ecclesiæ directa amplianda pro eiusdem Ecclesiæ, &
12 Ciuitatis ornatu, prout erat in isto casu. † Nec obstare quod *Couarr. vbi suprà. num. 8. vers. cæterum si controuersiam istam.* non acquiescat supradictę communi opinioni, illamq; pluribus fundamentis euertere conetur. Tum quia ipse *num. 7. vers. quibus sanè* fatetur illam esse communẽ. Tum quia *d. nu. 8. §. fin. vltimò hac in cõtrouersia.* fatetur iudicem æquissimè facturum vtendo prædicta frequentissima Doct. sententia illamq; in praxi tutissimè admitti posse, si attentis circumstantijs, quæ discreti iudicis arbitrio sunt examinandæ nullum, aut sanè paruum detrimentum ex hac venditione priuato inferatur.

Accedebat etiam in prædicta causa *Romana demo-*
13 *litionis domus*, † *quia Regulares S. Andreæ obtinuerant à fel. record. Gregor. XIV.* indultum compellendi vicinos non pro Ecclesia fabricanda, sed pro platea complananda, cum alijs ibi adductis, quod ista viæ directio spectabat ad perfectionem fabricæ, vt in dicto indulto legebatur.

ROTA, circa eamdem *l. in superius allegata Ianuen. domorum. Veneris 15. Maij 1615. coràm Reuerendiß. Manzanedo. est decis. 676. part. 1. in Recent.*
14 † Dixit ex Doct. ibi citatis, & superius allegatis, tria exponi requisita, vt vicinus compelli possit ad vendendum suam domum Monasterio ædificando, seu ampliando. Nempè quod concurrat necessitas Monasterij, & contiguitas domus ipsi Monasterio, & quod ex tali venditione non magnum præiudicium vicino vendere compellendo subsequatur. Quæ requisita desumuntur ex *d. l.* contextu; quatenus ibi dominus sepulchri viam ad illud non habebat, & sic aderat necessitas. Et quatenus dicitur, quod via impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habet; ibi insinuatur opus esse domus contiguitate cum Monasterio. Et tandem *in vers. Præses.* disponitur, quod ita iter præstetur, vt iudex etiam de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum. Vt de primo requisito in casu ibi proposito inter Iesuitas, & Theatinos habetur *num. 3.* De secundò *nu. 4. 5. & 6.* De tertiò *à nu. 7.* ex quibus fuit ibi resolutum pro Iesuitis; sub reseruatione quorumdam Priuilegiorum, de quibus ibi *in fin.*

ANNOTATIO I.

Quod hic dictum est sub *num. 4.* quod Rota censuit Ducem de Comitibus, non potuisse cogi ad vendendum Monialibus S. Catherinæ Senensis pro dilatatione Monasterij suam antiquam, & auitam domum cum celebri Turri dicta de Comitibus. Scias posteà per viam amicabilem relicta coactiua Moniales obtinuisse intentum, & fuisse Monasterio incorporatam.

ANNOTATIO II.

Quod hic dictum est *num. 8. & seq.* quod pro dilatatione viæ ad Ecclesiam possunt cogi non vicini, sed qui distant (mediat enim via publica, & etiam in proposito ante domum de cuius partiali demolitione agebatur aderat domus S. Elisabettæ, quam prius obtinere debebant dicti Regulares S. Andreæ, vt dicitur *in fin. d. decisionis*) ad vendendum. Scias quod ista causa fuit concordata, instante admodum R. P. Marcello Pignatello, ex Clericis Regularibus Theatinorum commanantium in dicta Ecclesia S. Andreæ de Valle, ob cuius præclara merita ad Esinæ Ecclesię Episcopatum fuit assumptus, & R. P. D. meus Manzanedo Iudex Collegij Anglicani, cuius erat dicta domus, fuit ab ijsdem Religiosis deputatus Iudex in concordia, & Ego, qui tunc causarum dicti Collegij Patrocinio fungebar, deputatus arbiter pro vtraquè parte, & Architectus Collegij pro differentijs sic talibus, & sic causa terminata refectis Collegio omnibus damnis, & interesse.

Ista etiam opinio, proh dolor, cousq; processit, vt non solum ad vicinas domos, sed ad integras insulas ad coinsulas, ad tertias etiam insulas processerit, etiam cum euidenti damno dominorum domuum, cum cogantur vendere longo ante tẽpore construendę fabricæ, & quod quæ interim ex earum domibus emolumenta domini percipiebant satis minora ex pecunijs expiscari, sed de istis satis. Quid dicendum si *d. l.* ad ventos, etiam ampliare videremus, vt non extollantur ædificia ne ventus impediatur extrà casus à iure expressos. Sed de his alibi satis fusius dicemus. Sufficiat indicasse qualiter *d. l.* priuilegium ad instar aquarum subrepat.

ANNOTATIO III.

Neque hoc loco videtur omittendum paternum, pastorale, & heroicum factum fel. rec. Pauli Papæ V. qui inter Pastoralis officij munia maximè quieti, & paci inuigilabat; qui cum supplicationem signasset ad fauorem quorumdam Clericorum Regularium, qui cum residentiam haberent in quadam Ecclesia in recenti eorum ad Vrbem aduentu, Collegiata posteà Ecclesia, & antiquissima fuit eis applicata, quibus nõ contenti, cum situm quemdam prospexissent, & in situ paruã quamdam granciam, quam, vt dixi, signata

manu

manu Papæ supplicatione obtinuerāt, quod vt vicini rescipierint, ne ex voluntario dictorum Clericorum ingressu deueniendum esset ad coactiuum omnium dict: sirus insulam habitantium egressum ex hac *l. si quis sepulchrum*, ad instar simiorum, vel potius grumum eorū Duce, & antisignano D. Antonio Nigro ad dictum Paulum V, reclamauerunt, & iteratis pluries clamoribus paterna tādem voce respondit dictis Clericis, non esse procuranda loca, vbi vicini eos pro vicinis habere nolebant, & propterea lacerata supplicatione in partium præsentia, euanuit dictorum Clericorum prætensio. Quod si vicini præuiderent non esset locus disputationi, *d. l. si quis sepulchrum.*

¶ *In contractibus, non autem in legatis procedit dispositio. l. si quis stipulatus. 57. ff. de solut. & ad hoc, vt procedat quid requiratur.*

L. Si quis stipulatus fuerit decem in melle. 57. ff. de solut.

Dispositio istius text, procedit in contractibus non autem in legatis, in quibus electio est legatarij. *Glos. in l. plerumq; in fin. ff. de iur. dot. Alex. in l. qui duos. de legat. 1. Felin. in cap. inter cæteros. num. 4. de rescript.* Fuit dictum in *Pisana legati 22. May 1593. corā Card. Pamphilio.* & de magis communi testatur *Corn. consil. 215. num. 2. lib. 4.* sequitur *Aym. cons. 187. num. 5.*

Neque procedit dispositio *d. l.* quando constat de mente testatoris volentis legatum solui in pecunia, quia tunc non est locus facultatiuæ bonorum solutioni, *vt per Synest. Aldobrand cons. 115. nu. 31.* quem approbauit Rota *in causa Rauennaten. donationis 22. Iunij 1599. corām Card. Lancellotto.* Prout vtramq; *d. l.* limitationem amplexa fuit Rota *in Bononien. de Amorinis 4. Decembris 1609. corām Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 202. num. 3. & 4. part. 2.* Et ponuntur signa ad cognoscēdum quando testator voluit, vt legatum soluatur in pecunia non in bonis. Super *d. l. si quis. Vide Rotā decis. 255. à n. 2. ad 5. p. 1. diuers.* quæ nihil resoluit *à d. nu. 2.* sed est discursus,

Alia in materia alternatiuæ quando electio sit creditoris, vel debitoris, Vide sup. *Part. 3. circa Doct. ad Bart. in l. qui Romæ. in princ. ff. de verb. oblig. fol. 153.*

¶ *Testis semel approbatus, an amplius reprobari possit.*

L. Si quis testibus. 13. C. de testib.

Vbi dicitur, quod contrà personam testis, quem quis semel produxit, non potest opponere, nisi causa de nouo emerserit, sed contrà eius dicta sic.

DECLARATVR à Rota *corām Seraph. decis. 295. num. 9. & 15. incip. Causa fuit t. r.* Quod ex rationis identitate locum habet tam in examine futuro, quàm præterito, & non procedit respectu examinis facti in alia causa, *vt per Salicet. in d. l. num. 9. versic. quæro nunc sextò.* maximè, quando exceptio est introducta fauore tacentis. *Rota corām eod. Seraphino decis. 289. incip. Fuit resolutum regulam. & decis. 265. incip. Domini non fuerunt concordes.*

¶ *Ius superueniens lite pendente ex causa de præterito conualidat iudicium.*

L. Si rem. 9. §. fin. ff. de pignor. act.

Quod ius superueniens debitori ex causa de præterito conualidat iudicium.

Vide amplam dotem ad hanc l. *Part. 3. ad Capic. decis. 16. incip. In causa. à num. 2. & seq. fol. 162.*

¶ *Matrimonio dissoluto antequàm dies solutionis adueniat, actio pro dote ad mariti hæredes transit, qui eam cedere tenentur, vt illam dotem consequatur, & qualiter hoc intelligatur.*

L. Si socer. 45. §. Lucius. ff. solut. matrim.

Vbi cauetur matrimonio dissoluto antequàm dies solutionis adueniat, actionem pro dote ad mariti hæredes transire, qui eam cedere tenentur vxori, vt illa dotem consequi valeat.

DECLARATVR istius l. dispositio à Rota *in Romana dotis. Lunæ 29. Februarij 1616. num. 7. corām Verospio. est decis. 708. part. 1. in Recent.* Quod militet, quando stipulatio fuit solum facta pro filia, & restitutionis tempore pater non superuixit. Secus verò quādo superuixit, & ad illius fauorem fuit facta stipulatio, tunc enim non procedit *d. l.* dispositio. *Castrens. cons. 11. sub nu. 1. vers. hoc autem quod dos. lib. 1. Gabr. cons. 58. lib. 1. Salic. in l. vnic. §. videamus. num. 37. vers. sed ista non attingunt. C. de rei vxor. act. Barbos. in l. 2. §. quod in patris. num. 8. ff. solut. matrim.*

Vbi etiam *nu. 8.* fuit additum, quod patre decocto posset procedere, quod filiæ dos esset restituenda, quia esset pater eo casu habendus tamquàm naturaliter mortuus, sed hoc iustificabatur, cum discussionis libellus ad vnius tantum creditoris instantiam emanasset.

¶ *Debitor, quando liberetur per depositum.*

L. Si soluturus. 39. ff. de solut.

Vbi agitur, quando debitor liberetur per depositū.

DECLARATVR ista lex à Rota *corām Orano in Bononien. bonorum de Gambarinis. Lunæ 4. Nou. 1585.*

Quam declarationem vide in *nostris Singular. ex Rota Romana in Addit. Ad Aldobr. in d. decis. Bononien. bonorum de Gambarinis. Ven. 4. Nouembr. 1580. num. 11.* vbi *num. 10.* habes etiam declarationem *ad doctr. Bart. in d. l. num. 5.*

¶ *Donatio facta à patre filiæ in potestate existenti, quando valeat.*

L. 1. Siue fuerit. §. si pater. ff. vsucap. per donat. Dec. in cons. 432. num. 3. incip Cum sit, quod.

Vbi habetur, quod donatio facta filiæ in potestate existenti non valeat.

DECLARATVR à Rota *corām Cardin. Mantica decis. 166. num 14. incip. Supponendo stipulationem.* Quod hoc non procedit fauore dotis. *l. Pomponius. & ibi Bart. ff. famil. erciscu. glos. in l. 2. in verb. in potestate. ff. de inoff. donat. Bart. in l. frater à fratre. n. 57. ff. de condit. indeb. Rom. in l. si donatione. num. 5. C. de collat.* Et hoc habet etiam locum, si matrimonium non sit subsecutum. idem *Roma in l. si extraneus. n. 3. & Ias. num. 16. ff. de cond. ob caus.*

¶ *Dilatione pendente possunt decerni literæ compulsoriales non obstante partis protestatione, cum hoc non repugnet dilationi.*

L. Siue pars. 3. C. de dilat. Et cap. significante, 69. de appellat.

1 † Quod dilatione pendente officium iudicis conquiescit.

DE-

DECLARANTVR à Rota, *vt per Accoramhon. decis.30. in manuscript. incip. Pendente dilatione. lib.1.*
† Quod officium iudicis non conquiescat quoad diuersa, & ea, quæ non repugnant dilationi, & ei non fit præiudicium. *Bart. in d. l. siue pars. circa princip.*
3 *& Abb. in d. cap. significante. num.9.* † Vnde dixit Rota, quod pendente dilatione data parti citatæ in Curia, poterant, prout datæ fuerant literæ compulsoriales non obstante partis protestatione; quia, vt dictum est, literæ compulsoriales non faciunt præiu-
4 dicium dilationi. † Quia talis dilatio datur potius, si rectè consideretur, ad iuuandum istam dilationem: Datur enim talis dilatio parti, vt possit deliberare, an velit cedere, vel contendere. *l.1. ff. de edend.* sed vigore literarum compulsorialium extrahûtur instrumenta, & sic potest pars, cui est data dilatio ad deliberandum, melius considerare, videndo iura extracta per compulsum, an sit cedendum, vel litigandum.
5 Et insuper fuit dictum, quod licet tẽpore † feriarum generalium conquiescat officium iudicis. *l.1. §.1. ff. de fer.* Tamen quod de stylo tales compulsoriales solent concedi in possessorio de tempore feriarum. *Rot. decis.2. de caus. possess. & propriet. incip. Tempore*
6 *feriarum. in nou.* † & conceduntur etiam parte non citata. *Rot. decis.42. incip. Nota quod compulsoria. de probation. in antiq.* Et in fin. decis. dicitur, quod dictæ compulsoriales de eo tempore indistinctè dabantur.

¶ *Possessio præsumptiua, quæ est vt possessio de præterito præsens præsumatur, procedit tàm in interdicto vti possidetis, quàm in interdicto vtrobi.*

L. Siue possidetis 16. C. de probat.

Regula illius l. quæ est quod præsumptiua possessio, videlicet, qui de præterito possedit præsumitur etiam hodie possidere, procedit tàm in interdicto vti possidetis, quàm in interdicto vtrobi iuxtà distinctionem, de qua *Rot. coràm Cantuccio decis.4. Fuit conclusum. diuers. part.2. à num.17. vsque ad fin.* prout etiam notauimus suprà *Part.3. in §. Grat. cons.50. Reuerendissimè. lib.1. fol.185. §.2.*

¶ *Filius licet exclusus à successione, quando eius mater est exclusa, tamen hoc non procedit, quando non vult succedere ex persona matris, sed ex persona propria.*

L. Si viua matre. 3. C. de bon. matern.

DECLARATVR ista l. à Rota *coràm Decano Rubeo in vna Caualliccen. Baronie de Thoro. Merc.18. Martij 1571. incip. Præsupposito. Est decis.524. in eius lib. in manuscript.*

Quod licet exclusa matre censeatur exclusus eius filius ex *d. l.* si viua matre. Tamen quod hoc non procedit, quando filius vult venire ex persona propria, non ex persona matris, vt quando venit tanquàm masculus vocatus à testatore, *iuxtà not. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. de liber. & posthum.* vt quando testator non habuit respectum ad agnationem tantum, sed ad sexum masculinum, quia possct ferre arma, & cognomen testatoris. Ideo censetur vocasse etiam masculos descendentes ex fæminis, qui veniunt appellatione liberorum. *l. liberorum. 220. ff. de verb. signif.* Maximè, prout in casu decisionis, si sint vocati alij extra agnationem.

¶ *Legatum mobilium in aliquo loco existentium intelligitur, etiam de mobilibus eò transmissis post testamentum iussu testatoris, vt ibi perpetuò manerent.*

L. Si vxori. 41. ff. de aur. & argent. leg. in §. cum ita. vers. Atteius Seruium.

Vbi dicitur, quod cui argentum, quod in Tusculano fundo cum moreretur, habuisset, legatum esset: & quod antequàm moreretur, ex Vrbe in Tusculanũ iussu testatoris translatum esset, deberi contrà fore, si iniussu translatum esset.

DECLARATVR à Rota *coràm Decano Pegna in Romana legati Medaliarum. Veneris 28. Aprilis 1589. incip. Io. Federicus. Est decis.19. in eius lib.1. in manuscript.* Quod in casu *d. l.* legatum argenti ex Vrbe translati, ideò deberi legatario, quia fuerat translatum iussu testatoris, vt perpetuò in fundo Tusculano esset, vt notauit ibid. *Glos. in verb. translatum.* Quod tamen secus est, quando translatio non fuit facta, vt res translata ibi perpetuò esset mansura, vt quando testator destinauit, vt res reuerteretur. Sicut erat casus decisionis, vbi fuerunt legatæ medaliæ Romæ facto testamento, quæ posteà fuerant ab ipso testatore Parmam translatæ animo reuertendi quàm primum per tẽpus opportunũ sibi licuisset, ac propterea fuit dictum præfatas medalias comprehendi in legato, cum non essent Parmam translatæ, vt ibi perpetuò essent, prout erat casus *d. l. si vxori.* sed animo eas reportandi pro temporis opportunitate, vt dictũ est.

¶ *Fideicommissum relictum in diem mortis, non cedit ante diem mortis naturalis.*

L. Statius Florus. 48. §. Cornelio Felici. fin. ff. de iure fisc.

Vbi dicitur, quod si hæres institutus grauatus sit restituere hæreditatem post mortem alicui, si bona omnia hæredis ante mortem sint confiscata, transibit in fiscum etiam illud, quod est subiectum fideicommisso, & si hæres est damnatus, vel deportatus, potest fideicommissarius post eius mortem naturalem vindicare a fisco fideicommissum.

DECLARATVR à Rota *decis.113. inter impress. diuers. part.2. num.3. incip. Domini ex deductis.* Quod loquatur in hærede grauato fideicommisso, & non in fideicommissario, & nõ procedat in re expressè alienari prohibita. *Alex. cons.23. num.1. & per tot. incip. Optimè consideratis. lib.1.* cuius opinio est communis, & vsu recepta, *vt per Curt. Iun. cons.120. nu.10. Boss. de publicat. bonor. nu.34. & 42. Bald. cons.280. num.2. incip. Factum sic.* cum allegatis per *Adden. ad dicto cons.23. Alex. in litera E.*

¶ *Libertas non impeditur propter obscuritatem rationum, si Statuliber paratus sit pro eis satisdare.*

L. Statuliber rationem. 5. in princip. ff. de stat. lib.

1 Vbi dicitur, † quod propter obscuritatem rationum libertas non impeditur, si statuliber paratus sit pro eis satisdare.

DECLARATVR à Rota *coràm Put. decis.461. ante fin. incip. Die vndecima.* Quod licet *Capic. in decis.17. num.2. incip. In causa Reuerend.* dicat, quod dicto text. loquatur in casu speciali libertatis, tamen secundum DD. intelligitur, etiam in casu, in quo
2 cessat fauor libertatis, † & in quocumque condemnato ad

ad reddendum rationem, *vt per DD. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. & in l. 1. ff. qui satisd. cog.* vbi Ias. exemplificat in tutore.

¶ *L. Sticho. 36. ff. de vsu, & vsufruct. leg. quando procedat.*

L. Sticho. 36. ff. de vsu, & vsufruct. legat.

Procedit quando testator tempore legati coniunctæ personæ crediderit rem, quam legauit ad se pertinere ex aliquo speciali titulo, qui tamen eo ignorante fuerat extinctus, *vt per Couarr. in cap. filius verò. 40. de testam. & per Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 9. num. 40. vers. & hoc sanè. Rota in Romana hæreditatis de Marescottis. Lunæ 18. Aprilis 1611. coràm Card. Lancellotto. n. 3. est in Recent. decis. 309. nu. 3. & 4. part. 1.* vbi quod cessat credulitas, quando testator fuit per confiscationem priuatus de bonis ab eo legatis, cum in facto proprio non possit allegari ignorantia, præsertim quando prout in isto casu, testator fuit carceratus, condemnatus, & Castra Cameræ incorporata.

Et quod limitatio adducta *in d. l. Sticho.* non procedit in institutione filij, quia tunc fauore testamenti ne rumpatur valet legatum, & debetur æstimatio. *Gugliel. de Cuneo,* quem refert, & sequitur *Bald. in l. scimus. num. 9. & ibi Paul. de Castr. num. 4. Salic. in d. l. scimus. §. repletionem. sub nu. 6. vers. quero id quod de cautione dicitur. C. de inoffic. testam.*

¶ *Officia empta ex pecunia creditoris, sunt creditori obligata, & quando hoc non procedat.*

L. Super hypothecis. 27. C. de pignor.

Vbi dicitur, quod officia empta ex pecunia creditoris, siue sint empta nomine debitoris, siue aliorum, sunt ei creditori obligata; & hoc est speciale in militia.

DECLARATVR à Rota coràm *Card. Seraphin. decis. 1294. nu. 4. incip. Fel. rec. Sixtus V.* Quod non loquatur de ijs officijs, quæ venali, vel ad hæredes transmitti possunt.

¶ *Emptio, & venditio non dicitur perfecta, quando pretium conferatur in tertium, nam eo non arbitrante contractus est nullus, & est locus pænitentiæ.*

L. Super rebus. fin. C. de contrah. empt.

1 Vbi † validus definitur contractus emptionis, & venditionis sub pretio collato in arbitrium tertij.

DECLARATVR à Rota coràm *Decano Pegna in Romana pratensa venditionis Capsulæ auri, & argenti. Lunæ 23. Ianuarij 1589. incip. Hieronymus de Mare.*

2 *Est decis. 6. in eius lib. 1. in manuscript.* † Quod dicta venditio est conditionalis, vt siquidem ille, qui nominatus ad pretium constituendum, pretium definierit, tunc venditio ad effectum peruenire debeat, secus autem non constituto, aut definito pretio, tunc enim pro nihilo est venditio, quasi nullo pretio statuto, vt dicitur *in §. pretium. Instit. de empt. & vendit.*

3 Et † illo tertio non arbitrante est locus pænitentiæ. *l. contractus. C. de fid. instrum.*

4 Quod † procedit, etiamsi emptor scripsisset ad venditorem, vt merces ad eum transmitteretur pro iusto pretio, siue pro pretio, quod iustum declarabitur. Quia adhuc non resultasset valida emptio, & venditio, sed solum contractus quidam innominatus, qui non perficitur consensu, & idcò esset locus pænitentiæ, quam sententiam post diligentem præmissam discussionem receptionem esse asserit. *Pincill in Rubr. C. de rescind. vend. p. 2. nu. 20. vers. vides magnā Doct. varietatē. & n. 21. vers. ego cōmuni opinioni adhereo.*

EADEM *l. fin. super rebus. C. de contrahend. empt.* RESTRINGITVR à Rota coràm *Card. Mantica.* Vide suprà *in l. si merces. 28. ff. de locat. & conduct. fol. 568.*

¶ *Expensæ litis peti non possunt, quando Iudex omisit in eis condemnare, & vtraq; pars acquieuit sententiæ.*

L. Terminato. 3. ff. de fructib. & expens. lit.

Vbi dicitur, quod finita causa per sententiam diffinitiuam, si non est facta mentio de expensis litis, non possunt amplius peti.

DECLARATVR à Rota coràm *Reuerendiss. Ortembergo in causa Romana vineæ, seu Saluiani interdicti. Veneris 12. Iunij 1609. Bartholomæus Rana.* Quod non habeat locum, vbi adest statutum, quod victus victori condemnetur in expensis, quale est *Statutum Vrbis. lib. 1. cap. 194. glos. in l. 3. §. si rem. in verb. fortasiè, & ibi Bart. nu. 3. ff. de legat. 3. & glos. in l. non solum. in verb. oportere. ff. de rei vindicat. Alex. in l. Paulus. num. 8. ff. de rei iud. Soccin. reg. 133. fall. 3.* Intellige tamen hoc, vt dicitur *in d. decis. §. Quia responsum.* quod dictum statutum habeat tātum locum in Curia Capitolina, vt patet ex verbis statuti, ibi, *Et prædicta coràm quibuscumquè Iudicibus Capitulinis seruanda sunt.*

Vide suprà *Part. 2. circa Stylum, & Obseruat. Rotæ in verb. Expensæ. §. 1. Rotà semper condemnat succumbentem. fol. 46. col. 1.*

¶ *Ignorantia iusta confirmat alienationem rei per fideicommissum relictæ, quæ subiacet restitutioni, nisi adsit expressa prohibitio testatoris, cum alijs in hac materia notatis.*

L. Testator. 92. §. fin. Maritus vxorem. de legat. 2.

1 Vbi dicitur, † quod iusta ignorantia, alienationem rei per fideicommissum relictæ, quæ subiacet restitutioni, confirmat.

DECLARATVR à Rota *coràm Cantuccio in Romana Palatij. Veneris 8. Martij 1577. incip. In causa.*

2 *Est decis. 49. diuers. part. 2.* vbi *num. 4.* † dicitur, quod dispositio *d. §. fin.* non habet locum stante expressa prohibitione testatoris, iuxtà opinionem *Castrens. in*

3 *d. §. fin. num. 2. vers. sed quid.* & quod dicta † opinio non solum est communis, & receptissima, vt ex multis Doct. comprobatur *à num. 5. vsquè ad 9.* sed etiam est de iure vera, & tenenda, vt fusè probatur *à dicto num. 9. vsquè ad num. 56.* vbi respondetur ad omnia in contrarium allegata.

4 An autem dispositio *d. §. fin.* † procedat in legato, siue fideicommisso particulari; Dicitur *ibid. n. 57.* quod ista quæstio est multum controuersa, & Doct. quod in ea diuersimodè loquantur, vbi etiam allegantur pro vtraquè parte Doct. Et *num. 60.* dicitur, quod Domini stante resolutione firmata, quod dispositio *d. §. fin.* non procedat, quando interuenit expressa testatoris prohibitio, iudicarunt super illam dispositionem, & resolutionem huius secundæ limitationis, quod *d. §. fin.* non procedat in fideicommisso in particulari, maximè stante Doct. varietate in opinionibus, ac etiam articuli difficultate.

5 An

5 An deniquè *d. §. fin.* † cesset in fideicommisso relicto, vt permaneat in familia, Quamuis *Bolognett. & Alciat.* teneant pro negatiua, Tamen Rotæ, vt ibi dicitur *num.51. in fin.* noluit circa veritatem huius opinionis quicquam firmare.

Ad materiam istius *§. fin.* & confirmationem *doctr. Castr. de qua suprà. nu.2. & 3.* possunt videri Decisiones *coràm Oradino. 20.21. & 22. p.1. diuers. quæ in lib.2. Oradini sunt 408. 503. & 558.*

L. Titiæ si non nupserit, ff. de condit. & demonstr.

DECLARATVR à Rota *coràm R.P.D. Pirouano decis.480. incip. Hoc dubium. nu.9. in Recent. part.2.*

Et remissiuè notauimus suprà *Part.3. ad Bald. in l. Deo nobis. nu.1. C. de Episc. & Cler. fol.133. col.1.*

¶ *Hæres licet non sit socius, tamen est successor commodi, vel incommodi, quod ampliatur.*

L. Verum est. 64. §. in hæredem. ff. pro soc.

Vbi quod licet hæres non sit socius, tamen est successor commodi, & incommodi.

AMPLIATVR iste textus ita generaliter loquens post Doct. à Rota allegatos *in Ferrarien. pecuniaria 19. Ianuarij 1611. coràm R.P.D. Pirouano. nu.4. est in Recent. decis.279. part.1.* vt procedat siue lucrum sit factum ante siue post mortem socij.

Et vide suprà *Part.I. in Decis. Romana participationis Doganæ. Lunæ 9. Maij 1583. coràm Bubalo.*

¶ *Milliaria 20. pro singula dieta à lege assignantur, & qualiter procedatur in mensuratione.*

L. Vicena millia. in princip. 1. ff. si quis cautionibus.

Quod pro singula dieta 20. milliaria à lege assignantur. Vide suprà *in l. itinere. 3. de verb. signif. & l. vicena millia, &c.*

Et licet Doct. in hac l. admittant mensurationem: Hoc tamen habet locum, quando non constat de distantia secundum vulgarem vsum, vt dicitur *in Balneoregien. bonorum. Mercurij 14. Iunij 1600. nu.3. coràm Seraphino. est in impress. decis.1370.*

¶ *Gratia concistorialiter emanata non conceditur, nisi cum clausula, si preces veritati nitantur, quod non procedit in gratia facta de plenitudine potestatis.*

L. Vniuersa. fin. C. de diuers. rescript.

Vbi dicitur gratias Consistorialiter emanatas concedi non solere, nisi cum clausula, Si preces veritati nitantur.

DECLARATVR à Rota *in Gerunden. prioratus de Rocca Rubea. Mercurij 10. Decembris 1614. coràm Card. Verospio, incip. Post decisionem. est decis.612. in Recent. part.2.* vbi *num.8.* dicitur, quod *d. l.* non loquitur de gratia facta de plenitudine potestatis, qualiter facta erat vnio per Clementem VIII. de Prioratu Rocchæ Rubeæ Capitulo Ecclesiæ Celsonensis in Cathedralem erectæ, de qua agebatur in dicta decisione, Præsertim quando non agitur, an agi possit de subreptione, vel obreptione, vel causæ falsitate, ex quo nec infertur onus iustificandi gratiam ad impetrantem spectare, quod in dicta decisione controuertebatur, An videlicet dictum Capitulum teneretur literas erectionis, quoad vnionem iustificare. Quod negatiuè fuit resolutum, *vt ibid. num.1. & seq.*

L. Viles. 42. ff. de pet. hæred.

DECLARATVR à Rota *in Spoletana spolij. Ven. 13. Iunij 1567. coràm Grato. est inter Recent. decis.6. nu.3. Quod in d. l. vtiles*, necessariæq; ly, què, capi debeat pro disiunctiua. *l. sæpè. 53. de verbor. signific.* Reprobata expositione *Glos. in d. l. vtiles. in verb. necessariæquè.*

EX AVTHENTICIS.

¶ *pro Homicidio hodie non applicantur bona fisco, exceptis casibus læsæ Maiestatis, & hæresis, & qualiter hoc procedat.*

Auth. Bona damnatorum. C. de bon. præscript.

1 Vbi dicitur, † quod pro homicidio hodie non applicantur bona fisco, quod totus mundus obseruat exceptis casibus læsæ Maiestatis, & heresis, & nisi ex dispositione statuti, vel cõsuetudinis aliter caueatur, vt dicit Rota *in Florentina pecuniaria. Lunæ 14. Aprilis 1614. num.3. coràm R.P.D. Pirouano, est decis.575. part.1. in Recent. post Alberic. in 3. p. Statut. quæst.18. circa fin. Clar. in prax. crimin. §. fin. q.78. in princip.* post alios quos allegat *Honded. cons.110. nu.1. vol.1.* & modernis temporibus idem testatur *Farinac. in sua praxi quæst.25. in princip.*

2 Nec obstare, † quod *d. Auth.* videtur correcta, quando lex adimit bona tacitè, & in cõsequentiam, scilicet, dum delinquens condemnatur in pœnam vitæ, absquè bonorum ademptione, secus quando expressè, vt quãdo quis fuit condemnatus in pœnam
3 mortis cum specifica bonorum confiscatione. † Quia fuit responsum hanc fuisse considerationem *Aret. in in l. eius qui. §. 1. in vlt. notab. ff. de testam.* Sed contra eum tenuerunt *Guidop. quæst.437. nu.4. Nell. de S. Gemin. in Tract. Bannit. 1. part. 2. temp. quæst.11. ad fin.* loquens expressè de condemnato in contumaciam, *Cephal. cons.79. nu.19. vol.1.* dicit Aretinum loqui, prout verè loquitur, vbi pro contumacia condemnatio fit in bonis solis absquè pœna corporali, tunc enim bonorum condemnatio stat principaliter, & propter se, & iura antiqua remanent incorrecta: Secus autem vbi pro contumacia pœna etiam corporalis fuit imposita.

Ex hac iuris dispositione colligit Rota *in d. Flo-*
4 *rentina pecuniaria,* † quod cum Soderinus fuisset non de iure communi, sed vigore particularis Constitutionis Florentiæ condemnatus, eiusq; bona fuissent confiscata, quod talis confiscatio non trahebatur ad bona existentia extrà territorium confiscantis, & sic in Statu Ecclesiastico ob defectum iurisdictionis. *l. 3. de offic. præsid. Bart. in l. cunctos populos an fin. num.9. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Clar. d. quæst.78. vers. sed hic quero. Surd. cons.152. nu.28. lib.2. Peregr. de iur. fisc. lib.5. tit.1. nu.137. Farin. d. quæst.25. n.99.* affirmans hanc conclusionem non solum esse communem, vt testantur *Cephal. & Clar. ab eo allegat.* sed carere etiam omni prorsus difficultate.

5 Et *num.5.* additur *in allegat. decis.* † quod Fiscus tenetur satisfacere creditoribus condemnati delinquentis, nisi ex statuto dicti loci impediatur, quo casu in subsidium poterit creditor agere contra bona in diuersis territorijs existentia, ex opinione *Castr. in cons.209. & 390. lib.2.*

6 Quod

6 Quod dictum est *nu.4.* † quod confiscatio, quando fit non de iure cōmuni, sed vigore particularis Constitutionis, non trahitur ad bona existentia extrà territorium confiscantis, idem dixit etiam Rota ex eadem doctr. *Bart. in d. l. cunctos populos.* quam asserit communiter esse approbatam *in vna Mantuana bonorum. Veneris 27. Nouembris 1579. coràm Bubalo. Est decis. 100. in eius lib. in manuscript. incip. Domini dixerunt inualiditatem.*

Vt etiā notauimus sup. *Part. 3. in §. Bart. in l. cunctos populos. 1. C. de bon. damn. nu. 12. fol. 145. col. 2.*

¶ *ad Successionem patrui filij fratrum prædefunctorum vocantur in stirpes, cum fratribus defuncti, sed secus quando soli filij fratrum extant.*

Auth. cessante. C. de legit. hæred. & §. si autem defuncto. & §. sed & ipsis. Auth. de hæred. ab intest. venient. vnde d. Auth. est desumpta.

Cum disponit ad patrui successionem vocari in stirpes filios fratrum cum fratribus defuncti.

Non extenditur ad casum, quādo soli filij fratrum extant, quia tunc successio defertur in capita.

Vide *infrà in §. Glosa. in §. hoc etiam. in verb. superstites. Instit. de legit. agnat. success.*

¶ *in Testamentis, & non in contractibus habet locum Auth. Hoc amplius. C. de fideicomm.*

Auth. Hoc amplius. C. de fideicomm.

Non habet locum in contractibus, sed tantum in vltimis voluntatibus. *Gozad. cons. 34. nu. 7. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 14. nu. 24.* Quia contenta in contractibus intrà illud tempus intrà quod commodè impleri possunt, sunt implenda. *Doct. in l. ita stipulatus. de verb. oblig. Rota in Calaguritana de Albevite. Lunæ 16. Iunij 1608. coràm Reuerendiss. Ortembergo. est in Recent. decis. 159. num. 1. part. 1.* vbi quod ad euitandam caducitatem non requiritur monitio, iuxtà *d. Auth.* quæ, vt dictum est, non procedit in contractibus.

Hæres vt priuetur commodo hæreditatis non adimplendo præceptum testatoris iuxtà *d. Auth.* requiritur monitio Iudicis, quæ hoc casu est necessaria, vt innuunt verba *d. Auth.* & melius in corpore vnde sumitur. *de hæred. & falcid. in §. si quis autem non implens,* & tenent ibi DD. *Gozad. cons. 34. num. 3. Dec. cons. 201. nu. 2. Felin. in cap. nonnulli. col. penult. vers. amplia ista. de rescript.*

In facto autem negatiuo ne hæres aliquid faciat, non requiritur monitio, cum hæc solum fiat ad constituendum hæredem in mora, vt declarat *Aym. consil. 193. nu. 4.* qui licet defendat requiri monitionem, etiam in facto negatiuo, & sic in committendo pœnā *d. Auth.* locum habere. Hoc ideò est, quia in casu suo pœna per testatorem expressè adiecta fuerat, & ita loquuntur *Bart. in consil. 19. num. 29. & seq. lib. 2. Roland. consil. 76. num. 62. lib. 3. Rota in Strigonien. violationis testamenti. Mercurij 2. Decembris 1592. coràm Gypsio.*

Quæ etiam notauimus *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Hæres. Obseruat. circa Miscellanea. §. 44. Hæres vt priuetur.*

¶ *Dotis legatum debetur, etiamsi filiæ contrahant nuptias spirituales per ingressum Monasterij, si Legatum quæratur Monasterio.*

Auth. nisi rogati. C. ad Trebell. & §. sed & hoc præsenti. Auth. de Sanctiss. Episc.

Quod legatum dotis debeatur, etiamsi filiæ contrahāt nuptias spirituales per ingressum Monasterij.

DECLARANTVR à Rota istaiura *in Bononien. Legati. Lunæ 28. Ianuarij 1613. corā Card. Pamphilio. est in Recent. decis. 450. par. 1. in cuius titulo pro ann. 1603. pone 1613. est etiam repetita in secund. part. decis. 428.* Quod ista cum alijs adductis *à Menoch. consil. 555.* facto in hac causa, cum alijs adductis *in eadē causa sub die 19. Martij 1607. coràm Sanctiss. Ludouisio. est in Recent. decis. 130. part. 1.*

1 † procedunt ex dispositione legis *in d. §. sed & hoc præsenti. Auth. de Sanctiss. Episcop. Ladercb. Imolen. cons. 152. nu. 3.* quæ tunc demum habet locum si legatum quæratur Monasterio, cuius fauore emanauit. *Castr. in Auth. nisi rogati. num. 5. vers. item quero. & ibi Bald. num. 20. vers. item quero quid si ingrediens. C. ad Trebell. Card. Mantica. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. num. 14. Dec. cons. 259. n. 6. in fin. vers. & remoto.* vbi de communi. *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumt. 83. num. 72.*

2 Vnde † fit quod cessante fauore Monasterij, vt quia contentetur minori dote, quam fuerit à testatore relicta, nullo modo possit legatum in excessu per filiam ad extraneos transmitti, neque cedi ad *l. cum pater. de legat. 2.*

3 † Neque obstat, quod sequutis nuptijs spiritualibus per ingressum Monasterij, legatum excedens dotem Monasterij efficiatur proprium patrimonium mulieris, vt propterea liberè possit per cessionem, vel aliam viam de eo disponere. *l. à Titio. ff. de furt. §. illud autem. Auth. de Monach. Bero. consil. 40. nu. 3. & 4. lib. 1.* Quia id non procedit in hoc casu, in quo legatum est factum in causam dotis, si filiæ nupserint, quod propterea cedi non potest, tàm ex dispositione legis, quàm testatoris.

Neque etiam obstat dispositio *d. l. cum pater. in §. pater certam. de legat. 2.* quod legatum integrum dotis filiæ debetur, *vt in hac decis. sub nu. 6.* & habes in particulari. *vers. l. cum pater. §. pater certam. de legat. 2.*

¶ *Coniugum superstes inopia laborans liberis tribus, aut paucioribus extantibus, in quartam, pluribus verò existentibus in virilem succedat, retenta proprietate ijsdem liberis, & qualiter hoc intelligatur, multipliciter declaratur.*

AVTHENT. Præterea. C. vnde vir. & vx. Et §. quoniam verò ; in fin. Auth. de exhibend. & introduct. reis. Et §. quia verò. il 2. Auth. vt lic. matr. & auiæ.

1 † In quibus habetur, quod superstes coniugum inopia laborans liberis tribus, aut paucioribus extantibus, in quartam, plùribus quam tribus existentibus, in virilem succedat, retenta proprietate ijsdem liberis; Et si quid legatum superstiti inopi fuerit, hoc in dictam quartam computari debet.

DECLARATVR Primò istā Auth. à Rota coràm *Cæsar. de Grass. decis. 162. aliàs 1. de success. ab intest.*

inteſt. quæ eſt in Romana portionis hæreditatis. Mercurij 5. Maij 1574. incip. Fuit reſolutum diſpoſitionem.
2 Quod *d.* † *Auth. cum alijs SS. Auth.* ex quibus eſt deſumpta, nou habet locum in vxore, quæ eſt vilis perſona, & ſolita laborare marito viuente; nam ſi cum eiſdem operis, vt ibi dicitur *num.* 1. poteſt ſe alere,
3 non dicitur pauper; Cum † paupertas ſit remiſſa arbitrio iudicis ſecundum qualitatem perſonæ ex ibi allegat. Præſertim cum vxor, de qua hic agebatur, habuiſſet dotem ſcutorum ducentorum, & maritus ei alia quinquaginta reliquiſſet, vt propterea non poſſent dici inops, neque ſine dote, vt dicitur *in d. Auth.*
4 Præterea, quia † *d. Auth.* eſt odioſa, & exorbitans à iure communi, iuxta quod vxor non habet legitimam in bonis mariti. *Roland. conſ.* 14. *in princip.*
5 Vltra quod iſta mulier erat dotata, † in qua multi grauiſſimi Doct. tenuerunt nō procedere diſpoſitionē *d. Auth. vt Socc. conſ.* 30. *lib.* 4. *& conſ.* 121. *ſub nu.* 38. *cum ſeq. eod. lib.* 4. qui refert vſq; ad tempora Baldi omnes ita tenuiſſe, cum Auth. loquatur tantum de in-
6 dotata. † Et licet hodie cōmunis ſit contraria in dote parua, *vt in eadem deciſ. dicitur nu.* 14. *per tot.* Quia tamen iſta materia eſt valdè controuerſa, cum text. clarè loquatur de indotata. Quod placuit Dominis
7 illud verbum, † parua, intelligi de notabili paruitate, non de ſimpliciter parua, ſed de eo quod dicitur, quod parum, & nihil æquiparantur, quod *nu.* 16. dicitur eſſe de mente *Bald. & Soccin. ibi allegat.*
8 Et *num.* 21. dicitur diſpoſitionem *d.* † *Auth.* ceſſare ceſſante inopia vxoris, quomodocumquè haberet alimenta, vel per legatum ſimile, vel quia haberet patrem diuitem poſt *Riminald. conſ.* 114. *num.* 7. *cum plur. ſequent.* maximè *num* 14. *&* 15. *lib.* 1.
Deniq; *n.* 25. *& ſeq.* & præſertim *n.* 39. dicitur in iu-
9 dicādo in hac materia, † an dos ſit talis, quę æquipararetur non doti, eſſe inſpiciendū tēpus dotis cōſtitutę, nō tēpus mortis mariti. Huic tamē cōcluſioni obſtar, quæ dicuntur à Rota in ſequenti *deciſ.* 20. *&* 36. vbi quod eſt cōſiderādа inopia de tēpore mortis mariti.
DECLARATVR Secūdò *d. Auth.* à Rota *in Romana ſucceſſionis Quartæ. Ven.* 22. *Maij* 1609. *coràm Ren. Manzanedo. incip. De tēpore matrimonij. Qua habetur inter recollect. à D. Statilio de Saluian. deciſ.* 174. *in* 2. *impreſſ. fol. mihi* 183. Quæ eſt deciſio magiſtralis in hac materia, vbi per quatuor inſpectiones materiam præſentis Auth. proſequitur in caſu ibi propoſito.
DECLARATVR inquàm Secundò *d. Auth.* præ-
10 tereà, *à num.* 5. *vſquè ad* 25. quod *d. Auth.* † procedat non ſolum, quando vxor fuit tradita nuptui ſine vlla dote, verum etiam quando cum parua dote non ſufficiente pro alimentis vxori competentibus.
11 Et *num.* 10. habetur, quod ſatis † matrimonium dicitur ſine dote, quando eſt ſine congrua dote. Et *num.* 16. quod *Bald. in d. Auth. præteread.* tenet iuxtà
12 illius diſtinctionem; † Iſtam quartam deberi tàm vxori omninò indotatæ, quàm habenti paruam dotem non ſufficientem congruè ad victum, & veſtitum, dummodo tamen illa parua dos cōputetur in quarta. Quam Bald. opinionem multis rationibus, & Doctorum auctoritatibus fulcitam, vt ibi multæ enumerantur, *num.* 16. 17. *&* 18. Rota fuit amplexa, vt dicitur *num.* 18. *verſ. ex quibus.*
DECLARATVR Tertiò *d. Auth.* præteread à Rota in hac eadem *deciſ. num.* 25. *& ſeq.* Quod eius diſpo-
13 ſitio procedit, etiam quando † legatum à marito relictum eſſet etiam ſufficiens ad alimenta vxoris, quia tunc non impeditur ſucceſſio in dicta quarta, computato tamen in illa prædicto legato, vt probat *text. in d. Auth. præteread. in fin.* dicens, quod legata imputentur in quarta. *& eſt text. in d. Auth. de exhib. reis. §. quoniam verò. verſ. ſi tamen legatum.* vbi poſtquàm Imperator vocauit vxorem inopem ad ſucceſſionem in quartam, ſubdit, *ſi tamen legatum ei reliquerit vir, minus autem quarta parte compleri, hoc*
14 *&c.* † Tum etiam, quia cum huiuſmodi quarta debeatur ex teſtamento. *Bald. in d. Auth. præteread. nu.* 1. cum alijs ibi relatis. *Et eſt text. in d. Auth. de exhib. reis. in fin.* ibi, *niſi tamen ipſe vir, aut legatum ei, aut aliquam partem inſtitutionis reliquerit, &c.* inſtitutio enim requirit teſtamentum, & non poteſt fieri
15 in codicillis. *l.* 2. *C. de codicill.* Et propterea ſit † debitum neceſſarium à lege inductum, debetur à teſtatore, etiam contrà eius voluntatem. *Bald. in d. Auth. num.* 1. cum alijs relatis *in deciſ. nu.* 26. Ex quo infert
16 *num.* 27. quod maritus hanc † quartam vxori auferre
17 non valet. Et *nu.* 28. † quod ſicut maritus non poteſt vxorem iſta quarta priuare, ita nec illam minuere relinquendo illi legatum minus quarta. Quod fusè proſequitur *vſq; ad num.* 40. vbi etiam poſt *Surd. de alim. tit.* 9. *quæſt.* 35. *nu.* 19. reprobantur *Riminald. Sen. conſ.* 114. *lib.* 1. *& Cephal. conſ.* 244. *per tot.*
DECLARATVR Quartò *d. Auth. præteread. in*
18 *eadem deciſ. num.* 41. *in §. tertia inſpectio.* † Quod *d. Auth.* diſpoſitio ceſſat, quando vxor relicta habet patrem diuitem, quia tunc cum debeat conſequi alimenta à patre, ceſſat inopia, & non conſequitur quartā in bonis mariti, ex doctr. *Cuman. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. & in conſ.* 131. *Duo fratres.* quàm ſequuntur alij Doct. ibi citati, eamquè dicunt communem. *Cephal. conſ.* 244. *nu.* 20. *& Surd. d. q.* 35.
19 *num.* 8. † Quod ſi pater non ſit diues, ſed pauper, dicta vxor non excluderetur à dicta ſucceſſione quartæ, cum vxor diceretur, & ipſa pauper, *vt per Soccin. d. conſ.* 121. *nu.* 20. *cum alijs per Surd. d. quæſt.* 35. *n.* 42.
DECLARATVR Quintò *d. Auth. in d. deciſ. n.* 42.
20 *& ſeq.* † vt procedat etiam quando fuit ei renunciatum non obſeruatis ſtatutis, prout in caſu deciſionis, in qua renunciatione non interuenerunt requiſita *à Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 151.
DECLARATVR Sextò *d. Auth. Præteread. à Rota coràm Vbaldo, vt in Recent. part.* 2. *deciſ.* 448. *incip.*
2 *Prætendebatur. nu.* 4. † quod, vt dictum eſt in ſecunda declaratione, procedit *d. Auth. præteread.* in muliere omninò indotata, ne cogatur mendicare in dedecus mariti, & etiam quando eſt incongruè dotata ad *Surd. de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 37. *num.* 16.
In qua deciſ. fuit etiam dictum, quod cum coniuges renunciaſſent mutuo lucro dotali, quod ex *Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 131. permittitur; Et vlterius vxor renunciaſſet beneficio *d. Auth. præteread.* necnon maritus ei legaſſet vſumfructum ſcutorum mille, quod
22 iſte † vſusfructus erat taxandus non ad rationem fru-
23 ctuum dotis ex *Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 137. † quod ſtatutum habet, etiam locum in donatione propter nuptias, vel alijs lucris dotalibus, vt ibi dicitur *nu.* 1. *ex conſ. Bald.* 58. *nu.* 7. *verſ. ſuper quarto. lib.* 2. *Theſaur. deciſ.* 45. *nu.* 3. *verſ. ſed cum iterum. Rota coràm Card. Millino in Romana fructuū* 10. *Aprilis* 1600. Erat taxandus non ad rationem lucri dotalis cui fuerat reciprocè renunciatū, ſed ad rationem, vt ibidem dicitur *nu.* 3. locorum montium non vacabilium, ſeu bonorū ſtabilium, quæ non excedunt quinq; pro centenario.

Neque pbstare dispositionem *d. Auth. præterea.*
24 † succedere loco alimentorum. *Surd. d. tract. tit. 7. q. 12. nu. 10.* quæ ex d. Strat. Vrb. d. c. 137. taxantur ad rationem septem cũ dimidio. Quia hoc procederet, nisi ex conuentione non fuisset renunciatum *d. Auth.*

¶ *Proximiores, vltrà fratres, & fratrum filios, vocantur in capita, & non in stirpes.*

Auth. Post fratres. la 2. C. de legit. hæred.

Vbi dicitur, quod post fratres, & filios fratrũ vocantur gradatim proximiores in capita, & non in stirpes.

DECLARATVR à Rota *corãm Corduba in causa Albanen. vineæ. Veneris 26. Aprilis 1602. incip. Fuit resolutum vineam. est decis. 318. in eius lib. in manuscr.* Quod procedat non habita distinctione qualitatis bonorum, an sint paterna, vel materna. *Castrens. in d. Auth. post fratres.*

¶ *Filia, si habet vnde se dotet, non procedit dispositio. Auth. Res quæ. C. commun. de legat.*

Auth. Res quæ. C. commun. de legat.

LIMITATVR à Rota *in Bononien. de Beroaldis. Lunæ 15. Decembris 1603. corãm Reuerendiss. Coccino Decano. habetur inter Recent. decis. 66. num. 3. part. 1.*
1 † Quod eius dispositio non procedat, quando filia testatoris habet, vnde se dotet aliunde. *Ias. ibi. nu. 3. in fin. & in cons. 232. num. 12. lib. 2.* cum alijs multis
2 ibi congestis. Quod etiam videtur de mente † *text. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* vbi quod si adsunt fructus ex bonis subiectis fideicommisso, & sic proprium ipsius mulieris non potest fideicommissum minui; & quod ita *d. Auth.* limitat *Cuman. in d. §. cum proponeretur. num. 2. vers. secundò*
3 *ibi habetis limitationẽ.* † Et est generale in quocũq; fideicommissario non modo in constitutione dotis, verum etiam in restitutione, quia prius debet capere propriũ, & postea alienũ *DD. in d. Auth. res quæ.* cum alijs ibi congestis, & tenuit Rota *in Romana dotiũ de Bappis 19. Ian. 1583. corã Cantuecio. est decis. 737. p. 1. diuers.* licet ibi desit nomen Auditoris, quia vt sæpius dixi illæ decisiones ferè omnes sunt *corã Cantuecio.*

Nec resistit, quod mulier non solum debet habere dotem, sed etiam Trebellianicam, vt innuit *glos. in d. §. cum proponeretur. in verb. hoc.* & hodie non dicitur Trebellianica, sed legitima, vt ibidem notatur.
4 † Quia fuit responsũm *text. in d. §. cum proponeretur,* non dicere quod debeatur dos, & legitima, sed solum quod si sufficiunt fructus rerum fideicõmisso subiectarum pro dote non est deueniendum ad alienationem fideicommissi. *Cuman. ibid. in fin. cum alijs ibi allegat.*
5 Nam † *Auth. Res quæ.* procedit ista consideratione, quia licet legitima filiæ sit quarta, vel triens, tamen vbi euenit causa dotis, voluit Imperator augeri legitimam, quatenus est necessarium pro ista causa, &
6 pro hoc euenit † mirabile, quod extenditur legitima, & fructus computantur, licet non computentur in primam legitimam, sed in extensione, & ratio est, quia ista extensio fit si fructus non sufficiunt. *Cuman. cum alijs de quibus in decis. nu. 9. Rota corãm Plato in causa Casenaten. fideicommissi de Altuitis. Lunæ 27. Nouembris 1589. in fin. est decis. 143. in eius lib. in manuscript. incip. Fuit resolutum.*

Ista Auth. procedit, etiam in constituendo dotem Moniali pro spiritualibus nuptijs, vt dixit Rota *corãm R. P. D. Merlino in Romana dotis 14. Martij 1635. impress. in folijs volantibus. incip. Post emanatam.* vbi allegatur *Bart. in d. Auth. nu. 7. Bald. nu. 13. Peregr. de fideic. art. 42. n. 57. Gratian. discep. 533. n. 22. Sanchez de matr. lib. 1. disp. 33. nu. 29. & lib. 4. disp. 26. nu. 7.*
Vide etiam, quæ diximus suprà *Part. 3. ad Corn. in Auth. res quæ. nu. 4. C. commun. de leg. fol. 168. col. 2.*

¶ *Puella vndecim annorum non statur iuramento, quod fuerit carnaliter cognita, nisi pubertati sit proxima, & sic à pubertate distet per sex menses.*

AVTHENT. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.

1 † Quod statur contractibus puberum voluntariè iuratis, secus si iuramentum fuerit per vim extortum.
DECLARATVR à Rota *corãm Put. decis. 66. in*
2 *nou. Vigesima sexta. lib. 2.* † Quod licet dispositio istius Auth. habeat locum in iudicijs, vt per Bart. ibi,
3 quem DD. cõmuniter sequuntur, † Tamen quod id
4 procedit in minori pubertati proximo. † Et propterea in dicta decisione fuit tentum, quod nõ stabatur iuramento puellæ in vndecimo anno cõstitutæ, quod
5 fuisset carnaliter cognita. † Et quod quicquid sit in alia materia, tamẽ in materia matrimonij proximus pubertati dicitur, qui distat per sex menses, *vt per Abb. & alios in cap. continebatur. de dispens. impub.*
Idem annotauimus *Part. I. ad Put. dicta decis. 65. in antiq. quæ in nou. est decis. 66.* vbi similem adduximus *decis. corãm Comitulo.*

¶ *Filius minor 18. annis, qui pro excarcerando patre consensit alienationi census facta per patrem ad fauorem creditoris, sine solemnitatibus statuti, an possit dicere contractũ nullum, & qualiter hoc procedat.*

Auth. si captiui. C. de Episc. & Cleric.

Non obstat, quando filius minor 18. annis, qui pro excarcerando patre consensit alienationi census factæ per patrem ad fauorem creditoris sine solemnitatibus statuti, possit dicere contractum nullum.

DECLARATVR enim dictus text. à Rota *in Bononien. census. Lunæ 17. Martij 1608. corãm Cardin. Marquemontio. est in Recent. decis. 153. p. 1. à nu. 10.* quia non compellit præcisè filium ad liberandũ patrem, sed solummodo sub comminatione exhæredationis, & ita loquitur *Rota in Romana exhæredationis de Vitellis. Vener. 14. Maij 1578. corãm Cantuecio. est decis. 63. part. 2. diuers.* Nec potest filius timere talem exhæredationem quando pater nihil aliud habet, prout erat in præsenti casu.

DECLARATVR Secũdò, qđ ille textus, vt ex eius lectura patet, loquitur in maiori annis decẽ, & octo.

DECLARATVR Tertiò, quod nõ est recurrẽdum ad ius commune, quãdo versamur in terminis statuti, quod quidem vltra euidẽtem vtilitatem minoris alia duo requirit, solemnitatẽ videlicet, & causã expressam, ac planè cognitum, ita vt vno deficiente alterum corruat, quia vnum altero non suppletur. Vnde licet pietas erga patrem deseruiat per legitima causa alienandæ rei ad minorem spectantis, deficeret tamen alterum statuti requisitum, videlicet solemnitas, & iste defectus vitiat cõtractũ, vt fusè *in d. Bononien. census.*

¶ *Copia instrumenti licet sine originali non credatur, tamen stantibus adminiculis, & coniecturis creditur arbitrio iudicis.*

Auth. Si quis in aliquo. C. de edend.

Quod copiæ instrumenti non est adhibenda fides.

LIMITATVR à Rota, *vt per Caputaq. decis. 234. incip. Copia copiæ. p. 1.* vt non procedat concurrentibus pluribus adminiculis, & coniecturis, & indicijs si fi-

sufficientibus ad inducendum animum iudicis ad credendum illi, cum probationes sint arbitrariæ. Quam decisionem secuta est Rota *in vna Burgen. S. Ioannis. Ven.20.Decemb.1596.incip.Fuit resolutum D.Abbati. corā Orano.est decis.286.in eius lib.2.in manuscr.* vbi agebatur de copia Priuilegij Sixti Quarti obseruata.

Et *in Romana dotis de Sfortia. Veneris 14. Decembris 1612. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis.318.nu.5.in Recent.part.2.* vbi agebatur de copia instrumenti, de cuius tenore constabat, & de quo deponabat testis instrumentarius.

¶ *Mulier consentiens obligationi viri, vel se, vel rem suam obligans, ipso iure sibi non præiudicat, nisi quatenus probetur in rem eius versam, & quando hoc non procedat.*

Auth. Si qua mulier. C.ad Velleian.

1 Quod † mulier consentiens obligationi viri, vel se, aut rem suam obligans, ipso iure sibi non præiudicat, nisi quatenus probetur in rem eius versam.

DECLARATVR tripliciter ista decis. à Rota *in Romana Saluiani interdicti. Lunæ 11.Ianuarij 1616. coràm Reuerendiss. Manzanedo. incip.Domini censuerunt esse locum. Est decis.775. part.2. in Recent.*

2 DECLARATVR Primò † dispositionem *d.Auth.* procedere in obligatione volūtaria, quam facit vxor pro marito, non autem in obligatione facta ad subleuandum maritum magno ære alieno granatum, & pro eum liberando à carceribus, ac pro alijs indigentijs domus. *Riminald. Sen. cons.77. nu.16. vol.1. post Bald.cons.20.in fin.volum.2.Surd.cons.367.num.14. Franch.decis.237.nu.3.Thesaur.decis.223.nu.15.* & tenuit Rota *in Romana nullitatis obligationis 28.Februarij 1611. coràm Ortembergo.*

Quæ videtur obligatio facta ex quadam necessi-

3 tate, & lege permittente, † cum de iure teneatur subuenire inopiæ mariti. *l.1. & Auth. prætereà. C. vnde vir, & vxor. Bald.cons.478. circa fin.vol.5. Surd. decis.86.num.6. & seq.*

4 Etiam quod † maritus non existeret in carceribus, cum sufficiat imminere periculum carcerationis ob paratam executionem obligationis Cameralis, qua teneretur suis creditoribus. *Riminald. dicto cons.77. num.16. & seq. Surd.d.cons.367.nu.18.*

Maximè, prout in casu decisionis, si fuit impositus

5 census super bonis non dotalibus vxoris, † nam sustinetur obligatio, cum non remaneret vllo modo indotata. *Thesaur. d. decis.223. num.14. Seraphin. decis.1187. nu.2.* Et fuit dictum *in Anconitana dotis 28. Iunij 1602.coràm Card.Millino.& in Romana Saluiani interdicti 15.Decemb.1614. coràm Card. Pamphilio.*

6 DECLARATVR Secundò, † quod *d. Auth.* non procedit in obligatione, quia saltē de iure Canonico sustinetur, iuxtā *Castr.cons.8. per tot. lib.2. Boer.decis.43.n.9.vers.nisi iurauerint.Alex.cons.146.per tot. lib.7. Afflict.decis.311. num.4. Thesaur. d.decis.223. nu.10. Surd. d. cons.367. nu.13.* qui de communi testantur, & tenuit Rota *in vna Interamnen. Mercium 4. Iunij 1597. coràm Pegna. Et in dd. Anconitana dotis, & Romana Saluiani interdicti.*

DECLARATVR Tertiò, *ibid. nu.7.* vt cesset di-

7 spositio *d.Auth.* † quando mulier certiorata de beneficio *d. Auth.* illi expressè, & cum iuramento renunciauit. Quo casu valida est renunciatio, & non potest impugnari, vt trad. *Bertrand. cons.218. per tot. lib.4. Surd. d. cons.367. num.12. Thesaur. vbi suprà num.18. Gomez var.resol.tom.2.cap.13.nu.17. in fin Seraph.de priuileg. iuram. priuileg.63.num.3.& seq*

Auth. vt cum de appellat. cognosc. §. iustum autem perspeximus.

Corrigit *l. cum multa. 6. C. de bon. quæ liber.* vt notauit Rota *in Romana legitimæ. Veneris 27. Iunij 1614. num.11. coràm Cardin. Verospio. est in Recent. decis.653. part. 1.* Et superius notauimus *Part.3. circa Doct. in §. Vasquez in repetit. l. quoniam in prioribus, &c. num.4. & 5. fol.230. col.1.*

§. Sed & hoc præsenti. Auth. de Sanctiss. Episc.

DECLARATVR iste text. à Rota, vt habes suprà *Part.3.fol.133.col.1.ad Bald.in l.Deo nobis.nu.1.C. de Episc.& Cler.in §.Nam. nu.7.* Quæ declaratio est desumpta ex *decis.480.nu.8. in Recent.p.2.incip.Hoc dubium. Et vide in Auth.nisi rogati. C.ad Trebell.*

¶ *Pater etiam habens filios legitimos, potest naturalem tradere Curiæ, sed non potest ei plus dare, quam vni ex filijs legitimis, & naturalibus, & an hoc extendatur ad legitimatos per rescriptum.*

§. Et quoniam variè. 5. Auth. quib. mod. nat. effician. sui.

DECLARATVR à Rota. Vide, quæ diximus in hac *Part. suprà ad l.commune. 9. §. fin. C. de natural. liber. fol.533. col.2.*

¶ *Tutor qualiter iurare debeat.*

Conclusio I.

AVTH. vt ij, qui obligat. se hab. §. si verò tantum. fin.

Vbi datur forma iuramenti à tutore implenda, Rota admittit æquipollentiam dictæ formæ pro sustinendo actu.

Vide suprà *Part.1.ad Accorambon.decis.18.fol.134. & Part.3. ad Alexand.cons.80.lib.5.fol.125.col.1.*

¶ *Tutor si non iurauit, potest tamen ista forma adimpleri per æquipollens.*

Conclusio II.

d. AVTH. Vt ij qui obligat. se haber. Si verò tantum. §. fin.

Quod tutor non dicitur legitimè constitutus si non iurauit iuxtà formam ibi præscriptam.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphin. decis.616. Iterum proposui. à num.1. vsquè ad 5.* vbi quod ista forma potest adimpleri per æquipollens.

Vide, quæ diximus hac eadem *Part.5. ad l. Sancimus.fin.§.omnem.C.de administr.tut.fol.561.col.2.* Et quæ diximus, vt ibidem notauimus *Part.1. ad Accorambon. decis.18. part.2.fol.134. col.1.*

Quod etiam notauimus *in nostris Obseruat.ex Rota Rom.in verb.Lex.in d.Auth.vt ij, qui oblig.se habere.*

¶ *Filius, quando subintrat in locum matris à statuto exclusæ propter masculos, quem locum inuenit vacantem propter exclusionem, tunc intrat iure proprio, & non illam repræsentando.*

§. Cum filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.

DECLARATVR à Rota *in Spoletana hæreditatis.*

Luna 11. Martij 1613. coràm Reuerendiss. Manzanedo. nu. 15. est in Recent. decis. 463. part. 1. Quod quando filius subintrat in locum matris à statuto exclusæ propter masculos, quem locum per dictam exclusionem inuenit vacantem, & sic per locum à remotione, & priuatione matris, non tamen inde sequitur, quod intret illam repræsentando, cum potius intret iure, & nomine proprio, & ita Rota intellexit dictũ text. & iura similia, & de communi testatur *Magon. decis. Florent. 147. nu. 10. & seq.* Plura in dicta materia vide *in dicta Spoletana. & infrà Part. 5.* quæ ex ea notauimus *in §. Statutum Terræ Trebij Spoletanæ diocæsis.*

¶ *Hæres ex die, vel in diem institutus, qualiter dicatur hæres.*

§. Hæres purè. Instit. de hæred. instit.

DECLARATVR à Rota. Vide *in l. hæreditas ex die. 34. ff. de hæred. instit. fol. 551. col. 1.*

¶ *Mutus, & surdus à natiuitate non potest testari.*

§. Item surdus. Instit. quib. non est permiss. fac. testament.

Quod mutus, & surdus à natiuitate non potest testari.

Vide, quæ diximus *ad l. discretis. 10. C. qui testam. facer. poss. fol. 539. col. 1.*

¶ *Legatum rei alienæ, quando valeat.*

§. Non solum. Instit. de legat.

Cum dicit alienam rem legari posse si testator sciebat esse alienam, secus si ignorabat.

LIMITATVR iste *§. per l. cum alienam. C. de legat.* nam si vxori, vel alij coniunctæ personæ relinquatur debetur æstimatio siue sciuerit, siue ignorauerit.

Et vide *in decis. Romana hæreditatis 26. Iunij 1592. coràm Card. Millino. suprà Part. I. fol. 442. col. 2.*

¶ *Ecclesiæ res non possunt per administratorem in alterius dominium transferri per permutationem.*

§. Venditæ. Instit. de rer. diuis. Quem §. Glos. in l. permutationem. 2. in verb. obtinere. vers. item in venditione non transfertur. C. de rer. permut.

Dicit non procedere in permutatione.

DECLARATVR à Rota *in Lucana terrarum. Veneris 16. Maij 1603. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis. 114. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Quemadmodum non possunt, & habetur in Recent. decis. 96. part. 2.* (vbi corrige mẽsem Nouembris pro Maio.) Quod vltrà, quod de hoc est controuersia, & contrarium tenet *Glos. in l. cum proponas. in verb. remansit. ff. de dol. & Bart. in d. l. 2. & in l. cum seruus cõmunis. §. locani. post glos. ibi. ff. de furt.*

Speciale est in administratore Ecclesiæ, qui non potest transferre dominium habendo fidem de pretio, quod speciali ratione in administratoribus rerum Ecclesiæ, & similibus personis est cautum, *vt per Bart. in l. à D. Pio. §. sed si emptor. num. 3. ff. de re iudic. Aret. in d. §. vendita. post num. 3. Felin. in cap. cum olim. sub nu. 5. vers. item nisi sit procurator Ecclesiæ. de offic. delegat.*

¶ *Fœmina si non succedat stante masculo, hoc disponente statuto, non excludit filium masculum ex fœmina natum.*

Cap. Qui sibi. 1. in tit. de eo qui sibi, vel hæred. suis mascul. in vsib. feud.

Per quem text. tenent Doct.

Quod stante statuto, quod fœmina non succedat stante masculo non excluditur filius masculus fœminæ, nec illi obstet matris qualitas prouenièns ex fœmineo sexu. *Castrens. cons. 421. nu. 2. lib. 1. & in l. 1. num. 3. & 4. C. de condit. insert. Philipp. de Cassanis apud Bald. cons. 137. lib. 2. Ancbar. cons. 359. nu. 3. in fin. Rutu. cons. 49. nu. 4. lib. 1.*

DECLARATVR à Rota *in Spoletana hæreditatis. Luna 11. Martij 1613. coràm Reuerendiss. Manzanedo. num. 7. est in Recent. decis. 463. part. 1. post Ancbar. loc. cit.* quod non obstat, quod loquatur in feudo, quia non propterea versatur aliqua specialitas propter materiam feudorum, præsupposito quod vigore pacti fœminæ sint capaces feudo sicut masculi. *cap. 1. §. hoc autem. de his qui feud. dar. poss.*

¶ *per Inuestituram de vacaturo, nullum ius dicitur quæsitum inuestituto, si vacatio non contigit viuo concedente, sed eo mortuo, de quo tempore successor dignitatis non tenetur eam obseruare, & quomodo hoc intelligatur.*

Cap. Si verò. 1. qui success. feud. dare tene.

1 † Quod per inuestituram de vacaturo, nullum ius dicitur quæsitum inuestito, si vacatio non contingit viuo concedente, sed eo mortuo, de quo tempore successor dignitatis non tenetur eam obseruare.

DECLARATVR dupliciter à Rota *in Clusina Posta. Vener. 20. Martij 1615. coràm R. P. D. Pirouano. incip. Sequendo ordinem. nu. 11. & 12. Est decis. 664. in Recent. part. 2.*

Primò, quod *d. cap. 1. & cap. 1. §. moribus. si de*
2 *feud. defunct.* † loquuntur in Prælato inferiori à Papa, nempe, in Archiepiscopo, Episcopo, Abbate, & alijs, qui cum præsentium tantum rerum, non etiam post mortem suam gerendarum habeant administrationem. *cap. fin. 12. quæst. 1. c. 2. de donat.* successoribus suis præiudicare non possunt, cum non iure successionis, sed vel postulationis, vel electionis, & sic nouo titulo ad dignitatẽ ascendant. Et in his terminis loquuntur *Aluarott. Afflict. & alij in d. cap. 1. qui success. feud. dar. ten.* quos sequuntur *Capic. decis. 162. nu. 5. & 6. Schrader. de feud. part. 3. cap. 2. nu. 25. Rosenth. de feud. cap. 6. conclus. 16. in princip. & nu. 13. Pistor. quæst. iur. 27. nu. 1. part. 2.*

GLOSÆ autem ratio in hoc. *cap. si verò. in verb.*
3 *compellantur.* † Licet videatur conuenire Papæ, & Imperatori, qui nihil habent à prædecessore, & per eam ad Imperatorem extendunt. *Isern. & Præpos. in d. cap. 1. col. 2. vers. in glos. fin. & Afflict. ibid. nu. 94. Martin. Lauden. nu. 15.* quos simpliciter refert. *Schrader. d. cap. 2. num. 25.*

Tamen de ratione diuersitatis non quærunt, quæ
4 maxima est inter casum, & casum. † Cum in Prælato inferiori causa alienandi feudum non dum apertum non præsumatur, secus autem in Papa, aut Imperatore, vt declarat idem *Gabr. cons. 83. num. 22. & 53.*
5 *lib. 1.* † per quam successores, etiam non hæredes, possunt obligari *cap. Abbate sanè. de re iudic. in 6. Bald.*

Bald.conf.159.vol.3.Iaf.conf.9. nu.13. & 14. vol.3. Ideò si præsumptioni addatur, etiam iustificatio causæ, de potestate non erit dubitandum.

In casu autem decisionis constabat de meritis Familiæ de Cornea erga Sedem Apostolicam, de solutione notabilis summæ pecuniarum, & de canone
6 scutorum duorum millium conuento, † quæ omnia probabant versionem contractus in vtilitatem Sedis Apostolicæ, quæ numquàm moritur *cap. si gratiosè.*
7 *de rescript. in 6. Bald.conf.431.nu.7.lib.2.* si Et obligat successorem in dignitate ad obseruandum contractum cum prædecessore factum. *Dyn. & Bald. in l.digna vox.C.de legib.* latissimè *Gabr. de iur. quæsit. conclus.5. num.2.*

Secundò Glosa prædicta, & contrarium tenentes,
8 videntur intelligendi † de gratiosa infeudatione, secus si sapiat contractum, & concurrant benemerita, vt declarat idem *Afflict. in d. cap.1. num.52. & Bursatt.conf.30.num.50.vol.1. Soccin.Iun.consil.91. nu.18.lib.2. Schrader.de feud.part.3.cap.2.num.38.*

DECLARATVR Secundò *d. cap.si verò. in dicta*
9 *decis. num.14.* † Quod quicquid posset considerari in feudo particulari separato de vacaturo, quod cessare tamen videtur in feudo dato in consequentiam alterius vniuersalis feudi iam aperti, prout erat casus decisionis, in qua erat facta concessio Postæ, quæ erat intrà fines Marchionatus Clusij, & pars illius dicebatur, & cessante inuestitura ex sui natura consolidabatur, & reintegrabatur cum principali feudo; ita vt concessio de vacaturo non abstrahatur totaliter à præsenti, sed comprehendat actum iam factum respectu inuestituræ dicti Marchionatus, vt considerat *Bursatt. conf.30.nu.51. vol.1.*

Quod doctissimè demonstratur vlterius *in d. decis. d. num.14. & 15.*

¶ *in Ecclesiam feudi alienatio cur non valeat.*

Cap.Si clientulus. de alien.feud in vsib.fe.

Cum in hoc text. dicitur non valere alienationem feudi factam in Ecclesiam, & consequenter quod Ecclesia sit persona prohibita in alienatione, hoc ita est intelligendum, quia si transiret ad Ecclesiam fieret deterior conditio domini, quia non esset spes, quod amplius rediret ad dominum, quia Ecclesia numquàm moritur, & in emphyteoticis numquàm dominus haberet laudemium. Et propterea cum Ecclesia sit cultrix, & auctrix iustitiæ, vt dicitur in hoc text. & non patiatur aliquid contrà iustitiam fieri in se, vel alium, & clarum sit quod dominus nimis grauaretur, ex quo emphyteusis numquàm ad se reuerteretur. Propterea hac non patitur Ecclesia, quæ seruat in aliorum persona, quod seruari debet in sua, cum sit supremum, & vltimum refugium oppressorum, & hoc non quidem ex vi erectiua, sed directiua rationis, & ex approbatione Romanorũ Pontificum, & ita dictũ text. esse intelligendum dicitur *in Ferrarien. bonorum. Lunæ 19. Decembris 1611. coràm Reuerendiss.Coccino Decano. est in Recent.decis.368.n.1.* vbi hoc dicitur in explicatione Constitutionis Bonifatianæ, vbi cauetur, quod de vtili dominio, translatio, donatio, vel legata in loca, vel personas de iure prohibitas fieri non possit, &c. & personæ prohibitæ dicuntur Ecclesia, & alia loca pia, vt ibi habetur.

¶ *in Feudo non succedunt ascendentes, & hoc etiam procedit in feudo Ecclesiastico.*

C. Successionis feudi. 1. de natur. succeß. feud.

Vbi dicitur, quod hæc est natura feudi, vt ascendentes non succedant in feudo descendentium.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Caualer. decis.172. num.1. incip. Quondam Gulierlmus.* Quod procedat, etiam in feudo Ecclesiastico, vt dicunt etiam *Præposit. Isern. & alij in d. cap.1.* allegantes doctrinam *Bald. in Auth.defuncto. C.ad S.C.Tertull.*

GLOSÆ
Iuris Ciuilis.

¶ *Bona fides causatur credens viro fide digno.*

GLOS.in verb.actiones.in l.Titio fundus. 72. ff. de condit. & demonstr.

Quod credens fide digno dicitur in bona fide.

APPROBATVR à Rota *in Auximana spolij.Veneris 3. Decembris 1610. coràm R.P.D.Pirouano.nu.5. est decis.320. part.2.in Recent.* vbi quod eam pro notabili commendarunt. *Crauett.conf.277. col. 3.versic. quod autem. Neuiz.lib.4. Sylu.nupt.nu.55.Curt.Iun. conf.19.num.5.Menoch.conf.1.nu.98.& Bald. in l.iudicia. C.de rei vendit. Butr.in cap.si diligenti.de præscript. Curt. Sen.conf.72.nu.54.*

In qua decisione fuit dictum ementem bona minoris sine solemnitatibus fecisse fructus suos, quia licet non interuenisset curator, crediderat viro fide digno, qui se curatorem asserebat, & sic erat in bona fide, quæ sufficiebat etiam ad præscribendum, quamuis sit maioris præiudicij, & difficilius inducatur.

¶ *Societas vectigalium, vt dicatur finita, per mortem vnius socij quid requiratur.*

Glos. in l. adeò. 60. in verb. ascripta. ff. pro soc.

Quod quatuor debeant concurrere, de quibus in *d. glos.* adhoc, vt societas vectigalium non dicatur finita per mortem vnius socij.

APPROBATA per Doct. communiter dicitur à Rota *in Ferrarien, pecuniaria. Veneris 19. Ianuarij 1611. coràm R.P.D.Pirouano, est in Recent.decis.279. num.2. part.1.* vbi allegat *Ruin. conf.90. num.11. & latius conf.91.& 92.num.8.vol.1.Valasc.consult.63. num.5.Molin.de contract. disput.414. nu.10. Mantic. de tacit. & ambig. lib.6. tit.24. num.22.* Ita vt illis concurrentibus meritò dicatur renunciatum industriæ personæ. *Osasch. decis.86. nu.8.*

¶ *Emphyteuta licet non possit alienare rem emphyteuticam, potest tamen sine domini consensu obligare, & hypothecare, nisi contrarium pactis caueatur.*

GLOS.in verb.Alijs vendere. in l.fin.cum dubitabatur. C. de iur. emphyt.

1 Vbi dicitur, † quod emphyteuta potest rem emphyteuticam pignorare sine consensu domini, *per l. tutor. §. fin. ff. de pignor. act. & l. lex. de pign.*

APPROBATVR communiter, vt dixit Rota *coràm Gypsio in Romana domus de Mãnellis. Mercurij 24. Nouemb.1592. incip. Illustrissimus Vrbis Senator.*

est decis. 156. in eius lib. 2. in manuscript. & quod de communi attestatur *Ias. in d. l. fin. num. 78. & seq. Doct. in l. tutor. §. fin. de pignor. act. Rip. in l. filiusfamilias. §. Diui. num. 9. de legat. 1.* refert, & sequitur *Clar. in §. emphyt. quæst. 18. & 21.* vbi etiam Rota
2 infert, † quod pacta similia de non alienando, &c. non sunt de natura contractus, & propterea fuit ibi resolutum ad effectum æstimandi læsionem, an esset vltra tertiam partem, iuxta *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 154.* esse habendam rationem, & canonis, & pactorum, cum sint onera diuersa.

EADEM conclusio firmatur à Rota *coràm Card. Seraphin. decis. 754. Reuerendi Fratres. num. 9. & 21.*

Et vide suprà *Part. I. quæ cumulauimus ad d. decis. ad num. 2.*

Approbata communiter dicitur eadem *Glos.* à *Rota coràm Card. Lancellotto Sen. in Romana domorũ S. Rocchi. Die 3. Iunij 1577. incip. Difficultas. est decis. 72. in eius lib. inter select. in manuscript. habetur decis. 426. vel melius 425. part. 1. diuers.* quæ decisio
3 est omninò videnda, vbi *nu. 2.* † firmatur conclusio, quod bona emphyteutica veniunt sub generali hypotheca, quia possunt pignorari per *d. glos.* quæ ibi dicitur, quod est communiter approbata, vt dicit *Salic. ibi col. 3. vers. quæro an. Suarez de comm. opin. vers. Emphyteosis. nu. 104.* cum alijs multis ibid. citat.

Vt notauimus suprà *Part. I. ad d. decis. 72. Lancellot. vbi nu. 4. ex Vbaldo, & nu. 6. ex Pegna d. glos.* dicitur communiter recepta.

4 Quæ tamen conclusio † non procedit, quando bona emphyteutica sunt expresse prohibita alienari, & hypothecari, *vt per Seraphin. decis. 1250. Prætendit. nu. 5. Et nu. 12. in fin. vers. neque etiam obstat* declaratur d. decis. Lancellotti.

¶ *L. Si quis in tantam. 7. C. vnde vi. non inducit priuationem ipso iure.*

GLOS. in verb. amittat. in l. si quis in tantam. 7. C. vnde vi.

APPROBATVR à Rota *in Spoletan. Spolij. Ven. 23. Iunij 1572. coràm Grato. est in Recent. decis. 8. num. 1. part. 1.* quod videlicet, d. l. non inducat priuationem ipso iure, sed quod requiratur sententia priuatoria.

¶ *Pluralitas, & multiplicitas non præsumitur, sed vnitas, & ideò eam asserenti incumbit onus probandi. Item quando secus.*

GLOS. in verb. Comprobetur. in l. omnium. 19. C. de testam.

1 Vbi dicit, † quod est eo ipso, quod non probatur contrarium, videlicet, eo ipso quod non probetur testamentum, de quo agebatur esse vltimum, quod eo ipso est tale, cũ vnitas, & non pluralitas præsumatur.

APPROBATVR communiter ista glos. vt dicit Rota *coràm Gypsio in Forolinien. S. Lazari. Mercurij 27. Nouembris 1591. incip. In vltima. Est decis. 115. in*
2 *eius lib. 1. in manuscript.* vbi habetur, † quod ad effectum Regul. 4. Cancell. sufficit, quod probetur aliquem fuisse deputatum Subcollectorem, quia in hac materia non præsumitur pluralitas, & quod eam alleganti incumbat onus probandi. *l. omnium. 19. & ibi glos. in verb. comprobetur. C. de testam.* quam esse communiter receptam dicit *Mandos. ad d. Regul. 4. Cancell. num. 3.* vbi post alios Doct. dicit ita Rotam tenuisse *in vna Calaguritana Scholastriæ de Logrono vlt. Maij 1546. coràm Ant. August.* super qua etiam notauimus suprà *Part. I. ad d. Ant. August. in Additionibus.* Et subdit ibi *Mandos.* rationem, quia pro-
3 bata deputatione Collectoris † transfertur onus in partem aduersam, cum sint præsumptiones de vnicitate.

Sequitur hanc decis. ad relationem *Mandos. Rota coràm Bubalo in Salamantina pensionis. Lunæ 25. Maij 1582. incip. Fuit per Dominos. Est decis. 139. in eius*
4 *lib. in manuscript.* vbi † habetur, quod obtinens Canonicatum ex resignatione præsumitur possedisse ex titulo præambulo, & quoad istum effectum resignatio præsumatur publicata, & aduersario excipienti de publicatione incumbere onus probandi hanc negatiuam, quod confirmat ex isto simili de probata deputatione Collectoris, aduersario dicenti non esse vnicum, sed plures incumbere onus probandi.

Et vlterius adducitur, quod dicit *Imol. in cons. 132.*
5 *num. 3.* † vbi allegans confirmationem Papæ non esse legitimè factam tenetur hoc probare, quia pro confirmatione præsumitur.

6 Procedit autem ista † præsumptio in dubio, vt non præsumatur pluralitas, secus verò quando est notum *Rota coràm fel. rec. Ludouis. 555. Proposui dubium. num. 7.*

7 Et quod dicitur de pluralitate, † idem etiam est de identitate, vt non præsumatur, nisi probetur ab eo, qui in ea se fundat, *vt post Corn. cons. 144. post nu. 11. lib. 4. Aym. cons. 198. num. 4.* dixit Rota *coràm eodem Ludouis. decis. 195. Post multas. num. 5.*

LIMITATVR tamen dicta conclusio, quod pluralitas non præsumatur, in duobus tamen casibus admittitur, vel ad effugiendam contrarietatem, vel ad euitandum delictum, vt in primo casu resoluit Rota *in vna Burgen. decimarum de scalante coràm Bubalo 30. Ianuarij 1589.* quam decis. refert, & sequitur *fel. rec. Ludouis. decis. 390. Placuit Rota. nu. 10.* Et in secundò, consuluit *Ruin. cons. 46. nu. 16. lib. 4.* Hanc limitationem tenuit Rota *coràm Orano in Hispalen. iurisdictionis. Mercurij 14. Martij 1590. incip. In causa Hispalen. Est decis. 33. in eius lib. 2. in manuscript.* Quæ decisio fuit postea confirmata *coràm eod. Merc. 26. Iunij 1591. incip. Domini resoluerunt. Est decis. 106. in eod. lib. 2.* vbi fuit additus *Dec. in l. 2. num. 4. C. de bon. possess. cont. tabul. Cephal. cons. 540. nu. 112. lib. 4.*

Hanc limitationem, etiam notauimus *in nostris Obseru. ex Rota Romana Obseru. in verb. Pluralitas.*

¶ *Conductori, an sit facienda remissio mercedis, si aliquod impedimentum locatori non denunciauit.*

GLOS. in verb. Denunciauit. in l. itẽ quæritur. 14. §. exercitu. ff. locat. & conduct.

DECLARATVR à Rota *coràm Corduba in causa Romana prætensæ remissionis. Mercurij 26. Nouembris 1596. incip. Dubitaui, an in casu. est decis. 94. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quæ diximus suprà *ad d. l. item quæritur. 4. §. exercitu. ff. locat. &c. fol. 552. col. 2.*

Glos. de relictis. in l. vnic. C. de ijs, qui ante apert. tabulas.

DECLARATVR dupliciter à Rota *in Ciuitaten. bono-*

bonorum. Mercurij 13. Iunij 1590. coràm Card. Mantica. est decis. 120. num. 8. in eius impress.

¶ *Scripturarum existentia, debet probari esse penès aliquem de tempore motæ litis, & non quandocumq;*

Glos. in l. non ignorabit. in verb. fuisse. C. ad exhibendum.

Quod existentia scripturarum, quarum petitur exhibitio debeat probari esse penès eum à quo petitur de tempore motæ litis, & non quandocumquè.

APPROBATVR à Rota. Vide *in decis. Esina bonorum 12. Martij 1583. coràm Card. Blanchetto. nu. 5. in Annotatione.*

¶ *Legatarij si dicunt, tantum remanet penès hæredem, quantum sufficiat pro Falcidia, ipsi debent probare.*

GLOS. in verb. Hæredis probatio. in l. Cum de lege. 17. ff. de probat.

Vbi dicit, quod si legatarij dicunt, quod tantum remanet penès hæredem quantum eis sufficiat pro Falcidia, ipsi hoc debent probare.

DECLARATVR à Rota *coràm Cardin. Cavaler. decis. 246. num. 2. incip. Aliàs Rota.* Quod procedat, vbicumquè pro hærede negante, concurrit aliqua præsumptio, vt quia confecit inuentarium, vt allegantinō adesse aliqua bona, cuius est tanta præsumptio, vt ei non incumbat aliud onus probandi hanc negatiuam, & in his terminis intelligendam esse hanc glos. dicunt *Phanunc. de inuent. part. 3. cap. 58. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 4.* cum alijs ibi allegatis.

RECEPTA est, etiam *d. glos.* cōmuniter, vt dicitur ibi *num. 1.* vbi ad hoc alia allegantur, & fuit dictum *in vna Romana domuncularum 12. Nouembris 1612. coràm Vbaldo.*

¶ *Filij fratrum, an succedant patruo in stirpes, vel in capita.*

Glos. in Auth. cessante. in verb. in stirpes. C. de legit. hæred.

Cum dicit, quod filij fratrum succedunt patruo in stirpes.

REPROBATVR à Rota. Vide *inf. in §. Glos. in §. hoc etiā. in verb. Superstites. Instit. de leg. agn. success.*

¶ *L. Si seruus. §. si hæreditatis. ff. de legat. 1. quo casu loquatur.*

Glos. in l. si seruus plurium. §. si hæreditatis. vers. Et cum ius. in verb. Ad ipsius. de legat. 1.

Cum dicit, illam legem non loqui de illis sententijs, quæ faciunt ius quoad omnes.

DECLARATVR à Rota *in Romana de Mutis. Lunæ 17. Maij 1604. coràm Card. Sacrato. est in Recent. decis. 78. nu. 2. part. 1.* Quod non dicit, quod ista sententia faciat ius in præiudicium omnium, *vt in l. ingenuum. de stat. homin.* ad quam se refert dicta glosa, sed dicit è conuerso, dictam sententiam in præiudicium obtinentis, dare ius omnibus.

¶ *Probationem plenam faciunt plures præsumptiones ad excusandum, non ad condemnandum.*

GLOS. in l. excusantur. in verb. legitimis. ff. de excusat. tut.

Quod duæ præsumptiones faciunt plenā probationem.

DECLARATVR à Rota *coràm Accoramben. decis. 37. part. 2. incip. Dubitatum fuit.* vbi *ante fin.* dicitur, id procedere ad excusandum, non ad condemnandum, cū ex præsumptionibus nemo cōdemnetur. Et vide, quæ dicuntur *Part. 6. ad Statut. Bononiæ, quod producens falsos testes.*

¶ *Filij in conditione positi non censentur vocati, nisi aliud ex coniecturis appareat, & quæ sint istæ coniecturæ.*

Glos. in l. Lucius. la 2. 86. in verb. liberos. ff. de hæred. instit.

Quod filij in cōditione positi nō censentur vocati.

APPROBATA semper fuit ista Glos. à Rota, vt dicitur *in Recanaten. hæreditatis. Lunæ 14. Maij 1607. coràm Decano Pegna. est in Recent. decis. 133. num. 1. part. 1.* vbi quod stantibus coniecturis recedere consueuit à dicta opinione glosæ, propter quas positi in conditione censentur vocati. *Put. decis. 215. lib. 3. incip. Nicolaus de Pasijs.* & tenuit *in Spoletana bonorum 21. Iunij 1599. coràm Card. Millino. & in Interamnen. bonorum, seu fideicommissi 15. Nouemb. 1599. coràm Cardin. Seraphino. Et fusè in Vrbeuetana fideicommissi. Lunæ 10. Decembr. 1607. coràm Reuerendiss. Coccino Decano. est in Recent. decis. 144. part. 1.*

Inter coniecturas illa est potissima, quando positi in conditione in vna parte testamenti in alia parte, sunt expressè vocati, tunc enim censentur vocati in ea parte, in qua sunt positi in conditione. *Ias. consil. 108. incip. Circa primum dubium. num. 19. versic. non quoquè obstat secundum caput. lib. 4.* & fuit sæpè decisum in Rota, & signanter *in d. Spoletana bonorum, & in Viterbien. fideicommissi 18. Decembr. 1600. coràm Litta.*

Alia etiam est coniectura, quod censentur vocati, quādo aliter succedere nō possent, neq; ex testamento, neq; ab intestato. *Cephal. cons. 251. incip. Quoniam in hac causa. nu. 85. Soccin. Iun. cons. 158. nu. 77. vers. vnde cum in proposito. lib. 2. Gabr. de fideicomm. conclus. 4. nu. 33. Rota in Vrbeuetana Castrorum 21. Aprilis 1578. coràm Card. Blanchetta.* Aliàs coniecturas Vide *in d. Recanaten.* Et ista decisio fuit in eadem causa coràm eodem confirmata. *Mercurij 23. Ianuarij 1608. est in d. Recent. decis. 146. part. 1.*

Has coniecturas cum alijs vide *in Bononien. fideicommissi de Alphanis. Veneris 22. Iunij 1597. coràm Sanctiss. Ludouisio.* Aliæ cumulantur *in Bononien. fideicommissi de Pannolinis 10. Decembris 1610. coràm Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 266. part. 1.* vbi de filijs in conditione positis non ex descendentibus testatoris, sed ex hæredibus extraneis institutis, quicquid contrà voluerit, *Clar. in §. testamentum. quæst. 79. in fin. vt ibid. dicitur. nu. 5.* Et *nu. 4.* dicitur de filijs in conditione positis, quod censentur ex coniecturis vocati ad portionem patrui, seu alterius cohæredis, vt sæpius Rota respondit, & signanter *in Romana fideicommissi de Quinquè 12. Nouemb. 1607. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

Aliàs coniecturas insufficientes tamen vide *in Viterbien. fideicommissi. Veneris 10. Maij 1613. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est in Recent. decis. 486. p. 1.* vbi *num. 19. & 20.* dicitur, quod licet aliàs sufficiant leuiores coniecturæ pro excludenda opinione prædictæ Glos. secus tamen est in extraneis in quibus maiores, & validiores coniecturæ requiruntur. *Aldobr. cons. 29.*

cons.29. nu.51. & in allegatis suprà *Bononien. fideicommissi de Pannolinis coràm Card. Marquemontio*, & propterea nō obstare *in d.quæst.79.* vt etiam superius est dictum. Agebatur autem *in d. Viterbien.* de nepotibus, siue fratrum filijs institutis, & sic non de descendentibus à testatore, sed potius de extraneis.

Et vide *coràm Dunozetto decis.667. Cum anno.n.3. & in fin. d. nu.3. part.2.in Recent. vbi allegatur decis.1485.lib.3.p.3.diuers.& ista decisio in Recanaten.*

Ad dirimendam hanc glosæ quæstionem *Stat.Vrb. lib.1. cap.142. de fil.in condit. posit.* decreuit, quod filij in conditione fideicommissi positi censerentur vocati ad tale fideicommissum, de qua stante dicto statuto non est dubitandum inter Romanos. Qua verò vocatione censeantur vocati, an per vulgarem, vel per fideicommissariam, hoc desumendum est ex verbis testamenti cuiuslibet testatoris. *Rota in Romana fideicommissi de Palluzzellis. Veneris 8. Iunij 1612. coram Reuerendiss. Manzanedo. habetur decis.403. incip. Dubitaui 28. Februarij. num.14. inter Recent. part.2. Rota coràm Bubalo in vna Auenionen. Status. Veneris 6. Iunij 1578. incip.Domini concluserunt. est decis.22. in eius lib. in manuscript.*

Vide, quæ diximus suprà *ad l.Lucius.85. de hæred. instit. fol.554. col.1.*

¶ *Glos. in Auth. præterea. C. vnd. vir, & vxor. per errorem fuit posita, in verb. matrimonij. il 2. cum debeat apponi super il primo.*

GLOS. in Auth. prætereà. C. vnde vir, & vxor. in verb.matrimonij.

PER errorem posita est in dicto verbo, il secundo, cum deberet apponi super eodem verbo, il primo, vt patet ex libris emendationibus, vt dicit *Surd.decis.8. num.7. vers.& quamuis*, vbi etiam ponit rationem. Quod etiam visum fuit Senatui, vt ibidem dicitur *num.30. vers.Glosa autem.*

Glos. in verb. Necessariæq; in l. vtiles. 42. de petit. hæred.

REPROBATVR à Rota. Vide *in l. vtiles. 42. ff. de petit. hæred. fol.575. col.2.*

Glos. in l.si contrà. 2. in verb. si non bona fide, quæ est fin. C. si quis ignor. rem minor.

APPROBATVR à Rota. Vide *in §.68. Bart. doctr. in l. sed etsi lege. §.scire. num.4. ff. de petit. hæred. fol.154. col.1.*

¶ *Vsuræ vsurarum, si fuerint redactæ in sortem ex noua conuentione, an ex illis debeantur vsuræ.*

GLOS. in verb.ponere.in l.vt nullo modo fin. C. de vsur.

Vbi tenet, quod vsura vsuræ, si ex noua conuentione sit redacta in sortem, ex huiusmodi sorte aucta vsuræ debentur.

REPROBATVR à Rota *coràm R.P.D.meo Merlino. in causa Romana vsurarum. Mercurij 13. Iunij 1629. incip.Proposui dubium.* cum contrarium sit verius, & vsura originaliter numquàm possit effici sors. In tantum quod Rota admiratur, quomodo *Accurs. in d. glos.* effugerint verba Iustiniani ibidem *in d. l. vt nullo*, ibi, *si enim vsuras in sortem redigere esset concessum, &c.* Et ibi etiam referuntur plures Doct. qui d. glos. reprobant.

Cuius decisionis particulam, cum sit magistralis, placuit hic eam per extensum ponere, & tota integra habetur inter selectas à dilecto filio Paulo Rubeo *decis.301. incip.Proposui dubium.*

Nequè obstat, quod vsuræ vsurarum fuerint redactæ in sortem ex noua conuentione, & ita breui manu censeantur mutuatæ eidem Comiti Horatio, vnde tamquàm sors, licet conflata ex vsuris reputandæ sint, & consequenter ex huiusmodi sorte aucta, seu sortis incremento vsuræ debeantur, iuxtà tradita per *Ruin.cons.55.nu.20.lib.2. Borgnin.decis.21.num.30. Menoch.de arbitr.iud.casu 119.nu.29.Scacc.de camb. §.6.gloss.1. num.82. in fin.* & in terminis vsurarum, *glos.in l.fin. in final. verb.C. de vsuris.* Quia Doctores prædicti loquuntur in interesse licito, qui non est casus noster, Glosa verò, quæ loquitur de vsuris, reprobatur à *Bald.& Salicet.in d.l.fin.* & de communi, post *Castren. ibidem testatur Anton. Faber. in suo Codice lib.4.tit.24.deffinit.11.nu.4. Minadous decis.17. Petr.Greg.Tholos. de vsur.lib.2. cap.3. nu.13. Cuiac. obseruat.iur.lib.3.cap.39. versic.est autem hæc vsura Pappon.arrest.Gall.lib.12.tit.7.arrest.11.Io.Crinell. decis.Senat.Dolan.103.num.1. & seqq. Fab.de Ann. cons.48.nu.7.& seqq. Roderic.de annuis reddit.lib.3. quæst.4.nu.23.* vbi quod lex præsumit non spontanea voluntate debitoris, sed callido commento fœneratoris, & ingeniosa auaritia, ad fraudādam legis prouisionem, hasce vsuras in sortem redactas fuisse; Et sicuti prohibita est hæc vsura vsuræ, ita prohibitus est modus, per quem indirectè, & fraudolenter daretur ansa sub spetioso hoc nomine sortis auctæ exigendi eamdem vsuram vsuræ, vt benè per *Butrigar. in d. l. vt nullo modo. C. de vsur.* Et mirum est, quomodo Accursium in dicta Glos. effugerint verba Iustiniani ibidem in *d. l. vt nullo modo. C. de vsur.* vbi disertis verbis hoc tamquàm techenam, & commentum in fraudem anatocismi reprobat, ibi, *si enim vsuras in sortem redigere esset concessum, & totius summæ vsuras stipulari, quæ differentia esset debitoribus, à quibus re vera vsuræ vsurarum exigerentur? & hoc fuisset non rebus, sed verbis tantummodo legem ponere;* & ideò posteà idem Iustinianus prohibet vsuras, etiā præteriti temporis redigi in sortem, & iterum stipulari, & semper vsuras manere declarat, & tantummodo sorti antiquæ vsurarum incrementum accedere, & sic ad effectum huius superfœnerationis non potest cōsiderari aucta prima illa sors principalis, & hinc benè dixit *Bald. in l.vlt. in 1.notab. C. de vsur. rei iudic.* quod illud, quod est originaliter vsura, non potest effici sors per quamcumquè causam accidentalem, & sequitur *Menoch.cons.300.nu.91.*

Nec contrarium dicunt *Cagn. in l. vnica. C.de sent. quæ pro eo, quod interest. nu.46. vers.quibus non obstantibus.tom.2.Menoch.cons.1181.nu.8. 9. & 13.* & alij, qui pro hebræis deducuntur, isti enim loquuntur in interesse licito, quando scilicet damnum emergēs, vel lucrum cessans iustificatur cum requisitis. *Castr. in l.3. §.ratione. ff.de eo, quod certo loco,* nedum respectu sortis principalis, vt quia non restituta ipsa sorte passus fuerit damnum, vel amiserit lucrum certum, & licitum, quod præ manibus habebat creditor, sed etiam respectu ipsius interesse, nempè quādo ob

ob non præstitum iustum interesse aliud damnum passus est, vel lucrum certum, & iustum amisit, vt benè declarat *Minado.d.decis.17.& Vuesembec.dicto cons.72.nu.7.lib.2.& Menoch.d.casu 119.num.38.& seqq.Rota Ianuen.decis.78.nu.16.Ruin.cons.103.n.4.lib.1.* quod secus est in vsuris, non valet enim argumentum de interesse ad vsuras magis odiosas. *Cagn. in l.vnica.C.de sent. quæ pro eo, quod interest. nu.45. & 46.Menoch.d.casu 119.num.38.39. & seq. Morot. cons.65.nu.3.Rota Ianuen.d.decis.78.sub nu.16.vers. Nec obstat, quod vsura vsurarum.* qui assignāt etiam rationem differentiæ inter vsuras, & interesse, hoc enim interesse legitimè iustificatum iustè exigitur, vnde non ita absonum esset, si huiusmodi primum interesse in sortem redactum gigneret aliud interesse, quatenus, & hoc secundum legitimè iustificaretur, at secus in vsuris, quia, & prima vsura omninò improba est, & licet tolerata, & non tamen sine peccato exigitur, & propterea nullo modo sub quouis prętextu aliam vsuram debee producere, alioquin esset multiplicare priuilegia, & absurda, & radix infecta germinaret.

Immo, quod magis est, non defuerunt grauissimi Auctores, qui dixerint, quod nec etiam interesse alterius interesse debeatur, prout *Dec. in cap. cum verabilis.n.61. vers.sed retenta communi opinione extrà de except.Bologn.in d.l.vnic.nu.128.* vbi contrariam opinionē Cagnoli vti periculosam refellit *C. de sent. quæ pro eo, quod interest. Franch.decis.154 num.14. Peregr.viden.cons.85.nu.28.lib.3. & de iur. fisc.l.6. tit.7.nu.31.vers.Item interesse. Morot. cons.65.nu.3. Rot.Ianuen.decis.87.num.8.sub vers.item dubitatum fuit,* vbi refert ita iudicatum fuisse *Minad.d.decis.17.* vbi itidem quod in Regio consilio fuit ita seruatum. *Fab.de Ann.cons.48.nu.8.& seqq.* qui postremi Auctores loquuntur etiam in casu, quo primum interesse fuerat redactum in sortem, & negant adhuc posse producere aliud interesse, & propterea si interesse alterius interesse non debetur, multominus vsuræ vsurarum, in quibus nulla est difficultas, quia præcisè *Iustinianus in d. l. vt nullo modo* illas damnauit, prohibuitq; vsuram ad hunc effectum redigi in sortem.

¶ *circa Fideiussorum obligationem, & liberationem.*

GLOS. in verb. Putant. in l. ob triginta. 73. ff. de solut.

Distinguente inter vnam, & plures causas.

REPROBATVR à Rota *coràm Card. Lancellotto Iun. in Romana fideiussionis*. Vide, quæ notauimus ad *l. decem. 116. de verb. oblig. fol.537.col.2.*

¶ *Replicatio est eiusdem naturæ, quam actio, quo ad tempus, & non quo ad alia.*

GLOS. in verb. Statutum. in l. quæsitum. 31. §. in dolo. fin. ff. de pecul.

Vbi dicit, quod in replicatione idem potest statui, quod in actione statutum est.

DECLARATVR à Rota *coràm Cantuccio in causa Romana census 27. Iunij 1580. est decis.131. inter impress. diuers. part.2. num.21. incip. Licet Agentes.* Quod licet replicatio sit eiusdem naturæ, vel reguletur secundum naturam actionis, tamen hoc procedit respectu temporis, quia tamdiu durat replicatio, quamdiu durat actio, & ita procedit *text. in d.l. quæsitum. §. fin.* sed secus est, quoad alia, nam tunc replicatio habet naturam exceptionis. *l.2. ff. de except. Alex. in l. fin. nu.25. & ibi Bolognett. nu.50. C. de edend. Dec. in cap. si autem. nu.9.* vbi reddit rationem *extrà de rescript. Aegid. in cap. à nobis. num.8. de rescript.* cum alijs ibi cumulatis.

¶ *Possessor bonæ fidei rei Ecclesiæ malè alienata non compensat fructus cum melioramentis.*

GLOS. in verb. Superfluum. in l. emptor. 65. ff. de rei vendic.

1 Vbi *in fin.* dicit, quod bonæ fidei possessor non compensat fructus cum melioramentis, quando dictus possessor habet causam ab eo, qui si alienasset fecisset fructus suos.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Lancellotto Sen. in Papien. fructuum. die 14. Martij 1580. incip. Limitatio. Est decis.6. in tit. de alien. rer. Eccles. inter eius 2 select. in manuscript.* Quod † *d. glos.* præsupponit, quod alienans tunc faciat fructus sicos, nec ab eo tunc peti possent, quam glos. dicit ibi Bart. esse notabilem, & not. *Bald. in cap. grauis. num.5. de restit. spol. Castrens. in l. domos. num.4. de legat.1. Alex. consil.154. Consideratis. nu.3. vol.6.*

3 Sed quando Prælatus † malè alienat rem Ecclesiæ, tunc Ecclesia respectu dictæ rei dicitur vacare, vt notat *Bart. in l. qui fundum. §. si tutor. pro emptor.* & propterea ipse non facit fructus suos, ita vt quilibet, & etiam ipsa Ecclesia potest rem cum fructibus petere. *c. si quis præsbyterorū. de reb. Eccles. nō alien.*

Et subdit, quod ob hanc rationem aliàs Rota tenuit *in vna Pisana liquidationis fructuum 14. Martij 4 1575. coràm Blanchetto*, † quod non tenet etiam quietatio factæ per Prælatum de fructibus Ecclesiæ.

Fuit propterea in dicta decis. conclusum, quod Commendatarius modernus non poterat agere nomine suæ Ecclesiæ ad repetendos fructus rei malè alienatæ, cum eius prædecessor non potuisset facere fructus suos, nec etiam illos petere potuisset, & sicut ipse excluditur, ita etiam habentes causam ab eo. Et quod allegata in contrarium procedunt in marito, patre, vsufructuario, emphyteuta, & alijs malè alienantibus, & non in Prælato malè alienante, in quo est diuersa ratio.

ANNOTATIO.

Decis. 246. & 247. Diuers. part.2. quæ habentur sub nomine Robusterij, sunt coràm Card. Lancellotto Sen. prout in eius lib. decis.8. & 50. inter eius selectas in manuscript.

¶ *Filij fratrum prædefunctorum vocantur ad successionem patrui defuncti in capita, & non in stirpes. In stirpes autem succedunt existente fratre defuncti.*

GLOS. in §. hoc etiam. in verb. Superstites. Instit. de legit. agnat. success.

Dicit in capita vocari filios fratrum ad successionem patrui defuncti, quam opinionem sequitur *Azo. in Summ. C. de legit. hæred. §. item iure nouissimo.* At verò idem *Accurs. in Auth. cessante. in verb. in stirpes. C. de legit. hæred.* æstimauit in stirpes deferri successionem.

APPROBATVR prior glosa posteriori reiecta à Rota *in Bononien. seu Romana successionis. Veneris 10. Apri-*

10. Aprilis 1592. coràm Card. Blanchetto, habetur
1 inter Recent, decis. 27. p. 1. vbi dicitur † hoc dubium propositum fuisse de mandato Clementis Octaui, & fuit resolutum non ex Doctorum numero, quos pro vtraq; parte enumerat. Thesaur. decis. 162. & Tiraq. de retract. lignag. §. 11. glos. 13. sed ex rationibus, & Iurisconsultor. auctoritatibus, & in summa habetur, quod fratrum defunctorum filij in capita non in stir-
2 pes succedere debeant; † In stirpes autem tunc succedunt, quando veniunt ad hæreditatem patrui viuente alio fratre defuncti, vt expressè dicitur in §. si autem defuncto. & infrà in §. sed & ipsis. in Auth. de hæred, ab intest. cuius dispositio extrà casum expressum ius antiquum corrigens non extenditur,
3 † Et ita ibi fusè hæc conclusio firmatur sequendo d. decis. Thesaur. 162. & aliorum supremorum tribunalium, de quibus ibi num. 8. & 9. Refutatis rationibus d. glos. in verb. in stirpes. num. 10. 11. & 12. & ratione Bart. in l. post consanguineos. 2. §. hæreditas. ff. de suis, & legit. & comprobata fuit opinio Azon. vbi suprà ex melioribus rationibus, veterum Iurisconsultorum auctoritatibus, & frequentiori vsu.

REPROBATVR iterum d. glos. in verb. stirpes. in Auth. cessante. C. de legit. hæred. à Rota coràm R. P. D. meo Merlino in Clusina hæreditatis. Veneris 18. Februarij 1633. & Veneris 12. Maij 1634. vbi post Zas. in cons. 4. per totum. prædictam Accursij sententiam
4 explodit vti nugosam, † & erroneam, & quod Rota contrariam opinionem perpetuò amplexa est, vt in decis. 391. & 392. p. 4. diuers. & in Recent. decis 27. per tot. part. 1. & decis. 24. num. 1. penès Merlin. de legitim. & in causa Florentina fideicommissi de Cambijs 9. Iunij 1627. coràm R. P. D. Dunozetto. & in Perusina successionis 1. Nouembris 1615. coràm D. Card. Verospio,

Summa namq; est æquitas, vt dicitur in d. decis. sub die 12. Maij 1634. vt plures nepotes, seu plurium
5 filij, in quibus par viget † sanguinis ratio, eadem gradus prærogatiua, & naturæ priuilegium, ad imparia non iudicentur, & vnusquisquè eorum in illo gradu consistat, in quo natura illos constituit, veritate attenta, & omisso Iure commentitiæ, & fictæ repræsentationis, ne vnus dumtaxat in hæreditate patrui tantam portionem capiat, quantam plures alij insimul, vt benè ratiocinatur Zas. d. cons. 4. nu. 31. & seqq. & Senat. Dolan. in decis. 130. nu. 13. 14. & 15.

REPROBATVR denuò d. glos. opinio à Rota coràm R. P. D. Panzirolo in eadem causa Clusina hæreditatis. Lunæ 2. Iunij 1636. vbi reiecta dicta opinione
6 iterum affirmatur, † quod Rota contrariam sententiam, tamquàm melioribus rationibus munitam sequitur, & præter suprà allegatas decisiones, etiam adducit decis. in causa Romanæ successionis 1. Iulij 1602. coràm Card. Millino.

Et latè circa hanc materiam vide Cephal. in consil. 341. per tot, vbi iuribus, & rationibus, & auctoritatibus hanc opinionem defendit, & latissimè Castill. quotid. controuers. cap. 19. num. 81. cum alijs allegatis in supradicta prima decis. R. P. D. Merlini.

¶ Testamentum, an sit nullum ob præteritionem filij, si filius præteritus non dederit de nullitate.

Glos. in l. filio præterito, 17. in verb. tuebitur. ff. de iniust. rupt. testam.

1 Quæ vult, † quod testamentum ob præteritionem filij non sit nullum, nisi filius præteritus dederit de nullitate.

EXAMINATVR à Rota in Romana de Marescottis. Lunæ 14. Decembris 1615. coràm Card. Sacrato. Est decis. 770. incip. Rota censuit. in Recent. part. 2. num. 2. vbi dicitur, quod iuxtà eam tenent Ias. in l. posthumo. num. 23. vbi de communi. C. de bon. poss. contrà tabul. Imol. in d. l. filio præterito. nu. 3. vers. item nota argumentum. Rota in Sutrina successionis 15. Maij 1604. coràm eodem Card. Sacrato.

Contrariam verò alij tuentur, nimirum. Alex. in d. l. posthumo. num. 16. in fin. vbi de communi. Dec. ibid. num. 9. vbi dicit hanc esse veram opinionem. Angel. in d. l. filio præterito. num. 5. vers. prima est, quod testamentum. vbi dicit hanc esse veram, & communem. Gomez. variar. resolut. tom. 1. cap. 11. vers. prima est. vbi dicit communiter reprobari dictam glosam, & aliàs. Imol. in d. l. filio præterito. nu. 52. versic. secunda fuit opinio. dicit contrariam opinionem non esse bonam. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius. part. 1. in verb. in eodem testamento relinquens primo. num. 93. cum tribus seq. vbi de communi. Angel. Aretin. consil. 103. num. 33. attestatur de communi.

ROTA verò nihil super hoc puncto determinat, quia in casu ibi proposito vna ex filiabus testatricis fuerat admissa ad causam.

F I N I S

QVINTAE PARTIS SINGVLARIVM EX SACRAE ROTAE DECISIONIBVS SELECTORVM.

Circa Legum Intellectus.

THEO.

THEODOSII RVBEI
PRIVERNATIS I.C. ROMANI
SINGVLARIVM
Ex Sacræ Rotæ Romanæ Decis. Selectorum
PARS SEXTA, ET VLTIMA.
Circa Statutorum Interpretationem.


EXTA, & Vltima Pars restat nostrorum Singularium, in qua diuersorum Statutorum Interpretationes adducemus ex Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus recollectas, tàm Ecclesiarum, quàm Ciuitatum, & aliorũ locorum, præmissis aliquot Obseruationibus circa Statuta in genere, pro intellectu plurium similiũ Statutorum, has aliæ particulares sequentur Obseruationes Statutorum in specie, hoc quo sequitur ordine.

Circa Statuta in genere.

Circa Statuta in specie.

OBSERVATIO XIIII.
Circa Statuta particularium Ecclesiarum, & Religionum ordine Alphabetico.

OBSERVATIO XV.
Circa Statuta Ciuitatum, & aliorum locorum ordine Alphabetico.

OB-

OBSERVATIO I.
Circa Confirmationem Statutorum.

SUMMARIUM.

1 *Statutum à Principe confirmatum præsumitur rationabile, & vsu receptum. Et alleganti non vsum incumbit onus probandi, & testes, vt probent non vsum, debet deponere fuisse obtentum in iudicio contradictorio.*

2 *Statuta vt ligent debent esse confirmata, & qualis confirmatio requiratur.*

3 *Statutorum confirmatio præsumitur ex longa obseruantia.*

4 *Statutorum confirmatio, quando extendat ipsa statuta, & quando non.*

5 *Statutorum confirmatio Apostolica, quando habeat illam restrictionem, dummodo sint licita, & honesta, & quando non.*

6 *Statutorum confirmatio cum clausula, quatenus sint in vsu, quid operetur.*

7 *Statutis Episcoporum confirmatis à Papa standum est, & ligant successores.*

8 *Confirmatio Apostolica, quando non faciat substinere Statuta.*

9 *Confirmatio Apostolica, etiam præsumptiua facit cessare nullitates, & oppositiones.*

§. 1. Statutum à Principe confirmatum præsumitur rationabile, † & vsu receptum. *Gozad. cons. 16. num. 16.* & fuit dictum *in Narnien. legati 16. Ianuarij 1572. coràm Cardin. Seraphino, & in Calaguritana beneficij 29. Nouembris 1582. coràm Robusterio.* Ideò
2 alleganti non † vsum statuti incumbit onus probandi cum sit fundamentum suæ intentionis. *Dec. cons. 534. num. 9. circa med. Crescent. decis. 79. aliàs 4. nu. 2. de priuileg. Put. decis. 1. lib. 1.* & voluerunt Domini *in Amerina successionis 24. Maij 1593. coràm Decano*
3 *Pegna.* Et testes, vt probent dictũ † non vsum debent deponere fuisse obtentum in iudicio contradictorio. *Abb. cons. 53. nu. 1. vers. & pro hoc facit. lib. 2. Soccin. cons. 61. nu. 3. Alex. cons. 132. n. 4. lib. 1. Natt. cons. 575. num. 10.* maximè si pro executione Statuti fuit aliàs lata sententia. *Rota in Ciuitatis Castelli bonorum. Veneris 10. Decembris 1598. coràm Gypsio.*

§. 2. Statuta vt ligent debent esse confirmata, & quod facta ostenderent esse ex certa scientia, & cum causæ cognitione, adhoc, scilicet, vt etiam si illa nulla sint, vel inualida validentur per confirmationem potestatem habentis scientis nullitatem, & vitium confirmatis. *cap. 1. & 2. cap. veniens. & ibi glos. in verb. confirmatum. de transact. l. adoptio non iure facta. ff. de adoption. Dec. cons. 341. nu. 3.* Nam confirmationis natura non est de nouo disponere, aut nouum ius dare, sed antiquum, & præexistens approbare. *l. hæredes palàm. §. 1. ff. de testam. Castrens. cons. 162. nu. 2. lib. 2. Alex. cons. 123. nu. 20. lib. 4.* Neq; sufficit tacita confirmatio, putà ex declaratione, vel permissione, quod subditi eis vtantur. *Rota in Balucoregien. hæreditatis. Lunæ 19. Decembris 1588. coràm Orano.*

§. 3. Statutorum confirmatio præsumitur ex longa obseruantia. *Bald. in l. 2. num. 75. C. de seruit. & aquir. Dec. cons. 152. col. fin. Aym. de antiq. temp. 3. part. num. 28.* quo casu non est quærendum de scientia Papæ. *Aym. ibid. num. 29. Fab. decis. 22. Gadicen. statutorum 27. Ianuarij 1581. coràm Seraphino. & in Fauentina bonorum de Caldeonibus 28. Iunij 1581. coràm eodem.*

§. 4. Confirmatio licet non extendat confirmatum, putà in Statutis Laicorum, vt non comprehendat non subditos. *Crot. cons. 75. num. 6. Ruin. cons. 158. nu. 17. lib. 1. Curt. Iun. cons. 349. nu. 3.* Secus tamen est, quãdo dicta statuta fuerunt reuisa de ordine expresso Superioris, & confirmata ex certa scientia, vt de Statutis Vrbis dicitur *in Romana pratensi fideicommissi de Vrsinis. Veneris 17. Maij 1585. coràm Orano. Est decis. 86. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Fuit per Dominos.*

§. 5. Super Statutis confirmatio Apostolica habet illam restrictionem, dummodo sint licita, & honesta. *Card. Seraphin. in Auximana dotis 27. Aprilis 1583.*

Limita, nisi confirmatio sit cum clausula, quod statuta habeantur pro insertis, *vt in d. Auximana dotis.* vbi dicitur ita fuisse resolutum *in vna Recanaten. 27. Iunij 1576. coràm Robusterio.*

§. 6. Statutorum confirmatio cum clausula, quatenus sint in vsu, operatur quod statutum in ea parte, in qua est vsu receptum censeatur confirmatum, nam hoc importat dictio, quatenus, idest, in quantum, & operatur, vt dispositio adaptetur pro ea parte pro qua id fieri potest, maximè in casu in quo eadem est ratio partis ad partem, quæ totius ad totũ, quæ facit cessare surreptionem, cum Papa eodem modo quoad partem concessisset. *Rota in Gerunden. Anniuersariorum 14. Nouembris 1581. coràm Seraphino.*

§. 7. Statutis Episcoporum particularibus, licet non ligentur successores, secus tamen est, quando sunt confirmata à Papa, maximè si in confirmatione insertus est tenor Statutorum, quia tunc sunt statuta Papalia.

Vide infrà *Obseruat. 3. §. 1. & 2.* Etiam quod confirmatio sit facta à Cardin. Maiori Pænitentiario ex speciali mandato Sedis Apostolicæ, *vt in d. §. 1.*

§. 8. Confirmatio Apostolica, quando non faciat substinere Statuta.

Vide infrà *Obseruat. 4. §. 1. num. 3.*

§. 9. Confirmatio Apostolica, etiam præsumptiua facit cessare nullitates, & oppositiones.

Vide infrà *d. Obseruat. 4. §. 2.*

OBSERVATIO II.
Circa Statuta de Lucro Dotis.

SUMMARIUM.

1 *Dos debet esse realiter, & cum effectu data ad effectum consequendi lucrum dotale.*

2 *Statutum de Lucro dotis videtur fauorabile.*

3 *in Lucro dotis est attendendum statutum domicilij mariti.*

§. 1. Statutum de Lucro dotis debet intelligi de dote realiter tradita, cum in hac materia strictè procedatur. *Rol. de lucro dotis. quæst. 2.* aliàs nulla esset differentia inter dotem promissam, & dotem realiter, & cum effectu datam, vt aduertit *Surd. cons. 45. num. 16.* cum alijs multis congestis à Rota *coràm Gypsio in Asculana lucri dotis. Lunæ 22 Iunij 1598. incip. Fuit extrà Rotam. Est decis. 18. in eius lib. 2. in manuscript. Et coràm Cardin. Seraphino decis. 882. Fuit resolutum deberi. num. 2. Et fusius decis. 248. Fuit resolutum Blasinum.* vbi *nu. 1.* distinguit hanc materiam.

Quæ

Quæ nos notauimus *in nostris Obseruationibus Practicarum Conclusionũ ex Rota Romana in verb. Dos. Obseruat. circa Miscellanea.* §. 28. *incip. Dotis traditio.*

§. 2. Statutum de Lucro dotis videtur fauorabile, vt homines inuitẽtur ad matrimonia contrahenda. *Rota corā Card. Seraph. decis.* 250. *Dñi perseuerarunt. nu.* 2.

§. 3. In Lucro dotis attendi debet Statutum domicilij mariti. *Lexigere. de iudic. Tiraq. de leg. connub. glos.* 2. *nu.* 45. *Rol. de Lucro dotis. quæst.* 13. *Rota coràm Card. Seraphin. decis.* 504. *Fuit dubitatum, an probetur. n.* 5. *Et coràm Orano in Romana recuperationis dotis. Mercurij* 10. *Maij* 1595. *in fin. incip. Promissa Tiberio; Est decis.* 283. *in eius lib.* 2. *in manuscript.*

Vbi sic habet, quod in materia lucri dotis attendi debet dispositio Statut. Vrb. vbi fuerunt contracta sponsalia, maximè cum domicilium viri esset intrà quadraginta milliaria ab Vrbe, nisi particulari statuto loci aliud ordinaretur.

OBSERVATIO III.

Circa Statuta Episcoporum in genere.

SVMMARIVM.

1 *Statuto Episcopi confirmato à Sede Apostolica standum, etiam eo non producto, quando eius tenor est in confirmatione insertus.*

2 *Statutum Episcoporum particulare, licet non liget successores, secus tamẽ est si eit confirmatũ à Papa.*

3 *Vicarius generalis nõ potest statuere præsertim contrà ius, cum neq; hoc eam possit Episcopus statuere.*

4 *Prouisor Ecclesiæ, siue Vicarius nõ potest facere statuta.*

5 *Episcopus cum Capitulo possunt statuere de rebus spectantibus ad Ecclesiam. Et quando non possit statutum reuocare.*

§. 1. Statuto ab Ordinario facto standum est, quãdo est confirmatum auctoritate Apostolica, vt dixit Rota *in Seguntina admissionis ad Capitulum. Ven.* 15. *Aprilis* 1611. *coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis.* 339. *part.* 2. *in Recent. nu.* 1. vbi confirmatio fuerat concessa per Cardinalem S. Angeli Maiorem Pænitentiarium, de speciali mandato Sedis Apostolicæ, vt ipse Cardinalis in ipsa confirmatione attestatur, cui assertioni standum est. *cap. nobilissimus.* 97. *dist.* quem ita intelligit. *decis.* 33. *de probat. in antiq.*

Maximè quando in confirmatione omnimoda substantia statuti, & ferè totus illius tenor specificè refertur, quæ expressio operatur, quod confirmatio ex certa scientia emanata dicatur ad text. *in cap. venerabiles, iuncta glos. in verb. tenor. & verb. si præmissis. de confirmat. vtil. vel inutil.* Quæ tenoris expressio, & substantia statuti operatur, quod ei sit standum absq; alia productione, seu verificatione statuti confirmati *ex d. glos. in verb. tenor. in d. cap. venerabilis. cum alijs in d. decis. nu.* 4. *adduct.*

§. 2. Statutum Episcoporum particulare, licet non liget successores, tamen si fuerit à Sede Apostolica confirmatum, & insertum in Bulla non dicitur amplius Episcopale, sed Papale, quod ligat etiam successores, *Rota in Vicentina iurisdictionis* 28. *Maij* 1601. *coràm Card. Sacrato.* quam decisionem sequitur Rota *in Montis Regalis Iurisdictionis. Lunæ* 24. *Maij* 1604. *corã Reuerendiss. Coccino Decano. est in Recent. decis.* 79. *num.* 6. *part.* 1. Et quod Episcopus non possit illud reuocare vide *in eadem causa Montis Regalis Iurisdictionis. Luna* 5. *Iuly* 1604. *coràm eodem. est in Recent. decis.* 84. *nu.* 4. *part.* 1.

§. 3. Statuendi facultatem non habet † Vicarius generalis. *Feder. de Sen. cons.* 264. *vers. item auctoritas Vicarij. Roman. singul.* 700. *Franc. in cap. fin. nu.* 5. *de offic. vic. in* 6.

1

2 † Maximè contrà ius commune, contrà quod nec Episcopus de nouo statuere potest. Vnde si dictus Vicarius generalis in reformatione enunciet tale statutum (agebatur autem in infrà alleganda decisione coràm Reuerendiss. Manzanedo de statuto, non admittendi forenses ad Capitulum) talis enun-

3 ciatio † illud non probat, iuxtà *Bald. In l.* 1. *in fin. C. de Episc. & Cleric.* vt fuit dictum *In Seguntina admissionis ad Capitulum* 26. *Iunij* 1587. *coràm Gypsio. & in alia Burgen. Iurisdictionis* 10. *Decemb.* 1584. *coràm*

4 *Card. Pamphilio.* † Quod non est mirum, cum carentibus tali potestate non credatur enunciando tale statutũ adfuisse. *iuxtà text. in l. si fortè. ff. de castrens. pecul.* quem ita intelligit *Grauett. de antiq. part.* 2. *num.* 21. *post Dec. in cap. cum sit Romana. notab.* 3. *de appell.* & alios quos refert, & sequitur *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 77. *nu.* 8. *vers. hic intellectus.* Et ita Rota tenuit *in alia Seguntina admissionis ad Capitulum. Lunæ* 27. *Iunij* 1610. *coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis.* 290. *nu.* 3. *in Recent. part.* 2. vbi nu. 2. dicitur tale statutum esse illicitum, & ambitiosum, ac propterea non valere, quod dictum fuerat in allegat. *Seguntina coràm Gypsio.*

§. 4. Statuendi facultatem, neque habet Prouisor Ecclesiæ. *Feder. cons.* 254. *vers. item auctoritas Vicarij. Roman. singul.* 700. *Franch. post alios in cap. fin. num.* 5. *de offic. Vicar. in* 6. *Rota coràm Gypsio in Seguntina admissionis ad Capitulum. Veneris* 26. *Iunij* 1587. *incip. Statutum prohibens. Est decis.* 255. *in eius lib.* 1. *select. in manuscript.*

§. 5. Statuere possunt Episcopus, & Capitulum de rebus spectantibus ad Ecclesiam, putà, circa fructus Canonicatuum, putà, quod fructus primi anni spectent ad hæredes Canonici defuncti, secundi anni ad fabricam. *Io. Andr. in cap. cum nostris. num.* 22. *de concess. præb. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. nu.* 178. *de constit. Rota coràm Cardin. Seraphino in Leodien. Canonicatus* 28. *Iunij* 1602. *Fuit resolutum fructus. Est decis.* 1447. *num.* 2.

Quando autem non possint Episcopus, & Capitulum reuocare statutum habes apud *Card. Seraphin. in Gerunden. Anniuersariorum decis.* 590. *Dubitatũ fuit strictè.* vbi assignantur duo casus, Primus quando statutum fuit factũ ad tollendas dissensiones, & sic valet irreuocabiliter, & per modum transactionis, vt ibi dicitur *num.* 2. Secundus, quando statutum continet vtilitatem tertij, & tunc etiam non potest reuocari, *vt ibid. nu.* 4. *& seq.*

OBSERVATIO IIII.

Circa Statuta Ecclesiarum in genere, & Laicorum quoad Ecclesias.

Circa Ecclesias particulares. Vide infrà *Obseru.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ecclesiæ, an à solis capitularibus possit fieri.*

2 *Statuti confirmatio Apostolica, etiam præsumptiua tollit nullitates, & oppositiones.*

3 *Statutum factum à Canonicis Sede vacante tenet, & etiam vacante Abbatia, quando ad ipsos spectat electio.*

4 *Statutum prohibens Clericos forenses admitti ad Capitulum tamquàm ambitiosum non tenet.*
5 *Statutum Ecclesiæ prohibens non omnes beneficiatos admittendos esse ad participationem relictorum pro celebratione diuinorum officiorum, tamquàm ambitiosum non est admittendum.*
6 *Statutum Ecclesiæ facit, vt vacante beneficio ius acquiratur ab opponente, qui habet omnes statuti qualitates.*
7 *Statutum est validum prohibens admitti ad beneficia descendentes à nouis Christianis, seu ab his, qui sunt nati de impuro sanguine, & eget confirmatione Apostolica.*
8 *Alienari possunt bona Ecclesiæ non obstantibus Statutis Ciuitatis, & quomodo.*
9 *Statuta Laicorum, quando sint attendenda in foro Episcopali.*
10 *Statuta Laicorum non possunt præiudicare libertati Ecclesiasticæ, etiam quod sint confirmata auctoritate Apostolica.*

§. 1. Statutum concernens, † statum Ecclesiæ non
1 potest fieri à Capitularibus sine interuentu, & auctoritate Episcopi, iuxtà *Glos.* communiter receptam *in cap. constitutionem. 2. in verb. statutum. de verb. signif. in 6. Innoc. in cap. cum omnes. nu. 1. vbi Abb. nu. 4. Butr. nu. 45. Felin. nu. 9. Bero. n. 36. & 46. de constit. Abb. in cap. cum consuetudinis. nu. 4. de consuetud. Calder. cons. 2. de constit. Oldr. cons. 131. Ferrett. cons. 186. Et post Rotam in Illerden. statuti. Mercur. 19. Martij 1597. coràm Corduba. est decis. 110. in eius lib. in manuscript. incip. Dubitaui super validitate statuti.* Idem dixit Rota *in Hispalen. Cantoria de Ossuna. Veneris 3. Decembris 1599. coràm Litta. est decis. 21. nu. 1. in Recent. part. 2.* vbi corrige mensem, & annum decisionis *coràm Corduba.*

Agebatur autem de validitate statuti à Capitulo siue Archiepiscopo conditi, quo cauebatur, admittendum ad beneficiũ dictæ Ecclesiæ non debere esse pœnitentiatum ab Officio S. Inquisitionis, nec minus ex pœnitentiatis descendentem.

Additur *in d. Hispalen. nu. 2.* quod data validitate
2 præfati statuti † illud est intelligendum de descendentibus per lineam masculinam, & non per lineam fœmininam *ad text. in cap. vbicumq; vbi Glos. in verb. masculinum. de pæn. in 6.* Et hoc ea ratione, vt minus corrigat iuris communis dispositionem, quàm sit possibile, iuxtà quod descendentes à Pænitentiato, qui humiliter pænitentiam egit, non repelluntur à dignitatibus Ecclesiæ. *cap. cum te. vbi Doct. passim notant. de rescript.* Maximè descendentes per lineam maternam vltrà primum gradum existentes. *cap. statutum. il 2. de Haret. in 6.*

3 In tantum, quod dictum † Statutum non potest sustineri sub prætextu Confirmationis Apostolicæ, quando Confirmatio non est specialis talis statuti, sed generalis omnium statutorum, cum dicta confirmatio, etiam ex certa scientia non sit referenda ad statuta iniusta, & illicita. *Alex. cons. 59. nu. 14. & seq. lib. 1.* Maximè stante clausula, dummodo statuta [illegible] licita, & honesta, nec Sacris Canonibus con[illegible] confirmatio nihil operatur. *Dec. con[illegible] in fin. vers. postremò. & num. seq. Alex. [illegible] vers. a contrario confirmatio. lib. 5.* [illegible] *d. verb. Statutum.* quod sit com[illegible] *Part. 5* quæ in ea notauimus.

§. 2. Statutum Ecclesiæ, licet habeat plures oppositiones, tamen quando fuit factum sub beneplacito Sanctissimi, & quod valeret in quantum Sanctissimo placeret, per illius confirmationem cessant omnes oppositiones. *Butr. in cap. cum M. num. 12. in fin. per illum text. de constit. Felin. in cap. cum omnes. num. 9. vers. sufficeret tamen confirmatio Papæ. eod. tit.*

Etiam si de confirmatione appareat ex beneficio temporis, ex quo illa præsumitur nedum intrà cẽtum annos, prout erat in casu allegandæ decisionis, sed intrà 30. *text. iuncta glos. in cap. peruenit. de empt. & vendit. Cassad.* qui ad hoc dicit illum text. singularem *decis. 3. nu. 1. de procurat. Felin. in cap. Albericus. nu. 4. de testib. Put. decis. 365. nu. 4. & 7. lib. 2. Rot. diuers. 179. part. 2.* Maximè stante obseruantia statuti. *Rota in Calaguritana Residentiæ de Enciso. Luna 17. Februarij 1612. coràm Reuerendiss. Manzanedo. habetur in Recent. decis. 375. incip. Fuit resolutum pro confirmatione sententiæ. nu. 6. & 7. part. 2.*

§. 3. Statutum tenet factum à Canonicis Ecclesiæ vacante, & etiam vacante Abbatia, quando ius eligendi Abbatem ad Canonicos spectat, præsertim stante clausula, saluo beneplacito Apostolico. Vide ☞ *Part. 3. ad Abbat. in cap. sicut nostris. 28. de iure iur.*

§. 4. Statutum prohibens Clericos forenses admitti ad Capitulum tamquàm ambitiosum, & illicitum non valet, vt dixit Rota *in Seguntina admissionis ad Capitulum 26. Iunij 1587. coràm Gypsio. Quam decis. sequitur Rota in alia Seguntina admissionis ad Capitulum. Luna 7. Iunij 1610. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 290. num. 2. in Recent. part. 2.*

§. 5. Statuta Ecclesiarum disponentia, non omnes Beneficiatos Ecclesiæ esse admittendos ad participandum de relictis pro diuinis officijs celebrandis, vti ambitiosa non sunt attendenda. *Rota coràm Gypsio in Legionen. fundorum. Luna 5. Iulij 1593. incip. Per audientiam contradictarũ. Est decis. 110. in eius lib. 2. select. in manuscript.* quod etiam fuerat anteà dictum *coràm eodem Gypsio in Seguntina admissionis ad Capitulum. Veneris 26. Iunij 1587. incip. Statutum prohibens. Est decis. 255. in eius lib. 1. select. in manuscript.* vbi tamquàm ambitiosum fuit reiectum statutum Seguntinum prohibens Clericos forenses admitti ad Capitulum, *vt in præcedenti §. dictum est.*

Ratio verò decisionis est, quia omnes Beneficiati, & Curati Ecclesiæ debent participare de relictis pro diuinis officijs celebrandis ad aliquod Ecclesiæ altare, nisi de contraria relinquentium voluntate appareat, cum habeant intentionem fundatam de iure communi, iuxtà not. *in cap. ad decorem. de instit.* Ideò statuta, quæ contrarium disponunt tamquàm ambitiosa non sunt attendenda.

§. 6. ad Beneficium vacans ius acquiritur ab opponente, qui habet omnes qualitates à statuto Ecclesiæ requisitas. *Cassad. decis. 8. nu. 4. de præbend. Sarnens. super regul. de non toll. iur. quæst. 1. nu. 10. vers. nam per illam oppositionem.* Et hoc est manifestum, quia in gratia de vacaturo necessariò de tali iure ex oppositione debet fieri mentio, *vt per Put. decis. 235. lib. 2.* Maximè quando non agitur contrà eum, qui non fuit assecutus ius ab Ordinario, cum Ordinarij non possint derogare statutis Ecclesiæ. *Put. dicta decis. 235. num. 3. & 4.* Nec obstare *Mohed. decis. 21. & seq.* vbi voluit ex tali oppositione acquiri aliquod ius in re, vel ad rem considerabile. Quia loquitur in diuersis

diuersis terminis, videlicet, ne taciturnitas illius in gratia de beneficio vacanti posset causare subreptionem, non autem quando statutum adest, per quod tribuitur ius opponenti. *Put.decis.253.lib.3.Anton. August.in Epit. tit. de modis prouis. §.1.* Et ita dixit Rota *coràm Orano in Toletana Scholastria. Veneris 22.Maij 1592.incip.Domini tenuerunt.Est decis.138. in eius lib.2. in manuscript.*

§. 7. Statutum est nullum, prohibens admitti ad beneficia descendentes à nouis Christianis, seu ab his, qui sunt nati de impuro sanguine est nullum, & contrà ius Canonicum, & eget confirmatione Papæ, vt fuit dictum *in Pampilonen.de Sanguisßa 15.Decembris 1572.coràm Oradino,& in Calaguritana dimidiæ portionis della Guardia 11. May 1579. coràm Card. Lancellotto. & in Pampilonen. beneficij de Caparosio 30. Maij 1580.coràm eodem.* vbi etiam fuit dictum, quod ad probandum obseruantiam debent testes deponere non quod isti tales non fuerint admissi, sed quod adueniente vacatione fuerint exclusi, tantò magis, quia hoc statutum fuit factum à Laico, videlicet à Rege Ioanne. Et vide *in nostr.Obseruat.in verb. Beneficium. Obseruat. explur. person. quæ præferem. §.7. ad Beneficia Ecclesiæ de Lequitio.nu.13.*

Sanguinis impuritas est probanda à Capitulo, quod negat admissionem. Vide *in Obseru.in vers. Capitulum si Canonico deneget admissionem. §.1. Obseruat. de Capitulo circa Admissionem.*

§. 8. Statuta Ciuitatis non possunt impedire liberam facultatem locandi bona Ecclesiæ seruata iuris forma, neque comprehendunt locationes confirmatas auctoritate Apostolica.*Rota coràm Card.Lancellotto Sen. in Ragusina emphyteusis 20.Iunij 1574. incip.In causa Ragusina. Est decis.6.inter eius selectas,aliàs 4. de alienat. rer. Eccles.in manuscript.*

Vide in hac materia, quæ dicemus infrà *ad Statut. Vrb.lib.1.cap.124.*

§. 9. Statutum Laicorum est attendendum in foro Episcopali, quando prothocolla instrumentorum Notariorum eis mortuis dantur alijs Notarijs publicanda, & explenda per iudices Laicos, & ideò debent seruare formam statuti, cum hoc pertineat ad dictos iudices Laicos, qui illos deputare habent. *Rota coràm Card.Seraphino in Comen.Iurispatronatus 23. Februarij 1604. incip. Domini in decisis. est decis.1493. num.3.*

§. 10. Ecclesiasticæ libertati non possunt præiudicare Statuta Laicorum, neque directè, neque indirectè,& fuit latè dictum *in vna Massafren.furni 21.Iunij 1591. coràm Card.Pamphilio.*

Etiam quod sint cõfirmata auctoritate Apostolica, quia confirmatio addit robur confirmato respectu iuris, non autem facit, vt quod antea non comprehendebatur, posteà comprehensum censeatur. Et maximè si statuta respiciunt petitorium non possunt impedire manutentionem. *Rota coràm Card. Seraphino decis.971. incip.Domini censuerunt. num.6.*

OBSERVATIO V.
Circa Extensionem Statutorum.

SVMMARIVM.

1 *In Statutis potest fieri extensio de casu in casum ex ratione in eo expressa.*
2 *Statutum, siue Constitutio noua qualiter extendatur, vel non extendatur ad contractus præteritos.*

§. 1. in Statuto ratio expressa operatur, quod possit fieri extensio de casu in casum, etiam contrà jus commune. *Seraphin.decis.250. Domini perseuerarunt. num.1.* vbi fit extensio à dote data ad dotem promissam respectu lucri dotis, vt habetur in eadem causa coràm eodem *Seraphin. decis.248. Fuit resolutum Blasinum. num.1.* Quia Statutum non se restringit ad dotem datam, sed loquitur per verba generalia, cum dicat, de dote contenta in instrumento dotali, & disponit derogando quibuscumque pactis in contrarium factis, & in ipso instrumento dotali contentis: Quæ videtur generalissima derogatio apta comprehendere pactum dilationis solutionis dotis, vt propterea lucrum dotale non sit solum respectu dotis datæ, sed etiam promissæ. Quæ interpretatio placuit ex eo quod ratio fuit in statuto expressa, iuxtà quam statutum debet sumere interpretationem iuxtà *cons.Ruin.225.num.3. vers.non obstat. lib.1.& 133. num.4.lib.4. Tiraq. cessant.caus.part.1. num.153.*

§. 2. Statutum nouum, siue Constitutio, aut lex superueniens qualiter extẽdatur ad contractus præteritos. *Rota coràm Orano in Romana fructuum dotis.Veneris 15.Nouembris 1596.& confirmata coràm eodem. Lunæ 19. Ianuarij 1598.* vt fusè notauimus *in nostris Obseruat. Practicarum Conclusionum. in verb. Dos. Obseruat. circa Fructus dotis. §. 6. incip. Dotis fructus, siue interusurium.*

Vide etiam infrà *ad Stat.Vrb.lib.1.c.141.n.1.2.& 3.*

OBSERVATIO VI.
Quando Statuta ligent Forenses.

SVMMARIVM.

1 *Forenses quando ligentur statutis.*
2 *Alienationem vti nullam volens infringere tamquàm factam in forensem, quid probare teneatur.*
3 *Statuta Collegij quando ligent forenses.*
4 *Statuentes qualiter possunt ligare forenses.*

§. 1. Statuta licet in decisorijs non ligetur forenses maximè ignorantes, & extra dictam Ciuitatem statuentium contrahentes ex tradita per *Roman.cons.92.& cons.277.in fin. Marsil. sing.253.* & de communi. *Alberic. de Statut. quæst.8. num.2. lib.2.* quos sequuta est Rota *coràm Gypsio in Veneta literarum cãbij. Lunæ 27.Iunij 1583. incip.In eadem. est decis.235. inter eius select. lib.2.*

Tamen hoc Rota in eadem causa. *Lunæ 4. Iunij 1584.incip.Licet in præterita. Est decis.278.inter eius select. lib.1.* dixit non habere locum, quando statutum vniuersaliter loquitur, vt in casu decisionis, de quibuscumque literis cambij, cum non afferatur ratio, quare non valeat comprehendere incolas, argumento eorum, quæ tradit *Bart. in l. prouinciales. de verb.signif.Soccin.cons.129.nu.4.lib.1.Dec.cons.358. col.1.* Et mota fuit præsertim Rota ex doctrina Bart. vera, & communi *in l. cunctos populos. nu.13.& 19. vers.secundus casus.C.de summ.Trinit.* vbi concludit, quod in his, quæ veniunt præter naturam contractus ex aliquo facto extrinseco, putà, mora, seu negligentia attenduntur statuta non loci celebrati cõtractus, sed loci destinatæ solutionis *per l.vinum, vbi Doct. ff. si cert. pet.* cum alijs ibi adductis.

Circa hanc Bart. doctr. Vide suprà *Part.3.§.13.ad Bart. in d.l. cunctos populos. nu.13. & 19.* Et circa conclusionem principalem. Vide *in nostris Obseru.*

Pract. conclus. in verb. Mercator. Obseruat. Circa Literas. §. 1. incip. Mercatoris litera cambij, præsertim num. 4. & 10.

§. 2. Contrà Statuti formam alienationem in forensem factã volens infringere satis est, quod ostendat, alienationem in forẽsem factam absquè eo quod probet non fuisse solemnitates Statuti seruatas. *Rota coram Orano in Illerden. Canonicatus Veneris 24. Maij 1596. incip. In vna Illerden. est decis. 348. in eius lib. 2. in manuscr.* allegantur *Oldrad. cons. 229. nu. 3. Curt. Sen. post glos. Bart.* & alios quos allegat *cons. 72. num. 1. Castrens. cons. 89. Possiet quis dicere. nu. 1. lib. 2. Ruin. cons. 120. nu. 5. lib. 4.* Et quod ita tenuit *Rota in Auximana Molendini 23. Iunij 1572. coram Robusterio.*

§. 3. Statuta Collegij non habentis territorium, licet non ligent forenses, secus tamen est, quando sunt facta de mandato Superioris, & confirmata, ac in libris Statutorum inserta, quia tunc non dicuntur Collegialia.

☞ Vide infrà *ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 34. §. 3. incip. Et sub dicto Statuto. vers. nec obstat regula.*

§. 4. Statuentes possunt ligare forenses in respicientibus formam, & solemnitatem actus qui geritur, & qualiter hac procedat.

☞ Vide infrà *in dicto Statut. Vrb. lib. 1. cap. 34. §. 3. in princip.*

OBSERVATIO VII.

Circa Interpretationem Statutorum genericam.

SVMMARIVM.

1 *Statuta recipiunt interpretationem à Iure communi etiam quod sint odiosa.*
2 *Statutum excludens interpretationem non excludit bonam, & rationabilem.*
3 *Statutum disponens, quod debeat intelligi prout iacet, non excludit legitimas interpretationes.*
4 *Statutum sumit interpretationem à ratione in eo expressa.*
5 *Statuti verba sunt propriè intelligenda quando Statutum est odiosum.*
6 *à Statuti verbis non est recedendum.*

§. 1. STatuta recipiunt interpretationem passiuam à Iure communi. *l. 1. §. lex Falcid. ff. ad l. Falcid.* Etiamsi sit odiosum, & materiam contineat correctoriam. *Bart. in l. 1. ff. de legit. tut. Dec. cons. 16. nu. 3. Rota coram Orano. in Romana tutela de Fabijs Veneris 29. Ianuar. 1588. incip. Dubitaui. Est decis. 309. in eius lib. 1. in manuscript.*

§. 2. Statutum excludens interpretationem, non excludit bonam, & rationabilem. *Bart. in l. omnes populi. num. 65. de Inst. & Iur. Caccialup. ibid. num. 176. Dec. cons. 64. in fin. Seraph. decis. 496. Proposui dubiũ. n. 12.* Vbi de interpretatione Stat. Vrb. lib. 1. c. 146. in nou. quod in antiq. erat cap. 24. lib. 5. excludentis sorores stantibus fratribus defuncti; Vbi ex maioritate rationis fuit interpretatum dictum Statutum, quod excludat fratrum præmortuorum filias; quæ maioritas rationis non facit, quod Statutum extendatur, sed comprehendat casum, in quo maior ratio viget, extenditur verò Statutum ex paritate rationis, vt ibi dicitur num. 2.

§. 3. Statutum disponens, quod debeat intelligi, prout iacet, quale est Statutum Rauennæ, de quo in infrascripta decis. non propterea tollit legitimas interpretationes. *Gabr. cons. 14. nu. 5. lib. 1. & cons. 15. n. 1. lib. 2. Sim. de Pret. cons. 163. nu. 17. Thesaur. decis. 169. nu. 6. & 12.* Vbi quod sub masculino veniunt feminæ. *Menoch. cons. 541. num. 31.* quos referendo sequitur *Rota corã Vbaldo. in Rauennaten. Bonorum Luna 17. Decembris 1613. n. 9. Est decis. 548. part. 1. in Recent.*

§. 4. Statutum sumit interpretationem à ratione in eo expressa.

☞ Vide suprà *Obseruatio 5. §. 1. in fin.*

§. 5. Statuti verba sunt propriè intelligenda quando Statutum est odiosum, quale est Statutum circa successionem, quãdo est correctorium iuris communis, & odiosum, vt quando excludit matrem à luctuosa filij successione, quo casu appellatione fratris non venit soror, cum aliàs regulariter appellatione veniat soror. *Rota coràm Orano in Asculana Bonorum Luna 17. Iunij 1591. Defuncta ab intestato. Est decis. 103. in eius lib. 2. in manuscr.*

☞ Vide super ista decisione, & conclusione paulò infrà *Obseruat. 12. Circà Successiones. §. 11. incip. Statuta circà Successionem.*

§. 6. à Statuti verbis non est recedendũ. *Glos. & omnes in Auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccles. Bart. in l. quod constitutum. ff. de milit. testam. Bald. in l. cum ancillis. col. 2. vers. sed pone quod. C. de incest. nup. Rota in Calaguritana iuris votandi Luna 27. Februar. 1595. coram Orano. incip. Quamuis regulariter. est decis. 273. in eius lib. 2. in manuscript.*

Vbi ex Statuti verbis, Rota dixit Portionarios esse de Capitulo, quia in eo dicebatur, quod in Ecclesijs Calaguritana, & Calciaten. essent tantum, quadraginta Canonici, & viginti Portionarij, ita quod omnes isti vnum Collegium, & vnum Capitulum censerentur, vt fusè ibi ex istis verbis comprobatur.

OBSERVATIO VIII.

Circa Statuta loci. contractus.

SVMMARIVM.

1 *Statuta loci contractus attendi debent. à nu. 1. & 2.*
3 *Statutum loci celebrati contractus attenditur circà solemnitates, quando ista principaliter actum respiciunt, secùs quãda Statutum conceptum est principaliter in persona.*
4 *Statutum loci contractus attenditur licet contrahentes sint forenses.*
5 *Statutum loci contractus non attenditur in dote, sed Statutum domicilij viri.*
6 *Statutum loci contractus non attenditur in his quæ veniunt post factum præter naturam contractus, sed destinata solutionis.*
7 *Statutum non loci contrahentium, sed loci contractus attenditur, quando Statutum respicit principaliter formam, & solemnitatem.*
8 *ad Statutum Ciuitatis prædominantis est recurrendum, quando in loco districtuali non adest Statutum particulare.*
9 *Statutum non extenditur extrà Ciuitatem eiusquè districtum, quando Statuentes, vel Rex ita disponit.*
10 *Statuta Ciuitatis immediatè subiecta Sedi Apostolicæ non valent nisi de licentia Papæ. Et quid releuet in confirmatione Statutorum clausula, quatenus in vsu.*

Sta-

§.1. Statutum loci, vbi actus geritur attendi debet circa solemnitatem actus, puta donationis. *ad Bartol. in l. cunctos populos. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cath.* & statibus duobus statutis, vno particulari loci, alio verò generali Prouinciæ, magis attendi debet speciale loci. *vt per text. in l. fin. C. de testam.* tradit *Bald. conf. 201. incip. In Prouincia Anconitana. nu. 2. vers. in contrarium. lib. 1. Soccin. conf. 79. nu. 24. lib. 4. & conf. 7. nu. 7. lib. 1. Neuiz. conf. 58. num. 6. Roland. de lucr. dot. quæst. 86. nu. 4. Menoch. conf. 227. n. 75. lib. 3. Cephal. conf. 169. nu. 7. lib. 2. Crot. in l. omnes populi. n. 22. de Iust. & Iur. Bald. in l. ius ciuile. per illum text. num. 8. eod. tit. Roman. conf. 61. in fin. Hieron. Gabr. conf. 29. num. 46. lib. 2. Rota in Recanaten. Donationis Veneris 28. Iunij 1577. coram Card. Seraph.* Idem in §. sequenti.

§.2. Statuta particularia loci cōtractibus sunt attēdēda, & seruanda in cōtractibus. *Signorol. in l. cunctos populos. nu. 19. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Cor. in conf. 232 lib. 4. Bald. conf. 456. num. 3. lib. 1.* & fuit dictum *in Recanaten.* Donationis 28. *Iunij* 1577. *corā Seraph.* & fuit allegatus *Bald. conf. 201. In prouincia. lib. 1. num. 2. Soccin. conf. 79. num. 24. lib. 4. Rota in Parmen. Status Luna 26. Iunij 1589. coràm Card. Seraph.* Idem in §. præcedenti.

§.3. Statutum loci celebrati contractus attenditur circà solemnitates, quando istæ principaliter actum respiciunt. *Bart. in l. 1. nu. 32.* & ibi *Aret. nu. 12. Caccialup. nu. 19. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Gozad. conf. 49. nu. 15. Ias. conf. 67. col. fin. vers. & sic Statutum. lib. 3.* Et in Statut. Vrb. de donationibus nō valituris, dixit *Rota in Perusina hæreditatis 27. Nouembris* 1581. *coràm Cantuccio.*

Secùs vbi Statutum principaliter conceptum est in persona, in quibus terminis loquuntur. *Bald. conf. 60. n. 1. lib. 3. Roman. conf. 39. n. 1. Tiraq. ad ll. connub. glos. 8. num. 219. Rota coràm Comitulo. in Tolentina Pecuniaria Ven. 26. Ianuar. 1590. incip. Domini coarguerunt. Est decis. 86. in eius lib. in manuscript.*

§.4. In contractibus attendi debent solemnitates loci contractus, licet contrahentes sint forēses, vt est doctrina *Bart.* communiter recepta *in l. 1. propè fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.* vt in donationis contractu. *Corn. conf. 18. num. 10. lib. 2. Rota in Romana prætensæ donationis Luna 29. Martij 1599. corā Orano. incip. Cum Domini. Est decis. 102. in eius lib. 3. in manuscript.* quod antea dictum fuerat *coràm Cardin. Seraph. decis. 1170. Fuit resolutum, in donatione. Et coràm eodem Orano in Romana prætensi fideicommissi de Vrsinis Veneris 11. Ianuarij* 1585. *incip.* Dubitaui. *Est decis. 68. in eius lib. 1. in manuscript.* Vbi de Notarijs forensibus, quod debent seruare solemnitates Statutorum in contractibus.

§.5. Statutum loci contractus, licet attendi debeat, vt dictum est, speciale tamen est in dote, vt non attendatur locus contractus, sed Statutum domicilij viri. *l. exigere dotem. 65. ff. de iudic. Ias. in l. 1. num. 24. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Tiraq. de leg. cōnub. glos. 2. num. 45 Roland. de lucro dot. quæst. 13. Cardin. Seraph. decis. 504. nu. 5. Fuit dubitatum, an probetur. & corā Orano in Rauennaten. Attentatorum Luna 13. Martij 1589. Fuit resolutum probari. Est decis. 407. in eius lib. 1. in manuscr.*

§.6. Statutū non loci cōtractus, sed destinatæ solutionis attenditur in his quæ veniunt præter naturam contractus ex aliquo facto extrinseco, puta, mora, siue negligentia, per *l. vinum.* vbi *Doct. ff. si cert. petat.*

Vide quæ diximus suprà *Obseruat. 6. §. 1. vers. Et mota fuit.*

§.7. Statutum præscribens formam seruandam in contractibus minorum, vel mulierum, si respiciat principaliter formam, & solemnitatem, secundariò verò personam, tenent contractus facti in alio loco ab illis personis sine illis solemnitatibus, quia non censetur Statutum prohibere ne sub dicta forma contrahant vbiuis locorum existant, nisi probetur, dolo id factum fuisse, vt quis à loco contrahentis recesserit, vt in alio loco faceret talem contractum non seruata forma dicti Statuti, si dictum Statutum principaliter respiciat formam, & solemnitatem cōtractus, secundariò verò personam, ex allegat. à *Rota coràm Cantuccio decis. 162. Domini retentis decisionibus. num. 3. part. 2. diuers.*

Quam decisionem sequitur *Rota coràm Comitulo in Toletana pecuniaria Veneris 26. Ian. 1590. Domini coarguerunt. Est decis. 86. in eius libr. in manuscript. Et coràm Orano in Romana prætensi census Lunæ 17. Martij 1597. Domini voluerunt. Est decis. 401. in eius lib. 2. in manuscript. Et coràm eodem in Romana prætensæ donationis Luna 29. Martij 1599. Cum Domini. Est decis. 102. in eius lib. 3. in manuscript.*

Eandem conclusionem habes infrà *ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 161. num. 47. incip. Limita primò.*

§.8. ad Statutum Ciuitatis prædominantis est recurrendam, quando in loco districtuali non adest particulare Statutum circà illam rem; & hoc esse de iure Ciuili tradit *Roman. cōs. 218. & Soccin. cōs. 81. lib. 1.* vel ad ius commune, vt voluit *Soccin. conf. 27. lib. 2. Dec. conf. 429.* cum alijs per addentes ad *Roman. dicto conf. 218. & Rota in vna Tiburtina Incendij 10. Nouēbris 1595. coràm Seraph.* cessante particulari consuetudine inclinauit locum esse *Statuto Vrbis lib. 2. cap. 36. de Incendarijs.* in Vrbe Tyburtina, quæ est in districtu, & ibi non adest circà hanc rem Statutum particulare.

§.9. Statutum non se extēdit extrà Ciuitatem, eiusquē districtum, quando statuentes, vel Rex ita disponit *Paris. conf. 12. nu. 8. lib. 3.* cum talis dispositio sit consona iuri communi, vt per *Aym. consil. 30. per tot.* & faciunt tradita per *Gozad. conf. 49. Roland. conf. 80. nu. 27. lib. 4.* Statutum enim, vel consuetudo quando excludit personas non extenditur ad bona extrà territorium. *Put. decis. 10. de constit. Dec.* qui de cōmuni testatur *conf. 314. in fin. Alba. conf. 23.* dicens nullā habere difficultatem. *Gabr. de Statut. cōcl. 9. Rota in Beneuentana Territorij Mercur. 26. Febr. 1586. coràm Gypsio. Extat consuetudo. Est decis. 28. in eius lib. 1. in manuscript.*

§.10. Statuta Ciuitatis immediatè subiectæ Sedi Apostolicæ non valent, nisi de licentia Papæ, vt per *Bald. & Caccialup. in l. omnes populi. de Trin. & Fid. Cath. Rota in Montis Falisci hæreditatis 19. Mart. 1584 corā Cantuccio,* quam decisionē referēdo sequitur *Rota in Maceraten. Cessionis Mercurij 9. Decembr. 1592. coràm Card. Seraph.* Vbi etiam fuit dictum, quod non præsumantur vsu recepta, quando fuerunt confirmata cum clausula, quatenus in vsu, nisi talis vsus probetur, & quod ita fuit tentum *in vna Leodien. denegationis possessionis Canonicatus 16. Nouembr. 1571. coràm Lancellotto Seniore.*

OBSERVATIO IX.

Circa Statuta Ordinatoria, & Decisoria.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando coarctat probationem ad certum numerũ testiũ dicitur ordinatoriũ. Si verò tollit in totũ aliquam speciem probationis, est decisoriũ.*
2 *Statutum ordinatorium non procedit extrà locum statuentium.*
3 *Statutum disponens de executione literarum cambij quando dicatur ordinatorium.*

§. 1. STatutum dicitur ordinatorium quãdo coarctat probationem ad certum numerum testium, quale est *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 73.* Secùs verò si tollat aliquam speciem probationis in totum, tunc enim potest dici decisorium. Et Statutum ordinatorium vnius Tribunalis, putà Capitolij, nõ est seruandum in alio Tribunali, verbi gratia, Rotæ. *Rota in Romana prælationis. Vener. 27. Nouembr. 1573. coram Seraph. Est decis. 208. incip.* Domini dixerunt.

§. 2. Statutum ordinatorium non habet locum extrà locum statuentium, licet secùs de decisorio, quale est Statutum Perusinum, quod non tollit omnem, sed vnam tantum appellationem, *ad not. per Franc. in cap. si duobus. §. denique de appellat.* neque hanc in totum tollit, sed eius effectum tantum suspensiuum, non autem deuolutiuum. *Rota in Perusina census Lunæ 3. Decembris 1576. coram Card. Seraph. incip. Statutum hoc. Est decis. 312. in impress.*

§. 3. Statutum dicitur ordinatorium non decisorium, si non prohibet exceptiones peremptorias posse opponi, vt de Statuto Anconitano disponẽte circà executionem literarum cambij, dicitur *in Anconitana attentatorum coram Card. Seraph. decis. 530. Fuit resolutum pro attentatis. num. 3.* Idem, & fuit tentum, *coram eodem decis. 536. Dum quærit. num. 10.*

OBSERVATIO X.

Circa Præscriptionem Statutariam.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio statutaria nõ habet locũ in actione reali.*
2 *Præscriptio statutaria non habet locum in dote, sed benè contrà debitorem dotis.*

§. 1. in ACtione reali non habet locum præscriptio Statutaria. *Roman. cons. 201. num. 2. & 3. Felin. in c. fin. nu. 6. de præscript. Bald. de præscript. 1. part. 3. p. princip. quæst. 14. nu. 10. Gras. cons. 41. nu. 7.* vbi de communi. *lib. 1.* Gabr. *de præscript. conclus. 4. num. 17. Couar. var. resolut. cap. 14. nu. 1. vers. secundò ab eodem. Riminald. Iun. cons. 37. nu. 67. Gabr. cons. 8. nu. 3. lib. 1. & cons. 148. vol. 2. Rota in Romana extinctionis census 22. Octobris 1582. coram Cantuccio. Est decis. 727. in part. 1. diuers. incip. Camillus.* Vbi quod ita fuit resolutum sine difficultate in terminis *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 101. & lib. 4. cap. 18. in antiquis quod in nou. est cap. 158. lib. 1. Et in Romana Vinearum de Maximis 26. Octobris 1576. coram* Decano *Rubeo.*

2 Idem fuit dictum in materia dicti Statuti *in Romana census de Cafarellis 9. Decembris 1587. coràm Gypsio. & in Romana de Fabijs 18. Martij 1585. coram Card. Seraph.* Vbi quod ita plerumque Rota censuit, quia cum actio realis sit rei persecutoria, non datur nisi contra possidentem. *l. officium. de rei vendic.*

§. 2. Dos cum sit specialiter priuilegiata in materia præscriptionis. *l. si fundum. de fund. dot.* Quod quidem procedit quando agitur de fundo dotali, qui ex eo quod est alienari prohibitus non potest præscribi, sed contrà debitorem dotis non reperitur tale priuilegium, *Rota coram Seraph. decis. 565. Quamuis lex.*

Vide alia circà præscriptionem Statutariam infrà ad Statutum Anconitanum, & Auximanum, Et ad *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 158.*

OBSERVATIO XI.

Circa Statuta de Successionibus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de successione non porrigit effectum ad bona sita extrà territorium statuentium. Sicut etiam neque legitimatus, vt neque dictum Statutum extenditur inter forenses.*
2 *Statutum de successione excludens fœminas propter masculos nõ procedit, nisi data existentia masculorum, nec extenditur vltrà personas specificatas tàm exclusas, quàm excludentes.*
3 *Statutum excludens fœminas dotatas propter masculos, qualiter intelligatur.*
4 *Statutum excludens filias à successione ab intestato, an, & quando filia præterita rumpat testamentum.*
5 *Statutum excludens à successione matrem, & agnatas est restringendum cum sit odiosum odio irrationabili.*
6 *Statutum quando dicatur odiosum in materia successionis.*

§. 1. STatutum de successione non porrigit effectum ad bona sita extrà territorium statuentium. *Bart. in l. 1. n. 35. & ibi Bald. nu. 29. vers. sed sic quæro. C. de Sum. Trinit. Bald. cons. 242. nu. 3. lib. 1. Alexand.* de magis communi *cons. 16. n. 1. lib. 1.* & hanc conclusionem Rotæ tenet. *Put. decis. 351. lib. 1. Ant. Ang. in epit. de testam. nu. 39.* & secuta fuit *in causa Romana dotis de Vrsinis 27. Aprilis 1587. coram Seraph. in Stat. Vrb. lib. 1. cap. 47.* habilitantem maiorem 10. annis ad quemlibet contractum, vt non habeat locum quoad bona extrà territorium, & idem fuit repetitum *in Pisana de Rosermuis 17. Martij 1589. coram Comitulo.* Vbi quod legitimatus, seu dispẽsatus à Magno Duce non capiat bona in Vrbe existentia, & sic extrà territorium dispensantis.

De quo Vide *in nostris Obseruat. in verb. Legitimatio. Obseruat. Circà Legitimationem in genere. §. 15.* Legitimatio non egreditur territorium. *& in Perusina bonorum de Balleonibus 8. & 13. Iunij 1590. coràm eodem Comitulo.* Vbi etiam fuit dictum, Statutum non esse attẽdendum inter forenses quoad bona existentia in territorio, etiamsi is de cuius hæreditate agitur fuerit Ciuis, & Statutis subditus. *Alex. cõs. 44.* 3
num. 15. lib. 5. Ruin. cons. 48. nu. 4. lib. 3. Paris. cons. 12. nu. 26. lib. 3. & hoc ex præsumpta voluntate statuentium, qui censentur voluisse solum suis Ciuibus prospicere, sequuti naturalem rationem, vt qui onera non subeunt, nec beneficijs gaudeant Statutorum. *Bald. cons. 460. nu. 2. in princip. Angel. cons. 73. nu. 2. Castren. cons. 156. nu. 2. in princip.* & quod ita fuit decisum *in Terracinen. hæreditatis 16. Martij 1576. coràm Card. Blanchetto. & in Romana supplementi legitimæ 21. Octobris 1580. coràm Cantuccio. & in Camerinen. hæreditatis 29. Ian. 1588. corã Card. Pamph.*

§. 2. Statu-

§.2. Statutum à successionibus excludens feminas propter masculos non procedit nisi data existentia masculorum, illis enim cessantibus censentur vocatæ. *Soecin. in l. Gallus. §. quidam rectè. sub nu. 4. vers. secunda conclusio. de lib. & posthum. Ruin. cons. 157. n. 3. lib. 2. Cephal. cons. 45. nu. 14.* Quia vbi Statutum non loquitur, testator videtur potius se voluisse conformare cum dispositione iuris communis. *Corn. cons. 202. num. 11. lib. 3. Gabr. cons. 100. nu. 35.* cum allegat. per *Decian. cons. 12. num. 38. lib. 1.* & Statutum excludens feminas non extenditur vltrà personas in eo specificatas, & tàm actiuè, quàm passiuè expressas, hoc est, tàm respectu feminarum exclusarum, quàm respectu agnatorum excludentium. *Bald. in l. si defunctus. in princ. & in l. sed & milites. ff. de excusat. tutor.* etiam quod maior foret ratio excludendi personam non expressam. *Anchar. in repet. cap. 1. nu. 408. de constit. Angel. cons. 210. incip. Statutū. idem Anchar. cons. 334. Dec. cons. 71. nu. 2. Rota in Imolen. pratensi fideicommissi Luna 17. Iunij 1591. coràm Orano.*

ANNOTATIO.

Quod hic vltimo loco habetur de extensione ex maioritate rationis, videtur obstare, quod habetur *in causa Romana hereditatis de Capranica 23. Iannarij 1581. coram Seraphino. in 1. limitatione.*

De qua Vide *in nostris Obseruat. in verb. Statutum Vrb. lib. 1. cap. 146.* quod *in antiq.* erat *lib. 5.*

§.5. Statutum excludens feminas dotatas propter masculos, intelligitur excludere tantum ab hereditate dotantis non aliorum, vt post *Bald. Castrens.* & alios refert. *Brun. in Stat. stantib. mascul. artic. 8. quæst. 16. nu. 59. Card. Seraph. decis. 356. Fuit resolutum non esse. num. 4.* Vbi ex hoc infert ad pactum simile Statuto.

Vide infrà ad Statutum Tudertinum *§. 2. incip. Statutum Tudertinum disponens.*

Vide infrà ad Statutum Hespelli, vbi habes quando Statutum dicatur odiosum odio irrationabili.

§.6. Statutum dicitur odiosum in materia successionis quando excludit matrem à luctuosa filij hereditate propter agnatos etiam in tertio gradu remotiores, & sic contrà ius pietatis, & naturæ. *Corn. cons. 224. n. 9. lib. 2. Dec. cons. 563. n. 2.* maximè si excludat transuersales exclusa ascendente. *Corn. cons. 170. nu. 4. lib. 2. & cons. 9. nu. 1. lib. 4. Rota in Asculana bonorum Luna 17. Iunij 1591. coràm Orano.*

OBSERVATIO XII.

Circa Statutorū Vsum, & Obseruantiam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum præsumitur vsu receptū, præsertim quando in eius confirmatione adest decretum irritans.*

2 *Statuti vsus, & obseruantia præsumitur ex eius publicatione.*

3 *Statuti vsus licet in dubio præsumatur, facilè tamen receditur ab ista præsumptione.*

4 *Statuta descripta in libro Statutorum præsumuntur vsu recepta, & neganti incumbit onus probandi.*

5 *Statutum quod numquàm fuit obseruatum perinde est, ac si numquam fuisset Statutum.*

6 *Statuta quod præsumantur vsu recepta, & alleganti contrarium incumbat onus probandi, quando procedat.*

7 *Statutum non esse vsu receptum, quid probare teneatur.*

8 *Statutorum non vsus quando non dicatur probatus.*

9 *Statutis vtendi quando dicatur data facultas, & quando ciuilitas alicui concessa dicatur personalis, remissiuè.*

10 *Statuta Ecclesiæ cum iuramento promittens obseruare, quando ad illa teneatur.*

11 *Statuta, quibus non contrariatur Concil. Trid. sint seruanda, maximè si sint iurata etiam quod factus fuerit aliquis actus contrarius.*

12 *Statutorum, & legis solemnitates seruare non tenentur Scriptores Apostolici, & Montistæ Fidei, & Nauennales.*

13 *contrà Statuti formam actus factus non annullatur quādo potest adimpleri per æquipollens, secùs quando est præscripta certa forma.*

§.1. Statutum præsumitur vsu receptū. *Dec. cons. 534. n. 9. Cresc. decis. 79.* præsertim quando in confirmationibus Statutorum, qualia sunt Statuta Vrbis, adest decretum irritans, quod est quid separatum ab ipsis Statutis. Et alleganti contrarium incumbit onus probandi, quo casu videtur necessarium, quod probetur contrarius vsus, vt per *Put. decis. 1. lib. 1.* & debet probatio percutere formam, & speciem. Et quando à Lege, vel Statuto est data certa forma, ita vt de eius interpretatione non agatur, nec de cōsuetudine præter ius, sed de obseruantia iuri contraria, tunc aut instrumenta ex quorum exhibitione, quis intendit probare cōtrarium vsum, comprehendunt maiorem partem populi, ita vt inducant consuetudinem notoriam, & tunc procedit dictum *Bald. in l. 1. in fin. C. ad Velleian.* ex eorum enim exhibitione cōsuetudo notoria probatur. *Dec.* autem *in cons. 11.* loquitur in consuetudine interpretatiua, vt patet sub *nu. 12. vers. & ideò.* Aut non cōprehendunt maiorē partē populi, & tunc necessè est, quod probetur dicta instrumenta fuisse effectuata, & obtinuerint in iudicio cōtradictorio, in quibus terminis benè loquitur *Bellam. cons. 10. Aym. cons. 134. num. 12. Soecin. cons. 61. num. 3. lib. 3. Abb. cons. 53. lib. 2. Natt. cons. 575. num. 10. lib. 3. Rota in Narnien. Legati Luna 30. Octobr. 1570. coràm Card. Seraph. & in eadem sub die Mercurij 16. Ian. 1572. coram eod. & in eadem Vener. 18. April. 1572. coràm eodem.* Vbi etiam fuit additum, quod attendendus est magis stylus Notariorum Capitolij, quàm aliorum forensium in instrumentis factis cum dubitatur de forma Statutorum.

§.2. Statuti vsus, & obseruantia præsumitur ex eius publicatione inducta, *Dec. cons. 534. nu. 9. Curt. Iun. consil. 129. num. 12. Gozad. cons. 16. nu. 16.* & quando in Statuto disponitur de aliquo iure, putà conferendi plurium Ecclesiarum, si non probatur vsus in Ecclesia de qua agitur, sufficit quod probetur quoad alias *Bald. in l. 1. nu. 16. C. de emancip. liber. Felin. in cap. audit. nu. 19. de præscript. Rota in Taruisina plebis de Medulo Luna 10. Ianuarij 1594. coràm Orano.* cum alijs adductis *in Toletana annatarum Veneris 16. Februarij 1581. coràm Cantuccio.*

§.3. Statutum licet in dubio præsumatur vsu receptum vnà cum omnibus suis qualitatibus. *Roland. cons. 90. nu. 53. lib. 1. Benint. decis. 13. nu. 10. Crescent. decis. 79.* ab hac tamen præsumptione facilè receditur. *Rota in Segūtina admissionis ad Capitulum Luna 4. Maij 1587.*

coràm

eorâm Gypsio. vbi quod idem fuit tentum in vna Romana domus 2. Maij 1586. corâm Card. Mantica.

§.4. Statuta descripta in libro Statutorum Ecclesiæ præsumuntur vsu recepta, & neganti incumbit onus probandi. Dec.cons.649.nu.9. Cresc. decis.4. de priuileg. Put.decis.1.nu.4. lib.1. Chisanen. decis.177. Tanis decis.25. Cotta 176. Narnien. Legati 16. Ianuarij 1572. corâm Seraph. Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1602. corâm eodem.

§.5. Statutum quod numquàm fuit obseruatum, neque in vsu, perindè est, ac si numquàm fuisset Statutum, sic sententia, quæ numquàm fuit effectuata perindè est, ac si non fuisset lata. glos.2.cap.1. de treg. & pac. Alex.cons.132.lib.1. Ias.cons.182.num.14.lib.2. Aym. cons.10. Rota in Anconitana bonorum Veneris 5. Maij 1589. corâm Orano.

§.6. Statuta quod præsumantur vsu recepta, & allegâti contrarium incumbat onus probandi, procedit data eorum validitate, aut si non sunt exorbitantia, nec contrà ius commune. Leodien. denegationis possessionis Canonicatus 15. Nouembris . . . corâm Cardin. Lancellotto.

§.7. Statutum non esse vsu receptum probare volens, tenetur docere, hoc ita fuisse effectuatum, quod enim non fuit sortitum effectum non potest tollere Statutum. Card.Seraph.decis.163. Quantam ad primã. n.1.

§.8. Statutorum non vsus probatus non dicitur ex eo, quod facti fuerunt aliqui actus contrà Statuta, putà, si fuerit creditum illa esse contrà aliquam Constitutionem, vel Concilium Tridentinum, stante errore probabili, neque censetur ex eo quis iuri suo renunciasse. l.mater. de inoffic. testam. Rota in Gadicen. Statutorum 27. Ianuar. 1581. corâm Seraphino.

§.9. Statutis vtendi facultas dicitur concessa per conconcessionem Ciuilitatis eiusque acceptationem. Rota corâm Orano in Balneoregien. bonorum Lunæ 9. Maij 1588. An autem ciuilitas alicui concessa fuerit personalis. de hac quæstione Bart. in l.libertus. §.patris. ff. ad municip. Ruin. cons.227.nu.3. & 4. lib.1.

§.10. Statuta, & Ordinationes Ecclesiæ promittens cum iuramento obseruare, ad illa tenetur etiam quod iuramentum fuerit præstitum per procuratorem in actu adeptionis possessionis, qui fuit posteà à principali ratificatus. Put.decis. 100.n.2. & decis. 369. lib.2. Rota in Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1602. Bst decis. 1447. incip. Fuit resolutum fructus. num.3.

§.11. Statuta quatenus non cõtrariantur Concilio Tridentino sunt seruãda, maximè si sint iurata. Gadicen. Statutorum 27. Ianuarij 1581. corâm Seraphino. Vbi quod idem fuit tentum in eadem causa 20. Maij 1577. corâm Cotta. & fuit dictum in Palentina Iurisdictionis 18. Maij 1573. corâm eodem Seraphino.

§.12. Statutorum, & Legis solemnitates seruare non tenetur in donationibus habens omnimodam plenam, & liberam facultatem donandi, cum hæc verba, liberum, importent arbitrium. Vt de Scriptoribus Apostolicis dixit Rota corâm Card. Seraph. decis.731. Quia pro parte. nu.1. & seq. & hoc vigore Motus proprij eorum Collegio à fel. rec. Pio Quarto concessi, per viam Legis continnò duraturæ. Vbi etiam quod derogatio intelligitur de istis Statutis, licet de eis non fiat ibi mentio.

Idem etiam fuit dictum de Montistis Fidei corâm eodem Seraph. decis.216. Licet ista donatio. Quæ decisio fuit declarata corâm eodem Seraphin. decis.679. Fuit dubitatum, an resignatio. nu.4. in fin. vt non procedat in pupillis, & minoribus, qui de rebus suis non possunt disponere sine tutoris, & curatoris auctoritate. Et hic agebatur de Montistis Nouennalibus, qui priuilegio simili fruuntur.

Vt etiam notauimus infrà ad Stat. Vrb. lib.1. c.150. num.8. & 9.

§.13. contrà Statuti formam actus si fuerit factus non annullatur, quando potest adimpleri per æquipollẽs. Vide infrà ad Stat. Vrb. lib.1. cap.87. §.1.

Secùs verò est quando est præscripta forma, & annullatur actus contrà eum factus.

Vt habes infrà ad d. Stat. Vrb. lib.1. c.88. §.1. & 2.

OBSERVATIO XIII.

Circa Miscellanea de Statutis.

SVMMARIVM.

1 in Statutis castatura, quid operetur.
2 Statutum quod fuerit conditum à Domino Castri ex qua præsumptione non conuincatur.
3 Statutum quamuis non liget Dominum loci, ligat tamen filios, & neptem.
4 Statutum vel Legem, qui non potest condere, quod non possit consuetudinem introducere quomodo procedat, remissiuè.
5 Statutum contrà aliquem conditum tenet in eius præiudicium.
6 Statutum loquens de consuetudine, de qua intelligatur, & quid si de ea non constat.
7 Statutum prohibens contractus, non intelligitur de actibus necessarijs.
8 Statutum posterius, quando deroget priori, & quando à priori declaretur.
9 Statuti existentia qualiter non probetur.
10 Statutorum existentia quomodo probetur.
11 Statutum quod delictum probaretur fama, qualiter testes deberent deponere.
12 Iuratus actus non cadit sub Statuto generaliter, vel simpliciter loquente.
13 Insinuationem Statuto requirente qualiter possit renunciari.
14 Instrumento si Statutum fidem deroget, qualiter intelligatur.
15 Statutum, quando ampliat ius commune, assumit illius qualitatem.
16 Statutum quando non tollat ius commune. vt in materia præcedentia.
17 Statuto viri gaudet vxor, & vidua.
18 Statuta permissiua, & dispositiua non faciunt ad materiam testamenti.
19 Statutorum proœmijs creditur.
20 Statutum prouidet futuris casibus.
21 Testator censetur se conformare secundum Statutum, potiùs quàm secundum ius commune.
22 Statuta Ciuitatis immediatè subiecta Sedi Apostolica non valent, nisi de licentia Papæ. Et quid releuet clausula, quatenus in vsu, in confirmatione Statutorum.
23 Statutorum derogatio in gratia posita, quandò non obstet parti.
24 Statutum tollens exceptiones contrà sententiam, vel instrumentum, qualiter intelligatur.
25 Statutum prohibens dari de nullitate laudi, qualiter intelligatur.

26 Sta-

26 *Statutum decisorium non ligat forenses, & quando dicantur respicere decisoria.*
27 *Dotis fructus, & interusuria sunt taxanda iuxtà Statuta, & consuetudines locorum.*
28 *in Dote licet non requirantur solemnitates Statuti non tamen idem est in qualibet aliâ causa pia.*
29 *Statutum exclusiuum fœminarum operatur, quod nequè cõprehendantur in dispositione testatoris aliàs apta eas comprehendere, nisi constet de contraria mente testatorum.*
30 *in Donatione ob futuras nuptias non requiruntur solemnitates Statutaria.*
31 *Statutum de continuanda possessione in hæredem non procedit in hærede in re certa.*

§. 1. in STatutis facta cassatura operatur, vt illud cassatum censeatur denegatum. *Caputaq. decis.75.part.3.* Et propterea in non cassatis remanet firmum Statutum. *Rota coràm Orano in Balneoregien. bonorum 9. Martij 1588. Statutis Ciuitatis. Est decis. 330. in eius lib.1. in manuscript.*

§.2. Statutum quod fuerit conditum à domino Castri non concludit illa præsumptio, ex eo quod in volumine Statutorum nonnulla adsunt Statuta decisoria, & pœnalia, quorum condendorum penès populum iurisdictione carentem, cessat potestas *ad Bart. in l. omnes populi. nu.3, de Iust. & Iur.* maximè quando Dominus in Castro præsens est iuxtà trad. per *Crot. dicta l. omnes populi. n.20.* Quia omisso, quod contrà *Bart.* communis est opinio, vt per *Ias. in d. l. omnes populi. n.7. & 8. Natt. cons.12. n.1. Rol. cons.99. nu.27. lib.1.* sufficit pro illius exclusione, quod detur casus, quo populus iurisdictione carens circà præmissa disponit, quod si populus sit solitus statuta cõdere, aut Castrũ de consuetudine habeat facultatem statuendi pro statuti ab eo conditi validitate non est necessaria præsumptio confirmationis Superioris. *Rolãd. d. cons. 99. nu.20. & seq.* non secùs ac si Statutum à populo conditum per conniuentiam Superioris fuerit diuturna observantia roboratum, vel simpliciter approbatum; Nam nequè ijs casibus efficitur Statutum domini. *Bald. in l. ex placito. num.8. & seq. C. de rer. permut.* Præsentia etiam deberet probari, cum sit quid facti, & fundamentum intentionis. *Castrens. in l. illud. nu.6. C. de Sacros. Eccles. Aym. cons.240. num.3. vers. sed tamen verius. Rota in Balneoregien. bonorum Lunæ 15. Maij 1589. coràm Orano.*

§.3. Statutum quamuis non liget loci dominum ligat tamen filios, & neptes. *Roland. cons.86. nu.51. lib.1.* Et si loci dominus pater est, & dominus, tamquàm dominus habet iurisdictionem in filios, id quod citrà omne dubium, quãdo dominus Statuto contrà filios vti vult, prout si Statuto vsus fuerit prohibendi nepti ne vltrà sibi relictum petere possit. *Brun. d. Statut. exclud. dot. art.6. nu.64. in fin. vers. præfata limitatio. Roland. de lucr. dot. quæst.83. in fin. Pancirol. cons.1. n.58.* Nec obstant decisiones *Put.363. incip. Die 30. Octobr. lib.1. & 195. lib.2.* Quia illa solum concludit respectu statuentis non autem filiarum, vel neptum; hæc verò loquitur in domino, quem Statutũ alterius condomini non ligat in bonis eiusdem condomini. Nec releuant deducta per *Menoch. cons.250. num.54. & per tot. & cons.351. num.2. & 26.* Quia ratio qua mouetur quod filiæ, & neptes domini nõ possint considerari vti subditæ, ex quo Princeps vti duplex persona cõsiderari non potest, vt scilicet respectu filii, tũ sit priuatus, respectu verò iurisdictionis Princeps non est vera, siquidẽ filia, & neptis semper dicuntur subiectæ Principi. *Abb. in cap. per venerabilem. n.13. qui fil. sint legit. Roland. d. consil.86. num.54. & 68.* Quod etiam cõuincitur ex ratione eiusdem *Menoch.* nam si paria sunt Statutis ligari, & forum sortiri, certum est quod si filius Principis coràm ipso Principe patre cõuenitur, quod Princeps est talis, qui in causa potest iudicare; & licet *l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.* aliud videatur disponere, hoc ideò est, quia loquitur quando versamur in causa domini, in qua quemadmodum dominus non iudicat, ita nec in causa suorum, non quidem ex defectu iurisdictionis, sed quoniam suspectus est. Nequè repugnat altera eiusdem *Menoch.* ratio, qua voluit priuilegium competens patri competere filio; Quia hoc procedit in his quæ possunt conuenire filio, sicut patri, vndè cum filius sit subditus Principis patris, eiusquè iurisdictioni subsit, ratio priuilegij quæ est in patre non potest considerari in filio. Sic etiam cessat tertia consideratio ipsius, vbi voluit Statuta Mantuæ, & Ferrariæ dici Statuta Ciuium, & ideò non obligare dominos, etiãsi ab ipsis confirmentur; quia quando Populus nullam habet iurisdictionem, sed solus Princeps, populus non potest facere Statutum. *Bald. in l. omnes populi. nu.3.* vbi *Io. Baptista de S. Seuerino nu.8. de Iustit. & Iur. Roland. cons.99. in princip. lib.2.* ideòque confirmatio domini non dicitur simplex, sed noua dispositio, ex quo confirmat illud, quod prius sine illa confirmatione fuit inualidum, quo casu actus tribuitur confirmanti non autem facienti. *l. more.* vbi *Doct. de iurisd. omn. iud. Paris. cons.19. num.27. lib.1.* Restringitur dictum *Menoch.* ad casus illarum Ciuitatum, quibus per leges permissum est statuta condere, iuxtà *l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur.* & quibus concessa fuit facultas à pace Constantiç. *Rota in Balneoregien. bonorum Lunæ 9. Maij 1588. coràm Orano. Et in eadem causa sub die Lunæ 15. Maij 1589. coràm eodem.* fuit dictum quod Statuta, siue fuerint condita de licentia domini Castri, vel ab ipso confirmata, non propterea sequitur dominum voluisse filiam, vel neptem illis astringi, cum enim in confirmationibus præcipuè attendatur mens confirmantis. *Paris. consil. 19. num.50. lib.1.* hæc autem ex verbis desumpta in præsenti quadrare non potest casui de quo agitur. Dum enim mandat dotari filias arbitrio duorum proximorum consanguineorum ex parte patris si extiterint, sin autem ex parte matris; hæc dispositio non potest verificari in domino, quia etiãsi possint aliquando ex parte patris adesse consanguinei, numquam tamen ex latere matris in Castro inuenientur, ex quo Dominus non contrahit matrimonium cum vassallis; Ita etiam dum disponit, quod dos iuxtà consuetudinem Castri constituatur; fieri non potest, vt applicetur filiæ Domini, quæ cum dote dari inter vassallos consueta habeat. Vndè cui Statuti verba non conueniũt absurdum est, quod ei dispositio applicetur. *l. dies. §. toties.* vbi post *Bart. Doct. ff. de damn. infecto. Paris. cons.4. num.19. lib.2.*

§.4. Statutum vel Legem, qui non potest condere, quod non possit consuetudinem introducere, quomodo procedat. Ne pluries eadem repetamus, Lectorem remittimus *ad nostras Obseruat. Practic. Conclus. in verb. Canonicus. Obseruat. circà Ius votandi. §.1. incip. Canonici familiares Episcopi. nu.23. & seq.*

§.5. Sta-

§.5. Statutum contrà aliquem specialiter conditum, tenet in eius præiudicium. *Angel. in l. impetrata. C.sent.rescind.non poss.* sequitur *Felin.* qui alios citat *in cap.cum omnes. num.2. de constit.* Quos referendo sequitur *Rota coràm Card.Seraph.decis.707. Fuit dubitatum, An Statutum. num.8.*

§.6. Statutum loquens de consuetudine in intelligitur de valida, vt post *Sarnens.de iur. quæs. non toll. q.21. circà princip.* fuit dictum *in Meliten.præcedentiæ 22. Iunij 1579. coràm Card.Seraph.*

Et si referat consuetudinem, de qua non constat quæ, & qualis fuerit, tunc tale Statutum non attenditur, licet secùs sit quādo certam aliquam refert consuetudinem, seu dispositionem, *in eadem Meliten. præcedentiæ 16. Maij 1578. coràm eodem.*

§.7. Statutum prohibens contractus, non intelligitur de actibus necessarijs, qualis est retrouenditio vigore prioris cōtractus. *Rota coràm Card.Seraph.decis.421. Contrà Illustrissimum.num.5. ex doctr. Rom. in cons. 394.num.3. & Ias.in l.si vnus. §. pactus ne peteret. num.27. de pact.*

§.8. Statuto priori numquàm per posteriores censetur derogatum, nisi quatenus expressum reperitur. *Bart. in l.quæsitum. §.fin. num.12. ff de fund.instruct.leg. Bald. in l.penult. in fin. C. per quas person. Alexand. cons.123.nu.11.cum seq.lib 4.* & ideò vltimum Statutum ita intelligendum est, vt declarationem recipiat à primo, idquè extrà controuersiam quādo primum est speciale. *Soccin. Iun. cons.40. num.4. lib.1. Rimin.Iun.cons.29.nu.30. lib.1. Rota in Romana alimentorum Vener.5.Iunij 1592. coràm Orano. Vbi de duobus Statut.Vrb.lib.1.cap.68. & 88.*

De quibus Vide *in nostris Obseru.in verb.Statutum. vers. Statutum Vrbis lib.1. cap.68. dans formam. §.2.Obseruat.circà Statut.Vrb.lib.1. cap.68.*

§.9. Statuti existentia non probat per enunciationem prouisoris, siue Vicarij Episcopi. *Rota in Seguntina admissionis ad Capitulum Vener.26.Iunij 1587. coràm Gypsio, & in Burgen.iurisdictionis 10.Decembr.1584. coràm Card.Pamphil.* Maximè quia ipse Vicarius nō habet facultatē statuendi. *Feder.cons.264.vers.item auctoritas Vicarij.Roman.singul.700.Frāc.* post alios *in cap.fin.nu.5.de offic.Vicar.in 6.* vt dicitur *in dicta Seguntina.*

§.10. Statutorum existentia probatur ex supplicatione Confirmationis, in qua fuit insertus totus tenor Statutorum. *Rota coràm Lancellotto Sen.in Leodien. denegationis possessionis Canonicatus 16.Nouembr. 1571. incip.In causa Leodien. Est decis.2. in titul. de Confirmat.inter eius Sebetas. aliàs est decis.55.* Et hoc iuxtà doctr. *Abbat.in cap.inter dilectos.num.9. de fid.instr.* vbi *Felin.num.7. Ruin.cons.81.num.5. Paris.cons.23. num.87. & cons.33.num.4.lib.1.*

§.11. Statutum si extaret, quod delictū probaretur fama, non sufficeret quod testes dicerent audiuisse dici à maiori parte Populi, nisi etiam articularetur, & probaretur qualitas hominum, ad effectum scilicet condemnandi, secùs autem ad effectum inquirendi, vt post *Boss. de inquisit. nu.78. Rota in Veliterna bonorum 13.Febr.1579. coràm Card.Seraph. Est decis.393. Dubitaui. num.12.*

§.12. Statutum generaliter loquens non comprehendit actum iuratum. *Rota in Romana de Mattheis 22. April. 1569. coràm Grato.* Vt nequè Statutum simpliciter loquens non trahitur ad donationes, & contractus iuratos. *Seraphin.decis.746. Dominus Vincentius.num.6.*

§.13. Statuto insinuationem requirenti renunciari potest iuramento, nec est necessarium in specie renunciare illi Statuto, sed sufficit generalis renunciatio Statutorum, vt ex *Corn. cons.186. num.18. lib.2.* dixit *Rota coràm Card.Seraph.decis.472. Dubitaui, an donatio. num.15. in fin.* Et *decis.746. Dominus Vincentius.num.8.* sequendo præcedentem decisionem.

Alia Vide *in nostr.Obseruat.Practicarum Conclusionum.*] *in verb. Donatio. Obseruat. circà Insinuationem. in pluribus §§.in princip.*

§.14. Statutum si deroget fidem instrumento, non intelligitur derogare in totum, sed quoad plenam probationem. *Alex.cons.184.nu.5. lib.7. Corn. cons.220. num.9.lib.3.Natt.cons.609.num.24.& seq. cum alijs per Aym.de antiq. temp. part.1. §.octaua datur limitatio.n.16.* Ex quibus ita tenuit *Rota in Romana prætensi fideicommissi de Vrsinis 24.Nouembris 1589.coràm Orano.*

Vbi hoc dicitur *de Statuto Vrbis lib.1. c.34.* de quo vide infrà fusè *ad dictū Statutum §.5. incip.Statuto huic, &c.*

§.15. Statutum quando ampliat ius commune assumit illius qualitatem, vt ex *Bald.in Rubr.de caus.poss. & propr.nu.13.* & alijs dixit *Rota coràm Cardin.Seraph. decis.1286.Illustriss.Dominus.n.4.* Vbi habetur quod *Stat.Vrb.lib.1.c.152.de contract.prohib.cū filijs fam.* ampliat dispositionem Macedoniani, à mutuo ad alios contractus, & sicut Macedonianum procedit in arrogato, ita etiam & dictum Statutum ratione prædicta, quia Statutum ampliāns ius commune assumit illius naturam.

§.16. Statutum non dicitur tollere ius cōmune, quando mandat in materia præcedentiæ, vt stetur consuetudini, & ideò non tollit iuris communis dispositionem, quia ius commune in hac materia idem disponit. Ita ex *Bald.in cap.cum olim.nu.1.& 2.de consuetud.Dec.in l.cum quidam. num.39. si cert. pet.* & ibi *Cagnol.nu.54.* & aliàs dixit *Rota coràm Card.Seraph. decis.455. Fuit particulariter.num.8.*

§.17. Statuto viri gaudet vxor viuente marito, & etiam eo defuncto vidua, vt latè fuit decisum *in Perusina bonorum de Ballionibus 23.Ianuar.1591.coràm Comitulo. Et posteà coràm Gypsio proposita 9. Iunij 1593.* & resolutum contrà viduam. Iterum proposita coràm eodem 24. Nouembris eiusdem anni, & resoluta ad eius fauorem. Deniquè in eadem causa *coràm eodem Gypsio.Merc.10.Maij 1595.Rota stetit indecisis.*

Vide suprà *Part.I.ad Comitul. decis.123. fol.300. col.1. ad fin.* Et fusius vt ibidem diximus *in nostris Obseruat.*

§.18. Statuta quod quædam sint permissiua, quædam dispositiua, ista distinctio non est releuans in materia testamenti. *Rota coram Comitulo in Bononien. fideicommissi de Ronco.10. Maij 1589. num.4.*

§.19. Statutorum proœmijs creditur, vt per *Felin.* & alios *in c.pastoralis.nu.5.de offic. de leg. Rota coram Card.Seraph.in Narnien.Legati Lunæ 30. Octob.1570.*

Vbi ex hoc infert Statutū Vrbis esse Papalia, quia in proœmio, præsertim nouorum Statutorum, dicitur quod fuerunt reuisa auctoritate Papæ, vt dicemus infra ad Rubricam dictorum Statutorum Vrbis.

§.20. Statutum prouidet futuris casibus tantum. *Rota coram Card.Seraph.decis.569. Quamuis lex.in fin. ex Glos.*

Glos. in proœm. Clement. in verb. de cætero. Felin. in c. fin. num. 5. de constit.

Idem diximus de Constitutione declaratoria infrà *ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 141. num. 1. & 2.*

§. 21. Statuto censetur testator conformare volũtatem suam *Bart. & Alex. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Alciat. reg. 3. præsumpt. 32.* Et quod substituendo in casu proprio Statuti subiecerit dictam substitutionem eidem Statuto. *ad glos. & Bald. in l. si duo. de acquir. hæred.* Et magis censetur se conformasse Statuto, quàm dispositioni iuris communis. *Soccin. cons. 51. n. 33. cum seq. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 15.* & est recepta sententia, vt per *Clar. in §. testamentum. quæst. 76. vers. sexta regula.* Quos referendo sequitur *Rota corâm Comitulo in Bononien. fideicommissi de Ronco 13. Mar. 1589. Licet in propositione. Est decis. 48. in eius lib. manuscr. à num. 7.*

§. 22. STATVTA Ciuitatis immediatè subiectæ Sedi Apostolicæ non valent, nisi de licentia Papæ. *Bald. & Caccialup. in l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur. Rot. decis. 780. Dubitaui. nu. 3. part. 1. diuers. Seraphin. decis. 1003. Fuit resolutum cessionem. num. 7. Ludouis. decis. 267. Domini dixerunt. num. 7.* & ibi *Addit. in litera B.* Et *in d. decis.* cum dicitur *in Montisfalisci corâm Seraphin.* corrige *corâm Cantuccio*, quæ est *decis.* 780. super allegata; licet in impressis sine nomine sit posita *part. 1. diuers.*

Quando autem in Confirmatione Statutorũ adest clausula, *quatenus in vsu*, tali casu non præsumitur vsu receptũ, nisi probetur. *Idem Seraph. d. decis. 1004. nu. 8.* vt etiam dicitur decisum *corâm* Lancell. *Sen. in Leodien. Canonicatus 16. Nouembr. 1571. Est decis. 55. inter eius Select. in manuscript. incip. In causa* Leodien. Quæ *Decis.* licet aliter extẽsa habetur *Part. I. Diuers. decis. 56. incip. Quoad existentiam Statutorum.* quæ malè ponitur sub nomine *Cottæ*, vt etiam aduertit *Apostill. ad Seraph. d. decis. 1004. in fin.*

Et vide supra *Obseruat. 1. §. 6. Statutorum confirmatio.*

§. 23. Statutorum *derogatio* in gratia posita non obstat parti, cui ex Statuto iam fuerat ius quæsitum de tempore gratiæ, cum eo casu requiratur expressa derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo. *Cas. de Grass. decis. 1. num. 10. de verb. signif.* & dixit *Rota in Salamantina dimidiæ portionis Merc. 27. Maij 1609. corâm Illustriss. D. meo Marquemontio. est decis. 253. num. 6. in Recent. part. 2.*

§. 24. Statutum tollens *exceptiones* contrà sententiam, non excludit illam, quæ negatur esse lata à Iudice competenti, & sic esse sentẽtiam. *Bart. in l. Diuus. n. 1. vers. certè sic. ff. de testam. milit. Abb. in cap. item cum quis. num. 6. de restit. spoliat.*

Et idem dicitur de Statuto tollente exceptiones instrumenti. *Bart. vbi suprà, & in l. 1. §. & parui. n. 3. vers. ego in ista materia. ff. quod vi, aut clam. Butr. in d. cap. item cum quis. num. 15. vers. si Statutum licet.* vbi *Abb.* allegat. & *Bero.* qui de communi. *num. 27. Felin. in cap. ex parte. il 2. num. 6. vers. secundò fallit.* & ibi *Dec. nu. 39. in 2. limit. de offic. deleg.* Quos referendo sequitur *Rota in Romana* Laudi *Lunæ 13. Ianuarij 1614. nu. 8. corâm Buratto. est decis. 553. part. 1. in Recent.*

§. 25. Statutum prohibens dari de nullitate *Laudi*, non intelligitur de nullitate resultante ex non seruata forma data in compromisso. *Glos. vlt. in Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct.* vbi *Anchar. n. 16. vers. similiter. & cons. 107. n. 9. Angel. in l. non erit. n. 3. ff. de iureiur. Soccin. cons. 124. nu. 11. lib. 1. Dec. cons. 434. nu. 8. Rota in Romana Laudi Vener. 28. Iunij 1613 num. 5. corâm Buratto. est decis. 515. part. 1. in Recent.* & idem replicant remissiue in eadem causa Lunæ 13. *Ian. 1614. nu. 8. in fin. corâm eodem. est decis. 553. p. 1. in Recent.*

§. 26. Statutum decisorium non ligat forenses.

Vide infrà *in §. Statutum Ferrariæ. lib. 2. cap. 66. nu. 2.* Vbi etiam habetur quando Statutum videtur respicere decisoria iudicij.

§. 27. Statuta, vel consuetudines locorum attendenda sunt in taxandis fructibus, & interusurijs dotis. *Ruin. cons. 224. nu. 14. lib. 1. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 1. n. 3. vers. septimò* ab eadem ratione. *in fin. Io. Bapt. Lup. de vsur. comment. 1. §. 4. nu. 91. post princip. vers. vel secundum communem. Surd. de aliment. tit. 1. q. 41. n. 27. in fin.* quos referendo sequitur *Rota in Maceraten. dotis Vener. 17. Iunij 1614. corâm Andrea. nu. 2. est in Recent. part. 2. decis. 574. incip. Dominis visum fuit. & Seraph. decis. 1406. nu. 3. part. 2.* Vbi etiam suo loco ad *Seraph.* notauimus. Et *in Asculana Fideicommissi Vener. 20. Iunij 1614. corâm Buratto. nu. 2. est in Recent part. 2. decis. 570. incip. Stante resolutione.* quæ decisiones *Seraphini*, & *Buratti* sunt in eadem causa *Asculana*.

§. 28. Statuti solemnitates, licet non requirantur in causa dotis, nõ tamen idem est in qualibet alia causa pia, putà excarcerationis. Quia in dote versatur fauor publicus, & prædicta conclusio versatur in muliere maiore dotãte, non in minore, vt latè per *Gabr. cons. 20. lib. 1.* & illius conclusionis ea est ratio, non quia dos veniat in generali dispositione, sed quia in iure est specialiter priuilegiata, vt pro illa mulier obligare se possit. *l. permittendo. de iur. dot. l. fin. C. ad Velleian.* Id autem non reperitur dispositum in minore *Lamberteng. de contract. mulier. glos. 21. num. 4. & 5. Put. decis. 160. lib. 3. & ead. Rota in Bononien. census Vener. 20. Febr. 1609. corâm Reuerendiss. Marquemontio. est in Recent. decis. 177. nu. 11. part. 1.*

§. 29. STATVTVM, seu consuetudo exclusiuam fœminarum operatur, quod non cõprehendantur etiam sub verbis aptis eas comprehendere. *Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. nu. 5. vers. nisi in Ciuitate. & vers. item prædicta vera. ff. de oper. libert.* ob eam rationem, quia testator præsumitur voluisse se cõformare cum dispositione Statuti. *Brun. in tract. de Statut. exclus. fœmin. art. 8. nu. 105. & 106. per tot.* & præcipuè *in vers. prædicta opinio procedit.*

DECLARATVR dicta conclusio *à Rota in Leodien. fideicommissi Vener. 19. Nouembr. 1610. corâm Card. Caualerio. est decis. 318. in Recent. part. 2. nu. 3.* vt non procedat, vt ibi dicitur *nu. 7.* quando constat de clara voluntate testatorũ contraria qui voluerunt includere fœminas, vt cum vocata fuit proles, cuius appellatione veniunt masculi, & fœminæ, & omnis descendens in infinitum, vt ibidem in principio dicitur. Item quando constat voluisse descendentes à fœminis non esse à fideicommisso exclusos.

§. 30. Statutum, quod in *donatione certæ solemnitates* requirantur, non potest opponi eorum defectus in donatione facta ob futuras nuptias. *Caputaq. decis. 199. part. 3.* & fuit dictum *in Fanen. Saluiani interdicti Vener. 14. Ianuarij 1611. nu. 4. corâm Sanctissimo Ludo-*

4 *Statutum pr hibens Clericos forenses admitti ad Capi ulum tamquàm ambitiosum non tenet.*

5 *Statutum Ecclesia prohibens non omnes beneficiatos admittendos esse ad participationem relictorum pro celebratione diuinorum officiorum, tamquàm ambitiosum non est admittendum.*

6 *Statutum Ecclesia facit, vt vacante beneficio ius acquiratur ab opponente, qui habet omnes statuti qualitates.*

7 *Statutum est nullum prohibens admitti ad beneficia descendentes à nouis Christianis, seu ab his, qui sunt nati de impuro sanguine, & eget confirmatione Apostolica.*

8 *Alienari possunt bona Ecclesia non obstantibus Statutis Ciuitatis, & quomodo.*

9 *Statuta Laicorum, quando sint attendenda in foro Episcopali.*

10 *Statuta Laicorum non possunt praiudicare libertati Ecclesiastica, etiam quod sint confirmata auctoritate Apostolica.*

§. 1. STatutum concernens, † statum Ecclesiæ non
1 potest fieri à Capitularibus sine interuentu, & auctoritate Episcopi, iuxtà *Glos.* communiter receptam in *cap. constitutionem. 2. in verb. statutum. de verb. signif. in 6. Innoc. in cap. cum omnes. nu. 1. vbi Abb. nu. 4. Butr. nu. 45. Felin. nu. 9. Bero. n. 36. & 46. de constit. Abb. in cap. cum consuetudinis. nu. 4. de consuetud. Calder. cons. 2. de constit. Oldr. cons. 131. Ferrett. cons. 186. Et post Rotam in Illerden. statuti. Mercur. 19. Martij 1597. coràm Corduba. est decis. 110. in eius lib. in manuscript. incip. Dubitatum super validitate statuti.* Idem dixit Rota *in Hispalen. Cantoria de Ossuna. Veneris 3. Decembris 1599. coràm Litta. est decis. 21. nu. 1. in Recent. part. 2.* vbi corrige mensem, & annum decisionis *coràm Corduba.*

Agebatur autem de validitate statuti à Capitulo siue Archiepiscopo conditi, quo cauebatur, admittendum ad beneficiũ dictæ Ecclesiæ non debere esse pœnitentiatum ab Officio S. Inquisitionis, nec minus ex pœnitentiatis descendentem.

Additur *in d. Hispalen. nu. 2.* quod data validitate
2 præfati statuti † illud est intelligendum de descendentibus per lineam masculinam, & non per lineam fœmininam *ad text. in cap. vbicumq; vbi Glos. in verb. masculinum. de pæn. in 6.* Et hoc ea ratione, vt minus corrigat iuris communis dispositionem, quàm sit possibile, iuxta quod descendentes à Pœnitentiato, qui humiliter pœnitentiam egit, non repelluntur à dignitatibus Ecclesiæ. *cap. cum te. vbi Doct. passim notant. de rescript.* Maximè descendentes per lineam maternam vltrà primum gradum existentes. *cap. statutum. il 2. de Haret. in 6.*

3 In tantum, quod dictum † Statutum non potest sustineri sub prætextu Confirmationis Apostolicæ, quando Confirmatio non est specialis talis statuti, sed generalis omnium statutorum, cum dicta confirmatio, etiam ex certa scientia non sit referenda ad statuta iniusta, & illicita. *Alex. cons. 59. nu. 14. & seq. lib. 2.* Maximè stante clausula, dummodo statuta sint licita, & honesta, nec Sacris Canonibus contraria, quo casu confirmatio nihil operatur. *Dec. consil. 451. nu. 22. in fin. vers. postremò. & num. seq. Alex. cons. 1. nu. 3. vers. præterea confirmatio. lib. 5.*

Et circa *d. Glos. in d. verb. Statutum*, quod sit communiter recepta. Vide *Part. 5.* quæ in ea notauimus.

§. 2. Statutum Ecclesiæ, licet habeat plures oppositiones, tamen quando fuit factum sub beneplacito Sanctissimi, & quod valeret in quantum Sanctissimo placeret, per illius confirmationem cessant omnes oppositiones. *Butr. in cap. cum M. num. 12. in fin. per illum text. de constit. Felin. in cap. cum omnes. num. 9. vers. sufficeret tamen confirmatio Papa. eod. tit.*

Etiam si de confirmatione appareat ex beneficio temporis, ex quo illa præsumitur nedum intrà centum annos, prout erat in casu allegandæ decisionis, sed intrà 30. *text. iuncta glos. in cap. peruenit. de empt. & vendit. Cassad.* qui ad hoc dicit illum *text.* singularem *decis. 3. nu. 1. de procurat. Felin. in cap. Albericus. nu. 4. de testib. Puc. decis. 365. nu. 4. & 7. lib. 2. Rot. diuers. 179. part. 2.* Maximè stante obseruantia statuti. *Rota in Calagurritana Residentia de Enciso. Luna 17. Februarij 1612. coràm Reuerendiss. Manzanedo. habetur in Recent. decis. 375. incip. Fuit resolutum pro confirmatione sententia. nu. 6. & 7. part. 2.*

§. 3 Statutum tenet factum à Canonicis Ecclesia vacante, & etiam vacante Abbatia, quando ius eligendi Abbatem ad Canonicos spectat, præsertim stante clausula, saluo beneplacito Apostolico. Vide *Part. 3. ad Abbat. in cap. sicut nostris 28. de iure iur.*

§. 4. Statutum prohibens Clericos forenses admitti ad Capitulum tamquàm ambitiosum, & illicitum non valet, vt dixit Rota *in Seguntina admissionis ad Capitulum 26. Iunij 1587. coràm Gypsio. Quam decis. sequitur Rota in alia Seguntina admissionis ad Capitulum. Luna 7. Iunij 1610. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 290. num. 2. in Recent. part. 2.*

§. 5. Statuta Ecclesiarum disponentia, non omnes Beneficiatos Ecclesiæ esse admittendos ad participandum de relictis pro diuinis officijs celebrandis, vti ambitiosa non sunt attendenda. *Rota coràm Gypsio in Legionen. fundorum. Luna 5. Iulij 1593. incip. Per audientiam contradictarũ. Est decis. 110. in eius lib. 2. select. in manuscript.* quod etiam fuerat antea dictum *coràm eodem Gypsio in Seguntina admissionis ad Capitulum. Veneris 26. Iunij 1587. incip. Statutum prohibens. Est decis. 255. in eius lib. 1. select. in manuscript.* vbi tamquàm ambitiosum fuit reiectum statutum Seguntinum prohibens Clericos forenses admitti ad Capitulum, *vt in præcedenti §. dictum est.*

Ratio verò decisionis est, quia omnes Beneficiati, & Curati Ecclesiæ debent participare de relictis pro diuinis officijs celebrandis ad aliquod Ecclesiæ altare, nisi de contraria relinquentium voluntate appareat, cum habeant intentionem fundatam de iure communi, iuxtà not. *in cap. ad decorem. de instit.* Ideò statuta, quæ contrarium disponunt tamquàm ambitiosa non sunt attendenda.

§. 6. ad Beneficium vacans ius acquiritur ab opponente, qui habet omnes qualitates à statuto Ecclesiæ requisitas. *Cassad. decis. 8. nu. 4. de prabend. Sarnens. super regul. de non toll. iur. quæst. 1. nu. 10. vers. nam per illam oppositionem.* Et hoc est manifestum, quia in gratia de vacaturo necessariò de tali iure ex oppositione debet fieri mentio, *vt per Put. decis. 235. lib. 2.* Maximè quando non agitur contra eum, qui non fuit assecutus ius ab Ordinario, cum Ordinarij non possint derogare statutis Ecclesiæ. *Put. dicta decis. 235. num. 3. & 4.* Nec obstare *Mohed. decis. 27. & seq.* vbi voluit ex tali oppositione acquiri aliquod ius in re, vel ad rem considerabile. Quia loquitur in

diuersis

diuersis terminis, videlicet, ne taciturnitas illius ingratia de beneficio vacanti posset causare subreptionem, non autem quando statutum adest, per quod tribuitur ius opponenti. *Put.decis.*253.*lib.*3.*Anton. August.in Epit. tit. de modis prouis.* §.1. Et ita dixit Rota *coràm Orano in Toletana Scholastria. Veneris* 22.*Maij* 1592.*incip.Domini tenuerunt.Est decis.*138. *in eius lib.*2. *in manuscript.*

§. 7. Statutum est nullum, prohibens admitti ad beneficia descendentes à nouis Christianis, seu ab his, qui sunt nati de impuro sanguine est nullum, & contrà ius Canonicum, & eget confirmatione Papæ, vt fuit dictum *in Pampilonen.de Sanguissa* 15.*Decembris* 1572.*coràm Oradino,& in Calaguritana dimidia portionis della Guardia* 11. *May* 1579. *coràm Card.* Lancellotto. *& in Pampilonen. beneficij de Caparosso* 30. *Maij* 1580. *coràm eodem.* vbi etiam fuit dictum, quod ád probandum obseruantiam debent testes deponere non quod isti tales non fuerint admissi, sed quod adueniente vacatione fuerint exclusi, tantò magis, quia hoc statutum fuit factum à Laico, videlicet à Rege Ioanne. Et vide *in nostr.Obseruat.in verb. Beneficium. Obseruat. explur. person. qua præferem.* §.7. *ad Beneficia Ecclesiæ de Lequitio. nu.*13.

Sanguinis impuritas est probanda à Capitulo, quod negat admissionem. Vide *in Obseru.in vers. Capitulum si Canonico deneget admissionem.* §.1. *Obseruat. de Capitulo circa Admissionem.*

§. 8. Statuta Ciuitatis non possunt impedire liberam facultatem locandi bona Ecclesiæ seruata iuris forma, neque comprehendunt locationes confirmatas auctoritate Apostolica. *Rota coràm Card. Lancellotto Sen. in Ragusina emphyteusis* 20.*Iunij* 1574. *incip.In causa Ragusina. Est decis.*6.*inter eius selectas, alias* 4. *de alienat. rer. Ecclesi.in manuscript.*

Vide in hac materia, quæ dicemus infrà *ad Statut. Vrb.lib.*1.*cap.*124.

§. 9. Statutum Laicorum est attendendum in foro Episcopali, quando prothocolla instrumentorum Notariorum eis mortuis dantur alijs Notarijs publicanda, & explenda per iudices Laicos, & ideò debent seruare formam statuti, cum hoc pertineat ad dictos iudices Laicos, qui illos deputare habent. *Rota coràm Card.Seraphino in Comen.Iurispatronatus* 23. *Februarij* 1604. *incip. Domini in decisis est decis.*1493. *num.*3.

§. 10. Ecclesiasticæ libertati non possunt præiudicare Statuta Laicorum, neque directè, neque indirectè, & fuit latè dictum *in vna Massafren.furni* 21.*Iunij* 1591. *coràm Card.Pamphilio.*

Etiam quod sint cōfirmata auctoritate Apostolica, quia confirmatio addit robur confirmato respectu iuris, non autem facit, vt quod àntea non comprehendebatur, posteà comprehensum censeatur. Et maximè si statuta respiciunt petitorium non possunt impedire manutentionem. *Rota coràm Card. Seraphino decis.*971. *incip.Domini censuerunt. num.*6.

OBSERVATIO V.

Circa Extensionem Statutorum.

SVMMARIVM.

1 *In Statutis potest fieri extensio de casu in casum ex ratione in eo expressa.*

2 *Statutum, siue Constitutio noua qualiter extendatur, vel non extendatur ad contractus præteritos.*

§. 1. in Statuto ratio expressa operatur, quod possit fieri extensio de casu in casum, etiam contrà jus commune. *Seraphin.decis.*250. *Domini perseuerarunt. num.*1. vbi fit extensio à dote data ad dotem promissam respectu lucri dotis, vt habetur in eadem causa coràm eodem *Seraphin. decis.*248. *Fuit resolutum Blasinum. num.*1. Quia Statutum non se restringit ad dotem datam, sed loquitur per verba generalia, cum dicat, de dote contenta in instrumento dotali, & disponit derogando quibuscumque pactis in contrarium factis, & in ipso instrumento dotali contentis: Quæ videtur generalissima derogatio apta comprehendere pactum dilationis solutionis dotis, vt propterea lucrum dotale non sit solum respectu dotis datæ, sed etiam promissæ. Quæ interpretatio placuit ex eo quod ratio fuit in statuto expressa, iuxtà quam statutum debet sumere interpretationem iuxtà *cons.Ruin.*225.*num.*3. *vers.non obstat. lib.*1. *&* 133. *num.*4.*lib.*4. *Tiraq. cessant. caus. part.*1. *num.*153.

§. 2. Statutum nouum, siue Constitutio, aut lex superueniens qualiter extēdatur ad contractus præteritos. *Rota coràm Orano in Romana fructuum dotis. Veneris* 15.*Nouembris* 1596.*& confirmata coràm eodem. Lunæ* 19. *Ianuarij* 1598. vt fusè notauimus *in nostris Obseruat. Practicarum Conclusionum. in verb. Dos. Obseruat. circa Fructus dotis.* §. 6. *incip. Dotis fructus, siue interusurium.*

Vide etiam infrà *ad Stat.Vrb.lib.*1.*c.*141.*n.*1.2.*&* 3.

OBSERVATIO VI.

Quando Statuta ligent Forenses.

SVMMARIVM.

1 *Forenses quando ligentur statutis.*

2 *Alienationem vti nullam volens infringere tamquàm factam in forensem, quid probare teneatur.*

3 *Statuta Collegij quando ligent forenses.*

4 *Statuentes qualiter possunt ligare forenses.*

§. 1. Statuta licet in decisorijs non ligetur forenses maximè ignorantes, & extrà dictam Ciuitatem statuentium contrahentes ex tradita per *Roman.cons.*92. *& cons.*277. *in fin. Marsil. sing.*253. & de communi. *Alberic. de Statut. quæst.*8. *num.*2. *lib.*2. quos sequuta est Rota *coràm Gypsio in Veneta literarum cābij. Lunæ* 27.*Iunij* 1583. *incip.In eadem. est decis.*235. *inter eius select. lib.*2.

Tamen hoc Rota in eadem causa. *Lunæ* 4. *Iunij* 1584.*incip.Licet in præterita. Est decis.*278.*inter eius select. lib.*1. dixit non habere locum, quando statutum vniuersaliter loquitur, vt in casu decisionis, de quibuscumque literis cambij; cum non afferatur ratio, quare non valeat comprehendere incolas, argumento eorum, quæ tradit *Bart. in l. prouinciales. de verb.signif.Soccin.cons.*129.*nu.*4.*lib.*1.*Dec.cons.*358. *col.*1. Et mota fuit præsertim Rota ex doctrina Bart. vera, & communi *in l. cunctos populos. nu.*13. *&* 19. *vers.secundus casus.C.de summ.Trinit.* vbi concludit, quod in his, quæ veniunt præter naturam contractus ex aliquo facto extrinseco, putà, mora, seu negligentia attenduntur statuta non loci celebrati cōtractus, sed loci destinatæ solutionis *per l.vinum, vbi Doct. ff. si cert. pet.* cum alijs ibi adductis.

Circa hanc Bart. doctr. Vide suprà *Part.*3.§.13.*ad Bart. in d.l. cunctos populos. nu.*13. *&* 19. Et circa conclusionem principalem. Vide *in nostris Obseru.*

Pract. conclus. in verb. Mercator. Obseruat. Circa Literas. §. 1. incip. Mercatoris litera cambij, præsertim num. 4. & 10.

§. 2. Contra Statuti formam alienationem in forensem factã volens infringere satis est, quod ostendat, alienationem in forẽsem factam absquè eo quod probet non fuisse solemnitates Statuti seruatas. *Rota coram Orano in Illerden. Canonicatus Veneris 24. Maij 1596. incip. In vna Illerden. est decis. 348. in eius lib. 2. in manuscr.* allegantur *Oldrad. cons. 229. nu. 3. Curt. Sen. post glos. Bart.* & alios quos allegat *cons. 72. num. 1. Castrens. cons. 89. Posset quis dicere. nu. 2. lib. 2. Ruin. cons. 120. nu. 5. lib. 4.* Et quod ita tenuit *Rota in Auximana Molendini 23. Iunij 1572. coram Robusterio.*

§. 3. Statuta Collegij non habentis territorium, licet non ligent forenses, secus tamen est, quando sunt facta de mandato Superioris, & confirmata, ac in libris Statutorum inserta, quia tunc non dicuntur Collegialia.

Vide infrà *ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 34. §. 3. incip. Et sub dicto Statuto. vers. nec obstat regula.*

§. 4. Statuentes possunt ligare forenses in respicientibus formam, & solemnitatem actus qui geritur, & qualiter hæc procedat.

Vide infrà *in dicto Statut. Vrb. lib. 1. cap. 34. §. 3. in princip.*

OBSERVATIO VII.

Circa Interpretationem Statutorum, genericam.

SVMMARIVM.

1 *Statuta recipiunt interpretationem à Iure communi etiam quod sint odiosa.*
2 *Statutum excludens interpretationem non excludit bonam, & rationabilem.*
3 *Statutum disponens, quod debeat intelligi prout iacet, non excludit legitimas interpretationes.*
4 *Statutum sumit interpretationem à ratione in eo expresa.*
5 *Statuti verba sunt propriè intelligenda quando Statutum est odiosum.*
6 *à Statuti verbis non est recedendum.*

§. 1. Statuta recipiunt interpretationem passiuam à Iure communi. *l. 1. §. lex Falcid. ff. ad l. Falcid.* Etiamsi sit odiosum, & materiam contineat correctoriam. *Bart. in l. 1. ff. de legit. tut. Dec. cons. 16. nu. 3. Rota coram Orano. in Romana tutelæ de Fabijs Veneris 29. Ianuar. 1588. incip. Dubitaui. Est decis. 309. in eius lib. 1. in manuscript.*

§. 2. Statutum excludens interpretationem, non excludit bonam, & rationabilem. *Bart. in l. omnes populi. num. 65. de Iust. & Iur. Caccialup. ibid. num. 76. Dec. cons. 64. in fin. Seraph. decis. 496. Proposui dubiũ. n. 12.* Vbi de interpretatione Stat. Vrb. lib. 1. c. 146. in nou. quod in antiq. erat cap. 24. lib. 5. excludentis sorores stantibus fratribus defuncti; Vbi ex maioritate rationis fuit interpretatum dictum Statutum, quod excludat fratrum præmortuorum filias; quæ maioritas rationis non facit, quod Statutum extendatur, sed comprehendat casum, in quo maior ratio viget, extenditur verò Statutum ex paritate rationis, vt ibi dicitur num. 2.

§. 3. Statutum disponens, quod debeat intelligi, prout iacet, quale est Statutum Rauennæ, de quo in infrascripta decis. non propterea tollit legitimas interpretationes. *Gabr. cons. 14. nu. 5. lib. 1. & cons. 15. n. 1. lib. 2. Sim. de Pret. cons. 163. nu. 17. Thesaur. decis. 269. nu. 6. & 12.* Vbi quod sub masculino veniunt feminæ. *Menoch. cons. 541. num. 31.* quos referendo sequitur *Rota corã Vbaldo. in Rauennaten. Bonorum Luna 17. Decembris 1613. n. 9. Est decis. 548. part. 1. in Recent.*

§. 4. Statutum sumit interpretationem à ratione in eo expressa.

Vide suprà *Obseruatio 5. §. 1. in fin.*

§. 5. Statuti verba sunt propriè intelligenda quando Statutum est odiosum, quale est Statutum circà successionem, quãdo est correctorium iuris communis, & odiosum, vt quando excludit matrem à luctuosa filij successione, quo casu appellatione fratris non venit soror, cum aliàs regulariter appellatione veniat soror. *Rota coràm Orano in Asculana Bonorum Lunæ 17. Iunij 1591. Defuncta ab intestato. Est decis. 103. in eius lib. 2. in manuscr.*

Vide super ista decisione, & conclusione paulò infrà *Obseruat. 12. Circà Successiones. §. 11. incip. Statuta circà Successionem.*

§. 6. à Statuti verbis non est recedendũ. *Glos. & omnes in Auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccles. Bart. in l. quod constitutum. ff. de milit. testam. Bald. in l. cum ancillis. col. 2. vers. sed pone quod. C. de incest. nup. Rota in Calaguritana iuris votandi Luna 27. Februar. 1595. coram Orano. incip. Quamuis regulariter. est decis. 273. in eius lib. 2. in manuscript.*

Vbi ex Statuti verbis, Rota dixit Portionarios esse de Capitulo, quia in eo dicebatur, quod in Ecclesijs Calaguritana, & Calciaten. essent tantum, quadraginta Canonici, & viginti Portionarij, ita quod omnes isti vnum Collegium, & vnum Capitulum censerentur, vt fusè ibi ex istis verbis comprobatur.

OBSERVATIO VIII.

Circa Statuta loci contractus.

SVMMARIVM.

1 *Statuta loci contractus attendi debent. à nu. 1. & 2.*
3 *Statutum loci celebrati contractus attenditur circà solemnitates, quando ista principaliter actum respiciunt, secùs quãdo Statutum conceptum est principaliter in persona.*
4 *Statutum loci contractus attenditur licet contrahentes sint forenses.*
5 *Statutum loci contractus non attenditur in dote, sed Statutum domicily viri.*
6 *Statutum loci contractus non attenditur in his quæ veniunt post factum præter naturam contractus, sed destinata solutionis.*
7 *Statutum non loci contrahentium, sed loci contractus attenditur, quando Statutum respicit principaliter formam, & solemnitatem.*
8 *ad Statutum Ciuitatis prædominantis est recurrendum, quando in loco districtuali non adest Statutum particulare.*
9 *Statutum non extenditur extrà Ciuitatem eiusquè districtum, quando statuentes, vel Rex ita disponit.*
10 *Statuta Ciuitatis immediatè subiectæ Sedi Apostolicæ non valent nisi de licentia Papæ. Et quid releuet in confirmatione Statutorum clausula, quatenus in vsu.*

Sta-

§. 1. Statutum loci, vbi actus geritur attendi debet circà solemnitatem actus, puta donationis. ad Bartol. in l. cunctos populos. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cath. & stātibus duobus statutis, vno particulari loci, alio verò generali Prouinciæ, magis attendi debet speciale loci. vt per text. in l. fin. C. de testam. tradit Bald. cons. 201. incip. In Prouincia Anconitana. nu. 2. vers. in contrarium. lib. 1. Soccin. cons. 79. nu. 24. lib. 4. & cons. 7. nu. 7. lib. 1. Neuiz. cons. 58. num. 6. Roland. de lucr. dot. quæst. 86. nu. 4. Menoch. cons. 227. n. 75. lib. 3. Cephal. cons. 169. nu. 7. lib. 2. Crot. in l. omnes populi. n. 22. de Iust. & Iur. Bald. in l. ius ciuile. per illum text. num. 8. eod. tit. Roman. cons. 61. in fin. Hieron. Gabr. cons. 29. num. 46. lib. 2. Rota in Recanaten. Donationis Veneris 28. Iunij 1577. coram Card. Seraph. Idem in §. sequenti.

§. 2. Statuta particularia loci cōtrahētibus sunt attēdēda, & seruanda in cōtractibus. Signorol. in l. cunctos populos. nu. 19. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Cor. in cons. 232 lib. 4. Bald. cons. 456. num. 3. lib. 1. & fuit dictum in Recanaten. Donationis 18. Iunij 1577. corā Seraph. & fuit allegatus Bald. cons. 201. In prouincia. lib. 1. num. 2. Soccin. cons. 79. num. 24. lib. 4. Rota in Parmen. Status Luna 26. Iunij 1589. coràm Card. Seraph. Idem in §. præcedenti.

§. 3. Statutum loci celebrati contractus attenditur circà solemnitates, quando istæ principaliter actum respiciunt. Bart. in l. 1. nu. 32. & ibi Aret. nu. 12. Caccialup. nu. 19. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Gozad. cons. 49. nu. 15. Ias. cons. 69. col. fin. vers. & sic Statutum. lib. 3. Et in Statut. Vrb. de donationibus nō valituris, dixit Rota in Perusina hæreditatis 27. Nouembris 1581. coràm Cantuccio.

Secùs vbi Statutum principaliter conceptum est in persona, in quibus terminis loquuntur. Bald. cons. 60. n. 1. lib. 3. Roman. cons. 39. n. 1. Tiraq. ad ll. connub. glos. 8. num. 219. Rota coràm Comitulo. in Tolentina Pecuniaria Ven. 26. Ianuar. 1590. incip. Domini coarguerunt. Est decis. 86. in eius lib. in manuscript.

§. 4. In contractibus attendi debent solemnitates loci contractus, licet contrahentes sint forēses, vt est doctrina Bart. communiter recepta in l. 1. propè fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. vt in donationis contractu. Corn. cons. 18. num. 10. lib. 2. Rota in Romana prætensæ donationis Luna 29. Martij 1599. corā Orano. incip. Cum Domini. Est decis. 102. in eius lib. 3. in manuscript. quod antea dictum fuerat coràm Cardin. Seraph. decis. 1170. Fuit resolutum, in donatione. Et coràm eodem Orano in Romana prætensi fideicommissi de Vrsinis Veneris 11. Ianuarij 1585. incip. Dubitani. Est decis. 68. in eius lib. 1. in manuscript. Vbi de Notarijs forensibus, quod debent seruare solemnitates Statutorum in contractibus.

§. 5. Statutum loci contractus, licet attendi debeat, vt dictum est, speciale tamen est in dote, vt non attendatur locus contractus, sed Statutum domicilij viri. l. exigere dotem. 65. ff. de indic. Ias. in l. 1. num. 24. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Tiraq. de leg. cōnub. glos. 2. num. 45 Roland. de lucro dot. quæst. 13. Cardin. Seraph. decis. 504. nu. 5. Fuit dubitatum, an probetur. & corā Orano in Rauennaten. Attentatorum Luna 13. Martij 1589. Fuit resolutum probari. Est decis. 407. in eius lib. 1. in manuscr.

§. 6. Statutū non loci cōtractus, sed destinatæ solutionis attenditur in his quæ veniunt præter naturam contractus ex aliquo facto extrinseco, putà, mora, siue negligentia, per l. vinum. vbi Doct. ff. si cert. petat.

Vide quæ diximus suprà Obseruat. 6. §. 1. vers. Et mota fuit.

§. 7. Statutum præscribens formam seruandam in contractibus minorum, vel mulierum, si respiciat principaliter formam, & solemnitatem, secundariò verò personam, tenent contractus facti in alio loco ab illis personis sine illis solemnitatibus, quia non censetur Statutum prohibere ne sub dicta forma contrahant vbiuis locorum existant, nisi probetur, dolo id factum fuisse, vt quis à loco contrahentis recesserit, vt in alio loco faceret talem contractum non seruata forma dicti Statuti, si dictum Statutum principaliter respiciat formam, & solemnitatem cōtractus, secundariò verò personam, ex allegat. à Rota coràm Cantuccio decis. 162. Domini retentis decisionibus. num. 3. part. 2. diuers.

Quam decisionem sequitur Rota coràm Comitulo in Toletana pecuniaria Veneris 26. Ian. 1590. Domini coarguerunt. Est decis. 86. in eius libr. in manuscript. Et coràm Orano in Romana prætensi census Lunæ 17. Martij 1597. Domini voluerunt. Est decis. 401. in eius lib. 2. in manuscript. Et coràm eodem in Romana prætensæ donationis Luna 29. Martij 1599. Cum Domini. Est decis. 102. in eius lib. 3. in manuscript.

Eandem conclusionem habes infrà ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 161. num. 47. incip. Limita primò.

§. 8. ad Statutum Ciuitatis prædominantis est recurrendum, quando in loco districtuali non adest particulare Statutum circà illam rem; & hoc esse de iure Ciuili tradit Roman. cōs. 218. & Soccin. cōs. 81. lib. 1. vel ad ius commune, vt voluit Soccin. cons. 27. lib. 1. Dec. cons. 429. cum alijs per addentes ad Roman. dicto cons. 218. & Rota in vna Tiburtina Incendij 10. Nouēbris 1595. coràm Seraph. cessante particulari consuetudine inclinauit locum esse Statuto Vrbis lib. 2. cap. 36. de Incendiarijs. in Vrbe Tyburtina, quæ est in districtu, & ibi non adest circà hanc rem Statutum particulare.

§. 9. Statutum non se extēdit extrà Ciuitatem, eiusquè districtum, quando statuentes, vel Rex ita disponit Paris. cons. 12. nu. 8. lib. 3. cum talis dispositio sit consona iuri communi, vt per Aym. consil. 30. per tot. & faciunt tradita per Gozad. cons. 49. Roland. cons. 80. nu. 27. lib. 4. Statutum enim, vel consuetudo quando excludit personas non extenditur ad bona extrà territorium. Put. decis. 10. de constit. Dec. qui de cōmuni testatur cons. 314. in fin. Alba. cons. 23. dicens nullā habere difficultatem. Gabr. de Statut. cōcl. 9. Rota in Beneuentana Territorij Mercur. 26. Febr. 1586. coràm Gypsio. Extat consuetudo. Est decis. 28. in eius lib. 1. in manuscript.

§. 10. Statuta Ciuitatis immediatè subiectæ Sedi Apostolicæ non valent, nisi de licentia Papæ, vt per Bald. & Caccialup. in l. omnes populi. de Trin. & Fid. Cath. Rota in Montis Falisci hæreditatis 19. Mart. 1584 corā Cantuccio, quam decisionē referēdo sequitur Rota in Maceraten. Cessionis Mercurij 9. Decembr. 1592. coràm Card. Seraph. Vbi etiam fuit dictum, quod non præsumantur vsu recepta, quando fuerunt confirmata cum clausula, quatenus in vsu, nisi talis vsus probetur, & quod ita fuit tentum in vna Leodien. denegationis possessionis Canonicatus 16. Nouembr. 1571. coràm Lancellotto Seniore.

OBSERVATIO IX.

Circa Statuta Ordinatoria, & Decisoria.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando coarctat probationem ad certum numerũ testiũ dicitur ordinatoriũ. Si verò tollit in totũ aliquam speciem probationis, est decisoriũ.*

2 *Statutum ordinatorium non procedit extrà locum statuentium.*

3 *Statutum disponens de executione literarum cambij quando dicatur ordinatorium.*

§. 1. STatutum dicitur ordinatorium quãdo coarctat probationem ad certum numerum testium, quale est *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 73.* Secùs verò si tollat aliquam speciem probationis in totum, tunc enim potest dici decisorium. Et Statutum ordinatorium vnius Tribunalis, putà Capitolij, nõ est seruandum in alio Tribunali, verbi gratia, Rotæ. *Rota in Romana prælationis. Vener. 27. Nouembr. 1573. coram Seraph. Est decis. 208. incip.* Domini dixerunt.

§. 2. Statutum ordinatorium non habet locum extrà locum statuentium, licet secùs de decisorio, quale est Statutum Perusinum, quod non tollit omnem, sed vnam tantum appellationem, *ad not. per Franc. in cap. si duobus. §. denique de appellat.* nequè hanc in totum collit, sed eius effectum tantum suspensiuum, non autem deuolutiuum. *Rota in Perusina census Lunæ 3. Decembris 1576. coram Card. Seraph. incip. Statutum hoc. Est decis. 312. in impress.*

§. 3. Statutum dicitur ordinatorium non decisorium, si non prohibet exceptiones peremptorias posse opponi, vt de Statuto Anconitano disponẽte circà executionem literarum cambij, dicitur *in Anconitana attentatorum coram Card. Seraph. decis. 530. Fuit resolutum pro attentatis. num. 3.* Idem, & fuit tentum, *coram eodem decis. 536. Dum quærit. num. 10.*

OBSERVATIO X.

Circa Præscriptionem Statutariam.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio statutaria nõ habet locũ in actione reali.*

2 *Præscriptio statutaria non habet locum in dote, sed benè contrà debitorem dotis.*

§. 1. in ACtione reali non habet locum præscriptio Statutaria. *Roman. cons. 201. num. 2. & 3. Felin. in c. fin. nu. 6. de præscript. Bald. de præscript. 1. part. 3. p. princip. quæst. 14. nu. 10. Grat. cons. 41. nu. 7.* vbi de communi. *lib. 1.* Gabr. *de præscript. conclus. 4. num. 17. Couar. var. resolut. cap. 14. nu. 1. vers. secundò ab eodem. Riminald. Iun. cons. 37. nu. 67. Gabr. cons. 8. nu. 3. lib. 1. & cons. 148. vol. 2. Rota in Romana extinctionis census 22. Octobris 1582. coram Cantuccio. Est decis. 727. in part. 1. diuers. incip. Camillus.* Vbi quod ita fuit resolutum sine difficultate in terminis *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 101. & lib. 4. cap. 18. in antiquis quod in nou. est cap. 158. lib. 1. Et in Romana Vinearum de Maximis 26. Octobris 1576. coram Decano Rubeo.*

Idem fuit dictum in materia dicti Statuti *in Romana census de Cafarellis 9. Decembris 1587. coram Gypsio. & in Romana de Fabijs 18. Martij 1585. coram Card. Seraph.* Vbi quod ita plerumquè Rota censuit, quia cum actio realis sit rei persecutoria, non datur nisi contrà possidentem. *L. officium. de rei vendic.*

§. 2. Dos cum sit specialiter priuilegiata in materia præscriptionis. *l. si fundum. de fund. dot.* Quod quidem procedit quando agitur de fundo dotali, qui ex eo quod est alienari prohibitus non potest præscribi, sed contrà debitorem dotis non reperitur tale priuilegium, *Rota coram Seraph. decis. 565. Quamuis lex.*

☞ Vide alia circà præscriptionem Statutariam infrà ad Statutum Anconitanum, & Auximanum. Et ad *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 158.*

OBSERVATIO XI.

Circa Statuta de Successionibus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de successione non porrigit effectum ad bona sita extrà territorium statuentium. Sicut etiam nequè legitimatus, vt nequè dictum Statutum extenditur inter forenses.*

2 *Statutum de successione excludens feminas propter masculos nõ procedit, nisi data existentia masculorum, nec extenditur vltrà personas specificatas tàm exclusas, quàm excludentes.*

3 *Statutum excludens feminas dotatas propter masculos, qualiter intelligatur.*

4 *Statutum excludens filias à successione ab intestato, &c quando filia præterita rumpat testamentum.*

5 *Statutum excludens à successione matrem, & agnatas est restringendum cum sit odiosum odio irrationabili.*

6 *Statutum quando dicatur odiosum in materia successionis.*

§. 1. STatutum de successione non porrigit effectum ad bona sita extrà territorium statuentium. *Bart. in l. 1. n. 35.* & ibi *Bald. nu. 29. vers. sed sic quæro. C. de Sum. Trinit. Bald. cons. 242. nu. 3. lib. 1. Alexand.* de magis communi *cons. 16. n. 1. lib. 1.* & hanc conclusionem Rota tenet. *Put. decis. 351. lib. 1. Ant. Ang. in epit. de testam. nu. 39.* & secuta fuit *in causa Romanæ dotis de Vrsinis 27. Aprilis 1587. coram Seraph. in Stat. Vrb. lib. 1. cap. 47.* habilitantem maiorem 10. annis ad quemlibet contractum, vt non habeat locum quoad bona extrà territorium, & idem fuit repetitum *in Pisana de Rosserminis 17. Martij 1589. coram Comitulo.* Vbi quod legitimatus, seu dispẽsatus à Magno Duce non capiat bona in Vrbe existentia, & sic extrà territorium dispensantis.

☞ De quo Vide *in nostris Obseruat. in verb. Legitimatio. Obseruat. Circà Legitimationem in genere. §. 15.* Legitimatio non egreditur territorium. *& in Perusina bonorum de Balleonibus 8. & 13. Iunij 1590. coràm eodem Comitulo.* Vbi etiam fuit dictum, Statutum non esse attẽdendum inter forenses quoad bona existentia in territorio, etiamsi is de cuius hæreditate agitur fuerit Ciuis, & Statutis subditus. *Alex. cõs. 44. num. 15. lib. 5. Ruin. cons. 48. nu. 4. lib. 3. Paris. cons. 12. nu. 26. lib. 3.* & hoc ex præsumpta voluntate statuentium, qui censentur voluisse solum suis Ciuibus prospicere, sequuti naturalem rationem, vt qui onera non subeunt, nec beneficijs gaudeant Statutorum. *Bald. cons. 460. nu. 2. in princip. Angel. cons. 73. nu. 2. Castren. cons. 156. nu. 2. in princip.* & quod ita fuit decisum *in Terracinen. hæreditatis 16. Martij 1576. coràm Card. Blanchetto. & in Romana supplementi legitimæ 21. Octobris 1580. coràm Cantuccio. & in Camerinen. hæreditatis 29. Ian. 1588. corã Card. Pamph.*

§. 2. Statu-

§.2. Statutum à successionibus excludens fœminas propter masculos non procedit nisi data existentia masculorum, illis enim cessantibus censentur vocatæ. *Soccin. in l. Gallus. §. quidam rectè. sub nu. 4. vers. secunda conclusio. de lib. & posthum. Ruin. cons. 157. n. 3. lib. 2. Cephal. cons. 45. nu. 14.* Quia vbi Statutum non loquitur, testator videtur potius se voluisse conformare cum dispositione iuris communis. *Corn. cons. 202. num. 11. lib. 3. Gabr. cons. 100. nu. 35.* cum allegat. per *Decian. cons. 12. num. 28. lib. 1.* & Statutum excludens fœminas non extenditur vltrà personas in eo specificatas, & tàm actiuè, quàm passiuè expressas, hoc est, tàm respectu fœminarum exclusarum, quàm respectu agnatorum excludentium. *Bald. in l. si defunctus. in princ. & in l. sed & milites. ff. de excusat. tutor.* etiam quod maior foret ratio excludendi personam non expressam. *Anchar. in repet. cap. 1. nu. 408. de constit. Angel. cons. 210. incip. Statutũ. idem Anchar. cons. 334. Dec. cons. 71. nu. 2. Rota in Imolen. prætensi fideicommissi Luna 17. Iunij 1591. coràm Orano.*

ANNOTATIO.

Quod hic vltimo loco habetur de extensione ex maioritate rationis, videtur obstare, quod habetur *in causa Romana hæreditatis de Capranica 23. Ianuarij 1581. coram Seraphino. in 1. limitatione.*

De qua Vide *in nostris Obseruat. in verb. Statutum Vrb. lib. 1. cap. 146.* quod *in antiq.* erat *lib. 5.*

§.3. Statutum excludens fœminas dotatas propter masculos, intelligitur excludere tantum ab hæreditate dotantis non aliorum, vt post *Bald. Castrens.* & alios refert. *Brun. in Stat. stantib. mascul. artic. 8. quæst. 16. nu. 59. Card. Seraph. decis. 356. Fuit resolutum non esse. num. 4.* Vbi ex hoc infert ad pactum simile Statuto.

Vide infrà ad Statutum Tudertinum *§. 2. incip. Statutum Tudertinum disponens.*

Vide infrà ad Statutum Hespelli, vbi habes quando Statutum dicatur odiosum odio irrationabili.

§.6. Statutum dicitur odiosum in materia successionis quando excludit matrem à luctuosa filij hæreditate propter agnatos etiam in tertio gradu remotiores, & sic contrà ius pietatis, & naturæ. *Corn. cons. 224. n. 9. lib. 2. Dec. cons. 563. n. 2.* maximè si excludat transuersales exclusa ascendente. *Corn. cons. 170. nu. 4. lib. 2. & cons. 9. nu. 1. lib. 4. Rota in Asculana bonorum Luna 17. Iunij 1591. coràm Orano.*

OBSERVATIO XII.

Circa Statutorũ Vsum, & Obseruantiam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum præsumitur vsu receptũ, præsertim quando in eius confirmatione adest decretum irritans.*
2 *Statuti vsus, & obseruantia præsumitur ex eius publicatione.*
3 *Statuti vsus licet in dubio præsumatur, facilè tamen receditur ab ista præsumptione.*
4 *Statuta descripta in libro Statutorum præsumuntur vsu recepta, & neganti incumbit onus probandi.*
5 *Statutum quod numquàm fuit obseruatum perinde est, ac si numquam fuisset Statutum.*
6 *Statuta quod præsumantur vsu recepta, & allegan ti contrarium incumbat onus probandi, quando procedat.*
7 *Statutum non esse vsu receptum, quid probare teneatur.*
8 *Statutorum non vsus quando non dicatur probatus.*
9 *Statutis vtendi quando dicatur data facultas, & quando ciuilitas alicui concessa dicatur personalis, remissiuè.*
10 *Statuta Ecclesiæ cum iuramento promittens obseruare, quando ad illa teneatur.*
11 *Statuta, quibus non contrariatur Concil. Trid. sint seruanda, maximè si sint iurata etiam quod factus fuerit aliquis actus contrarius.*
12 *Statutorum, & legis solemnitates seruare non tenentur Scriptores Apostolici, & Montistæ Fidei, & Nouennales.*
13 *contrà Statuti formam actus factus non annullatur quãdo potest adimpleri per æquipollens, secùs quando est præscripta certa forma.*

§.1. STatutum præsumitur vsu receptũ. *Dec. cons. 534. n. 9. Cresc. decis. 79.* præsertim quando in confirmationibus Statutorum, qualia sunt Statuta Vrbis, adest decretum irritans, quod est quid separatum ab ipsis Statutis. Et alleganti contrarium incumbit onus probandi, quo casu videtur necessarium, quod probetur contrarius vsus, vt per *Put. decis. 1. lib. 1.* & debet probatio percutere forma, & speciem. Et quando à Lege, vel Statuto est data certa forma, ita vt de eius interpretatione non agatur, nec de cõsuetudine præter ius, sed de obseruantia iuri contraria, tunc aut instrumenta ex quorum exhibitione, quis intendit probare cõtrarium vsum, comprehendunt maiorem partem populi, ita vt inducant consuetudinem notoriam, & tunc procedit dictum *Bald. in l. 1. in fin. C. ad Velleian.* ex eorum enim exhibitione cõsuetudo notoria probatur. *Dec.* autem *in cons. 11.* loquitur in consuetudine interpretatiua, vt patet sub *nu. 12. vers. & ideò.* Aut non cõprehendunt maiorẽ partẽ populi, & tunc necessè est, quod probetur dicta instrumenta fuisse effectuata, & obtinuerint in iudicio cõtradictorio, in quibus terminis benè loquitur *Bellam. cons. 10. Aym. cons. 134. num. 12. Soccin. cons. 61. num. 3. lib. 3. Abb. cons. 53. lib. 2. Nata. cons. 575. num. 10. lib. 3. Rota in Narnien. Legati Luna 30. Octobr. 1570. coràm Card. Seraph. & in eadem sub die Mercurij 16. Ian. 1572. coram eod. & in eadem Vener. 18. April. 1572. coràm eodem.* Vbi etiam fuit additum, quod attendendus est magis stylus Notariorum Capitolij, quàm aliorum forensium in instrumentis factis cum dubitatur de forma Statutorum.

§.2. Statuti vsus, & obseruantia præsumitur ex eius publicatione inducta. *Dec. cons. 534. nu. 9. Curt. Iun. consil. 129. num. 12. Gozad. cons. 16. nu. 16.* & quando in Statuto disponitur de aliquo iure, putà conferendi plurium Ecclesiarum, si non probatur vsus in Ecclesia de qua agitur, sufficit quod probetur quoad aliàs *Bald. in l. 1. nu. 16. C. de emancip. liber. Felin. in cap. auditis. nu. 19. de præscript. Rota in Taruisina plebis de Medulo Luna 10. Ianuarij 1594. coràm Orano.* cum alijs adductis *in Toletana annatarum Veneris 16. Februarij 1581. coràm Cantuccio.*

§.3. Statutum licet in dubio præsumatur vsu receptum vnà cum omnibus suis qualitatibus. *Roland. cons. 90. nu. 53. lib. 1. Benint. decis. 13. nu. 10. Crescent. decis. 79.* ab hac tamen præsumptione facilè receditur. *Rota in Segũtina admissionis ad Capitulum Luna 4. May 1587.*

coràm

coràm Gypsio, vbi quod idem fuit tentum *in vna Romana domus 2. Maij 1586. coràm Card. Mantica.*

§.4. Statuta descripta in libro Statutorum Ecclesiæ præsumuntur vsu recepta, & neganti incumbit onus probandi. *Dec. cons. 649. nu. 9. Cresc. decis. 4. de priuileg. Put. decis. 1. nu. 4. lib. 1. Chisauen. decis. 177. Tanis decis. 25. Cotta 176. Narnien. Legati 16. Ianuarij 1572. coràm Seraph. Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1602. coràm eodem.*

§.5. Statutum quod numquàm fuit obseruatum, nequè in vsu, perindè est, ac si numquàm fuisset Statutum, sic sententia, quæ numquàm fuit effectuata perindè est, ac si non fuisset lata. *glos. 2. cap. 1. de treg. & pac. Alex. cons. 132. lib. 1. Ias. cons. 182. num. 14. lib. 2. Aym. cons. 10. Rota in Anconitana bonorum Veneris 5. Maij 1589. coràm Orano.*

§.6. Statuta quod præsumantur vsu recepta, & allegâti contrarium incumbat onus probandi, procedit data eorum validitate, aut si non sunt exorbitantia, nec contrà ius commune. *Leodien. denegationis possessionis Canonicatus 15. Nouembris . . . . coràm Cardin. Lancellotto.*

§.7. Statutum non esse vsu receptum probare volens, tenetur docere, hoc ita fuisse effectu, item, quod enim non fuit sortitum effectum non potest tollere Statutum. *Card. Seraph. decis. 163. Quantam ad primã. n. 1.*

§.8. Statutorum non vsus probatus non dicitur ex eo, quod factu fuerunt aliqui actus contrà Statuta, putà, si fuerit creditum illa esse contrà aliquam Constitutionem, vel Concilium Tridentinum, stante errore probabili, nequè censetur ex eo quis iuri suo renunciasse. *l. mater. de inoffic. testam. Rota in Gadicen. Statutorum 27. Iannar. 1581. coràm Seraphino.*

§.9. Statutis vtendi facultas dicitur concessa per concessionem Ciuilitatis eiusquè acceptationem. *Rota coràm Orano in Balneoregien. bonorum Lunæ 9. Maij 1588.* An autem ciuilitas alicui concessa fuerit personalis, de hac quæstione *Bart. in l. libertus. §. patris. ff. ad municip. Ruin. cons. 227. nu. 3. & 4. lib. 1.*

§.10. Statuta, & Ordinationes Ecclesiæ promittens cum iuramento obseruare, ad illa tenetur etiam quod iuramentum fuerit præstitum per procuratorem in actu adeptionis possessionis, qui fuit posteà à principali ratificatus. *Put. decis. 100. n. 2. & decis. 369. lib. 2. Rota in Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1602. Est decis. 1447. incip. Fuit resolutum fructus. num. 3.*

§.11. Statuta quatenus non cõtrariantur Concilio Tridentino sunt seruãda, maximè si sint iurata. *Gadicen. Statutorum 27. Ianuarij 1581. coràm Seraphino.* Vbi quod idem fuit tentum *in eadem causa 20. Maij 1577. coràm Cotta.* & fuit dictum *in Palentina Iurisdictionis 18. Maij 1573. coràm eodem Seraphino.*

§.12. Statutorum, & Legis solemnitates seruare non tenetur in donationibus habens omnimodam plenam, & liberam facultatem donandi, cum hæc verba, liberum, importent arbitrium. Vt de Scriptoribus Apostolicis dixit *Rota coràm Card. Seraph. decis. 731. Quia pro parte. nu. 1. & seq.* & hoc vigore Motus proprij eorum Collegio à fel. rec. Pio Quarto concessi, per viam Legis continuò duraturæ. Vbi etiam quod derogatio intelligitur de istis Statutis, licet de eis non fiat ibi mentio.

Idem etiam fuit dictum *de Montistis Fidei coràm eodem Seraph. decis. 216. Licet ista donatio.* Quæ decilio fuit declarata *coràm eodem Seraphin. decis. 679. Fuit dubitatum, an resignatio. nu. 4. in fin.* vt non procedat in pupillis, & minoribus, qui de rebus suis non possunt disponere sine tutoris, & curatoris auctoritate. Et hic agebatur de Montistis Nouennalibus, qui priuilegio simili fruuntur.

☞ Vt etiam notauimus infrà *ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 150. num. 8. & 9.*

§.13. contrà Statuti formam actus si fuerit factus non annullatur, quando potest adimpleri per æquipollēs.

☞ Vide infrà *ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 87. §. 1.*

Secùs verò est quando est præscripta forma, & annullatur actus contrà eum factus.

☞ Vt habes infrà *ad d. Stat. Vrb. lib. 1. c. 88. §. 1. & 2.*

OBSERVATIO XIII.
Circa Miscellanea de Statutis.

SVMMARIVM.

1 *in Statutis castatura, quid operetur.*
2 *Statutum quod fuerit conditum à Domino Castri ex qua præsumptione non conuincatur.*
3 *Statutum quamuis non liget Dominum loci, ligat tamen filios, & neptem.*
4 *Statutum vel Legem, qui non potest condere, quod non possit consuetudinem introducere quomodo procedat, remissiuè.*
5 *Statutum contrà aliquem conditum tenet in eius præiudicium.*
6 *Statutum loquens de consuetudine, de qua intelligatur, & quid si de ea non constat.*
7 *Statutum prohibens contractus, non intelligitur de actibus necessarijs.*
8 *Statutum posterius, quando deroget priori, & quando à priori declaretur.*
9 *Statuti existentia qualiter non probetur.*
10 *Statutorum existentia quomodo probetur.*
11 *Statutum quod delictum probaretur fama, qualiter testes deberent deponere.*
12 *Iuratus actus non cadit sub Statuto generaliter, vel simpliciter loquente.*
13 *Insinuationem Statuto requirente qualiter possit renunciari.*
14 *Instrumento si Statutum fidem deroget, qualiter intelligatur.*
15 *Statutum, quando ampliat ius commune, assumit illius qualitatem.*
16 *Statutum quando non tollat ius commune. vt in materia præcedentiæ.*
17 *Statuto viri gaudet vxor, & vidua.*
18 *Statuta permissiua, & dispositiua non faciunt ad materiam testamenti.*
19 *Statutorum proœmijs creditur.*
20 *Statutum prouidet futuris casibus.*
21 *Testator censetur se conformare secundum Statutum, potiùs quàm secundum ius commune.*
22 *Statuta Ciuitatis immediatè subiecta Sedi Apostolicæ non valent, nisi de licentia Papæ. Et quid releuet clausula, quatenus in vsu, in confirmatione Statutorum.*
23 *Statutorum derogatio in gratia posita, quando non obstet parti.*
24 *Statutum tollens exceptiones contrà sententiam, vel instrumentum, qualiter intelligatur.*
25 *Statutum prohibens dari de nullitate laudi, qualiter intelligatur.*

26 Sta-

26 *Statutum decisorium non ligat forenses, & quando dicantur respicere decisoria.*
27 *Dotis fructus, & interusuria sunt taxanda iuxtà Statuta, & consuetudines locorum.*
28 *in Dote licet non requirantur solemnitates Statuti non tamen idem est in qualibet alia causa pia.*
29 *Statutum exclusiuum fœminarum operatur, quod nequè cõprehendantur in dispositione testatoris aliàs apta eas comprehendere, nisi constet de contraria mente testatorum.*
30 *in Donatione ob futuras nuptias non requiruntur solemnitates Statutaria.*
31 *Statutum de continuanda possessione in hæredem non procedit in hærede in re certa.*

§. 1. in Statutis facta cassatura operatur, vt illud cassatum censeatur denegatum. *Caputaq. decis. 75. part. 3.* Et propterea in non cassatis remanet firmum Statutum. *Rota coràm Orano in Balneoregien. bonorum 9. Martij 1588. Statutis Ciuitatis. Est decis. 330. in eius lib. 1. in manuscript.*

§. 2. Statutum quod fuerit conditum à domino Castri non concludit illa præsumptio, ex eo quod in volumine Statutorum nonnulla adsunt Statuta decisoria, & pœnalia, quorum condendorum penès populum iurisdictione carentem, cessat potestas *ad Bart. in l. omnes populi. nu. 3, de Iust. & Iur.* maximè quando Dominus in Castro præsens est iuxtà trad. per *Grot. dicta l. omnes populi. n. 20.* Quia omisso, quod contrà *Bart.* communis est opinio, vt per *Ias. in d. l. omnes populi. n. 7. & 8. Natt. cons. 12. n. 1. Rol. cons. 99. nu. 27. lib. 1.* sufficit pro illius exclusione, quod detur casus, quo populus iurisdictione carens circà premissa disponit, quod si populus sit solitus statuta cõdere, aut Castrũ de consuetudine habeat facultatem statuendi pro statuti ab eo conditi validitate non est necessaria præsumptio confirmationis Superioris. *Rolãd. d. cons. 99. nu. 20. & seq.* non secùs ac si Statutum à populo conditum per conniuentiam Superioris fuerit diuturna observantia roboratum, vel simpliciter approbatum; Nam nequè ijs casibus efficitur Statutum domini. *Bald. in l. ex placito. num. 8. & seq. C. de rer. permut.* Præsentia etiam deberet probari, cum sit quid facti, & fundamentum intentionis. *Castrens. in l. illud. nu. 6. C. de Sacros. Eccles. Aym. cons. 240. num. 3. vers. sed tamen verius. Rota in Balneoregien. bonorum Lunæ 15. Maij 1589. coràm Orano.*

§. 3. Statutum quamuis non liget loci dominum ligat tamen filios, & neptes. *Roland. cons. 86. nu. 51. lib. 1.* Et si loci dominus pater est, & dominus, tamquàm dominus habet iurisdictionem in filios, id quod citrà omne dubium, quãdo dominus Statuto contrà filios vti vult, prout si Statuto vsus fuerit prohibendi nepti ne vltrà sibi relictum petere possit. *Brun. d. Statut. exclud. dot. art. 6. nu. 64. in fin. vers. præfata limitatio. Roland. de lucr. dot. quæst. 83. in fin. Pancirol. cons. 1. n. 58.* Nec obstant decisiones *Put. 363. incip. Die 30. Octobr. lib. 1. & 195. lib. 2.* Quia illa solum concludit respectu statuentis non autem filiarum, vel neptum; hæc verò loquitur in domino, quem Statutũ alterius condomini non ligat in bonis eiusdem condomini. Nec releuant deducta per *Menoch. cons. 250. num. 54. & per tot. & cons. 351. num. 2. & 26.* Quia ratio qua mouetur quod filiæ, & neptes domini nõ possint considerari vti subditæ, ex quo Princeps vti duplex persona cõsiderari non potest, vt scilicet respectu filii, eũ sit priuatus, respectu verò iurisdictionis Princeps non est vera, siquidẽ filia, & neptis semper dicuntur subiectæ Principi. *Abb. in cap. per venerabilem. n. 13. qui fil. sint. legit. Roland. d. consil. 86. num. 54. & 68.* Quod etiam cõuincitur ex ratione eiusdem *Menoch.* nam si paria sunt Statutis ligari, & forum sortiri, certum est quod si filius Principis coràm ipso Principe patre cõuenitur, quod Princeps est talis, qui in causa potest iudicare; & licet *l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.* aliud videatur disponere, hoc ideò est, quia loquitur quando versamur in causa domini, in qua quemadmodum dominus non iudicat, ita nec in causa suorum, non quidem ex defectu iurisdictionis, sed quoniam suspectus est. Nequè repugnat altera eiusdem *Menoch.* ratio, qua voluit priuilegium competens patri competere filio; Quia hoc procedit in his quæ possunt conuenire filio, sicut patri, vndè cum filius sit subditus Principis patris, eiusquè iurisdictioni subsit, ratio priuilegij quæ est in patre non potest considerari in filio. Sic etiam cessat tertia consideratio ipsius, vbi voluit Statuta Mantuæ, & Ferrariæ dici Statuta Ciuium, & ideò non obligare dominos, etiãsi ab ipsis confirmentur; quia quando Populus nullam habet iurisdictionem, sed solus Princeps, populus non potest facere Statutum. *Bald. in l. omnes populi. nu. 3.* vbi *Io. Baptista de S. Seuerino nu. 8. de Iustit. & Iur. Roland. cons. 99. in princip. lib. 2.* ideòque confirmatio domini non dicitur simplex, sed noua dispositio, ex quo confirmat illud, quod prius sine illa confirmatione fuit inualidum, quo casu actus tribuitur confirmanti non autem facienti. *l. more.* vbi *Doct. de iurisd. omn. iud. Paris. cons. 19. num. 27. lib. 1.* Restringitur dictum *Menoch.* ad casus illarum Ciuitatum, quibus per leges permissum est statuta condere, iuxtà *l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur.* & quibus concessa fuit facultas à pace Constantię. *Rota in Balneoregien. bonorum Lunæ 9. Maij 1588. coràm Orano. Et in eadem causa sub die Lunæ 15. Maij 1589. coràm eodem.* fuit dictum quod Statuta, siue fuerint condita de licentia domini Castri, vel ab ipso confirmata, non propterea sequitur dominum voluisse filiam, vel neptem illis astringi, cum enim in confirmationibus præcipuè attendatur mens confirmantis. *Paris. consil. 19. num. 50. lib. 1.* hæc autem ex verbis desumpta in præsenti quadrare non potest casui de quo agitur. Dum enim mandat dotari filias arbitrio duorum proximorum consanguineorum ex parte patris si extiterint, sin autem ex parte matris; hæc dispositio non potest verificari in domino, quia etiãsi possint aliquando ex parte patris adesse consanguinei, numquam tamen ex latere matris in Castro inuenientur, ex quo Dominus non contrahit matrimonium cum vassallis; Ita etiam dum disponit, quod dos iuxtà consuetudinem Castri constituatur; fieri non potest, vt applicetur filiæ Domini, quæ cum dote dari inter vassallos consueta habeat. Vndè cui Statuti verba non conueniũt absurdum est, quod ei dispositio applicetur. *l. dies. §. toties.* vbi post *Bart. Doct. ff. de damn. infecto. Paris. cons. 4. num. 19. lib. 2.*

§. 4. Statutum vel Legem, qui non potest condere, quod non possit consuetudinem introducere, quomodo procedat. Ne pluries eadem repetamus, Lectorem remittimus *ad nostras Obseruat. Practic. Conclus. in verb. Canonicus. Obseruat. circà Ius votandi. §. 1. incip. Canonici familiares Episcopi. nu. 23. & seq.*

§. 5. Sta-

§.5. Statutum contrà aliquem specialiter conditum, tenet in eius præiudicium. *Angel. in L. impetrata. C.sent.rescind.non poss.* sequitur *Felin.* qui alios citat *in cap.cum omnes. num.2. de constit.* Quos referendo sequitur *Rota coràm Card.Seraph.decis.707. Fuit dubitatum, An Statutum. num.8.*

§.6. Statutum loquens de consuetudine in intelligitur de valida, vt post *Sarnens.de iur. quæs. non toll. q.21. circà princip.* fuit dictum *in Meliten.præcedentiæ 22. Iunij 1579. coràm Card.Seraph.*

Et si referat consuetudinem, de qua non constat quæ, & qualis fuerit, tunc tale Statutum non attenditur, licet secùs sit quādo certam aliquam refert cōsuetudinem, seu dispositionem, *in eadem Meliten. præcedentiæ 16.Maij 1578.coràm eodem.*

§.7. Statutum prohibens contractus, non intelligitur de actibus necessarijs, qualis est retrouenditio vigore prioris cōtractus. *Rota coràm Card.Seraph.decis.421. Contrà Illustrissimum.num.5. ex doctr. Rom. in cons. 394.num.3. & Ias.in l.si vnus. §. pactus ne peteret. num.27. de pact.*

§.8. Statuto priori nunquàm per posteriores censetur derogatum, nisi quatenus expressum reperitur. *Bart. in l.quæsitum. §.fin. num.12. ff de fund.instruct.leg. Bald. in l.penult. in fin. C. per quas person. Alexand. cons.123.nu.11.cum seq.lib 4.* & ideò vltimum Statutum ita intelligendum est, vt declarationem recipiat à primo, idquè extrà controuersiam quādo primum est speciale. *Soccin. Iun. cons.40. num.4. lib.1. Rimin.Iun.cons.29.nu.30. lib.1. Rota in Romana alimentorum Vener.5.Iunij 1592.coràm Orano. Vbi de duobus Statut.Vrb.lib.1.cap.68. & 88.*

☞ De quibus Vide *in nostris Obseru.in verb.Statutum. vers. Statutum Vrbis lib.1. cap.68. dans formam. §.2.Obseruat.circà Statut.Vrb.lib.1. cap.68.*

§.9. Statuti existentia non probat per enunciationem prouisoris, siue Vicarij Episcopi. *Rota in Seguntina admissionis ad Capitulum Vener.26.Iunij 1587. coràm Gypsio, & in Burgen.iurisdictionis 10.Decembr.1584. coràm Card.Pamphil.* Maximè quia ipse Vicarius nō habet facultatē statuendi. *Feder.cons.264.vers.item auctoritas Vicarij.Roman.singul.700.Frāc.*post alios *in cap.fin.nu.5.de offic. Vicar.in 6.* vt dicitur *in dicta Seguntina.*

§.10. Statutorum existentia probatur ex supplicatione Confirmationis, in qua fuit insertus totus tenor Statutorum. *Rota coràm Lancellotto Sen.in Leodien. denegationis possessionis Canonicatus 16.Nouembr.1571. incip.In causa Leodien. Est decis.2. in titul. de Confirmat.inter eius Sebetas. aliàs est decis.55.* Et hoc iuxtà doctr. *Abbat.in cap.inter dilectos.num.9. de fid.instr.* vbi *Felin.num.7. Ruin.cons.81.num.5. Paris.cons.23. num.87. & cons.33.num.4. lib.1.*

§.11. Statutum si extaret, quod delictū probaretur fama, non sufficeret quod testes dicerent audiuisse dici à maiori parte Populi, nisi etiam articularetur, & probaretur qualitas hominum, ad effectum scilicet condemnandi, secùs autem ad effectum inquirendi, vt post *Boss. de inquisit. nu.78. Rota in Veliterna bonorum 13.Febr.1579. coràm Card.Seraph. Est decis.393. Dubitaui. num.12.*

§.12. Statutum generaliter loquens non comprehendit actum iuratum. *Rota in Romana de Mattheis 22. April. 1569. coràm Grato.* Vt neque Statutum simpliciter loquens non trahitur ad donationes, & contractus iuratos. *Seraphin.decis.746. Dominus Vincentius.num.6.*

§.13. Statuto insinuationem requirenti renunciari potest iuramento, nec est necessarium in specie renunciare illi Statuto, sed sufficit generalis renunciatio Statutorum, vt ex *Corn. cons.186. num.18. lib.2.* dixit *Rota coràm Card.Seraph.decis.472. Dubitaui, an donatio. num.15. in fin.* Et *decis.746. Dominus Vincentius.num.8.* sequendo præcedentem decisionem.

☞ Alia Vide *in nostr.Obseruat.Practicarum Conclusionum.* in *verb. Donatio. Obseruat. circà Insinuationem. in pluribus §§.in princip.*

§.14. Statutum si deroget fidem instrumento, non intelligitur derogare in totum, sed quoad plenam probationem. *Alex.cons.184.nu.5. lib.7. Corn. cons.220. num.9.lib.3.Natt.cons.609.num.24.& seq. cum alijs per Aym.de antiq. temp. part.1. §.octaua datur limitatio.n.16.* Ex quibus ita tenuit *Rota in Romana prætensi fideicommissi de Vrsinis 24.Nouembris 1589.coràm Orano.*

☞ Vbi hoc dicitur *de Statuto Vrbis lib.1. c.34.* de quo vide infrà fusè *ad dictū Statutum §.5. incip.Statuto huic, &c.*

§.15. Statutum quando ampliat ius commune assumit illius qualitatem, vt ex *Bald.in Rubr.de caus.poss. & propr.nu.13.* & alijs dixit *Rota coràm Cardin.Seraph. decis.1286.Illustriss.Dominus.n.4.* Vbi habetur quod *Stat.Vrb.lib.1.c.152.de contract.prohib.cū filiijsfam.* ampliat dispositionem Macedoniani, à mutuo ad alios contractus, & sicut Macedonianum procedit in arrogato, ita etiam & dictum Statutum ratione prædicta, quia Statutum ampliāns ius commune assumit illius naturam.

§.16. Statutum non dicitur tollere ius cōmune, quando mandat in materia præcedentiæ, vt stetur consuetudini, & ideò non tollit iuris communis dispositionem, quia ius commune in hac materia idem disponit. Ita ex *Bald.in cap.cum olim.nu.1.& 2.de consuetud.Dec.in l.cum quidam. num.39. si cert. pet.* & ibi *Cagnol.nu.54.* & alias dixit *Rota coràm Card.Seraph. decis.455. Fuit particulariter.num.8.*

§.17. Statuto viri gaudet vxor viuente marito, & etiam eo defuncto vidua, vt latè fuit decisum *in Perusina bonorum de Ballionibus 23.Ianuar.1591.coràm Comitulo. Et posteà coràm Gypsio proposita 9. Iunij 1593.* & resolutum contrà viduam. Iterum proposita coràm eodem 24. Nouembris eiusdem anni, & resoluta ad eius fauorem. Deniquè in eadem causā *coràm eodem Gypsio.Merc.10.Maij 1595. Rota stetit in decisis.*

☞ Vide suprà *Part.I.ad Comitul. decis.123. fol.300. col.1. ad fin.* Et fusius vt ibidem diximus *in nostris Obseruat.*

§.18. Statuta quod quædam sint permissiua, quædam dispositiua, ista distinctio non est releuans in materia testamenti. *Rota coram Comitulo in Bononien. fideicommissi de Ronco.10. Maij 1589.num.4.*

§.19. Statutorum procemijs creditur, vt per. *Felin. &* alios *in c.pastoralis.nu.5.de offic. de leg. Rota coram Card.Seraph.in Narnien.Legati Luna 30. Octob. 1570.*

☞ Vbi ex hoc infert Statutā Vrbis esse Papalia, quia in procemio, præsertim nouorum Statutorum, dicitur quod fuerunt reuisa auctoritate Papæ, vt dicemus infra ad Rubricam dictorum Statutorum Vrbis.

§.20. Statutum prouidet futuris casibus tantum. *Rota coram Card.Seraph.decis.569. Quamuis lex.in fin. ex Glos.*

Glos. in proœm. Clement. in verb. de cætero. Felin. in c. fin. num. 5. de constit.

Idem diximus de Constitutione declaratoria infrà ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 141. num. 1. & 2.

§. 21. Statuto censetur testator conformare volūtatem suam Bart. & Alex. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Alciat. reg. 3. præsumpt. 32. Et quod substituendo in casu proprio Statuti subiecerit dictam substitutionem eidem Statuto. ad glos. & Bald. in l. si duo. de acquir. hæred. Et magis censetur se conformasse Statuto, quàm dispositioni iuris communis. Soccin. cons. 52. n. 33. cum seq. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 15. & est recepta sententia, vt per Clar. in §. testamentum. quæst. 76. vers. sexta regula. Quos referendo sequitur Rota coràm Comituto in Bononien. fideicommissi de Ronco 13. Mar. 1589. Licet in propositione. Est decis. 48. in eius lib. manuscr. d. num. 7.

§. 22. STATVTA Ciuitatis immediatè subiectæ Sedi Apostolicæ non valent, nisi de licentia Papæ. Bald. & Caccialup. in l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur. Rot. decis. 780. Dubitaui. nu. 3. part. 1. diuers. Seraphin. decis. 1003. Fuit resolutum cessionem. num. 7. Ludouis. decis. 267. Domini dixerunt. num. 7. & ibi Addit. in litera B. Et in d. decis. cum dicitur in Montisfalisci coràm Seraphin. corrige coràm Cantuccio, quæ est decis. 780. super allegata; licet in impressis sine nomine sit posita part. 1. diuers.

Quando autem in Confirmatione Statutorū adest clausula, quatenus in vsu, tali casu non præsumitur vsu receptū, nisi probetur. Idem Seraph. d. decis. 1004. nu. 8. vt etiam dicitur decisum coràm Lancell. Sen. in Leodien. Canonicatus 16. Nouembr. 1571. Est decis. 55. inter eius Select. in manuscript. incip. In causa Leodien. Quæ Decis. licet aliter extēsa habetur Part. 1. Diuers. decis. 56. incip. Quoad existentiam Statutorum. quæ malè ponitur sub nomine Cottæ, vt etiam aduertit Apostill. ad Seraph. d. decis. 1004. in fin.

Et vide supra Obseruat. 1. §. 6. Statutorum confirmatio.

§. 23. Statutorum derogatio in gratia posita non obstat parti, cui ex Statuto iam fuerat ius quæsitum de tempore gratiæ, cum eo casu requiratur expressa derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo. Cas. de Grass. decis. 1. num. 10. de verb. signif. & dixit Rota in Salamantina dimidiæ portionis Merc. 27. Maij 1609. coràm Illustriss. D. meo Marquemontio. est decis. 213. num. 6. in Recent. part. 2.

§. 24. Statutum tollens exceptiones contrà sententiam, non excludit illam, quæ negatur esse lata à Iudice competenti, & sic esse sentētiam. Bart. in l. Dinus. n. 1. vers. certè sic. ff. de testam. milit. Abb. in cap. item cum quis. num. 6. de restit. spoliat.

Et idem dicitur de Statuto tollente exceptiones instrumenti. Bart. vbi suprà, & in l. 1. §. & parui. n. 3. vers. ego in ista materia. ff. quod vi, aut clam. Butr. in d. cap. item cum quis. num. 15. vers. si Statutum licet. vbi Abb. allegat. & Bero. qui de communi. num. 27. Felin. in cap. ex parte. il 2. num. 6. vers. secundò fallit. & ibi Dec. nu. 37. in 2. limit. de offic. deleg. Quos referendo sequitur Rota in Romana Laudi Lunæ 13. Iunuarij 1614. nu. 8. coràm Buratto. est decis. 553. part. 1. in Recent.

§. 25. Statutum prohibens dari de nullitate Laudi, non intelligitur de nullitate resultante ex non seruata forma data in compròmisso. Glos. ult. in Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. vbi Anchar. n. 16. vers. similiter. & cons. 207. n. 9. Angel. in l. non erit. n. 3. ff. de iureiur. Soccin. cons. 124. nu. 11. lib. 1. Dec. cons. 434. nu. 8. Rota in Romana Laudi Vener. 28. Iunij 1613 num. 5. coràm Buratto. est decis. 515. part. 1. in Recent. & idem replicant remissiue in eadem causa Lunæ 13. Ian. 1614. nu. 8. in fin. coràm eodem. est decis. 553. p. 1. in Recent.

§. 26. Statutum decisorium non ligat forenses.

Vide infrà in §. Statutum Ferrariæ. lib. 2. cap. 66. nu. 2. Vbi etiam habetur quando Statutum videtur respicere decisoria iudicij.

§. 27. Statuta, vel consuetudines locorum attendenda sunt in taxandis fructibus, & interusurijs dotis. Ruin. cons. 224. nu. 14. lib. 1. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 1. n. 3. vers. septimò ab eadem ratione. in fin. Io. Bapt. Lup. de usur. comment. 1. §. 4. nu. 91. post princip. vers. vel secundum communem. Surd. de aliment. tit. 1. q. 41. n. 27. in fin. quos referendo sequitur Rota in Maceraten. dotis Vener. 27. Iunij 1614. coràm Andrea. nu. 2. est in Recent. part. 2. decis. 574. incip. Dominis visum fuit. & Seraph. decis. 1406. nu. 3. part. 2. Vbi etiam suo loco ad Seraph. notauimus. Et in Asculana Fideicommissi Vener. 20. Iunij 1614. coràm Buratto. nu. 2. est in Recent part. 2. decis. 570. incip. Stante resolutione. quæ decisiones Seraphini, & Buratti sunt in eadem causa Asculana.

§. 28. Statuti solemnitates, licet non requirantur in causa dotis, nō tamen idem est in qualibet alia causa pia, putà excarcerationis. Quia in dote versatur fauor publicus, & prædicta conclusio versatur in muliere maiore dotāte, non in minore, vt latè per Gabr. cons. 20. lib. 1. & illius conclusionis ea est ratio, non quia dos veniat in generali dispositione, sed quia in iure est specialiter priuilegiata, vt pro illa mulier obligare se possit. l. permittendo. de iur. dot. l. fin. C. ad Vellcian. Id autem non reperitur dispositum in minore Lamberteng. de contract. mulier. glos. 21. num. 4. & 5. Put. decis. 160. lib. 3. & ead. Rota in Bononien. census Vener. 20. Febr. 1609. coràm Reuerendiss. Marquemontio. est in Recent. decis. 177. nu. 11. part. 1.

§. 29. STATVTVM, seu consuetudo exclusiuam fœminarum operatur, quod non cōprehendantur etiam sub verbis aptis eas comprehendere. Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. nu. 5. vers. nisi in Ciuitate. & vers. item prædicta vera. ff. de oper. libert. ob eam rationem, quia testator præsumitur voluisse se cōformare cum dispositione Statuti. Brun. in tract. de Statut. exclus. fœmin. art. 8. nu. 105. & 106. per tot. & præcipuè in vers. prædicta opinio procedit.

DECLARATVR dicta conclusio à Rota in Leodien. fideicommissi Vener. 19. Nouembr. 1610. coràm Card. Caualerio. est decis. 318. in Recent. part. 1. nu. 3. vt non procedat, vt ibi dicitur nu. 7. quando constat de clara voluntate testatorū contraria qui voluerunt includere fœminas, vt cum vocata fuit proles, cuius appellatione veniunt masculi, & fœminæ, & omnis descendens in infinitum, vt ibidem in principio dicitur. Item quando constat voluisse descendentes à fœminis non esse à fideicommisso exclusos.

§. 30. Statutum, quod in donatione certæ solemnitates requirantur, non potest opponi earum defectus in donatione facta ob futuras nuptias. Caputaq. decis. 199. part. 3. & fuit dictum in Fanen. Saluiani interdicti Vener. 14. Ianuarij 1611. nu. 4. coràm Sanctissimo

Ludo-

Ludouisio. est decis. 324. *in Recent. part.* 2. Vbi quod idem fuit dictum *in Romana dotis* 25. *Iunij* 1599. *corām Card. Millino.* Et quod exceptio huiusmodi nullitatis non est admittenda ad retardandam immissionem in Saluiano, vt de nullitate cessionis fuit dictum *in Romana Saluiani interdicti* 18. *Maij* 1598. *corām Orano.*

§. 31. Statutum de continuanda possessione in hærede nō habet locum in hæredibus institutis in re certa. Vide quæ notauimus *Part. I. ad Accorambon. decis.* 47. *lib.* 1. *fol.* 131. *col.* 1. *in fin.*

Circa Statuta in specie.

OBSERVATIO XIIII.

Circa Statuta particularium Ecclesiarum, & Religionum ordine Alphabetico.

Circa Statutum Ecclesiæ Astensis.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus absens vltrà trimestre debet probare causam suæ absentiæ, nisi adfuerit causa defensionis iurium suæ præbendæ.*

§. 1. STatutum Ecclesię Astensis disponens, vt Canonicus, qui ex aliqua causa est absfuturus vltrà trimestre teneatur illam probare, & licentiam petere à Capitulo, alias non lucretur fructus, nec distributiones.

1 Non † habere locum dixit *Rota in Asten. fructuū die* 15. *Martij* 1613. *corām Manzanedo. num.* 3. *est in Recent. decis.* 467. *part.* 1. in absfuturo causa defensionis iurium suæ præbendæ, cū talis habeatur pro præsente, & residente, non solum de iure *c. ex parte. il* 2. *de cleric. non resid. Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 8. *vers. decimò.* eadem ratione, cum alijs *in d. decis.* adductis *nu.* 1. sed etiam ex dispositione Statuti præce-
2 dentis, † iuxtà quod istud intelligi, & declarari debet. *Bald. in l. omnes populi. num.* 71. *ff. de Iust. & Iur. Alex. conf.* 117. *nu.* 3. *lib.* 6. *Caputaq. decis.* 201. *in fin.*
3 *p.* 3. † Statutum enim numquam censetur prohibere, id, quod ex forma alterius Statuti conceditur. *Bart. in l.* 1. *§. & paru. num.* 5. *ff. quod vi aut clàm. Bald. in cap nobis. ad fin. de except, Dec. conf.* 44. *ad fin. n.* 1.
4 † Vlterius, quia prædictum Statutū requirens licentiam Capituli absfuturo vltrà trimestre, illam non videtur desiderare intrà trimestre, *ad l. Statuliberum. §. Stichū. de legat.* 2. *Tiraq. de retract. conuent. glos.* 2. *§.* 1. *sub nu.* 8. *vers. & è contrario. Surd. decis.* 75. *nu.* 1. *& seq.*

Circa Statutum Cisterciensium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum qoando censeatur, confirmatum, & approbatum non autem reprobatum.*

§. 1. STATVTVM Cistercienfium, de quo *in c. nuper* 34. *de decim.* dicitur virtualiter confirmatum ab Innocentio III. in Concilio Generali, ex eo quod ipse ibidem dicit, illud prouidè factum fuisse ad eius commonitionem, vndè censendum est illud confirmasse non reprobasse, quia si reprobasset, sic non dixisset. Et *in vers. dicemus,* Papa decernit quod Cistercienses in bonis acquirendis in duobus supradictis casibus, videlicet, ex largitione fidelium, & pro Monasterijs construendis, si Cistercienses nollent cōmittere possessiones alijs, sed excolere per seipsos, quod soluant decimas, & ita intelligit *Abb.* Quod Rotæ placuit, cū in hoc decreto Papa repetat, quod continebatur in dicto Statuto Cisterciensium, & sic illud confirmare. Et ita fuit dictum *corām Gropperio in Cæsaraugustana Decimarum Vener.* 25. *Octob.* 1556. *incip. Fuit dictum, quod Cistercienses. est decis.* 279. *in eius libr. in manuscript.*

Circa Statutum CORDVBEN. Vniuersitatis Rectorum, & Clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum circà Funeralia factum ab Vniuersitate Rectorum, an substineatur.*

§. 1. STATVTVM factum fuit ab Vniuersitate Rectorum, & Clericorum sexdecim Parochialium Ciuitatis Cordubæ circà Funeralia, & alia festa, sub certa pœna prohibens cæteris Rectoribus, & Clericis dictæ Ciuitatis, nè in suis Ecclesijs, possent superpelliceis vestiti in festis, vel funeralibus, siue mortuarijs facere Congregationes, in quibus vltrà Clericos propriæ Ecclesiæ, alij Clerici, quos extrauagantes appellant, interesse, minùsque eleemosynas in similibus dari solitas, accipere valerent, & si inuitati ad huiusmodi festa, & mortuaria extarent, cum d. superpelliceis nequaquam accedere, nisi cum præsentia d. vniuersitatis ipsis liceret, prætetquam in festis Sanctissimi Sacramenti, huiusmodi Statutum cum fuerit ab anno 1408. vsquè ad annum 1574. confirmatum à nonnullis Curdubæ Episcopis est validum, attento iudicio Ordinariorum, qui iudicarunt rationi, & consuetudini dictarum partium conuenire, Maximè cum accesserit confirmatio Card. S. Angeli Maioris Pœnitentiarij, cum clausula sublata, & decreto irritanti.

Nec dicetur dictum Statutum esse contrà libertatem Ecclesiasticam, vt tenet *Siluest. in Summ. in verb. Immunitas. il* 2. *quæst.* 9. Quoniam Statutum non repugnat, quod alij clerici, non possint accedere, sed solum mandat hoc casu vniuersitatem, etiam vocari. *Rota in Corduben. Statutorum Veneris* 3. *Iunij* 1598. *corām Gypsio. est decis.* 97. *in eius lib.* 1. *manuscript, Statutum Vniuersitatis.*

Circa Statutum Ecclesiæ Gerunden.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, siuè Constitutio requirens Sacerdotium in eo cui aliquod beneficium confertur, procedit tàm in resignatione, quàm in permutatione. Et collatio facta contrà dictum Statutum est nulla, etiam quod non habeat clausulam annullatiuam.*
2 *Statutum non potest reuocari quando est factum per viam transactionis, vel concordiæ, vel contractus, quale est Statutum Ecclesiæ Gerunden.*

§. 1. STATVTVM, siue Constitutio GERVNDENSIS Ecclesiæ, quod obtinentes Beneficium del Cocho teneantur ad Sacerdotium promoueri, & ter in septimana Missam celebrare.

DECLARATVR à Rota *corām Put. decis.* 323. *incip. Constitutione Gerundensi. lib.* 1. Eamdē Decis. compilauit *Accorambon. decis.* 1, *part.* 1. *in manuscr. incip.*

1 *incip. In vna Gerunden.* † Quod procedat non solum in collatione voluntaria ex causa resignationis, sed etiã in necessaria ex causa permutationis, ꝑ qua opinione fuit allegatus *Rebuff. de collat. pag. 38. in verb. alteri.* Vbi dicit, quod si prębẽda est cõferẽda Theologo, erit etiam conferẽda ex causa permutationis, quia onus infixũ est rei, & si aliter fieret esset nulla.

DECLARATVR Secundò d. Statutũ à Rota corã eod. *Put. decis. 330. incip Constitutio Gerũdensis. lib. 1.* Quæ decisio fuit etiã cõpilata ab *Accoramb. decis. 2.*
2 *p. 1. in manusc. incip. In eadem causa.* † Quod collatio facta cõtrà d. Statutũ (prout in casu dictæ decisionis, quia fuerat facta ex causa permutationis collatio beneficij puero quindecim, vel sexdecim annorum, qui non poterat ad Sacerdotiũ promoueri) est nulla, non obstãte quod in d. Statuto nõ adesset clausula annullatiua, per doctr. *Domin. in c. ei cui. col. 3. in fin. vers. quod si exequutor. de præbend. in 6.* Vbi si exequutor conferat pręhendam Sacerdotalem non habenti ætatem, non valet, & alijs multis ibidem adductis.

Qui allegãtur *in fin. decis.* nimirũ *Aegid. & Anchar.* vbi dicitur, quod vnus ex Dominis eos allegabat, & quod parum faciebant. Credo quod *Accorambon.* eos allegauerit, vt ex decis. ab eo extensa videtur colligi.

§. 2. Statutum non est reuocabile quando fuit factũ per viã transactionis, vel concordiæ, siue contractus. *Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. n. 10. de iudic. Felin. in c. nouit. n. 11. eod.* Et quamuis antiqui teneant non procedere quãdo reuocatio tendit in præiudiciũ subditi, vt per *Alex. cons. 216. n. 18. lib. 2. Rimin. cons. 103. n. 5. lib. 1. Crot. cons. 64. n. 38.* Id tamẽ ita demùm verũ est, quando ex iusta causa fieret reuocatio. *Bologn.* post alios *in l. omnes populi. n. 121. de Iust. & Iur.* & à Principe superiorẽ nõ recognoscẽte. Nec obstat doctrina *Abb. in c. in nostra. n. 6. de iniur. & damn. dat.* Quia pręterquam quod minùs tuta est, vt eã *Soccin. ibid. n. 11.* reijcit, loquitur quando Statutũ fuit conditũ ab Vniuersitate de obligãdo ipsũ cõmune, & nihil præstitũ fuerat ꝑ parte singulorũ, tũc enim Vniuersitas potest reuocare, & singuli nõ possunt prætẽdere, se fuisse deceptos, nõ possint redire ad priores actiones. *Rota in Gerũden. Anniuersarior. Lunæ 22. Iun. 1587. corã Orano. Dñis placuerũt. Est decis. 265. in eius lib. 1. in manuscr.*

Circa Statutum Ecclesiæ Giennensis.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatis retentio cum Canonicatu si permittatur per aliquod Statutum, cum sit correctorium iuris communis, & Concil. Trident. non extenditur ad retentionem dignitatis cum Portione.*

§. 1. STatutum Ecclesiæ Giennen. permittens retentionem Dignitatis cũ Canonicatu, quod cũ sit correctorium iuris cõmunis, & Sac. Conc. Trid. prohibentium retentionem incompatibilium, non potest extendi ad retentionẽ Dignitatis cũ Portione, de qua nõ loquitur, quẽuis eadem, vel maior ratio militaret. *Bart. in Auth. quos actiones. n. 8. & 9. C. de Sacros. Eccl.* vbi alij sequũtur. & *Ias. n. 20. vers. ex quibus.* de vera, & cõmuni testatur. *Bart. in l. si constante. n. 39.* vbi de cõmuni. *Rip. n. 57. & 58. ff. solut. matrm. Alex. cõs. 6. n. 1. & cons. 167. n. 13. lib. 7.* de cõi *Soccin. cõs. 28. n. 25. lib. 1. Natt. cons. 52. n. 8. Paris.* qui de cõmuni omnium scribentiũ *cons. 69. n. 175. lib. 3.* Tantò minùs cũ Statutũ sumpserit robur ex speciali Cõfirmatione Apost. Et in prouenietibus ex Priuilegio Principis cessat extẽsio de vno casu ad aliũ, arg. *l. ius singulare. ff. de leg.* Stante præsertim ratione diuersitatis inter retentionẽ Canonicatus cũ Dignitate, & retẽtionem Portionis, quia Canonici habent æqualia seruitia cũ Dignitatibus, at Portionarij inferiora, vndè inconueniens videbatur, vt habens Dignitatem retinere posset, etiã portionem, pro qua teneretur in inferiori seruitio ministrare contrà not. *in cap. statuimus. de maior. & obed. Rota in Giennen. Portionis Merc. 13. Nouembris 1613. nu. 2. corãm Buratto. est in Recent. decis. 524. part. 1.*

Circa Stabilimenta Relig. Hierosolymitanæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ conformes habent executionem etiam si fuerit appellatum secundum Statutum Religionis Hierosolymitanæ, & quando hoc procedat.*

2 *Statutum Hierosolymitanũ prohibẽs, vt in Religione sua non admittatur natus ex patre, aut auo Scriba, vel Notario publico, an sit contrà Ius.*

3 *Nobilitatis generica probatio, non sufficit secundum Statuta Relig. Hierosolym. vt quis in ea admittatur.*

§. 1. STatutum, siue Stabilimẽta Relig. Hierosolym. *c. 22. n. 7. de Concilio.* quod duæ conformes habent executionem etiamsi fuerit appellatum.

DECLARATVR à Rota *in Meliten. Beneficij Ven. 4. Iulij 1614. n. 4. corãm Vbaldo. est decis. 661. p. 1. in Recent.* Quod intelligatur de appellatione ad Cõcilium Generale, nõ autem ad Papam, & cum sit correctorium iuris communis non debet extendi. *DD. in Auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 167. num. 13. vers. nec etiam obstat. lib. 7.* cum vulgaribus.

§. 2. Statutũ Hierosol. Ordinis, vt quis ex patre, aut auo Scriba, vel Notario, aut Tabellione publico natus fuerit, minimè in Ordine ꝑ Fratrib⁹ militib⁹ admittatur. Veriùs est, qđ d. Statutũ nõ sit cõtrà ius quia nõ datur Lex, vel Canon, vbi cõtrariũ disponatur. *Put. dec. 23. n. 1. lib. 3.* & fuit dictũ *in Comen. Habitus 4. Mar. 1611. corã Card. Marquemõtio. est in Recẽt. dec. 297. n. 1. p. 1.*

§. 3. Statuta, siue Stabilimenta Relig. Hierosolymitanæ. *tit. de recept. frat. n. 17.* requirentia probationem nobilitatis specificam respectu parentum, quorum appellatione pater, & mater, aui, & auiæ ex vtroquè stipite continentur, *vt in tit. de significat. verb. nu. 37.*

DECLARANTVR à Rota *in Comen. Habitus Lunæ 14. Apr. 1614. nu. 2. corã Buratto. est decis. 535. in Recent. p. 2. incip. Pronunciatum fuit.* Vt non sufficiat hoc casu probatio simplicis nobilitatis, sed talis probari debet, qualis à dictis Stabilimẽtis desideratur, & etiam respectu auorum, & auiarum, prout de Statuto requirente nobilitatẽ antiquã tradit. *Rebuff. in tract. de nominat. q. 12. n. 42. in fin. vers. si tamen requireretur. & Put. decis. 289. num. 1. lib. 1. in noua impress.*

Circa Statuta Ecclesiæ Illerdensis.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum potest statuere de his, quæ ad eum pertinent nec possunt contradicere, qui non habent interesse, secùs quando agitur de re communi.*

§. 1. CApitulum ILLERDENSE cum statuisset circà cibaria Canonicorum, quorum administratio pertinebat ad Præpositos, cum auctis rerum pretijs iterum fuisset factum aliud Statutum, & cum Præpositi reclamarent, fuit dictum, eos non habere ius considerabile contradicendi, cum ipsi haberent meram administrationem ad commodum Canonicorum. *Glos. in l. pecuniæ. & ibi Bart. de aliment. legat. Roman. cons. 227. nu. 12.* Etiam si quod pro labore percipiant. *Bald. in l. nulli. nu. 2. C. de Episc. & Cleric.*

& ita dixit *Rota coràm Card. Seraphin. decis. 707. Fuit dubitatum, An Statutum.* Vbi etiam fuit dictum non obstare decisionem coràm eo factam *in Gerunden. Anniuersariorum 15. Nouembris 1582. Est decis. 590. Fuit dubitatum strictè.* Quia ibi agebatur de re communi inter Capitulum, & Beneficiatos, ac propterea non poterat Capitulum per se solum statuere: Secùs erat in præsenti casu cum ageretur de re ad ipsum solum spectante. Eadem decisio Illerdensis fuit coràm eadem *Seraph.* confirmata *Vener. 6. Iunij 1586. incip. Fuit dubitaui, an constet. est decis. 745.*

Circa Statuta Ecclesiæ Placentinæ.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconatus, quādo spectat ad liberam Episcopi collationem, non cadit sub regul. 8. mensium.*

§. 1. Statutum Ecclesiæ Placentinæ fundamentale, quo disponitur Dignitatem Archidiaconatus ad liberam Episcopi collationem pertinere, vt ex illis verbis, nimirum, Archidiaconatus quoquè Ciuitatis, & de Trugillo, quorum collatio ad Episcopum tantum de consuetudine spectat, conferat Episcopus alicui, &c.

Ex quo Statuto fuit resolutum dictum Archidiaconatum non posse cadere sub reseruatione Apostolica Regulæ octo mensium *in Placentina Archediaconatus Vener. 28. Nouembr. 1614. coràm Verospio. est decis. 600. in Recent. part. 2.*

Circa Statuta Ecclesiæ Toletanæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ecclesiæ Toletanæ circà sanguinis puritatem, qualiter Rota continua Obseruantia intellexit.*
2 *Statutum de puritate sanguinis, cum sit contrà Ius, strictissimè est interpretandum.*

§. 1. Statutum Ecclesiæ Toletanæ circà sanguinis puritatem Rota continua Obseruantia illud intellexit, quod non emanauit ad includendos descendentes ab antiquis Christianis, sed ad excludendum descendentes ex infectis aliqua Saracenorum, aut Hæreticorum macula, vt dixit *Rota in Toletana Canonicatus Vener. 13. Decemb. 1609. n. 7. coram Card. Lancellotto. est in Recent. decis. 195. p. 1.* Vbi dicitur, quod hoc patet in Decisionibus Rotalibus, & Sententijs in illis causis Toletanis prolatis, & præcipuè ex decisione *in d. Toletana 5. Iulij 1609. coram Reuerendiss. Sacrato.* & magis expressè in secunda *decis. 23. April. 1609. coram Reuerendiss. Manquemontio. est in Recent. decis. 185. part. 1.* Et eo ipso, quod non probatur impuritas, iudicatur quis purus, & prouisus nō tenetur probare puritatem, nisi quatenus prius probata fuisset aliqua macula, ita vt meritò talis Rotæ Obseruantia, siue intellectus verbis dicti Statuti conformis fuerit sæpiùs in alijs causis confirmatus. Et vlt mò loco in dictis decisionibus *coram Sacrato, & Marquemōtio,* & deniquè *in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1609. coram Manzanedo. est in Recent. decis. 182. part. 1.* Idem confirmatur ex Decisionibus ante 50. annos in Rota factis, quæ in dicta *decis. sub die 13. Decembris. num. 4.* videri possunt. Et idem postea quoad intellectum dicti Statuti, & Rotæ Obseruantiam, fuit repetitum *in eadem causa coram eod. sub die Veuer. 11. Decembr. 1609. & Luna 11. Ianuarij 1610. illa in Recent. est decis. 204. ista est 212. eadem part. 1.*

Concordantes Decisiones super hoc Statuto. Vide suprà *Part. I. ad Gropper. in Toletana portionis 28. April. & 30. Maij 1561. fol. 318. col. 1.*

§. 2. Statutum de puritate sanguinis, de quo in præcedenti §. cuius frequens est vsus in Collegiatis, & Cathedralibus in partibus Hispaniarum, cum sit contra Ius, strictissimè venit interpretandum. *cap. Statutum. el 1. de hæred. lib. 6. Put. decis. 400. & 526. lib. 2. Rota in Toletana portionis 27. Ianuar. 1593. coram Cardin. Mantica.* & sequitur *eadem Rota in Toletana Canonicatus Merc. 10. Decemb. 1608. coram Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 167. nu. 32. in fin. p. 1.*

OBSERVATIO XV.

Circa Statuta Ciuitatum, & aliorum locorum ordine Alphabetico.

Circa Constitutionem Ægidianam.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana prohibens appellationem in possessorio, ligat etiam in Curia propter Confirmationem, sed non habet locum in re Ecclesiastica, nequè in rebus Ecclesiasticis si agatur in foro Ecclesiastico. Idem etiam habetur in §. seq.*
3 *Ægidianæ non est locus in Ciuitatibus immediatè subiectis Sedi Apostolicæ.*
4 *ad Ægidianam additio non attenditur, cum non sit confirmata.*
5 *Ægidiana quando sit locus.*
6 *Ægidiana non intrat stante nullitate, & iniustitia sententiæ.*
7 *Statuta qualiter admittantur in Prouincia Marchiæ iuxtà Ægidianam Constit. lib. 2. cap. 36.*
8 *Solemnitates in contractibus minorum, cessant in causa dotis.*
9 *Ægidiana cap. 25. lib. 5. requirens insinuationem in donationibus, non adimpletur per æquipollens, & quomodo ista constitutio intelligatur.*
10 *Eadem Constitutio procedit in minore filiofamiliās.*

§. 1. Ægidiana Constitutio, quæ prohibet appellationem in possessorio, ligat etiam in Curia propter confirmationem Pauli III. *Rot. decis. 130. nu. 2. part. 1. diuers. & in Romana deuolutionis domus Luna 12. Iunij 1615. coram Andrea. nu. 2. est decis. 682. part. 1. in Recent.*

Vbi quod non habet locum vbi agitur de re Ecclesiastica in foro Ecclesiastico, quo casu est locus appellationi ad vtrumque effectum, quia de iure Canonico datur appellatio in quocumquè possessorio. *Abb. in cap. cum ad Sedem. num. 30. de restit. spoliat. Dec. cons. 28. nu. 4. ad fin. vers. de iure enim Canonico. Put. decis. 293. nu. 5. lib. 2. Benintend. decis. 79. num. 1. Rota in Camerinen. Iurispatr. 15. Nouemb. 1599. coram Illustriss. Sacrato. & in Regien. bonorum 20. Decembris 1613. coram Dunozetto.*

Et quod Ægidiana non procedat in bonis, & rebus Ecclesiæ, & in foro Ecclesiastico. *Seraph. decis. 424.* & fuit sæpissimè resolutum, & in specie in *dicta Camerinen.* & in alia *Romana Saluiani Interdicti 1. Iunij 1609. corā Manzanedo.* & latius *in Romana domus de Scapuccijs 19. Ianuarij 1611 coram Decano Coccino.*

Aliàs

Aliàs Decisiones cumulauimus suprà Part. I. ad Seraph. d. decis. 424. est in Auximana bonorum.

§. 2. Idem etiam replicatur in Beneuentana domus 4. Maij 1612. coram Pamphilio. est inter Recent. decis. 391. part. 2. num. 5. vbi quod idem fuit dictum in Romana Saluiani Interdicti 12. Iunij 1589. coram Bubalo, & in Imolen. Legati 24. May 1595. coram Orano. Et subdit quod ad hunc effectum sufficit, quod Ecclesia sit actrix, licet reus sit laicus, cum ius Rota metiatur ex parte actoris. Hondèd. cons. 20. num. 12. vers. secundò dicimus. & nu. sequent. lib. 2. qui plures congerit Rotę decisiones, & habetur in d. Romana Saluiani coram Bubalo.

§. 3. Ægidiana locum habet in Ciuitate Beneuentana, & in eius territorio, quia est immediatè subiecta Sedi Apostolicæ. Rota coram Cotta in Beneuentana Castri Veteris Ven. 14. Aprilis 1564. incip. An sit locus. Est decis. 83. in eius lib. in manuscript. Vbi etiam fuit dictum, quod si bona de quibus agebatur existebant extrà dictum territorium, tunc particulariter dubitaretur. Et quod Domini inclinabant, quod non esset locus Ægidianæ, quia Ægidiana respicit decisoria, non autem ordinatoria, prout inclinabant Domini.

§. 4. ad Ægidianam Constitutionem Additio, quæ loquitur de stylo Romandiolæ non recipiente appellationes, non attenditur, quia non est confirmata. Rota in Rauennaten. Spolij, & Attentatorum Lunæ 9. Decembris 1585. coram bon. men. Orano. Est decis. 119. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Quod à sententia. Vbi etiam dicitur, quod qui se fundat in stylo debet illum plenè probare. Soccin. cons. 36. nu. 11. & cons. 39. n. 27.

§. 5. Ægidianæ est locus, † quando sententia lata est in
1 remedio vtilis Saluiani. Caputaq. decis. 106. & 141. part. 3. & fuit latè deductum in Romana Saluiani In-
2 terdicti 26. Nouemb. 1605. coram Manzanedo. † Cum in terminis Ægidianæ idem dicendum sit, quod de iure Ciuili, iuxtà quod in Saluiano non datur appellatio. Bart. in l. 1. num. 4. ff. de Saluian. interdict. Salic. in l. 1. nu. 6. in C. eod. tit. Alex. cons. 73. sub nu. 11. lib. 5.
3 † Sublato enim impedimento iuris Canonici reducitur ad ius Ciuile, latè Contard. in l. vnic. C. de moment. poss. in quæst. 1. super Aegidiana. & ita in terminis Saluiani arguit Rota in vna Romana Saluiani Interdicti
4 26. April. 1591. corā Gypsio. † Et remedium Saluiani, vti personale in rem scriptum redditur contrà quemlibet tertium possessorem. Signorol. cons. 4. sub nu. 7. Rol. cons. 14. in princip. lib. 1. latè Menoch. de adipisc. remed. 3. quæst. 7. nu. 55. & seq. Rota in Romana damnorum, & interesse 11. Febr. 1591. coram Card. Seraph. & in Romana Saluiani Interdicti 25. Iunij 1599. corā Pegna Decano. & quod ita passim Rota seruet dicitur in Fanen. Saluiani Interdicti Veneris 14. Ianuarij 1611. coram Sanctiss. Ludouisio, cuius coronationis annuum diē hodiè recolimus. Lunæ 14. Feb. 1622. est decis. 324. num. 1. & 2. in Recent. p. 2. & in eius impress. decis. 419.

§. 6. Ægidiana non habet locum stante nullitate, & iniustitia sententię, vt post Corn. cons. 10. nu. 2. vers. nisi forte diceretur. lib. 4. Natt. cons. 172. nu. 4 Contard. vbi in specie de Aegid. in l. vnic. limit. 9. n. 22. C. si de mom. poss. Put. decis. 4. de Aegid. fuit dictum in Beneuentana domus Veneris 4. Maij 1612. coram Pamphilio. est inter Recent. decis. 391. num. 6. part. 2. Vbi similis allegatur decisio in Romana Saluiani 14. Decembris 1598. coràm Lancellotto Iunior. & in Senogallien. Spolij 10. Ianuarij 1600. coram Corduba.

§. 7. ÆGID. Constitutio. lib. 2. cap. 36. Vbi dicitur, quod Statuta non valeant, nisi prius fuerint visa, cognita, & expressè, ac singulariter approbata per Rectorem Prouinciæ. Et quod de dicta approbatione constet per publicum instrumentum.

DECLARATVR à Rota corā Rubeo in Auximana bonorum Vener. 14. Ianuar. 1569. incip. Stante Statuto. Est decis. 487. in eius lib. in manuscript. Quod sufficit Statutum esse confirmatum à Gubernatore, siue Prætore Marchiæ. Quod autem dicitur, quod Statuta sint diligenter visa, sufficit quod ipse Prætor de hoc attestetur, & hoc de mente Aegidianæ.

Quod etiam subditur, quod de confirmatione constet per publicum instrumentum. Ad hoc sufficere literas patentes Rectoris, quæ secundum subiectam materiam habentur loco publici instrumenti. l. notionem. 99. §. instrumentorum. ff. de verb. signif.

§. 8. Aegidiana Constit. cap. 25. lib. 3. Et Statutum Mantuæ cap. 26. requirentes solemnitates in contractibus minorum, non habent locum quando sumus in causa dotis, tunc enim cessant dictæ solemnitates. Paris. cons. 81. nu. 9. lib. 3. Bursatt. cons. 32. n. 10. vers. namque per alium. lib. 1. Caputaq. decis. 199. part. 3. Quibus se subscripsit Rota in Maceraten. dotis Lunæ 27. Ianuarij. 1614. coram Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 511. in Recent. part. 2. incip. Proposito dubio.

Vbi nu. 3. dicitur hoc maximè procedere in restitutione dotis, quia obligatio de restituendo dotem est necessaria, ex quo etiam illa cessante de iure bona sunt tacitè obligata pro restitutione receptæ dotis. Glos. in verb. teneri. in l. fin. C. de legit. tutel. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 14. num. 43. Genal. de commun. q. 132. Quia necessitate stante multò minus requiruntur dictæ solemnitates. Ròman. cons. 394. num. 3. Corn. cons. 254. num. 7. & 8. lib. 1.

Nec obstare, quod Gabr. cōs. 20. lib. 2. fusè scripserit esse nullas obligationes minorum sine dictis solēnitatibus etiamsi obligatio sit ex causa dotis. Quia contrà Gabr. in eodem casu consuluit Menoch. cons. 242. lib. 3. qui latissimè eius fundamentis, & rationibus respondet.

Vltrà quod Gabr. loquitur in solutione dotis, non autem in restitutione, quæ de iure in indiuiduo reperitur priuilegiata, ex quo minor, qui dotem recepit, potest se ad illius restitutionem obligare etiam sine decreto Iudicis, & Curatoris auctoritate, vt tradunt communiter Doct. contrà Bart. in l. si constante. n. 77. §. sed pone. ff. solut. matrim. vbi Ias. in prim. lectura. nu. 210. & seq. Corn. cons. 354. nu. 7. Curt. Iun. cons. 168. nu. 20. cum alijs in d. decis. citat. num. 5. & in specie. Gabr. cons. 29 num. 38. lib. 2.

Et subditur nu. 7. quod idem procedit quando dos non fuit recepta, sed compensata cum simili dote, quia compensatio habet vim solutionis l. debitor. ibi, nec enim interest exoluerit, an pensauerit. ff. qui pot. in pign. hab. Alex. cons. 12. nu. 12. & 15. lib. 2. & in terminis dotis Abb. cons. 501. num. 8.

§. 9. Aegidiana Constit. cap. 25. lib. 5. quæ in donationibus requirit insinuationem, cui ex iuramento non satisfit, cum etiam iuramentum, & insinuatio de formà d. constitutionis requiratur, nec per æquipollens potest adimpleri. Bald. in l. 1. num. 2. ff. de liber. & posthum. Dec. cons. 531. nu. 2. Becc. cons. 62. nu. 42. lib. 1. qui loquitur in terminis insinuationis. Quem sensum d. Constitutio videtur recepisse in causa Toletana Do-

nationis 17. Maj 1596. coram Card. Arigonio. & in Anconitana dotis 27. Nouembr. 1598. coram Card. Lancellotto. & in Perusina fideiussionis 2. Aprilis 1612. coràm Manzanedo. vt in Recentior. decis. 385. in fin. part. 2. Vt propterea, cum ex istis Decisionibus illa duo copulatiua requirantur, videlicet, iuramentum, & insinuatio, non videatur tuta responsio data in decisione *in causa Viterbien. Vill. Vetrallæ 14. Maij 1614. coram Pirouano.* vt ipsemet testatur in eadem causa *sub die Lunæ 30. Martij 1615. num. 3. est decis. 671. part. 1. in Recent.*

Vbi fuit etiam dictum, quod si iuramentum non supplet defectum insinuationis, quia copulatiuè iuramentum, & insinuatio requiritur in donatione, vt dictum est, Quod non propterea negatiua insinuationis deducitur incontinenti ex inspectione instrumenti donationis, cum secundum Praxim Curiæ separatim omninò ab actu ipsius donationis fieri debeat. *Boccat. ad eamdem Constitut. cap. 25. in vers. & insinuatione facienda in actis. num. 25.* Vnde ad irritandam donationem dictæ insinuationis negatiua probari debet. Vbi quod donatarius ea non probata est legitimus contradictor ad impediendam immissionem. *Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 586.* præsertim quando donatio emanauit ab habente facultatem donandi, quod sufficit pro colore tituli ad istum effectum, vt exinde illius iustificatio ad Ordinarium iudicium sit remittenda. *Lap. alleg. 16. nu. 2. Mohedan. decis. 10. de restit. spoliat. Rot. decis. 75. num. 2. lib. 1. part. 3. diuersor.*

☞ *Adde ad hanc Constitutionem decis. 1242. Cardinali Seraph.*

Et quod non habeat locum hoc *cap. 25. in donatione Iurispatr.* sicut neque in alia re spirituali, vel spiritualitati annexa. *Lambert. de Iurepatr. part. 1. lib. 2. 4. quæst. princip. art. 9. num. 7. Seraph. decis. 424. Honded. cons. 20. lib. 2.* & sæpius fuisse decisum dicitur *in Asculana Iurispatronatus Merc. 24. Febr. 1616. nu. 3. coràm Verospio.* habetur *in Recent. decis. 707. num. 3. part. 1.*

Idem *cap. 25.* procedit etiam in minore filiofamilias, quia Constitutio generaliter loquitur, cum in eo requirantur solemnitates, quæ generaliter in minoribus à iure sunt requisitæ, vt per *Castrens. in l. si seruus. 14. §. pupillus. nu. 4. de verb. obligat.* & fusè fuit deductum *in vna Perusina fideiussionis Lunæ 2. April. 1612. coràm Manzanedo. est inter Recent. decis. 385. part. 2.* Vbi in principio dicitur idem fuisse in eadem causa prius decisum *sub die 16. Nouembris 1611.*

Et ibidem *nu. 2.* dicitur, quod Statutum requirens certas solemnitates in contractibus minorum habet etiam locum in minoribus filijsfamilias, vt dicitur ibi decisum fuisse *coràm Ortembergo. in vna Beneuentana census 28. Nouembris 1608.*

Ad multa etiam in contrarium adducta habes responsionem in dicta Perusina.

Circa Statutum Anconitanum, & Auximanum.

SVMMARIVM.

1 *Statutaria præscriptio procedit quando præter cursum temporis adest titulus, possessio continuata, & bona fides.*

2 *In Præscriptione Statutaria requiritur bona fides etiã quod Statutum de ea non faciat mentionem.*

3 *Etiam quod Statutum dirigat verba in debitorem.*

§. 1. Statutaria præscriptio, vt in Statuto Anconitano per quam omnis actio spatio 20. annorum tollitur, habet locum quando præter cursum temporis, adest titulus, qualis est titulus transactionis. Tunc etiam possessio continuata, & bona fides, quæ oritur ex præsentia Iudicis, qui interfuit transactioni, & consanguineorum, nam mulieres erant quæ transegerunt, & bona fides in præscribente, præsumitur. Nec obstat si dicatur competere officium Iudicis ad resarciendam læsionem, & id ratione doli re ipsa, qui consistit in mala fide, quæ præscriptionem impedit. Nam cum Statutum lapso illo tempore prohibeat ne possessor molestetur aliqua occasione, vel modo, vel causa, dicitur nedùm sublata actio, sed & quodcunque remedium per quod iudicialiter, vel extraiudicialiter inquietari quis posset, præterea officium Iudicis tollitur eodem temporis spatio quo tollitur ipsa actio, quando succedit loco actionis.

Non obstat, quod vbi datur læsio datur dolus re ipsa impediens præscriptionem. Quia contrarium est verius, cum remedium. *l. 2. C. de rescin. vend.* præscribatur spatio 30. annorum. Nec obstat, quod Statutum requirat titulum, & transactionis titulus non sit talis, qui præstare possit vsucapiendi conditionem, quando per eam res non traditur, sed dimittitur penès. *l. si pro fundo. C. de transact.* Quia hoc procedit, vbi transigitur super instantia, non autè quando transigitur super re ipsa, tunc enim tribuit titulum, maximè stante, verbo, *dederunt,* quod importat translationem. *§. sic itaque Instit. de action.* & in terminis, quod ex transactione tribuatur titulus tradunt *Corn. cons. 16. nu. 5. lib. 2. Alex. cons. 24. n. 19. lib. 5. Rota coràm Seraph. decis. 602. est in Anconitana Vineæ 4. Februarij 1583.*

Statutum verò non valet respectu eius præscriptionis in qua adsit mala fides, cum communis opinio sit contra *Bart.* vt per *Canonistas. in c. fin. de præscript. Rota in Auximana dotis 27. Apr. 1583. coràm Seraph. est decis. 614. Fuit resolutum Statutum.* & confirmata fuit ista *decis. coràm eodem. decis. 632. Fuit iterum.*

§. 2. Statutum Anconitanum, & Auximanum de præscriptionibus licet non faciat mentionem de bona fide, tamen tunc sibi locum assumere posse videtur si

1 bona † fides interuenerit. *Abb. cons. 76. nu. 3. lib. 1. & 77. col. penult. vers. nec obstat. lib. 2. Alex. cõs. 185. num. 27. vers. nec prædictis. vol. 2. & 99. num. 8. lib. 4.*

2 † illumque in actionibus personalibus desiderari voluit. *Franch. post Anchar. in cap. possessor. num. 7. de regul. Iur. in 6.* propter illam vniuersalem negatiuam *cap. fin. de præscript. Couar. ibid.* rationem adducit *in 2. part. §. 11. nu. 3.* & esse communem opinionem testatur *Ruin. cons. 170. nu. 32. Cephal. 40. num. 15. lib. 1.*

3 † Etiam quod Statutum dirigat verba in debitorem iuxta distinctionem *Castrens. in l. sequitur. §. si viam. circa fin. de vsucap.* quam communem dixit *Gabr. de præscript. conclus. 4. nu. 4.* Quia omisso quod multi tenent contrarium, vt ipse *Castrens. cons. 98. in fin. lib. 2.* & tamquam veriorem, & magis communem illam sequuntur *Caccialup. in l. omnes populi. nu. 64. vers. & hanc partem. de Iust. & Iur. Bald. de præscript. in 2. p. 3. part princip. quæst. 14.* Rota pluries tennit, quod etiamsi verba Statuti dirigerentur ad creditorem minime

nirè obstare cum contrà *Castr.* sententiam pluries
tenuerit, vt dicitur in Statuto Auximano *in vna Auxi-*
mana tutela Merc. 23. Ian. 1585. coràm Gypsio, & de
eodē Statutū fuit dictū *in Auximana dotis Merc. 27.*
Apr. & Merc. 22. Iunij 1583. coràm Card. Seraph. & in
Recanaten. pecuniaria 27. Iunij 1576. corā Robusterio.
4 Neque † obstat, qud contractus non substantietur
in personam contrahentis, cum contrahit nomine
5 alieno. *l. 1. §. per procuratorem. de acquir. possess.* † Et
ideò mala fides tutoris non noceat pupillo, vt vide-
tur innueré. *Bald. in Auth. ad hac. num. 12. C. de vsur.*
quem refert *Io. de Imol. in cap. fin. n. 33. de prascript.*
Balb. de prascript. in 2. part. 3. part. princip. quast. 16.
6 † Quia respectu acquisitionis, cuius initium est spe-
ctandum, non est aliqua differentia, an contractus fiat
nomine proprio, vel alieno, nam text. *in l. eùm qui.*
§. in hac actione. de public. tradit regulam generalem,
quod bona fides contrahentis sit spectanda, concor-
dat text, *in l. huiusmodi. de contrahend. empt. & l. ha-*
7 *res eius. §. 1. de vsucap.* † Et differentia, quæ datur
inter eum, qui contrahit nomine proprio, vel eum,
qui nomine alieno, tollitur per text. *in l. cum man-*
cipium. de adilit. edict. vbi ioquitur de seruo, qui
emit, cum nihil intersit, peculiari an domini nomine
8 emerit. † Non obstat *Bald.* exaduerso allegatus, quia
non declarat, quo casu loquatur, & procedere po-
test in præscriptione inchoata, vel à patre, vel à pu-
pillo bona fide, quo casu scientiam tutoris ei non no-
cere satis est probabile, sed in inchoāda præscriptio-
ne hoc videtur iniquissimum, & contrà iura allegata.
ita dicitur in allegata decisione *Anconitana Vinea.*
Mercurij 21. Maij 1586. coram Seraphino.

Circa Statutum Asculanum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, quando possit in testamento vxoris auctoritatem prastare ad sui commodum.*

2 *Statutum quando est correctorium iuris communis, & odiosum, tunc verba sunt pracisè intelligenda, & appellatione fratris non venit soror.*

§. 1. STatutum Asculanum *Rubr. 14. lib. 1.* in quo disponitur, quod mulier non possit testari de bonis suis sine requisitione, vel præsentia mariti, vel filiorum, si maritum vel filios habeat respectiuè. Et cum testamentum factum fuisset in præsentia mariti, dicebatur quod non poterat auctorizare in rem propriam, (fuerat enim ei relictum legatum vsusfructus medietatis dotis, cum non adessent filij, & alia medietas quoad vsumfructum, & proprietatem fuerat relicta fratri dotanti) per ea, quæ notat *Panzirolus cons. 187. num. 21. lib. 1.*

DECLARATVR à Rota *in Asculana Dotis Luna 18. Aprilis 1616. num. 2. coram Reuerendiss. Domino Decano Coccino. est in Recent. decis. 710. part. 1. in Recent.* Quod potuit adhiberi præsentia mariti pro validitate testamenti, cum principalis dispositio esset ad fauorem non mariti, sed fratris, & tractaretur de commodo mariti in consequentiam. *Soccin. Sen. cons. 212. sub num. 4. vers. sed quando pater. lib. 1. Corn. cons. 242. num. 2. vol. 4.* maximè cum circumscripta Confirmatione Apostolica multi teneant tale Statutum non valere. *Ias. cons. 127. nu. 6. vol. 1.* Et quicquid sit de veritate istius opinionis, circa quam nihil Rota firmauit, sed dixit, quod negari non potest, quin sit strictè intelligendum. *Ias.* vbi suprà *num. 7.*

Pro qua veritate affertur confirmatio *à nu. 3. vsque ad fin.* decisionis.

§. 2. Statutum circà successionem, quale est Asculanum *lib. 1. c. 6.* quando est correctorium iuris communis, & odiosum eo casu appellatione fratris non venit soror. *Anchar. in repet. cap. canonum statuta. q. 14. de constit. Castrens. cons. 119. nu. 2. lib. 1. Alex. cons. 85. nu. 1. lib. 4. & cons. 45. num. 5. lib. 7. Corn. cons. 94. nu. 4. lib. 2. cum relat. per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 190.* tunc enim verba præcisè sunt intelligenda, nec vltrà extendenda, quàm eorū propria significatio patiatur *glos. & Doct. in Auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccl. Doct. in l. si verò. §. de iure. & in l. si constāte. ff. solut. matrim.* Cum aliàs regulariter appellatione fratris veniat soror. *l. tres partes.* vbi post alios *Ias. in 1. notab. ff. de pact. Alexand. consil. 84. lib. 4. Curt. Sen. cons. 9. per tot. Rota in Asculana bonorum Luna 17. Iunij 1591. coram Orano.* Vbi hoc fuit dictum de Statuto Asculano lib. 1. Rubric, 6. excludente matrem à successione filij successione, propter agnatos etiam in tertio gradu remotiores, etiam transuersales, & fuit tentum in concursu matris, & amitæ, esse matrem præferendam licet Statutum matri præferat patruos, hoc est fratres carnales patris filij prædefuncti, & hoc ex supradicta ratione, quia nomine dd. fratrum patris non veniunt sorores. Et præsertim hoc fuit dictum, quia non agebatur de successione filij masculi, sed feminæ. *Archid. in cap. si quis suadente. 17. q. 4. Alex. cons. 29. nu. 10. lib. 3. & cons. 234. nu. 4. lib. 6. & Soccin. cons. 23. nu. 51. lib. 1. Idem Tiraq. d. §. 1. glos. 9. nu. 191.* Maximè cum Statutum vocando fratres carnales potius considerasse videatur conseruationem agnationis, quo stante appellatione fratris non venit soror, *Gabr. de verb. signif. conclus. 6. n. 6.* Quibus accedit, quod esset absurdum si reciperemus illum intellectum per quem vna femina non nominata excluderet aliam, remotior scilicet propinquiorem. *Anchar. d. cap. Canonum statuta. d. q. 14. Alex. cons. 45. nu. 1. vol. 7. Soccin. Iun. cons. 23. nu. 55. col. 1. lib. 1.*

Circa Statutum Beneuentanum.

SVMMARIVM.

1 *Minor potest fideiubere seruatis solemnitatibus non obstante Statuto Beneuentano, & qualiter dictum Statutum intelligatur.*

§. 1. STatutum Beneuentanum, quod prohibet minores, & mulieres pro aliquo, etiam patre, vel marito, fideiubere, aliàs obligatio sit nulla, nec confirmetur iuramento,

DECLARATVR à Rota *in Beneuentana bonorum Luna 4. Maij 1615. nu. 2. coram Andrea. est decis. 674. part. 1. in Recent.* Vbi Rota dixit sustineri minoris obligationem non obstante dicto Statuto. Quia Statutum in prima parte loquitur de cōtractibus mulierum, prohibendo ne possint fideiubere. In secunda verò parte eisdem alios contractus permittit seruatis tamen certis solemnitatibus, vt ibi. Vndè dum postea in secunda parte Statutum mandat, quod in contractibus pupillorum, & minorum seruentur omnia dicta in contractibus mulierum; debet relatio fieri ad illam partem Statuti, qua mulieres cum certis solemnitatibus contrahere permittuntur, non autem vbi illa à fideiussionibus arcentur: Quia Statuta recipiunt

interpretationem à iure communi. *l.1.§.lex Falcidia.* vbi not. omnes. *ff.ad l.Falcid.* Quod ius commune prohibet quidē mulieres fideiubere etiam pro patre, minorem autem masculum, vel pupillum non prohibet. *l.si paternam,* vbi *Glos.& Doct. C.ad Vellcian. l.filiusfam. cum concord. C.de fideiuss.* Et relatio non fit ad omnia præcedentia, quando induceretur iustum correctio. *Abb. in cap. Ecclesia vestra. il 2. per illum tex.num.5. de elect. Ias.in l.talis scriptura, nu.39.de legat.1.Capic.decis.21.nu.11. Gabr.de claus. conclus.9. nu.5.* Quod multò fortius procedit in Statuto, quod debet restringi quantum sit possibile, vt minùs corrigat ius commune, etiam verba impropriando. *Abb.in cap. cum dilectus. n.21. de consuetud. Roman.cons.199.nu.4. Gozadin. cons.88.nu.8. Grat. cons.46.num.8.lib.1.*

Circa Statutum Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de executione mobilium non extenditur ad immobilia, vt sunt redditus locorum Montium, nisi concludenter probaretur vsus in casu proposito.*
2 *Mandatum fictum si à Statuto excludatur non propterea excluditur mandatum præsumptum.*
3 *Statutum quando liget suos subditos extrà forum.*
4 *Statutum Bononia requirens in contractibus minorum solennitates procedit etiam in transactione.*
5 *Marito dotem restituendi Statutum Bononia facultatem tribuens in bonis immobilibus sibi datis æstimatis, qualiter procedat.*
6 *Mulieri non debetur minus legitima, si Statutum mandet, vt dotetur arbitrio quatuor coniunctorum.*
7 *Statutum Bononien. disponens, quod instrumenta debeant prothocollari, vt fidem mereantur non seruatur.*
8 *Statutum Bononien. de prouis. registr. in §. pactum precarij, est conforme Iuri communi.*
9 *Præscriptio annalis, seu decennalis vigore Statuti Bonon. quando, & in quibus casibus habeat locum.*
10 *Dote à patre data, si Statutum disponat, debere filiam esse contentam, non potest conqueri, quod non ascendat ad legitimam, maximè si filia sit legitimata.*
11 *pro Dote quando pater dat facultatem alienandi bona subiecta fideicommisso, censetur eandem licentiam dedisse pro augmento dotis, quando dos non est congrua.*
12 *Testium falsorum productio facta à procuratore, quod præsumatur facta de consensu, & scientia principalis, ad effectum vt cadat à iure suo. Vbi multa circa hanc materiam.*
13 *Nepos ex sorore præmortua repræsentando matrem concurrit in successione auunculi cum materteris, & patruo.*
14 *Fabrica ab intestato decedentibus succedens non habentibus agnatos, neque cognatos vsque ad quintum gradum, ad quem spectet probatio talis non existentiæ.*
15 *Statutum generaliter loquendo permittens appellatione in possessorio generaliter etiam debet intelligi, tàm quoad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum, & hoc in quocumque possessorio.*
16 *Libris Mercatorum Bononia qualiter danda fides.*
17 *De Notarijs Mercatorum Bononia.*
18 *ante Decoctionis animum alienationes, quod non sustineantur, iuxta Statutum Bononia qualiter hoc procedat.*
19 *Statut.Bonon. seu fori Mercatorum dicti loci fol.76. in §. Mache, quando, &c. non habet locum, quando apocha, nec penès creditorem, neque debitorem fuerant reperta.*

§. 1. STatutum Bonon. *lib.1. sub Rubr. de Instrumentis*
1 *& Testamentis executioni mandandis. §.1.* † expressè loquitur, quando petitur executio super rebus mobilibus.

DECLARATVR à Rota coràm *Decano Pegna in Bononien. donationis Vener.9.Iunij 1585. incip. Domini dixerunt. Est decis.31. in eius lib.1. in manuscr.*
2 Quod † non habet locum in redditibus Montium, qui computantur inter immobilia. *Tiraq. de retract. lignag.§.1.glos.6.nu 4.per text.in Clem.exiui.§.cumque annui redditus.de verb.signif.*
3 Neque obstare stylum; † quod præfatum Statutum Bonon. intelligatur etiam respectu rerum stabilium. Quia non erat legitimè probatus per testes iuratos, & cum interrogatorijs partis aduersæ examinatos, prout fieri oportebat iuxtà *Constitut. Rota Bo-*
4 *nonienſ.num.212. verſ. ſtatuerunt præterea.* † Vbi expressè cauetur, nō probari stylum per simplices quorumcumque subscriptiones cuiusuis gradus præeminentiæ, vel dignitatis extiterint, nisi prædicta fuerint obseruata.

Et quod licet esset legitimè probatus, adhuc non
5 videbatur attendendus, † cum Statuti verba apertè de rebus mobilibus loquantur, quo casu non est opus glosa. *Bald.cons.343.lib.1. Rimiald.cons.47. num.2.*
6 Et cum hæc esset † consuetudo extensiua contra euidentem Statuti dispositionem, tantum habens potentiæ quantum sibi vsus cōcedit *Marian.Socein.consil.101.num.13.& 14.lib.2. & cons.4.num.35.& 36. lib.4. Rip. in l. Centurio. num.91. ff. de vulg. substit.*
7 † Concludenter debet probari in casu de quo agitur. *Paul. de Castr. cons.340. lib.2. vers. superest videre. Aym.cons.241.num.20. Roland. cons.53.nu.39.& seq. lib.2.*

§.2. Statutum Bononiæ. *Rubric. de modo citat. faciend. §.adijcientes.* quod excludit ratificationem, vt dicit ibi *Monterent. in glos. ex Bald. in l. si vxorem. C. de condit. insert.*

DECLARATVR à Rota *in Bononien. pecuniaria. Vener.1.Mart.1602. coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis.44. in eius lib.1. in manuscr. incip. Quoniam sententia Rota Bononien. & in Recent.par.2.est decis.95. nu.4.* Quod non procedit dictum Statutum, quando non agitur de ratificatione, sed agitur de mandato, licet *Bald.* ibi *sub nu.3.* videatur velle, quod vbi Statutum requirit mandatū non admittatur habēs mandatum fictum, tamen non propterea excludi debet habens mandatum præsumptum; licet enim Statutum non comprehendat casum fictum, comprehendit tamen præsumptum, vt per *Curt.Iun.cons.4.num.17.* & Statutum non respicit productionem mandati, sed contentatur aliquid aliud fieri, quod in actis scriptū reperiatur, ex veniat admittendus, & si procurator, de quo agitur, multa iura produxit, multas protestationes fecit, videtur satisf. dicti Statuti intentioni. Quod etiam Rota dixit procedere parte opponente.

§.3. Sta-

§.3. Statutum Bononiæ. De contractibus cũ minoribus, & filijsfamiliàs faciendis, prohibet expressè suis subditis etiam extrà Ciuitatem, & districtum Bononiensem contrahere, nisi sub quadam forma. Licet autem dubitari soleat, An Statutaria dispositio liget suos subditos extrà forum. Tamen tollitur hęc dubitatio, ex quo dictum Statutum Bononiæ procedit vlterius tollendo fidem scripturis, & instrumentis aliter confectis etiam extrà territorium, ad latè tradita per *Tiraq. de legib. connub. glos. 8. n. 219. Rota in causa Bononien. contractus 29. Maij 1579. coràm Gantuccio. est decis. 104. part. 2. diuers.* dixit Statutum præfatum esse indubitanter obseruandum, sequitur eadem Rota *in alia Bononien. census Lunæ 17. Martij 1608. coràm Cardinali Marquemontio. est in Recentior. decis. 153.* Cum *Theodatus part. 2. vbi nu. 5.* dicitur quod ista minor forensis contrahens Romæ comprehenditur à *Statuto Vrb. lib. 2. c. 113.* cum respiciat solemnitatem, seu formam, sub qua minor debet contrahere non autem inhabilitet eius personam ex ibi latè adductis.

Quæ decisio fuit posteà confirmata *coràm eodem Marquemontio Ven. 20. Februarij 1609. est decis. 177. incip. Domini steterunt in decisis. in Recent. part. 1.*

Vtraquè decisio fuit deniquè confirmata *coràm Pegna Lunæ 15. Febr. 1610. incip. Informanto solum. est decis. 149. in eius manuscript. lib. 6.*

Super d. Statuto videatur *decis. 500. corã Buratto. in Recent. p. 2. incip. Mandatũ. vbi in fin. n. 8.* respõdet ad dictas decisiones *coràm Marquemontio, & Pegna.*

§.4. Statutum Bononiæ, quod in contractibus minorum requirantur solemnitates comprehendit etiam transactionem. *Put. decis. 4. de Constitut. Statutum Bononiæ.* Vbi dicit ita fuisse tentum *in vna* Bononien. *de Passijs 7. Maij 1549. coràm Ant. Aug.* allegatur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. n. 64. & seq.* Et meminit ipse *Ant. Aug. in suo Epit. tit. de transact. num. 14.*

§.5. Statutum Bononiæ *tit. de dot. restit. §. item dicimus.* dans electionem marito restituendi dotem in bonis immobilibus sibi datis æstimatis; loquitur in dubio, quando non constat bona fuisse data ex æstimatione, quæ faciat emptionem, secùs verò si fit certum fuisse translatum dominium bonorum in maritum. Prætereà *D. Monterentius Glossator Statutorum* dicit Statutum loqui, quãdo ab initio datur, vel confessatur dos in aliqua re immobili, secùs si dos promittatur in quantitate, & bona dentur in solutum, & fuit dictum *in Bononien. pecuniaria 1. Decemb. 1603. coràm Seraphino.*

§.6. Statutum Bononiæ. Quod mulieres debeant dotari arbitrio quatuor coniunctorum. Intelligendum est, quod non debeant arbitrari minùs legitima, quia in ea non est excessus, vel si non sufficit debent excedere. *Salic. in Auth. res quæ. nu. 2. C. commun. de legat.* Ita dixit *Rota in* Bononien. *de Beroaldis Lunæ 15. Decembris 1603. coràm Decano Coccino. est in Recent. decis. 66. part. 1. num. 10.*

Vbi etiam *nu. 11.* interpretatur aliud Statutum Bononiæ, quod vna soror debeat dotari, prout aliæ fuerunt dotatæ, nisi patrimonium sit diminutum. Non habere locum quando alia soror fuisset prædotata à patruo, secùs si à patre.

§.7. Statutum Bononiæ *lib. 2. Statutorum Ciuilium sub Rubr. de instrum. & actis inscriptis redigen.* Quo sancitur instrumenta debere prothocollari, vt fidem mereantur. Hoc Statutum quod fuit conditum de anno 1454. constare abijsse in desuetudinem potiùs, quàm fuisse obseruatum, neque videri vsu receptum, cum ex relatione Commissarij, cui eam rem explorandi curam Rota in infrascripta causa demandauerat, innotuisset plures Notarios consueuisse inserere instrumenta de quibus rogabantur in filtijs, quàm scribere in prothocollis, & proptereà non fuisse considerandam Statuti sanctionem, quàm dissuetudo aut non vsus abrogauerat. *Felin. in cap. 1. nu. 6. 10. & 13. de tregua, & pace. Menoch. decis. 5. de testam.* Ita dixit *Rota in Bononien. fideicommissi de Sancto Petro Veneris 9. Maij 1597. coràm Pegna Decano.*

§.8. Statutum Bononiæ *in Rubr. de prouisio. registr. in §. pactum præcarij.* permittit quod vigore pacti præcarij in instrumento positi possit quis propria auctoritate capere possessionem, & multò magis petere associationem, etiam contrà singulares successores, & possessores d. bonorum *Monter. in glos. d. Statuti in verb. alterius. Grat. in terminis respons. 37. num. 12. lib. 1. Bero. cons. 42. lib. 3. Ferrant. Gargiar. patroc. 23. ferè per tot. lib. 2.* Quod etiam de iure cõmuni permittitur. *Bart. in repet. l. 3. sub nu. 25. vers. sed pone quod debitor. part. 1. Put. decis. 444. n. 6. lib. 1. Menoch.* qui alios refert *de adipisc. remed. 5. num. 140. Rota in Bononien. de Zaualtis Lunæ 13. Iunij 1611. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 338. part. 1.*

§.9. Statutũ Mercatorũ Bononiæ circà præscriptionem annalẽ, & decẽnalẽ, de qua annali *in Rubr. 19. fol. 61. vers. Ancora statuimo.* Procedit tantummodo quando debitum probatur per librum, seu per scripturam, sed si per aliam probationem saltem semiplenam probaretur, cessat d. præscriptio, *vt in d. Rubr. 19. fol. 62. vers. Specificando, &c.* Vndè in casu decisionis infrà allegandæ, cum præter apocham adesset alia plena probatio, nempè descriptio debiti facta à debitore
1 in inuentario hæreditatis, † siue dubio probat contrà ipsum, & eius hæredes. *ad text. in l. fin.* & ibi notat. *C. de arbitr. tutel. Paris. cons. 45. nu. 10. lib. 2. Rot. decis. 71. nu. 3. & decis. 800. in princip. & nu. 22. vers. tertia difficultas. part. 1. diuers. Surd. cons. 290. num. 27.*

Præscriptio verò decennalis, de qua *in Rubr. 22. fol. 76. vers. Ma accid. &c.* quæ currit cõtrà apochas recognitas, confessatas, aut registratas in actis in contumaciam, de quibus *in d. Rubr. 22. fol. 75. & 76. vers. Per tanto. & vers. Ma che, &c.* procedit in duobus casibus, nempè quando apocha fuit reperta penès debitorem, quo casu illi fidem esse adhibendam statuitur, secùs verò in secundo casu, quando penès creditorem non inuenitur: Quando verò nec penès debitorem, nec creditorem reperiuntur est tertius casus, vt cum sunt deperditæ, vt erat in casu decisio-
2 nis, tunc sumus in terminis iuris cõmunis, quo † disponitur, quod instrumentum productum, & registratum in actis probet absquè productione originalis. *Dec. in cap. quoniam contrà. nu. 51. de probat. Felin. in cap. fin. in vltim. fallent. de fid. instrum. Couar. practic.*
3 *quæst. cap. 21. nu. 6.* † Quod etiam procedit vigore Innocentianæ, de qua in his terminis *Caputaq. decis. 354. num. 6. part. 2.*

Accedit quod dictæ præscriptiones annalis, & decemnalis vltrà temporis cursum, requirunt iuramentum debitoris in facto proprio de solutione, vt de annali *in dicta Rubr. 19. fol. 62. vers. Alle quali eccettioni, &c.* & de decemnali *in Rubr. 22. fol. 76. vers. Le quali eccettioni.*

Præ-

Præterea dicta Statuta locum habent in apochis à quacumquè persona scriptis, aut in recognitis, confessatis, seu registratis in contumaciam, non autem loquuntur de quibus, super quibus fuerunt latæ sentententiæ, seu facta decreta diffinitiua super illarum executione, prout erat in casu decisionis, vt propterea casus sit extrà dispositionem Statuti, & in-
4 tret ius commune, † iuxtà quod contrà talem sententiam, seu decretum diffinitiuum non præscribitur, nisi spatio triginta annorum. *l. sicut. C. de præscript. 30. ann. Bald. in Rubr. de præscript. num. 22. Felin. in c. inter Monasterium. in 16. limit. de sent. & re iudic. Balb. de præscript. in 4. part. 4. p. princip. q. 31. Achill. decis. 5. de præscript.* Et ita hæc duo Statuta Rota declarauit *in Bononien. pecuniaria Dotis Luna 18. Iunij 1612. coràm Manzanedo. est decis. 426. p. 1. in Recent.*

§. 10. Statutum Bononiæ *in tit. de Success. Liberorum.* Quod filia à patre dotata debeat esse contenta; Ex eo infertur, quod per cōsequens non potest conqueri, quod dos ad legitimam cum ascendat. *Bald. in Auth. Res quæ. nu. 16. & seq. C. commun. de legat. Socein. consil. 288. nu. 8. lib. 2. Ruin. cons. 56. nu. 3. & 8. lib. 3.* cum alijs adductis *in Bononien. Congruæ dotis Veneris 16. Febr. 1607. nu. 5. coram Card. Marquemontio est decis. 195. part. 2. in Recent.* Vbi etiam allegatur similis decisio *in causa Bononien. fideicōmissi de Ronco Lunæ 16. Ianuarij 1589. coràm Reuerendiss. Comitulo.* qui plures habet in hac causa Decisiones.

Et in d. Bononien. Congruæ dotis nu. 6. & 7. fuit etiam consideratum, quod filia erat spuria, & licet deleta omni macula posset petere legitimum, fuerat tamen in legitimatione habilitata ad succedendum in eo, quod pater illi relinquere volebat, & non alias, &c. & secundum veriorem sententiam non potest petere legitimam contrà patris voluntatē. *Gabr. cons. 24. nu. 15. lib. 2. Hond. d. cons. 89. nu. 60. lib. 1.*

Et talis legitimatio in ampla forma, cum restrictione quoad successionem, potest simul stare. *Gabr. de legit. conclus. vlt. nu. 3. Peregr. cons. 68. nu. 21. lib. 2. Rota in causa Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ Merc. 10. Maij 1606. coram Card. Lancellotto.*

§. 11. Idem Statutum Bononiæ *in eod. tit. de Success. Liberorum.* quod vult filias dotatas à parentibus contentas esse dote ab eis data.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Seraphin. decis. 666. Proposita fuit causa. nu. 4. vers. Non obstat Statutum.* Quod habet locum, vbi contra voluntatem testatoris aliquid vltrà dotem relictam petitur, secus verò quando ex coniecturata mente fit interpretatio secundum ipsius testatoris volūtatem, prout erat in casu decisionis; In qua pater testando constituerat dotem permittendo prò dote constituta alienationem bonorum fideicommisso subiectorum, & cum dos non esset congrua censuit Rota, quod pater idem permisisset pro augmento dotis necessario, cum hanc interpretationem etiam lex admittat, & sic eam etiam homo debet admittere. *Bart. in l. 1. C. de his quib. vt indig. Aym.* qui consuluit in hoc Statuto augmenti dotis. *cons. 291. num. 5.*

§. 12. Statutum Bononiæ, quod producens falsos testes cadat à iure suo. Circà quod fuit dubitatum, An productio falsorum testium, qui dicebant esse subornatos facta à procuratore constituto à suis principalibus, diceretur facta de consensu, & scientia principalium, & Rota *coram Accorambon. decis. 27. incip. Dubitatum fuit. part. 2. in fin.* tenuit affirmatiuè ex duplici Capite.

1 Primò † quia quādo dominus est præsens, & procurator producit iura, censetur ea habuisse de mandato domini. Adeòque etiamsi de mandato non constet ex hoc procurator præsumeretur, iuxtà doctr. *Innocent.* quàm sæpiùs Rota sequuta fuit *cap. ex parte decani. in fin. de rescript.* prout euenerat in præsenti casu.

Secundò propter varia allegata pro hac parte affirmatiua, licet ad illa etiam fuisset facta responsio, tamen vt dictum est Rota tenuit pro affirmatiua. Quia tamen dictæ rationes, & responsiones sunt in hac materia satis vtiles, placuit eas hic subijcere. Primò autem dicebatur, quod dicta productio erat
2 facta de consensu, & scientia principalium. † Quia præambula subornatione considerata, oriebatur præsumptio, quod actus explicatus, & consummatus
3 fuisset per subornantes, vel de eius mandato: † sicut præsumitur, superstitem occidisse, vel occidi mandasse eum, cum quo habuit verba, licet alter alteri conuicium dixisset. *Bald. in l. 1. C. de seru. fugit. per not. per Bart. in l. si quis mihi bona. §. sed*
4 *quid. de acquir. hæred.* † Maximè augetur ex breuitate temporis, quod intercesserat inter subornationem, & examen *ad text. cum glos. in l. si neutri. in fin. cum not. per Bart. in simili. in l. 1. §. fin. ff. quod vi aut*
5 *clàm.* † Præsertim quia procurator non poterat diuinare materiam, & testium nomina, & cognomina, nisi à principalibus fuisset informatus, argum. *not. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. & in l. sæpè. per Alex. de re iudic.*
6 Accedebat † quia actus, qui requirebat impensam per alium explicatus præsumebatur de mandato eius, cuius intererat *Bart. & Alex. in l. cum seruus. de*
7 *verb. oblig. Cassad. decij. 3. de procurat. nu. 4.* † Dicebatur etiam, quod principales fecerunt compositionem cum Fisco, & pœnam soluerunt quo casu, quando soluitur etiam minimum, ne super lite procedatur, intelligitur confessio delicti, pro quo soluitur. *l. facti. §. pactiis. de infam. Castr. in l. Atletus. §. itē si quis. eod. tit.* quia pecuniam non soluissent, nisi deliquissent, vt ibi per *Castrens.*

Vndè stantibus pluribus præsumptionibus, & con-
8 iecturis dicebatur, † sequi veram probationem secundum *glos. in l. 2. verb. legitimis. de excusat. tut.* Et maximè in crimine falsi, in quo sola suspitio habetur quoad hoc pro vera probatione. *Archid. & Gemin. in cap. in memoriam. 10. distinct. Alex. cons. 77. vol. 1. nu. 2. Marsil. cons. 74. 1. part. Capyc. decis. 30.*

Respondebatur exaduerso prædictis fundamētis,
9 Ad id, quod dicebatur, † quod procurator non poterat diuinare materiam, ergo principales informauerunt eum. Respondebatur quod potiùs ab alio, putà, ab aliquo sollicitatore habuisse notitiam, vel quod saltem non includebat, quod illi duo principalites informauerint, quia potuit vnus ex eis informare, argumento *l. non nudis. C. de probat.*

Præsuppositis etiam omnibus de quibus in pūcto, licet illi principales possent inquiri, & forsan tor-
10 queri, † quod non propterea sequebatur quod condemnari potuerint, quia requiritur productio, quæ palàm fiat, & in iudicio, vt potuerint puniri, præsertim quia non fuerant interrogati, an vellent vti, iuxtà doctr. *Bart. in l. Diuus. de fals.* Et dicebatur numquàm fuisse vsos dictis testibus, sed destitisse

ante

11 ante sententiam. † Et Statutum loquens de produ-
cente falsos testes intelligitur de producente, & per-
seuerante vsquè ad sententiam. Et ideò dicit *Castrēs.*
in l.3. §. si procurator. quod quisquè *tur.* & post eum
12 *Capic. decis.67.* † quod vt tali Statuto sit locus re-
quiratur declaratio principalis, quod velit vti, vbi
quod ita procedit *cons.* Signor. 231. quod exaduerso
allegabatur.

13. Neque † obstare dictum testium dicebatur, qui
dicebant esse subornatos tamquàm socij criminis;
Quia non probant nisi examinentur citata parte, &
cum tortura, vt per *Marsil. in §. alligentur. num.59.*
14 † Imò vt dicit *Quin. cons.146.n.8.vol.5.* non possunt
15 de subornatione interrogari. † Vlterius dicebatur
non obstare constitutionem procuratoris, quia non
intelligebatur habuisse mandatū ad delinquēdū. *l.1.*
§. si procurator. & ibi *Bart. si quis ius dicent. nō obtēp.*

16 Neque † gratiam, siue compositionem inducere
confessionem delicti. Quia dictum fuerat in suppli-
catione, vt *liberaretur à vexationibus, & molestijs,*
vt per *Paris. de Put. in tract. de Syndicat. in verb.*
17 *compositio.* † Nec esse verum, quod suspicio falsi
habeatur pro vera probatione ad condemnandum,
sed ad inquirendum, vt per *Archid. & Gemin. in cap.*
in memoriam. 10. distinct. Alex. d. cons.77. vol.1. nu.2.

18 Neque † similiter esse verum ex pluribus præsum-
ptionibus sequi probationem ad condemnandum.
Quia *glos. in l.2.* dicit id procedere ad excusandum,
19 non ad condemnandum, † quia nemo ex præsumptio-
nibus condemnatur. *Oldrad. cons.242.*

20 Neque † cumulari posse prædictas præsumptio-
nes, cum in genere suo sint imperfectæ. *Gandin. in*
tractat. Malefic. in Rub. de Iudi.

His tamen responsionibus, ad partem affirmatiuam non obstantibus, Rota tenuit in contrarium, vt dictum est suprà in principio.

§.13. Statutum Bononiæ *sub Rubr. de Successionibus ab intestato Ascendent. & Collateralium. §. Agnati quoquè masculi. lib.4.*

ROTA *coràm Card. Caual. in decis.346. Postquàm sub die. num.3.* Dixit in hoc Statuto non reperiri casum de quo contrauertebatur, videlicet, An sorores excludant natum ex alia sorore prędefuncta. Et quod propterea remanebat sub dispositione iuris communis, secundum quam repræsentat matrem præmortuam, & concurrit in successione auonculi cum materteris, & patruo *Auth. cessante. C. de legit. hered.* Et quod ita in terminis fuit dictum in *vna Bononien. successionis 10. Martij 1597. incip. Ad successionem coram Corduba. Est decis.109. in eius libr. in manuscript.*

Quod etiam tradit *glos. d. Statut. in verb. admittantur.* ponendo casum de quo agebatur in Decis. quando concurrunt patruus, soror, & nepos ex sorore præmortua.

§.14. Statutum Bononiæ, disponens quod bona decedentium ab intestato non habentium cognatos, vel agnatos vsquè ad quintum gradum, deueniant ad Fabricam S. Petronij.

DECLARATVR hoc Statutum à Rota, vt per *Guidob. decis.111. in manuscr. incip. Agebat fabrica.* Quod onus probandi non extare aliquem intrà dictum gradum non spectat ad fabricam, sed ad eum, qui prætendit se esse cognatum, vel agnatum intrà dictum gradum. Quia fabrica habet intentionem fundatam super dicto Statuto, quod habet fabricam pro herede post quintum gradum.

Et allegando istam negatiuam, quod non extant agnati, nec cognati intrà dictum gradum, videtur habere fundatam intentionem suam per *glos. in l. cum de lege. ff. de probat.*

Et quod defunctus decessisset intestatus præsumitur, cum condere testamentum sit quid facti, quod non præsumitur. Qui verò exaduerso allegat se esse cognatum, vel agnatum intrà quintum gradum, cum sit quid facti debet illud probare, aliàs succumbit propter Statutum, quod vocat fabricam.

§.15. Statutum Bononiæ *in Rubr. de appellat. in §. prætereà.* permittens appellationem, cum generaliter loquatur, generaliter etiā debet intelligi tàm quoad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum. *Rota coram Decano Rubeo in Bononien. bonorum, & attentatorum Lunæ 21. Aprilis 1561. incip. Fuit dubitatum quoad Statutum.* Vbi dicitur quod placuit Rota *consil. Grat. vltim. lib.2.*

Hanc Decis. sequitur Rota in *alia Bononien. bonorum de Pratis Lunæ 28. Nouembr. 1594 coram Orano. Est decis.258. in eius lib.2. in manuscript. incip. In vna Bononien.* Vbi habetur, quod præfatum Statutum habet locum in quocūquè possessorio tàm adipiscendæ, quàm retinendæ, vel recuperandæ ad vtrumquè supradictum effectum tàm deuolutiuum, quàm suspensiuum, vt per *Grat. d. consil. vlt. lib.2. Bero. quæst.91. & in Rubric. de appellat. nu.35. cum seq. & cons.110. nu.16. lib.3.* Idem tenuit Rota *coràm Robusterio in Romana bonorum Emphyteoticorum Lunæ 27. Maij 1567. & in alia Bononien. attentatorum coram eodem Orano Veneris 12. Maij 1595. Est decis.285. in eiusdem lib.2. in manuscript. incip. Statutum de appellat.*

Estque id attendendum etiamsi sententia, cuius vigore in executione fuit capta possessio, lata fuit Bononiæ, quia cum appellatio sit de appendicijs primæ instantiæ. *l. inuitus.* & ibi *Ias. nu.3. vers. secundò collige. C. de procurat.* ideò subiacet Statutis fori in quo fuit interposita. *Archid. in cap. non ita. sub nu.2. 2. quæst.6. Abb. in cap. Ecclesia S. Mariæ. nu.19.* & ibi *Felin. sub n.55. de constit.* Nec ab attentatis excusat Constitutio Ægidiana, quia scilicet hæc sit cōstitutio generalis totius Prouinciæ, tamen non habet locum in Ciuitate Bononiæ, vbi viget particulare Statutum. *Bald. cons.205. nu.5. lib.1. Socin. cons.79. nu.24. lib.4. Rota in allegatis decisionibus coràm Orano, & Robusterio.* Et in illa coram *Orano* vlterius habetur hoc procedere etiam quod appellatio fuerit interposita in iuditio summarijssimo; quia Statutum loquitur generaliter in quocumquè possessorio. *ad Grat. d. cons. vlt. num.18. lib.2.*

Quod procedit non obstante, quod sententiam obtinens sit forensis, quia si egit coràm Iudice Ecclesiastico est seruanda dispositio iuris Canonici, ex præscripto dicti Statuti etiam quoad facultatem appellandi, tit. quomodo, & qualiter forens. agent. ius redd. per quam datur appellatio in quocumquè iuditio possessorio. *Clem.1. de caus. poss. & propter. Abb. in c. cum ad Sedem. de restit. spoliat. Curt. Iun. cons.168. nu.3. Achill. Personal. de adipisc. possess. nu.344. Rota in d. Bononien. attentatorum Vener. 12. Maij 1595. coram Orano.*

☞ Hoc idem notauimus suprà *Part.I. ad Rubeum. in d. decis. Bononien. fol.458. col.2. in prim. impress.*

§.16 Statutum Bononiæ fori Mercatorum. *Rubric. 19.*
sub

sub tit. In che modo si debbia dar fede alli libri. In quo videtur expressè data forma retinendi libros etiam memoriales,& de recordi,nempè. Quod debeant intitulari, assoliari, signari cum declaratione, ad quem finem dictus liber teneatur, & cum deputatione personæ, quæ in eo scribere debeat, quibus non seruatis libri fidem non habeant.

DECLARATVR à Rota *in Bononien. Landi Veneris 5. Iunij 1615. coràm R. P. D. Pirouano. incip. Placuit Dominis. Est decis. 712. part. 2. in Recent.* vbi *nu. 1.* dicitur,quod sensum huius Statuti Domini intellexerunt, quando agendum esset de fide danda libris ad fauorem scribentis contrà tertium, vt eo casu non obstante. *l. instrumenta. l. exemplo. C. de probat.* possit Statutum dare fidem libris Mercatorum sub certa forma retentis, secundum veriorem opinionem de qua per *Salyc. in d. l. exemplo. Bald. in l. cunctos populos. nu. 16. C. de Sum. Triuit. & Fid. Cathol.* Secùs verò vbi non agitur de interesse tertij, sed solum ipsorum sociorum.

Et *num. 5.* Eodem modo declaratur idem Statutum. *in vers. Ma questo vogliamo habbia luogo, &c.* de partitis non relatis in dictis libris, nihilominus quod adnotari debeant negotio perfecto ex dispositione eiusdem Statuti. Quod non procedit quando non agitur contrà tertium,sed inter socios, qui passi sunt scienter per ministros apothecę ita confici, propterea non potest impugnari propter præsumptum mandatum, etiamsi Statuto caueretur, quod tali scripturæ fides non adhiberetur, *ex Bald. consil. 98. in fin. lib. 2.* sequitur *Crauett. de antiquit. temp. part. 1. §. quæritur etiam in hac materia. num. 77. Stracc. de Mercatur. part. 2. num. 65.*

§. 17. Statuto Mercatorum Ciuitatis Bononien. auctoritate Apostolica confirmato, cauetur, & mandatur Consulibus ipsorum, vt à Collegio Notariorū schedam descriptorum Notariorum in ea petant, ex qua quolibet anno duos annuos Notarios, & non plures rogandis,& describendis eorum actibus per fabas eligere habeant. Quod non obstante longa eius obseruantia, cum de anno 1583. per dd. Consules innouari contigisset, assumptis non aliter petita scheda loco duorum Notariorum quatuor ad eorum beneplacitum permansuris. Quod tamen à Consulibus non potuit innouari stante confirmatione Statuti diuturna consuetudine præscripti non potuit illud per Consules Mercatorum in præiudicium Collegij Notariorum reuocari, vel aliquo pacto immutari. *l. ap. allegat. 86. nu. 3. Felin. in cap. cum accessissent. nu. 4. de constit.* Immutato verò non potest tergiuersari, nam electio Notariorum annuè fieri solita redacta fuit ad Consulum beneplacitū, quod sapit perpetuitatem. *Felin. in cap. ex literis. nu. 9. vers. si autem Iudex. de constit. Ias. in l. 2. nu. 3. limit. 5. de in ius vocand.* & à duobus ad quatuor Notarios fuit extensum. Nec suffragatur Consulibus facultas, siue licentia in eisdem Statutis sibi data iuxtà temporum varietatem illa immutādi, & corrigēdi. Quia facultas huiusmodi operatur circa præiudicium Collegij Notariorum, licentia enim Principis intelligitur sine præiudicio tertij. *Natt. consil. 104. in fin. lib. 1. Roland. cons. 45. nu. 13. lib. 4.* Maximè cum Collegij ius non modo fundatum repetiatur in Statuto, sed etiam in diuturna consuetudine ex qua potest titulum allegare. *Roland. cons. 66. nu. 48. lib. 2. Bellon. cons. 1. nu. 6. Rota in Bononien. Innouatorum Mercurij 26. Aprilis 1589. coràm Orano.*

Ab ista decisione Rota recessit *in eadem causa sub die Veneris 16. Iunij 1589. coram eodem.* Quia Collegium Mercatorum fundat suam intētionem in dispositione iuris communis, quo quemadmodum cætera licita Collegia, potest nedum Statuta condere, sed ea per additionem, vel detractionem moderari. *l. 2. in fin. vbi glos. & Bald. C. de constit. pecun. Bart. in l. omnes populi. n. 6.* & ibi *Ias. n. 37. de Iust. & Iur. Anchar. in repet. cap. canonum statuta. n. 94. de constit.* Itaquè deputatio quatuor Notariorū loco duorū per Consules Mercatorum facta ad suum beneplacitū, etiamsi aliter nō fuerit petita à Collegio Notariorū scheda, sustinetur, cum petitio huiusmodi, & deputatio Notariorum, tàm respectu temporis, quàm numeri ius considerabile Notariorum non respiciat, iuxtà trad. per *Sarn. ad regul. de iur. quæsit. quæst. 3.* Nam petitio schedæ fuit solum facta, vt ex descriptis in ea posset Collegium se informare, qui futuri essent habiliores pro eorum gestis describendis, non autem vt in alia positione fuit præsuppositum, quod adsit obligatio præcisa eligendi duos ex Notarijs in scheda coptehensis, cum notatis in scheda possit alios addere, & ex eis aliquos nominare, quorum opera ad vsum rerum suarum vtatur. Nec contrarium suadet confirmatio Papæ, imò in specie confirmat vnum particulare Statutum, quo iuxtà temporum varietatem conceditur Statutarijs facultas illa corrigēdi, adeò quod mutatio, & correctio quando fit auctoritate Apostolica valida iudicatur. *c. si Apostolicæ. de præbend. in 6. Abb. in cap. cum venissent. nu. 2. de constit.* Vndè ista facultas sine præiudicio tertij, cum Collegio Notariorum non competat aliquod ius ex alia causa, quàm Statutorum, & sic dicto Collegio nulla fit iniuria. *ad Paris. cons. 16. num. 30. & cons. 70. nu. 4. lib. 1.* Et cum omnes actus fuerunt facti vigore Statuti, cessat ius quæsitum Notarijs ex Capite consuetudinis. *Aym. cons. 197. num. 12.*

§. 18. Statutum Bononiæ fori Mercatorum *cap. 71.* de alienationibus factis ante annū decoctionis, vti fraudulentis, & factis in præiudicium creditorum, etiam alio non apparente præsumi tales, quod tamen cessat, quando ex rationabili causa facta apparent, vt etiam in dicto Statuto habetur, & dictarum alienationum iudicium pendet ab arbitrio, quod debet à iure regulari. Non enim potest annullari, quando alienatio fuit facta ad satisfaciendum, maximè quando idem fuit dictum in ipso instrumento alienationis. Et bona fides apparet, quando pretium fuit iustum. Item quando alienatio fuit facta ad fauorem creditorum, in instrumento nominatorum, quibus integrum pretium solui debebat. Item si nulla fuit causa simulādi, sine qua, etiam quod concurrant pro ea coniecturæ, cessat omnis simulatio. *Rota in Bononien. bonorum Veneris 27. Iunij 1597. coràm Orano. Est decis. 429. incip. Cæsar, & fratres. lib. 3. in eius manuscript.*

§. 19. Statutum Bononiæ, siue fori Mercatorum dicti loci. *fol. 76. in §. Ma che quando, &c.* volens apochas executioni demandare donec penès creditores fuerint repertæ, non autem si penès debitorem, quo casu nullam eis statuit esse fidem adhibendam, non habet locum quando apochæ nec penès creditorem, nequè debitorem fuerunt repertæ, sed fuerunt deperditæ, cum tamquàm casus omissus remaneat in dispositione iuris communis. *l. commodissimè. ff. de liber. & post-*

posthum. Rota in Bononien. pecuniaria Lunæ 3. Martij 1614. n. 4. coràm Mazanedo. est decis. 569. p. 1. in Recēt. Vbi fuit dictum esse adhibendam fidem apochæ in actis productæ, & parte citata recognitæ, & dimissa copia collationata restitutæ, cum copia collationata probet etiam quod posteà originalia non reperiantur, vt dicitur num. 1. & 6.

Circa Statutum Ciuitatis Castelli.

SVMMARIVM.

1 *Mariti consensus requisitus à Statuto in testamento vxoris, probatur ex mariti præsentia, & ex lapsu multi temporis, etiam in præiudicium tertij.*

§. 1. STatutum Ciuitatis Castelli requirens in testamento vxoris præsentiam, & consensum mariti, de eo constare dixit *Rota in Ciuitatis Castelli bonorum Veneris 18. Martij 1611. coràm Card. Marquemontio. est decis. 336. la prima. in Recent. à num. 3.* ex præsumptiua præsentia, cum Statutū non disponat, quod presentia, & consensus in testamento enuncietur, cum sufficiat quod de illis vndecumq; è constet, vt in eadem causa *coràm Card. Millino* fuerat resolutum.

Neque obstare multiplicationem præsumptionum, ex præsumpta præsentia, consensum præsumptum, cum vna veniat in consequentiam alterius. *Put. decis. 36. lib. 2.*

Præsertim cum in præsenti casu consensus præsumeretur ex cursu triginta annorum. ex trad. per *Lamberteng. de contract. mulier. glos. 7. num. 54. Tiraq. ad ll. connub. glos. 7. nu. 39. & seq.* præsertim. *num. 44.* vbi de communi. Etiam in præiudicium tertij, quamuis secùs esset in decemnio, vt per *Lambert. vbi sup.*

Nec facit, quod consensus probatio debet esse vera non præsumptiua, vbi Statutum desiderat consensum, & præsentiam copulatiuè, vt per *Ruin. consil. 159. nu. 1. vol. 5.* quem refert, & sequitur *Lamberteng. vbi sup. glos. 4. quæst. 3. nu. 7.* Quia *Ruin.* apertè loquitur in Statuto prospiciente integrationi personarum; secùs in Statuto quod prospicit præiudicio alicuius putà mariti, & filiorum, & requirente hanc solemnitatem vt actus fiat, non autem vt sic fiat. *Bald. cons. 6. lib. 2. Gabr. cons. 2. per tot. lib. 1.*

Nec vlteriùs obstare, *ex Bart. & alijs in l. qua dotis. ff. solut. matrim.* quod consensus vbi requiritur propter præiudicium tertij debet esse expressus, nec sufficit præsumptus. Quia *Bart.* & alij loquuntur de consensu, qui elicitur ex sola taciturnitate, secus si ex temporis diuturnitate, vt per *Ruin. cons. 111. n. 6. lib. 4. Dec. cons. 409. num. 7.* Et quandò cum temporis cursu plures aliæ concurrunt præsumptiones.

Circa Statutum Cæsenæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Cæsenæ excludens fœminas à successione, an censeatur excludere à successione legitimæ, & cum loquatur ab intestato, an procedat condito testamento.*

§. 1. STatutum Cæsenæ à successione excludens fœminas, licet eas excludat propter existentiam masculorum. *Dec. cons. 331. in princip.* & censeatur
1 easdem à successione † legitimæ excludere, quando incipit ab exclusione (quale est d. Statutum Cæsenæ de quo in præsenti decisione agebatur) iuxtà distinctionem *Castrens. in l. Titio centū. §. Titio genero. n. 8. vers. ego plu ies. ff. de condit. & demonstr.* quem multi sequuntur *ad Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 22. nu. 46.*
2 *vers. verum tamen.* Nihilominus † Statutum huiusmodi loquens ab intestato non procedit condito testamento, & sic non prohibet quo minùs pater possit suis filiabus, & neptibus pro legitima relinquere, & illas etiam hæredes instituere, vt in casu proposito euenit. *Alex. cons. 131. nu. 2. vers. vndè propter hoc. vol. 1. Paris. cons. 53. nu. 79. lib. 3.* Et censetur testator voluisse neptem vti suam agnoscere voluisse, quando
3 ei legauit cum nupserit pro dote, quò fit vt † legatum succedat loco legitimæ. *Soccin. cons. 25. num. 3. lib. 3. Paris.* vbi proximè. *nu. 8. Grat. cons. 160. nu. 35. lib. 2. Rota in Cæsenaten. Legati Lunæ 20. Febr. 1591. coram Gypsio.* Vbi quod idem Domini voluerunt in causis *Albanen. legitimæ, & Romana Legati de Lante,* allegatis.

Et quando eidem nepti testator interim alimenta reliquit, censetur etiam grauamen à dote prælegata
4 relinquere voluisse, & consequenter eam loco † legitimæ succedere, vt post *Anchar. cons. 323.* animaduertit *Mantica vbi suprà. num. 23.*

5 Nec obstat, quod † Statutum etiam procedere possit condito testamento. *Alex. Dec. & alij. in l. si emancipati. C. de collat.* cum legitima sit portio debita ab intestato. *Glos. & Doct. in Auth. nouissima. C. de inoffic. testam. & in cap. Raynutius. de testam.* & testator hoc pacto pro dote legando censeatur se cum Statuto conformare. *Bart. in d. §. Titio genero. num. 6.* cum alijs.

6 Quoniam prædicta † locum haberent si filia, vel neptis impugnarent testamentum, & sic veniret contrà voluntatem patris, vel aui, secùs quando iuxtà dispositionem patris ad dotem agit, vt dicitur *in d. Cæsenaten.* & fuit dictum *in vna Bononien. fideicommissi Veneris 1. Iunij 1584. coram Card. Seraphino.*

7 Nec obstat, † quod Statutum excludat fœminas nedum à successione, sed etiam à legitima. Quia Statutum debet intelligi de illis fœminis dotatis, quibus vltrà dotem prohibet aliquid petere occasione legitimæ, *vt in d. Cæsenaten.*

Circa Statutum Fanense.

SVMMARIVM.

1 *Dotis lucrum debetur etiam de dote promissa non obstante quod Statutum generaliter, & simpliciter de dote loquatur.*

§. 1. STatutum Fanense de Dote, † licet loquatur de
1 dote data, tamen cum eius Rubrica loquatur simpliciter, & generaliter de dote, maritus lucrabitur tertiam partem dotis promissæ, & non solutæ. *Ias.* post *Bald.* quem allegat *in l. 1. num. 9.* Vbi etiam *Dec. nu. 5. in fin. Purpur. nu. 32. Alciat. nu. 7. ff. si cert. pet. Corn. cons. 65. num. lib. 1. Caphal. inter consil. Pauli Leonij cons. 4. nu. 14. Menoch. præsumpt. 1. n. 21. lib. 6.* quos referendo sequitur *Rota in Fanen. Lucri dotis Lunæ 3. Iulij 1600. corā Sanctiss. Ludouis. est decis. 5. in eius lib. 1. in manusc. incip. Contracta fuerūt.* & habetur *decis. 31. in Recent. p. 2. n. 1. in eius impress. decis. 5.*

2 Et hoc ea ratione, quia verba † Rubricæ generalia habentia orationem perfectam, ad decisionem causarum possunt allegari, & non restringuntur à nigro specialiter loquente. *Glos. in l. 1. C. de capit. ciui. lib. 11.*

Castr.

Castr.cons.83.nu.4.lib.2.Alex.cons.1.n.7.lib.4. & *in l.1.nu.4.* vbi etiam *Dec.nu.4.* & *seq. Curt. Iun. nu.5. ff.si cert. petat.Paris.53.num.99.* & *seq. lib.3. Aym. cons.61.num.1.*

3 Ad quod facit simile de Statuto, † quo cauetur, vxore in matrimonio copulata pro decedente maritum lucrari dotem, quia habet locum, quando stat per mulierem quò minùs copuletur. *Bald.in l.nõ fine. nu.1.in fin.C.de bon.quæ liber.Paul.de Castr.cons.184. in fin.lib. 1.Boer. decis.22.nu.39.Roland.de lucr.dot. quæst.7. num.7.*

4 Nec obstare, quod † Statutum deferat lucrũ conditionaliter marito, si onera matrimonij sustinuerit, quia sufficit quod per modicum tempus sustinuerit. *Castr.in l.si marito.§.1. nu.2. ff. solut. matrim.* Conditio enim sufficit, quod aliquando etiam momento extiterit. *l.si quis hæredem.C.de instit.* & *substit.l.hæredibus. in princip. ff.ad Trebel. Ruin. cons.89. nu.8. lib.4.* & quod in simili fuit dictum *in vna Clusina dotis 17.Ianuarj 1598.coram Peregrino.*

Circa Statutum Fauentinum.

SVMMARIVM.

1 *Mater si excludatur à Statuto propter agnatos, intelligitur dummodo agnati succedant.*

§. 1. Statutum Fauentiæ sub Rubric.De successionibus ascendentium, excludens matrem à successione filij propter agnatos, non habet locũ,quando adest patruus claustralis, qui non gaudet beneficio Statuti, & reducit successionem ad terminos iuris communis, secũdum quod successio filij ab intestato defuncti ex S.C.Tertylliano spectat ad matrem,quæ præfertur patruo, & alijs agnatis *l.2. ff. ad Tertyll. Auth.* defuncto. *C.eod.tit.§.sed cum antea.Instit.eod. Signorol.cons.6.nu.2.Dec.cons.71.nu.1. in princip.* & fusè hoc demonstratur *in Fauentina successionis 24. Ianuarij 1603.coram Card. Pamphilio.habetur in Recent.decis.59.part.1.* vbi *nu.4.* exponitur, quando d. conclusio non procederet.

Circa Statutum Ferrariæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessio defuncti, si vigore Statuti censeatur continuata in hæredem, quomodo tale Statutum intelligendum sit.*

2 *Possessio defuncti, si hoc Statutum disponat, vt censeatur continuata,* & *translata in hæredem,quando cesset.*

3 *Statutum prohibens appellationem dicitur respicere decisoria iudicij,* & *forensis non potest eo iuuari.*

§. 1. Statutum Ferrariæ *lib.1.cap.82.* quod possessio defuncti censeatur translata, & continuata in hæredem.

Siquis prætendit se hæredem ex alio *d. Ciuitatis Statuto lib.2.cap.139.de Successiõn. ab intest.* Et propterea quod in eum sit translata, & continuata possessio, tenetur pro fundamento suæ intentionis contrà possessores hæreditatis prius iustificare se esse verum hæredem cum omnibus qualitatibus requisitis per Statutum, quod cum sit correctorium iuris communis intelligitur propriè, & strictè de eo qui probat se verum hæredem. *Bald.cons.141.num.3.* & *sequent.* & *cons.181.ad fin.lib.1. Menoch.de adipisc. remed.4. nu.859.* & *seq.* & fuit dictum *in causa Romana, seu Amerina domus coràm Cantuccio. est decis.34. nu.21.* & *seq. part.2. diuers.* & *in Romana de Lucatellis 30. Octobris 1609. coràm Reuerendiss. Decano Coccino.* Et quæstio hæreditatis in isto casu non est incidens, sed principalis, & respicit causam proprietatis, vt post alios trad. *Laderch.Imol.cons.67.nu.10.vers.nec mirum.* Vbi etiam dicit,quod causa immissionis in eo plenè ventilari debet, & si feratur sententia contrà rerum conuentum, datur appellatio *Menoch. de adipisc. d.remed.4.num.859. post Bald. in Rubr.de caus. poss.* & *propr.nu.13. vers. sed numquid alius. Rota in Ferrarien.bonorum de Tassonis Merc. 26. Iunij 1613. coràm Pamphilio. num.11.* & *12. est in Recent. decis. 513. part.1.*

§. 2. Statutum Ciuitatis Ferrariæ *d. lib.1. cap.82.* quod possessio defuncti censeatur continuata, & translata in hæredem.

Non habet locum in bonis feudalibus,& emphyteoticis præsertim Ecclesiasticis, ita tenet *Cuman. cons.173.ad fin. Marc.Brun.* qui loquitur de Statuto Ferrariæ *cons.62.nu.1.* & hanc opinionem sequuta est Rota in terminis dicti Statuti Ferrariensis *in causa Imolen. bonorum 10.Apr.1592. coràm Card.Pamphil.* vt dicitur *in causa Ferrarien.bonorũ de Tassonis Mercurij 26. Iunij 1613. coràm Pamphilio. num.12. est in Recent.decis.513.part.1.* Vbi etiam dicitur,quod potest dubitari, an dictum Statutum afficiat fœminas forenses, quod est valdè controuersum inter *Doct.*

§. 3. Statutum Ferrariæ *lib. 2.cap.66.* quod à sententia in causa appellationis lata, siue in totum confirmatoria primæ,siue in parte; in parte in qua illi conformis est, non licet appellare, de nullitate dicere, vel restitutionem petere,&c.

DECLARATVR à Rota *in Ferrarien.pecuniaria Veneris 14. Martij 1614. num.2. coràm Buratto. incip. Latis Ferrariæ. est decis.529.in Recent. part.2.*

1 Quod hoc † Statutum videtur respicere decisoria. *Franc.cap.si duobus.§.deniquè.nu.4.vers. sed Statutum.de appellat. Aret.in c.quod clericus.n.11.* & *seq. de foro compet.Soccin.cõs.195.n.2.lib.2.Dec.in c.Ecclesia S.Mariæ.n.157.de constit. Gozad.cons.76.n.15.*

2 Et quod propterea non potest eo iuuari † forensis licet fuisset litigatum Ferrariæ, cum in decisorijs non attendatur locus iudicij. *Bald.in l.1.nu.58.* & *59.C.de Sum.Trinit.* & *Fid. Cathol. Alex.cons.164. nu.3. lib.6. Marzar.cons.9.nu.9.* Et in hoc ipso Statuto Ferrariæ. *Dec.cons.97. in princip. Hippol. Riminald. cons.450. nu.9.lib.4.* & *Bertaz.cons.5.in princip. vol.1. crimin.*

Circa Statutum Firmanum.

SVMMARIVM.

1 *Soror in dote materna succedit pro virili, vnà cum fratribus ex eadem matre, licet ex secundo viro, non obstante Statuto Firmano.*

§. 1. Statutum Firmanum *lib 3.cap.44.* circà Successionem, non obstat quò minùs soror in dote materna succedat pro virili, vnà cum fratribus ex eadem matre, licet ex secundo viro, vt tenuit Rota *in Firmana pecuniaria Lunæ 27. Ianuarij 1614. coràm Card. Verospio. est decis.563. part.1.in Recent.*

Vbi quod idem fuerat in eadem causa dictum 10. *Iunij 1613. coràm eodem. est decis.461. in Recentior. part.2. à num.2.* & *sub num.2.* & *3.* declaratur eiusdem Statuti Rubric.49.

Circa

Circa Statutũ Consulatus Florentinorum.

SVMMARIVM.

1 *Florentinos solummodo negocia in Vrbe exercentes obligat Statutum Consulatus Florentinorũ de Vrbe, & ad hoc, vt eos obliget, quid requiratur.*

§. 1. STatutum Consulatus Florentinorum de Vrbe, editum,& confirmatum à felic. rec. Leone X.
1 Paulo III. & Pio IV. † obligat solummodo Florentinos negocia in Vrbe exercentes ad retinendũ quartam partem, quibus dicta Statuta fuerunt intimata, eorumquè obseruantiam iurauerunt, sub certa forma
2 præscripta *in Cap.3.& 15.dicti Statuti.* † Et ita quod d.Statuta non possunt suffragari Consulatui, quando non docet, prout debet, aliquem Mercatorem retinuisse d. quartam, notitiam habuisse contentorum in d.Statuto, ac iurasse iuxtà illorum dispositionem. *ad Bart. in l.1. §.quod ait Prætor. ff.ne quid in flum. publ.Dec.conf.520.n.11. Surd.conf.248.n.19.* Maximè stante Statuto exorbitanti à iure communi. *Glos. in Clem.fin.de rescript.Crauett.conf.313. sub nu.1. Becc. conf.53.nu.9. in fin.* Quos refert, & sequitur *Rota in in Romana Consulatus Lunæ 16. Martij 1615. coràm Dunozetto. est dec.660.* (& per errorem impressa dicitur 700.) *incip. Cum Dominus Bartholomæus.in Recent.part.2.num.2.*
3 Consolatui etiam in casu † contrauentionis, & inobseruantiæ contentorum in d.Statuto, competit solum actio ad pęnam ibi impositam in *Cap.20.* & alijs locis, non autem ad integram summam dispositam,
4 cum solutio † pęnæ liberet à contrauentione, ũt in terminis similis Statuti decidit *Rota in Romana Horti Merc.27.Iunij 1607.coràm Card.Caualerio.est decis.8. in eius lib.1.in manuscript. incip. Censuerunt Domini diuisionem.* Vbi hoc dicitur de Statuto Hortulariorũ.
5 † Regulariter enim solutiò pęnæ æquipollet obseruantiæ Statuti, seu contractus. *Rota diuers.decis.15. nu.6. part.1.* Vbi dicitur, quod hoc procedit, quando pęna succedit loco rei.
6 Et dicitur *num.4.* Statutum præfatum dici posse propriè inuitatorium respectu eorum, qui volũt gaudere Priuilegijs, & fauoribus Vniuersitatis Nationis Florentiæ in dicto Statuto concessis, non autem præcisè coactiuum didi posse.

Circa Statutum Florentinum.

SVMMARIVM.

1 *Administratores negocij per viam Accommandita, licet in solidum teneantur aduersus omnes creditores, non tamen est resolutum, quod teneantur insolidum pro damnis contingentibus.*
2 *Statuto Florentiæ sub Rubric.115. disponens quod ætas 18. annorum completorum sit legitima ætas an censeatur derogatum per aliud Statut. Florent. sub Rubr.15.*
3 *Creditor decocti quando non possit molestari ab alijs creditoribus.*

§. 1. STatutum Florentinum Rubric. Decima. disponens, quod administrans in negocio erecto per viam Accommanditæ teneatur insolidum aduersus omnes creditores pro quacumquè summa. Accommandantes verò pecunias nonnisi pro quantitate immissa. Ex quo videtur inferri, quod administrans sit dominus negociorũ, cum damna,& vtilia sequantur eius obligationem, non autem Accommandantium, qui pro rata participant tantum de lucris, vel damnis contingentibus.

DECLARATVR à Rota istud Statutum *in Romana Accommandita Merc.10. Decebr.1614.coràm Pirouano. num.8. est in Recentior. decis. 640. part.1.* præter responsiones datas *in eadem causa sub die Lunæ 13.Ianuarij 1614. coràm eodem Pirouano. est in d.Recent. part.1.decis.554.* Quod Statutum disponat quidem, quod Administratores remaneant obligati insolidum aduersus creditores pro quacumquè summa, sed adhuc non esse resolutum, quod soli administratores insolidum teneantur pro damnis contingentibus, quia de hoc inter Accommandantes,& Administratores in Statuto nullum verbum, sed dispositioni iuris relinquitur requirentis, vt inter socios seruetur æqualitas. *l.3.C.pro soc. Card.Mant. de contract.lib.6.tit.6.nu.20.& tit.14. nu.3. & 4.* Cum alijs multis *n.9.& seq.* doctissimè, vt solet cumulatis.

§. 2. Statutum Florentiæ sub Rubric.115. in quo disponitur. Quod ætas octo, & decem annorum completorũ cuiuslibet sit, & esse intelligatur legitima ætas.

Cui Statuto non censetur derogatum, per aliud Statutum Florentiæ sub Rubric.15. in quo cauetur. Quod pupilli existentes sub cura Magistratus Pupillorum non possint obligare propria bona etiam quod sint maiores octo, & decem annorum, nisi fuerint in vigesimo secundo eorum ætatis anno. Quia illud Statutum est generale, & hoc speciale, & limitatiuum, ita vt non prohibeatur vtrumquè valere; speciale namquè in suo casu, generale verò in alijs casibus, vt post *Felin. Alex. & Bero.* firmat *Honded. conf.9.nu.19.& 44.lib.2.& Rota coràm Sanctis, Ludouis.decis.260.nu.4. incip. Transactionem.* sequitur referendo *Rota in Florẽtina pecuniaria Mercurij 27. Ianuarij 1616. coràm R.P.D.Pirouano. Est decis.776. part.2. in Recent.*

§. 3. Statutum Florentinum, quod vult, vt si tempore decoctionis alicuius eius bona mobilia, & nomina debitorum,& similia reperiantur penès aliquem creditorem, saltem per duos dies ante decoctionem, non potest ille creditor molestari ab alijs creditoribus habentibus hypothecam.

DECLARATVR à Rota *in Florentina, seu Parisien.pecuniaria Lunæ 17. Nouembris 1614. coràm Decano Coccino. est in Recent.decis.595.p.2.* vbi *num.8.* dicitur, non esse clàrum, quando dictum Statutum solum loquatur in Mercatoribus, prout videntur dicere eius verba. Et quod dictum Statutum cum loquatur per hæc verba, *Se al tempo del fallimento di alcuna persona.* Et inferius, *per doi giorni, ò più auanti che si scopra il fallimento,&c.* Quod sit intelligendum de decoctis fugitiuis, vel qui foro cesserunt, quia cum sit contrà ius debet strictè,& propriè interpretari. *Dec.conf.38. col.fin. nu.7. vers.sed tamen.* Et quod ista hoc Statutum intelligit Rota Florentina.

Circa Statutum Terræ Gualdi.

SVMMARIVM.

1 *Statuta exclusiua fœminarum, quando dicantur fauorabilia, & quando odiosa.*

§. 1. STatutum Terrę Gualdi sub Rubr.24.de Successione ab intestato exclusiuum fœminarum fuse expli-

explicatur à Rota *in Nucerina bonorũ Lunæ 4. Martij 1602. coràm Card. Sacrato. est decis. 51. inter Recent. part. 1.* vbi etiam *nu. 13.* quando talia Statuta dicantur fauorabilia, & quando odiosa.

Circa Statutum Terræ Hespelli.

SVMMARIVM.

1 *Masculi vsquè ad quartum gradum sunt vocati ad Successionẽ vigore Carolenæ iuxtà Statut. Hespelli.*

§. 1. Statuto Hespelli Spoletan. Diœces. circà *Successionem,* cum caueretur, vt bona intestati decedentis sine filijs legitimis de se natis peruenire deberent ad proximiores masculos ex linea masculina patris ipsius decedentis natos, eisquè non extantibus ad eiusdem proximiores fœminas, & hoc locum sibi vendicabat in 1. 2. 3. & 4. parentelæ, seu consanguinitatis gradu. Sed quia per hoc Statutum non satis prouisum erat fauori agnationis per successionem matris, & ascendentium, & descendentium ab ea per transitum ad secunda vota in alienas familias. Ideò Carolenus quidam obtinuit ordinari, & proptereà vocatur Carolena, quod d. bona pleno iure deuenirent ad proximiores masculos ortum habentes à familia, & cippo ab intestato decedentis. Sin autem ad proximiores agnatos fœminas exclusis matrum, & alijs descendentibus, & ascendentibus per transitum ad secunda vota.

Fuit dubitatum ad quem gradum isti masculi vigore Carolenæ essent admittendi, & fuit tentum esse
1 admittẽdos vsquè ad † quartum gradum computandum de iure Ciuili, cum in omni materia excepta matrimoniali computatio graduum fiat secũdum ius Ciuile. *cap. ad Sedem. §. in legibus. 35. q. 5.* Doct. communiter *in l. 2. C. de Success. edict. Paris. cons. 51. nu. 9.*
2 *lib. 2.* Nec tamen ad omnes personas, † & gradus extendi debet d. Carolena licet generaliter loquatur, vt videtur voluisse *Tib. Decian. cons. 17. num. 16. lib. 1.* Quia intentio Carolenę fuit ne bona extrà familiam exirent in casibus ibi expressis, vt clarè colligitur ex prooemio, & dispositiua. Quò fit vt in cæteris non expressis seruandum sit Statutum antiquum ad cuius declarationem, & limitationem d. dispositio emana-
3 uit, cum † lex declarans, vel limitans debeat intelligi secundum naturam, & qualitatem legis interpretatæ. *§. tertia verò constitutione. vers. cum omnibus. in Auth. de fil. ante dotal. instrum. nat. Paris. cons. 69.*
4 *num. 74. lib. 3. Crot. cons. 129. nu. 9. lib. 1.* † Contraria verò possent habere locum in Statuto simpliciter de per se disponente, & non quando prouidet in certis casibus ab alio Statuto non benè explicatis. Et si aliàs diceretur Carolena non in parte reformaret d. Statutum, sed in totum illud abrogaret, cum in summa solum contineat quod masculi vsquè ad quartum gradum fœminas excludant.

Et licet sit factum fauore agnationis, hic tamen
5 fauor non egreditur qquartum † gradum expressum. *Put. decis. 263. ante fin. lib. 2.*
6 Accedit quod Statutum † excludẽs matrẽ, & aliàs de quibus suprà, est restringendum cum sit odiosum odio irrationabili, vt de Statuto excludente auum paternum propter patruum dixit *Bald. in l. quicumquè. nu. 1. C. de seru. fugit. Corn. cons. 133. nu. 5. lib. 2. & cons. 110. nu. 5. in fin. lib. 3.*
7 Et hoc etiam ratione, quia ille dicitur † exclusus odio irrationabili, qui sine culpa ab hæreditate excluditur. *Cyn. in d. l quicumquè. nu. 5. vers. si verò.* & ibi *Bald. qui in l. certum. de Sum. Trinit. in 6. quæst.*
8 *circà fin.* inquit, quod licet prædicta † Statuta censeantur facta propter bonum publicum, vt bona conseruentur in familia, tamen sunt iniqua, & odiosa, refert, & sequitur *Dec. cons. 15. nu. 7. post princip.* & ibi addent. alios allegant.

Nec obstat, quod in Statuto antiquo suprà relato,
9 computatio ad † quartum gradum fiat solum post relatam successionem fœminarum, & sic referenda sit ad proxima non ad agnatos; præsertim quia fuit positum pro nomen, hoc, in singulis non in plurali, vt fieri oportebat si tàm ad masculos, quàm fœminas
10 esset referendum. Quia pronomen, † hoc, tàm masculos, quàm fœminas complectitur. *l. 1. de verb. signif.* & sensus illorum verborum, hoc modo, videlicet, vt masculi, & fœminæ succedant hac moderatione, & temperamento. *l. hoc modo. de hæred. instit.* latè *Rebuff. in d. l. 1. vers. notandum est.* Vndè illa
11 clausula † in fine posita ad omnia referenda per reg. *l. talis scriptura. §. fin. de legat. 1.* maximè quando omnia capitula sunt contrà ius commune, vt in præsenti casu *Aret. ibid. nu. 4. vers. 4. adde. Gabr. de claus. conclus. 9. nu. 7. Rota in Spoletana bonorum Merc. 27. Ianuarij 1593. coràm Gypsio.*

Circa Statutum Leodiense.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quando aliquid possit habere, non obstante, quod Statutum disponat, quod nihil habeat, præter colum, & fusum.*

§. 1. Statutum Leodiense disponit, quod mulier nihil habeat præter fusum, & colum, sed omni bona vxoris statim transeunt in dominium viri. Quod Statutum siue consuetudo cessat, quando adsunt pacta ante nuptialia in contrarium, prout erat in casu *decis. in Leodien. pecuniaria Veneris 9. Ianuarij 1615. Domini noluerunt concedere. nu. 3. coràm Card. Caua-*
1 *lerio. Est decis. 331. inter eius impress. incip. Domini noluerunt.*

Circa Statutum Lucanum.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio etiam verbalis sufficit stante recompensatione, licet Statutum requirat veram, & realem solutionem.*

§. 1. Statutum Lucanum, *titul. de Solutione rerum in solutum datarum. cap. 131.* Licet requirat veram, & realem solutionem, tamen sufficit oblatio etiam verbalis, non solum realis stante recompensatione. *Capyc. decis. 19. nu. 2. Ruin.* qui de communi *cons. 113. num. 1. lib. 1.* & ita dixit *Rota in Lucana fructuum Vener. 3. Decembris 1614. coràm Card. Sacrato, est decis. 89. in Recent. part. 1.* vbi *nu. 1.* allegatur decisio *in Romana Vinea 11. Aprilis 1603. coràm Card. Millino.*

Circa Statutum Mantuanum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, si mandet vt procedatur de plano, sine strepitu, & figura iudicij, non per hoc censetur sublata necessitas citationis.*

2 Sta-

3 *Statutum, si disponat, quod non possit dici de nullitate, nisi intrà certum tempus, non intelligitur de nullitate notoria ex eisdem actis.*

§. 1. Statutum Mantuæ, quod in executione possit procedi de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & sic videatur tollere ordinem iuris Ciuilis, & rem redigere ad terminos iuris naturalis. Non propterea censetur sublata per dictum Statutum necessitas citationis, quæ est de iure naturali, & ita respondet *Soccin. cons.12.col.2.lib.1. Rota in Mantuana bonorum Veneris 16.Decembris 1611.n.6.coràm Vbaldo. est in Recent.decis.365.part.1.*

§. 2. Statutum Mantuanum, quod non possit dici de nullitate, nisi intrà certum tempus. Non intelligitur de nullitate notoria ex eisdem actis, ex allegatis *in decis. Pedem.Osasc.142.num.33.Surd.cons.354.nu.16.lib.3.* & fuit dictum *in Mantuana bonorum 12. Decembris 1580.coràm Brauo.est decis.666.n.3.part.1.in nouiss. diuers.* quam decis. sequitur *Rota in alia Mantuana bonorum Veneris 16.Decembris 1611. coràm Vbaldo. est decis.365. num.8. part.1. in Recent.*

Circa Statutum Mediolani.

SVMMARIVM.

1 *de Possessionis continuatione in hæredem ad Statutum Mediolani.*

§. 1. Statutum Mediolani, quod possessio continue-
1 tur in hæredem, † non procedit in quasi possessione præsentandi ad Iuspatronatus.

Vide quæ diximus *Part.1.ad fel. record. Ludouis. in Alben.Parochialis Luna 27.Iunij 1605.nu.2. Et ad Caputaq.decis.211.part.3.* qui tenet pro affirmatiua, quæ procedit vbi versatur fauor Ecclesiæ, non autem contrà Ecclesiam.

2 NEQVE procedit † in filio instituto in re certa, licet etiam essent multa prælegata relicta. *Ant. Aug. in suo Epit.tit.de testam.nu.18.* Cum institutus in re certa non sit propriè hæres. *Put. decis.12. Institutus in re certa. tit. de caus. poss. & propriet.*

§. 2. Statutum, siue Decretum Mediolani, quod possessio defuncti censeatur continuata in hæredem.

DECLARATVR non habere locum in hæredibus institutis in re certa.

Vide quæ notauimus *Part.1.ad Accoramb. decis.47. lib.1.fol.131. col.11 in fin.*

Circa Statutum Montis Filatrani.

SVMMARIVM.

1 *à Successione filia testatoris excludit nepotem ex alia sorore iuxtà Statutum Hespelli non quia proximior consanguinea, sed quia proximior ex linea paterna, qua ibi à Statuto vocatur.*

§. 1. Statutum Montis Filatrani *sub Rubr.40. de Successionibus ab intestato.* Disponit, quod omnia bona sic ab intestato morientis deueniant ad propinquiores consanguineos ex paterna, vel aui paterna linea descendentes.

Et cum Germanus ab intestato prædecessisset superstite Nicolosa eius sorore, & Francisco ex Prudentia pariter dicti Germani sorores.

ROTA *in Auximana Hæreditatis Luna 4. Iunij 1612. coràm Pironano, est in Recent. decis. 417. p.1.*

Dixit totam hæreditatem ad Nicolosam spectare, non quia sint vocati proximiores consanguinei, cum
1 etiam † in Statutis vbi proximiores vocantur filius ingrediatur locū patris defuncti secundum receptiorem sententiam, quam tenuerunt *Alex.cons.88.lib.1.* & post alios *Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.95. num.11.*

Sed quia Statutum vlterius progreditur, vocando proximiores consanguineos ex paterna, vel aui paterna linea descendentes; quæ qualitas in Francisco non reperitur, cum non sit ex linea paterna, vel aui paterni de cuius successione agitur, cum non descendat à communi patre cum Nicolosa, sed à patre suo;
2 qui etiam facit † lineam suæ agnationis, & filius eam sequitur, non autem lineam, aut familiam suæ matris. *§.1. Instit. de legit. agnat. cut. l.fin.C de legit. hæred.Bart.in cons.56.nu.1. vers.ad quod.lib.2.* & in terminis Statuti idem respondit *Grat.cons.27.nu.24. lib.1. Caphal. cons.591. num.2.*

Et quamuis Franciscus dicatur descendere à patre dicti Germani, non tamen dicitur descendens ex linea paterna, cum sub vno, & eodem patre, vel auo non contineatur. Quibus accedit, quod idem Statutum subdit, videlicet, Cum satis sit conueniens rationi, quod talia bona reuertantur ad eum statum, vndè principium habuisse noscuntur, &c. Quæ verba sunt referenda ad eos, qui sub agnatione comprehenduntur, prout est d. Nicolosa *Alex. cons.17.nu.6. lib.7.* non autem ad Franciscum, qui sub agnatione diuersa continetur, aliàs ratio Statuti non conuerteretur, quia bona non redirent ad eum statum vndè peruenerunt, & principium habuerunt.

Hæc quidem vera sunt stante dicti Statuti disposi-
3 tione, † quia de iure communi d. Franciscus æqualiter cum matertera esset admittendus per *Auth. cessante. C.de legit.hæred.Paris.cons. 10. num.22. lib.2. Menoch.præsumpt.95.nu.9.lib.4. & est text.in §. si igitur. Auth.de hæred.ab intest. venen.*

Circa Statutum Panormitanum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Panormitanum, siue Constitutio Siciliæ quod minor decem, & octo annorum habeatur pro maiori seruatur in Vrbe, vt huiusmodi minori litigare non sit dandus curator.*

§. 1. Statutum Panormitanum, siue Constitutio Siciliæ, quod masculi, & fœminæ expleto anno decimo octauo pro maioribus habeantur.

ROTA *coràm Put.decis.365. In vna Panormitana. lib.3.* Dixit quod in Romana Curia cuidam Petro Panormitano litiganti non erat deputandus Curator. Quia Statutum habilitans personam habilitat eam vbiquè etiā extrà territorium. *Bald.in l.1. n.35. C. de Sum. Trinit.* Maximè quia ambo collitigantes erant subditi ipsius Regni, & de bonis subditis statuentibus: & minor erat in partibus, qui dederat mandatum ad lites, vndè ille locus erat attendendus, prout in terminis *Io. Baptista de S. Seuerino in repet.d.l.1.nu.152. vers. sed quid dicerem. per totam illam col. C.de Sum.Trinit.*

Circa Statutum Parmense.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Parmense, quod mulier nubens extrà territorium*

*torium statuentium sit incapax successionis dela-
ta, & deferenda quomodo procedat.*

§. 1. STatutum disponens, quale est Parmense, quod
nulla mulier se nubens extra iurisdictionem
loci statuentium sit capax successionis sibi delatæ, &
deferendæ, An procedat in successione materna, &
An in ea, quæ non sua spõte nupsit extra iurisdictio-
nem, sed à parentibus fuit nuptui tradita. Addo &
tertio, An filiæ nuptæ à parentibus succedant in bonis
sitis in territorio statuentium.

Circa primum dubiũ propter varietatem opinionũ
1 non fuit capta resolutio, Aliqui enim volebãt, in hac
materia odiosa, & exorbitanti non comprehendi
successionem maternam, ad *Plot. in cons. 19. num. 77.
Calcan. cons. 3. nu. 76. Bursatt. cons. 8. n. 33. & cons. 36.
nu. 11. lib. 1. Cephal. cons. 13. Soccin Iun. cons. 18. num. 35.*
2 *lib. 3. Riminald. Iun. cons. 15. nu. 3.* † Alij contrariam
amplectebantur opinionem propter vniuersalitatem
verborum, ibi, nulla mulier, & propter vim negati-
uæ, quæ potentius negat, quam affirmatio affirmet, &
allegabant *Bald. in cons. 358. nu. 4. lib. 1. Ruin. cons. 47.
nu. 3. & 4. lib 3. Soccin. Iun. cons. 62. nu. 11. lib. 3. Brun.
de Stat. exclu. mulier. art. 6. q. 24. nu. 298. Rimin. Iun.
d. cons. 15. nu. 53.* tenentem hanc opinionem, quando
adsunt verba vniuersalia. *Iacob. de Nigr. in l. 1. num. 9.
si cert. pet. Alciat. cons. 52.* maximè cũ in vtroque casu
videatur eadem ratio Statuti militare, ne bona de-
ueniant ad alienigenas; cum Reip. intersit habere
subditos locupletes. *Ias. in l. filiusfam. §. Diui. n. 222.
de legat. 1.* Et ideò *Rota in Parmen. bonorum Mercur.
13. Ianuar.* 1588. reliquit hoc dubium indecisum *co-
ràm Card. Seraph.*

Dixit tamen *in eadem causa sub die Lunæ 5. Decem-*
3 *bris 1588. coràm eod.* † quod si Statutum non vtatur
nota vniuersali negatiua respectu eius qui succedit,
vel eius in quem fit alienatio, si Statutum prohibeat
alienationem in forenses, vel eos à successione exclu-
dat; quod tunc tale Statutum non cõprehendat suc-
cessionem filiorum in bonis paternis, vel maternis
Riminald. Iun. d. cons. 15. nu. 3. 9. & 12. vbi testatur de
magis communi, cum alijs citatis suprà *nu. 1.* in præ-
cedenti decisione.

Circà secundum dubium *Rota sub d. die 13. Ia-*
4 *nuarij* 1588. censuit † Statutum non habere locum in
ea, quæ nuptui tradita est à parentibus extrà territo-
rium, ponderando illa verba, nullà mulier se nubat,
cum puellæ facilè ob patris reuerentiam inducantur
ad nubendum, vndè non videtur æquũ eis hoc præ-
iudicium inferre, sicuti etiam *in l. liberorum. §. excu-
satur. de his qui not. infam.* excusatur is, qui patris
iussu duxit eam, quæ adhuc constituta erat intra an-
num luctus, & huius sententiæ auctor fuit *Bald. in
cons. 357. lib. 1. Calcan. cons. 3.* cui in sequenti consilio
subscripsit *Iacob. de Put. Rimin. Sen. cons. 427. nu. 24.
Alciat. cons. 53. n. 3.* licet sit sibi contrarius *in cons. 56.*
5 & benè per *Ant. Galeatium Maluas. cons. 123.* † Quod
procedit etiam quod in Statuto sequantur ista verba,
& si nupta fuerit, quia debent regulari à præcedenti
prohibitione, magis enim præcedentia influunt in se-
quentia, quã è contrà. *glos. in l. quoties. C. famil. ercisc.*
6 † Copula verò, &, non diuersificat casus, sed coniun-
git pœnam contrauentionis cum dispositione prohi-
bitionis, aliàs esset dicendum si diuersos casus pone-
ret dictum Statutum Parmense, quod primus casus
remaneret absquè aliqua pœna, quod non fuit inten-
7 tionis Statuentium, & ita tollitur † *cons. Ruin. 49. in
fin. lib. 3.* Vltrà quod in Rota dicta causa pro Helena,
de qua *in cons. Ruin.* fuit terminata contrà dictum
consilium, vt in Rota dici testatur allegata decisio
sub eadem die 13. Ianuarij 1588. coràm Seraphino.

In eadem causa *sub die Merc. 23. Mart. 1588. coràm
eodem Seraph.* fuit responsũ ad duo, quæ oppone-
bantur contrà decis. circa secundum dubium. Pri-
mum fuit quod Statutum Parmæ in secunda parte,
loquitur simpliciter de muliere nupta, non de ea quæ
nupsit, & ideò coniungendo hanc particulam cum
Rubrica dicti Statuti, quæ cantat. De muliere extrà
territorium Parmæ nupta; totum Statutum esse de ea
intelligendum, quæ reperitur nupta, siue spontè nu-
pserit, siue à parentibus fuerit nuptui tradita, quando
8 enim † Rubrica est generalior nigro, ampliatur ni-
grum *Bart. post glos. in l. 1. C. de capitat. ciui. lib. 11.
Bald. cons. 75. lib. 3. & cons. 34. lib. 5. Dec. consil. 309.*
9 *nu. 5.* & facit *Put. decis. 38. lib. 3.* † Sed hæc ratio non
placuit, quia quando nigrum est certum, & clarum,
tunc nõ debet recipere interpretationem à Rubrica.
*Rip. in l. 1. nu. 15. si cert. pet. Soccin. cons. 24. vers. putò
tamen. lib. 4.* maximè quando Rubrica est defectiua,
10 qualis est ista. † Præsertim cum tale Statutum sit odio-
sum, cum tollat successionem iuris communis, & sit
pœnale, & aliqua ratione saltem causatiuè impediat
libertatem matrimonij. *Calcan. cons. 3. n. 21. Riminald.
Sen. cons. 427. num. 25.*

Secundò fuit oppositum, quod ista Lucina fuit
nupta nõ à patre, quod in alia decisione fuit præsup-
positum, cum pater iam decessisset, & superesset ma-
ter, & frater dictæ Lucinæ, vndè videtur cessare di-
cta reuerentia considerata ob patriam potestatem.
11 Et fuit responsum, † quod in matre, & fratribus mi-
litat eadem ratio reuerentiæ, & verecundiæ virgina-
12 lis. *l. 1. cum glos. C. de nupt. Calcan. cons. 4. col. 2.* † Ne-
què propterea redditur Statutum superfluum, cum
de iure filiæ in nubendo non teneantur sequi consi-
lium patris, vel consanguineorum. *cap. 1.* & ibi *Abb.*
13 *nu. 5. de desponsat. impub.* † Nec ipsa mulier nupta
probare tenetur, quod per patrem, vel matrem fuerit
nupta. Quia præsumitur nupta à matre, & fratre,
iuxtà cons. Iacob. de Put. inter cons. Calcan. 4. cum ferè
per totam Italiam extent Statuta, quod mulieres
non nubant sine consensu patris, vel fratrum.

Circà tertium dubium, An filiæ dictæ mulieris, vt
suprà nuptę succedant in bonis sitis in territorio Sta-
tuentium, in quo dubio *Rota in d. Parmen. bonorum
Veneris 27. Maij 1588. coràm eodem Seraphino.* tenuit
14 sine controuersia posse succedere. † Quia Statutum
loquitur de filijs mulierum se nubentiũ retentis eisdẽ
terminis dum dicit, & idem intelligatur in omnibus
descendentibus talium mulierum, illa enim dictio,
talium, repetit certam, & determinatam qualitatem,
15 vt per *Dec. cons. 500. nu. 14. vers. & reassumendo.* † Et
licet exclusa matre censeantur exclusi omnes descen-
dentes ex ea, ex allegat. per *Tiraq. de primog. q. 12.
nu. 12. & sequent.* & propterea Statutum esset super-
16 fluum. † Quia tamen poterat dubitari, an exclusa
matre filij quoquè excluderentur, qui non peccaue-
rant, nec quicquam fecerant contrà Statutum, vt per
Bald. cons. 447. lib. 4. maximè cum Statutum excludẽs
vnam personam non extendatur ad aliàs non specifi-
catas ad *Gabr. de Status. conclus. 7. in princip.* Poterat
enim

enim dubitari, an exclusa matre non simpliciter, sed sub certa qualitate, poterant filij post eius obitum succedere. *Corn.cons.234.nu.7.in fin.lib.4.Grat.con-*
17 *sil.19.nu.32.lib.1.* † Non obstat *Rimin. Iun. cons.23. num.125.* vbi videtur velle contrarium, ponderando quod in casu suo filius erat natus ex patre supposito communi Parmæ, licet mater esset exclusa: quia ipse ex facti contingentia vsus est hac solutione, sed non
18 ideò sumendum est † argumentum à contrario sensu, nempè, quod patre non existente supposito, aliud sit dicendum, cum ex dictis Doctorum non sit arguendum à contrario sensu.

In eadem causa *sub die Lunæ 5. Decembris* 1588.
19 *coràm eodem Seraphino.* Fuit iterum dubitatum.† An dicti filij præfatæ Lucinæ, quæ fuerat à matre, & fratre nupta extrà territorium Parmæ, essent tamquàm forenses exclusi à successione matris, stante decreto
20 Ducali excludente forenses à successione. † Et Domini omnes dixerunt non excludi. Primò quia decretum loquitur de subditis dominio Parmæ, per aliquem contractum, vel vltimam voluntatem in non subditos, & cum Lucina, quæ fuerat nupta extrà dominium Parmæ, non esset subdita, non comprehenditur eius successio dicto Statuto, vt ita in hoc eodem Statuto consuluit *Riminald. Iun. d. cons.15. num.65. lib.1.post Caphal.cons.161.nu.9.Rip.respons.4.nu.11.*
21 *de iur.gent.& ciuil.Plot.cons.19.nu.17.* † Et licet d. Lucina ratione originis non esset forensis, sed esset subdita Statutis suæ originis ad *Bero. cons.173. nu.4. lib.1.* Tamen neque propriè dicitur subdita, vt per *Castr. cons.89. num.2. lib.2.* quia non sustinet onera personalia, licet sustineat realia ratione bonorum ibi possessorum. *Dec.cons.661. num.6,* sequitur *Caphal.*
22 *& Riminald. sup.alleg.* † subditus enim propriè quis dicitur ratione domicilij. *Glos.in Clement.2. in verb. subditos.in fin.de for.compet.Felin.in cap.fin. nu.23.*
23 *eod.tit.* † Et licet hoc non procederet quando Statutum non solum est in personam, sed etiam in rem, vt procedat doctr. *Bart. in l.cunctos populos. nu.42. C.de Sacros.Ecclef. Alex. consil.44. lib.5.& cons.19. lib.6.Brun.in stat.exclud.fem.art.6.quæst.1.in princ.* Tamen secùs quando non est conceptum simpliciter in rem, sed cum dictione relatiua, dicta, quæ inducit qualitatis repetitionem illius subditi, ac si dictum esset, quod ad bona subditorũ forenses, neque etiam ab intestato admittãtur. *Bart.in l.si cui.§.1.de legat.1. Alexand. cons.140.num.4. lib.6. Dec.cons.476.nu.8.*
24 Secundò alia ratione Domini moti fuerunt, † quia decretum non comprehendit successionem filiorum in bonis paternis, vel maternis. *Riminald.d.cons.15. num.3.9. & 12.* vbi de communi, cum alijs allegatis suprà *nu.1. & 3.* considerando specialiter, quod nota vniuersalis negatiua non aderat in decreto respectu eius qui succedit, aut in quem fit alienatio, vt dictum
25 est *d.nu.3.* † Neque obstat *Brun. d. art.6. num.298. quæst.24.* quia eius rationes in terminis huius decreti benè tolluntur per *Rimin.d. cons.15. nu.51. cum seq.* Et ita conclusum *in d.Parmen. bonorum.*

Circa Statutum Perusinum.

SVMMARIVM.

1 *Testium depositiones qualiter recipiendæ ex Statuto Perusino.*
2 *Ciuis Perusinus, vt quis efficiatur, requiritur habitatio continua triginta annorum completorum stante dictione, per 30. annos.*
3 *Testamento, quando non possit opponi defectus insinuationis iuxtà dispositionem Statuti Perusin. lib.2. Rubric.42.*
4 *Statutum excludens feminas quousque extabũt masculi, non verificatur in momento temporis, sed requirit perseuerantiam masculorum, quibus deficientibus successio reuertitur ad feminas.*
5 *Statutum Perusinum disponens, qualiter sit procedendum, quando agitur contrà Ciuitatem, quomodo intelligatur.*
6 *Statutum Perusinum circà dotis Constitutionem, qualiter procedat.*
7 *circà Statutum Perusinum requirens consensum patris in quibuscumque scripturis filijfam.*

§. 1. **S**Tatutum Perusinum *lib.1. Rubric.136.* disponens, quod depositiones testiũ sint recipiendæ per Collateralem, & Officiales Armarij, nec possint alteri committi cum clausula an nullatiua, & decreto irritanti.

DECLARATVR à Rota *in Perusina Ciuilitatis Lunæ 26. Ian. 1615. coràm Manzanedo. incip. Contrà sententiam. Est decis.637. in Recent. part.2.* Quod cum ex dicto Statuto appareat fuisse electam industriam personæ, quod non sustinebatur examen factum per Notarium de commissione Officialium Armarij, ad not. per *Verall. decis.267. part.2.& 136. par.3.* Maximè cum Officiales Armarij commisissent dictum examen absque Collaterali, cum omnes isti Iudices à Statuto desiderentur.

§.2. Idem Statutum *eod.lib.1. & ead. Rubric.136.* requirens ad hoc, vt quis efficiatur Ciuis Perusinus, & acquirat iura, priuilegia, & immunitates Ciuitatis, habitationem continuam per triginta annos.

DECLARATVR à Rota *in d.Perusina Ciuilitatis nu.3.* Quod illi 30. anni debent esse completi, ex dictione, per, quæ significat perfectionem actus. *l.vrbana prædia. §.pernoctare. ff.de verb.signif. Roman. cons.301.nu.13.* Ex quibus fuit dictum sententiam, de qua ibi agebatur, fuisse nullam, ex defectu temporis 30. annorum completi, cũ ad 30. annos deessent aliqui dies, cum ille, qui obtinuerat sententiam circà finem anni 1613. se contulisset Perusium in initio anni 1584.

§.3. Statutum Perusinum *lib.2.Rub.42.* circà insinuationem testamentorum.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Caualerio*
1 *decis.575.Capitaneus Felix n.10.* † Quod per dictum Statutum requiritur etiam publicatio bandimentorum, quod omnes Notarij habentes testamenta compareant ad illa assignanda coràm Iudice, quod si non fecerint testamenta non valeant. Quæ bandimenta quando non probãtur præcessisse, cessat obligatio insinuandi, prout euenerat in casu decisionis, & quod testamentum non potest ex hoc capite impugnari, & dicitur ita in puncto fuisse resolutum *coràm bo.mem. Buratto in vna Perusina hæreditatis 28.Nouemb.1616.*
2 Et quod tollebant † difficultas ex lapsu plusquàm triginta annorum cum obseruantia testamẽti de quo agebatur, per quæ omnis solemnitas, & insinuatio præsumitur *Gabr.de præsumpt.conclus.1.nu.56.Card. Seraph.decis.742.nu.4.* Vbi de simili insinuatione in transactione omissa.

3 Quæ obseruantia † deducebatur ex quo bona in testamento comprehensa fuerant per hæredem possessa iuxtà formam testamenti de quo agebatur, vt in simili *Rota decis. 598. De anno 1572. nu. 5. p. 1. diuers.*

Vltrà quod ad effectum annullandi testamentum ex defectu insinuationis non solum requirebatur petitio, sed sententia diffinitiua, quæ non fuerat lata, vt disponitur in fine d. Statuti, & tenuit *Bald. cons. 144. nu. 4. lib. 5. Angel. de Perus. cons. 36. Pro decisione. n. 4.*

§. 4. Statutum Perusinum *lib. 2. Rubric. 45. De dotibus, & dotatis mulieribus, & successionibus ab intestato.* Quod excludit feminas à successione parentum propter existentiam masculorum, quousquè masculi extent, illis verò deficientibus vult feminas reintegrari.

DECLARATVR hoc Statutum à Rota *in Perusina reintegrationis Luna 6. Nouembr. 1595. coràm Decano Pegna. est decis. 49. in eius lib. 3. in manuscr. incip. Præsupposito Statuto.* Quod feminæ vigore d. Statuti non sint perpetuò exclusæ, sed solum quousquè masculi extent, ita vt filiæ possint reintegrari ad portionem à qua fuerunt exclusæ etiam natis filijs ab illis, qui ipsas excluserunt, si ipsi posteà obierint sine descendentibus masculis. Ratio potissima fuit, quia ex tenore Statuti apparebat exclusionem fœminarum à Statuentibus inductam nō fuisse perpetuam, sed temporalem, & suspensiuam, donec masculi superessent, quia discurrendo per tres casus, quos Statutum distinctè ponere videbatur, in singulis reperiebantur dictiones significantes temporis suspensionem, siue limitationem, quales sunt, DONEC, & QVOVSQVE, & similes. *Alexand. & Castr. in l. 1. C. de leg. Capr. cons. 17. nu. 3. Teb. Non. cons. 12. nu. 14.*

Et fusè in d. decis. considerantur dicti tres casus Statuti pro confirmatione dictæ decisionis.

SEQVITVR hanc declarationem Rota in casu eiusdem Statuti *in alia Perusina reintegrationis Luna 1. Iulij 1613. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 475. in Recent. par. 2. incip. Proposito dubio. vbi in fin.* allegatur dicta decisio *coràm Pegna.*

AD hoc Statutum videatur *Put. decis. 197. aliàs 193. in nou. lib. 2.*

§. 5. Statutum Perusinum *lib. 2. Rubric. 46.* disponens, quod quando agitur contrà Ciuitatem debeat dari copia libelli Prioribus eiusdem Ciuitatis, cū decreto irritanti; cum declaratione, quod hoc casu Syndicus non posset se ingerere, nequè censeretur habere mandatum.

DECLARATVR à Rota *in Perusina Ciuilitatis Luna 26. Ianuar. 1615. coràm Reuerendiss. Manzanedo. incip. contrà sententiam. est decis. 637. in Recent. p. 2.* Vbi *nu. 2.* dicitur, quod Syndicus si se intromittat, sententia dicitur nulla ex defectu mandati; vltrà quod nec fuerat data copia libelli Prioribus, nequè Syndicus fuerat personaliter citatus, quæ citatio est necessaria in principio causæ. *Clement. 2. de re iud. Seraphin. decis. 1276. num. 4.*

§. 6. Statutum Perusinum circà Dotis constitutionem, disponens, quod si pater simpliciter dixerit, dotare de bonis paternis, & maternis, non expressa quantitate maternorum, aut paternorum, tunc intelligi dos constituta pro dimidia pro bonis paternis, & pro altera de bonis maternis. Quæ dispositio videtur satis clara, non solum ad effectum exclusionis feminarum ab omni successione, vt in dicto Statuto disponitur, sed etiam ad effectum conseruandi bona vincularia, præsertim quando dos fuit excessiua, nam si bona materna non extitissent, non constitueretur dos excessiua in præiudicium fideicommissi. *Rota in Perusina Fideicommissi de Alphanis Luna 5. May 1614. n. 4. coràm Remboldo. est decis. 550. part. 1. in Recent.* Vbi dos à fratre fuerat constituta præsente matre in scutis quatuor millibus, quæ dos excedebat legitimam sibi competentem in scutis duobus millibus, & Rota ibi resoluit, quod censebatur dotata pro medietate de bonis paternis, & maternis, ex quo inferebatur ex dicto Statuto d. sororem excludi ab omni successione, & conseruari bona fideicommisso vinculata. Quæ decisio fuit postea in eadem causa confirmata *sub die Veneris 27. Iunij 1614. coràm eod. Remboldo.*

§. 7. Statutum Perusinum requirens consensum patris in quibuscumque instrumentis, & scripturis filijfam. Si comprehendat contractum donationis, quod aliqui ex Domini negabant *in Perusina donationis Ven. 12. Decembris 1608. coràm Sanctiss. Ludouisio. vt in Recent. decis. 165. nu. 2. part. 1.* est intelligendum in casu, in quo patri esset debitus vsusfructus, vt recipiat interpretationem à iure communi. *Bart. & alij omnes in l. omnes populi. in 6. quæst. princ. ff. de iust. & iur. Gozad. cons. 12. num. 39.*

Et non comprehendit contractus licitos. *Alexand. cons. 27. nu. 8. lib. 1. Gabr. cons. 12. n. 14. lib. 1. Riminald. cons. 42. nu. 2. lib. 1.*

Circa Statutum, siue Pragmatica Regni.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica Regni prohibens recipi obligationes filiorum familias sine consensu expresso patris, quomodo procedat.*

§. 1. STatutum, siue Pragmatica Regni prohibens recipi obligationes *filiorum familias* sine pa-
1 tris expresso cōsensu, † non inualidat obligationem filij ad fauorem patris, cum non inhabilitet personas, nequè annullet contractus aliter factos, sed tantum dirigat verba in Notarios, ne sub certis pœnis, in ea contentis, recipiant obligationes filiorum familias, nisi in præsentia, & de consensu patris, vel nisi emancipati sint, & viuant seorsum à patre. *Rota in Brundusina Pecuniaria Luna 21. Aprilis 1614. nu. 2. & seq. coràm Baratto. est decis. 580. part. 1. in Recent.*

Vbi hoc confirmatur ex subsequenti Declaratione Pragmaticæ ad supplicationem quorumdam Notariorum emanata; quod si Notarij interrogauerint partes, an sint patresfamilias, & viuant seorsum à patre, & illæ mendacium dixerint, ipsi Notarij tunc non teneantur ad supradictas pœnas, facta de hoc
2 nota in instrumentis; sed licèt non teneant, † licet vbi etiam annullaret contractus, non comprehenderet obligationem filij de iure præmissam pro patre, *ex Caraulo. super d. Pragmat. de Senatusc. Maced. §. 11. num. 11. & 16.*
3 Nec obstare; † quod pater non possit in suimet fauorem consentire. *Socin. cons. 23. n. 15. lib. 4. Rota in Bononien. Census 29. Nouembris 1608. coràm Reuerendissimo Ortembergo. & in terminis Pragmaticæ*
4 *Vrsill. ad Afflict. decis. 330. nu. 22. & 23.* † Quia hoc procedit, vbi consensus requiritur ad integrandam personam contrahentis, non autem vbi rationem præiudicij consentire debentis *Doct. communit. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. Lambertenig. de*

contract. mulier. glos. 10. num. 30. Franc. decis. 14. n. 2. quod non considerat *Vrsill.* Hic verò requiri cōsensum ratione præiudicij ipsius filij consentire debentis, latè probat *Carauit. de Pragmat. de Senatus Cons. Maced. §. 1. à num. 15. ad fin.*

Vlterius quod non procedit præfata Pragmatica
5 stante † iuramento d. filijfam. vt in eadem causa *Brundusina* dictum fuerat 11. *April* 1611. *coràm Card. Marquemoncio.* Cum d. Constitutio neque directè de casu iurato disponat, quod non posset tamquàm constitutio laycorum. *Bart. in l. omnes populi. num. 25. de Inst. & Iur. Alex. cons. 27. n. 7. lib. 1.* de veriori, & magis communi. *Socein. iun. cons. 32. nu. 31. lib. 3.* Neque indirectè præsumendo simulationem, vel dolum. *Castr. cons. 314. nu. 7. lib. 1. Verall. decis. 200. part. 3.*
6 Nec † d. filiusfam. iuuari potest *benef. l. 1. & 2. C. quod cum eo.* cui renunciauerat; cum renunciatio teneat *Franc. decis. 164. nu. 7. & decis. 181.* & multò magis accedente iuramento, vt in hac eadem causa *coràm Card. Marquemontio vbi suprà, & coràm cod. Buratto sub die 15. Nouembr. 1613.* firmatum fuerat.
7 Neque obstare † absolutionem à iuramento. Licet enim post d. absolutionem posse renunciantem gaudere beneficio prædictarum legum, tradat *Vrsil. ad Afflict. decis. 308. nu. 21.* referens ita in Magna Curia
8 Vicariæ fuisse bis obseruatum. † Tamen eius dictum procedere non potest, nisi cum præsupposito quod renunciatio sit inualida, iuxtà opinionem in quam ipse inclinabat; quæ tamen vera non est ex prædictis. Accedit quod tempore suo fuit dubitatum, an sufficeret generalis renunciatio cum iuramento; nec fuit decisum in causa cuiusdam Titij; refert *Franc. dicta decis. 101.* vbi *nu. 9.* dicitur, quod Notarij cum peritissimorum Aduocatorum consilio ab ann. 40. renunciationem in specie apponunt ad tollendam difficultatem. Si ergo renunciatio tenet, sublato iuramento illa non tollitur.
9 Vltrà quod † nec iuramentum, eiusque robur, & efficacia sublatum fuit in isto casu, per absolutionem ab Ordinario obtentam ad effectum agendi, & excipiendi, cum sit potius habilitatio ad comparendum in iudicio sine metu periurij. *Bald. in l. hac scriptura. nu. 2. ff. de condit. Castr. cons. 259. col. 3. post med. vers. Sed remanet dubium. lib. 2. Aym. cons. 7. nu. 7. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 4. num. 6.*

Circa Statutum Placentinum.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Placentinum, de Dote, & Antifato, quid disponat.*

§. 1. STatutum Placentinum, in Rubric. De Dote, & Antifato lucrandis, quod ab vtraque parte da-
1 tur. † Circa cautionem nihil aliud disponit, nisi quod mulier prædecedente viro, antequam possit exigere, & habere ab hæredibus viri Antifatum, teneatur præstare liberis idoneum securitationem de restituendo ipsis liberis dictum Antifatum, si contingat eam prædecedere liberis prælibatis.

Super quo Statuto dixit Rota *in Placentina Dotis, & Antifati Vener. 6. Iunij 1614. num. 3. coràm Card. Pamphilio. est in Recent. decis. 619. part. 1.* quod cum
2 ante diem solutionis decessisset filius, † matrem ex promissione ad formam Statuti restricta non teneri præstare vllam securitatem: Ex quo enim Statuentes in casu prædecedentiæ filiorum nihil disponit, censentur, quoad hoc se voluisse conformare cum iuris communis dispositione, ad text. *in l. si cum dotem. in*
3 *princip. ff. solut. matrim. Anchar. cons. 26. n. 2.* † præsertim stantibus illis verbis, ipsis liberis, quod pronomen, ipsis, denotat personalitatem talem, vt omnes alios excludat etiam hæredes ipsorum filiorum. *Ias. in l. filiusfamilias. §. Diui. in 2. lect. n. 151. & Rip. nu. 111. vers. & idem si. ff. de legat. 1. Bald. cons. 304. num. 1. lib. 5. Natt. cons. 163. nu. 8.* cum alijs relatis *in causa Bergomen. Legati 9. Octobris 1595. nu. 3. coràm*
4 *Card. Seraphino.* † Maximè quia Statutum id disposuit sub conditione, si cōtingat matrem prædecedere liberis prælibatis: ex quo infertur, quod si eueniat contrarium, quod filij prædecedant, securitas de restituendo, & ipsa restitutio locum non habeant, ad tex. *in l. cum Prætor. de iudic.* cum alijs per *Anguissol. cons. 4. nu. 3. in fin. & seq. lib. 5.* qui consuluit in terminis dicti Statuti Placentiæ.
5 Nec † obstare *Put. decis. 17. de constit.* Quia illa loquitur in terminis Statuti valdè diuersi; ibi enim solum disponitur ad fauorem mulieris in casu non existentiæ liberorum, sed filijs extantibus nihil defertur matri, nec etiam quoad vsumfructum. Ideò dicit, quod si filij extent, & posteà moriantur, non facit, quod ipsa succedat in proprietate: & est ratio, quia tunc non potest habere locum consilidatio. Sed in Statuto, de quo agitur, extantibus filijs matri defertur Antifatum ad vsumfructū, filijs verò posteà prædecedētibus, cum Statutum nihil disponat intrat supradicta iuris dispositio, secundum quam in casu isto proprietas consolidatur cum vsufructu, & ipsa mater remanet plena domina, vt considerat *Franc. decis. 106.* & est text. *in l fœmina. §. illud. C. de secund. nupt.* cum alijs multis doctè, & copiosè congestis *ibid. n. 1.*

Circa Statutum Rauennæ.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Rauennæ lib. 1. Rubric. 11. loquitur etiam in casu successionis passiuæ fœminarum.*
2 *Statutum excludens sororem à successione sororis propter agnatos non est odiosum odio irrationabili.*
3 *Statutum Rauennaten. de dote, an procedat stante taciturnitate longi temporis, & receptione sortis principalis.*
4 *Soror vtrinque coniuncta, iuxtà Statutum Rauennæ, non præfertur sorori ex latere patris tantum in successione fratris, sed ambo succedunt.*

§. 1. STatutum Rauennæ *lib. 1. Rubric. 11.* ad fauorem agnatorum in successionibus loquitur etiam in casu successionis passiuæ fœminarum. *Rota in Rauennaten. bonorum Luna 16. Decembr. 1613. coràm Vbaldo. incip. Mortua ab intestato. à n. 1. vsque ad fin. est decis. 548. in Recent. part. 1.* CONFIRMATA fuit posteà ista Decisio in eadem causa *coràm eodem sub die 9. Febr. 1615. incip. Domini censuerunt. per tot. est decis. 644. in Recent. part. 2.*

Quod ex multis deducebant. Et inter alia Primò ex Rubrica Statuti ita concepta, vt dicitur in priori decis. Quod bona quæcumque decedentis ab intestato deueniant agnatis, &c. Illa enim verba decedentis ab intestato sunt apta comprehendere tàm
2 masculum, quàm fœminam, & ideò quod contineat successionem passiuam vtriusque sexus, vt per *Alex. cons. 125.*

conf.125.nu.16. vbi de magis communi. *lib.7. Gabr. de verb. signif.conclus.6.n.45.& seq.* vbi de cõmuni. *Honded.conf.92.nu.8.lib.1.Rot.diuers.decis.125.incip. Venerabilis Societas.nu.21.verf. propriè. & num.32. & 37. part.2.*

Deducebatur etiam (vt in priori *Decis. nu.5.* & in posteriori *num.1.*) ex alio Statuto *sub Rubric.13.* cum vnum Statutum aliud declaret. *l. non est nouum. de legib. Menoch.* qui alios cumulat *conf.541.n.27.lib.6.*

Et Respondit in priori *Decis.6. & 7. ad Surd. decis.9.nu.6.* Quia nemo ex illis loquitur, quando ratio agnationis est expressa in Statuto, ex cuius identitate fit extensio, seu potius comprehensio. *l.his solis. vbi Bald.C.de reuoc.donat.*

Et in d. priori *decis. nu.8.* & in posteriori *num.2.* ostenditur, quod tale Statutum exclusiuum fœminarum vocans masculos in gradu remotiores exclusis fœminis proximioribus, non est odiosum odio irrationabili. Quia stante ratione Statuti conseruationis agnationis cõtrarium fuit resolutum in terminis eiusdem Statuti *in causa Rauennaten. Hæreditatis 14.Apr. 1606. coràm Card. Pamphilio.* cum alijs ibi addductis.

§.2. Statutum excludens sororem à successione sororis propter agnatos, quale est Stat. Rauẽnaten. *Rubr.11. lib.1.non dicitur odiosum odio irrationabili;* quia stante expressione rationis, vt conseruetur agnatio dicitur potius fauorabile. *Rota in Rauennaten. bonorum Lunæ 16.Decemb.1613.nu.8.coràm Vbaldo.* est *decis.548. part.1.in Recentior.* Vbi quod idem fuit resolutum *in causa Nuccrina bonorum 29. Maij 1602. coràm Card. Sacrato.* & in terminis d.Statuti Rauennateñ, fuit dictum *in Rauennaten. Hæreditatis 14.Apr.1606.coràm Card. Pamphilio.* quibus addit *Brun. de Stat.exclud. fem.stant.masc.art.4.per tot.* vbi *nu.6.* de veriori, & magis communi, *Dec.in l.2. sub nu.5.C.de in ius voc. Sim. de Præt.conf.163.nu.50.Gabr.conf.14.nu.13.lib.1. & conf.15.num.3.lib.2. Molin.de Hisp.primog.lib.1. cap.18.num.1. & seqq.*

Et quatenus dici posset odiosum, esset odiosum odio rationabili, videlicet ob bonum publicum. *Ruin.consil.22.nu.11.lib.3.Gabr.d.conf.14. nu.13. & 24. lib.1.*

Prædicta Decis. in præfata *Rauennaten. bonorum* fuit postea confirmata *coràm Vbaldo Lunæ 9. Febr. 1615.incip.Domini censuerunt.est decis.644. in Recent. part.2.* vbi *nu.2.* idem replicat, quod tale Statutum non sit odiosum. & Reprobatur *Decis.Rot.780.nu.7. & seq. part.1.diuers.*

§.3. Statutum Rauennaten. de Dote, quod fructus debeantur ad rationem sent. septem pro centenario, procedit non obstante taciturnitate longi temporis, ac etiam non obstante receptione sortis principalis. Vide suprà *Part.III. in §. Bald. in conf.474. Post biennium. lib.3.*

§.4. Statutum Rauennæ, quo cauetur, quod possessiones, quæ sunt ex parte patris cuiuslibet decedentis ab intestato, deficientibus ascendentibus, & descendentibus, deueniant propinquioribus ex parte patris.

Et iuxtà hoc Statutum *Rota apud Mohed.1. de success.ab intest. incip. Quidam Iacobus.* dixit Sororem vtrinquè coniunctam non præferri sorori ex latere patris tantum in successione fratris, sed quod ambo succedant. Neque considerari coniunctionem ex vtroquè latere, quia præfatum Statutum Rauennæ reducit materiam ad ius commune, secundum quod erat differentia inter agnatos, & cognatos. Et additur hoc Statutum propterea esse fauorabile, & quod cum sit fauorabile admittitur etiam extensio in correctorijs.

Eandem *Decis.* notauit *Ant.Aug.in suo Epit.tit. de testam.num.9.*

Circa Statutum Senarum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, quod valeat testamentum coràm tribus testibus est validum, & an liget forenses*

§.1. Statutum Senarum, quod valeat testamentum
1 coràm tribus testibus, est † validum, cum Statutum possit minuere numerum testium, iuxtà receptissimam Doct. conclusionem. *Barr.* post *Cyn. in l.cunctos populos. sub nu.21.verf.tertiò quæro.* & ibi *Ias.sub nu.171.cum seq. Caccialup.nu.161. & alij. C. de Sum.Trinit. Felin. in cap.2. sub nu.9. & Dec. num.12. de probat. Alex. in l.si non speciali.* & ibi *Corn.nu.14.*
2 *C.de testam.Boer.decis.228.num.6.* † Et comprehendit omnia loca subdita dominio Ciuitatis Senarum, de d.Statuto dicit *Soccin.conf.83.in princip.lib.1.*
3 Et Forenses etiam ligantur d. Statuto, qui in testamentis sicut in contractibus tenentur seruare solemnitates loci conditi testamenti, etiam quoad bona existentia extrà territorium statuentium, vt not. *Bart.in d.l.cunctos populos. sub num.24.Ias.num.82. Caccialup.nu.162.Alex.conf.44.lib.5.Soccin.Iun.consil.95.num.4.lib.2. Paris.conf.12. num.46.lib.3.Gabr. conclus.4. de testam.* & latè *Mantic. lib.6. de coniect. vlt. volunt.tit.8.nu.14.* & aliàs tenuit *Rota in Bononien.de Solimeis* . . . . *coràm Decano Rubeo.* vt dicit in infrà citanda decis. præ-
4 sertim cum † Statutum non se restringat ad ciues, sed loquatur etiam de forensibus.

Et comprehendit non solum territoriũ, sed etiam
5 † districtum, qui latius petet ad *l.pupillus. §.territorium.vbi Alciat.nu.2.ff.de verb.signif.Angel. in l.fin. sub nu.5. ff.de iurisd. omn. Iud.* Quia Statutum confundit istos terminos, facta enim mentione in prima parte tantum de territorio, posteà in secunda parte, extendit ea, quæ suprà dicta fuit de ciue, vel districtuali Seneñ, vel eius districtu ad forenses; quod ostendit Statuentes vsos fuisse promiscuè istis nominibus, & habuisse pro synonimis, prout plurimum poni solent. *cap. vbi periculum. §.porrò, ibi, in cuius territorio, vel districtu.* & ibi *glos.de elect.in 6. & in Clem.ne Romani.§.sanè.eodem tit. Abb.conf.20.lib.1. Felin.in cap.Rodulphus. sub nu.17. de rescript. Bero.*
6 *conf.181.nu.13.lib.3.* † Cum non possit assignari ratio diuersitatis, cur statuentes voluerint magis comprehendere forenses testantes in territorio, quàm in districtu, in quo seruantur eadem Statuta Senarum, quæ in territorio seruantur. *l.illud.ad l.Aquil.Soccin. conf.83.in princip.lib.1.* qui vt dictum est loquitur de hoc Statuto.
7 Vlterius cum Statutum requirat † testes idoneos, non autem omni exceptione maiores, d.qualitas nec articulari, neque probari debet, cum præsumantur idonei quousquè contrarium probetur. *cap. præsentium. de test. Imol. in l.2. §. si quis neget. ff.quemad. testam.aper.*
8 Neque † clerici à d.Statuto excluduntur, licet de eis non loquatur, est enim fauorabile tàm ratione per-

personæ testantis, quàm eorum quibus relinquitur, & etiam testium nè à suis negocijs auertantur, vt dicit *Bart. in d.l. cunctos populos. sub nu.23. & Caccialup. num.163. Bald. in l. si non speciali. sub num.5. C. de testam.* Et quod comprehẽdat etiam clericos, Doct. *in cap. Ecclesia S. Mariæ. de constit. Oldrad. cons.32. Roman. cons.180. nu.2. Soccin. Iun. cons. cons.10. nu.23. lib.1. Paris. cons.48. n.8. lib.4.* Ita ista omnia resoluta fuerunt super hoc Statuto Senarum de testamento D. Sebastiani Purci Clerici *in Senen. Spoliorum Lunæ 5. Iunij 1595. coràm bon. mem. Card. Pamphilio.*

Circa Statutum Terræ Trebij.

SVMMARIVM.

1 *Circa Statutum Terræ Trebij Spoletanæ Diœces. lib.2. Rubr.7. de modo, & ordine mulier. dotandarum.*

§. 1. STatutum Terræ Trebij Spoletanæ Diœc. *lib.2. Rubric.7. de modo, & ordine mulier. dotar.* sic se habet. Quod si aliqua mulier fuerit, vel esset dotata ab auo, à patre, à matre, fratre, patruo, vel auunculo, dotis sibi datæ, vel promissæ, aut ordinatę, vel relictæ sit, & esse, atque stare debeat contenta, ita quod non possit per se, vel aliquam personam, vel eius successores habere recursum ad hæreditatẽ aui, patris, matris, fratris, sororis, patrui, aut auunculi, vel alicuius eorum, dummodo fuerit dotata ab aliquo ipsorum aliqua ratione, vel causa, & dummodo remanserit aliquis masculus de progenie ipsius aui patris, matris, vel fratris, vel sororis, auunculi, vel patrui, &c.

ROTA *in Spoletana hæreditatis Lunæ 15. Martij 1613. coràm Manzanedo. est decis.463. part.1. in Recent.* In proposita facti specie, cum Io. Andreas, & Beatrix coniuges duos filios procreassent, vnum masculum nomine Fabium, & vnam fęminam nomine Catharinam, quæ nuptui tradita decessit, superstite ex se Metello, & omissa hæreditate Io. Andreæ, qui instituit dictum Fabium eius filium, Decessit postea ab intestato Beatrix, fuit quæsitum qualiter dictus Fabius filius, & Metellus ex filia nepos possent suc-
1 cedere. † Resoluit (inquam) Rota quod dictus Metellus debet non solum de iure communi succedere auunculo in successione auiæ. *§. cum filius. §. item vetustas. instit. de hæred. quæ ab intest. de fer. Auth. de hæred. ab intest. venient. §. si igitur defunctus.* Sed
2 etiam ex Statuto. † Quia Statutum, prout est istud excludens certas personas nõ porrigitur ad exclusionem aliarum non expressarum *Gabr.* attestans de communi *cons.14. num.22. lib.1. & cons.10. nu.28. & sequent. lib.2.* etiamsi eadem ratio militaret *Bald. l. sed & miles. de excus. tut. Curt. Sen. cons.44. n.10.* cum alijs adductis per *Honded. cons.15. nu.12. lib.2.* Vbi super isto met Statuto consuluit.
3 Secundò † quia tantum abest, quod excludat filios masculos superstites ex filia prædefuncta, vt magis verum sit illos excludere, & inuitare quatenus excludit fęminas dotatas, dummodo remanserit aliquis masculus de progenie aui, patris, matris, fratris, vel sororis, &c. quæ verba important dispositionem, & vocationem masculi de progenie sororis, & aliarum personarum in Statuto nominatarum ex *Bart. in l.1. §. videndum. nu.2. ff. ad Tertull. Honded. vbi sup. n.14.*
4 Vndè † Statutum non fuit conditum fauore agnationis, sed tantum fauore masculinitatis, cũ admittat etiam masculos ex progenie matris, & sororis, qui vere sunt cognati, in quibus non conseruatur agnatio ex text. *in l. sunt autem. ff. de legit. tutor.* † & sufficit quòd cognati semel sint vocati ad exclusionem conseruationis agnationis, ex pluribus titulis per *Molin. de primogen. lib.3. cap.5. nu.50.* & sic exclusa filia dotata à successione matris propter masculos de progenie matris, & sororis, non censetur excludere nepotem masculum ex filia, quia & ipse dicitur de progenie, & reperitur masculus, & talis dicitur, sicut & descendentes ex masculis. *Rot. decis.15. nu.1. & 2. part.2. diuers. Honded. vbi suprà num.16. & sequent. & num.30.*
6 Accedit † quod stante Statuto, quod fęmina non succedat stante masculo, non excluditur filius masculus fęminæ, nec illi obest matris qualitas proueniens ex fœmineo sexu, iuxtà doctr. *Iacob. de Butr.* quem refert *Castr. cons.421. nu.2. lib.1. & in l.1. nu.3. & 4. C. de condit. insert. Cepoll. cons.7. caus. ciuil. n.15. vers. item quod ista verba.* & adducunt pro se bonum text. *in c.1. de eo qui sibi, vel hæred. suis masc. in vsib. feud.* quo textu motus Philippus de Cassatis Regień, & cum eo alij sexdecim Doct. ita consuluerunt in quodam *cons.137. inter cons. Bald. lib.2.* cui etiam subscripsit *Gaspar Calderin.* Idem etiam dixerunt *Florian.* & alij, quos refert, & sequitur *Ancharan.*
7 *cons.359. nu.3. Ruin. cons.49. num.4. lib.1.* † Nec ille text. solum procedit in feudo propter aliquam specialitatem, vt dicit *Anchar. loc. cit.* Et in hoc casu licet Metellus sit filius fœminæ exclusæ, satis est quod ipse reperitur masculus de tempore delatæ successionis, præcipuè cum cesset ratio conseruandæ agnationis, cum appellatione masculorum veniant masculi nati ex fęminis ex text. *§.1. in Auth. de hæred. ab intest. venient.* prout istum textum adhoc expendit *Fulgos. cons.85. n.1.* cui subscripsit *Raph. de Cumanis*, & idem ante eos voluerunt *Dyn. & Alberic. in l. Neratius. ff. de manum. testam. in fin. Ruin. consil.120. num.8. lib.1.*
8 Tertiò † prædicta roborantur, quia quando cessat ratio agnationis, & militant aliæ diuersæ rationes, tunc masculis vocatis, & fœminis exclusis admittuntur filij masculi ex talibus fœminis procreati *Io. Ant. Rub. cons.22. nu.12.* in quarto casu; & ita loquuntur Doct. relati à *Corn. in l.1. num.18. & 19. C. de condit. insert. & Soccin.* qui *Corn.* non meminit *in l. Gallus. §. nũc. de lege Velleia. n.5. vers. quam tamen duplicem. de liber. & posthum.* Et ferè in terminis præsentis Statuti, ita decidit *Bald. in l. scimus. in fin. C. de inoffic. testam.* Idem *Bald.* referens *Iacob. Butri. in l. maximum vitium. nu.20. vers. ego finaliter concludo. C. de liber. præter.*
9 Et facit † regula, quod cessante causa exclusionis cessat exclusio. *l. instituta. l. pater filium. ff. de inoffic. testam. Bald. cons.21. lib.3. Tiraq. in tract. cess. caus. part.1. n.94. cum sequent.* cum alijs congestis in dicta decisione.

Circa Statutum Tudertinum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum reintegrans filias fęminas ad bona paterna, & materna potius suspendit, quàm excludat filias à successione.*
2 *Statutum excludens filias à successione ab intestato, quando rumpat testamentum, & quando non.*

§. 1. Sta-

§. 1. Statutum Tudertinum *Rubric. 25. distinct. 2.* reintegrans filias ad bona paterna, & materna, deficiente linea masculina, videtur potius suspendere dictas filias à successione, quàm excludere. *Bart. in in l. fin. §. quando. ad Tertull. Bald. in consil. 464. in princip. lib. 3. Soccin. cons. 64. num. 3. cons. 92. lib. 1. & cons. 263. n. 1. lib. 2. Brun. de Statut. quod stant. masculi. art. 10. quæst. 5. col. 4. Rota in Tudertina reintegrationis Luna 24. Martij 1597. coràm Orano.*

§. 2. Statutum Tudertinum disponens, quod filia non succedat ab intestato, si prætereatur, non rumpit testamentum iuxtà communem Doct. sententiam, vt ex pluribus Doct. probauit Rota *coràm Card. Seraphin. in Tudertina bonorum Luna 12. Iunij 1589. Fuit resolutum verum. est decis. 885.* & in terminis huius Statuti Tudertini allegatur *decis. Perus. 21. num. 5.*

Quæ tamen conclusio limitatur nō procedere, quoties in testamento non sunt instituti filij, sed extranei, quia tunc filia præterita potest dicare testamentum nullum. *Bero. in cap. Raynutius. num. 237. de testam.* qui testatur de communi.

Et idem censuit ibi Rota si filij tantum essent in legitima instituti, & in reliquis bonis extranei. Et voluit Rota Statutum prefatum habere locum, si vna filia sit instituta, & alijs filijs maior, & opulentior pars fuerit donata donatione inter viuos, & in testamento confirmata, alia verò filia fuerit præterita, quod hæc non potest rumpere testamentum, quia filij habent potiorem partem, quorum cōtemplatione filiæ sunt exclusæ à Statuto, qui casus tamquàm continens eamdem rationem à generalitate Statuti non venit excludendus ex Doct. ibi allegat.

Circa Statutum Turritanum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Turritanum, de dotib. & antifato. cum loquatur defuncto patre, non procedit eo superstite.*

§. 1. Statutum Turritanum *sub Rubric. de dotibus, & antifato, cum loquatur defuncto patre, non procedit eo superstite*, vt dicitur *in Turritana bonorum Mercurij 14. Maij 1614. nu. 4. coràm Vbaldo. est decis. 600. part. 1. in Recent.* Vbi prætendebatur patrem defuncto filio non potuisse habere vsufructum bonorum ipsius filij; & hoc Rota deducebat, non obstāte Statuto, quod solum disponebat, dotem debere remanere apud eos, à quibus processit, *& in vers. si mulier decederet, &c.* disponitur, quod moriente muliere sine filijs dotes suæ, & antifatum reuertantur ad dotantes, quæ verba non possunt intelligi, nisi mortuo viro, quo casu est locus antifato, seu lucro dotali, & sic cessante præsupposito antifati, cessat etiam illius desposítio ad *l. mancipia. C. de seru. fugit.* cum alijs per *Surd. cons. 150. nu. 78. lib. 1.*

Et cum Statut. posteà in continenti ponat alium casum, quando mulier reliquerit filium, vel filios, qui moriantur ante ætatem legitimam, quod remaneant proximioribus, quibus de iure debentur; debet intelligi retento eodem themate, videlicet, præmortuo marito. Quæ interpretatio videtur rationabilis, ne pater excludatur à luctuosa hæreditate filij, & eiusmodi statuta ita esse intelligenda, tradit *Vincent. de Franch. decis. 91. nu. 1. & seq. Capic. decis. 210. num. 1.* Et quod difficultas cessabat ex alio Statuto *sub Rubr. de filijs decedentibus ab intestato.* deferente successionem filij ab intestato ipsi patri superstiti.

AD STATVTA ALMÆ VRBIS ROMÆ AVCTORITATE S. D. N. D. GREGORII XIII. P. O. M.

A Senatu Populoq. Romano reformata, & edita.

Interpretatio ex Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus.

Index Capitum Statuti habetur in fine.

Ad Rubricam.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Vrbis sunt Papalia, quia de mandato Papæ sunt reformata, tàm antiqua, quàm noua, vt in Proæmio dicitur.*

2 *Statuta laicorum quando ligent clericos, & quando non.*

3 *Statuta Vrbis cum sint Papalia ligāt etiam clericos.*

4 *Ecclesia non potest petere pœnas conuentionales vltrà damna, & interesse, non tantum quia Ecclesia non potest eas petere, sed etiam ex Statutis Vrbis, quibus ipsa ligatur. Et limita, vt hic habetur.*

5 *Iuramenti vires possunt adimere Statuta Vrbis, cum sint Papalia.*

6 *A matrimonio carnali ad spirituale non valet argumentum in Statutis Vrbis, licet sint Papalia, quia sunt intelligenda ad literam.*

7 *Filiorum appellatione in Statutis Vrbis, licet sint Papalia, non venit pia causa.*

8 *Forenses licet habeant probabilem ignorantiam Statutorum, tamen in Vrbe contrahentes ligantur ipsis Statutis.*

9 *Communitates, collegia Religiosorum, Conuentus, & Ecclesiæ subiacent Statutis Vrbis.*

10 *Loca omnia sita intrà quadraginta milliaria ab Vrbe, indistinctè sub Statutis Vrbis comprehenduntur.*

11 *Statuta Vrbis comprehendunt actus futuros, non tamen præteritos perfectos qui solum expectant post se executionem, secùs si perfectionem expectent.*

12 *Sta-*

12 *Statuta decisoria seruantur in omnibus tribunalibus Vrbis, ordinatoria verò solum in Tribunali Capitolino.*
13 *Statuta Vrbis sunt ad vnguem seruanda, quando lis agitur in foro Capitolino.*
14 *ex Statutorum forma est seruandum ius Ciuile, nisi illud sit correctum.*
15 *Statutorum Vrbis confirmatio, intelligitur de iure Ciuili, quod erat in viridi obseruantia de tempore confirmationis, non de correcto.*
16 *Testamentum conditum in Vrbe ex iuris Canonici dispositione non est validum; propter Statutum disponens seruari ius Ciuile.*
17 *Statuta Vrbis inducentia solemnitatem probatoriam, dicuntur condita ad publicam vtilitatem.*
18 *Statuta Vrbis quæ sunt fauorabilia sunt latè interpretanda, & quæ sint fauorabilia.*
19 *Statuta exorbitantia à iure communi sunt strictè interpretanda.*
20 *Statuta loquentia in casu simplicio non extenduntur ad mixtum.*
21 *Statuta Vrbis antiqua sunt per noua penitùs sublata.*
22 *Statuta Vrbis antiqua possunt allegari ad interpretationem nouorum.*
23 *Statuta Vrbis noua cum disponendo non procedunt vlterius annullando, tunc dispositio per æquipollens potest adimpleri, cum non sit inducta forma.*
24 *in Statutis Vrbis clausula irritans, posita in confirmatione, quid operetur.*
25 *Statutorum Vrbis occasione Districtus Vrbis Latius patet, quàm Territorium.*
26 *in Capitolina Curia si committatur causa cum Voto Rotæ, per eam non tollitur ordinaria facultas Iudicis, & propterea iudicium de ordinariorum sit delegatum.*
27 *Statutorum Vrbis vsus attenditur ex instrumentis Notariorum Capitolij.*

ROTA *coràm bon. mem. Card. Seraph. in vna Narnien. Legati Luna 30. Octobris 1570. in impress. est decis. 113. incip. Fuit per Dominos. in fin.* loquens
de Statutis antiquis Vrbis, dixit, Proœmium dicto-
1 rum Statutorum innuere ista † Statuta esse Papalia,
cum ei credatur, vt per *Felin.* & alios, *in cap. pastoralis. nu. 5. de offic. delegat.* Et clarius postea in eadem
causa coràm eodem *Seraphin.* vt habetur *decis. 153.
incip. Quantum ad primam partem. nu. 1.* fuit resolutum, Statuta Vrbis esse Papalia, quia fuerant reformata de mandato Papæ, quod patere dixit ex Bulla
Alexandri VI. inserta in principio lib. 4. dict. Stat. &
quod ita aliàs fuerit decisum *corā Robusterio in vna
Romana decem milliū, & in vna Portuen. plani vlmi.*

Et si hoc verum est in Statutis antiquis, verum
etiam erit in nouis, in quorum supercilio habetur,
quod sunt reformata, & edita auctoritate Gregorij
Papæ Decimitertij, prout ipsemet Summus Pontifex
in suis litteris Confirmationis præfatorum Statutorum attestatur.

2 Licet autem quando † Statuta laicorum sunt generalia, & confirmata, clericos non comprehendūt,
ex quo confirmatio non ampliat: Tamen quando sumus in Statutis reuisis, & approbatis per Superiorē,
qualis in præsentibus Vrbis Statutis, est Papa, & Cōfirmatio est facta ex certa sciētia, & Statuta laicorum
sunt inserta in volumine Statutorum, dicuntur Papa-
3 lia, † & comprehendunt etiam Clericos, ita dixit
*Rota coràm Orano in Romana prætensi fideicommissi
de Vrsinis 17. Maij 1585. Est decis. 68. lib. 1. in eius
manuscr. incip. Dubitaui præsupposito.* vbi quod pluries ita fuit resolutum. Et *in Ciuitatis Castelli bonorum 14. Ianuarij 1572. coràm Card. Lancell. Sen. Est
decis. 178. aliàs 1. de Statut. inter eius Selectas. incip.
Circa Statutum Vrbis.*

Et *coràm Oradino in Romana contrauentionis, seu
pœnæ conuentionalis Veneris 3. Martij 1570. incip.
fuit conclusum, quod Capitulum. Est decis. 418. in eius
4 lib. 2. in manuscript.* † Vbi quod Capitulum non poterat petere pœnas conuentionales vltrà damna, &
interesse, non tantum quia Ecclesia non potest eas
petere, sed etiam stantibus Statutis Vrbis ita disponentibus in nouis *cap. 163. lib. 1.* Vt diximus suprà
Part. I. ad Oradin. d. decis. 418 fol. 381. col. 2. in med.
Vbi similem habes *decis. Card. Seraphin. in Romana
Casalis Marsilinni.*

Et *in Romana de Comitibus 21. Iunij 1577. coràm
fel. rec. Clemente Octauo.* Et *coràm Card. Caualerio in
Perusina donationis 21. Iunij 1613. Est inter eius impress. decis. 257. nu. 2. incip. Domini concluserunt.* Et
*coràm eod. in decis. 441. Pronunciauerat in hac causa.
num. 8.* Vt fusius dicemus infrà *ad cap. 178. lib. 1.
Statut. Vrb.*

ADVERTE tamen, quod ista Statuta licet sint
Papalia, non tamen locum habent in bonis Ecclesiæ,
vbi est specialiter prouisum, vt in relocatione finita
emphyteosi, vt dicemus infrà *cap. 124. nu. 1. 4. & 5.*

Cum Statuta Vrbis sint Papalia licet sint laicorum
5 possunt annullare, & adimere † vires iuramento,
cùm aliàs non liceret *Rota in d. Perusina donationis.
num. 2.*

Licet autem Statuta ista sint Papalia, non propte-
6 reà valet in eis † argumentum à dispositis in matrimonio carnali ad matrimonium spirituale, vt de fructibus dotis à Monialibus petitis, & non debitis, respondit *Rota coràm Card. Seraph. decis. 517. Fuit resolutum hæredes. in fin.* Et hoc ea ratione, vt ibi habetur, quia Statutum est intelligendum ad literam,
nimirum, *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 137. de fructibus dotis
pro alimentis;* quod loquitur de matrimonio carnali,
non de spirituali, quale est Monachatus.

7 Sicut etiam ex eadem ratione appellatione † filiorum in his Statutis, non venit pia causa. *Rota coràm Card. Sacrato in vna Supplementi legitimæ 28.
Iunij 1613.*

8 Forenses † an ligentur præsentibus Statutis, & negari non potest quin ipsi habeant probabilem ignorantiam, vt dicitur in superiùs allegata decisione
*Card. Lancellott. Senioris Ciuitatis Castelli 178. inter
eius Selectas.* Tamen ligantur, & comprehenduntur
forenses in Vrbe contrahentes. *Caputaq. decis. 195.
Statutum Vrbis. part. 3. Card. Serraph. decis. 1170. n. 1.
incip. Fuit resolutum, in donatione.* Vide plenius infrà ad *cap. 158. lib. 1. Stat. Vrb.*

9 Comprehenduntur sub hoc Statuto † Communitates, Collegia Religiosorum, Conuentus, & Ecclesiæ. *Rota in d. Romana de Comitibus coràm Aldobrandino, & in Romana bonorum de Ruffinis 20. Decembris 1577. coràm Decano Rubeo, & in Romana
census, seu reconuentionis 12. Maij 1600. coràm
Littra.* Vide etiam infrà ad *cap. 178. lib. 1.*

10 Comprehendunt etiam indultinctè omnia † loca,
quæ

quæ continentur intrà quadraginta milliaria, omni penitùs sublata differentia, quam Rota in terminis Statuti ad hunc effectum considerabat circà solutionem Salis focatici, *in vna Balneoregien. bonorum Lunæ 30. Octobris 1589. coràm Card. Pamphilio Seniore.* De quo infrà *in cap. 195. lib. 1. & per Put. decis. 24. lib. 3.* & fuit resolutum *coràm Robusterio 2. Nouembris 1578. & 18. Maij 1579. in vna Vrbeuetana hæreditatis.*

11 Non tamen comprehendunt † actus præteritus iam perfectos, qui solum expectant post se executionem, sed futuros tantum. *Rota coràm Pamphilio in Balneoregien. bonorum 8. Iunij 1588.* quod secùs est in actibus de præterito expectantibus post Statutum nouum perfectionem, vel in actum successiuum, tunc enim Statutum nouum trahitur etiam ad actus de præterito. *Rota in Romana Saluiani Interdicti 2. Maij 1590. coràm Card. Seraphino.* prout etiam dictum fuit *in cap. 158. de præscript.* Vide ad *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 146. num. 9.*

12 Quæ quidem Statuta non sunt † decisoria, sed ordinatoria, quemadmodum videri poterit in declaratione illorum quam infrà subijciemus suis loco, & tempore, & propterea quando sunt decisoria debent seruari in omnibus Vrbis Tribunalibus, quando verò sunt ordinaria extrà Tribunal Capitolinum suas non protrahunt vires. *Rota in Romana bonorum Census viginti quinque millium 7. Maij 1601. coràm Corduba.* & alibi sæpè, vt passim videbis in progressu ipsarum declarationum.

Quinimò autem cum in Capitolino foro lis agitur,
13 tunc illa sunt ad vnguem seruanda. *Rota coràm Card. Caual. in Romana Domus de Cardellis 27. Maij 1609.*

Seruandum quoquè erit ex forma istorum Statu-
14 torum † ius Ciuile, vt apertè legitur *in cap. 42. lib. 1.* vbi aliqua notabo, nisi illud exprefsè reperiatur correctum per ius Canonicum, quia tunc in casu correctionis est seruandum ius Canonicum, Rota in terminis huius Statuti *in Perusina bonorum 20. Apr. 1592. coràm Penia.*

15 Hinc est, quod † Confirmatio Papæ de Statutis istis intelligenda est de iure Ciuili, quod erat in viridi obseruãtia tempore Confirmationis, non autem de eo quod exprefsè reperiebatur correctum. Vide quæ diximus *in d. cap. 42. lib. 1.*

16 Prætermittendum † tamen non est, quod testamentum conditum hic in Vrbe tantum iuxtà solemnitates iuris Canonici, de quibus *in cap. cum esses de testam.* non erit validum propter dictum Statutum, quod disponitur seruari debere ius Ciuile, ita in terminis huius Statuti declarauit in causa *Romana bonorum de Stoch.* De qua infrà *ad c. 42. infrà lib. 1.* Rotam pluries amplecti solitam fuisse huiusmodi opinionem, & præsertim in causa *Bononien. de Solimenis.*

17 Interdùm enim inducunt † solemnitatem probatoriam, & dicuntur condita ad publicam vtilitatem, *Caputaq.* & in terminis huius Statuti *decis.* . . . . & dicam infrà *in cap. 151. lib. 1.*

18 Interdùm etiam † fauorabilia dicuntur, & tunc sunt latè interpretanda, *Crescent. decis. 3. alids 63. de constit.* Et dicam etiam *in d. cap. 151.* Et quando Statuta dicantur fauorabilia fusè *Caputaq. dec. 215. part. 3.*

19 Sunt etiam aliquando † exorbitantia à iure communi, & tunc strictè veniunt interpretanda. *Rota in Romana Legitimæ 23. Iunij 1597. coràm Card. Pam.* Et dicitur etiam *in Cap. 141. lib. 1.*

20 Quandoquè etiam loquũtur in casu † simplici, & tunc ad mixtum non extenduntur. *Rota coràm Card. Pamphil. Sen. in Romana restitutionis dotis 18. Martij 1594.* Et dicam infrà *in cap. 131. lib. 1. vers. fin.*

21 Et Statuta † antiqua per ista noua sunt penitùs sublata per clausulam abrogatoriam in Confirmatione Statutorum à Summo Pontifice appositam. *Rota in Balneoregien. bonorum Lunæ 30. Octob. 1589. coràm Card. Pamphil.* Quæ habetur apud *Marchesan. tom. 2. fol. 152. col. 1.*

22 Potuerunt benè † dicta antiqua Statuta ad interpretationem nouorum allegari, dummodo non adsit aliqua diuersitas inter noua, & antiqua. *Rota in dicta Balneoregien. bonorum. 30. Octobris 1589. coràm Cardinali Pamphilio.*

Et vide *ad Statutum Hespelli in §. 1. nu. 3. vers. Quò fit, vt in cæteris.*

23 Cum verò hæc noua Statuta, † de quibus principaliter agitur aliquid disponunt, nec vlterius procedunt annullando, non dicuntur dare formam, ita quod actus aliter factus corruat, sed tunc potest per æquipollens adimpleri. *Rota coràm Orano in Romana Vineæ 5. Maij 1589.*

24 Nec clausula illa irritans, † apposita in Confirmatione Statutorum inducit, & alterat dispositionem, sed operatur tantum, vt Statuta ab inferioribus non possint impugnari, vel aliter interpretari. *Rota in Balneoregien. bonorum 8. Iunij 1588. coràm Cardinali Pamphilio, & coràm Card. Seraphino in Romana Vineæ 15. Maij 1589.*

25 Districtus † verò Vrbis Latius patet, quam Territorium. *Rota in dicta Balneoregien. bonorum coràm Card. Pamphilio 30. Octobris 1589.*

26 Nota quod † si committatur aliqua causa in Curia Capitolina per commissionem, in qua mandet procedi cũ Voto Rotæ, quod non propterea tollitur ordinaria facultas Iudicis, & consequenter non facit Iudicium de ordinario delegatum. *Rota coràm Pirouano in Romana Spolij Vineæ 20. Iunij 1611.* quæ decisio facta fuit pro causa verten. *coràm Senatore.*

27 Statuta Vrbis † circà formam seruandam in contractibus, an sint in vsu, attendenda magis sunt instrumenta Notariorum Capitolij, & eorum stylus quàm forensium, & aliorum qui non sunt Romani. *Card. Seraph. decis. 163. Quantum ad primam num. 1.* Vide fusius *in nostr. Obseru. Pract. conclus. in verb. Statutum. Obseru. circa Statutorum vsum, & Obseruantiam.*

AD CAP. IX.

De Officio Collateralium Iudicum.

SVMMARIVM.

1 *Collaterales Iudices Capitolini habent magnam iurisdictionem.*

2 *Auditoris Cameræ processus dicitur nullus causa vertente in Curia Capitolina.*

3 *Etiam stante Memoriali Sanctissimi.*

1 ADuerte quod isti † Collaterales in causis Ciuilibus habent iurisdictionem talem, & tantam, ita vt si in eadem causa coràm his vertente A. C. pro-

2 processerint, † eius processus dicatur nullus, & inualidus. *Rota coram Pirouano in Romana pecuniaria 5. Martij 1610.*

3 Amplia hoc † procedere etiam si porrecto Memoriali Sanctissimo, in quo fuerit narrata sententiæ causa, & nihilominus Papa rescripserit per hæc verba, videlicet, *All'A.C.* quia per dictum Memoriale non dicitur tributa aliqua iurisdictio, quæ validet processum A.C. *Rota in eadem Romana Pecuniaria coram Pirouano 5. Maij 1610.*

Ad Cap. 15. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De Officio Conseruatorum.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores Vrbis non possunt disponere de officijs vacaturis post eorum officium, & sic in præiudicium successorum.*

2 *Conseruatores Vrbis non possunt dare coadiutoriam Officiali Capitolino in præiudicium Conseruatorum successorũ, & quales conseruãdo ad hoc requiratur.*

3 *Consuetudo interpretatiua contrà ius debet esse præscripta spatio quadraginta annorum.*

4 *à Conseruatoribus Vrbis quędam prouisio assignata cuidam officio fuit ab Vrbano VIII. confirmata stante consuetudine interpretatiua præscripta.*

1 ADuertendum est, quod † Conseruatores ex auctoritate hic à Statuto illis concessa, non possunt concedere officia vacatura post eorum officium, & sic disponere non possunt in præiudicium successorum pro eiusmodi officijs. *Rota in Romana officij æstimationis Ripæ 24. Aprilis 1570. coram Card. Lancellotto Sen. Est inter eius Select. decis. 1. sub tit. de Conseruatoribus Vrbis. incip. Conseruatores Vrbis.* Vbi deciditur, quod per Conseruatores Vrbis non possunt dari coadiutoriæ Officialibus Capitolinis.

Quod etiam confirmatur in alia decisione in eadem causa coràm eodem *sub die 9. Octob. 1570. incip. In eadem fuit resolutum. Est decis. 2. sub eodem tit.*

2 † Vbi fuit dictum, quod consuetudo secundum quam Conseruatores Vrbis possunt dare coadiutoriam Officiali Capitolino debet esse præscripta cũ contradictione Conseruatorum successorum quibus præiudicatur. *Rip. respons. 4. circà fin. C. de diuers. rescript.*

3 † Et licet esset interpretatiua, tamen cùm interpretatio sit contrà ius positiuum requiritur præscriptio quadragenaria secundum *Aret. cons. 104. in princip. Put. cons. 15. vol. 3.*

4 Et ex † consuetudine interpretatiua præscripta spatio quadraginta annorum aliàs S. D. N. Vrbanus Octauus in Congregatione coràm ipso habita, confirmauit prouisionem assignatam cuidam Officio Capitolino à Conseruatoribus inter quos eram, & Ego tractæ Octobr. Nouembr. & Decembr. Anni 1630. quæ assignatio non videbatur posse sustineri stante Statuto Vrbis *lib. 3. cap. 4. De alijs Constitutionibus Officium Conseruatorum concernentibus. in vers. Vbi Conseruatorum assensus.*

Ad Cap. 31. Lib. 1. Statutorum Vrbis. Quod Notarij non matriculati de Instrumentis, & Testamentis rogari non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Notarij non descripti in matricula Capitolij non possunt ibi exercere officium contentiosæ iurisdictionis, secùs voluntariæ iurisdictionis, vt insinuationis. & num. 3.*

2 *Insinuationes donationum possunt rogari ab omnibus Notarijs coram Iudicibus Capitolinis, quod deseruit pro interpretanda mente statuentium.*

STatutum hoc prohibens Notarios non descriptus in matricula Capitolij non posse ibi exercere eo-
1 rum officium, † procedit in his, quæ sunt contentiosæ non autem voluntariæ iurisdictionis, & ideò Notarij etiam non Capitolini possunt donationes insinuare, vt fuit resolutum *coram D. Cotta in vna Anconitana terrarum de Thomasijs 1. Iunij 1576. Est decis. 486. in eius libr. in manuscript. incip. An instrumentum insinuationis.*

2 Quæ obseruantia, † quod omnes Notarij tàm A.C. quàm aliarũ Curiarum Vrbis rogantur de huiusmodi insinuationibus coràm Iudicibus Capitolinis, sufficit pro interpretanda mente statuentium, vt dicitur in eadem *decis. ex Aym. cons. 118. nu. 2. & 211. nu. 8.*

ADVERTE, quod *Cotta* loquitur de Statuto antiquo *lib. 5. cap. 56.* Vbi habetur quod Notarij non matriculati non poterant eorum officium exercere in Curia Capitolina, quod non habetur in nouis Statutis, cum nihil dicatur de dicta Curia. Sed Statuta antiqua possunt allegari pro interpretatione nouorum. Vt diximus suprà ad *Rubric. Satututorum. num. 22.*

Vltrà quod præcedentia, & sequentia Capitula disponunt de Notarijs Capitolinis.

Ad Cap. 34. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De eorumdem Notariorum officio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de duobus Notarijs rogatis, quod debeant subscribere in prothocollis, & quinternutijs, intelligitur, quod fiat antequam recedant à loco contractus.*

2 *Notarij, qui rogati debent subscribere, intelligitur, de omnibus Notarijs subiectis iurisdictioni Senatoris Vrbis, & Curiæ Capitolinæ.*

3 *Notarij qui rogati debent subscribere iuxtà Stat. hac Vrb. lib. 1. cap. 34. intelligitur etiam de Notarijs forensibus.*

4 *Notarij qui debent subscribere iuxtà d. Stat. Vrb. intelligitur non solum de forensibus, sed etiam de Curialibus.*

5 *Instrumentum si non fuerit subscriptum à duobus Notarijs rogatis iuxtà Stat. Vrb. lib. 1. cap. 34. non in totum annullatur, sed illius fidei detrahitur, vt per se non faciat fidem.*

STatutum Vrbis *lib. 1. cap. 34. aliàs cap. 29. lib. 3. in antiq.* Domini tenuerunt requiri, quod subscri-
1 ptio duorum † Notariorum in quinternutio prothocollorum fiat antequam ipsi à loco contractus recedant, & hoc dixerunt ex Vrbis Statuti, ibi, Notarius antequàm à loco cõtractus discedat nomina testium, & substantiam eius de quo rogatur in quaternutio prothocollorum scribat: cum enim statum subijciat, idem fiat quando duo Notarij de eodem contractu scribendo rogati essent: censendum est in vtroquè casu idem disposuisse, vt scilicet ante recessum à loco contractus subscriptio in quaternutio prothocollorũ

fiat, quod denotat dictio, idem, quæ est relatiua substantiæ identitatis, faciens relationem præcedétium cũ omnibus qualitatibus, vt plura post alios cumulat *Galiaut. in l. stipulationes non diuidũtur. n. 10. de verb. oblig.* Et ratio Statuti est, vt per obliuionem veritas nõ immutetur. Et licet Statutum velit subscriptionem fieri in prothocollis, tamen quaternutium, & prothocollorum idem sunt. *Castrens. in l. contractus. num. 5. C. de fid. instrum.* cum alijs per *Menoch. de arbitr. cas. 187. nu. 20.* Subscriptio verificatur in illa prima scriptura quàm Notarius facit tempore rogitus, propter d. rationem ne per obliuionem veritas immutetur. *Rota in Romana prætensi fideicommissi de Vrsinis 15. Nouembris 1585. coram Orano.*

Sufficit autem ad effectũ dicti Statuti, quoad vnus ex duobus Notarijs se subscribat in quaternutio: prothocollorum alterius absquè eo, quod vterquè se subscribat in quaternutio alterius. Et ita Rota declarauit dictum Statutum, & superallegata decisione in eadem causa coram eodem *sub die 29. Octob. 1586.*

ANNOTATIO.

Aduerte, quod declaratio dicti Statuti quod subscriptionẽ duorum Notariorum, non est necessaria in Statuto nouo *in lib. 1. cap. 34.* quia in eo non dicitur prout in antiquis, idem fiat, sed per extensum ponitur, quod ambo subscribant antequam recedant à loco contractus.

Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 34.* quod *in antiq.* est
2 *cap. 291. lib. 3.* non solum comprehendit † Notarios Collegij Proconsulum, sed etiam alios Notarios matriculatos, & alios subiectos iurisdictioni Senatoris, & Curiæ Capitolinæ. *Rota in Romana prætensi fideicommissi de Vrsinis 12. Nouembr. 1584. coram Orano.*

3 Et sub dicto Statuto † comprehenduntur etiam Notarij forenses ex communi regula, quæ vult in respicientibus formam, & solemnitatem actus, qui geritur, posse statuentes legem imponere actibus in eorum iurisdictione gerendis. Ideò esse inspicienda, & seruanda Statuta loci in quo celebratur contractus. *Cin. in l. cunctos populos. C. de Sum. Trinit. Bald. in l. multum interest. nu. 20. C. si quis alt. vel sibi. Alex. cons. 100. nu. 15. lib. 1. Ias.* de communi. *cons. 48. num. 6. lib. 1. Bero. cons. 7. lib. 3.* & contrahentes sollicitos esse debere in his Statutis sciendis. *Aret. cons. 11. num. 4. Alciat. tom. 1. lib. 2. cons. 33 num. 24. cum seq.* Et licet regula non procedat, quando Statutum loquitur in personam, & eam simpliciter, & absolutè respicit. Tamen secùs quando cum modificatione respiciẽdo solemnitatem actus, quia tunc indistinctè ligat forenses. *Anchar. in c. 1. quæst. 12. de constit. Aret. cons. 73. nu. 6. Lambert. ad Statut. Mediol. glos. 2. nu. 209. lib. 4.* vt latè fuit dictum *in Spoletana Hæreditatis 22. Maij 1579. coram Cantuccio.* Non obstat quod regula non procedat in Statuto Collegij non habentis territorium. Quia licet facta à Collegio Notariorum Vrbis, tamen cum fuerint facta de mandato Superioris, & confirmata, ac libris Statutorum Vrbis inserta non dicuntur Collegialia. *Io. Andr. in cap. 2. de feud.* & ligantur etiam personæ extra Collegium. *Curt. Iun. cons. 349. num. 7.*

Nec est verũ quod Statuta sint limitata ad Notarios Vrbis, ita quod excludant forenses. Quia omnes Notarij, qui in Vrbe rogant instrumenta etiam quod sint forenses, dicuntur Notarij Vrbis; Maximè cum Eugenius IIII. qui mandauit antiqua Statuta fieri pro bono statu Vrbis, vtiquè non se restrinxit ad Notarios particulares. *Bart. in l. qui ædificium. ff. de seruit. Vrb. prædio. Ias. in Auth. quas actiones. num. 17. & 22. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 36. nu. 11. & 12. lib. 6. Brun. in tract. de Statut. art. 5. quæst. 1.* Et ita fuit resolutum *in d. Romana prætensi fideicommissi de Vrsinis 11. Ianuarij* 1585. *coram eod. Orano.* quod etiam fuit confirmatum 17. *Maij* 1585. *coram eodem.*

Et dictum Statutum comprehendit non solum No-
4 tarios † forenses, sed etiam Curiales, cum eadem sit in ambobus ratio. *l. 4. §. toties. vbi Bart. de damn. infect.* præsertim *cum in d. Statutis antiq. in cap. 283. lib. 3.* vniuersaliter dicatur. Quisquis in Vrbe officium Notariatus exercẽs. Nec facit distinctio iurisdictionũ facta per Sixtum Quartũ. Quia per eam nihil disponitur circa ea, quæ respiciunt formam, & solemnitatem contractus, sed solum circà concernentia forum iudiciarium, vbi quis conueniri debeat, compatiuntur autem inter se, quod Curiales conueniri debeant coràm A. C. vel alio Iudice in Curia existẽte, & quod nihilominus Statutis Vrbis solemnitatem respicientibus ligentur. Nam clarum est quoad solemnitates esse attendenda Statuta loci, vbi instrumenta conficiuntur. *Bart. & Doct.* communiter omnes *in l. cunctos populos. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cathol. Bald. in dicta l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi.* licet forum alibi sortiantur *Butr. in cap. 1. nu. 2. de Sponsal.* Et ita fuit tentum *in d. Romana de Vrsinis 15. Martij 1585. coram eodem Orano.* quod etiam fuit confirmatum in eadem causa 17. Maij 1585. *coram eodem.*

5 Statuto huic si non fuerit satisfactum † ob non factam subscriptionem, non in totum annullatur instrumentum, vt propterea perindè haberi debeat, ac si nihil actum, vel rogatum fuisset, sed illius fidei in tantum detrahitur, vt per se fidem non faciat. Cum per Statutum nihil aliud disponatur, quàm vt instrumentum sub certa solemnitate probatoria conficiatur, non ea quidem actui cohæret, sed quæ ab ipso sit separabilis, adeò quod neglecta illius obseruatione non inducatur absoluta pœna nullitatis instrumenti, cum possit aliundè fidei supplemẽtum recipere, putà ex testium dictis, vel ex actis originalibus. Ac propterea quod d. subscriptio dicatur esse de quadam forma, cum forma diuersimodè accipiatur, vt per *Bald. in l. si duo. §. si quis iurauerit. nu. 4. ff. de iureiur.* cum duplex hic possit forma cõsiderari, altera quæ instrumentum respiciat, altera quæ negotium principale, siue contractum cõcernat, hæc tendit ad substantiandum actum, illa ad probandum, & faciunt dicta per ipsum *Bald. in l. 2. nu. 6. C. de bon. poss. secund. tabul.* & declarat exemplo testamenti *in l. in bonæ fidei. nu. 19. C. de reb. cred.* Et tale instrumentũ licet ob defectum suæ perfectionis non mereatur simpliciter nomen instrumenti. *Bald. in l. si non fortè. §. indebitum. num. 2. ff. de condit. indeb.* tamen potest coadiuuari extrinsecus. *Alex. cons. 184. nu. 7. lib. 7.* & interim facit iudicium, vel aliqualem præsumptionem, & interdùm semiplenam probationem. *Aym. de antiq. temp. p. 1. §. octaua limitatio. nu. 16.* Et ita fuit resolutum *in d. Romana prætensi fideicõmissi de Vrsinis 19. Iunij 1587. coram eodem Orano.* & plenius discussum, & resolutum *sub d e 23. Martij 1588. coram eodem.* & confirmatæ fuerunt dd. decisiones in eadem causa *sub die 24. Nouembris 1589. coram eodem.*

Ad

Ad Cap. 36. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De exemplatione Instrumentorum Notariorum defunctorum, vel absentium.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta exemplatam Notariorum defunctorum quando dicantur in forma probanti.*

ROTA *coràm Decano Pegna in Romana Legati de Cæsarinis Merc.5.Martij 1603. incip. Super dubuo. Est decis.218.in eius lib.5. in manuscript.*

Dixit transumptum copiæ legati extractum, & pro-
1 ductum vigore † huius exemplationis non esse in forma probanti, quia non fuit seruata forma huius Statuti. Quę postea fuit seruata in alia exemplatione.

Ad Cap.41. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib.1.cap.41.non extenditur ad Stat. Vrb.lib.1. cap.178.*

2 *Incolæ in hoc Statuto intelliguntur iuxtà dispositionem iuris communis, non iuxtà Statuta antiqua lib.3.cap.150.*

STatutum hoc De foro competenti, dum à foro Capitolino eximit Officiales Romanam Curiam
1 sequentes, & alios hic expressos, † non extenditur ad Statutum hoc eodem *lib.1.cap.178.* circà appellationes, quod non possint secundò prouocare, quia in hoc secũdo Statuto illi non sunt excepti ad *Gemin. in cap.1.n.14.de iuretur.Dec.in l.pacta nouissima. n.5. C.de pact. Rota in Romana Officij scriptoriæ 21. Iunij 1591. coram Comitulo.*

ANNOTATIO.

In Libro Statutorum Vrbis R.P.D. Francisci Pegnæ Decani habetur sequens Apostilla ad hoc Stat. Cap.41. videlicet: *Die Vener.13.Febr.1609.in Congregatione super Reformatione Tribunalium Status Ecclesiastici disputatum fuit Dubium super intellectu huius Statuti respectu Incolarum laicorũ, & fuit conclusum Regulam generalem initio huius Statuti positam intelligendam de Incolis iuxtà dispositionem iuris communis, non autem restricta iuxtà Statuta antiqua cap. 150. lib.3.*

2 Et qui sunt Ciues † Incolæ, & districtuales, de quibus loquitur hoc Statutum, vide infrà ad *cap.178. lib.1. in vers. prima igitur Conclusio. nu.13.*

Ad Cap.42. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De seruandis Statùtis, & illis deficientibus, Iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Ius Ciuile, quod seruari debet ex Stat.Vrb.lib.1.c.42. quod Ius Ciuile intelligatur.*

2 *L. siquis maior. C.de transact.cum sit rigorosa, quando procedat.*

3 *Ius Ciuile quando non sit seruandum contrà Stat.Vrb. lib.1.cap.42.*

4 *Ius Ciuile in confirmatione Statutorum Vrbis, quod ius sit intelligendum.*

5 *Statutum Vrbis de seruando Iure Ciuili, quod est cap.42. lib.1. procedit in decisionis, non in ordinatorijs.*

6 *Testamenta in Vrbe condi debent iuxtà Ius Ciuile, non iuxtà Ius Canonicum.*

7 *Statutum Vrbis lib.1. cap.42. habet locum in Castris districtualibus, licet habeant Statuta circà materiam de qua agitur, cum ea non ligent Dominos, nec eorum filios.*

8 *Ius Ciuile cum sit in Vrbe seruandũ ex Stat. Vrb. lib.1. cap.42. propter hoc Statutum, inter Romanos non habet locum æquitas Canonica.*

STatutum Vrbis *lib.1. cap.42.* de obseruandis Sta-
1 tutis † in districtualibus, procedit quando in dictis locis non adest particulare Statutum, vel consuetudo circà illam rem, vndè cum in Ciuitate Tyburtina non adsit circà incendium Statutum particulare, nisi probetur particularis consuetudo est recurrendum ad Statutum Vrbis, quod est *lib.2. cap.36. Tyburtina Incendij 20. Nouembris 1595. coràm Seraph.*

Idem dicitur ex hoc Statuto de Terra Fiani circà Statutum Vrbis *lib.1.cap.137. in Romana Lucri dotis Vener.9. & Lunæ 23. Maij 1609. in fin.coràm Coccino. est decis.246. in Recent. part.2.*

Statutum Vrbis *lib.1. c.42.* quod inter Romanos seruetur Ius Ciuile, quod tamen intelligitur, prout Interpretes Iuris Ciuilis illud limitarunt, vndè stãte contractu iurato cum pęna conuentionali, non debet dicta pęna exigi vltrà interesse, non obstante dicto iu-
2 ramento, † quia *l.si quis maior.C.de transact.* cum sit valdè rigorosa, requiritur vt habeat locũ, quod concurrat dolus manifestus contraueniẽtis, vt tradunt omnes, & in specie *Roland.cons.57.nu.6.& 46. lib.1.*

Nec pęna conuẽtionalis vltrà interesse peti potest stante alio Statuto Vrbis particulari *lib. 1. cap.163.* ita disponente. Et sic dispositio Statutaria cum sit conformis æquitati Iuris Canonici, est seruanda etiã in contractibus iuratis, cum ista sint Statuta Papalia. *Rota in Romana Casalis Marsiliani Veneris 19. Iunij 1587. & Lunæ 16. Maij 1588. coràm Card. Seraphino.*

Statutum Vrbis *lib. 1. cap.42.* propter hoc Statutum inter Romanos non est seruanda æquitas Canonica, sed Ius Ciuile. *Portuen. bonorum 2. Decembris 1580. coràm Card. Seraphino.*

3 Hoc Capitulum non habet locum † quando Ius Ciuile expressè reperitur correctum per Ius Canonicum, quia tunc Ius Canonicum non autem Ciuile est inter Romanos & alios, de quibus *in d. cap.42.* seruandum est, Rota ista distinguenda declarauit in terminis huius *cap. die Lunæ 20. Apr.1592. coràm R.P.D. Penia in Perusina bonorum.* & nouissimè ita etiam fuit resolutum *coràm R. P. D. Merlino in causa Romana Dotis Mercurij 14. Martij 1635. impress.in fol. volant. incip. Post emanatam.*

Et propterea Cõfirmatio Statuti facta à Sũmo Pon-
4 tifice intelligenda est † de Iure Ciuili, quod erat in viridi obseruantia, non autem de illo, quod per Ius Canonicum expressè requirebatur correctum. *Rota in d.decis.coràm Penia.*

5 Aduerte tamen, † quod hoc Statutum procedit in decisorijs, nõ autem in Ordinatorijs, ita Rota declarauit *coràm Achill.de Grass.decis.1.tit.de offic.delegat.* Quam Decis. secuta est. *Rota coràm Cotta in Tyburtina Castri S.Poli* Lunæ 27. Febr.1576. *est decis.507.*

in eius libr. in manuscr. incip. An instantia. Vbi quod propterea in Rota non seruatur Statutum c.81. *lib.1.* de peremptione instantiæ, quia est ordinatorium non decisorium, vt habes infrà *cap.81.nu.1.*

Secundum est, quod inefficacia huiusmodi Statuti
6 disponentis seruari debere Ius Ciuile, † testamenta condita in Vrbe iuxtà dispositionem . *cap. cum esses de testamentis. non substinentur.* ita in terminis huius Statuti, Rota declarauit *in Romana de Stochis 27. Maij 1588. coram bon. mem. Card. Pamphil. habetur inter impressas à Farinacio Lugduni fol. 213. col. 1. decis. 396. non 403. vt est malè impressum.* quemadmodum diximus in Rubrica huius Statuti num. 16. & id voluit *Magdal. de numero Testium in testamento requisitus. in cap. 8. nu. 24. & 26. part. 2. fol. 441.*

Hoc Statutum procedit etiam in Castro Polimartij, quod est infrà districtum Vrbis, & licet ibi adsit
7 † Statutum illud, tamen est inualidum, cum non liget Dominos, nec filios Dominorum, & ideò standum dispositioni Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 145. de Successoribus ab intestato. Rota coràm Card. Seraphin. in Balneoregien. bonorum 19. Nouembris 1598.* Quæ decisio non reperitur extensa inter Seraphini Decisiones, sed est annotata in Codice Stat. Vrb. R.P.D. Decani Pegnæ.

Propter hoc Statutum inter Romanos non est ser-
8 uanda † æquitas Canonica, sed Ius Ciuile. *Seraphin. decis. 487. Fuit resolutum non constare. num. 13.*

Ad Cap. 47. Lib. 1. Statutorum Vrbis.

Qui pro maioribus habeantur.

SVMMARIVM.

1 *Persona habilitata per Statutum, quod seruare debeat, si disponat de bonis sitis in territorio Statuentium,*
2 *Persona habilitata per Statutum, quid seruare debeat, si disponat de bonis sitis extrà territorium.*
3 *Iuramentum facit sustinere contractum aliàs non validum etiam in die feriato præstitum.*
4 *Testium examen sustinetur etiãsi iuramentum fuerit præstitum in die feriato.*
5 *Statutum, quod maior 20. annis pro maiori habeatur, vt est huc Stat. Vrb. lib. 1. c. 47. est decisorium, & ligat forenses.*
6 *Maiores 20. annis, quod habeantur pro maioribus iuxtà huc Stat. Vrb. lib. 1. cap. 47. intelligitur quod ætas 20. annorum sit completa.*

Statutum huiusmodi habitare dicitur personam, & ideò iste sic habilitatus existens extrà Territorium
1 disponens tantùm de bonis in Territorio sitis, † non debet seruare aliquas solemnitates loci contractus, sed benè solemnitates huius Statuti, Rota declarauit in istis terminis huius nostri Cap. 47. *in Romana donationis de Cincijs Veneris 3. Iunij 1586. & 2. Iulij eiusdem anni coram Seraphino. in impress. decis. 746. & 741.*

2 Quod secùs esset, † si talis habilitatus disponeret de bonis sitis extram Territorium loci, in quo per Statutum fuit habilitatus, quia tunc essent seruandæ solemnitates loci contractus, si quæ requirerentur, aut in illarum defectum Ius cõe seruari deberet, ita pariter voluit Rota in præallegatis decisionibus, *& in Romana donationis de Vrsinis die 27. Apr. 1587. & 15. Iunij eiusdem anni coram Seraphino,* in quibus duabus vltimis decisionibus allegatis, & confirmantur illę factę in causa *Romana donationis de Cincijs. in impress. decis. 782. & 791.* & sequitur *Rota coram Comitulo in Pisana de Roserminijs Ven. 7. Martij 1589. est decis. 51. in eius lib. in manuscript. incip. Simeon de Roserminijs. vers. Ad stipulatur, & illa.*

3 Neque est omittendum, quod † sustinetur contractus, quoad bona extrà Territorium sita, propter iuramentum in eo appositum, etiãsi in die Dominico, & sic feriato, vt simile iuramentum recipit Papa in die S. Syluestri ab Officialibus Vrbis. *Rota in d. Romana donationis de Vrsinis 27. April. 1587. coram Card. Seraphino.*

4 Ex quibus videtur sustinui posse † examẽ aliàs nullum ex iuramento præstito in die feriato, de qua nullitate ex hoc iuramento, habetur *coram Card. Plato in Sutrina Parochialis Merc. 6. Iunij 1588. est dec. 62. in eius lib. in manuscript.*

5 Aduerte etiam, † quod hoc Statutum est decisorium, & consequẽter forenses cõprehendit. *Caputaq. decis. 164. lib. 1. in manuscript. Rota in Tudertina, seu Romana nullitatis obligationis 4. Iulij 1614. coram Buratto.* vbi de Tudertino, qui Romæ contraxit, & minor, seu hoc Statuto habilitatus dicitur etiam ad effectum alienandi eius bona propter eius generalitatem, vt fuit resolutum in citata *Romana donationis de Cincijs coram Card. Seraphino 19. Iunij, & 9. Iulij 1586. in impress.*

6 Maiores viginti annis, † quod per hoc Statutum, habeantur pro maioribus in quolibet contractu, intelligitur, quod viginti anni sint cõpleti ex eiusdem Statuti dispositione, cũ dicat, quod maiores viginti annis. *Rota coràm Card. Pamphilio Iun. in Roma Saluiani Interdicti Lunæ 15. Iunij 1615. incip. Relictum fuerat.*

Ad Cap. 49. Lib. 1. Statutorum Vrbis.

De Tutore, seu Curatore ad lites minoribus, & infantibus conueniendis, deputando.

SVMMARIVM.

1 *Minores, & infantes forma citandi in hac Statuto præscripta non potest remitti ad Iudicis arbitrium: Nec stylus contrà formam à Statuto præscriptam valet, cum verba sint clara.*
2 *Curator ad lites propter hoc Statutum inclinauit, Rota quod non daretur sine cautione.*

Statutum hoc, quod in antiquis erat *lib. 1. cap. 43.*
1 de citando minores, & infantes, † contrà hoc Statutum non tenet stylus in contrariũ propter clara verba ipsius Statuti ad *Afflict. dec. 56. in fin.* Nec huiusmodi citandi forma potest remitti ad Iudicis arbitrium propter eamdem rationem. *Rota in Romana domus ad Imaginem Pontis 23. Ianuarij 1577. coràm Card. Lancell. Sen. Est decis. 37. inter eius Select. aliàs vnic. in titul. de citat. in manuscipt. incip. Duplici ex capite.*

Curator ad lites ex hoc Statuto Rota inclinauit,
2 † quod non posset dari sine cautione, cùm aliàs de stylo Rotæ soleat dati in prophanis sine cautione. *Achill. decis. 89. alias 1. de Iudic. incip. Stylus Rota, num. 3.*

Ad

AD CAP. 66. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Iuramento calumniæ, & illius forma.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum columniæ præstori debet per principales ipsos, nisi absentes sint. Et hoc Statutum cum sit ordinatorium non seruatur extrà forum Capitolinũ.*

1 STatutum hoc, † quod scilicet principales litigantes, si præsentes sint per se ipsos Iuramentum calumniæ præstent est ordinatorium, & vltrà forum Capitolinum non extenditur. *Rota coram Insto in Romano Viridorij* 13. *Iunij* 1592.

Idem dicit *Beltramin. ad decis.* 282. *Gregor. XV. incip. Domini persisterunt. in litera A. in fin.*

AD CAP. 68. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Positionibus, & confessis.

SVMMARIVM.

1 *Positiones quod habeantur pro confessatis procedit etiam in causis summarijs.*

2 *Positiones quod habeantur pro confessatis non procedit in iudicio nullo.*

3 *Positiones non habentur pro confessatis, quando contumax potest probabiliter excusari.*

4 *Positiones non habentur pro confessatis quando continent factum alienum.*

5 *Positiones non habentur pro confessatis, quando fuerunt data sine iuramento, & non seruata forma Statuti.*

6 *Positiones exhibens debet iurare etiam quod pars nec requirat, nec opponat.*

7 *Iuramentum in positionibus debet àb actore in exhibitione præstari etiam parte non opponente, secùs est de iuramento calumniæ.*

8 *Positionibus in actis exhibitis non seruata forma Statuti reus respondendo quando sibi non præiudicet etiam non protestando, remissiuè.*

9 *Item quid significent verba Statuti dispositiuè, & ponendo conceptas.*

10 *Positionibus alternatiuè conceptis, & de facto veteri, an reus teneatur respondere, remissiuè.*

1 HOc Statutum † habet etiam locum in causis de quibus *in cap.* 88. *hoc eodem lib.* Vbi de causis Summarijs agitur, vt fuit resolutum *coram D. Orano in vna Romana Alimentorum* 5. *Iunij* 1592. *incip. Fuit dubitatum. Est decis.* 144. *in eius lib.* 2. *in manuscript.*

Confessio, quæ resultat expositionibus, de qua lo-
2 quitur hoc Statutum, † non extenditur si Iudicium est nullum. *Rota in Romana Vinea* 2. *Decembr.* 1613. *coram Card. Pamphilio.*

3 Vlterius non attenditur † confessio in vim huius Statuti resultans ex pronunciatione positionum pro confessatis, quando adest aliqua causa probabilis, vel colorata excusationis contumaciæ respõdere debentis. *Rota in d. Romana Vinea* 2. *Decembris* 1613. *coram eodem Pamphilio.* vbi hoc explicatur in eo, qui auocare fecerat causam ab A. C. & iterum dum disputatur de Iurisdictione non comparet.

4 Item non habet locum, † quando positiones continent factum alienum. *Rota in d. Romana Vinea* 2. *Decembris coram eodem Pamphilio.*

5 Præterea non procedit, † quando articuli medio Iuramento non fuerunt dati, & sic non fuit seruata forma à Statuto præfixa, nec contumacem afficit desuper lata sententia, etsi eius bona fuerint confiscata, ea omnia per comparitionem recuperat, cum alijs de quibus per *Rotam corã Orano in Romana Notoriatus Veneris* 12. *Februarij* 1588. *incip. Conclusum fuit. Est decis.* 320. *in eius lib.* 1. *in manuscript.*

6 Et istud iuramentum † cum sit de forma à Statuto præscripta, præstandum est ab ipso actore etiam reo non requirente, vel opponente. *Bald. in l.* 1. *nu.* 3. *C. de his, qua sub modo.*

7 Licet autem iuramentum † calumniæ non præstitum, neque petitum non reddat iudicium nullum, tamen secùs est in hoc iuramento, cum aliud sit iuramentum à iure communi introductum, quale est iuramentum calumniæ, quod potest quandocumque præstari; aliud hoc, quod in actus initio pro forma eiusdem actus requiritur. *Rota coram Orano in Romano Alimentorum Veneris* 28. *Februarij* 1592. *incip. In causa Romana.* quæ decisio fuit postea confirmata *coram eodem sub die Veneris* 4. *Iunij* 1593. *incip. Domini concorditer. Illa est decis.* 125. *Ista est decis.* 209. *in eius libr.* 2. *in manuscript.*

In quibus etiam decisionibus fusè Rota firmauit,
8 † quando reus sibi non præiudicet respondendo talibus positionibus contrà formam Statuti exhibitis, etiam aliter non protestando, vt in eis est videre.

9 In Statuto illa verba, † *dispositiuè, & ponendo concepta.* idest, positiuè non interrogatiuè esse positiones concipiendus aliàs pars non tenetur eis respondere. *Bald. in l. data opera. C. qui accus. non poss. Gem. in cap.* 1. *col. pen. de confess. in* 6. *Marant. p.* 6. *in verb. procurat. artic. & posit. num.* 13.

10 An positionibus † alternatiuè conceptis quis respondere teneatur, vel conceptis de facto veteri, cuius quis verisimiliter præsumitur oblitus, latè fuit dictum in causa *Romano Cambiorum* 14. *Ianuar.* 1600. *coram Card. Lancell. Iun.*

AD CAP. 73. lib. 1. Statutorum Vrbis. De numero Testium.

SVMMARIVM.

1 *Testium septem numerus in qualibet causa, quod non recipiantur, quale est hoc Statutum, est ordinatorium non decisorium.*

1 HOc Statutum † est ordinatorium, non autem decisorium, & ideò in Rota non attenditur, prout fuit resolutum *coram Card. Seraphino in vno Romana prælationis die* 27. *Nouembris* 1573. *est decis.* 208. *Domini dixerunt prius. num.* 1.

AD CAP. 81. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Instantijs, & Fatalibus.

SVMMARIVM.

1 *Super instantiæ peremptione Statutum prouidens, quale est Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 81. *est ordinatorium, non decisorium, & ideò non seruatur in Rota.*

HOc Statutum de Instantijs, quando dicatur de-
1 serta, † cum sit ordinatorium non seruatur in Rota, vt fuit dictum *coram Cotta in decis.* 507. *in eius libr. in manuscript. Est in Tyburtina Castri S. Poli. Luna* 27. *Febr.* 1576. *incip. An instantia.*

Vbi dicitur non obstare aliud *Statut. Vrb. quod in nou. est lib.* 1. *c.* 42. quod vbi non prouidet Statutum

 atten-

attendatur ius Ciuile: Quomodo in tempore dato instantijs Statutum prouider, & cum respiciat ordinatoria, Rota dixit non esse seruandum in Rota. Et etiam si Statutum non prouideret super tempore instantiæ, & esset attendendum ius Ciuile, Tamen quod & illud respiceret ordinatoria, & sic non esse seruandum in Rota. Et quod ita loquitur Confirmatio Leonis X.

Quod dictum Statutum *cap. 42. lib. 1.* quod seruetur ius Ciuile, procedat in decisorijs, aliàs Rota resoluit per *Achill. decis. 52. aliàs 1. de offic. deleg.* videlicet, vt in *decis. Achill.* dicitur, quod dictum Statutum procedit in decisorijs non autem in ordinatorijs.

AD CAP. 83. lib. 1. Statutorum Vrbis, De executione Apocharum.

SVMMARIVM.

1 *Apocha scripta, vel subscripta manu debitoris habet vim publici Instrumenti, & executionem paratam, ex Statuti Vrbis dispositione.*

2 *Apocha à Cardinali subscripta subiacet Statuto Vrbis cap. 83. lib. 1.*

3 *Apocharum executio iuxtà Stat. Vrbis non impeditur per clausulam, arbitrio Rotæ.*

4 *Hoc Statutum, est ordinatorium non decisorium, licet aliàs hoc remansisset in decisum.*

1 APocha † manu debitoris scripta, vel subscripta huiusmodi, ex Statuto habet vim publici Instrumenti, & executionem paratam. *Rota in Romana executionis mandati, seu non adimplementi 25. Ianij 1583. coràm Card. Mantic. est inter eius impress. decis.*
2 *238. incip. Illustriss. D. Alexander.* † in qua *nu. 1. in fin. §. nam illa Apocha* fuit dictum Apocham subscriptam à Cardinali subiacere huic Statuto.

3 Et quod talium † Apocharum executio non impediatur per clausulam, *Arbitrio Rotæ.* fuit dictum *coràm Vbaldo.* prout *in Recent. part. 2. decis. 434. nu. 3. incip. D. Franciscus Galuat.*

An hoc Statutum sit ordinatorium, vel decisorium,
4 † Rota reliquit in decisum *in vna Romana relaxationis indemnitatis Vener. 12. Ianuarij 1601. coram Lancellotto Iun. incip. Dominus amissa.* Est *decis. 161. lib. 3. in meis manuscript.* Fuit tamen posteà decisum *coram Card. Sacrato in Sabinen. dotis Lunæ 13. Martij 1606. incip. Cum causa.* habetur apud *Marches. de Commiss. lib. 2. fol. 32.* Vbi fuit dictum hoc Statutum non esse decisorium, sed ordinatorium cum det tantum modum in procedendo, & respondetur Decisionibus Clem. VIII. & Card. Marquemontij, quæ loquuntur in totali prohibitione appellationis, quapropter dicuntur decisoria.

AD CAP. 84. lib. 1. Statutorum Vrbis, De recognitione Instrumentorum, & Apocharum.

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata, licet iuxtà Stat. Vrb. lib. 1. cap. 84. de recognitione Instrumentorum, & Apocharum recognosci debeat per tres testes, non procedit in vltimis voluntatibus præsertim ad pias causas, & est ordinatorium non decisorium.*

2 *Statutum hoc de recognitione Instrumentorum, & Apocharum recipit interpretationem à iure communi,*

3 *in Apocharum recognitione de iure non requiritur comparatio literarum, secùs ex Statuto Vrbis.*

1 STatutum Vrbis *lib. 1. c. 84.* † *De recognitione Instrumentorum, & Apocharum.* Quod Apocha priuata debet recognosci per tres testes.

DECLARATVR à Rota *coràm Card. Canalerio decis. 553. Dubitatum fuit, an cedula, nu. 4. & 5.* Quod non procedat in cedula vltimæ voluntatis scripta manu testatoris præsertim ad pias causas. Et quod dictum Statutum nō videtur intrare cum respiciat ordinatoria, non decisoria ex latè deductis in disputationibus *coram Vbaldo in Romana grani.*

2 Instrumentorum, † & Apocharum recognitio, de qua in hoc Statuto, recipit interpretationem à iure communi, videlicet, dummodo Apocha non sit suspecta, nam tunc recognitio per testes dicētes habere notam manum, non sufficeret. *Rota coram Lancellotto Sen. in Romana pecuniaria 15. Iunij 1580.*

3 Licet de iure communi in recognitione † Apocharum non sit necessaria comparatio literarum, secùs est ex Stat. Vrb. quod disertè loquitur de tali comparatione, & reducit ad ius commune. *Cacta in Romana depositi Lunæ 24. Martij 1572. est decis. 353. in eius lib. in manuscr. incip. Firmatum quod de iure.*

☞ Plura in materia recognitionis literarum habentur *in nostr. Obseruat. Pract. conclus. in verb. Recognitio.*

AD CAP. 85. lib. 1. Statutorum Vrbis. De executione Instrumentorū dotalium.

SVMMARIVM.

1 *Dotalia Instrumenta, & quacumquè dotis nomine debita paratam habeat executionem post eorum exhibitionem ex Statuto, quod est decisorium.*

2 *Instrumenta dotalia quando sunt exequenda contrà tertios possessores, non solum ipsi tertij, sed etiam principales, vel illorum hæredes sunt citandi.*

3 *Instrumenta dotalia pro alimentis, & fructibus dotis possunt exequi etiam contrà tertios possessores.*

4 *Extrema necessaria in hoc Statuto quando dicantur verificata.*

STatutum, quod Instrumenta dotalia possint etiam contrà tertios possessores executioni demandari,
1 † est decisoriū, & seruandum in omnibus Vrbis Tribunalibus. *Rota coram Robusterio in Romana dotis de Millinis 17. Febr. 1578. & in Terracinen. dotis 1. Decembris 1614. coram Card. Verospio.* Vbi quod idem fuerat resolutum *in vna Romana domus coram Binarino 12. Febr. 1571. & in causa Bononien. de Comitibus 2. Aprilis 1585. coràm Robusterio,* & replicatur *in d. Terracinen. coram eodem Verospio Lunæ 14. Martij 1616.*

Idem in plena Signatura dixit fel. rec. Clem. VIII. quod hoc Statutum est decisorium, vt patet ex fide, de qua *Salust. Tiber. in sua Pract. Iudiciaria lib. 2. c. 35. n. 15.* vbi adest exemplum fidei attestationis Notarij.

2 Et in Iudicio per mulierem intentato † contrà tertios possessores vigore huius Instrumenti, non solum tertij possessores citandi, sed etiam principales debitores, vel illius hæredes. *Rota coram Card. Millino in Romana executionis 8. Iunij 1601.* vbi dicitur, hoc ita decisum fuisse, quia Statutum mandat citari omnes personas, quæ in tali Iudicio lædi possunt.

3 Et habet etiam locum † in alimentis, & fructibus debitis

debitis ante dotis restitutionem, ita vt dote restituta possit pro illis agi contra tertios possessores, ita fuit resolutum *coràm D. Robusterio in dicta Romana Dotis de Millinis 17. Februarij 1578.*

Et quomodo, & quando dicantur verificata ex-
4 trema † necessaria in hoc Statuto, vide *decis. in Romana Dotis 16. Aprilis 1619. coràm Vbaldo.*

AD CAP. 86. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De Executione Testamentorum, & quarumcumquè vltimarum voluntatum.

SVMMARIVM.

1 *de Executione Testamentorum Statutum est ordinarium non decisorium.*

ROTA *in Romana Spolij Veneris 9. Iunij 1606. coràm Cardin. Lancellotto Iunior.* habetur apud
1 *Marchesan. lib. 2. fol. 203.* † dixit hoc Statutum esse ordinatorium, non decisorium, cum det modum procedendi, & executio tribuatur Iudicibus Capitolinis, & extrà illam Curiam non est seruandum. Vbi quod de eodem Statuto fuit dictum in causa *Romana hereditatis 20. Nouembris 1591. coràm Pegna. est decis. 86. in eius lib. 1. in manuscript.*

AD CAP. 87. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De Executione Sententiarum, Arbitramentorum, & Laudorum.

SVMMARIVM.

1 *Executionis modum Statutum præscribens non inducit formam, quæ non possit impleri per æquipollens.*

2 *Executionis modum Statutum præscribens est ordinatorium.*

1 CApitulum istud 87. † volens post rem iudicatam fieri debere Monitorium de parendo Iustitiæ infrà octo dies, non inducit formam, quæ non possit adimpleri per æquipollens, cum vltrà non procedat factum in contrarium annullando, & propterea si Iudex loco talis monitionis relaxabit mandatum infrà decem cum intimatione, satisfactū erit huic Statuto, ex quo resultat idem effectus, ac si talis monitio decreta fuisset. *Rota in vna Romana Vineæ 5. Maij 1585. coràm Orano. est decis. 417. libr. 1. in eius manuscript.* vbi in puncto circa declarationes præsentis Cap. 87. & affirmādo declarauit. Quod anteà in eadem causa fuerat dictum *coràm Card. Seraph. 17. Aprilis 1587. est decis. 777. Intentatum fuit. sub num. 10.*

2 Et hoc Statutum † est ordinatorium, & non habet locū, nisi in Curia Capitolina. *Rota in Nepesina affictus 4. Februarij 1602. coràm Corduba. Est decis. 296. incip. Præsupposito Laudo. in eius libr. in manuscript.* habetur apud *Galles. decis. 41. nu. 7.*

AD CAP. 88. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De causis Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *in Appellatione non requiritur expressio causæ grauaminis quando in causis est procedendum sine strepitu, & figura iudicij.*

2 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 68. circa positiones habet locum etiam in hoc Cap. 88. De causis Summarijs.*

3 *Hoc Statutum est ordinatorium cum respiciat telam iudiciariam.*

CVm in hoc Statuto mandetur in causis Summarijs hic expressis procedi sine strepitu, & fi-
1 gura Iudicij, † ideò non requiritur expressio causæ grauaminis in appellatione iuxtà *cons. Angeli 263. sub nu. 1. vers. secundò quia.* quod secuta est, Rota super hoc eodem Statudo *in Romana Saluiani Interdicti 11. Martij 1594. coram Pena. Est decis. 162. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Propter assiduas.*

2 Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 68.* † dans formam in exhibendis positionibus, & præscribens modum eis respondendi, habet locum in hoc Cap. 88. loquente *De causis Summarijs*, in quibus non est inductum aliquid speciale circa responsionem faciendum positionibus, vt fuit dispositum *in d. cap. 68.* Vltrà quod Rubrica Statut. *cap. 68.* est generalis *De positionibus, & confessis*, & idem etiam Statutum per verba generalia conceptum, ibi, *actor quandocumquè*, generalis autem dispositio Statutorum includit omnes casus, & generaliter operatur. *l. Iulianus. de legat. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 10.*

3 Et priuilegia † Summariarum causarum respiciūt tantum telam iudiciariam, & dilationes, non autem ius partis, quod circà probationes versatur. *Bart. in Extrauag. Ad reprimendum. in verb. Sūmariè.* ità dixit *Rota in Romana alimentorum Veneris 5. Iunij 1592. coràm Orano. Est decis. 144. in eius lib. 2. in manuscr. incip. Fuit dubitatum.*

AD CAP. 89. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De generali forma procedendi in Summarijs, vbi alia forma à Statuto tradita non est.

SVMMARIVM.

1 *Processus est nullus quando Iudex non seruat formam Statuti, vt quando non dat dilationes à Statuto dispositas. Quod procedit etiam quod Iudici in aliquo pęna imponatur. vt num. 2.*

PRæsens Statutum *in vers. etsi neutra partiū.* quod
1 in antiq. est *cap. 52. §. si verò. lib. 1.* † Quod Iudex debet dare dilationem quinquè dierum vtilium, si eam deneget, processus est nullus, cum omissio formæ à Statuto inductę actum annullet, quia est de eius substantia. *Bald. in l. humanum. col. 2. nu. 3. C. de legib. Ias. in l. 1. num. 18. de liber. & posthum.* Vbi quod non potest adimpleri per æquipollens. *Tiraq. de retract. lignag. §. 36. glos. 2 nu. 26.* prout etiam est nullus processus, quando denegatur votum Assettamenti ex noua causa.

Nec dicatur hoc non habere locum, quando Statutum imponit pęnam Iudici, vt erat in dicto antiquo Statuto de pęna decem librarum in Syndicatu,
2 iuxtà *Alex. cons. 24. n. 2. lib. 6.* † Quia Statutum punit Iudicem, nisi infrà quindecim dies causam expediat, ergò in cęteris viget ius commune, quod actus non seruata forma Statuti sit nullus ad *l. necnon. §. qui eis. ex quib. caus. maior.* Et ita dixit *Rota coràm Gypsio in causa Romana fideicommissi de Gorijs Luna 27. April. & Vener. 19. Iunij 1598. Est decis. 163. in eius lib. 2. in manuscript. incip. Domini de Gorijs.*

AD

AD CAP. 91. lib. 1. Statutorum Vrbis. De forma procedendi in causis Interdictorum, & possessorijs.

SVMMARIVM.

1 *in Appellatione non requiritur expressio causæ grauaminis, quando proceditur sine strepitu, & figura iudicij.*

IN hoc Statuto, dum dicitur *quod in causis possessorijs, &c. & posteà in fin. in reliquis procedatur, vt suprà de generali forma procedendi in causis Summarijs traditum est,* censetur ordinatum, quod procedatur sine strepitu, & figura Iudicij, & ideò in appellatione in huiusmodi causis possessio-
1 nis † non est necesse exprimere causam grauaminis iuxtà *cons. Angeli 267. sub num. 1. vers. secundò quia.* sicuti fuit resolutum *in Romana Saluiani Interdicti 2. Maij 1594. coràm Penia.* & dictum est ad Cap. 88.

AD CAP. 94. lib. 1. Statutorum Vrbis. Si fideiussor, vel expromissor se eximi ab obligatione, vel sibi pro indemnitate caueri petat.

& AD CAP. 157. lib. 1. Statut. Vrb. Vt fideiussor petere possit se à fideiussione eximi.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor petēs eximi à fideiussione ex Statuto Vrbis in quacumque Tribunali potest obtinere cum sit decisorium.*
2 *Fideiussor etiā forensis potest petere eximi à fideiussione ex Statuto Vrbis, cum in eo comprehendatur.*
3 *Fideiussor potest petere eximi à fideiussione etiam, quod principalis, pro quo fideiussit sit idoneus facultatibus.*
4 *Fideiussor census potest petere eximi ab obligatione non respectu sortis principalis, sed fructuum, & aliarum extrà sortem.*
5 *Fideiussor non potest petere liberari ab obligatione.*
6 *Fideiussor non potest petere liberationem à fideissione titulari.*
7 *Fideiussor non potest petere liberationem à restitutione dotis.*
8 *Fideiussori debet dari aliquis releuator, quando non potest petere se liberari à fideiussione.*

1 STatutum istud est † decisoriū, & est obseruandum in omnibus Romanæ Curiæ Tribunalibus. *Rota in Romana liberationis pro Sfortijs 29. Decēbr. 1597. coram Card. Millino. in Romana, seu Bononien. Census 25. mil. 7. Maij 1601. coram Corduba. Est decis. 263. in eius lib. in manuscript. incip. Fuerant condemnati.*
2 Et comprehendit etiam † forenses in Vrbe contrahentes, cum Statutum non sit taxatiuè ad Ciues, & Incolas, excludat alios casus à Iure permissos. *Rota in d. Romana, seu Bononien. Census Lunæ 7. Maij 1601. coram Corduba. & in eadem causa 16. Decembr. 1602. coram Ortembergo.*
Habet etiam locū huius Statuti dispositio in ido-
3 neò facultatibus † à quo fideiussor debet liberationem obtinere tali identitate non obstante, quia Statutum non considerat qualitatem personarum, sed loquitur absquè aliqua dispositione. *Rota in d. Romana seu Bononien. Census 16. Decembris 1602. coram Ortembergo.*
4 Habebit prætereà locum in contractu † Census, vt pluries Rota tenuit, vt per Duranum in secunda eius decis. infrà allegandа, ex decisionibus cumulatis per *Cencium de censib. part. 2. quæst. 3. art. 4. nu. 7. & seq.* qui licet sit de sui natura perpetuus, nec illius sors ab emptore exigi possit, nihilominus vltrà fructus, pro quibus fideiussor cōueniri potest, multa dari possunt, in quibus venditor Census, & sic fideiussor etiam ad restitutionem cogi posset. *Rota in d. Romana Census 16. Decembris 1602. coram Ortembergo.* vbi in specie enumerantur omnes ferè casus, in quibus sors principalis exigi potest. Idem etiam fuit dictum *in Spoletana liberationis à fideiussione Lunæ 30. Martij 1626. coram R. P. D. Durano, & in eadem coram eodem Mercurij 21. Aprilis 1627.*
In prima fuit dictum non intrare Statutum ratione sortis principalis. In secunda verò intrare ratione fructuum, licet causa esset Spoletana, quia census fuerat Romæ impositus per procuratorem.
Limita primò præcedentem dispositionem Statuti
5 sibi locum non habere in fideiussore † de euictione, qui dicitur conditionalis. *Rota in d. Romana Census 7. Maij 1601. coram Corduba, & 16. Decembris 1602. coram Ortembergo. & Card. Caual. decis. 619. la 2. n. 1. & per tot. incip. Post resolutionem.* vbi in fine declaratur *decis. eiusdem Card. Caual. in Imolen. Census Veneris 26. Iunij 1609. & decis. 74. in impress.* Quia fideiussor poterat petere se liberari à fideiussione census, quia fuerat detectum, fundum esse suppositum fideicommisso, & venerat casus, & erat purificata promissio, quod fundus esset liber.
6 Limita secundò à fideiussore † Titulari, quia talis liberatio reputatur impossibilis. *Rota in d. Romana Census 16. Decembris 1602. coram Ortembergo.*
7 Limita tertiò in fideiussore † de restituenda dote, quia talis liberatio videtur conditionalis. *Rota in Romana Census 16. Decembris 1602. coram Ortembergo.*
Sublimita tamen istas præcedentes limitationes, &
8 declara, † quod in istis casibus etiam impossibilibus dari debeat prædicto fideiussori aliquis releuator. *Rota in d. Romana Census 16. Decembris 1602. coram Ortembergo.*

AD CAP. 100. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Compromissis.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum, quod fit ex Statuti dispositione, dicitur necessarium.*
2 *Arbiter electus ex dispositione Statuti dicitur arbiter iuris, & coràm eo debet seruari tela iudiciaria.*
3 *Compromissum quando fit ex dispositione Statuti, tunc in mandato ad compromittendum non requiruntur solemnitas propinquorum, cum sit ex causa necessaria.*
4 *Compromissum fieri debere Statutum disponens dicitur fauorabile, cum sit ad dirimendas lites. Et vndè fauor, vel odium ex Statutis colligatur.*
5 *Compromissum disponens Statutum Vrbis dicitur ordinatorium, non decisorium, & quare.*
6 *Compromissum ordinans Statutum Vrbis cur dicatur ordina-*

ordinatorium, & simile statutum Perusinum dicatur decisorium.

7 *Compromissum si prorogetur, in eo censentur repetitæ omnes qualitates quæ in primo erant.*

8 *Compromissum à statuto dispositum non habet locum quando calumniosè, vt de re clara, petitur.*

9 *Compromissum à statuto ordinatum, non comprehendit causas possessorias.*

COmpromissum, quod fit ex forma Statuti huius
1 dicitur † necessarium. *Caputaq. decis. 166. n. 1.*
2 *par. 1.* † & Arbiter, qui eligitur, dicitur Arbiter Iuris, habetq. iurisdictionem veri Iudicis. *Caputaq. d. decis. 166. nu. 2. par. 1.* seruarique debet coram eo iudiciaria tela. *Cæsar de Graff. decis. 11. num. 3. de probat.*

Et cum hoc compromissum sit ex causa necessaria,
3 propterea in † mãdato ad compromittendum, quòd intelligitur toties quoties vigore Statuti, non subiacet solemnitati consanguineorum, de qua infrà in *cap. 151. hac lib. 1. ex Io. Paulo, & Puteo. Ant. August. in sua epitome quod posuimus sup. par. 1. in tit. de procurat. cap. 5. num. 7. fol. 194. col. 2.*

Et Statutum mandans fieri compromissum ad li-
4 tes dirimendas, † fauorabile dicitur. *Caputaq. decis. 199. par. 3.* & quamuis non dicatur in hoc Statuto ad dirimendas lites, tamen quia hoc colligitur ex causa final. à qua oritur fauor, vel odium, dicitur etiam fauorabile. *Caputaq. decis. 213. num. 8.*

Notandum est singulariter, quod huiusmodi Cap.
5 Statutum est † ordinatorium, non autẽ decisorium; seruarique debet tantum in Tribunali Capitolino, & non in alijs, quia Statuta sunt restricta ad Iudices Capitolinos, ibi, arbitri hinc inde eligantur, qui eius conditionis sint, vt per Senatorem, & eius Iudices ad iudicandum, postquam acceptauerint, cogi possint, Rota in his terminis præsentis Capituli declarauit in *Romana hæreditatis 31. Maij 1600. coram Card. Sacrato.* quæ decisio fuit postea canonizata in vna *Perusina Compromissi 26. Aprilis coràm Litta*
6 *1602.* † vbi licèt fuerit resolutum Statutum Perusinum esse decisorium, potius quàm ordinatorium, id tamen fuit, quia d. Perusinum Statutum à decreto de faciendo compromissum, omnem pœnitus appellationem, & reclamationem tollebat, quod non facit istud Romanum.

Quid autem dicendum est, si compromissum prorogatur, prout prorogari potest Cap. istud Statuti
7 vsque ad tertiam vicem suadet, † an censeatur factũ cum eisdem qualitatibus & applicationibus in primo compromisso appositis, etiam quod ille expressim in tali prorogatione repetitæ non fuerint, & videtur dicendum quod sic. *Rota in Firmana exequutionis Laudi 26. Ianuarij 1598. coràm Card. Pamphilio.* vbi dicitur in tantum esse verum, vt etiam Cameralis obligatio in tali prorogatione repetita censeatur.

8 An autem istud Statutum locum habeat, † quando petitur calumniosè compromissum, putà quia res est clara, vel adest res iudicata, & dicas, quod non. *Caputaq. decis. 229. in manuscript. lib. 1.*

9 Et istud Statutum † non comprehendit causas possessorias, prout est remedium. *l. fin. de edict. Rota coràm Card. Sacrato 31. Maij 1600. in Romana hæreditatis.*

Ad Cap. 110. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Vẽditionibus quæ per Cõsortes fiunt.

SVMMARIVM.

1 *Consors quòd debeat requirere consortem non procedit in dominio directo, & vtili, sed solum in consortibus rei communis. Quod etiam competit Iudæis. num. 2.*

3 *Consors non dicitur habens pactum de retrouendendo, vt tenetur Statuto Vrbis de requirendo consortem in venditione.*

4 *Consortes quòd præferantur per Statutum, per hoc solum censetur derogatum iuri communi, vt extranei repellantur stantibus consortibus, non autem quod vnus consors alteri consorti præferatur.*

5 *Consortium ad effectum præsentis Statuti Vrbis lib. 1. Cap. 110. qualiter intelligatur.*

1 ISstud Capitulum non habet † locum inter dominum directum, & vtilem, inter quos nulla adest communio, sed solùm procedit inter Consortes in re communi, si venditio fiat vni eorum etiam minorem partem habenti cæteris non requisitis, dicto Statuto erit satisfactum. *Rota in Romana prælationis, seu requisitionis 16. Iunij 1604. & 27. Aprilis 1605. coram Penia.* Illa est *decis. 307. incip. Orta lite. lib. 5. in eius manuscript.* Ita est *decis. 350. incip. Die 16. Iunij. in eod. lib. 5.* Et in *Romana retractus 2. Aprilis 1618. coràm D. Dunozet in vers. placuit & domini.* Et in vna *Romana, seu Viterbien. Cessionis 21. Aprilis 1621. coràm Buratto.* Et in *Romana retrovenditionis Scalæ, & Portus. Ven. 20. Decemb. 1613. coràm Sacrato. in Recent. p. 2. decis. 502. incip. Pro informãte. num. 3. in fin.* vbi allegatur etiam *decisio coràm Iusto in Romana retractus 31. Ianuar. 1605.* Et sequitur *Ant. Ricciull. nunc digniss. Episcopus Policastren. & Vicesg. in suo Tract. de person. extr. Eccles. grem. exist. lib. 2. cap. 16. incip. Pro affirmatiua. n. 3. vers. Crederẽ.*

2 † Vbi tenet prælationem competere Iudicis in venditione inquilinatus, quem gazaca ipsi appellant.

3 Non procedit in habente pactum de retrouendendo, quia ille non potest dici consors, vt præferatur cessionario d. pacti. *Rota in d. Romana retrouenditionis 20. Decemb. 1613. coràm Sacrato, & coràm eodem die 10. Maij 1614. est decis. 547. ead. p. 2. incip. Domini steterunt in decisis.*

Aduertendum est etiam ex *Rota coràm Pegna, vbi*
4 *sup. decis. 307.* † quod per hoc Statutum solum censetur derogatum iuri communi respectu extraneorum, qui existentibus consortibus à contractu repelluntur; Sed non esse intelligendum procedere etiam in concursu plurium consortum, vt vnum alteri præferat, vt dictum est num. 1. ne quod vni concedit alteri denegare videatur.

5 Consortium † ad effectũ præsentis Statuti, vt quis præferatur in venditione, dicitur ille habere propriè ad hunc effectum, qui communionem habet super eadem re cum participatione dominij, vt fusè deducitur *coràm R. P. D. Merlino in Romana retractus Lunæ 29. Ianuarij 1629. incip. Dominus Leoncellus. post med. in §. Respondebatur.* quæ habetur impressa inter Nouissimè impressas *decis. 243. nu. 24. vsque ad fin. vbi nu. 31.* habetur quod, quis non dicitur cõsors ex communicatione muri. Quod fusè fuit in eadem causa confirmatũ sub *die Lunæ 18. Iunij eodem*

anno

anno 1629. quæ inter dictas impressas est decis. 303. incip. Cum hac causa. per totam decisionem. quæ decisiones ambæ sunt videndæ omnino cum sint in hac materia valde singulares, & magistraliter à Doctissimo R. P. D. Merlino extensæ.

Ad Cap. 113. lib. 1. Statutorum Vrbis. De alienatione rerum Pupillorum, seù Minorum.

SVMMARIVM.

1 *In Alienatione rerum minorum requisita, procedunt etiam in alienatione annui redditus.*

2 *Et in impositione census super rebus minorum. Vbi multa habes in hac materia.*

3 *Et in cessione rerum.*

4 *In Alienatione rerum minorum, quare decretum Iudicis requiratur.*

5 *In Alienatione rerum minorum decretum interpositum facit præsumere causam interuenisse.*

6 *Decretum in Alienatione rerum minorum interpositum etiã incontinenti præsumitur interuenisse causæ cognitio, præsertim stante loci consuetudine. vt num. 7. & 8.*

9 *Decretum in Alienatione rerum minoris interponitur extraiudicialiter, & sine processu.*

10 *Decretum in Alienatione rerum minoris potest interponi etiam die feriato.*

11 *Decretum in Alienatione rerum minoris interpositum facit præsumere eos, qui in contractu interuenerunt fuisse proximiores.*

12 *Decretum in Alienatione rerum minores interpositum operatur, quòd si non adfuerunt coniuncti in contractu, faciat præsumere non adfuisse illos de illo tempore.*

13 *Decretum in Alienatione rerum minoris, operatur vt dicenti tempore contractus adfuisse alios magis coniunctos incumbat onus probandi.*

14 *Decretum in Alienatione mincris operatur, quòd agenti ad rescissionem contractus; ex eo quod proximiores non adfuerint, quòd non solum de tempore contractus adfuerint proximiores in Vrbe, sed etiam quòd essent habiles ad interessendum.*

15 *In Alienatione rerum minoris non solum probanda est præsentia propinquorum in Vrbe, & eorum habilitas, sed etiam quòd commodè, & de facili potuerint interuenire.*

16 *Tutor potest obligare pupillos in societate officij sine solemnitatibus Statuti, dummodo constat pecunias versas esse in vtilitatem pupillorum.*

17 *In Alienatione bonorum minoris proximiores, qui debent interuenire ex dispositione Statuti, procedit tàm in agnatis, quàm in cognatis.*

18 *In Alienatione bonorum minoris proximiores debent esse maiores, non minores cum hi sint inhabiles ad contrahendum.*

19 *In Alienatione bonorum minoris proximiores semper debent interuenire. etiam quod habeant aliquid interesse secundarium, & extrinsecum non autem principale. & num. 20.*

21 *In Alienatione bonorum minoris solemnitates requisita procedunt etiam in contractu iurato.*

22 *In Alienatione minorum requisita à Statuto, procedunt etiam in minori forense contrahente in Vrbe.*

23 *In Alienatione bonorum minoris requisita procedunt etiam in obligante se ad fauorem Communitatis.*

24 *In Alienatione bonorum minoris requisita procedunt etiam in filio contrahente pro liberando patrem à carceribus.*

25 *In Alienatione bonorum minoris à Statuto requisita procedunt tàm in minoribus habentibus, quàm non habentibus patrem.*

PRæsens Capitulum habet etiam locum in † alienatione annui redditus. *Rota in Romana exequutionis contractus 27. Maij 1597. coràm Litta.*

2 Statutum hoc. De Alienatione rerum pupillorũ, & minorum habet locũ in impositione census super rebus minorũ cũ imponantur super re immobili, & illius impositio dicatur alienatio. *Corbul. de caus. priu. ob alien. nu. 3.* adeò quod prohibitus alienare nõ possit huiusmodi annuos redditus constituere. *Bald. in c. ad audientiam, il secondo. num. 11. de rescript. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 5. ad fin. vers. Nec qui potest. Foller. in pract. censual. in verb. huiusmodi census super rebus. num. 41. Rot. decis. 480. num. 1. & 2. par. 1. & decis. 121. num. 5. par. 2. diuers.* Et fuit dictum in *Romana inualiditatis census 24. Maij 1591. coràm Cardin. Pamphilio. & in Leodien. Census 29. Ianuarij 1596. coràm Orano. & in eadem 15. Iunij 1597. coràm Corduba,* quas refert & sequitur eadem *Rota in Romana Census, seu Fideicommissi de Scalabrinis. Vener. 22. Maij 1615. num. 2. coram Andrea est decis. 678. p. p. in Recent.*

Ac propterea deficientibus solemnitatibus d. Statuti, & præcipuè proximioribus consanguineis impositio census est nulla, cum sine his subsistere non possit, cum Statutum procedat vlterius annullando actum aliter factum. *l. non dubium. cum ibi not. C. de legib. Corn. cons. 151. num. 4. lib. 4.* & in terminis d. Statuti fuit resolutũ in *Romana Donationis de Cupis 24. Maij 1600. coram Card. Pamphilio.*

Nec sanatur iste defectus, ex interuentu vnius consanguinei, & curatoris loco alterius consanguinei; quando isti interuenierunt ad integrandũ personam tutricis obligantis se nomine proprio, non autem interuenerunt pro interesse minorum, quorum respectu erant adhibendi, vt in puncto est *decis. in d. Romana Donationis de Cupis sup. allegata.*

Et in eadem *Romana Census coram Andrea num. 6.* fuit dictum, quod licet sine solemnitatibus sustineant contractus vtilis minori, vt quando fuit census impositus pro soluẽdis societatibus officiorum fideicõmittentis. *l. cum hi. §. eam. ff. de transact.* cum alijs per *Roman. cons. 316. & 453.* Vbi firmat hanc conclusionem in terminis Statuti. & plures referens seq. *Tiraq. in 15. leg. connub. glos. 8. num. 76.* Tamen ad huiusmodi effectum debet probari versio in talem extinctionem, cum aliàs impositio census sit nulla ob non interuentum proximiorum, quo casu neque etiã pro decreto Iudicis præsumitur, & illud interpositum nihil prorsus operatur ad *text. in d. l. cum hi. §. sed si Prætor.* vbi not. Doct. *Rota in Firmana Dotis. 8. Iunij 1602. coram Pegna. & in Romana prætensi erroris Calculi. 21. Iunij 1610. coram Sanctiss. Ludouisio.*

Et vbi Census non est impositus cum debitis solẽnitatibus, debeat emptor census probare versionem. *l. si prædium. ibi, emptor autem si probare potuerit ad vtilitates tuas cessisse pecunias. vbi glos. in verb. probare. l. prædiorum. & ibi quoque glos. & vtrobique*

quæ Salic. & Doct. C. de præd. min. Soccin. cons. 115. n. 13. lib. 1. vbi de communi, & fuit dictum in *Romana Casalis 23. Maij* 1588. *coram Orano.*

3 Et habet etiam locum in † cessione rerum. *Rota coram Orano in Romana de Aldigerijs Lucæ 25. Maij* 1592.

4 Et decretum Iudicis † in huiusmodi Minorũ alienationibus, ea potissimum ratione statuentes interuenire voluisse credendum est, quia illud facit, vt præsumatur omnia legitimè facta omnemq. doli, fraudis, ac damni de medio sinistram suspectionem tollit. *Rota in Romana exequutionis contractus 27. Maij* 1597. *coram Litta.*

5 Quod est adeo verum, vt † illud faciat præsumi causam interuenisse, quamuis ea non exprimatur propter illa verba, super omnibus, & singulis, tamquam ritè, & legitimè gestis suam dictique Offitij auctoritatem, & decretum interposuit, quæ decreta æquipollent attestationi ad habendum causæ cognitionem. *Rota in Romana Donationis de Grandis coram Penia 16. Feb.* 1601.

Intellige vt infrà ad Cap. 151. num. 314.

Amplia primò etiam si tale † decretum sit appo-
6 situm in continenti in ipso contractu, absquè alia præcedenti in præmeditata causæ cognitione. *Put. decis. 354. nu. 2. vers. Item quod. lib. 1.* Rota in d. *Romana Donationis de Grandis 16. Februarij 1601. coram Penia.*

7 Contra tamen hanc † ampliationem facere videtur *decisio in Perusina Donationis coram Caualerio 21. Iunii* 1613, vbi quod nullo modo dici potest causa plenè cognita ex breuitate temporis cum eodem momento, & contextu Iudex causam intellexit, & decretum interposuit.

Tamen quod hic dicitur ex Caualer. non proce-
8 dit, † quando probaretur cosuetudo loci quod actus fieret in continenti vna cum decreto. *Achill. dec. 199. Decreta in alienationibus. nu. 2. post Put. in vna Romana Casalis.* & idem *Put. in d. decis.* 354. quæ est in vna Perusina. *Card. Seraphin. decis.* 193. Fuit resolutũ num. 2. Et hoc est quod dicit *Gabr. de sentent. concl. 5. num. 34. in fin.* quòd istud saluet multa decreta interposita in Vrbe per Iudices, non præcedente aliqua causæ cognitione, quia videntur Iudices informati ex relatione consanguineorum asserentium cum iuramento rem ita se habere.

9 Amplia secundò, vt huiusmodi † decretum dum interponitur à Iudice, ille procedat extraiudicialiter, nec super eo aliquem processum sufficiat. *Rota coram Litta in* Romana *Societatis offitij 13. Feb.* 1606.

10 Et hinc propterea infertur, † quòd huiusmodi decreta possint à Iudice interponi etiam die feriato in honorem Dei; & Iuramenta in contractu apposita valida censeri omninò debeant. Rota *in Terminis Statuti Vrbis antiqui coram Card. Seraphino in Romana Donationis de Vrsinis est decis. 782. incip. Illustrissimus Dominus oñom. 4.* ita declarauit, vbi Iuramentum dicitur non esse de extraiudicialibus, & interpositum die Dominica valere, opinionemquè Canonum id prohibentium esse de consilio, non autem de præcepto, vt in d. *decis. num. 5. & seq.*

11 Amplia tertiò, vt dictum † decretum interpositum in istis contractibus, faciat præsumi eos, qui tunc interuenerunt in contractu fuisse proximiores. *Achill. de præsump. decis. 4.*

12 Amplia quartò, vt & quando non adfuerunt † cõiuncti in contractu d. decretum faciat præsumi non adfuisse illos de tali tempore. *Achill. d. decis. 4. de præsumpt.*

13 Amplia quintò, vt alleganti † de tempore contractus adfuisse alios magis coniunctos, & non adhibitos, tale decretum transferat onus probandi. *Achill. d. decis. 4. de præsumpt.*

14 Amplia sextò, d. decretum adeò esse efficax, † vt agenti ad rescissionem cõtractus sub prætextu, quod proximiores non adfuerint, non solum incũbit onus probandi, quod tempore contractus proximiores aderant in Vrbe, sed etiam quod essent habiles ad interessendum. *Rota coram Achill. d. decis. 4. de præsumpt. Chisanen. decis. 181. incipit. Statutum. Guidobo. decis. 98. In causa Firmana restitutionis Dotis. 23. Iunij 1603. coràm Penia. In* Romana *rescissionis contractus 1. Decemb. 1608. coràm Coccino. in alia Romana Nullitatis contractus 28. Februarij 1611. coram Ottembergo.*

Circa hanc 6. & 7. Ampliationes Vide infrà ad *Cap. 151. in 2. Conclus.* Generali. *Ampliat. 7. declaratione 2. num. 102. & 103.*

Amplia septimò, vt nec sufficiat probare præsentiam propinquorum in Vrbe, illorumquè habilita-
15 tem, † sed etiam concludentissimè probandum sit huiusmodi propinquos commodè, & de facili interuenire potuisse. Rota *in proximè alleg. decis.* & præcipuè in *Firmana restitutionis Dotis coràm Penia*: in *Romana rescissionis contractus coràm* Coccino. & in alia *Romana Nullitatis contractus corã Ottembergo.* & in *Romana Nullitatis* Census 8. *Octob. ultimè* in eadem *29. Aprilis 1611. coràm Pirouano.* vbi plenè discurrit super probatione, & depositione Testium deponentium de existentia propinquorum, & latius in R*omana Census scut. 18. mill. 11. Martij 1613. corã Coccino.* vbi eneruantur omnes difficultates.

16 Tutor tamen † potest obligare pupillos in Societate offitij absque solemnitatibus huius Statuti, dummodo constet pecunias versas esse in vtilitatem pupilli. Rota *in* Romana *Societatis Officij 12. Nouemb. 1601. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

17 Proximiores † verò, qui debent interuenire ex forma huius Statuti, in istis alienationibus verificatur tàm in agnatis, quàm in cognatis omni prorsus super hoc differentia sublata à R*ota in* R*omana de Scaputijs 13. Iunij* 1576. *coràm* Card. *Blanchetto.* & in d. R*omana exequutionis contractus 27. Maij 1599. coràm Litta. Cresc. decis. 4. de constit.*

18 Qui quidem † proximiores non debent esse minores, sed bene maiores, cum minores ex hoc ipso Statuto sint inhabiles ad contrahendũ nomine proprio, vtique interuenire non debent ad alieni contractus validitatem. *Rota in* R*omana Palatij 4. Iunij 1607. coram Iusto.*

19 Amplia, vt in tantum debeant semper † proximiores interuenire, licet habeant aliquod interesse. *Put. decis. 15. num. 2. & 4. lib. 3.* Rota *in d.* R*omana Donationis de Grandis 16. Febr. 1601. coram Penia.*

20 Limita, & declara, quod istud † interesse intelligatur de secundario, & extrinseco, non autem principali. Rota *coram Put. d. decis. 15. lib. 3.* & in R*omana donationis de Grandis 16. Feb. 1601. coram Penia.*

21 Statutum hoc, licet non disponat in casu iurato, tamen iuramentum est sublatum per aliud *Stat. c. 15. eod.*

eod.lib.1. datur enim concursus horum statutorum, vt in hoc vnum ab altero suppleatur, vt *Rota annuit in causa Romana fideicommissi de S. Cruce. Luna 3. Decemb.1607. coram Card. Sacrato.* Et potest habere magnam rationem, cum sæpius fuerit resolutum illud statutum habere locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi potest, vt fusè deducitur in *Romana Releuationis indemnitatis 22. Martij 1602. coram Ortembergo. & in Romana argentorum 27. Iunij 1607. & Luna 24. Martij 1608. coram Sanctiss. Ludouisio.*

Vltrà quod Statutum præter solemnitatem, & caussam alienandi, requirit etiam euidentem vtilitatem minorum, & stante læsione enormissima non procedit illa conclusio, quod propter iuramentum de non veniendo contra contenta in contractu, excludatur quis à remedio sibi competente contra talem contractum si non fuisset iuratus. *Cassad.decis.vnic. de empt. & vendit.* & communem dicit *Molin. de primog.Hispan.lib.2.cap.3.nu.18.Corne.cons.288.nu.16. lib.3.* Et ita super d. Statuto bis resoluit *Rota in Bononien.Census Luna 17.Martij 1608.& Ven.20.Febr. 1609. coram Card. Marquemontio.* alia habentur in *Recent. illa est decis.153. à num.13. ista est decis.177. in princ.par.1.*

Statutum præsens quòd in alienationibus faciendis rerum ad minores spectantium dat certā formam,
22 comprehendit etiam † minorem forensem contrahentem in Vrbe, cum respiciat solemnitatem, seu formam sub qua minor debet contrahere non autem illius personam inhabilitet, *iux. doctr. Bart. in l.1. nu.13. & 14. C. de sum.Trinit. & fid.Cathol.* quam omnes sequuntur, vt dicit ibi *Ias.* & de communi testatur *Purpur.ibid. num.98.* & quamplurimos refert *Lamberteng.de contract.mulier.glos.2.nu.26. & seq.* Et est regula generalis, quod in respicientibus formam contractus, & solemnitates, forenses ligantur Statutis loci in quo contrahunt. *Gabr. de consuetud. concl.2.num.4. Surd.cons.257.num.1. & 3. Caputaq. decis.206.& 215.p.3.Cæs.de Graff.decis.2.num.16. de donat.* Et nouissimè *Rota in vna Bononien.Census Luna 17.Martij 1608. coram Card. Marquemontio,* quæ decisio confirmata postea fuit in eadem causa coram eod. *Ven.20. Febr.1609.* quæ habentur inter *Recent. illa est decis.153. Cum Theodorus.ista est 177.Domini steterunt. par.1.*

In quibus Decisionibus fuit resolutum non sustineri contractum minoris filij fam. consentientis alienationi census factæ à patre vt se liberaret à carceribus ad fauorem Regiminis Bononiensis eius creditoris, cuius pecuniam pater dilapidauerat, & cum contractus fuisset factus Romæ, & ipse esset Bononiensis consensus fuit declaratus nullus à Rota ob nō seruatas solēnitates de duobus Curatoribus à *d.Stat. Vrb.c.113.lib.1.* requisitas.

Et in *d.decis.153. num.6.* fuit dictum non obstare quod Regimen, seu Communitas Bononiæ fungatur vice, & priuilegio pupilli, *l. nihil. ad municip.* cum alijs ibi congestis. Quia etiamsi d. minor ad alterius minoris fauorem obligasset se, & ius remisisset suū, haberet nihilominus locum Statuti dispositio, quandoquidem inter duos priuilegiatos cōtrahentes potior est causa eius, qui in contractu insimul irrito læsus est, aut damnum sensit. *argum.c.auditis. de restit. in integr.l. fin.ff.ex quib. caus.maior. l.1. C.si aduers.fisc.* & plures cumulat *Lamberteng. de contract. mul.in fin.num.125. & seq.*

Et nu.7. 8. 9. respondetur ad obiectum quod contraxit cum patre, quo casu secundum vnam opinionē non videtur habere locum dispositio statutaria; Contraria tamen opinio, vt dicitur in *d. decis. 177. n.2.* forsan est magis communis & magis vera ex deductis per *Ias.cons.69.nu.5.& seq. lib.1.* cum alijs ibi alleg. Maximè cum in casu decisionis minor non contraxerat cum Regimine Bononiæ, sed consenserat patri contrahenti, & vltrà Doct. congestos adducitur. *Eug. cons.88. num.51.* cuius dictum probauit *Rota in Romana releuationis indemnitatis 22. Martij 1602. coram Reuerendiss. Ortembergo.*

Et num. 10.11. & 12. respondetur ad causam necessariam ex pietate pro liberando patrem à carceribus. & in *d.decis.177. à num.5.* idem habetur vbi fusissimè, & magistraliter ista decisio extensa fuit à d. D. meo Card. Marquemontio loci, & ingenij Card. Seraph. sui prædecessoris legitimo successori.

23 Insuper comprehendit † se obligantem ad fauorē Communitatis in *Bononien. Census 17. Martij 1608. coram Card. Marquemontio.*

24 Habet etiam locum † in filio contrahente pro liberando patrem à Carceribus, in *d. Bononien.Census 17.Martij 1608. & in eadem 20. Februarij 1609. coram Card.* Marquemontio.

25 Statutum hoc intelligitur de quibuscumque minoribus, siue habeant, siue careant patre, cum generaliter loquatur, & si quæ subest ambiguitas tollitur per *cap.151. eiusdem lib.1.* Vbi in contractibus minoris in patria potestate constituti requiritur vltrà patris præsentiam concursus, & approbatio duorum coniunctorum ex linea materna. Quod enim detur horum statutorum concursus fuit dictum in *Romana Fideicommissi de S. Cruce Luna 3. Decemb. 1607. coram Card. Sacrato.* Et ita *Rota* tenuit in *d. Bononien. Census Vener. 20. Febr. 1609. coram Card. Marquemontio, est in Recent. decis.177. in princ.par.1.*

Ad Cap. 124. lib. 1. Statut. Vrb. Quod Emphyteusi finitā relocetur successoribus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non tenetur relocare finita emphyteusi ex Stat. Vrb. Et vide num.5.*
Sed contrà num. 2.
Declara vt num. 3.
4 *Relocatio non est facienda ex Statut. Vrb. quando prima est nulla.*
5 *Relatio quando est facienda ab Ecclesia finita emphyteusi.*

PRæsens Capitulum Statuti disponens, quod Emphyteusis vel tempore, vel ex defectu lineæ finitæ, dominus teneatur relocare cum ijsdem pactis,
1 † non comprehendit bona Ecclesiastica. *Rota in Romana relocationis Luna 20. Iunij 1594. & Luna 13. Martij 1595. coram Gipsio.* illā est *decis. 174. incip. Prætendebant nepotes.* Ista est *decis.175.incip. Domini steterunt in decisis in eius lib.2. in manuscript.* vbi dicitur hoc euenire ex defectu voluntatis Papæ con-
2 firmantis ob non expressionem factam de Ecclesijs, quæ

quæ habent specialem prouisionem. *Extrauag. ambitiosè. de reb. Eccles. non alien.*

2 Contrarium tamen † tenet *Rota in Romana Relocationis 2. Maij 1609. coràm Card. Sacrato.*

Declara tamen, & intellige primam opinionem habere locum, † quando est specialis prouisio circà relocationem bonorum Ecclesiasticorum, prout reuera adest in hoc causa *Extrauag. Pauli Secundi de rebus Eccles. non alienan.*

Secundam verò quando tractatur de relocatione bonorum, in quibus non adest prædicta, vel alia fortassè specialis prouisio, prout sunt loca Pia, quæ Episcopi, vel alterius Ecclesiastici Superioris auctoritate sunt fundata.

4 Non habet locum, † quando locatio prima est nulla, fuit resolutum *coram D. Gypsio in d. Romana relocationis Domus 20. Iunij 1594.*

Et est aduertendum, quia in casu huius decisionis, domus non erat concessa in emphyteusim, sed ad vitam Iacobi.

Et erat vlterius nulla dicta locatio, cum esset facta sub beneplacito Apostolico, de quo non constabat, cum illud requiratur, etiam in locatione ad vitam; nec sufficit quod fuerit enunciatum. Nec poterat præsumi in alterius præiudicium † cum non esset lapsi triginta anni necessarij ad inducendam præsumptionem, vt pluries fuit decisum, vt ibidem dicitur.

5 ADVERTE tamen, † quod in hac cadem causa Hospitalis S. Iacobi Hispanorũ cũ relocasset domũ, de qua agebatur, cuidam medico. *Rota coram eodem Gypsio sub die Luna 3. Iulij 1595. est decis. 176. in eius lib. 2. in manuscr. incip. Quæsitum fuit.* indicauit d. Hospitale teneri relocare nepotibus defuncti pro eadem pensione pro qua fuerat locata medico, & in decisione respondetur ad omnia, quæ videbebatur obstare.

Vide has tres decisiones *in nostris Obseruat. Practicarum conclus. in verb. Locatio. Obseruat. circà Bona Ecclesiastica. §. 1. incip. Locata domo.*

Ad Cap. 130. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Dote à fratribus profecta.

SVMMARIVM.

1 *Dos, vt dicatur profecta à fratribus debet concludenter probari.*
2 *Etiamsi fratres dotarent vti legitimi administratores.*
3 *Dos à fratribus data cẽsetur ex bonis paternis, quando fuerunt hæredes patris.*
4 *Etiamsi fuissent heredes cum benef. leg. & inuent.*
5 *Etiam quod in dotatione dictum sit, quod dotabant amore fraterno.*
6 *Etiam quod dictum sit bona paterna ex inuentario non esse sufficientia ad dotandum, nisi soror fuisset citata in confectione inuentarij.*

STatutum disponens, quod dos à fratribus de proprijs bonis data sorori soluto matrimonio sine liberis ad eosdem reuertatur, ad hoc, vt habeat locũ,

1 † fratres concludenter probare debent dotẽ ex proprijs bonis processisse. *Rota in Romana restitutionis dotis 9. Iunij 1604. coràm Iusto.* In qua fuit dictum scuta quinque millia data D. Flaminiæ Cæsiæ non fuisse restituenda D. Marchioni, & Federico de Cæsijs, quia non probabat solutio de proprijs pecunijs. *In Romana de Rusconibus 17. Maij 1600. coram Card. Sacrato. Card. Caualer. decis. 168. Domini Torquatus. num. 4. Et decis. 318. Iterum præposita. num. 4. & 5.*

2 In quibus dicitur, † quod non censentur de proprio dotare, quando dotarunt vti legitimi administratores, quia censentur dotasse de bonis paternis. *Bart. in l. Nesennius. nu. 5. ff. de negot. gest. & in l. vlt. C. de dot. promiss. num. 3. Bald. ibid. nu. 18. vers. alij dicunt. Salic. num. 3. Rip. in l. 1. num. 94. vers. istud intellige. ff. solut. matrim. Socein. cons. 121. num. 14. vers. & demum. lib. 1. Ruin. cons. 171. num. 3. lib. 1.* cum alijs per *Menoch. de arbitr. cas. 88. num. 46.*

3 Et tunc fratres præsumuntur † dotasse de paternis bonis, quando patris fuerunt hæredes. *Rota in d. Romana de Rusconibus 17. Maij 1600. coram Cardin. Sacrato. & in Romana Dotis 2. Februarij 1601. coràm Card. Pamphil. Card. Caual. dd. decis. 168. & 318.*

4 Amplia etiam si † frates fuissent hæredes cum benef. legit. & inuent. *Rota in d. Romana de Rusconibus. & in Romana* Dotis *2. Februarij 1601. coram Cardin. Pamphilio.*

5 Amplia secundò etiam † si fratres in dotatione dixissent, quod dotabant amore fraterno. *Rota in præallegata decis. coram Card. Sacrato.*

6 Amplia tertiò, vt procedat † etiamsi ex Inuentario bonorum, & hæreditatis Patris diceretur constare, quod bona non erant sufficiẽtia ad dotem constitutam, nisi soror fuerit in confectione Inuentarij citata. *Rota in dicta Romana Dotis 2. Februarij 1601. coram Card. Pamphilio.*

Ad Cap. 131. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De Lucro Dotali.

SVMMARIVM.

1 *circà Lucrum dotis Statutum Vrbis Marito nihil aliud dat quàm vsumfructum.*
2 *Lucrum dotis marito ex Statuto Vrbis debitum cum restringatur ad vsumfructum, terminatur cum eius morte, & reuertitur ad proprietarium etiam ignorantem.*
3 *Lucrum dotis maritus lucratur quoad proprietatem si omnes filij prædecedant.*
4 *de Lucro dotis mens statuentium fuit dè eo disponere ad fauorem mariti, cui de iure communi neque ex testamento, neque ab intestato fuerat prouisum non ad fauorem filiorum.*
5 *de Lucro dotis Statutum Vrbis disponens concordat cum Auth. Vxore mortua. C. de secund. nupt.*
6 *Maritus ex Stat. Vrb. de Lucro dotali solùm Lucrum habet, cum modificatione, quod tenetur reseruare, & excipitur proprietas.*
7 *de Lucro dotali à Statuto Vrbis disposita, nihil fuit inductum fauore filiorum, sed solius patris.*
8 *Lucrum dotale debitum ex Statuto Vrbis est voluntarium, non necessarium.*
9 *Compensatio non cadit legati cum Lucro dotali, quod est debitum voluntarium.*
10 *Lucrum dotale acquiritur filijs etiam quod non sint heredes patris, vel matris eorum.*
11 *Lucrum dotale qualiter ad patrem deferatur.*
12 *Lucrum dotale semel detractum à fideicommisso, non reuertitur amplius ad fideicommissarios cum censeatur facta perpetua alienatio.*
13 *Lucrum dotale muliere decedente superstitibus viro, & filijs*

& filijs primi, & secundi matrimonij iuxta iuris communis dispositionem, erit cum dote aequaliter diuidendum inter filios primi, & secundi matrimonij.

14 *Lucrum dotale debetur tàm ex dote data, quam promissa. Cum modificatione. vt num. 15.*

Et declara, vt num. 19.

16 *Lucrum dotale conuentum non solum instrumentis, sed etiam per legitimas praesumptiones probari potest.*

17 *pro Lucro dotali non competit via executiua, quando in contractu dotis non adest obligatio Cameralis.*

18 *Lucrum dotale debetur viro seu pauperi, seu diuiti.*

19 *Lucrum dotale, quòd debeatur tàm ex dote data, quã promissa, vt est dictum num. 14. quomodo intelligatur.*

20 *Lucrum dotale, vt possit consequi isto casu quando sit facienda aestimatio bonorum.*

21 *Lucrum dotale, quod debetur vxori extantibus filijs quoad vsumfructum, ipsis verò decedentibus non eidem debetur quoad proprietatem.*

Quod procedit etiam in morte ciuili per ingressum Monasterij. vt num. 22.

23 *Lucrum dotale debetur mulieri etiam quoad augmentum dotis.*

24 *Lucrum dotale habet locum etiam in acconcio.*

25 *Lucrum dotale, siue doc lucrata à marito reseruando filijs, qualiter intelligatur.*

26 *Lucrum dotale debetur vxori etiam cõsummato minimè matrimonio; si per eam minus steterit quominus consummaretur.*

DECLARATVR à Rota *in Romana Lucri dotis Veneris 20. Februarij 1615. coràm R.P.D. Pirouano. Est decis. 653. incip. Cum Catharina. par. 2.*
1 *in Recent.* Vbi num. 1. dicitur † Statutum non dare marito nisi vsumfructum, quem maritus haberet ex titulo lucratiuo, & non aliud. *Bald. in l. hac edictali. n. 10. & 19.* Vbi etiam *Bertrand. in vers. ita tamen. num. 4. C. de secund. nupt. Gabr. cons. 13. nu. 32. vol. 2.*

Et cum maritus sit solum vsufructuarius dotis, ipso defuncto de dote penès eum nihil remanet, cum vt dicit Statutum, ibi, *quam tamen secundum iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare te-*
2 *neatur, &c.* † vt dè apparet quod totum mariti lucrum restringitur ad vsumfructum cuius natura est certa in ratione habentis vsumfructus commoditatem, & ad proprietarium etiam ignorantem reuerti, vt bene declarat *Tiraq. in tractat. le mort. saiß. le vif. part. 3. declarat. 1. num. 6. & 7.*

3 Et à nu. 2. vsque ad fin. demonstratur, quod † dicto marito superstite si omnes filij praedecedant, ipse maritus non Lucratur dotis proprietatem ratione d. vsusfructus; vt lucratur haeres grauatus praedecedēte fideicommissario proprietatem haereditatis; Vel vt lucrantur pater, aut mater transeuntes ad secunda vota per mortem filiorum praedecedentium per *l. foemina. in fin. C. de secund. nupt.* quia numquàm proprietas dicti lucri transiuit in coniugem, prout transiuit in haeredem grauatum, & in patrem, vel matrem ad secunda vota transeuntes, vt ibi dicitur num. 3.

4 Et nu. 4. dicitur, † quod intentio statuentium fuit disponere de lucro dotis ad fauorem mariti, cui de iure communi, neque ex testamento, neque ab intestato prouisum fuerat, & non ad fauorem filiorum, quibus naturali ratione, & iure communi prouisum est, vt in simili Statuto considerat *Cuman. consil. 48. in fin.* & sequitur *Dec. cons. 386. nu. 7. vers. & idem.* Et in eo casu dicebat *Cuman.* nihil ex Statuto deberi filijs, sed in dubio videri eis reseruatum ius legitimae successionis. Quod dubium ex Statuto expressè disponente tollitur, dùm dotē reseruat filijs secundum iuris dispositionem, & sic non ex Statuto, sed ex alio iure filij debent capere dotem, cum per Statutum nihil eis deferatur, sed solum reseruetur ius legitimae successionis, vt etiam fuit dictum *coràm Corduba in in Romana pratensi Lucri dotis Luna 21. Decēb. 1594. est decis. 18. in eius lib. in manuscript. incip. Lucretia transiuit.*

5 Statutum hoc Vrbis disponens circà Lucrum † dotale concordat ad literam dispositis *in Auth. Vxore mortua. C. de secund. nupt.* in qua dicitur, *Vxore mortua, quod vir lucratur filijs communibus omnimodo reseruatur quantum ad proprietatem vsufructu patri concesso.* Statutum verò Vrbis sic se habet. *Si vxor post consummatum matrimonium, marito superstite liberis extantibus decedat, maritus totam dotem lucretur, quam tamen secundum iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare teneatur.*

6 Ex quo sequitur, quod † maritus solum lucrum habet, quod etiam modificatur per reseruationem, & excipitur proprietas, ne transeat in dispositionem in praeiudicium filiorum. *Cranett. cons. 214. num. 14. Becc. cons. 74. num. 14. Surd. 63. num. 18.*

7 Et per eam similiter † nihil noui fauore filiorum inducitur, cum reseruatio sit apta tantummodo conseruare, quod reperitur conseruabile, non autē noua determinare. *Cranett. cons. 29. num. 8. Surd. cons. 152. num. 29. lib. 2.*

Ita DECLARATVM fuit hoc Statutum à Rota *in d. Romana Lucri dotis Ven. 20. Febr. 1615. coràm R.P.D. Pirouano.* Vbi num. 4. dicitur hoc idem fuisse in terminis huius Statuti decisum *in d. Romana pratensi Lucri dotis 21. Decembris 1594. coràm Corduba. est decis. 18. in eius lib. in manuscript. incip. Lucretia transiuit. Et in Romana successionis de Tagliaferri. 9. Martij 1607. coràm bon. mem. Card. Marquemont 10.* & iterum *in Romana Lucri dotis Luna 19. Decēb. 1608. coràm Sanctiss. Ludouis. est in eius impreß. decis. 398. incip. Drusilla Castellana. num. 3.*

DECLARATVR alterius hoc Statutum à Rota *in Romana Legatorum, & Vsusfructus. Veneris 27. Iunij 1614. num. 2. coràm Card. Caualer. est decis. 645.*
8 *part. 1. in Recent.* Quod tale debitum non videtur necessarium, sed voluntarium, quia illud dicitur debitum voluntarium, quod habet originem, & initium à voluntate partium, licet ex post facto efficiatur necessarium, vt sunt omnes contractus, vel quasi *l. sicut. C. de action. & oblig. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2. nu. 4.* Et licet Statutum Vrbis velit, in omnibus contractibus dotalibus censeri appositum pactum de lucranda quarta parte dotis. Tamen contrarium disponit, quando de partiū consensu pactum illud esset remissum, vel aliter conuētum; & sic procedit per viam praesumptae voluntatis cōtrahentium, non autem ex simplici statuentiū auctoritate, & propterea censetur debitum voluntarium, & nō est locus compensationi, vt dicitur resolutum *in Romana donationis propter nuptias 1. Iulij 1577. coràm Cardin. Blanchetto.* Quam decisionem sequuta est Rota in

Ro-

Romana Census 7. Nouembris 1613. coràm Card. Sacrato. Et in simili est *decis. in Romana Fructuum 1. Iulij 1573. coràm Aldobrandino.*

Vndè reuocata fuit ex istis decisio in eadem causa *Romana Legatorum sub die 1. Iulij 1611. corā eodem*
9 *Card. Cauàl.* † Vbi fuerat tentum iuxta communem conclusionem, quod lucrum dotale tamquàm debitum necessarium esset compensandum cum legatis, ex doct. *BArt.* per illum text. *in Aut.* præterea. *nu.2. C. vnde vir. & vxor.* cum alijs cumulatis per *Menoch. præsumpt. 109. num. 35. vers. ea est vera. lib. 4.* & per *Card Mantic. d. lib. 10. tit. 2. nu. 7.* Tamen in Statuto Vrbis, vt dictum est, præfatum Lucrum est debitum voluntarium, non necessarium, ac propterea non cadit compensatio.

Hoc eodem modo responderi potest ad dubium similè de compensatione Lucri dotalis cum legato iuxtà *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 131.* de quo *in decis. Romana Lucri dotis Veneris 9. & Lunæ 23. Martij 1609. coràm Coccino Decano. num. 4. est in Recent. part. 2. decis. 246.*

10 Quod quidem Lucrum † acquiritur filijs etiamsi non sint hæredes patris, vel matris eorum. *Rota coràm Card. Marquemontio in Romana de Cuppis 14. Decembris 1609. quæ est decis. 209. part. 1. in Recent.*

11 Et hoc Lucrum † non potest dici esse quæsitum filio ex persona matris mortuæ, & demùm ipso mortuo acquisitum patri, vt sic videretur per medium persona filij maritum habens causam ab vxore. *Achill. decis. 34. Lucrum quod defertur. de constit.*

12 Et semel Lucrum † istud detractum ex bonis fideicommisso subiectis numquàm amplius reuertitur ad fideicommissarios, & vndè detractum fuit. *Rota coram Card. Marquemontio in d. Romana de Cuppis 14. Decembris 1609.* vbi dictum fuit, quod censetur facta perpetuò alienatio, quādo illud detractum est, *& in Romana quarti dotalis 6. Martij 1618. coràm Remboldo.*

13 Quid dicendum erit de huiusmodi † Lucro, quando mulier decessisset superstitibus viro, & filiis primi, & secundi matrimonij; Iste quidem casus non fuit consideratus à Statuto, sed remanet in puris terminis iuris communis, erit igitur dos distribuenda æquis portionibus inter filios primi, & secundi matrimonij, & maritus habebit Lucrum illius partis, quæ ad eius filios prouenit. *Rota coràm Corduba in Romana prætensi Lucri dotis 21. Decembris 1594. est decis. 18. in eius lib. in manuscr. incip. Lucretia transiuit.* & Eminentissimus Card. Seraphinus pariter cū voto eiusdem Rotæ declarauit in quadam causa Lucri dotis in his terminis inter hæredes del Farro, & Gasparem Ambrosinum.

14 Debebitur etiam † tàm ex dote data, quàm promissa. *Rota coràm Robusterio in Romana Alimentorum 15. Iunij 1565. & coràm Sanctiss. Ludouis. in Romana donationis propter nuptias Ven. 30. Mar. 1601.*

15 Quod intelligas cū aliqua distinctione, & † temperamento, quando decedit vir, vel mulier pendente conditione ad soluen dotem promissam superstes vir, vel mulier, non poterit prius petere Lucrum ex dote promissa, quàm dies solutionis illius cesserit, & sic expectare tenetur tempus ad soluen dotem, quo finito, & non prius debebitur Lucrum. *Rota coram Card. Mant.* in terminis Statuti similis huic Romano *in Spoletana Lucri dotis 12. Iunij 1595. idem Mantica tractat. de tacit. lib. 2. tit. 5. nu. 25.* & sequen, vbi subdit idem esse dicendū, quo ad vxorem respectu huius donationis propter nuptias, quod non consequitur nisi expectato tempore solutionis dotis facien iuxtà prouisionem illius, & hoc absquè aliquo intersurio medij temporis.

16 Et dum disponit Statutum, † quod pactum de lucrando censeatur appositum in Instrumentis dotalibus, nisi partes expresse contrarium voluerint, non propterea excludit, quin ista volūtas cōtraria de nō lucrando probari non possit per legitimas præsumptiones. *Rota coràm Card. Mantica 26. Nouēb. 1588. in Romana Lucri dotis.* Vbi dicitur id manifestissimè constare, quod ex coniecturis demonstratur.

Quando verò in cōtractu inito de dote inter coniuges non adest Cameralis obligatio pro isto Lucro
17 † non competit aliqua via exequutiua. *Rota coràm Achill. de Grass. decis. 14. de constit.* vbi dicitur hoc procedere etiam si istud Lucrum sit posteà filijs reseruandum.

18 Debetur etiā † huiusmodi Lucrum viro, seu pauperi, siue diuisi, quamuis si ipse vir prædecesserit, & vxor illud idem ob illius paupertatem consequi non potuisset. *Rota in Romana Lucri dotis 2. Iunij 1589. coràm Card. Seraphino.*

Et licèt suprà in hoc eodem Capitulo nu. 14. vers.
19 debebitur. dictum fuerit, † quod debeatur Lucrum tàm ex dote tradita, quàm promissa, nihilominus aduertas, quod si per mulierem fuerit facta promissio dotis, quàm verè in summa promissa maritus consequi non potuit, putà quia mulier non habebat tātum in bonis, vel alio simili modo, isto casu non debebitur Lucrum, nisi ex dote verè consignata, *Rota coram Card. Seraphino in d. Romana Lucri dotis.*

20 Et ideò in isto casu attenditur † æstimatio tempore obitus, non autem tempore promissionis per *decis. Rot.* proximè citatam.

21 Et Lucrum † hoc quartæ partis, quod debetur vxori ex stantibus filijs, quoad vsumfructum tātum, non tamen mortuis filijs debetur etiam vxori, etiam quoad proprietatem. *Put. decis. 15. tit. de constit.* sed proprietas illius, seu dicta quarta pars reddit ad hæreditatem mariti, & non debetur filijs. *Rota in Romana quarti dotalis 16. Martij 1618. coram Remboldo.*

22 Et habet etiam locum, † si vxor ingrediatur Monasterium, & sic in morte Ciuili, vt fuit resolutum *coràm Blanchetto in vna Romana Lucri dotis 16. Decembris 1580.*

23 Et debetur † huiusmodi Lucrum vxori non solum habito respectu ad dotem, quam ipsa dedit viro, sed etiam ad augumētum, quod vir ei fecit. *Rota diuers. decis. 590. nu. 2. vers. secundam vtilitatem. part. 1.*

24 Et hoc Statutum habet etiam locum in † acconcio, itaut si fuerit datum inæstimatum, vel æstimatum, & tamen æstimatione quæ emptorem non faciat Lucrum, fiat secundum valorem bonorum temporis, quo Lucro locus est, vt fuit resolutum *in Romana Acconcij 26. Octob. 1611. corā Coccino Decano.*

25 Quando hoc Statutum † loquitur de dote lucrata per maritum reseruanda filijs non comprehēdit portionem d. dotis, quam maritus vti pater consequeretur ex successione vnius ex filijs. *Rota in Romana restitutionis dotis 18. Martij 1594. corā Card. Pamph.*

26 Debetur etiam † quartū dotale vxori, licet matri-

monium non fuerit consummatum, si per eam non non steterit quominus consummaretur, ita resoluit *Rot. in decis. 92. nu. 1. & 101. in fin. part. 2. diuers.* & nouissimè fuit dictum in causa *Romana Quarti Dotalis Luna 20. Nouembris 1634. coràm R.P.D. Dunozetto. vers. Non obstat, quod non obsteterit.*

Ad Cap. 132. Lib. 1. Statutorum Vrbis. Quando Donationi propter nuptias, seu lucro dotali locus sit.

Achill. decis. 13. Dote promissa. declarat duo Statuta circa lucrum dotis, in quibus vnum est hoc de quo agitur.

Ad Cap. 133. Lib. 1. Statutorum Vrbis. Soluto matrimonio intra quantum tempus Dos, & donatio propter nuptias solui, & restitui debeat.

SVMMARIVM.

1 *Dos filia restituenda ex Stat. Vrb. intelligitur iuxtà iuris communis dispositionem.*

1 STatut. hoc Vrb. † quod Dos mulieri restituatur iuxtà tempus ibi præfixum post sex menses, si in pecunia, & statim si in immobilibus quatenus extent consistat.

DECLARATVR à Rota *in Romana Dotis Luna 29. Febraarij 1616. nu. 5. coram Card. Verospio. est decis. 708. part. 1. in Recent.* Quod cum recipiat interpretationem à iure communi, debet intelligi quod dos filiæ restituatur, si pater eo tēpore sit defunctus, secus si superuiuat, qua hoc tempore dos erit loco legitimæ, secus patre viuente, quo casu nullum ius habet filia in legitima. *l. 1. §. impuberi, ibi, præmatura est enim. ff. de collat. bon.*

Ad Cap. 134. lib. 1. Statut. Vrbis. De qua parte dotis mulier decedens testari possit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quod possit testari de decima parte dotis pro anima superstitibus marito, & filijs, non habet locum quando mulier testatur ad fauorem filiorum mortuo marito.*

2 *Mulier testando ad fauorem filiorum, relinquendo plus vni quam alteri, filij non possunt conqueri, dummodo a n sit minùs legitima.*

Et non præiudicet marito in vsufructu. vt num. 3.

HOc Statutū, quod mulier superstitibus marito, & filijs possit de decima parte dotis tantum te-

1 st. ri pro anima, † non habet locum quando mulier testatur ad fauorem filiorum marito mortuo. *Rota in Romana prælegati 29. Octob. 1563. coràm R.P.D. Io. Baptista Rota, & in Romana Successionis de Tagliaferris coràm Card. Marquemontio in eadem causa de Tagliaferris 29. Martij 1607. & coràm Sauctiss. Ludouisio in Romana Lucri dotis 19. Decembr. 1608. est decis. 398. inter eius impress.* in quibus locis inter alias quamplures rationes fuit ita decisum, quia intentio statuentium fuit disponere ad fauorem mariti non autem filiorum maximè propter verba illa apposita in Statuto videlicet, *quam tamen liberis reseruare teneatur*, quæ quidem verba sunt posita pro exclusione mariti à lucro non autem pro inclusione filiorum.

2 Et isto casu † mulier potest testari seruata forma iuris Ciuilis, & relinquendo plus vni filio quam alteri, non potuerunt filij conqueri de materno testamento, dummodo in legitima non grauentur, Rota in præcitatis omnibus decisionibus, in quibus hoc locupletissimè pluribus, & optimis rationibus comprobatur.

3 Et dummodo vxor † non præiudicet marito in vsufructu, quem sibi eo viuente stantibus filijs in dote præseruauit ad fauorem filiorum, de sua dote disponere potest ad illius libitum. *Rota in Romana Lucri dotis 20. Februarij 1615. coràm Pirouano. est decis. 653. nu. 4. inter Recent. part. 2. & in redditionis Computorum 20. Februarij 1617. coram Card. Verospio.*

Ad hoc Statut. *in cap. 131. & 134.* videatur *Card. Platus in Romana Dotis Veneris 12. Februarij 1588. incip. Cassandra habens. Est decis. 42. in eius lib. in manuscript.* Vbi defenditur testamentum matris ad fauorem filiorum primi, & secundi matrimonij non obstan dictis Statutis.

Ad Cap. 135. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De reliquis donationibus inter virum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Donationes inter virum, & vxorem à iure permissa non damnantur à Statuto Vrbis.*

2 *Donationes inter virum, & vxorem, sponsum, & sponsam non extendūtur ad nouercā, & priuignum.*

3 *Donatio inter coniuges iuramento firmata sustinetur non obstante Statutum Vrbis.*

1 NOn damnat hoc Statutum † donationes inter virum, & vxorem à Iure permissas. *Rota in Nepesina Vsufructus 3. Nouembris 1607. coràm Cardinali Caualerio.*

2 Statutum hoc prohibens † donationem inter virum, & vxorem, sponsum, & sponsam non extenditur ad donationem inter nouercam, & priuignum, quasi facta sit intuitu mariti, præsertim si cessat iste respectus, vt quando cōst. t de seuitia mariti. Et eum Statutum loquatur prohibitiuè de donationibus factis inter coniuges, non debet extendi ad personas in eo non expressas. *Rota corā Orano in Romana prætensa donationis Luna 29. Martij 1599. Est decis. 102. in eius lib. 3. in manuscript. incip. Cum Dominus.*

3 Iuramento firmata † huiusmodi donatio inter coniuges quando non est omnium bonorum sustinetur non obstante hoc Statuto. *Rota coràm Decano Pegnæ in Romana Donationis de Grandis Luna 17. Apr. 1592. est decis. 17. in eius lib. 2. in manuscr. incip. Dominus.*

Ad Cap. 137. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De fructu dotis pro alimentis.

SVMMARIVM.

1 *de Dotis fructibus Stat. Vrb. disponēs procedit etiam in fructibus lucri dotalis, & donationis propter nuptias.*

2 Non

2 *Non tamen procedit ista conclusio quoad prælationem creditorum.*
3 *Consilium Neapolitanum recessit ab opinione contraria.*
4 *Lucrum dotale quando compensetur cum legato.*
5 *Fructus dotis mulieri debiti soluto matrimonio ex Statuto, procedit etiam in donatione propter nuptias.*
6 *Dos, & donatio propter nuptias in iure equiparantur.*
7 *Vsusfructus relictus exoriri à marito qualiter taxandus. & num.8.*
9 *Dotis assecuratio quando fit ob vergentiam mariti ad inopiam, tunc etiam debeatur fructus in donatione propter nuptias ad rationem septem cum dimidio.*
10 *Dotis fructus à Statuto taxati debeatur tàm de dote data, quàm de promissa. Quod intellige de dote promissa à patre mulieris, secùs si per mulierem ipsam, quia tunc sibi debet imputare si fuit morosa, & num. 11.*
12 *Dotis promissa fructus vxori debeatur soluto matrimonio pro mortem viri, ex dote per patrem eius marito promissam, licet promissio fuerit facta marito, quia isti fructus sunt loco alimentorum.*
13 *Isto casu non requiritur interpellatio filia cotrà patrem, qui promisit certo tempore, qui dicitur in mora eo elapso.*
14 *Maximè in promissione iurata.*
15 *Etiam quod mulier agat pro fructibus præteritis.*
16 *Dotem mulier recipiens non facta mētione fructuum dotalium non potest ei opponi tacita remissio.*
17 *Dotis fructus licet debeātur vxori mortuo marito, non tamen debeatur marito vxore mortua, & n.18.*
19 *Interpellatio pro petendis fructibus dotis ex Statuto debitis, quando non sit necessaria.*
20 *Fructus dotis promissa ab extraneo ab eo etiam peti possit.*
21 *Fructus dotis peti possunt, etiam quod vxor habeat vnde se alat.*
22 *Fructuum dotis petitio præscribitur spatio sexdecim annorum, licet non ipsa dos quæ à Statuto fuit excepta.*
23 *Fructus dotis ad quam rationem debeātur, & n.24.*
25 *Fructus dotis non extendantur ad acconcium, seu parafrenum.*
26 *Fructus dotis si fuerunt promissi ad rationem decem pro centenario, tamen debentur iuxtà taxationem Statuti.*
27 *Fructus dotis, quod non computentur in sortem quomodo procedat.*

STatutum hoc Vrbis *lib.1. cap.137.* de fructibus dotis disponens, quod debeantur viduæ ob moram non solutę dotis post iudicialem interpellatio-
1 nem, † comprehendit etiam Lucrum dotis sub dicta dispositione, quia quod statutum est de dote principali, tacitè intelligitur statutū in augmento, quod venit in consequentiam, *Bald. in l. etiam. per illū text. in princip. vers. nam quod iuris est de antecedenti. & nu.4. vers. Secundò nota. C. de iur. dot. Bart. in d. l. etiā. in fin. idem Bald. in l.2. num. 1. vers. vltimò nota. C. de bon. quæ liber. Natt. cons.253. num.4. lib.2. Brun. de augment. conclus.5. per tot. & conclus.9. in princip.* Rota inclinauit in hanc sententiam *in Romana Fructuum dotis 17. Aprilis 1600. coràm Card. Millino.* & fuit expressè resolutum *in Romana Dotis de Maximis 3. Martij 1600. coràm Card. Pamphilio.* Quas decisiones, & iura sequendo refert Rota *in Romana Luceri dotis Veneris 9. & Lunæ 23. Martij 1609. coràm Coccino Decano. est decis.246. in Recent. part.2. & inter eius impress. est decis.457.*

Quæ tamen conclusio, vt ibi dicitur num.2. & 3.
2 non procedit, † quoad prælationem creditorū iuxtà text. *in l. fin. in fin. C. qui pot. in pign. hab.* quem allegat *Fulgos. in cons.92. num.3. vers. de donatione verò propter nuptias.* qui dicit Statutum in dote non procedere in donatione propter nuptias. Et ita etiam dicit *Natt. cons.253. num.7.* qui allegat text. *in §. his consequens. Auth. de æqual. dot.* Sed benè procedit quoad fructus, non solum in augmento dotis datę à muliere, sed etiam in lucro à viro prouenientę. Quia de iure communi debentur fructus dotis non solum quando concurrunt requisita. *Abb. in cap. saluberiter. de vsur. nu.6.* Sed etiam debentur fructus lucri dotalis, seu donationis propter nuptias iuxtà receptam sententiam, de qua per *Grammat. decis.103.*
3 *num.98.* Vbi quod Consilium Neapolitanum † recessit ab opinione contraria, quam aliàs tenuit, vt in *decis. Afflict.291. Capic. decis.65. Thesaur. decis.95. num.3.* qui alios allegat. *Vrsill. ad Afflict. d. decis.291. Surd. de aliment. tit.1. quæst.42. nu.75. vers. limitatur rursus.* & inclinauit, & dixit Rota in allegatis decisionibus.

Additur deniquè num.3. & 5. quod hoc debitum necessarium ex *Mantic. de coniect. lib.10. tit.2. nu.3.*
4 † non compensatur cum legato menstruo à viro relicto in testamento scutorū septem cum dimidio, quia d. conclusio limitatur non procedere, quando legatū fuit factum ex alia causa ex *Mantic. ibid. nu.10. vers. tertiò, & debet restringi.* & etiam allegatur Rotæ decis. in proprijs terminis in causa *Romana donationis propter nuptias 12. Decembris 1594. coràm Litta.* in qua prout etiam in decisione coràm Coccino Decano. fuerat relictum legatum menstruū donec vxor relicta viduiliter, & honestè vixisset.

ANNOTATIO.

Aduerte quod hic dicitur num.4. quod lucrum dotale sit debitum necessarium, non sustineri, quoad *Stat. Vrb. lib.1. cap.131.* Vide *suprà Part.I. in decis. Roman. legat. & vsufruct. 1. Iunij 1611. coram Card. Caualerio. fol.429. col.1.*

Statutū hoc de fructibus dotis mulieri soluto ma-
5 trimonio debitis † habet locum etiam in donatione propter nuptias, licet Statutū prædictū de ea nullam mentionem faciat. *Rota coràm Reuerendiss. Rodien in Romana fructuum 17. April. 1600. & coràm Card. Pamphilio in Romana dotis 3. Martij 1606. & coràm coràm Orano in alia Romana fructuum 15. Iulij 1599. & coràm Iusto in Romana donationis propter nuptias 31. Ianuarij 1601. & coràm bon. mem. Card. Sacrato decis.433. n.1. par.1. posthum. Fuit resolutum fructus.* in quibus quidem decisionibus fuit hoc ita resolutū,
6 quia † dos, & donatio propter nuptias equiparantur in Iure, excepto tamen priuilegio prælationis, & in *Romana fructuum 10. Aprilis 1600. coràm Card. Millino,* quam sequitur Rota *in Romana Vsusfructus 26. Aprilis 1613. coram Vbaldo. est decis.448. in Recent. part.2. num.1.*

Vbi etiam habetur num. 2. quod iuxta hoc Statu-
7 tum ad rationem septem cum dimidio † non debet taxari vsusfructus relictus à marito suæ vxori alicuius certæ quantitatis de bonis in Vrbe existentibus, sed ad rationem locorum Montium non vacabilium, vel bonorum immobilium, quæ solent reddere quinque pro centenario. Qui vsusfructus non relinquebatur in casu d. decisionis pro Lucro dotali, cui vicissim cõiuges renunciauerant, quod et facere poterant, ita Statuto permittente in fine. Neque etiam pro quarto dotali ex *Auth. prateread. C. vnde vir. & vxor.* cui etiam vxor renunciauerat.

8 Contrarium tamen † tenuit eadẽ *Rota in Romana fructuum 25. Februarij 1575. coràm Card. Blanchetto,* sed tu non recedas à prima tamquàm communi opinione, in qua coronaria ista confutantur.

Amplia primò d. opinionem affirmatiuam habere
9 locum, † etiam quando mulier constante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam contingit fieri assicuratio dotis, quia tũc etiam fructus ex donatione propter nuptias debentur ad eamdem rationem scutorum septem cum dimidio, ad quam taxati fuerunt fructus ex ipsa dote prouenientes. *Rota coram Iusto in Romana fructuum donationis propter nuptias 31. Januarij 1601.*

10 Amplia secundò, vt † fructus à Statuto sic taxati non solum mulieri debeantur ex dote data, sed etiam ex promissa. *Rota coram Achill. de Grass. decis. 13. de constit. & coràm Card. Pamphilio in Romana dotis 13. Martij 1600. & coram Sanctiss. Ludouisio in Ciuitatis Castelli hereditatis 14. Iunij 1605. & corã Card. Seraphino 10. January 1575. in Auximana Dotis.*

11 Declara tamen hoc procedere, † quando dos per patrem vxoris fuit promissa. *Rota coram Card. Pamphilio in d. Romana Dotis 13. Martij 1606,* vbi dicitur secùs esse, si dos fuisset per mulierem ipsam promissa, quia tunc sibi imputandum esset, si fuisset morosa in tradendo.

12 Amplia tertiò, vt vxori soluto † matrimonio per mortem sui viri debeantur isti fructus ex dote per patrem eius marito promissa, quamuis promissio fuerit facta marito, & non ipsi vxori. *Rota corã Orano in Romana fructuum dotis de Cincijs 27. Ian. 1591.* in qua decisum fuit huiusmodi fructus succedere loco alimentorum.

13 Et isto casu iudicialis † interpellatio ex parte filiæ contra patrem soluere debentem non requiritur, quando promissa fuit dos in certum tempus, quia eo elapso dicitur in mora pater. *Rota coram Orano in d. Romana fructuum dotis de Cincijs 27. January 1591.*

14 Maximè † quãdo in promissione facta per patrem adest iuramentum, quia illud habet vim interpellationis. *Rota coram Orano in d. Romana fructuum dotis 27. Ianuarij 1591.*

15 Amplia quartò, etiam † si mulier prædicta agat pro fructibus preteritis, quia illi nihilominus debentur, *Rota in d. Romana fructuum dotis coram Orano,* vbi dicitur in istos fructus deberi Iure actionis.

16 Hinc propria est, quod mulier † simpliciter requirendo sortem principalem dotis nulla facta mentione de fructibus dotalibus anteà decursis posteà ipsi agenti ad illorum repetitionem non poterit opponi tacita, & præsumpta remissio. *Rota coram Penia in Romana consignationis Depositi 24. Maij 1595.* quæ posteà cõprobata fuit *in Rauennaten. fructuum dotis 28. Februarij 1603. coram Sanctiss. Ludouisio.*

17 Aduertendum tamen est, † quod quamuis vxori mortuo marito debeantur isti fructus non tamen è conuerso debeantur marito vxore mortua, *Rota coram Card. Pamphilio in Perusina Dotis 4. Iulij 1597. & coram Card. Lancellotto in Romana Dotis 24. Maij 1601. Put. decis. 304. nu. 2. lib. 1. secundã nouã impress.*

18 Contrarium videtur † tenere *Rota in Romana Dotis de Vellis 10. Nouembris 1600. coram Litta,* quę reuera loquitur in casu, in quo fructus etiam stipulati fuerint pro hæredibus vxoris, vt patet in *vers. qua obligandi.*

19 Interpellatio † autem, & hæc Statuti forma inducta potest adimpleri per æquipollens, ita quod si viduæ soluti fuerint isti fructus, absquè interpellatione, vel factum pactum de ijs soluendis, licitè solui possint. *Rota in Romana fructuum dotis 17. Iunij 1606. coram Penia, & priùs in eadem 27. Februarij eodem anno coram eodem.* Vbi multa dicũtur de huiusmodi interpellatione. Illa est *decis. 429. incip. Post factam. in eius lib. 5. in manuscript.* Ista est *decis. 399. incip. Contracto matrimonio. in eod. lib. 5.*

20 Habet locum etiam Statutum contrà † extraneum dotem promittente, *Rota in Romana Alimentorum 15. Iunij 1565. coram Robusterio.*

21 Necnon etiam † si vxor habeat vnde se alat. *Rota in citata Romana Alimentorum coram Robusterio.*

22 Et est aduertendum, † quod petitio dd. fructuum præscribitur per spatium sexdecim annorum, prout aliæ actiones non obstante, quod à dicto Statuto dotis causa fuerit excepta. *Put. decis. 93. n. 3. & sequen. lib. 1.* Vide *infrà in Cap. 158. vers. sed quia. n. 27.*

23 Et isti † fructus dotis debentur ad rationem scutorum septem cum dimidio pro centenario, procedit non obstante taciturnitate longi temporis, & etiam sortis principalis receptione. Vt de simili Statuto Rauennateñ dixit Rota, & habes *sup. Par. 3. §. Bald. cons. 474. Post biennium. lib. 3. fol. 141. col. 2.*

24 Statutum hoc vbi fructus dotis taxantur ad rationem scutorum septem cum dimidio pro quolibet centenario, non habet locum, quando vergente marito ad inopiam petitur dos poni in tuto, & in instrumento dotis fuit conuẽtum, quod fieret inuestimentum in locis Montium pro assicuratione, quia tunc sufficiunt quinquè pro centenario ad rationem fructuum d. locorum Montium. *Rota in Romana dotis 21. Februarij 1611. coram Card. Marquemontio. est in Recent. decis. 292. num. 4. part. 1.*

25 Limita tamen † dictum Statutum non procedere respectu acconcij, seu parafreni, quia imò si pro illo fructus soluantur, sunt in sortem computandi. *Rota in Romana fructuum 2. Decembris 1602. coram Sanctissimo Ludouisio.*

Nec est omittendum, quod aliàs Rota tenuit *corã*
26 *Orano in Romana fructuum dotis 5. Iulij 1599.* † In qua fuerant promissi fructus ad rationem decem pro centenario, & fuit decisum Chirographum promissionis fuisse exequendum in quantitate taxata à Statuto.

27 Quomodo verò intelligatur hoc Statutũ, † quod fructus dotis non computentur in sortem. *Put. decis. 304. Statutum Vrbis lib. 1. & 316. Fuit resolutum. eod. lib. 1.* in quibus Decis, declaratur *Alex. cons. 31. vol. 6.*

Ad

Ad Cap 138. Lib. 1. Statutorum Vrbis. Si per viduam alimenta petantur.

SVMMARIVM.

1 *Vidua petens alimenta exhibito instrumento dotali, vt Statuto cauetur procedit etiam si de dote constet per Apodissam.*

HVIusmodi Statutum de alimentis mulieri præstandis exhibito Instrumento dotali, † locum
1 sibi vendicat, si de dote constet per Apodissam tantum, *Rota in Romana Alimentorum 15. Iunij 1565. coram Robusterio.*

Ad Cap. 139. lib. 1. Statut. Vrb. Si Alimenta per vxorem à viro petantur.

SVMMARIVM.

1 *Vxori, quæ à viro diuertit, ob sæuitiam viri non probatam debentur alimenta iuxtà quantitatem partis dotis receptæ.*

ROTA *in Anagnina Alimentorum Veneris 27. Iunij 1603. coram Decano Pegna. est decis. 250. in eius lib. 5. in manuscr. incip. D. Iacobus Crispus.*

Dixit hoc Statutum admittere hanc interpreta-
1 tionem, † quod vxori, quæ à viro recesserat ob prætensam non tamen probatam viri sæuitiam, præstarentur alimenta ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario pro dote soluta, licet in maiori quantitate esset promissa, prout declarat *Castrens. in cons. 56. in fin. vers. quo quidem casu. lib. 1. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 33. num. 26. vers. quartus casus.*

Ad Cap. 141. Lib. 1. Statutorum Vrbis, Quod filiæ fœminæ, vel neptes paterno, & auito testamento acquiescant.

SVMMARIVM.

1 *Statutum nouum cum antiquo confertur, nimirum Stat. Vrb. lib. 1. cap. 141. cum antiquo in cap. 82. eodem lib. 1.*
2 *Constitutio declaratoria alterius constitutionis non trahitur ad præterita, vel pendentia, sed solum ad futura.*
3 *Decisiones quæ non procedunt in nouo Statuto.*
4 *Filia dotata, quod esse debeat contenta dote, & plus petere non possit, in quo sit fundatum hoc Statutum.*
5 *Filia dotata quando possit, vel non possit plus petere.*
6 *Filia an sit congruè dotata ad detegendam læsionem attendi debet tempus dationis, non autem mortis patris.*
7 *Filia dotata, quod non possit petere ab hæredibus patris, non comprehenduntur filij adoptiui, neque arrogati.*
8 *Filia à dote eiusque supplemēto, & legitima non excluditur propter filium adoptiuum, vel arrogatum.*
9 *Quod procedit etiamsi filia videretur approbasse testamentum patris exigendo legatum, quia si de expressa approbatione non constat, tacita non sufficit.*
10 *Quod etiam procedit quando in dicto legato exacto adest clausula, quod plus petere non possit, & quando hoc procedat.*
11 *Filia dotata non excluditur à successione patris per filium spurium legitimatum.*
12 *Filia dotata non habet querelā inofficiosi testamēti.*
13 *Filia dotata, quod non succedat patri, hoc procedit stantibus descendentibus. Cum sit hoc Statutum factum propter agnationem, & propterea extraneo non suffragatur.*
14 *Neque habet locum fauore piæ causæ.*
15 *Neptes in his Statutis intelliguntur, quæ extant ex filijs præmortuis.*
16 *Filia Monialis an agat de incongrua dote.*
17 *Filia an possit grauari in dote onere fideicommissi stantibus istis Statutis 141. & 145. Et nu. 18. & 19.*
20 *Filia dotata, quod excludatur à successione, intelligitur de successione, non matris, sed patris, vel aui.*
21 *Filia dotata, cum nescitur à quo sit dotata, Statutum excludit dotatas ab eo de cuius successione agitur.*

1 HOc Statutum † in cap. 141. quod in antiq. erat cap. 82. eiusdem lib. 1. non est declaratorium Statuti veteris. Et quatenus esset declaratorium non trahitur ad præterita vtrūquè probatur à *Rota corā Cantuccio in Romana supplementi legitimæ de Alterijs die 17. Aprilis 1581. incip. Domini dixerunt Statuta.* Et in eadem *sub die Lunæ 23. Octobris eiusdem anni 1581. incip. Domini concorditer.* Illa est *decis. 142. ista 158. inter nouiss. diuers. part. 2.*

Primum, quod hoc Statutum nō sit declaratorium antiqui, habes *in d. decis. 142. nu. 2. vers. in primis negando. vsque ad nu. 4.* Et *in decis. 158. nu. 1. vsquè ad num. 4.* cum sit noui iuris inductiuum propter lineam transuersalem, quæ non erat in antiquo Statuto.

Secundum autem, quod licet esset declaratorium nō traheretur ad præterita habes in eadem *decis. 142. à num. 4. §. Præterea respondetur. vsquè ad fin.*

Istæ duæ Decis. allegantur, & sequitur Rota,
2 † quod Constitutio declaratoria alterius Constitutionis non trahatur ad præterita, vel pendentia, sed solum ad futura. *in Paduana Prioratus Veneris 5. Decembris 1614. coram R. P. D. meo Pirouano. num. 15. est in Recent. decis. 608. incip. Existimarunt Domini. part. 2.*

3 Ex iisdem duabus Decis. corām Cantuccio, † apparet illas duas Decis. *in Romana de Lante coram Sanctiss. Aldobrandino 11. Maij, & 19. Nouemb. 1576. quæ sunt 232. Domini concluserunt, & 265. Cum in effectu. diuers. part. 1.* quæ fuerunt factæ ad Stat. antiq. Vrb. lib. 1. cap. 82. in quibus fuit dictum hoc Statut. cap. 82. habere locum tantum quando erant instituti filij, & descendētes & sic hæredes sanguinis. Et cum modo in nouo Statuto additi sint etiam transuersales, quod non erat in antiquo Statuto; Ideò illæ Decis. non procedunt in hoc nouo Statuto, vt etiam dicitur in præfatis Decis. corām Cantuccio.

☞ Et nos etiam notauimus *sup. Part. I. ad dd. Decis. Aldobrand. in Addition.*

Statutum istud prohibēs, quod filia dotata debeat
4 esse dote contenta, & plus petere non possit, † est fundatum in quadam præsumptione, quam lex, vel statuentes habens de patre, quod scilicet pater ipse præsumatur congruè dotare filiam, & propterea filia prædicta nec congruæ dotis supplementum petere poterit. *Rota corām Cæsare de Graff. decis. 2. de constit. & corām Lauretano, in eadem causa.*

5 Contrarium tamen, & † vnius esse videtur. Vt notauimus *sup. Par. I. ad Cas. de Graff. d. dec. 2. fol. 260.* ☞ ne sæpius eadem repetamus, quod nempè de Statutum

tutum non intelligatur sibi locum habere, quando in assignatione dotis interuenit dolus verus, siue præsumptus, qui ex enormi læsione elicitur, tūc enim nō obstātibus verbis cōcludentissimis, & clausulis prægnantissimis in hoc Statuto appositis, semper de fraude patris conqueri, & supplementum congruæ dotis petere filiæ prædictæ licitum erit. *Rota coràm Orano in Romana supplementi dotis* 12. *Nouembris* 1588. *Est decis.373.in eius lib.*1. *in manuscript.* vbi reuocatis decisionibus DD. de Grass. & Lauretani quæ erant in eadem causa, vt habetur in fin. decis. Orani, dicitur quod si ad conticem verborum Statuti huius esset in hæredum, sequeretur absurdum, quod solum filiæ in vno aureo dotatę non possent de iniquitate, & fraude patris conqueri, & coràm *Card. Pamphilio in Romana supplementi legitimæ* 27. *Iunij* 1597. vbi dicta decisio coràm R. P. D. Orano confirmatur.

Prout notauimus vbi suprà *Part.I.ad d. decis. Cas. de Grass. fol.*260. *col.*1.

6 Ad prædictam verò † læsionem detegendam inspici debet tempus dationis, non autem mortis patris. *Rota coràm Penia in Vlisboonen. legitimæ* 27. *Nouembris* 1595. quæ licet non loquatur in terminis Statuti, tamen quia facit ad quæstionem, & nonnulli ex DD. in decisione citatis loquuntur in terminis Statuti similis huic Romano, ideò operæ pretium est hic talem decisionem referre.

Et disponens hoc Statutum, quòd filia nihil possit petere ab hæredibus patris non comprehendit

7 † filios adoptatos, & arrogatos, quia veri filij non sunt *Rota coràm Card. Pamphilio in Romana legitimæ* 23. *Iunij* 1597. *est decis.*425.*part.*4.*diuers.nu.*1.*&* 2. vbi dictum fuit hoc procedere, quia Statutum hoc tamquam exhorbitans, & contrarium communi, strictè est interpretandum.

8 Et propterea pater † per huiusmodi Statutum in testamento non potest propter filium adoptiuum, vel arrogatum etiam quod arrogatio sit facta à Papa cum clausulis amplissimis, excludere filiam à legitima, & supplemento. *Rota in d.Romana legitimæ coràm Card. Pamphilio* 23.*Iunij* 1597.*sub num.*3.

9 Amplia primò † hoc esse verum in tantum etiamsi dicta filia tacitè approbasset testamentum patris exigendo legatum sibi in illo relictum. *Rota corā Card. Pamphilio in d.Romana legitimæ* 23.*Iunij* 1597.*nu.*6.

10 Amplia secundò etiamsi in dicto legato † per filiam exacto adsit clausula, quod plus petere non possit. *Rota coràm Card. Pamphilio in d. Romana legitimæ* 23.*Iunij* 1597.*nu.*7. licet videatur dubitare si pater dixisset, quod non posset petere plus ratione legitimæ.

11 Item Statutum non excludit filiam † fœminam propter filium spurium legitimatum. *Put. decis.*302. *lib.*3. Qui licet loquatur in terminis Statuti Interramnensis, nihilominus cum casus Statuti illius conueniat etiam hoc meritò applicatur.

12 Vlterius dictum Statutum tollit † etiam querelam inofficiosi testamenti, quia valeat argumentum à denegatione supplementi legitimæ ad querelam inofficiositatis. *Rota in Romana donationis de Iacomellis* 10. *Decembris* 1610.*coràm Card.Sacrato.*

13 Solum habet locum hoc † Statutum, quando extant descendentes, & hoc sæpiùs fuisse decisum dicitur *in Romana bonorum de Cenlis corā Decano Pegna sub die Veneris* 14.*Decembris*.1597.*incip.Constitutis. est decis.*81.*in eius lib.*4.*in manuscript.* Et signanter fuisse dictum *in vna Romana legitimæ die* 23. *Iunij* 1597. *coràm Card.Pamphil.Senior.* Idem habes infrà ad *cap.* 145.*num.* 18.

Statutum hoc emanatum est ad solum fauorem agnationis, & ideò non suffragatur extraneis. *Rota in Romana supplementi legitimæ* 28. *Iunij* 1613. *coram Card.Sacrato. & in eadem die* 4.*Decembr.* 1613. *coram eodem.*

Et vide infrà *ad Stat. cap.*145. *§. Fæmina tamen exclusa.nu.*12.*& §.seq.§.*13.

14 Et ideò hoc † Statutum non habet locum ad fauorem Piæ causæ. *Rota in Romana supplementi legitimæ* 28.*Iunij* 1613.*coram Card. Sacrato.*

15 Statutum hoc cap.141. & 145. † non disponunt, quod nepris propter patruum excludatur a successione paterna, nec tale Statutū reperitur, sed solum Statuta loquuntur, quando extant neptes ex filio præmortuo, & agitur de successione aui non autem de successione paterna. *Rota coram Card. Seraph. decis.* 1216. *Andreas. num.*8.

16 Et an filia Monialis agat † de incongrua dote. *Rota in Romana dotis* 22.*Iunij* 1602. *coram Sanctiss. Ludouisio.* quod non agit, *vt per tot.decis.quæ est decis.*64.*in eius impress.*

Neque huic decisioni obstat *decis. coram Cardin. Caualer.decis.*256.*Strictè ad dubium.* Vbi quod Monialis poterat petare supplementum legitimæ. Quia ibi debeatur legitima ex dispositione matris, & cum solum fuissent ei relicta scuta 25. in casu exheredationis, qua exclusa deficiente causa exheredationis, iure poterat petere supplementum. Et licet dicatur quod legitima ei debebatur etiam ex dispositione iuris, illud fuit dictum obiter & incidēter, cum in eo casu sufficeret, quod legitima ex de quo Capite à filia haberetur.

Aliâs iustè esset recurrendum ad ius commune, cum scuta 25. non sufficiant pro dote, & sic intraret dolus verus, vel præsumptus, vt superiùs est dictū.

Et propterea stante hoc Statuto, & alio infrà 145. huius Libri primi, quod excludit fęminas ob dotem,

17 & non dotatas mandat dotare, † potest pater grauare filiam in dote de onere fideicōmissi, & sic in dote substituere filiæ. *Rota in Romana de Marganis* 18.*Iunij* 1582. *coram Robusterio.*

18 Contrarium videtur fuisse † resolutum *in Romana de Crescentijs* 17.*Februarij* 1570. *&* 15.*Ianuar.*1572. *coram Robusterio, & in eadem Romana de Marganis* 11.*Martij* 1583. *coram Robusterio. & fuit in hac eadem Romana de Marganis confirmata coram* Buratto *sub* 9.*Decembris anni* 1616. vbi latè.

19 Sed aduerte, † quod loquantur huiusmodi decisiones in fratre, vel patruo imponente hoc onus fideicommissi, & non in patre, vt declarat *Gabr.consil.*140.*nu.*5.6.*&* 7.*lib.*2. qui fuit casus decisionis Romanæ de Marganis, superiùs citatæ, sed decisio Buratti tollit omnem difficultatem, quæ propterea est videnda.

20 Hoc Statutum non loquitur in hæreditate † matris, sed tantum patris, vel aui. *Dec. cons.*553. *nu.*4. Quando verò non constat à quo puella fuit dotata, cum Statuta excludant dotatas à successione, intelligi debent de dotatis ab eo, de cuius successione agitur. *Dec. cons.*346.*nu.*4. *Corn.cons.*74. *num.*8. *lib.*1.

Ita

Ita dixit *Rota coram Card. Caualer. decis. 256. Strictè ad dubium. num. 5. & 6.*

Ad Cap. 142. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De filijs in conditione positis.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi, quod censeantur vocati ex Stat. Vrb. procedit tam in ascendentibus, quàm in transuersalibus.*
2 *Non tamen comprehēdit bona sita extrà Territoriū.*
3 *Filij in conditione positi, quod censeantur vocati ex Statuti dispositione, intelliguntur etiam filiæ fœminæ.*
4 *Filij in conditione positi, non solum dicitur ista conditio deficere per existētiam masculorum, sed etiam fœminarum.*
5 *Filij in conditione positi, ad quam portionem censentur à Statuto vocati.*
Limita, vt num. 6.
7 *Filij in conditione positi, quod ex Statuto censeantur vocati, non tamen censentur grauati, & qua ratione num. 8.*
9 *Filij in conditione positi, & vocati ex Statuti dispositione procedit non solum in filijs descendentibus, etiam in transuersalibus.*
10 *Filij in conditione positi, quod censeantur vocati ex Statuti dispositione procedit etiam in testamentis, non tamen sub nomine filiorum.*
11 *Filij in conditione soliti, quod censentur vocati ex Statuto procedit etiam quod pater institutus, vel substitutus prædecessisset. Et num. 12.*
13 *Filij in conditione positi, censentur vocati ex Statuto, procedit etiamsi si sint positi in conditione in contractu non in vltima voluntate.*

1 Statutum hoc, quod filij positi in conditione censeantur vocati, † habet locum tàm in ascendentibus, quàm in transuersalibus. *Rota coram Coccino Decano in Albanen. fideicommissi 13. Ianuarij 1606. & coram Rubeo in Romana de Ruffinis 20. Decembr. 1577. & in Romana domus ad Peregrinum 11. Martij 1619. coram eodem Coccino, & in Romana fideicommissi de Surdis 27. Febr. 1617. coram Vbaldo.*

2 Non tamen comprehendit † bona sita extra Vrbis Territorium. *Rota coràm Card. Millino in Spoletana bonorum 15. Martij 1599.*

3 Statutum hoc quod filij in conditione positi censeantur vocati † comprehendit etiam filias fœminas, licet sub genere masculino loquatur. *Grabr. de verb. signif. conclus. 6. Soccin. Iun. cons. 158. incip. Abundè, & multum subtiliter. nu. 36. in fin. lib. 2.* Et conditio 4 illa, si sine filijs decederet, † non solum deficit per existentiam filiorum masculorum, sed etiam fœminarum. *Cephal. cons. 45. incip. Magnificus Dominus. nu. 13. & cons. 46. incip. Adhuc videtur. n. 14. Roland. cons. 43. incip. Negari non potest. num. 41. lib. 4. Paris. cons. 41. incip. Ioannes testator. num. 25. & sequent. lib. 3. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 7.* & fuit latè deductum in *vna Camerinen. fideicommissi 13. Nouembris 1595. coram Pegna.* Quam decis. sequitur *Rota in Romana fideicommissi Lunæ 20. Decembris 1610. coram eodem Decano Pegna. est in eius lib. 6. decis. 220. in manuscript.*

Et in eadem causa *Romana fideicommissi 4. Maij 1611. coràm Vbaldo. est in Recent. decis. 316. part. 1.* Rota stetit in decisis, vbi num. 1. & 2. idem replicatur de d. Stat. Vrb. & multi pro hac conclusione allegantur Doct. vltrà superiùs citatos. Item quod existentia filiarum fœminarum excludat substitutum sub prædicta conditione, si sine filijs, etiam quod vnica filia relicta fuerit, vt post *Corn. cons. 202. nu. 8. lib. 3.* & alios ibi citatos fuit dictum *in d. Camerinen. fideicommissi 13. Nouembris 1595. coràm dicto Pegna.* Et *in d. decis. 316. nu. 3. in fin.* corrige diem, & annum *decis. Camerinen.* cum enim dicat *8. Nouembr. 1599.* pone *13. Nouebr. 1595. est decis. 51. in lib. 3. D. Pegnæ in manuscript.*

5 Huiusmodi verò † filij sic ex dispositione Statuti vocati censentur tantum vocati ad portionem parentum, quorum vigore in conditione positi fuerunt, & non procedit quoad portionem patrui, ex allegat à *Rota in Romana Spolij Domorum, & fideicommissi 24. Octobris 1605. coràm Lancellotto. Est in Recent. part. 1. decis. 100. num. 3.* vbi est corrigendus annus 1601. pro 1605. *coràm Decano Pegna. & coràm Sanct. ss. Ludouisio in Romana fideicōmissi de Quinque 12. Nouembris 1607. coram Penia. in Senogalien. fideicommissi 14. Maij 1601. coràm Card. Seraphino in Romana de Sancta Cruce 10. Nouembris 1603.*

6 Limita hoc non procedere, † quando alij instituti prædecesserunt, quia isto casu in conditione positi vocantur etiam ad portionem patruorum. *Rota coram Sanctiss. Ludouisio in d. Romana fideicommissi de Quinque 12. Nouembris 1607.* quem sequitur *Rota in Recent. decis. 266. nu. 4. & infrà part. 1.*

7 An autem isti filij sic in conditione positi, & per Statutum vocati, † cēseantur grauati, in quo articulo illos grauatos nullatenus censeri dicendum est, quia testator grauando filios decedentes sine filijs, non videtur grauasse filios filiorum, & sic nepotes. *Rota coram Gypsio in Romana hæreditatis de Fuscarinis 12. Februarij 1588. & coram Corduba in Romana hæreditatis, & Viridarij 27. Ianuarij 1597.* vbi præter alias decisiones, & rationes fuit hoc ita decisum, 8 † quia cum agitur de onere imposito filijs in dispositione non censetur tale onus repetitam in his, qui sunt positi in conditione.

9 Pariter, quod hoc Statutum † habeat locum non solum in filijs descendentibus, sed etiam in transuersalibus. *Rota in Albanen. fideicommissi 13. Ianuarij 1606. coram Coccino Decano. & in Romana fideicommissi de Surdis 27. Februarij 1617. coram Vbaldo.*

10 Hoc Statutum habet etiam locum † in testamēto, quod filij fuerunt positi in conditione non sub illo nomine filiorum, sed sub nomine consanguineorum, seu agnatorum, & cognatorum quoniam tunc etiam censentur vocati, licet veniāt vti agnati, vel cognati. *Rota in Romana fideicōmissi de Paluccellis 28. Febr. 1611. & 8. Iunij 1612. coram R. P. D. Manzanedo:* Habentur istæ decisiones inter *Recent. part. 2. decis. 332. & 403.*

11 Amplia hoc Statutum procedere † etiam si pater institutus, vel substitutus prædecesserit, nec institutio, vel substitutio in eius personam locum habuerit quandoquidem, & hoc casu filij positi in conditione vigore dicti Statuti succedant, & substitutio ad eorum fauorem locum habet. *Rota in d. causa fideicommissi de Paluccellis coram Manzanedo.*

12 Et aduertendum est, † quod licet ob verba Statuti, quæ tamen loquuntur de positis in conditione, in

in fideicommisso videtur dicendũ istos filios solummodo esse vocatos per fideicommissariam, quod nihilominus contrarium fuit decisum, si quidem, quod succedant, & dicantur vocati tàm per vulgarẽ, quàm per fideicõmissariam, vt in dicta *Romana fideicommissi de Paluccellis* 8. *Iunij* 1612. *coram Manzanedo in Receut. decis.* 403. *num.* 14. *part.* 2.

23 Procedit insuper huiusmodi Statutum, † quando filij positi sunt in conditione in contractu, & non in vltima voluntate. *Rota in Romana donationis* 21. *Apr.* 1614. *coram Vbaldo.*

Et quod filij positi in conditione in contractu dicantur vocati. *Rota in Meleuitana hereditatis* 27. *Maij* 1619. *coram Dunozet.*

Ad Cap 144. Lib. 1. Statutorum Vrbis. Filij legitimati, quantum ex testamento, vel ab intestato capere possint, stantibus legitimis.

SVMMARIVM.

1 *de Filijs naturalibus Stat. Vrb lib. 1. cap. 144. disponens non loquitur de matre, neque de auia.*
2 *Non est enim idem ius in patre, & matre quoad istos filios naturales.*

1 Statutum hoc non loquitur de matre, † & masculinum non concipit fœmininũ, vbi adest diuersa
2 ratio, nam de iure communi, † idem ius non est in matre, quod in patre respectu filiorum naturalium. *l. si qua illustris. §. fin. cum ibi not. C. ad Senatus. Cons. Orfic.* & multò minus in auia, de qua nullum verbum in Statuto. *Rota in Romana demorum Vener.* 11. *Iunij* 1584. *coràm Card. Seraphino.*

Ad Cap. 145. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De Successionibus ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Dos subsidiaria qua sit, & ius quantitas.*
2 *Non æquiparatur legitima.*
3 *Paragium quid sit.*
4 *Paragium non æquiparatur legitima.*
5 *Dos quando succedit loco legitima licet ab ea reijciatur omne onus, tamen potest aliquãdo granari.*
6 *à Fideicommisso quando fæmina non excludatur.*
7 *Filia exclusa à successione ab intestato propter masculos, non intelliguntur exclusa per patruos.*
8 *Neque etiam per patrueles.*
9 *Forenses quando succedant, vel non ex dispositione huius Statuti, & num. 10.*
11 *Fæmina excluditur à successione per Ciuem ex priuilegio, licet non habitet in Vrbe.*
12 *Fæmina exclusa à Statuto propter masculos, si masculi non sunt instituti, sed extranei, si fuit præterita potest dicere testamentum nullum.*
13 *Etiam quod masculi fuerint in legitima à parentibus instituti.*
14 *Dos filia data an sit libera, & ad eius heredes transmissibilis stante Stat. Vrb. lib. 1. cap. 145.*
15 *Quid si fæmina non fuit dotata à parentibus, sed ab extraneo.*
Contra num. 16.
17 *Dotare sororem frater non tenetur, ex Statut. Vrb. lib. 1. cap. 146. qua vel causa debilis ingenij, vel alia ex causa est inhabilis ad matrimonium.*
18 *Filia dotata non excluditur à Statuto, nisi quando adsunt filij, vel descendentes ex filijs masculis.*
19 *Filia dotata excluditur à successione ab intestato non facto testamento.*
20 *Et etiam facto testamento quando filia venit contrà testamentum, sed non quando venit ex testamento.*
21 *Filia exclusa à Statuto propter masculos dicitur etiã exclusus nepos ex ea natus.*
22 *ab Emphyteusi etiam dicuntur exclusa fæmina stantibus masculis, & quomodo hoc procedat.*
23 *Filia dotata quod excludatur propter masculos est validum quatenus restringit, & limitat legitimã.*
24 *Filia innuptæ, quod debeant dotari per fratres, non dicitur Statutum arctare ab nubendũ, sed inuitare.*
25 *Dos debita fæminis non maritatis ex Statuto intelligitur sub conditione, quatenus maritentur, & non aliàs.*
26 *Dos quando debeatur purè, & quando sub conditione, stante Statuto excludente fæminas.*
27 *Dos quando succedit loco legitima à Statuto exclusiuo fæminarũ diminuta in tempore, & quantitate.*
28 *Dotem non potest transmittere fæmina decedẽs ante contractum matrimonium, & quando.*
29 *Dotare parati fratres ex Statuto dicuntur statim atque adiuerunt paternam hereditatem.*
30 *Filia exclusa à Statuto ab intestato non impedire capere ex testamento si quid ei fuerunt relictum.*
31 *Quo casu filia instituta in testamẽto iuuetur remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
32 *Filia exclusa à Statuto ab intestato non est exclusa à testamento per patrem.*
33 *Neque excluditur per patruos, licet excludatur per nepotes ex filio testatoris.*
34 *Non tamen excluditur ab hereditate auunculi.*
35 *Fæmina semel ex Statuto exclusa an sit semper exclusa.*
Notandi sunt tres casus.
36 *Fæmina semel exclusa à bonis, vel hereditate paterna, vel materna semper dicitur remanere exclusa.*
37 *Fæmina semel exclusa à bonis feudalibus semper remanet exclusa.*
Amplia, & intellige, vt num. 38. & 39.
40 *Fæmina semel exclusa ab Emphyteosi, an semper sit exclusa, & num. 41. & 42.*

Statutum Vrbis *lib. 1. c. 145.* quod est exclusiuum fœminarum fauore masculorum.

ROTA *coràm Card. Canaler. in vna Romana dotis de Boncompagnis Luna* 28. *Aprilis* 1614. *Postquam vltimo loco. Est decis.* 298. *inter eius impress.* Dixit circà hoc Statutum, quod quando non constat quod filia possit competẽter dotari supee bonis patris; Neque
1 super bonis aui paterni, & fratrum. † Quod eo casu dos super bonis aui materni est subsidiaria, quæ non est rigorosè taxanda, sed ad meram dotandæ necessitatem, vt in eadem casu alias fuerat dictum *coram Card. Sacrato* 21. *Decembris* 1608. & 29. *April.* 1609. *ex Cardub. in l. si quis liberis. §. sed si filios. num.* 69. *ff. de liber. agnosc. Barz. decis. Bonon.* 129. *nu.* 16. Vt in simili dicitur de alimentis subsidiarijs. *Bart. in l. si maritus. ff. solut. matrim.* cum alijs congestis per *Roland. de lucr. doe. quæst.* 94. *num.* 3.
2 Et additur quod d. dos † subsidiaria non æquiparatur

ratur legitimæ, vt dicitur de dote ordinaria, & eò magis, quia in hac eadē causa fuerat decisum, quod ista puella erat exclusa à successione, & à legitima, & sic cessabat controuersia de dote commensuranda cum legitima.

Deniquè fuit dictum, quod iuxtà hoc Statutum
3 debet dotari de paragio. † Paragium autē est, quid diuersum à legitima, cum paragium dicatur, idest, parium gestus, videlicet, vt filia nubat secundum pares suas, & quod ita interpretatur hoc Statutum. *Dec.cons.16.n.5.vbi Apostill.Vrsill.ad Afflict.dec.160.*
4 *nu.2.* † Et quod paragium sit diuersum à legitima, dicitur ex eo patere, quia legitima est limitata, & certa sine personarum distinctione. *Auth.nouissima. C.de inoffic. testam.* Dos autem secundum paragium est incerta regulata à qualitate personarum, & locorum consuetudine, vt in terminis *Grammat. decis.* 101. *n.63.& seq.* Et fuerat dictū corā *Card. Caual.in eadem causa Decis.260.Quamuis.n.2.& 3.Post* Rot. *decis.540.num.3.Illustriss.D.Diuers.part.1.*

5 Statutum Vrbis *lib.1. c.* 145. exclusiuum † fœminarum, in quo licet dos succedat loco legitimę à qua deducitur omne onus per *l. quoniam in prioribus. C.de inoffic.testam.* Tamen sustinetur pactum factum à socero cum genero post dotis constitutionem ante matrimonium, de dote restituēda casu quo filii moriatur sine filijs, saltem in eo, quod excedit legitimam ex *l.fin. §.filia. vbi Bart. Bald. & Castr. ff. de legat.2.Cagnol.in l.fin.nu.102. vers.quādo autem mulier.C.de pact. Idem Castr.cons.59.nu.1.part.2.* quos sequitur Rota *coram Cardin. Pamphilio inter Recent. decis.381.incip.Pro Angelo num.4.part.2.*

6 Statutum Vrbis *lib.1.cap.145.* † Per hoc Statutum non excluditur fœmina à fideicommisso, quando ex forma Statuti non reperitur exclusa ab hæreditate illius, qui reperitur grauatus onere fideicommissi, ex iuribus, & decisionibus alleg. à *Sanctiss. Ludouis. decis.514.incip.Pompilia Tomarotia. in fin.*

7 Statutum Vrbis *lib.1.cap.141.& cap.145.* † de successionibus ab intestato, quod disponit, vt filij, & nepotes masculi excludant filias, non autem quod filiæ excludantur per patruos. *Soccin.cons.55.in fin.lib.3. Ruin.cons.143.n.10.lib.2.Soccin.Iun.cons.158.n.50. lib.2.Gabr.cōs.97.n.9.&14.lib.1.*cū alijs per *Honded. cons.57.n.72.lib.1.* & tenuit Rota *in Romana Castrorum 11.Maij 1590.coram Gypsio. & in Camerinen. fideicommissi 13.Nouembr.1595. coram Pegna Decano. & in Romana de Stanchis 13. Ian.1597. coram Card. Seraphino. & in* Romana *fideicommissi Luna 20. Decembr.1610.coram ead.Pegna.est decis.220.post med. lib.6.in manuscript.* vbi etiam citat *Card.Mantic. de coniet.vlt.volunt.lib.11.tit.14.nu.8.* secundum vltimam impressionem, vbi etiā ipse allegat Decisiones Rotales, & in eadem *Romana fideicommissi 4. Maij 1611.coram Vbaldo.* vbi Rota stetit in decisis, habetur inter *Recent.decis.316.nu.8. part.1.* & allegatur similis decisio *in Romana successionis de Zitellis de anno 1610. coram* Coccino *Decano.*

8 Statutum Vrbis *lib.1.c.145.* † excludens fœminas propter masculos, Licet secundum eius dispositionem sit interpretāda mens testatoris, iuxta doctrinā *Bart.* communiter receptam *in l. hæredes mei. §.cum ita. ff.ad Trebell.* cessat tamen d. præsumptio, vt soror excludatur propter patrueles, cum non adsit tale statutum. *Soccin.cons.55. post nu.1. vers. sed in casu nostro.lib.3.* cum alijs adductis *in Romana fideicommissi Luna 26. Martij 1610.nu.3. coram Sanctiss. Ludouisio.est decis.282.in Recent. part.2.* Vbi testator substituerat proximiorem, qui superesset de domo, & familia testatoris, & Rota admisit sororem testatoris. Et dicto num.3. allegatur decisio in *Montis Falisci hæreditatis 14.Martij 1584. coram Cantuccio,* non coràm Seraphino, vt ibi allegatur, & habetur *decis.790. diuers.part.1.*

Vigore huius Statuti, & alterius sequēt s positum sub Cap.146. etiam in bonis sitis in Vrbe, quando illi inter quos de successione agitur sunt forenses nō
9 succeditur, † sed ex dispositione Iuris communis, & prout ab eo reperitur cautum, tunc forenses succedunt, quamuis defunctus sit subditus statuto, cum intentio statuentium sit prouidere Ciuibus, & non forensibus. Rota *in Camerinen.hæreditatis 29. Ianuarij 1588. coram* . . . . & super hoc Statuto Vrbis *Imolen. hæreditatis 10. Iunij 1616. coram Buratto.*

10 Contrarium vide † infrà *in cap.146. in vers. eo quod Statutum, &c.*

11 Et quando † defunctus est incola, aut Ciuis Vrbis, masculus verò, qui vult excludere, est forensis, sed Ciuis ex priuilegio, sed non habitat in Vrbe, quod comprehendatur in hoc Statuto, fuit resolutum in *Romana, seu Cesenaten.hæreditatis 6.Nouemb.1619. coram* Pirouano.

Fœmina tamen exclusa ab hoc Statuto, si non fue-
12 rint instituti masculi, † sed extranei, si fuit præterita dicit testamentum nullum ex Capite prætertitionis. *Seraph.decis.885.nu.1.* Rot.*decis.770.num.5. part.2. in Recent.*

13 Etiamsi filij † masculi fuissent in legitima à parentibus instituti. *Seraph.d.decis.885. num.1.* Rota *in Romana de Marescottis super hæreditate* D.*Iuliæ 14. Decembris 1511.coram Card. Sacrato. Est decis.770. part.2. in Recent.num.5. in fin.*

14 Hoc Stat. Vrbis *lib.1.cap.145* fœminarum propter masculos exclusiuum, eo stante videtur dotem filiæ datam videri liberam, & ad illius hæredes transmissibilem, & per consequens ipsi restituendam. *Brun. de Statut.stant.mascul.art.10.nu.91.& art.11.n.49.*

DECLARATVR à Rota *in Romana dotis Lunæ 29.Februarij 1616.nu.3.coram Card.Verospio. est decis.708.par.1.in Recent.* quod ista Bruni opinio procedat, vbi dos legitimæ loco succedit, secùs vbi non est loco legitimæ. *Butr. cons.9. nu.2. cum seq. Castr. in l.qui superstitis.in fin.ff.de acquir.hæred.Dec.consil.106.nu.1.& seq. Capic.decis.176.nu.11.vers.at pro contraria parte.Seraph.decis.815.num.5.* vt etiam ibi notauimus. Si enim pater viuit tempore restitutionis dotis, non erit dos loco legitimæ, secùs eo defuncto.

Nec obstat *Stat. Vrb. lib.1. cap.133.* quod soluto matrimonio dos mulieri restituatur; quia in eo præfinitur tempus restitutionis, & cum Statutum interpretationem recipiat à iure communi, intelligitur dotem patri restituendam si viuat tempore d. restitutionis, vt dictum est.

Et eodem modo intelligitur, *l.si socer. §.Lucius. ff.solut.matrim.* quod vxori dos sit restituendā. Quia procedit vbi stipulatio fuit solum facta pro filia, tempore verò restitutionis non viuebat.

15 Et an hoc Statutum habeat locum † si fœmina non fuerit dotata à parentibus, sed ab extraneo.

Rota

Rota in Romana de Corbinellis 26. Maij 1614. coram Coccino Decano.

16 Contrarium eadem † Rota coram eadem Coccino Decano 15. Martij 1619. & 7. Iunij 1619. tenuit ad extraneum.

17 Frater vigore huius Statuti non tenetur † dotare sororem, quæ vel ex causa debilis ingenij, vel alia causa est inhabilis ad matrimonium, vt fuit resolutum coram Card. Blanchetto in vna Albanen. 8. Febr. 1588.

18 Nec procedit hoc Statutum, † nisi quando adsunt filij, aut descendentes ex filijs masculis. Rota in Romana Castrorum, seu transactionis 11. Maij 1590. coràm Gypsio. Idem habes suprà ad Cap. 141. num. 13.

An vigore huius Statuti fœmina possit in dote grauari fideicommisso dictum est in Cap. 141. in versic. & propterea. num. 17.

19 Statutum hoc † loquitur in causa intestati non autem quando est factum testamentum. Statutum autem loquens de successione ab intestato nō habet locum in causa testati. Card. Caualer. decis. 255. Strictè ad dubium. nu. 7. post Put. decis. 193. in nou. nu. 2. lib. 2. Vbi de simili Statuto Perusino. Et additur quod hoc Statutum loquitur quando adsunt masculi, qui non adeant in casu decisionis. Et vlterius quod hoc Statutum cap. 145. & cap. 141. non applicantur, neque procedunt quàdo fuit relicta legitima à matre, cum ista Statuta procedant in simplici dispositione iuris communis, quando non fuit relicta legitima.

Licet Statutū hoc, quod fœminæ nuptæ in aliquo non succedant patri ab intestato decedenti masculis superstitibus.

20 Tamen habet etiam locum † in casu testamenti, licet duntaxat loquatur de successione ab intestato. Rota coràm Card. Arigonio 8. Febr. 1593. in Romana Supplementi legitimæ. vbi decisum fuit, quod si secùs esset maximum sequeretur absurdum, nempè quod melioris conditionis esset persona exclusa veniens contrà voluntatem testatoris, quàm veniens præter voluntatem.

Ad idem Sanctiss. Ludouis. decis. 358. Domini dixerunt. num. 4. quod intelligit quando venit contrà testamentum, non quando venit ex testamento. Et ibi Addit. in litera A.

21 Amplia hoc procedere in † nepote ex filia, quia si filia esset exclusa, censetur etiam exclusus nepos ex ea natus. Rota coràm Card. Arigonio in dicta Romana Supplementi legitimæ 8. Februarij 1593. Et dixit nouissimè in causa Romana Successionis Vener. 15. Nouembris 1630. coram R. P. D. Verospio. Vbi habetur, quod hoc casu censetur exclusa vniuersa illius progenies.

22 Amplia secundò dictum Statutum † habere etiam locum in Emphyteusi tàm hæreditaria, quàm ex facto, & prouidentia. Rota coram Card. Caualerio decis. 555. Domus controuersæ. num. 2. & per tot. & fusiùs decis. 583. Fuerat resolutū etiam per tot. & in puncto. num. 5. In quibus decis. fusè comprobatur doctrina Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. & cons. 60. num. 1. lib. 1. Quod vbi concessio Emphyteusis cantat pro filijs masculis, & fœminis copulatiuè, si adest Statutum in Ciuitate, quod fœminæ nō succedant stantibus masculis, tunc prædicta verba, licet copulatiuè prolata debeant intelligi ordine successiuo, vt scilicet, fœminæ tunc demum admittantur si masculi deficiant. Quia recipiens videtur se conformare cum Statuto, quale est hoc Statut. Vrbis lib. 1. cap. 145. Quæ doctrina latè comprobatur in dd. decisionibus auctoritatibus Doctorū, & Rotę, reiecta doctrina Bald. in l liberti libertaq. num. 30. C. de oper. libert. dicentis opinionē Bart. procedere in Emphyteosi hæreditaria, non autem in Emphyteosi ex pacto, & prouidentia: nam cum Bart. loquatur indistinctè, de qualibet Emphyteosi est intelligendus: Et in d. decis. 583. nu. 11. vers. Ad decisionem. Declaratur decis. in Romana domus 28. Maij 1608. coram Manzanedo. Quia ibi non fuit actum principaliter de hoc articulo, sed incidenter. Vltrà quod in illo casu apparebat, acquirentem noluisse se conformare cum dispositione Statuti, quod est factum fauore agnationis, cum ab initio ibi Emphyteosis fuisset acquisita pro fœmina, vt in eadem causa dicitur fuisse declaratum coràm Decano Coccino 14. Febr. 1612.

Quæ etiam diximus sup. Par. II. circà Stylum Rotæ in Vrbe Emphyteosis. §. 3. incip. Rota sequitur illam opinionem.

Et est validum hoc Statutum, dum restringit, &

23 limitat † legitimam quæ aliàs de iure communi non recipit onus, quia statuentes hoc facere potuerunt. Rota diuers. decis. 538. num. 5. & decis. 540. nu. 5. p. 1. Vbi de legitima diminuta in tempore, videlicet de tempore nuptiarum, non mortis testatoris, vt ibi dicitur post Corn. Ias. & Roman.

24 Et disponendo, quod filiæ † innuptæ debeant dotari per patres, non dicitur arctare ad nubendum, sed inuitat, & ideò valet, & tenet Rota diuers. d. decis. 538. part. 1. in fin.

25 Dos autem, † quæ debetur fœminis non maritatis intelligitur sub conditione, nempè quatenus dictę fœminæ maritentur, & non aliàs. Rota diuers. dicta decis. 538. num. 1. part. 1. & 540. nu. 2. part. 1. vbi dicitur hoc procedere propter verba illa in hoc Statuto apposita, scilicet, dummodo frater germanus paratus sit cum effectu dotare, quæ quidem verba cum effectu nonnisi matrimonio de præsenti, vel de præterito possunt adaptari.

26 Maximè cum † Statutum excludat filias propter masculos, easquè posteà dotari mandet, quia tunc dos non debetur, nisi sequatur matrimonium, quòd secus esset, si simpliciter filias dotatas excluderet. Rota diuers. decis. 540. num. 1. part. 1.

27 Quæ quidem † dos dicitur succedere loco legitimæ diminutæ à Statuto isto in tēpore, & quantitate. Rota diuers. d. decis. 538. num. 5. & 540. nu. 5. part. 1.

28 Hinc propterea est, quod fœmina † decedēs ante contractum matrimonium, non potest dotem transmittere. Rota diuers. d. decis. 538. nu. 6. part. 1. & d. decis. 540. in princip. & per tot. part. 1.

29 Et parati dotare dicuntur fratres † statim atquè adiuerunt paternam hæreditatem. Rota diuers. d. decis. 540. nu. 4. & 6. vers. non obstant ponderationes. & coram Card. Pamphilio in Balneoregien. bonorum 16. Maij 1594.

30 Nota tamen, † quod licet filia ex hoc Statuto excludatur ab intestato, tamen si pater illi reliquit aliquid in testamento non impeditur propterea quominus capiat relictum in eo. Rota coram Card. Platto in Fauentina legitimæ 23. Ianuarij. & 19. Februar. 1588. & coràm Gypsi 28. Martij 1590. in eadem. & coràm Sanctiss. Ludouisio in Romana dotis 14. Martij 1608. est decis. 358. in impress.

31 Et

31 Et isto casu, † si filia instituatur in testamento paterno, ei competit remedium. *leg. fin. de Edict. Diu. Adr. toll.* *Rota coram Sanctiss. Ludouisio in Romana dotis* 14. *Martij* 1608.

32 Et nihilominus hoc Statutum † procedit etiam facto testamento per patrem. *Rota in Romana supplementi legitima 8. Februar.* 1597. *coram Card. Arigonio. Vt suprà num.* 19. *&* 20.

33 Neque hoc casu filia excluditur † per patruos licet excludatur per nepotes ex filio masculo. *Rota in Romana fideicommissi* 4. *Maij* 1611. *coram Vbaldo.* Vt diximus *suprà num.* 7.

34 Statutum huiusmodi † non comprehendit hæreditatem auunculi. *Rota in Romana hereditatis* 16. *Maij* 1594. *coram Card.* Millino.

35 Et an in casu huius Statuti † fœmina semel exclusa, an semper sit exclusa, distinguendi sunt tres casus, vt per *Rotam coram Decano Pegna in Romana domus S. Ludouici Luna* 27. *Nouembris* 1600. *est decis.* 67. *in eius lib.* 5. *in manuscript. incip. Proposita hac causa.*

36 Primus est, † quando agitur de bonis paternis, siue hæreditate paterna, vel materna, tunc enim fœmina semel exclusa semper, & perpetuò remanere debet exclusa. Vbi Rota allegandi multas Doctorum authoritates, dicit eas distinguere, quando Statutum loquitur per verba significantia temporalitatem, vel perpetuitatem.

37 Secundus quando agitur † de bonis feudalibus, in quibus de sui natura fœmininæ non comprehenduntur, tunc fœminæ semel exclusæ semper remanent tales, cum regulariter ad feuda non admittantur. *Rota loco citato.*

38 Amplia istum secundum casum † procedere, etiam si concessio de feudo facta fuerit pro masculis, & fœminis, tūc enim regula quod semel exclusa perpetuò remanere debeat exclusa, locum etiam sibi vendicabit. *Rota loco citato.*

39 Limita istam ampliationem proximè † positam, quando masculus ab initio non extabat, quia tunc etiam fœmina admittetur. *Rota loco citato.*

40 Tertius est casus, † quando agitur de bonis Emphyteoticis, tunc cessante masculo, fœmina potest integraliter succedere. *Rota loco citato.* Et diximus *suprà num.* 22. *vers. Amplia secundò.*

41 Notandum est ad propositum, † quod stante inuestitura de Emphyteosi pro masculis, & fœminis Statutum prædictum exclusiuum fœminarum nihil aliud operatur, nisi vt primo loco censeantur vocati masculi, postea verò fœminæ. *Rota loco citato.* & tunc quando admittitur masculus à principio excludit fœminam perpetuò cum distinctione supradicta.

42 Animaduertendum est etiam, † quod hæc questio, An fœmina semel exclusa habeat locum quando agitur de Emphyteosi hæreditaria, & non in ea, quæ ex conuentione, & iure particulari defertur per *decis. Manzanrdi in causa Romana domus* 28. *Maij* 1608. in principio huius Capituli allegati *suprà num.* 22. *S. Amplia secundò.* Vbi fuit dicta decisio declarata *à Rota coram Card. Caualer.*

Ad Cap. 146. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De Successione fratrum.

SVMMARIVM.

1 *de Successione ascendentium agitur in Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 145. *transuersalium verò in cap.* 146.

2 *Agnationis, & sexus masculini fauor consideratur in successione transuersalium.*

3 *Filiæ fœmina dotata, quæ excluduntur à successione transuersalium, sufficit quod sint dotata, siue ab eo de cuius successione agitur, siue à quouis alio.*

Et num. 4. *habetur nota decisionis antiqua.*

5 *Statutum excludens fœminas propter masculos quale est præsēs Statutum Vrbis procedit etiā quando pater est in medio, & hoc in successione fratrum.*

6 *in Sororis defunctæ hæreditate an habeat locum Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 146. *de successione fratrum.*

Et quod dictum Statutum non procedat.

7 *in Fratrum successione iuxtà Stat. Vrb lib.* 1. *cap* 146. *non comprehenduntur bona sita extrà Vrbis districtum.*

Limita, vt num. 8.

9 *Hæreditas delata ante conditum Statutum non comprehenditur à dicto Statuto.*

10 *Statutum superueniens non tollit actus præteritos non perfectos, qui solum expectant executionem post se.*

11 *Frater vtrinque coniunctus non præfertur consanguineo, sed æqualiter admittuntur.*

12 *Legitima matris quanta sit.*

13 *Fœmina forensis cōprehenditur in hoc Statuto quoad bona sita in Vrbe, vel eius districtu.*

Contrà num. 14.

15 *Nepotes excluduntur ab hæreditate patrui ex hoc Statuto.*

16 *Filiæ fratrum sunt exclusæ à filijs masculis aliorum fratrum ab hoc Statuto.*

17 *Statutum hoc de successione fratrum loquitur in bonis paternis non in maternis.*

Capitulum hoc 146. est separatum, & diuersum à præcedenti Capitulo 145. † hoc enim loquitur in successione ascendentium; illud verò in transuersalium, & sic de isto ad illud fieri non potest illatio. *Rota coram Aldobrandino in Romana successionis ab intestato* 28. *Ianij* 1574. *& coram Ortembergo in Romana hæreditatis de Sellis* 26. *Iunij* 1608.

2 Et considerat fauorem † agnationis, & sexus masculini in illis verbis germani fratres, eorumquè filij masculi. *Rota coram Robusterio in Romana successionis de Sellis* 26. *Iunij* 1608.

Quæ est principalis ratio exclusionis, & secundario donationis, vt considerat Statutum. *Rota in d. Romana de Sellis* 26. *Iunij* 1608.

3 Et per illud excluduntur † filiæ fœminæ, siue dotatæ sint ab eo, de cuius hæreditate agitur, siue à quocumquè alio, & quomodocumquè dotatæ fuerint. *Rota in dicta* Romana *de Sellis* 1. *Iulij* 1598. *coram Card. Seraphino. & in eadem causa* 16. *Ianuarij* 1608. *coram Ortembergo.* vbi fuit ita decisum ex generalibus verbis in Statuto appositis, nempè, *dummodo dotatæ existant*, quæ verba generaliter omnes comprehendunt, & non restringuntur ad vnum aliquem ex nominatis, vt quando Statutum dicit dotata ex bonis fraternis, vel maternis, in quibus terminis versantur diuersæ DD. opiniones, & fuit prius resolutum *coram* . . . . . . *vt in decis. Put.* 18. *nu.* 1. *de constit. & decis.* 277. *lib.* 1. *secundum nouam impress.* *Rota in Balneoregien. Terrarum* 16. *Maij* 1594. *coràm Cardin. Pamphilio.*

ANNOTATIO.

Aduerte quod habetur *in Decis.104. lib.1. Sarnens.*
4 *in impress. incip. Cap.4. de Success. ab intestato.* † Vbi ita dicitur. *Rota de mense Martij 1542. in Romana hæreditatis de Flores coram Thoma de Tanis.* tenet hæc congruam dotationem debere intelligi de bonis defuncti fratris. *Bart. in l.1. C. de leg. & Brun.* Sed vbi non sunt dotatæ à defuncto, sufficit quod fratres, qui succedere volunt excludendo sororẽ, sint parati eam dotare, vt ibi dicitur.

5 Statutum Vrbis *lib.1. cap.146.* † *quod in antiq. erat cap.24. lib.5.* admittit fratres, & excludit sorores.

PROCEDIT etiam existente patre communi in medio, quia hoc casu pater non excludit fratrem, & ideò non facit quod admittantur sorores, per *l.2. §. si sit consanguinea. ff. ad Tertyll.* intelligendo iuxtà informantes pro fratribus, & per not. per *Bald. in l. si quis in suo.33. C. de inoffic. testam.* Quia ratio & mens Statuti videtur habere locum in isto casu. Ita dixit *Rota coram Gropperio in vna Romana discussionis de Gaddis Veneris 23. Maij 1567. incip. Præsupposito. Est decis.295. in eius lib. in manuscript.*

Addita etiam fuit in eadem decisione alia ratio, quod secundum aliquos ex Dominis, Statutum est generale, quod tamen non fuit reputatum fundamentum vrgens, quia Rota reseruauit videre, An propter sequentia verba Statuti de dotatione sororum, Statutum sit intelligendum necessariò, quando pater non est in medio propter præsuppositum dotationis.

Et die Veneris . . . Ianuarij 1568. in eadem coràm eodem, incip. Maior pars. Est in eius libr. decis.303. Fuit à maiori parte tentum, quod Statutum habeat locum, videlicet, quod frater excludat sororem non obstante existentia patris in medio. Cum anteà *sub die Veneris 19. Decembris 1567. coram eadem,* fuisset ordinatum, vt omnes viderent cum ijsdem informationibus, nec informaretur de nouo in scriptis, nec in voce ad euitandas expensas.

CASVS præsentis Decisionibus fuit, quod in rerum natura fuit quidã Franciscus quartus filius Catharinæ, qui nouem menses natus post Catharinæ matris obitum decessit, superstite Aloysio patre, & Thadæo fratre, ac Syluia, & Antonia sororibus impuberibus, & innuptis.

An autem Statutum prædictum locum sibi vendi-
6 cet in hæreditate † sororis defunctæ quęstio est valde difficilis & dubbia, quæ cũ aliàs occurrisset in Rota, vt testatur *Caputaq. in manuscript. decis.334. lib.1.* quamuis fuisset impugnata pro negatiua, nihilominus Rota inclinauit, & mandauit partes concordari, quemadmodum etiam posteà eadem Rota seruauit *in Romana Terris partis hæreditatis Veneris 8. Martij 1591.* vbi refertur *decis. Caputaq. superius allegat. coram Orano. Est decis.79. in eius lib.2. in manuscript. incip. In causa Romana.*

Tandem ista tàm celebris, & controuersa quæstio pro negatiua parte in Rota fuit resoluta, vt habetur *in causa Romana Successionis Veneris 14. Iunij 1630. coràm* R. P. D. *meo Merlino.* Quæ decisio habetur *inter Selectas à dilecto filio Paulo Rubeo Tomo I. est decis.388. incip. Celebrem apud Doctores. fol.709. impressionis Venetæ.* Et fundamentum huius resolutionis fuit, quia cum versemur in materia correctoria iuris communis cautè procedendum est in extensionibus de persona ad personam, nec de facili recedendum est à clara dispositione iuris communis, nam in simili materia fratrum appellatione non veniunt sorores, nec masculinum concipit fœmininum. Quod multò magis procedit, quia dictum Statutum discretiuè loquitur, & distinctim de fratribus, & sororibus, & sic debet intelligi singuli sexus sub eorum germano nomine, & non debent confundi. Et hoc hodie multò magis est affirmandum, cum non simus in Statutis antiquis, vbi erat magis dubia quæstio.

7 Neque comprehendit Statutum † bona extrà Vrbis districtum sita, Rota in terminis Statuti Vrbis antiqui *coràm Card. Pamphilio in Balneoregien. bonorum 16. Maij 1594.*

8 Limita hoc tamen † nõ procedere in iuribus hæreditarijs, ac nominibus debitorum, *Rota coràm Card. Seraphino in Romana Census de Soderinis 29. Nouembris 1577. & coràm Card. Pamphilio 8. Iunij 1591. & 16. Maij 1594. in Balneoregien. bonorum.* vbi dicitur in hoc sequendam opinionem *text. in l. exigere dotem. de Iudic.*

9 Neque pariter † comprehendit hęreditatem delatam ante conditum Statutum, sed solum deferẽdam, *Rota coràm Card. Pamphilio in Balneoregien. bonorum 8. Iunij 1588. & corã Lauretano in Romana supplementi legitimæ 17. Aprilis & 20. Octobris 1581. Sunt decis.141. & 158. part.2. diuers.* in quibus deci-
10 sionibus habetur, † quod ius non tollitur per Statutum superueniens, quod non cõprehendit actus præterires non perfectos, qui solum expectant executionem post se. *Rota coram* R. P. D. *Pirouano decis. 608. nu.15. in Recent. part.2. incip. Existimarunt Domini.* Et vide *suprà ad Rubricam Statut. Vrbis. §.11. incip. Non tamen.*

11 Et non præferri † fratrem vtrinque coniunctum consanguineo, sed illos pariter admittit, vt fuit resolutum *coram Aldobrandino in vna Romana de Lante 24. Ianuarij 1582.*

Hoc Statutum præseruans matri legitimam, intel-
12 ligendum est secundum ius commune, & sic eius † legitima erit tertia eius, quod habitura est ab intestato, vt fuit resolutũ *coràm D. Vice Comite in vna Romana de Menichellis,* & posteà *coram Blanchetto in Romana legitima 20. April. 1584. & 23. Maij eodem anno.* & fusiùs *in Asculana legitima 2. Decemb.1588. coràm Bubalo.*

13 Et quod Statutum hæc comprehendat etiam † fœminam forensem, quoad bona sita in Vrbe, vel eius districtu, etiam quod defunctus esset Incola, vel Ciuis. *Put. decis.31. lib.2.* secundam nouam impressionem, hanc secuti sunt, vti magis communem Cardinalis Mantica, & Tuscus in hæreditate Cardinalis S. Seuerini eis à Sanctissimo commissa causa, vbi respondent omnibus decisionibus in contrarium facientibus.

14 Contrarium, quando illi, qui succedere debent sunt forenses, quod, nempè, licèt defunctus fuerit Incola, vel Ciuis non habeat locum Statutum etiam in bonis sitis in Vrbe. *decis.415. diuers. part.4. & Incolen. hæreditatis 10. Iunij 1616. coram Buratto.* vbi aliæ dantur decisiones.

15 Neptes † ab hæreditate patrui excluduntur ab hoc Statuto, repræsentant enim personam prohibitam succedere, vt per *Seraphin. in Romana de Capranica 25. Ianuarij 1581. Est decis.496. incip. Proposui dubium.*

16 Et

16 Et † filiæ fratrum sunt exclusæ à filijs masculis
aliorum fratrum ab hoc Statuto *Card. Seraphin. decis.*
456. per totam.

17 Hoc etiam Statutum † loquitur in bonis paternis,
nam in bonis maternis præseruat, & mandat seruari
dispositionem iuris communis, vt dicitur in fine dicti
Statuti, & sic intrat dispositio *Auth. Itaquè mortuo.*
C. eo mmun. de success. ita dixit *Rota coràm Card. Ca-*
ualer, decis. 50. Thomas Armenterius.

Ad Cap. 147. Lib. 1. Statutorum Vrbis.

Vt possessio bonorum defuncti in suos hæredes continuata censeatur.

SVMMARIVM.

1 *de Possessione defuncti continuanda Statutum dispo-*
nens habet locum in remedio retinenda, & adipi-
scenda non in recuperanda.

2 *Nequè comprehendit eum, qui recuperauit possessio-*
nem antequàm hæres illam adipisceretur.
Limita, vt num. 6.

3 *Possessio defuncti, an, & quando continuetur in hæ-*
rede ex Statuto.

4 *in Emphyteoticis bonis non continuatur possessio de-*
functi, ex Statuto, & num. 7. 8. 9. & 10.

5 *Possessionis in hæredem continuatio, de qua possessio-*
ne Statutum sit intelligendum.

11 *Possessio defuncti cum hæres dicit principaliter in se*
translatam vigore Statuti, iudicium est mixtum non
possessorium.

12 *Possessio, & quasi possessio intelligitur ex Statuto in*
hæredem continuata.

13 *Possessio defuncti dicitur cõtinuata ex Statuto, quan-*
do possessio est occupata per creditorem.

14 *Possessio defuncti quæ continuatur in suis habet locum*
etiam in ijs, qui vti tales à patre per institutionem
fuerunt reputati.

15 *Possessio defuncti cum ex Statuto cõtinuetur, à man-*
dato de manutenẽdo, videlicet immittendo propter
admixtam causam proprietatis datur appellatio.

16 *Possessio defuncti continuatur in suum hæredem dum-*
modo posteà ab ipso apprehendatur, nisi ab alio fue-
rit ante aditionem occupata.

17 *Possessio defuncti continuatur ex Statuto, & hæres*
debet manuteneri etiam quod medio tempore fuerit
possessio interuersa.

1 STatutum habet locum solùmodo in remedio † re-
tinendæ, & adipiscendæ, non autem in remedio
recuperandæ, quia nihil aliud disponitur quàm id
quod disponit. *l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll. Capu-*
putaq. decis. 213. num. 1. & 2. part. 3. vbi dicit quod si
Statutum comprehenderet etiam remedium recupe-
randæ daret facultatem delinquendi.

2 Nequè comprehendit eũ, † qui occupauerit pos-
sessionem antequàm hæres illam adipisceretur. *Rota*
coram Caputaq. decis. 199. p. 3. coram Card. Pamphilio
in Bononien. de Canalibus 11. Ianuarij 1602. coram
Coccino Decano in Romana de Lucatellis 30. Octobris
1609. coràm Decano Pegna in Romana Vinea, & Ho-
spitij 13. Maij 1606. Et coràm eodem in Romana Vi-
nea, & Hospitij 13. Martij 1608.

Statutum hoc Vrbis *lib. 1. cap. 147.* de continuanda
3 possessione in hæredem. † Non procedit quãdo pos-
sessio fuit à tertio ante aditã hæreditatem occupata,
ex allegat. per *Gabr. de acquir. possess. conclus. vltim.*
num. 18. Tiraq. in tractat. le mort saisi. le vis. 5. part.
declar. 3. nu. 1. & seq. & sæpè dixit Rota, vt in decis.
allegatis, *& in d. Romana Vinea, & Hospitij 13. Mar-*
tij 1608. coram Decano Pegna.

Quatenus verò hæc limitatio non procederet in
suo hærede, de quo loquitur Statutum, quia non opus
4 habet aditione *Gabr. cons. 36. nu. 13. lib. 1.* † Adhuc
tamen dictum Statutum non procedit in bonis Em-
phyteoticis, vt paulò infrà, quia licet etiam ius de-
functi transeat in hæredem, excipitur tamen ius per-
5 sonale. *l. hæres. ff. de acquir. hæred.* † Et propterea d.
Statutum non debet intelligi de ea possessione, quæ
cohæret iuri personali, cũ recipiat interpretationem
à iure, vt in terminis dicit *Cuman. cõs. 175. in fin.* quẽ
sequitur *Rub. Alexandr. cons. 121. nu. 5. Ias. cons. 152.*
lib. 4. Gabr. de acquir. poss. d. conclus. vlt. nu. 13. & fuit
resolutum *in Imolen. bonorum 10. Aprilis 1591. coràm*
Card. Pamphilio. & in Mediolanen. bonorum 28. Mar-
tij 1598. coram Card. Millino. & in d. Romana Vinea
corã Decano Pegna. Quam cõclusionẽ ex his, & alijs
congestis latè tuetur *Rota in Romana de Lucatellis*
Veneris 30. Octob. 1609. per tot. coram Coccino Decano
est decis. 263. in Recentior. part. 2. Vbi *num. 5. in fin.*
allegatur in materia similis Statuti *Bald. consil. 141.*
num. 3. lib. 1.

Alia si desideras circà simile Statutũ de possessione
continuanda à defuncto in hæredem, consulæ no-
stras Annotationes ad Decisiones *Gregorij XV. in*
decis. Alben. Parochialis Luna 27. Iunij 1605. Vbi quod
non continuatur quasi possessio præsentandi absquè
apprehensione ex multis ibi, & in Annotatione con-
gestis. *Part. 1. fol. 1.*

6 Limita primò, quod est dictum num. 2. non pro-
cedere in suo hærede. *Rota coram Coccino Decano in*
d. Romana de Lucatellis 30. Octobris 1609. Rota in Si-
gnina bonorum 12. Iunij 1615. coràm Andrea, & latius
in Romana hæreditate de Fuschis 21. Iunij 1619. co-
ram Pirouano.

7 Nec etiam dictum Statutum comprehendit † bona
Emphyteotica, quæ defunctus tñ possidebat natu-
raliter. *Rota coràm Card. Pamphilio in Imolen. bono-*
rum 5. Aprilij 1592. & coram Coccino Decano in d.
Romana de Lucatellis 30. Octobris 1609. & coram
Card. Millino in terminis Statuti *Mediolanen.* similis
huic Romano *28. Martij 1599. in Mediolanen. bonorũ.*

8 Declara tamen, & intellige † hoc esse verum
respectu dominij directi cum Emphyteuta viuens
haberet tantum naturalem, & ciuilis existeret penes
Dñm quæ morte d. Emphyteutæ naturalis expirat,
secus autem respectu tertij, quia tunc dictus Emphy-
teuta habet non solam naturalem, sed & quasi Ciui-
lem, quæ suffragatur hæredi ad obtinen. in remedio
retinendæ, vel adipiscendæ. *Rota coram Coccino De-*
cano in d. Romana de Lucatellis 30. Octobris 1609.

9 Declara secundò quando cõtrouertitur † Emphy-
teusis, & hæc non est clara. *Rota in Signina bonorum*
12. Iunij 1615. coram Andrea.

10 Quando verò inter hęredẽ † Emphyteutę, & Dñm
controuertitur super deuolutione, quæ non est clara
sed turbida tũc hęres est manutenen. *Rota corã Card.*
Pamph. in d. Bononien. de Canalibus 11. Ian. 1602. vbi
dicitur hoc in tantum esse verũ, vt quãuis iudiciũ agi-
tetur vigore rescripti habẽtis clausulam illã manu re-
gia etiam sola facti veritate inspecta, nihilominus lite

durante Emphyteuta summarijssimè in sua possessionem manuteneri debet.

11 Aduerte tamen, quod † quando quis principaliter vti hæres dicit possessionẽ defuncti vigore huius Statuti translatam, & continuatam esse in se, quod iudicium nõ esse possessorium, sed mixtum cum iure dominij, & ab eo datur appellatio, secùs verò quando non principaliter, sed incidenter quis deduxerit se in hæredem, puta si dixit velle manuteneri, quia est hæres, tunc enim non datur appellatio. *Rota diuers. decis. 34. num. 21. & 22. part. 1.*

12 Et nota, quod Statutum † quamuis loquatur de possessione tantum, habebit locum etiã in quasi possessione, & propterea si defunctus acquisiuit quasi possessionem exigendo ea quoquè censebitur continuata in illius hæredem. *Rota in Romana Census 17. Martij 1596. coram Corduba.*

13 Hoc Statutum procedit etiam in † possessione occupata per creditorem, donec sit satisfactus de suo credito, quia possessio creditoris non impedit continuationem vigore huius Statuti in suos, cum ad diuersum effectum isti possidere dicantur. *Rota in Ianuen. fideicommissi 4. Maij 1590. coram Card. Platto. & in Romana de Sancta Cruce 4. Iunij 1610. coram Card. Sacrato.*

14 Statutum hoc disponens in suis, habet † etiam locum in eo, qui vti talis fuit à patre institutus, & debet manuteneri, cum sit in quasi possessione legitimitatis, & vti talis debet manuteneri ex hoc Statuto. *Seraph. decis. 1065. Fuit resolutum num. 1.*

Aduertendum quoquè est, quod à mandato de manutenendo, seu immittendo vigore huius Statuti tamquàm habente admixtam causam proprietatis,

15 seu dominij, † datur appellatio. *Rota in Romana, seu Amerina Domus corã Cantuccio. vt in decis. diuers. impress. 34. num. 21. part. 2. confirmata in Ferrarien. bonorum de Tassonis 26. Iulij 1613. coram Card. Pamphilio.* quia in hærens Statuto tenetur docere de qualitate Statuti, quod verè sit hæres, quod si à parte negetur, & aliter non constet per confessionem eiusdem partis, vel assertionem testatoris, qui scripserit eum hæredem in testamẽto, tunc intrat mixtura cognitionis meritorum secundum *Bald. cons. 141. nu. 6. vol. 1. & cons. 331. eodẽ vol. qui in d. cons. 331. & 330.* distinguit inter hæredem suum, & extraneum, & in hoc Statuto huiusmodi difficultates cessant, secùs in suo, prout etiam fuit consideratum *in d. Romana hæreditatis de Fuschis 21. Iunij 1619. coram Pirouano.*

16 Hoc Statutum non habet locum, † nisi posteà possessio per hæredem apprehendatur, nisi priùs alius occupauerit ante aditionem hæreditatis. *Rota diuers. decis. 27. num. 13. part. 1.*

Rota tamen *in d. Romana de Lucatellis 30. Octo-*

17 *bris 1609. coràm Coccino Decano,* quoad suos, † & in Statuto Vrbis valdè dubitat, imò quod in suo hærede, vel in eius præiudicium non possit medio tẽpore interuerti possessio, sed adhuc competat sibi manutentio non obstante occupatione ab alio facta per mortem defuncti eò ante immissionem sui hæredis, voluit *Rota in supà allegata Romana hæreditatis de Fuschis 21. Iunij 1619. coram R.P.D. Pirouano.*

Ad Cap. 49. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De donationibus inter viuos, & causa mortis.

SVMMARIVM.

1 *In Donationibus Statutum respicit solum solemnitates, non habilitates personarum, & propterea non respicit donantes extra territorium.*

2 *In Donationibus ligantur forenses in Vrbe contrahentes, & num. 5.*

3 *Donationis scriptura originalis debet esse subscripta à donante.*

4 *Donatio vt valeat, non solum debet esse subscripta, sed etiam aliæ solemnitates debeat adhiberi.*

5 *Forenses ligantur Statutò Vrbis de donationibus quando Romæ contrahunt secùs quando Romanus donat in loco non subiecto Statutis Vrbis, & suprà num. 2.*

6 *Donatio, & donationis confessio easdem requirit solemnitates in muliere, & minori.*

7 *Donatio ex causa matrimonij subiacet Statuto de donationibus.*

Declara, vt num. 8.

9 *Donationis subscriptio ex Statuto requisita, est adhibenda etiam in donatione præsumpta.*

Declara, vt num. 10.

11 *Donationis subscriptio requiritur etiã inter patrem, & filium, & matrem, & filios.*

Et etiam inter alios consanguineos.

Contrariam opinionem aliquando Rota tenuit, vt num. 12.

Declarantur istæ decis. num. seq. vsquè ad num. 18.

18 *Donatio insinuari debet semper etiam inter patrem, & filium.*

19 *In Donatione ob merita asserta requiritur subscriptio ex Statuto.*

Quod non procedit quando merita probantur, nu. 20.

21 *Donatio quoad Statuti solemnitates, non habet locum quando in donatione continetur grauamen vtriusquè partis.*

22 *Donatio non requirit solemnitates Statuti quando fit coràm Iudice, maximè si interueniant quinquè testes.*

23 *Donatio facta tempore pestis non requirit Statuti solemnitates.*

24 *Donatio remuneratoria non requirit Statuti solemnitates.*

Dummodo materia non solum asserantur, sed probentur, num. 25.

26 *Donatio reciproca nõ requirit solemnitates Statuti.*

27 *Donatio facta à marito vxori ob futuras nuptias non requirit solemnitates Statuti.*

28 *Donatio fauore piæ causæ non requirit solemnia Statuti.*

29 *Donatio quando est accessoria ad alios contractus, non requirit Statuti solemnitates.*

Capitulum 149. de quo agimus respicit tantum-
1 modo † solemnitates, non autem habilitatem personarum, & per consequens non comprehendit donantes extra Territorium. *Rota coràm Caputaq. decis. 183. part. 1. & 206. part. 3. & coram Orano in Romana bonorum de Ceulis 18. Martij, & in Romana*
2 *pratensa donationis 29. Martij 1599.* † & propterea dictum Statutum ligat forenses hic in Vrbe contrahen-

hentes donantes ratione loci contractus. *Rota corā Capneaq. d. decis. 283. part. 1. & 206. part. 3. & coram Card. Seraphino in Romana donationis 12. Febr. 1596.*

3 Declara, quia hoc Statutum † intelligitur de originali, non autem de instrumento, quod partibus datur, vt fuit resolutum *coràm D. Cotta in Anconitana de Thomasijs rescissionis contractus Luna 25. Iunij 1576. incip. Ansententia. est Decis. 490. in eius libr. in manuscript.*

4 Declara vlterius, quod stante sola † subscriptione donantis, & non seruatis alijs solemnitatibus Statuti non solum annullatur instrumentum, sed etiam ipsa donatio. Idem *Cotta in Romana de Matthejs Luna 26. Ianuarij 1573. incip. An constet. Est decis. 377. in eius libr. in manuscript.*

5 Comprehendit etiam forenses † hic Romæ contrahentes. *Cæsar de Graff. decis. 2. num. 16. & 17. tit. de donat. coram Card. Caualerio in Perusina donationis 21. Iunij 1613.*

Secùs verò quando Romanus donat in loco Statutis Vrbis non subiecto. *Rota coràm Orano in Romana prætensa donationis Luna 29. Martij 1599. & coràm Cantuccio in Perusina hæreditatis 27. Nouembris 1581.* quod procedit etiam in sequenti Cap. de insinuatione donationum.

6 Quod quidem Statutum est seruandum etiam † in confessione mulieris, & minoris. *Rota coram Achill. decis. 1. de confess. Cresc. decis. 2. eodem tit. Put. decis. 55. lib. 3.*

Quod tamen limita, & declara, vt inferiùs in explicatione Cap. 151. dicetur num. 9.

7 Amplia primò hoc esse verū in † donatione facta ex causa matrimonij. *Rota coram Cardin. Pamphilio in Romana donationis de Cappis 5. Iunij 1602.*

8 Limita, & declara, † quemadmodum etiam dicetur in Cap. 151. hoc esse verum in necessaria donatione secus autem in simplici. *Rota coram Card. Pamphilio in d. Romana donationis de Cappis 5. Iunij 1602. & coram Blanchetto in Romana euictionis 28. Maij 1588. Rota coram Card. Caualerio in Perusina donationis 29. Iunij 1613.* vbi quod donatio ex causa dicitur quādo subest necessitas propter quam quis donare teneatur.

9 Amplia secundò procedere etiam in † donatione præsumpta. *Rota coram Corduba in Romana de Massis 13. Iunij, & 4. Iulij 1601.*

10 Limita, & declara hoc esse verum † in donatione redacta in scripturam, secùs autem scriptura non existente. *Rota in d. Romana de Massis 13. Iunij, & 4. Iulij 1601.*

11 Amplia tertiò in donatione † facta inter patrem, & filium, matrem, & filios, & è contra *Rota coram Lancellotto* in terminis huius Statuti 18. *April. 1608. in causa Perusina Nullitatis*, vbi dicitur hoc procedere etiam inter alios consanguineos, & cum hoc videtur transire. *Rota in Bononien. Census 20. Febr. 1609. corā Card. Marquemontio, & in Perusina fideiussionis 28. Nouemb. 1611. & 2. Apr. 1612. coram Card. Pamphil.*

Quod hic dicitur de matre, & filio vide etiam infrà ad *Cap. 151. huius lib. 1. num. 16.*

12 Contrariam tamen † opinionem tenuit eadem *Rota coram Crescentio decis. 1. de donat. Sarnen. decis. 100.* & deniquè *coram Card. Lancellotto in Romana donationis de Calandris 5. Martij 1608. coram Card. Marquemontio.*

Intellige, & declara, vt nempè.

13 Prima opinio procedat † quando agitur de præiudicio tertij concurrēte fraudis præsumptione in quibus terminis loquitur *decis. Perusina* pro hac opinione adducta, vbi fuit decisum hoc modo, quia post donationem factā donator multa cōtraxerat debita.

14 Aut quando ex facie † scripturæ apparet de damno vnius. *Rota in Romana releuationis indemnitatis 22. Martij 1602. coram Ortembergo.*

15 Vlterius hæc secunda opinio † nō procedit, quando filius contrahit cum tertio ad fauorem tamen patris. *Rota in Bononien. Census 17. Maij 1608. & 28. Februarij 1609. coram Card. Marquemontio. & in Romana releuationis indemnitatis 22. Mart. 1602. coram Ortembergo.*

16 Secunda verò quando agitur de solo † præiudicio patris, & filij, & in hoc casu habent locū decisiones *Cresc. Sarn. & Lancellotti in d. Romana de Calandris.*

17 Vel non habet locum illa prima † opinio, quando filius pro patre fideiubet. *Rota in Perusina fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Card. Pamphilio.*

18 Aut quoad insinuationem, † quæ semper requiritur etiam inter patrem, & filium. *Rota in Perusina fideiussionis 26. Nouembris 1611. & 2. Aprilis 1612. coram Card. Pamphilio. Et in Romana Hæreditatis, & Paragij dotis Veneris 12. Iunij 1615. coram Buratto. Est decis. 723. incip. Proposito dubio. in Recent. p. 2.* Vbi *num. 22.* in renunciatione inter patrem, & filium fuit oppositum de defectu insinuationis per aliquos ex Dominis.

19 Amplia quartò in donatione facta ob † meritorum assertionem. *Rota in Romana de Casis 11. Maij 1589. coram Card. Blanchetto.*

20 Quod non procedit quando † probentur. *Rota in d. Romana de Casis 11. Maij 1589. coram Card. Blanchetto.* qui ita fuisse decisum attestatur in causa *Romana de Matthais coràm Oradino.* Vt dictum est suprà hoc eodem Cap. num. 4.

21 Limita primò prædictas † solemnitates Statuti non habere locum in donatione continente grauamen vtrinsquè partis. *Rota coràm Card. Pamphilio in Romana donationis de Cappis 5. Iunij 1602.* vbi decisum fuit huiusmodi donationes sapere naturam magis remunerationis, & permutationis, quam donationis.

22 Limita secundò quando † donatio celebratur coràm Iudice. *Rota in d. Romana de Casis 11. Maij 1589. coram Card. Blanchetto.* vbi dicitur, quòd cum illæ solemnitates fuerint per Statutum inductæ ad euitandas fraudes satis dicitur satisfactum imperio legis per æquipollens, & maximè quando numerus quinquè testium interuenit in donatione.

23 Pestis † tempore factа donatio subsistit etiā quod non fuerit seruata forma huius Statut. iuxta not. per *DD. in l. fin. C. de testam.* Quod tamen est intelligendum tempore magnæ pestis. ad trad. per *Gabr. de testam. conclus. 8. num. 2.* qui allegat *Consil. Io. Anton. Alex. 72. Rot. in Narnien. Legati Luna 30. Octobris 1570. & in eadem causa Veneris 18. Aprilis 1572. coràm Card. Seraphino. sunt decis. 113. n. 2. & decis. 153. num. 3. in eius impress.*

24 Limita tertiò in donatione † remuneratoria, quæ non potest dici simplex, neque gratuita, sed potius permutatio quædam. *Rota diuers. decis. 488. n. 27. part. 1.* Et suprà num. 20. & 21.

25 Aduertendum tamen quod necesse † est, quod probetur veritas causæ, aliàs sola assertio non sufficit, quia semper per solam assertionem fieret fraus Statuto. *Cæsar de Graff.tit.de donatione decis.2.n.19. Rota in Romana de Casis coram Card. Blanchetto 11. Maij 1589.*

26 Limita quartò in reciproca † donatione, quia in ea quoquè militat ratio adducta in præcedenti limitatione. *Rota diuers.decis.488. part.1.num.4.*

27 Limita quintò in † donatione facta à marito vxori ob futuras nuptias. *Rota coram Card. Millino in Romana dotis 25.Iunij 1599.Caputaq.decis.193.part.1. & coràm Sanctiss.Ludouisio in Fauen.Salu.Interd.21. Ianuarij 1611.& in eadem sub die 27.Februarij 1612. coram eodem.*

28 Limita sextè in donatione † facta ad fauorem piæ causæ. *Rota in Romana Euictionis coràm Card. Blanchetto 28. Martij 1588.*

29 Limita septimò, quia non habet locum † in accessorijs ad alios cõtractus, fuit resolutum *coram Card. Blanchetto in vna Romana Vengferri 24.Febr.1592.*

Ad Cap. 150. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De Donationibus insinuandis.

SVMMARIVM.

1 *Donationis insinuandæ Statutum cum respiciat solemnitatem tantum, & non habilitatem personæ ligat tamen forenses.*

2 *Insinuatio non solum est facienda de donatione, sed etiam de retrodonatione.*

3 *Dummodo non fiat retrodonatio in continenti. Secùs si post temporis spatium.*

4 *Insinuari non debet donatio reciproca, & vicissitudinaria, & ob causam.*

5 *Insinuari non debet donatio facta in causa alimentorum.*

6 *Insinuari non debet donatio facta causa matrimonij contrahendi.*

7 *Insinuationi non potest renunciari etiam cum iuramento.*

8 *Insinuatio non est facienda in donationibus Scriptorum Apostolicorum.*

9 *Neque Montistarum Montis Fidei.*

10 *Insinuatio nõ est necessaria in donatione causa mortis.*

11 *Insinuatio non est necessaria in solutione indebiti facta scienter, quæ impropriè dicitur donatio.*

12 *Insinuatio requiritur in donatione inter patrem, & filium.*

13 *Insinuatio requiritur in renunciatione, siue donatione facta à filia ad fauorem patris.*

14 *Insinuatio valet facta à quocumque Notario etiam non Capitolino.*

1 HViusmodi Statutum † respicit solemnitates tãtum, & non habilitatem personarum quemadmodum dixi de præcedenti Cap.149. per *decis. Caputaq.283.part.1.& 206.part.3.* & cum satis superquè fuerit dictum super ea in dicto Cap.149. non insisto vlterius.

Et in puncto de hoc Statuto, quod respiciat solemnitatem contractus, & quod propterea secũdum magis communem opinionem, quod ligentur etiam forenses. *Rota coràm Accoramb. in vna Romana donationis die 2.Decẽb.1551.est decis.46.in eius manusc. incip.Insinuatio. part.2.* Vbi latè hoc comprobatur.

2 Hoc enim Statutum † non solum erit in donatione seruandum, sed etiam in retrodonatione. *Rota coram Penia in Romana retrodonationis 22. Iunij 1592. Cæsar de Graff.decis.2.tit.de donatione.num.15.*

3 Intellige tamen, & declara † hoc esse solummodo verum in retrodonatione facta post tẽporis spatium, quo donatio facta fuit, secùs autem quando retrodonatio in continenti facta fuit. *Rota coràm Penia in d. Romana retrodonationis 22.Iunij 1592.* vbi resolutũ fuit retrodonationem inualidam, tanquàm confectam post 14. annos à die donationis factæ.

4 Neque Statutum † habebit locum in donatione reciproca vicissitudinaria, & ob causam. *Rota in Romana Viridarij 23.Februarij 1590.coràm Orano, & coràm Coccino Decano in Romana rescissionis contractus 1.Decẽb.1608. Est decis. 433.inter eius impress. incip.Licet Domini. num.5.*

5 Vbi donatio erat facta cum onere alendi, & soluendi scuta quindecim annua. † Quod in causa alimentorum facta donatio nõ requirat insinuationem, post alios *Surd.de aliment.tit.8.priuileg.27. num.4.*

6 Idem in donatione † facta causa matrimonij cõtrahendi. *Rota in d.Romana Viridarij 3. Februar.1590. coràm Orano.* confirmata *in Spoletana Terrarum corã Card.Millino 15. Februarij 1599. & 2.Iunij 1599. & in Fauen. Saluiani 8.Martij 1613.corã Card.Pamphil.*

7 Et secundum hoc Statutum † non potest renunciari insinuationi etiam cum iuramento. *Cæsar de Graff.decis.2.tit.de donat. nu.14. & 15. Rota in Romana de Casis 11.Maij 1589. coràm Card. Blanchetto.*

8 Non habet locum hoc Statutum † in Scriptoribus Apostolicis propter amplissima eorum Priuilegia. *Seraph.decis.731. Quia pro parte.*

9 Neque in † Montistis Fidei. *Seraph.decis.216. Licet ista donatio,* quæ decis. declaratur coràm eodem *decis.679. Fuit dubitatum. in fin.* Vbi de Montistis Nouennalibus. Vt hoc priuilegium non procedat in pupillis, & minoribus. Vt etiam notauimus suprà in principio huius *Sextæ Partis Obseruat.12. circà Vsum, &c. §.11. incip.Statutor.& legis solẽnitates.*

10 Et non habet locum hoc Statutum † in donatione causa mortis, fuit resolutum *coràm Aldobrandino in causa Romana donationis 26.Octobris 1573.*

11 Nota, quod non erit † necessaria insinuatio in solutione indebitè facta scienter excedente summam à Statuto, vel Iure permissam, quia licèt soluens indebitum scienter dicatur donare, & per consequens sit facienda insinuatio in donatione requisita, tamen quia non dicitur hæc solutio indebiti propriè donatio, propterea solemnitates insinuationis non erunt necessariæ. *Rota coràm Manzanedo in Romana pecuniaria 20.Aprilis 1607.*

12 Habebit tamen locum huiusmodi Statutum † de insinuatione disponens inter patrem, & filium. *Rota coràm Sanctiss. Ludouisio in Camerinen. transactionis 4.Iulij 1607.* quæ loquitur in casu Statuti, licèt non in terminis Statuti Vrbis, & idem tenet *Rota coram Card. Pamphilio in Perusina fideiussionis.*

Et *in Romana Hæreditatis, & Paragij Dotis Veneris 12. Iunij 1615. coram Buratto. incip. Proposito dubio. Est decis.723.part.2.in Recent.* Vbi *num.22.*

13 † in renunciatione, siue donatione facta à filia ad fauorem patris datur de defectu insinuationis ex *Stat. Vrb. lib.1. cap.150.* licet fuisset datus procurator ad eam insinuandam.

Vbi

Vbi dicitur, quod nequè præsumebatur cum non essent transacti 30. anni. *Put. decis. 132. nu. 1. in princ. & vers. non obstat. lib. 2. in nou.* qui anni sunt computandi non à die mortis testatoris, sed inchoati iudicij, *vt in d. decis. Put.*

14 Insinuatio à Statutuo † requisita valet facta à quocumquè Notario etiam quod non sit Notarius Capitolij. Quia cum insinuatio sit actus voluntariæ iurisdictionis, nequè aliquam requirat causæ cognitionem, sequitur quod qualibet die potest expediri. *l. actus. C. de ferijs* Et quod vnus, & idem potest esse Iudex, & Notarius. *Couar. de insin. quæst. 31.* Quibus accedit cõis obseruantia, quod omnes Notarij tàm A. C. quàm aliorum tribunalium rogantur de huiusmodi insinuationibus coràm Iudicibus Capitolinis, quæ obseruantia sufficit pro interpretanda mẽte Statuentium. *Aym. cons. 118. num. 2. & cons. 211. num. 8.* Et ita Rota dixit *in Anconitana Terrarum Veneris 1. Iunij 1576. coràm Cotta. Est Decis. 486. in eius lib. in manuscript. incip. An instrumentum.*

Ad Cap. 151. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De contractibus sine certa solemnitate non valituris.

Quia præsentis Capitis materia satis latè patet, breuitatis, & facilitatis causa, à numero quinto paucis præmissis, tàm in quatuor Conclusiones explicabimus. Prima erit circà solemnitates à Statuto requisitas, à dicto num. 5. Secunda circa Curatoris deputationem, cum eius materia, à num. 84. Tertia de causa, & plena eius cognitione, à num. 108. Quarta, & vltima de Absolutione à iuramento in contractu interposito, à num. 135. vsquè ad finem.

SVMMARIVM.

1 *de Minorum, & mulierum contractibus sine certa solemnitate non valituris Statutum est fauorabile, & ideò latè interpretandum.*

2 *Forenses comprehenduntur Statuto de contractibus minorum, & mulierum.*

3 *de Minorum, & mulierum contractibus Statuto disponenti non potest pacto, nec iuramento renũciari.*

4 *in Minorum, & mulierum contractibus solemnitates Statutaria faciunt cessare circumuentionẽ, & fraudis suspitionem.*

Prima Conclusio. Circa Solemnitates à Statuto requisitas in contractibus minorum, & mulierum.

5 *Solemnitates Statutaria in contractibus minorum, & mulierum sunt de forma, quibus non seruatis corruit actus. Limita stante mandato testatoris de soluendo omnibus debitis.*

6 *Iuramentum non validat contractum minorum, vel mulierum initum sine solemnitatibus.*

Quod iuramentum potest infringi per Statutum Vrbis, quia est Papale. num. 7.

8 *Iuramentum etiam duplex non validat contractum minorum, & mulierum sine solemnitatibus Statutarij initum.*

9 *in Transactione minoris, vel mulieris requiruntur solemnitates Statutaria cum trãsigere sit refutare.*

10 *in Permutatione minoris, vel mulieris requiruntur solemnitates Statutaria.*

11 *in Fideiussione minoris, vel mulieris requiruntur solemnitates Statutaria.*

12 *Solemnitates Statuti in contractibus minorum, vel mulierum requiruntur vltrà quatuor casus expressos in Statuto, nam requiruntur vbicumquè potest minor, vel mulier lædi directè, vel indirectè.*

Prout in concordia.

Et etiam quando inter creditores adsunt pupilli, si minor agat de damno vitando.

13 *Procurator minoris, vel mulieris constitutus siue solemnitatibus Statuti debet seruare easdem solemnitates, ac si minores, vel mulieres contraherent.*

Quod non procedit quando d. procurator est constitutus cum solemnitatibus, vt num. 14.

Quod non procedit in procuratore ad lites constituto, vt num. 15.

16 *Mater cum filio contrahens tenetur seruare solemnitates Statutarias de contractibus.*

Quod non procedit quando pater, vel mater donant filio, vt num. 17.

Vel quando filius contrahit cum tertio ad vtilitatem patris, vt num. 18.

Dummodo non interuenisset fratres contrà tertium, vt num. 19.

20 *in Compromisso mulieris, & minoris voluntario requiruntur solemnitates Statutariæ contractuum.*

Secùs in compromisso necessario, vt num. 21.

22 *in Nominatione, quæ fit vigore instrumenti nominationis præsertim iurati, non requiruntur dictæ solemnitates.*

23 *Solemnitates Statutariæ contractuum habet locum, quando minor iurauit se maiorem, qui ob solemnitates non seruatas potest dicere de nullitate contractus.*

24 *Minores à Statuto Vrbis intelligũtur iuxtà dicti Statuti dispositionẽ, videlicet, minores viginti annis.*

25 *Mulier contrahens pro marito ciuiliter obligato pro ære alieno debet seruare Statuti solemnitates.*

Secùs si contrahit criminaliter pro marito carcerato, vt num. 26.

Vel apud hostes detento, vt num. 27.

28 *Minor, & mulier forenses ligantur Stat. Vrbis circà contractus solemnitates.*

29 *in Minorum contractibus in tantum sunt seruandæ solemnitates Statutariæ, vt non possit opponi ratificatio contractus sine solemnitatibus celebrati sub prætextu taciturnitatis per quinquennium factus maior. Et num. 41.*

30 *Minoris ratificatio non validat contractum sine solemnitatibus.*

31 *Solemnitates Statutariæ in contractibus debent interuenire in ipsis contractibus, non autem procedere, nec sequi.*

32 *Solemnitates Statutariæ contractuum requiruntur etiã in cõtractu vtili minori, vel mulieri, aliter est nullus. Nisi euidenter cõstaret de euidenti vtilitate.*

33 *Solemnitates quando non interuenerunt in contractibus minorum, vel mulierum possunt de nullitate dicere non solum ipsi, sed etiam hæredes.*

Tertius tamen non opponit, nisi sit litis consors, vel actus sit indiuiduus, vt num. 34.

35 *Solemnitatibus in contractu non seruatis, non validetur per tacitam approbationem.*

36 Cu-

36 *Census à muliere sine solemnitatibus impositus non validatur per solutionem fructuum.*

37 *Solemnitatibus Statuti non seruatis in contractibus tamen de nullitate non possunt dicere, nisi mulieres, & minores.*

38 *Solemnitates Statutariæ requiruntur etiamquod minor contrahat pro liberando patrem à carceribus.*

39 *Solemnitates Statutariæ debēt interponi in quocumquè casu, in quo adest legitima causa contrahendi, cum forma Statuti sit seruanda.*

40 *in Diuisione requiruntur solemnitates Statutariæ.*

41 *Taciturnitas non ratificat contractum nullum ex defectu solemnitatum Statut. vt suprà num. 29.*

42 *Solemnitates Statutariæ seruari debent à minore filiosfam. contrahente.*

43 *Solemnitates Statuti requiruntur in contractu celebrato à filio cum patre, præsertim in Statuto Vrbis.*

44 *Solemnitates Statuti requiruntur in remissione iuris filij, vel filiæ consentientium parentibus seruando nubentibus.*

45 *Solemnitates eædem requiruntur in renunciationibus ob causam, & donationibus ob causam.*

46 *Solemnitates eædem requiruntur in tutrice obligante se nomine proprio in impositione census pro minoribus.*

47 *Solemnitates Statuti non procedunt in mulieri, & maiore contrahentibus extrà territorium Statuti Vrbis.*

48 *Nequè in commorantibus, & ratificantibus contractum in Vrbe eorum nomine per procuratorem gestum, à qua ratificatione contractus accipit robur.*

49 *Solemnitates Statuti non requiruntur in confessione adminiculata.*

Dummodo adminicula sint præponderantia confessioni, & coniecturæ sint apparentes, vt num. 50.

51 *Nequè in confessionibus de præterito.*

52 *Nequè in quietantia facta à muliere pro dote constituta, quia est necessaria.*

53 *Nequè in contractu matrimoniali, & dependentibus ab eo.*

54 *Nequè in donatione propter nuptias.*

55 *Nequè in minore obligante se propter nuptias.*

56 *Quæ tamen omnia intelligenda sunt in dote necessaria, non in voluntaria.*

57 *Mulier pro dote se obligans tàm pro voluntaria, quàm necessaria non ligatur solemnitatibus Statutarijs, & quare.*

58 *Dummodo mulier se obligans sit maior, secùs si minor, nisi simus in dote necessaria.*

59 *Item intellige in muliere nupta sine dote, quia si posteà dotem marito constituat tenetur seruare solemnitates.*

60 *Solemnitates Statutariæ non sunt seruandæ, quando minor cum muliere contrahit.*

61 *Declara non procedere, quando eorum alter tractat de damno vitando.*

62 *Et quando eorum alter tractat de damno vitando potior est causa illius, qui conuenitur.*

63 *Solemnitates non requiruntur in muliere, & minore contrahentibus pro extinguendo debito contracto cum solemnitatibus.*

64 *Item non requiruntur solemnitates, quando mulier contrahit cum Ecclesia, vel in causam piam.*

65 *Nequè in muliere pecunias recipiente, & in eius vtilitatem conuertendo.*

Et satis est, quod accipiat in causam promissam, licet posteà in aliam conuertat, num. 66. & ibidem quomodo hoc procedat.

67 *Declara hæc procedere in contractu voluntario, secùs in contractu ex causa necessaria.*

68 *Minor 20. annorum, qui est solitus negociari non tenetur adhibere solemnitates in contractibus à Statuto requisitas.*

69 *Possessio transfertur solemnitatibus Statutarijs deficientibus in contractu minoris adulti per dictum contractum in contrahentem cum eo.*

Eadem possessio amittitur per alienationem mulieris minoris, cum curatore testamentario, num. 70.

71 *Et Possessio prædicta non est restitutibilis, licet competat petitorium, & ordinarium remedium.*

72 *Declara quæ dicta sunt de possessionis translatione à minore facta, non procedere in pupillo, in quo non potest esse consensus, nisi cum auctoritate tutoris processisset ad contractum.*

73 *Solemnitatum Statuti defectus non potest allegari, nisi à muliere, vel minore ad quorum fauorem contractus est nullus, & suprà num. 37.*

74 *Solemnitates Statuti licet requirantur in alienatione, non tamen in fructuum distractione.*

75 *Solemnitates Statuti non requiruntur in donatione intuitu matrimonij.*

76 *Dotis causa est specialiter priuilegiata, vt non subiacet solemnitati Statuti.*

77 *Declara in dote necessaria, secùs in voluntaria.*

78 *Imo quod in qualibet donatione facta intuitu matrimonij non requiruntur solemnitates.*

79 *in Census retrouenditione non requiruntur solemnitates Statuti, cum sit actus necessarius.*

80 *Quod procedit etiam in procuratore constituto ab eadem muliere, & recipiente pretium prædictum, quia nequè in constitutione procuratoris, nequè ipse recipiendo tenetur seruare solemnitates Statuti.*

81 *Solemnitates Statuti in contractibus non sunt seruandæ in bonis sitis extrà territorium Statuentium.*

82 *Solemnitates Statuti non requiruntur, quando mulier eligit.*

83 *Nequè in renouatione societatis officij.*

Secunda Conclusio.

Circa Curatoris deputationem cum eius materia.

84 *Curatores existentibus proximioribus non deputantur ad interessendum contractibus minorum, & mulierum.*

85 *Curator non deputatur habenti curatorem testamentarium.*

86 *Curator non potest deputari minori ad donandum.*

87 *Curatoris deputatio legitimè facta si sit, tamen si minor alienet stabilia requiritur deputatio alterius curatoris.*

88 *Curatoris præsentia non requiritur in contractu minoris.*

89 *Proximiores etiam descendentes debent interuenire in contractibus minorum, & mulierum etiamsi habeant probabilem spem succedendi, quia putantur à Statuentibus diligentiores.*

90 *de Proximiorum cōsensu in alienationibus remissiuè.*

91 *Proximiores, licet sint agnati, & cognati non proptereà est locus deputationi curatoris.*

92 Cura-

92 *Curator non est deputandus stantibus affinibus.*

93 *Coniunctorum appellatione veniunt affines.*

94 *Curator non est deputandus licet proximiores habeant interesse in eo contractu.*

95 *Dummodo hoc interesse non sit principale, licet sit secundarium.*

96 *in Mulieris contractu non posse coniunctos interuenire non statur assertioni mulieris.*

97 *Nisi assertio impedimenti esset vera, & iusta, vt quia essent inter eos lites.*

98 *Proximiores vocati si nolunt interuenire, vocari debent alij proximiores, & non est curator deputandus.*

99 *Curator non est deputandus, quando pater contrahit cum filijs, & non adsunt coniuncti ex parte matris, vt Statutum disponit, quia sunt vocandi coniuncti ex parte patris, & quare.*

100 *in Statutis indefinite locutio æquipollet vniuersali.*

101 *Coniuncti proximiores intelliguntur, qui sunt coniuncti tempore contractus, non qui desierunt esse tales.*

102 *Proximioribus omissis, quod minùs propinqui interuenerint in contractu, si opponatur, probandum est minorem de tempore contractus habuisse proximiores.*

103 *Proximiores, vel coniuncti, quod essent in Vrbe præsentes non sufficit probare, sed quod essent habiles ad interessendum, & cum effectu potuissent interuenire.*

104 *ex Proximioribus, fratres non est idoneus coniunctus ex parte matris stante eius interesse.*

105 *Proximiores, siue coniuncti debent iurare contractum esse vtilem minoribus nec sufficit esse scriptum iurarunt.*

106 *Mulieri contrahenti cum obligatione Camerali, & iuramento, & dolosè asserēti in loco cōtractus non habebat parentes proximiores, non succurritur sub prætextu, quod adessent proximiores.*

107 *Statutum hoc de solemnitatibus in contractibus minorum, & mulierum non excludit obseruantiam Statuti præcedentis de donationibus insinuandis.*

Tertia Conclusio.

De causa, & eius plena cognitione à num. 108.

108 *Causa requiritur in Contractibus minorum, & mulierum, & plena eius cognitio à Iudice adhibenda sine qua contractus claudicant, & sunt nulli.*

109 *Et ista causa debet respicere vtilitatem mulierum, & minorum, vel quod saltem non tendat in eorum præiudicium, non autem debet respicere vtilitatem, & cōmodum de quibus, & cum quibus contrahitur.*

110 *Licet aliàs Rota tenuerit, quod sufficiat veritas causæ absque vtilitate.*

111 *Nec sufficit, si dicatur quod contrahentes deuenerunt ad contrahendum ex causis eorum animum mouentibus.*

112 *Causa in contractibus minorum, & mulierum cognosci, & discuti debet etiam in constitutione procuratoris ad negocia specialia, & ad transigendum.*

113 *Nec causam supplet iuramentum.*

114 *Causa in contractibus minorum, & mulierum licet præsumatur interuenisse stante decreto Iudicis. Tamen si sint expressa causa inepta, vel insufficiēs, facit hac cessare præsumptionem melioris causæ tacita, & non expressa.*

115 *Causa ista debet esse Iudici cognita.*

116 *Causa quando partim est vera partium falsa contractus non sustinetur propter decretum, quod est indiuiduum. Sed contrà num. 117.*

117 *Causa principalis super qua est interpositum decretum quando est vera sustinetur. Licet alia causa sint falsa.*

118 *Causa fideiubēdi pro marito non dicitur valida ad sustinendam obligationem mulieris.*

Contrariam opinionem videtur tenuisse Rota, vt num. 119.

Declara, vt num. 120. & 121.

122 *Causæ falsitas in contractu minoris nō præsumitur, licet etiam à principio fuerit vera, & posteà defecerit, nec præsumitur læsio enormissima interuenisse.*

123 *Causæ defectus in contractibus minorum, & mulierum operatur, quod fideiussores dictorum contractuum non teneantur.*

124 *Fideiussores non obligantur ex contractu minorum, & mulierum nullo ex defectu causæ. Quod tamen non procedit quando obligantur vti principales.*

125 *Neque quando obligantur cum iuramento.*

126 *Neque cum promiserunt non allegare contractus nullitatem.*

127 *Neque cum se obligant in forma Cameræ.*

128 *Causa in contractibus mulierum, vt succurrat proprys, & mariti necessitatibus, non est valida, nec sufficiens.*

129 *Esset tamen causa sufficiens in marito vergente ad inopiam.*

130 *Causa in contractibus mulierum, & minorum, cum excipitur de eius validitate, vel insufficientia debet clarè talis exceptio probari.*

131 *Causam falsam esse dicens debet eam taliter probare, quod falsitas sit exclusiua consensus.*

132 *Decretum Iudicis in contractibus minorum, & mulierum quæ debeat habere.*

133 *Causæ veritas absque vtilitate, quod sufficiat in contractibus minorum, & mulierum.*

134 *Decretum Iudicis in contractibus minorum, & mulierum debet esse extensum, nec sufficiunt clausulæ cæterata.*

Quarta Conclusio.

De Absolutione à iuramento ad effectum veniendi contrà contractum iuratum à se gestum contrà formam Statuti.

135 *Absolutio à iuramento prius obtineri debet ad effectum veniendi contrà contractum iuratum à se gestum non obstāte quod Statutū annullet iuramentū.*

136 *Absolutiones tot debent esse quot iuramenta, & vna non sufficit.*

137 *Quod procedit etiamsi petatur absolutio ad effectum agendi.*

138 *Nec suffragatur absolutio obtenta per relationem ad instrumenta.*

Sed contrà, num. 139.

Declara, num. 140.

141 *Absolutio est petenda etiamsi ille, qui iurauit agit in solo iudicio manutentionis.*

142 *Absolutio est petenda etiamsi agatur ad detegendam*

dam enormissimam læsionem. Secùs si fuit detecta.
143 *Absolutio est petẽda etiã ab Vniuersitate, & Collegio. Declara, vt num.*144.
145 *Absolutio à iuramento nihil aliud operatur quàm oris aperitionem.*
146 *Absolutio à iuramento nõ retardat Cameralem obligationem.*
147 *Etiam quod esset obtenta ad effectum agendi, & reconueniendi super mercede pro obtinenda compensatione, intellige, vt num.*148.
149 *Absolutione nõ praecedente tales contrahentes agere volentes tamquàm periuri non sunt audiendi. Nisi ageret ex alio contractu, num.*150.
151 *Absolutionem periurus debet prius petere à periurio, & posteà à iuramento.*
152 *Absolutionem à periurio incurso solus Pontifex potest concedere.*
153 *Minori sine solemnitatibus Statuti contrahenti non subuenitur per restitutionem in integrum stante iuramento.*
154 *Absolutio non est petenda ab exeipiente à contractu celebrato sine solemnitatibus Statuti.*
155 *Absolutio peti debet à iurante non ab hærede iurantis.*
156 *Absolutio non debet peti ab hærede iurantis, nec sortitur hæres forum Ecclesiasticum ratione talis iuramenti, quod iurans defunctus deberet sortiri si viueret.*

STatutum de contractibus mulierum, & minorum sine certa solemnitate non valituris tanquàm
1 conditum ad tollendas fraudes dicitur † fauorabile. *Caputaq. decis.* 215. *part.* 3. *Crese. decis.* 3. *aliàs* 63. *de constit.* & latè est interpretanda, & ad casum non expressum eadem ratione militante extendendum. *Crese. decis.* 3 *num.* 8. *de constit.*
2 Comprehendit forenses † tamquàm respiciẽs solemnitates contractus, prout Statutum 149. *de donat. Cresc. decis.* 2. *nu.* 16. *de donat. Rota in Romana donationis* 15. *Iunij* 1587. & 12. *Febr.* 1596. *coràm Cardin. Seraphino.* cum alijs suprà adductis in dicto Cap. 149. num. 2. & 5.
Et disponens, quod solemnitatibus non seruatis
3 † instrumenta sint nullius roboratis inducit solemnitatem probatoriam, & dicitur conditum ad publicam vtilitatem, cui propterea nec pacto, nec iuramento renunciari potest. *Caputaq. decis.* 190. *per tot. part.* 3.
4 Quæ quidem solemnitates † à Statuto inductæ cessare faciunt circumuentionẽ, & fraudis suspitionem. *Rota coràm Pirouano in Romana Nullitatis obligationis* 18. *Aprilis* 1611.
Et quia super Capitulo isto Statuti plures, ac varij occurrunt articuli, quorum vnusquisquè cum non parum in se difficultatis contineat, ideò vt materia tota faciliùs, & breuiùs quam fieri possit demonstretur, nonnullas Conclusiones aggrediamur reducendo ad quatuor præcipuas.

Prima Conclusio.

Circa Solemnitates à Statuto requisitas in contractibus minorum, & mulierum.

PRimò igitur generalis Conclusio sit, quod istæ
5 solemnitates † sunt de forma, & ad vnguem seruandæ, quibus non seruatis corruit actus. *Rota in Romana fideiussionis* 13. *Martij* 1596. *coràm Cardin. Seraphino, & in Romana societatis officij* 4. *Februarij* 1602. *coram Penia, & in Romana Palatij ad Pasquinum Mercurij* 4. *Iulij* 1607. *coràm Iusto, in Romana retrodonationis* 22. *Iunij* 1592. *coram Penia.*
ADVERTE, quod licet de iure Ciuili actus corruat, tamen si testator mandet solui omnia debita, dictum mandatum comprehendit etiam debita de iure Ciuili minimè valida, vt si sit factus contractus sine solemnitatibus, vt fuit ter resolutum in causa *Vrbeuetana Census* 18. *Aprili* 1636. *coràm R. P. D. Motmanno, impressas in folijs volantibus. incip. Postquàm per binas vices.* Vbi plenè ista quæstio examinatur.
Amplia primò, vt contractus sine solemnitatibus
6 initus, nec iuramento firmetur, † quia Statutum illud annullat, præsumitquè per fraudem, & dolum extortũ. *Rota in Romana societatis officij corã Penia* 4. *Februarij* 1602. & *coram Iusto in Romana Palatij ad Pasquinum* 28. *Iunij* 1607. *Rota coram Card. Caualerio in Perusina donationis* 21. *Iunij* 1613.
7 Quod quidem iuramẽtum † quamuis per Statuta laicorum non possit infringi, quia tamen hoc Statutum fuit de mandato Papæ conditum, & ab eo confirmatum, ideò iuramentum in terminis huius Statuti infringitur. *Rota coràm Card. Caualerio in dicta Perusina donationis* 21. *Iunij* 1613.
8 Amplia secundò, vt nec duplici † iuramento confirmetur. *Rota coram Iusto in d. Romana Palatij* 18. *Iunij* 1607. vbi habetur, quod quamuis duplex iuramentum regulariter admittat facultatem petendi restitutionem in integrum, & docendi de nullitate, tamen non procedere, quando iuramentum à lege, vel Statuto, prout in casu Statuti nostri, debilitatum est, idem etiam voluit *Rota in Romana donationis de Cuppis* 5. *Iulij* 1602. *coràm Card. Pamphilio.*
Amplia tertiò, conclusionem præcedentem ha-
9 bere locum etiam in † transactione, in qua solemnitates pariter sunt seruandæ. *Put. decis.* 162. *num.* 2. *lib.* 1. *Rota in Romana Nullitatis de Scapuccijs* 15. *Iunij* 1576. *coram Card. Blanchetto, & in Romana hæreditatis de Saluiatis* 29. *Nouembris* 1602. *coràm Litta. Caputaq. decis.* 195. *part.* 3. vbi dicitur quod de necessitate refutatio fit in transactione, & ideò nimirum si sub isto Statuto transactionis contractus contineatur, cum transigere idem sit quod refutare.
10 Amplia quartò † in permutatione. *Rota in Romana de Sancta Cruce* 29. *Ianuarij, &* 30. *Martij* 1607. *coram Card. Sacrato.*
11 Amplia quintò in minore † fideiubente pro alio. *in Anconitana Dotis* 27. *Nouembris* 1598. *coram Card. Lancellotto.* vbi dicitur quod minor eo ipso, quod fideiubet læditur, & iterum fuit resolutum *coram Reuerẽdissimo Vrgellen. in vna Romana Nullitatis obligationis Veneris* 16. *Ianuarij* 1626. *Fuit ab A. C. relaxatum.*
Amplia sextò, Statutum hoc de solemnitatibus
12 habere sibi locum † vltrà quatuor casus in Statuto expressos etiam in quocumque alio casu, in quo minor, vel mulier lędi possunt directè, vel indirectè. *Rota coràm Put. decis.* 755. & 106. *lib.* 3. *Cresent. decis.* 3. *de constit. in Tiburtina Castri Sambuci* 20. *Febr.* 1579. *coram Aldobrandino in impress. part.* 1. *quæ est decis.* 529. & *in Romana pacti de redimendo* 9. *Nouembris* 1588. *coram Comitulo, in Romana fideiussionis* 13.

Maij

Maij 1596. coràm Decano. in Romana societatis officij 4. Februarij 1602. coram Penia, & 22. Maij 1602. in in Romana Releuationis Indemnitatis coram Ortembergo, & deniquè *in Romana Argentorum 27. Iunij 1605. coram Sanctiss. Ludouisio.* Et habetur *in Vrbeuetana bonorum Vener. 9. Maij 1614. num. 1. coram Dunozetto. est decis. 592. part. 1. in Recent.*

12 Vbi hoc fuit dictum in concordia † per minores inita sine solemnitatibus d. Statuti nulliter facta. Et cum ad vigesimum annũ deficerent tres menses, vt Sfortia haberetur pro maiori, iuxtà d. Statuta Vrbis non erat dubium quin vti minor d. Statuto subiicere, cũ minor ætas respiceretur de iure ad hũc effectum de momento ad momentum, per text. expressum *in l. 3. §. minores. ff. de minor.* facit *l. in vsucapione. ff. de diuers. & tempor. præscript.*

Et quod dictum Statutum procedat etiam in quolibet alio contractu, in quo minor etiam indirectè lædi potest post aliàs ibi relatas decisiones tenuit *Rota in Romana nullitatis contractus Ven. 26. Martij 1604. coram Sanctiss. Ludouisio. est decis. 164. in eius lib. 1. in manuscr. incip. Licet in alijs.* & habetur *dec. 114. in Recent. p. 2. & in eius impress. est dec. 164.*

Vbi etiam fuit dictum, præfati Statuti dispositionem procedere etiam quando inter creditores adsunt
9 pupilli † si minor qui se obligauit agat de damno vitando, & illi de lucro captando. *Anchar. cons. 37. sub num. 2. vers. nam cum d. Laurentius. Roman. cons. 179. num. 16. circà fin. vers. quia clarum. & Rota in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. coram Cardin. Lancellotto.*

13 Amplia septimò in Procuratore † minoris, vel mulieris, qui seruare tenetur easdem solemnitates, quas ipsi si contraxissent seruare debuissent. *Rota in Romana hæreditatis de Saluiatis 29. Nouembr. 1602. coram Litta, & in Romana hæreditatis de Ghysijs Mercurij 16. Octobris 1588. coràm Gypsio. Est decis. 191. in eius lib. 1. in manuscript. incip. Vna tantum parte informante.* Et vide infrà num. 80.

14 Limita primò, nisi esset constitutus † procurator cum solemnitatibus prædictis ad contrahendũ certo modo, videlicet ad sic, & sic contrahendum *in d. Romana hæreditatis de Saluiatis 29. Nouembris 1602. & in Romana Cambiorum coram Card. Millino 26. Martij 1593.* Vide infrà num. 80.

15 Limita secundò hoc non procedere in † Procuratorem ad lites constituto. *Put. dec. 162. n. 2. & 3. p. 1.*

16 Amplia octauò in matre contrahente † cum filio. *Rota in Romana Releuationis Indemnitatis 22. Maij 1602. coram Ortembergo.* vbi licet fortasse hoc dicatur per transenam, & dubitatiuè, nihilominus postea firmatur hoc sine scrupulo procedere, si ex facie instrumenti appareat damnum matris, & ita fuisse aliàs resolutum per *Rotam in causa Sancti Seuerini bonorum 8. Februarij 1602. coràm Card. Millino, & in Bononien. Census 17. Martij 1608. coràm Card. Marquemontio.* Vide suprà *ad cap. 149. Ampliatione 3. num. 11.*

17 Limita † hoc non esse verum in patre, vel matre donante filio. *Sarnen. decis. 101. lib. 1. & Rota coràm Ortembergo in d. Romana Releuationis Indemnitatis 22. Maij 1604.*

18 Limita vlterius, quando filius † contrahit cũ tertio ad vtilitatem patris. *Rota in Bononien. Census 17. Martij 1608. & 20. Febr. 1609. coram Card. Marquemõtio.*

Sublimita, & declara id quod dictum est de dona-
19 tione habere locum † quando non interuenit fraus, & præiudicium contrà tertium, quia si interuenisset certè donatio sine solemnitatibus non sustineretur. *Rota coràm Card. Lancellotto in Perusina Nullitatis donationis 18. Aprilis 1608.*

20 Amplia nonò in muliere † compromittente voluntariè, quia compromissum est de sui natura læsiuum. *Put. decis. 162, num. 2. & 3. part. 1.*

21 Limita tamen in muliere † compromittẽte ex necessitate, nempè ex forma Statuti. *Put. decis. 100. n. 2. & 3. part. 1. Ant. Aug. in suo Epitom. tit. de transact. num. 14.*

22 Vbi etiam dicit quod non habet locum in † nominatione, quæ fit virtute instrumenti nominationis præsertim stante iuramento. *ad Put. de constit. decis. 19. Et de transaction. decis. 7.*

23 Amplia decimò in minore † iurante se maiorem, qui ob Statutarias solemnitates non seruatas, potest de Nullitate contractus dicere, non obstante duplici iuramento, nempè assertorio, & promissorio, vt etiã dixi suprà in Ampliatione 2. num. 8. *Rota coràm Card. Pamphilio in Romana donationis de Cuppis 5. Iunij 1602.* vbi dicitur, quod si minor in casu Statuti iurans se maiorẽ beneficio restitutionis in integrũ, vel dicendi de Nullitate priuaretur, de facili fieret fraus huic Statuto.

24 Minores verò in hoc Statuto † intelliguntur iuxtà eiusdem Statuti dispositionẽ, videlicet minores 20. annis, non autem iuxtà iuris dispositionem de minoribus 25. annis. *Rota in Romana donationis 15. Iunij 1587. corã Card. Seraphino. & in Perusina Spolij Mercurij 4. Iulij 1612. coràm Card. Pamphilio. num. 3. est in Recent. decis. 431. part. 1.*

25 Amplia Vndecimò quando mulier † cõtrahit pro liberando maritum ciuiliter pro ære alieno carceratum. *Rota in Romana fideiussionis 3. Iulij 1593. coràm Card. Arigonio, & in Bononien. Census 20. Februarij 1609. coràm Card. Marquemontio.*

26 Limita tamen hac non vendicare † sibi locum, quando mulier cõtrahit criminaliter pro marito carcerato. *Rota in d. Romana fideiussionis 3. Iulij 1593. coràm Card. Arigonio.*

27 Limita secundò quando mulier contrahit pro liberando maritum apud Hostes existente. *Rota in d. Romana fideiussionis 3. Iulij 1593. coram Cardin. Arigonio.*

28 Amplia duodecimò in minore, & † muliere forensibus in Vrbe contrahentibus, qui etiam eodem Statuto ligantur. *Caputaq. decis. 183. part. 1. Rota in Romana donationis Luna 12. Februarij 1596. coram Card. Seraphino. & in Romana prætensæ donationis 29. Martij 1599. coram Litta, & in Perusina Spolij Mercurij 4. Iulij 1612. coram Cardin. Pamphilio sub num. 3. est in Recent. decis. 431. part. 1.*

Amplia decimotertiò, vt quando non fuerunt
29 † seruatæ istæ solemnitates, non possit opponi ipsi minori aliqua tacita ratificatio, sub prætextu, quod factus maior tacuerit per quinquennium, iuxtà text. *in l. fin. C. si maior fact. Rota coram Card. Pamphilio 5. Iunij 1602. in d. Romana donationis de Cuppis.* vbi dicitur huiusmodi ratificationẽ cessare propter dolum, quem Statutum considerauit ob non seruatas solemnitates.

30 Amplia decimoquartò hoc adeò esse verũ, † vt nec

expressa

expressa ratificatio ab ipso minore facta suppleat defectum solemnitatum omissarum in primo contractu. *Caputaq.decis. 1.num.2.p.3. & coràm Card.Pamphil. in d.Romana de Cuppis 5.Iunij 1602.*

31 Amplia decimoquintò, vt dictę solemnitates † debeant interuenire de tempore ipsius contractus non autem ante, vel post, quia Statutum est cōditum pro indemnitate mulierum, & minorum, ex quo requirit indistinctè huiusmodi solemnitates fauore omnium mulierum, & minorum. *Rota in Ciuitatis Castelli bonorum coràm Litta 26.Martij 1599.*

32 Amplia decimosextò etiam in contractu † minori, vel mulieri vtili, qui pariter sine solemnitatibus celebratus, nullus reputatur. *Rota coràm Puteo decis.2. lib.1.in Romana Tutelæ de Ruspolis 2.Maij 1603. coram Card. Lancell. & in Camerinen. pradij 10. Nouembris 1597.coràm Card.Seraphino*. vbi attestatur hanc opinionem esse cōmunem aduersus cōtrariam, & quod ista cōtraria in omnem casum habet locum secundum Doct. illam amplectentes quando constat euidenter de tali vtilitate.

33 Amplia decimoseptimò, † vt nō solum mulier, vel minor possit de nullitate contractus huius dicere, sed etiam hæredes eorum. *Rota coram Pirouano in Romana Census 17. Februarij 1612.*

34 Alius verò tertius † non opponit de Iure minoris, nisi sit litis consors, vel actus sit indiuiduus. *Rota in Romana prætensi erroris Calculi 21.Iunij 1610.coràm Sanctiss.Ludouisio.*

35 Amplia decimooctauò, vt nec † agnitio bonæ fidei, nec tacita contractus approbatio per minorem, vel mulierem facta, quæ ex solutione inducitur sufficiat ad saluandum contractum à vitio nullitatis. *Rota coram Pirouano in Romana Census 17. Februarij*
36 *1612*. in quibus terminis fuit resolutum † Censum impositum à muliere sine huiusmodi statutarijs solemnitatibus ex solutione fructuum per eam facta non censeri ratificatum.

37 Declara tu tamen, † quod omnia, quæ dicta sunt circà nullitatem contractus sine solemnitatibus celebrati habent locum in muliere, & minore volentibus impugnare contractum non autem illis inuitis, quia eorum fauore claudicat contractus, in tantum vt non liceat alteri parti dissentire. *Rota in Romana Census de Romulis 23. Ianuarj 1600. coram Cardin. Millino, & coram Litta in Romana hæreditatis 14. Maij 1603. Rota diuers.decis.133.num.12.* & habes infrà num.73.

38 Amplia decimononò, quod in † Contractu requiruntur solemnitates etiam si minor contraheret pro liberando patrem à carceribus. *Rota in Bononien. Census 17.Martij 1608. & 20.Februarij 1609. coràm Card.Marquemontio.*

39 Amplia vigesimò, in quocumquè † casu, in quo adest causa legitima contrahendi, & à Iure approbata, quia nihilominus semper requiritur obseruantia formæ Statuti. Rota quæ hoc latè exemplificat *in Bononien. Census 17.Martj 1608.& 20.Febr.1609. coràm Card.Marquemontio.*

Amplia vigesimoprimò, vt habeat locum hoc Sta-
40 tutum † etiam in diuisione. *Rota in Romana prætensi erroris Calculi 21. Iunij 1610. coràm Sanctiss. Ludouisio.*

41 Amplia vigesimosecundò, vt nec per † taciturnitatem quinquennij, vel alterius temporis postquàm minor maior est factus ratificetur contractus factus sine solemnitatibus huius Statuti. *Rota in Romana donationis de Cuppis 5.Iulij 1602. coram Card. Pamphil. & in Romana prætensi erroris Calculi 21.Iunij 1610. coràm Sanctiss.Ludouisio.*

42 Amplia vigesimotertiò etiam in † minore filiofamilias. *Rota in Perusina fideiussionis 26.Nouembris 1611. & 2.Aprilis 1612.* quæ licet loquatur de Cōstitutione Ægidiana infert ad Statutum Vrbis coràm Cardinali Pamphilio.

Amplia vigesimoquartò hoc enim Statutū requirens solemnitates in contractu mulieris, vel mino-
43 ris, licet non videatur habere locum † in contractu facto per filium cum patre, quia tunc videtur cessare præsumptio fraudis, vt dicitur *in Romana hæreditatis, & Paragij dotis Veneris 12.Iunij 1615. coram Buratto. incip.Propòsito dubio. Est decis.723. part.2. in Recentior.* Vbi *num.15.* hoc dicitur ex doct. *Bald. in l.pactum, quod dotali.in fin.C.de collat.Cresc. Decis.1. de donation. Sarn.98.& 99. Caputaq.decis.205.nu.8. part.3. & in Romana Indemnitatis 20. Maij 1602. coràm Card. Lancellotto.*

Tamen quod ista opinio non videtur tuta in Rota, *vt in Bononien. Census Lunæ 17. Martij 1608. coràm Card.Marquemontio. incip. cum Theodorus. est decis. 218.in Recent.part.2. num.8.* Et *in Perusina Nullitatis donationis 18.Apr. 1608. coram Card. Lancellottò.* Et quod contrariam tenuerunt *Gomes. in §.actionum n.29.Instit.de action.Boccac.ad Constit.March.glos.3. num.157. in fin.* cum pluribus per *Tiraq. in præfat. l.si vmquàm. §.27. & de legib.connub. glos.5.nu.34. & seq.*

Quæ tamē opinio supradicta fundata est in generali præsumptione confidentiæ, quam lex habet de patre ad text.*in l.patri pro filio. 28. §.fin. C. quod, & aduers.quos.* Qua ratione mouentur *Bald.* & eius sequaces. *Cresc.d.decis. num.2.*

Quod tamen non potest procedere *in d.Stat.Vrb. cap.151.* quod non confidit de patre. Vult enim quod si minor, vel mulier sit sub patria potestate vocentur coniuncti proximiores ex linea materna, vel in eorū defectum curator, & nihilominus præsentia patris interueniat, & sic vltrà præsentiam requirit propinquos ex latere materno, vel curatores. Vndè si non confidit quando minor contrahit cum extraneo, multò minus quando cum ipso patre.

Quare cessante in patre ratione confidentiæ non potest habere locum d.opinio, quæ in d. confidentiæ præsumptione, vt diximus fundatur. *vulg. l.adigere. §.quamuis. ff.de iurepatr.*

Et *in d. Decis.coràm Buratto.num.17.* dicitur quod confidentia magis cessat in patre, qui transiuit ad secunda vota, in quo præsumitur mutata affectio, quia etiam ratione à tutela remouetur. *Bald.cons.96.nu.1. vers.secundò ratione.lib.4.*

Maximè, vt dicitur *num.18. quando filia renunciat ad fauorem masculorum ex secundò matrimonio procreandorum.*

44 Amplia vigesimoquintò, quod statutariæ solemnitates requiruntur in remissione iuris filij, vel filiæ expresè consentientis parentibus secundò nubentibus, vt non incurrāt pœnam. *l. fœminæ.§.illud.C.de secund. nupt.*

Quæ multò magis requiruntur in consensu tacito per cohabitationē, vt post *Ias. in specie.cons.53.n.4. & 5.*

& 5. lib. 1. & Menoch. cons. 137. sub num. 34. versic. prohibet. tenuit Rota *in Romana hæreditatis, & Paragij dotis. Luna 1. Decembris 1614. sub num. 8. (vbi ponitur. nu. 10. pro 8.) coràm Buratto. est decis. 638. part. 1. in Recent.*

45 Amplia vigesimosextò, † quod hoc Statutum comprehendit Renunciationes ob causam, & etiam Donationes ob causam, quæ debet esse Iudici in scriptis expressa, insinuata, & plenè cognita, ne mulieres, & minores circumueniantur. *Rota in Romana hæreditatis, & Paragij dotis. Veneris 12. Iunij 1615. coràm Buratto. incip. Proposito dubio. Est in Recent. decis. 723. part. 2. nu. 19. & 21.* vbi quod talis donatio non sustinetur, quando ex duabus causis narratis vna est erronea, alia verò minus sufficiens.

46 Amplia vigesimoseptimò, † quod hoc Statut. Vrb. habet locum in tutrice obligante se nomine proprio in impositione census pro minoribus; si non habet releuatorem, apparet quod fuit decepta contrà dictum Statutum, quod propterea voluit, vt causa in scriptis redigatur, & insinuetur, ac plenè per Iudicem cognoscatur, & sic dicta obligatio est nulla, vt fuit decisum *in Romana nullitatis obligationis 23. Ianuarij 1602. coràm Card. Pamphilio, & in Romana Argentorum 27. Iunij 1607. coràm Sanctiss. Ludouisio.* quas referendo sequitur Rota *in Romana census, seu fideicommissi de Scalabrinis. Veneris 22. Maij 1615. nu. 4. coràm Andrea.*

☞ Pro intellectu *d. decis. in Romana Argentorum coràm Sanctiss. Ludouisio,* vide, quæ Annotauimus ad *d. decisionem in Annotationibus ad Decisiones dicti Sanctissimi suprà Part. I.*

47 Limita primò statutum † hoc de solemnitatibus disponens non habere locum in Muliere, & Minore contrahente extrà territorium statuentium, quia statutum principaliter respicit formam, & solemnitates, secundario personam. *Rota in Prænestina hæreditatis 27. Nouembris 1581. coràm Cantuccio, & in Romana prætensæ donationis 29. Martij 1599. coràm Orano.*

☞ Hanc eandem conclusioné habes suprà hac eadem *Part. 6. in princip. Obseruat. 8. §. 7. incip. Statutum præscribens.* vbi habes aliàs duas decisiones concordantes.

48 Limita secundò in Muliere, † & Minore extrà Territorium commorã, & ratificañ contractum in Vrbe eorum nomine per Procuratorem gestum. *Rota in Romana de Saluiatis 14. Maij 1602. coràm Litta.* vbi dicitur, quod talis contractus robur, & vires à ratificatione, & non ab actu præcedenti recicit, & quod prætereà sufficit seruare, vel solemnitates loci, vbi contractus ratificatur, si quæ sunt, vel ius commune in illarum defectu.

49 Limita tertiò in Mulieris, & Minoris † confessione adminiculata, in quibus statuti terminis, ita voluit. *Achill. decis. 1. de confess. Rota coràm Reuerendiss. Ortembergo in Romana societatis 9. Februarij 1607. Seraph. in decis. 1413. part. 2.* quem sequitur Rota *coràm Card. Sacrato decis. 771. num. 4. part. 2. in Recent.*

50 Sublimita, & declara quod adminicula † ista debēt esse præponderantia confessioni, & coniecturæ debent esse apparentes. *Mohed. decis. 2. de confess. per tot. & Rota d. decis. 177. nu. 6. & 7. part. 2. diuers.*

51 Limita quartò in confessionibus † declaratorijs de præterito. *Rota in Romana dotis 10. Ianuarij 1600. coràm Card. Sacrato, & in Romana societatis offitij 9. Februarij 1607. coràm Reuerendiss. Ortembergo.*

52 Limita quintò † in quietatione facta à Muliere pro dote restituta, quia isto casu quietatio dicitur necessaria. *Rota coràm Grato in causa Romana dotis 6. Martij 1568.*

53 Limita sextò in contractu † matrimoniali, & dependentibus ab eo. *Caputaq. decis. 3. nu. 2.* quæ loquitur in terminis huius statuti.

54 Limita septimò in donatione † propter nuptias. *Caputaq. d. decis. part. 3.*

55 Limita octauò in Minore † obligante se pro dote, & illius augumento. *Rota coram Caputaq. decis. 199. p. 3. & coram Reuerendiss. Coccino Decano in Romana rescissionis 1. Decembris 1608. & in Anconitana dotis 27. Nouembris 1608. coram Card.* Lancellotto *Sen.*

56 Sublimita, & declara hoc procedere † tantum in dote necessaria, non autem voluntaria. *Rota coram Reuerendiss. Coccino Decano in d. Romana rescissionis 1. Decembris 1608. & coram Card. Lancellotto. in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. & in Romana donationis de Cuppis 5. Iunij 1602. corã Card. Pãphilio.*

☞ Vide ad declarationem prædictorum limitationum sequentia.

57 Limita nonò in Muliere se pariter † pro dote obligante, cuius quidem obligatio indistinctè tàm pro dote necessaria, quàm pro voluntaria est validissima, quia statutum quantumcumquè generalissimum non comprehendit casus à iure communi specialiter priuilegiatos, prout est iste dotis. *Rota coram Puteo decis. 160. lib. 3. Caputaq. decis. 3. & 199. nu. 3. part. 3. in Romana societatis offitij 4. Februarij 1602. coram Penia, & in Romana euictionis 27. Martij 1588. coram Blanchetto. in Senogallien. dotis. 10. Martij 1599. coram Card. Lancellotto, & in Romana dotis 29. Martij 1602. coram Reuerendiss. Ortembergo.* vbi præsertim Rota dando intellectum cuidam decis. factæ *coram Card. Lancellotto in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598.* de qua suprà in præcedenti ampliatione dicit hoc procedere sine difficultate tàm in necessaria, quã in voluntaria dote, quia iura disponentia de obligatione ad fauorem dotis ad eas tantum Mulieres, quæ necessario dotare tenentur non sunt restricta, sed omnes generaliter comprehendunt.

58 Sublimita primò, & declara superius allegata procedere tantum in Muliere maiori, non autem Minori, quæ seruare tenentur sine dubio solemnitates. *Rota in d. Senogallien. dotis 29. Maij 1602. coram Reuerendiss. Ortembergo.* nisi simus in necessaria obligatione, in qua vt dictum fuit suprà de Minore non requiritur aliqua solemnitas.

59 Sublimita secundò † in Muliere nupta sine dote, quia si posteà dotem marito constituit tenetur seruare solemnitates, ea potissimam ratione, quia fecit actum sibi præiudicialem priuare se dominio, & administratione bonorum. *Rota coram Card. Lancellotto Sen. in Sabinen. dotis 18. Iunij 1576.*

60 Limita decimò in Minore † cum Muliere contrahente, quia priuilegiatus contrà priuilegiatum, priuilegio non vtitur. *Rota in Romana vineæ de Scappucijs in his terminis statuti Vrbis.* 10. Martij, & 18. *Aprilis 1578. coràm Blanchetto, quæ est decis. 575. & decis. 578. part. 1. diuers.*

61 Sublimita, & declara non procedere, quando eorum alter tractat de damno vitando, quia adhuc solemnitates sunt adhibendæ. *Rota coram D. Cardin. Blanchetto 10. Martij, & 18. Aprilis 1578. & in vna*

Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. coram Cardin. Lancellotto, & in Bononien. census 17. Martij 1608. coram Card. Marquemontio.

62 Et quando vterquè † tractat de damno, potior est causa illius, qui conuenitur. *Rota in Romana pratensi erroris calculi 21. Iunij 1610. corā Sanctiss. Ludouisio.*

63 Limita vndecimò in Minore, † vel Muliere contrahente pro extinguendo debito, aliàs cum solemnitatibus contracto. *Rota coram Litta in Romana societatis officij 13. Februarij 1606.*

64 Limita duodecimò in Muliere † contrahente cum Ecclesia. *Caputaq. decis. 172. num. 9. & 194. part. 3.* Quod Rota extendit ad causam piam, qualis est promissio dotis pro fœmina pauperrima, vt habes infrà limitat. 18.

65 Limita decimotertiò in Muliere † recipiente pecunias, illasquè in eius vtilitatem realiter conuertendo, putà fortasse in debitorum extinctionem, & similia, & hoc ne Mulier ipsa cum alterius iactura locupletetur. *Rota coram Litta in d. Romana societatis officij 13. Februarij 1606.*

66 Amplia hoc, vt etiam si Mulier † recipiat pecunias ex causa legitima, easquè posteà in aliam causam dederit, quod ipsa nihilominus teneatur, quia satis est, vt accipiat in causam permissam, licet in aliam conuertat. *Rota coram Reuer. Perusino in Romana vineæ 21. Aprilis 1589. & in Romana fideiussionis 13. Maij 1596. coram Seraphino, & in Romana nullitatis contractus 28. Februarij 1611. coram Reuerendiss. Ortembergo.* vbi in specie dicitur hoc esse verum, quando agitur inter Mulierem, & tertium Creditorem, quicquid sit si agat Mulier contrà maritum, vel eius hæredes pro restitutione suæ dotis.

67 Intellige tamen hoc quando † agitur de contractu voluntario, secus autem quando agitur de contractu ex causa necessaria, quia tunc cōtrahens cum Muliere ex causa necessitatis tenetur curare, vt pecuniæ in causam necessariam expressam conuertantur. *Rota coram Iusto in vna Romana de Romulis 18. Iunij 1599. Et coram Penia, & coram Bubalo 23. Ianuarij in Romana census, seu Saluiani interdicti 1591.*

68 Limita decimoquartò † in Minore 20. annorum, qui est solitus negotiari, & semper in negotijs prudenter se gerere, & rem suam cum maxima sagacitate procurare. *Rota in Romana negotiationis coram Robusterio 5. Iulij 1576.*

69 Limita in Minore adulto, cuius contractus, licet sit nullius defectu solemnitatum, quod nihilominus ipse minor ex tali contractu sic nulliter gesto transfert possessionem in contrahentem cum eo. *Rota coram Put. decis. 277. lib. 3. nu. 1. & seq. Achill. decis. 15. aliàs 120. de restit. spol. nu. 4.*

70 Amplia etiamsi fuerit statuti † solemnitatibus non seruatis facta alienatio à mulieribus minoribus cum curatore testamentario, operatur quod per dictam alienationem quamuis nullam, dicatur amissa possessio, cum mulierum consensus non defecerit. *Gabr. cons. 36. nu. 17. lib. 1. Hondcd. cons. 23. nu. 10. lib. 2. Rot. decis. 93. per tot. part. 2. diuers.*

Quæ possessio non est restituibilis, cum facto, & culpa sua ceciderint, ac proptereà nō competit actio spolij. *Doct. in cap. sapè. de restit. spoliat. Aegid. decis. 494. Put. decis. 276. nu. 1. secundum nouam impress. lib. 3.* Et fuit dictum *in Albinganen. Capellaniæ 15. Maij 1592. coram Card. Arigonio, & in Beneuentana spolij 10. Martij 1614. coram Verospio.* quibus omnibus relatis se subscribit *Rota in Romana pratensi spolij. Lunæ 16. Iunij 1614. coram eodem Verospio, est in Recent. decis. 628. part. 1.*

71 Amplia hoc in tantum esse verum, † vt nec huic Minori competat remedium. *can. reintegr. poss. Put. decis. 277. nu. 5. part. 3. Achill. decis. 15. aliàs 120. nu. 1. & 2. de restit. spol.* sed benè petitorium, & ordinarium remedium tantum ei competit. *Put. d. decis. 277. nu. 6. lib. 3. Achill. d. decis. nu. 2.*

72 Sublimita tamen, & declara, † quæ dicta sunt de translatione possessionis à minore facta nō habere locum in pupillo, in quo non potest esse consensus. *Put. d. decis. 277. nu. 4. & 5. p. 3. Achill. de restit. spol. decis. 15. ad fin.* nisi talis pupillus cum auctoritate Tutoris processerit ad contractum, quo ipse etiam possessionem, prout minor transfert. *Rota d. decis. 93. num. 3. & seq. part. 2.*

73 Limita decimosextò in tertio opponente † de nullitate contractus ob non seruatas à Minore solemnitates, quia talis nullitas non potest ab alio allegari, quam ab eo, in cuius fauorem alienatio est nulla. *Rota decis. 133. num. 12. part. 2. diuers.* Et diximus suprà. *num. 37.*

74 Limita decimoseptimò in alienatione † facta à minore de fructibus, quia prohibitus rem alienare, non censetur prohibitus fructus distrahere. *Rota coram Litta in Romana executionis 22. Maij 1594.*

75 Limita decimooctauò in donatione † facta intuitu, & contemplatione matrimonij. *Rota coram Card. Pamphilio in Romana donationis de Cuppis 5. Iunij 1602. Et coram Comitulo in Tollentina pecuniaria. Veneris 29. Ianuarij 1590. incip. Domini censuerunt. num. 6. & 7. Est decis. 86. in eius libr. in manuscript.*

76 Vbi dicitur, quod causa dotis † est specialiter priuilegiata in donationibus. *l. vlt. in princip. C. de iur. dot.* Et quod eius fauore non habent locum solemnitates statutariæ, dicitur fuisse resolutum *in Romana euictionis 23. Martij 1588. coram Blanchetto.*

Et quod hoc maximè videtur admittendum in casu, quando dos fuit promissa pro pauperrima muliere, quia tunc dicitur causa pia. *Alex. in l. si constante. nu. 18. ff. solut. matrim. Natt. cons. 410. nu. 13.* in cuius gratiam solemnitates statutariç faciliter remittuntur. *Caputaq. decis. 194. vbi de Ecclesia. part. 3. Tiraq. ad ll. connub. glos. 8. num. 162.*

77 Sublimita Tu, & declara, † vt diximus suprà in cap. 149. hoc esse tantummodo verum in donatione necessaria, secus autem in simplici, in qua requiruntur etiam solemnitates. *Rota coram Card. Pamphilio in d. Romana donationis de Cuppis 5. Iunij 1602.* vbi in terminis donationis ex causa matrimonij dicitur, quod simplex intelligitur donatio illa, quæ non habet in se necessitatem, vel non continet commodum donantis.

Vide suprà à num. 55. vsquè ad 58.

78 Contrarium in qualibet † donatione facta intuitu nuptiarum, seu pro augumento dotis. *Rota coram Sāctiss. Ludouisio in Fanen. Saluiani 27. Februarij 1612.* Et diximus suprà. num. 57.

79 Limita decimonono in retrouenditione † census, quam facit Mulier recipiendo pretium, quia iste casus, qui fit vigore Bullæ Pij Quinti dicitur necessarius. *Rota in Romana hæreditatis 29. Nouemb. 1602. coram Litta, & in Romana census 7. Februarij 1607.*

coram

coràm Reuerendiss. Ortembergo. in qua in specie dictũ fuit mulierem recipiendo fieri locupletiorem.

80 Amplia hoc esse verum † non solum in Muliere, sed etiam in procuratore constituto ab eadem, & recipiente pretium prædictum, quia tunc nec in constitutione procuratoris Mulier, nec procurator ipse recipiendo tenetur solemnitates seruare. *Rota in d. Romana census 7. Februarij 1607. coràm Reuerendiss. Ortembergo.*

Et vide supra num. 13. & 14.

81 Limita vigesimò, quod † non habet locum in bonis sitis extra territorium, vt fuit resolutum *coram Seraphino in vna Romana donationis 2. Martij 1587.*

82 Limita vigesimoprimò. In electione, † quando mulier eligit, & consequitur id, quod sibi debetur. Quia non potest dici facta alienatio, seu refutatio, & multò minus pactum de non petendo, seu quietantia, seu donatio, de quibus loquitur Statut. *Rota coram Card. Mantica decis. 344. Fuit resolutum electionem. num. 7.*

83 Limita vigesimosecundò, † in renouatione societatis officij, quando est vtilis ipsi minori, vt dicitur *in Romana pecuniaria. Mercurij 11. Decembris 1613. nu. 4. coràm Reuerendiss. Manzanedo. est decis. 545. part. 1. in Recent.* vbi per confiscationem bonorum eius qui fuerat decapitatus societas officij fuerat inter alia confiscata, quam filij postea renouarunt ex gratia Sanctissimi reoissa illis tertia parte, allegatur *Roman. cons. 453. in princip. Soccin. cons. 160. num. 12. & 17. lib. 2.* & quod fuit dictum *in Romana legati 22. Iunij 1607. coram eodem Manzanedo.*

Quod etiam procedit quando contractus fit ex causa necessaria. *Ias. in l. si vnum. §. pactus ne peteret. num. 29. ff. de pact. Gabr. cons. 20. nu. 43. & 50. lib. 2. Put. decis. 105. num. 3. lib. 1. Caputaq. decis. 199. in fin. part. 3.* & quod fuit resolutum *in Imolen. contractus dotis 18. Iunij 1610. coram eodem Manzanedo.*

Secunda Conclusio.
Circa deputationem Curatoris.

84 Conclusio sit, † quod ex forma huius statuti existen. proximioribus numquàm sit deueniend. ad deputationem Curatoris, aliàs contractus non sustinebuntur. *Rota coram Reuerendiss. Ortembergo in Romana Releuationis Indemnitatis 22. Martij 1602.*

85 Pro regula tamen notandum est, † quod scilicet minor, qui habet Curatorem pro tempore ex testamento paterno non poterit ei deputari alius Curator in contractu, alio Curatore non remoto. *Rota coram Card. Caualerio 21. Iunij 1613. in Perusina donationes.*

86 Præterea non potest deputari † minori Curator ad donandum, cum nulla subesse possit causa ad huiusmodi effectum. *Rota coràm Card. Caualerio in d. Perusina donationes 21. Iunij 1613.*

87 Et notandum etiam est, quod quamuis † deputatio Curatoris sit legitimè facta iuxta terminos istius cap. 151. adhoc, vt minor possit validè contrahere, tamen si minor tali contractu alienet stabilia, tunc est necessaria deputatio alterius Curatoris, de qua supra *in cap. 113. hoc eodem lib.*

88 Vltimò aduertendum est, † quod Statutum in hoc cap. non requirit in contractu minoris præsentiam Curatoris. Et licet de iure communi talis præsentia requiratur. *l. si curatorem. C. de restit. in integr.* cum Statutum non videatur tollere alia requisita de iure communi. *Castr.* qui de Curatore loquitur *cons. 106. in t. dub. lib. 2.* Et post eum *Dec. cons. 110. sub nu. 1. vers. sed hoc tamen non obstante. Tiraq. ad ll. connub. glos. 8. num. 49.* Attamen in terminis iuris communis iuramentum à minori appositum in contractu tollit remedium restitutionis in integrum. *Aym. consil. 7. num. 16.* qui de communi opinione, quæ vbiquè seruatur cum alijs per *Gabr. de minor. conclus. 5. sub n. 40. vers. contrarium. Menoch. cons. 203. num. 11. Rota in Romana census. Lunæ 23. Februarij 1609. nu. 3. coràm Sanctiss. Ludouisio. Est decis. 406. in impress.*

89 Amplia primò, etiamsi tales † proximiores sint descendentes, habeantque probabile spem succedendi, quia quamuis statutum disponat de proximioribus, quorum non interfit, nihilominus tale interesse intelligi debet respectu personæ, non autem respectu bonorum. *Crescent. decis. 2. de consuit.* vbi præter cæteras rationes, & auctoritates pro hac opinione cumulatas, dicit, quod omnia statuta disponentia propter solam spem succedendi vocasse istos descendentes, quia putarunt eos diligentiores.

90 De consensu † horum propinquorum, vide multa supra in cap. 113. ampliatione 4. 5. 6. & 7.

91 Amplia secundò, etiam si proximiores † sint cognati, & agnati, quia nec isto casu est deputandus Curator. *Rota coram Card. Blanchetto in Romana de Scapucijs 19. Iunij 1576. coràm Litta. & in Romana executionis contractus 27. Maij 1597. & Crescent. decis. 4. de consuit.* in quibus decisionibus habetur statutum verificari tàm in agnatis, quàm in cognatis, omni super hoc sublata differentia.

92 Amplia tertiò, vt nec isto casu Curator † sit deputandus existentibus affinibus, quia statutum hoc affines etiam comprehendit. *Rota in Romana nullitatis contractus 24. Februarij 1611. coram Reuerendiss. Ortem-*

93 *bergo.* vbi dicitur, quod † appellatione coniunctorum veniant quoq; affines, *& in Romana nullitatis census 8. Nouembris 1610. coràm R. P. D. Pirouano.*

94 Amplia quartò, † vt nec Curator sit deputandus quamuis tales proximiores habeant interesse in ipso contractu. *Rota coràm Penia in Romana donationis de Grandis 16. Februarij 1601. Est decis. 85. in eius lib. 5. in manuscrip. & coram Puteo decis. 15. nu. 2. & 4. lib. 3.*

95 Limita tamen, & declara † hoc esse verum si interesse sit secundarium, & extrinsecum, non autè principale, quia quando est principale proximiores non vocantur. *Rota coram Puteo decis. 15. lib. 3. & coram Penia in dicta Romana donationis de Grandis 16. Februarij 1601.*

96 Amplia, vt nec stante † assertione mulieris dicentis propter aliquod impedimentum consanguineos non posse interuenire. *Rota coram Reuerendiss. Ortembergo in d. Romana releuationis indemnitatis 22. Martij 1602.* vbi dicitur, quod iudex debet cognoscere super huiusmodi mulieris assertione, & excusatione.

97 Limita nisi assertio † impedimenti esset vera iusta, & rationabilis, putà quia essent lites inter Mulieres, & Minores, cum dd. proximioribus. *Rota coram Litta in d. Romana societatis officij 13. Februar. 1606.*

98 Amplia sextò, etiam si proximiores † vocati ad interessendum non veniant, quia tunc Curator non est deputandus, sed benè alij proximiores existentes. *Rota coràm Penia in d. Romana donationis de Grandis 16. Februarij 1601.*

Amplia septimò, vt etiam quando † Pater contrahit cum filijs, & non adsunt coniuncti ex parte matris, non sit deputandus talis Curator, sed debent interuenire coniuncti ex parte patris,& licet statutum videatur contrarium suadere, ibi, *coniuncti ex parte matris vocentur,& si non sunt cum Curatoris legitima auctoritate*, nihilominus statutum intelligi, & interpretari debet, si coniuncti non sunt ab vtroque latere
100 hoc est patris, & matris, † cum indefinita locutio in statutis æquipolleat vniuersali, vt in terminis statuti Vrbis antiqui habentis hæc eadem præcisa verba, declarauit. *Caputaq.decis.*205.*part.*3. vbi vltrà præmissas, & alias rationes dicitur etiam non esse verisimile, quod statuentes voluerint præferre curatorem extraneum proximioribus ex latere patris,qui præsumuntur debere magis curare vtilitatem Mulieris,quã extraneus, tamen negari potest, quin ista quæstio sit multum difficilis, quæ cum alias occurrisset in Rota, vt testatur idem *Caputaq.* in fine dictæ decisionis, Auditores fuerunt diuisi, licet posteà fuerit tentum pro hac opinione ex vnius Auditoris tantum voto.
101 Hoc Statutum requirens † interuentum duorum coniunctorum proximiorum, intelligitur de illis qui sunt coniuncti tempore contractus, non de ijs qui eo tempore tales esse desierunt. Vnde Rota *in Romana nullitatis census. Lunæ* 8. *Nouemb.*1610. *corã R.P.D. Pirouano, est decis.*314. *in Recent. part.*2. Dixit sustineri contractum census à muliere cum decreto iudicis, & præsentia curatoris ad id specialiter deputati celebratum, cum pro decreto iudicis præsumatur nõ solum quoad solemnitatem requisitam pro iustitia. *Alex. cons.*125.*num.*5. *lib.*1.*& cons.*80.*num.*5. *lib.*5. *Menoch.præsumpt.*75.*num.*5. *lib.*2. Sed etiam quoad solemnitatem requisitam ad validitatem decreti. *Alciat.de præsumpt.reg.*3.*præsumpt.*9.*&* 14. *in princ. Surd.cons.*39.*nu.*7.*vol.*1. Vnde venienti contrà decretum incumbit onus probandi illius nullitatem tamquàm fundamentum suæ intentionis. *l. nimis graue. C. de testib.*

Nec taleuare quod non interuenit in dicto contractu cognatus mulieris, siue maritus sororis, quia licet probaretur eius præsentia in loco celebrati cõtractus, tamen non fuerat probatum, quod de dicto tempore viueret dicta soror contrahentis,aliàs non fuisset coniunctus, siue affinis, certum enim est, quod statutum requirens proximiores intelligi debet de his qui sunt tales de tempore celebrati contractus,non de illis,qui desierunt esse. *l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de postulat. Castr. cons.*249.*nu.*1.*lib.*2.*Dec.cons.*222.*nu.*1.*& seq.*
102 DECLARA secundò. Propinquioribus † omissis,quod minus propinqui interuenerint in contractu, probandum est, quod minor de tempore contractus habuisset propinquiores, qui potuissẽt obligationi interuenire. *Castr. cons.*124. *in* 2. *dub. lib.*1. *Corn.consil.*106. *nu.* 8. *lib.*1. *& cons.*131. *sub nu.*2.*lib.*4. *Achill. decis.*4. *de præsumpt. Guidobon. decis.*98. Et sæpius fuisse decisum dicitur *in Romana census. Lunæ* 23. *Februarij* 1609. *nu.*4. *coram Sanctiss. Ludouisio. est decis.*406. *in impress.*
103 DECLARA tertiò, vt necesse sit probare, † quod nedum eo tẽpore coniuncti essent in Vrbe, sed quod essent habiles ad interessendum, & quod cum effectu potuerint interuenire, vt dictum est suprà *in cap.*113. *ampliatione* 6. *&* 7. *nu.*14.*&* 15. vbi concordantes, & latè fuit comprobatum *in Romana census* 18.*millia* 11. *Martij* 1613. *coràm Reuerendiss. Coccino Decano*, quæ loquitur in casu, in quo erat probata præsentia Cardinalis Caetani, sed quia potuit esse impeditus podagra, vel alijs negotijs, fuit resolutum debuisse concludenter probari habilitas ad interessendum. *Guidob.decis.*98. *incip.In casu Statuti.*
104 DECLARA quartò, quod frater † non est idoneus coniunctus ex parte matris stante eius interesse. *Rota coràm Reuerendiss. Manzanedo in Romana successionis quartæ.Veneris* 29.*Maij* 1609. *incip.De tempore. in fin. Est decis.*174. *apud Statil. de Saluian.*
105 Amplia octauò, quod debent isti coniuncti † iurare contractum esse vtilem, & non damnosum minoribus, ita quod non sufficit esse scriptum ceteratè iurarunt,&c. *Rota in Romana hæreditatis,& Paragij dotis* 12. *Iunij* 1615. *coràm Buratto.*
106 Amplia nonò, † quod mulieri cum obligatione Camerali contrahenti,& iuramento non succurritur, sub prætextu quod alij proximiores parentes in loco adessent contractus, quando ipsa dolosè cum iuramento asseruerat nullos alios proximiores cõsanguineos adesse,quia non est audienda aduersus proprium dolum.*Castr.cons.*53.*nu.*3.*part.*2.*Ruin.in l.*1.*§.nunciatio. nu.*211. *ff.de nou. oper. nunciat.* cum alijs per *Odd.de restit.in integr.quæst.*83.*art.*3.*num.*12.*&* 18. Sicuti dicitur de minore, cum agitur de lucro captando, cum se maiorem esse iurauit, tunc non potest beneficium restitutionis in integrum implorare. *l. si alterius. §.si tamen. C.si minor se maior.dix. Seraphin. de priuileg.iuram.priuil.*83.*nu.*50.*Odd.loc.cit.* Decepus enim, & non decipientibus iura subueniunt. *l.*2. *§. verba. ff.ad Vellcian. l.si is qui minorem. C. si min. maior.se maior.dix.c.cum vniuersorũ. de rer.permut.* Maximè quando contraxit in euidentissimam vtilitatem, prout erat in casu infrà allegandæ Decis. cum esset obligata ad solutionem annui census, qui soluebatur ad rationem decem pro centenario. Et cum nõ distraxisset dotem, seu patrimonium, infertur, etiam non seruatis solemnitatibus Statuti potuisse licitè, & validè contrahere. *Soccin.cons.*80. *n.*12.*vol.*4.*Tiraq. ad ll.connub. in verb.De son Maria. glos.*8. *nu.*61. *per l.cum hi.§.eam transactionem. ff.de transact.* Ex quibus fuit ita resolutum *in Maceraten. census. Mercurij* 14. *Maij* 1614. *num.*2.*&* 3. *coràm Dunozetto. est decis.*599. *part.*1. *in Recent.*
107 Hoc Statutum requirens solemnitates † in contractibus minorum & mulierum,non excludit obseruantiam præcedentis Statuti de insinuatione, quæ post contractum donationis adhiberi debet, vt fuit dictum *in Perusina fideiussionis. Lunæ* 2. *Aprilis* 1612. *coràm Reuerendiss. Manzanedo. est inter Recent. decis.*385. *num.*5. vbi idem dicitur de Statuto Perusino. *part.*2.

Tertia Conclusio.

De Causa, & plena eius cognitione.

TErtia generalis conclusio sit quod vltrà solemnitates, de quibus in statuto, ad hoc vt Mulierum, & Minorum obligationes sustineantur requiri-
108 tur causa, † & plena eius cognitio à Iudice adhibẽda, sine qua contractus claudicant, & sunt nulli. *Rota in Romana de Cuppis* 8. *Nouembris* 1600. *coràm Iusto, & in Romana de S. Cruce* 29. *Ianuarij, &* 30. *Martij* 1607. *corã Card.Sacrato,& in Romana Argentorũ* 27. *Iunij* 1607. *&* 24. *Martij* 1608. *corã Sãctiss. Ludouisio.*

109 Am-

109 Amplia primò, quod causa † debeat esse talis, vt respiciat vtilitatem Mulierum, & Minorum, vel quod illa saltim non tendat in illorum præiudicium, non autem respicere debet commodum aliorũ de quibus, & pro quibus contrahitur. *Rota in dicta Romana de S. Cruce 3. Decembris coràm Card. Sacrato 1607. & in Romana Argentoram die 27. Ianij 1607. & 24. Maij 1608. coram Sanctiss. Ludouisio, & coràm M. Montio in Romana donus, seu nallitatis contractas 2. Maij 1611.*

110 Contrarium, quod sufficit sola veritas † causæ, absquè vtilitate. *Rota in Romana Salaiani interdicti 15. Decembris 1614. coram Card. Pamphilio.* de qua diximus suprà *Part. I. ad Decis. Ortembergbi in Romana roleuationis indemaitatis. Ven. 22. Martij 1602. vers. Reuocantur ista decisioaes factæ. fol. 445. col. 2.*

Amplia secundò, hoc in tantum esse verum, quod
111 non sufficiat in instrumento exprimere, † quod contrahentes deueniunt ad contractum ex causis eorum animum mouentibus, quia per huiusmodi verba contractus omninò voluntarius redargueretur, & ille non benè iustificatur, cũ nihil in se contineat certi. *Rota in d. Romana de S. Cruce 29. Ianuarij 1607. coràm Card. Sacrato.*

112 Amplia quartò, vt dictæ causæ † cognitio, & discussio interuenire debeat, etiam in constitutione procuratoris à Muliere, vel Minore facta ad ita, & ita specialiter agẽdũ, vel transigendũ. *Rota coram Litta in Romana bareditatis de Salutatis 29. Nouemb. 1602.*

113 Amplia quintò, vt † nec iuramentum suppleat causæ defectum. *Rota coram Card. Sacrato in d. Romanæ de S. Cruce 29. Ianuarij 1607.*

114 Amplia sextò, adeò requiri † huiusmodi causam, vt quamuis Iudicis decretum multum præualeat in istis contractibus, faciatquè præsumi causam semper interuenisse, licet de ea nulla mentio fiat, vt latè dictum fuit suprà *in cap. 113. nu. 5. eod. lib. 1.* nihilominus si interuenit expressio causæ ineptæ, vel insufficientis ista faciet cessare præsumptionem melioris causæ tacitæ. *Rota coram Card. Sacrato in d. Romana de S. Cruce 29. Ianuarij 1607. & 30. Martij 1608. & coram Reuerendiss. Ortembergo in Romaaa nullitatis contractus. Luna 28. Februarij 1611. & deniq; coram M. Montio in Romana domus, seu nullitatis alienationis 2. Maij 1611.*

115 Amplia septimò in causa † notoriè manifesta, & partim Iudici incognita. *Rota in d. Romaaa de S. Crace 30. Martij 1607. coram Card. Sacrato. & coram Iusto 4. Iulij 1607. ia Romana Palatij ad Pasquinum, & in Romana bareditatis, & Paragij dotis 12. Iunij 1615. coram Buratto.*

116 Amplia octauò in † causa partim vera, & partim falsa, quia nihilominus contractus non sustinebitur, sed corruet in totum propter decretum indiuiduum, quod non potest pro parte valere, & pro parte non. *Rota in Asissien. sabbastatioais 15. Noaembris còram Orano, & in Salamantina pensionis 9. Maij 1583. coràm Bubalo.*

117 Còntrarium † tenet Rota *in Romana census 1. Iunij 1616. nu. 6. coràm Vbaldo.* quando videlicet principalis causa super qua fuit interpositum decretum, est vera.

118 Amplia nonò, vt nec † causa fideiubendi pro marito dicatur valida ad sustinendum Mulieris obligationem. *Rota coram Sanctiss. Ludoaisio in Romana Argentorum 27. Iunij 1607. & 24. Martij 1608. & in Romana fideiussionis. Luna 15. Maij 1593. coràm Card. Arigonio.*

119 Contrariam tamen opinionem videtur † tenuisse eadem Rota *in causa Interamnen. mercium. 4. Iannarij 1597. coram Penia. in Romana societatis officij 13. Februarij 1606. coram Litta. & in Romana fideiussionis 13. Maij 1596. coram Seraphino.*

120 Intellige tamen, & declara † primam opinionem habere locum, quando Mulier à principio fideiubet sine aliqua spe releuationis in parte, vel in totũ putà pro marito dilapidatore, vel decocto per quam fideiussionem mulier remanet, vel remanere potest pœnitus indotata.

Et in istis terminis procedunt decisiones in prima opinione allegatæ, & præsertim illa *Romana Argentorum coràm Sanctiss. Ludouisio.* vbi in specie propter defectum istius causæ omninò futuræ in apertã, certamque ipsius Mulieris perniciem resolutum fuit obligationem nõ sustineri, & hoc pacto fuit intellecta *Rota ia Romana Saluiani interdicti 15. Decemb. 1614. coram Card. Pamphilio.*

121 Secundam verò opinionem declara, † vt ea procedat, nempè iuxtà terminos decisionis *Interamnen. Mercium*, quando Mulier soluendo fideiussionem ei remanet plusquàm dimidia suæ dotis, & iuxtà decisionem Littæ, quando plusquàm tertia pars dotis remanet Mulieri, & deniq; iuxtà decisionem Seraphini, quando non remanet pęnitus indotata, in quibus terminis videtur adesse enormissima illa lęsio, & defectus causæ, quæ militant in prima opinione secundum decisiones Ludouisij, & Arigonij.

122 Amplia decimò. Quod causæ † falsitas in contractu minoris non præsumitur. *l. 1. in fin. princip. & l. magis putò. §. ne passim ff. de reb. eor. Pat. decis. 245. lib. 2. Chesan. decis. 183.* fuit dictum *in d. Romana census de Trouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano.* cum præsumatur Iudicem, qui decretum interposuit, diligenter scrutatum fuisse de veritate causæ expressæ. *Castr. cons. 432. na. 2. part. 1. Alex. cons. 80. sub nu. 11. lib. 5.* Et quod adhibuerit causæ cognitionem. *Rota in Cameriaen. fideicommissi 7. Nouembris 1579. coràm Robustello, & in Sabinen. sea Romana cõpromissi 14. Maij 1576. coràm Card. Lãcellotto.* Quod etiã approbauit Rota *in Romana censas. Luna 23. Febr. 1609. n. 5. coràm Sanctiss. Ludouisio. est dec. 406. in impress.*

Vbi etiam *na. 12.* dicitur, causam non posse dici falsam, quæ à principio est vera, & postea deficit, putà si minor contrahat pro extinctione census, qui iuxtà contractum non fuit extinctus. *Bald. in l. 1. nu. 11. C. de coadict. indeb.*

Et *num. 13.* idem dicitur de enormissima læsione, quæ debet probari cum non præsumatur. *Bart. & alij in l. nam. & postea. §. si minor. ff. de iureiur. Abb. in cap. 1. in 2. not. de restit. in integr. Dec. cons. 474. na. 11.* Maximè propter decretum Iudicis, quod facit præsumi causam non adesse. *Dec. in l. singularia. sub na. 30. ff. si cert. pet. Aym. coas. 214. nu. 2. Riminald. Sen. cons. 74. nu. 6. Honded. coas. 38. num. 61. lib. 2.* Et dixit Rota *in Boaonien. pecuniaria 19. Ianij 1603. coram ead. Sanctiss. Ladouisio.* quæ decisio malè allegatur *in d. Romaaa census sub nu. 2.* Vltrà quod talis læsio probari debet de tempore contractus. *l. si volantatem. in fin. C. de rescind. vendit. Glos. & Doct. ia l. 2. eod. tit.* Et quod minor fideiusserit non est enormis, nequè enormissima, vt dicitur in allegat. *Bononien. pecuniaria.*

123 Amplia vndecimò, vt nec † fideiussores Minorum, & Mulierum teneantur, quando causa insufficiens, vel falsa in contractu interuenit. *Rota in Romana census de Prouanis* 8. *Aprilis* 1598. *corã Orano.*

124 Limita primò, & declara hoc non † esse verum, quando fideiussores non simpliciter, sed vti principales, & insolidum obligantur, quæ quidem verba vti principales important clausulã, omni meliori modo. *Rota in d. Romana census de Prouanis* 8. *Aprilis* 1598. *coràm Orano*. *Mohed. decis.* 2. *aliàs* 223. *de fideiuss.*

125 Limita secundò non habere locum, † quando fideiussores cum iuramento obligantur, quia iuramentum operatur, vt fideiussor teneatur in plusquàm generalis. *Rota per R.P.D. Oranum, extensa per Cardin. Seraphin. in Romana euictionis domus* 5. *Iulij* 1599. *& in manuscript. est* 5. *Iunij. Est decis. Seraph.* 1324. *incip. Quædam Bartholomæi.*

126 Limita tertiò non habere locum, † quando fideiussores promiserunt non allegare contractus nullitatem, sed ea non obstante soluere, & adimplere. *Rota in Romana census de Prouanis* 8. *Aprilis* 1598. *coram Orano.*

127 Limita quartò non habere locum, † quando fideiussor obligat se in forma Cameræ, quo casu nec etiam allegata ignorantia de nullitate contractus fideiussores excusat. *Rota in d. Romana euictionis coràm Orano, seu Card. Seraphino* 5. *Iulij* 1599.

128 Amplia duodecimò, † vt nec causa dicatur valida, & sufficiens in contractu Mulieris, si illa contrahat ad succurrendum necessitatibus proprijs, & sui viri, quia mulier ad hoc non tenetur, sed benè maritus. *Rota in Romana societatis officij* 15. *Iunij* 1602. *coram Penia, & coram Reuerendiss. Ortembergo, in Romana nullitatis contractus* 28. *Februarij* 1611. *& coram M. Montio in Romana domus, seu nullitatis alienationis. Lunæ* 2. *Maij* 1611.

129 Limita tamen hoc non procedere † in marito vergente ad inopiam, quia tunc causa erit sufficiens, & obligatio sustinebitur. *Rota coram Litta in Romana societatis officij* 13. *Februarij* 1606. *& coràm Reuerendiss. Ortembergo in d. Romana nullitatis contractus* 28. *Februarij* 1611. vbi dicitur, quod isto casu talis obligatio ex hac causa teneret, quia Mulier tenetur Maritum, & familiam alere.

Prædicta tamen omnia, quæ circa causas in contractibus adhibendas dicta sunt, sic velim limites, &

130 declares, vt quando excipitur de insufficientia causæ, vel de falsitate illius ad retardandum executionem contractus, tunc clarè, & manifestè de huiusmodi insufficientia, & falsitate constare debet, secus autem si erit de hac dubium, quia nullitatis contractus executio erit impedienda. *Rota in dicta Romana census de Prouanis* 1598. *coram Orano.* 8. *Aprilis.*

131 Aduertè, etiam quod qui allegat falsam † causam eam concludenter probare tenetur, in tantum, quod debet esse causa exclusiua consensus. *Rota latè in Romana donationis de Grandis* 10. *Decembris* 1601. *coram Penia.* vbi multa ad exclusionem falsæ causæ, *& in Romana census.* 1. *Iunij* 1616. *coram Vbaldo.*

132 Item aduertè, quod decretum † hæc tria requirit, euidentem vtilitatem, causam, & solẽnitates à statuto enunciatas, adeò quod vna deficiente corruit decretum. *Rota in Bononien. census* 17. *Martij* 1608. *coràm Card. Marquemontio.*

133 Contrarium, quod sufficiat in hoc † Statuto Vrbis sola veritas causæ, absquè vtilitate, fuit resolutum *in Romana Saluiani interdicti* 15. *Decembris* 1614. *coram Card. Pampbilio.* vt suprà diximus *num.* 110.

134 Et quoquè notandum, quod decretum † Iudicis debet esse extensum, nec sufficiunt clausulæ cæteratæ. *Rota in Romana hæreditatis* 12. *Iunij* 1615. *coràm Buratto.*

Quarta Conclusio.

De Absolutione à iuramento ad effectum veniendi contrà contractum iuratum à se gestum contrà formam Statuti.

QVarta Conclusio, quod impugnare volenti contractum à se gestum contrà formam istius statu-

135 ti, necesse erit prius obtinere † absolutionem à iuramento, non obstante hoc statuto, quod disponit hoc iuramentum censeri dolo, & metu extortum, & nullius roboris, &c. quia in contractu, etiam nullo oritur periuruum, & nemo proprij iuramenti debet esse iudex. *Rota coràm Bubalo in vna Romana legitimæ de Vrsinis* 20. *Maij* 1588. *in Signina Castrorum* 20. *Iunij* 1602. *coràm Sanctiss. Ludouisio. & coram Reuerendiss. Ortembergo* 5. *Iulij* 1604. *in Romana nullitatis obligationis.*

136 Amplia primò, vt non sufficiat † obtinere simpliciter absolutionem à iuramentis, quia tot absolutiones requiruntur, quot sunt iuramenta. *Rota in Romana Laudi* 6. *Martij* 1587. *coram Cantuccio. in Romana nullitatis obligationis* 5. *Iulij* 1604. *coràm Reuerendiss. Ortembergo, & in Placentina Castri* 2. *Iulij* 1601. *coràm Card. Millino.*

137 Amplia secundò hoc procedere, † etiam si petatur absolutio ad effectum agendi. *Rota in d. Romana Laudi* 6. *Iunij* 1587. *coràm Cantuccio.*

138 Amplia tertiò, vt dicta † absolutio obtenta per relationem ad instrumenta non censeatur petita, sed specificè peti debet. *Rota in d. Romana Laudi coràm Cantuccio* 6. *Martij* 1587.

139 Contrarium recedendo ab hac decisione † Cantuccij fuit resolutum, nimirum absolutio per relationem simpliciter ad instrumentum respectu omnium iuramentorum in eo contentorum. *Rota in Signina Castrorum* 9. *Decembris* 1616. *coràm Rambolde.*

140 Limita tamen, & declara † hoc non procedere si absoluens instrumentum vidisset, quia tunc absolutio per relationem sufficeret. *Rota in Romana hæreditatis de Cincijs* 20. *Nouembris* 1583. *coram Seraphino. & in Romana Laudi* 6. *Martij* 1587. *coràm Cantuccio.*

141 Amplia quartò, vt dicta absolutio † peti debeat, etiam si ille, qui iurauit, agat in solo Iudicio manutentionis. *Rota in Placentina Castri* 4. *Iulij* 1601. *coràm Card. Millino, & in Vallentina pensionis* 31. *Ianuarij coram Litta, & coram Sanctiss. Ludouisio in d. Signina Castrorum* 26. *Iunij* 1602.

142 Amplia quintò, vt dicta absolutio † petenda sit, etiam si agatur ad detegendam enormissimam læsionem. *Rota decis.* 102. *num.* 9. *part.* 1. secus autem si fuerit detecta, quia absolutio non requiritur. *Rota ibid. loco citato.*

143 Amplia sextò † in Vniuersitate, & Collegio, quæ etiam debent petere absolutionem. *Rota d. decis.* 102. *num.* 7. *part.* 1.

144 Limita hoc non procedere, † quando illi de Vniuersitate, qui iurarunt, vita functi sunt, quia tunc successo-

successores non tenentur. *Rota diuers. dicta decis.* 102. *nu.* 9. *part.* 1.

145 Amplia septimò, vt talis obtenta absolutio † nihil aliud operetur, nisi aperitionem oris, vt possit excipere, & agere, quod stante iuramento non poterat. *Rota decis.* 800. *nu.* 3. *part.* 3.

146 Amplia octauò, vt talis absolutio † obtenta non retardet Cameralem obligationem. *Rota d. decis.* 2. *de except. Cassad. decis.* 2. *de except. Cassad. decis. vnic. de mut. pet. nu.* 2.

147 Amplia nonò, etiam si talis absolutio † fuisset alicui concessa ad effectum agendi, & reconueniendi super mercede pro obtinenda compensatione, quia nec isto casu executio retardari potest. *Cassad. decis. vnic. de mut. pet.*

148 Limita hoc non procedere, † quando ob non retardatam executionē causaretur destructio corporis, & animæ ipsius absoluti, putà quia absolutus esset pauper, qui si cogeretur prius soluere nihil ei remaneret, ad hoc vt suam super mercede litem prosequi posset, quia isto casu executio retardatur. *Cassad. d. decis. vnic. de mut. pet. vers. fin.*

149 Amplia decimò, vt agentes † non præuia absolutione dicantur periuri, & non sint audiendi, immò à lumine iudicij repellendi. *Rota in Romana nullitatis obligationis* 3. *Iulij* 1604. *coràm Reuerendiss. Ortembergo. & in Signina Castrorum* 25. *Iunij* 1602. *coràm Sanctiss. Ludouisio. est decis.* 64. *in impress.*

150 Limita si periurus ageret ex alio † contractu non autem ex eo, in quo incidit in periurium. *Rota decis.* 97. *nu.* 7. *part.* 2.

151 Amplia vndecimò, vt periurio incurso † non sufficiat periuro absolutio à iuramento, nisi prius petita fuerit absolutio à periurio. *Rota in d. Romana* 3. *Iulij* 1604. *coràm Reuerendiss. Ortembergo, & decis. diuers.* 786. *part.* 3.

152 Amplia duodecimò, vt absolutionem † à periuro incurso nulli licitum sit concedere, nisi solo Pontifici. *Rota coràm Reuerendiss. Ortembergo in Romana nullitatis obligationis* 3. *Iulij* 1604.

153 Amplia decimotertiò. Vt minori † sine solemnitatibus Statuti contrahenti nō subueniatur per restitutionem in integrum stante iuramento. *Auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.* vbi *Bald. nu.* 13. in specie decidit, non restitui aduersus fideiussionem, qui erat casus decisionis, de qua infrà, & post eum *Tiraq. ad ll. connub. Glos.* 5. *sub num.* 104. *Rota in Romana census. Lunæ* 23. *Februarij* 1606. *coram Sanctiss. Ludouisio. est decis.* 245. *num.* 2. *in Recent. part.* 2. *& inter eius manuscript. est decis.* 215. vbi allegatur similis decis. *in Bononien. pecuniaria. Lunæ* 19. *Iunij* 1603. *coràm eodem Sanctissimo. quæ inter eius manuscrip. est decis.* 121. *lib.* 1. *incip. Dubitaui an obligatio. Et hæc decis. malè allegatur in d. decis.* 245. *in Recent.*

Quæ conclusio eo magis procedit, stante lapsu quadriennij. Præsertim vt non impediatur cursus vlterioris executionis. Maximè in obligatione Camerali. Et quando fuit præuentum in executione, ex latè deductis *in d. decisione Bononien.*

154 Limita primò, vt absolutio † non sit petenda in excipiente. *Rota in Signina Castrorum* 16. *Iunij* 1602. *coram Sanctiss. Ludouisio.*

155 Limita secundò, in hærede iurantis, † cum iuramentum tamquàm personale ad hæredem non transmittatur. *Rota in Amerina domus* 4. *Maij, &* 23. *Februarij* 1597. *corā Cantuccio. Cassad. decis. vnic. de iure iur.* vbi dicitur, quod quantū ad periurium censuras, & pœnas, non obligatur hæres, quia in spiritualibus nemo nisi proprio consensu ligatur, secus autem quoad contractus obseruationem, ad quam omninò tenetur hæres.

156 Amplia hoc tamen in tantum procedere, † vt nec hæres ratione talis iuramenti à defuncto præstiti sortiri debeat forum Ecclesiasticum, quod omninò defunctus si viueret subire debuisset. *Cassad. d. decis. vnic. de iure iur. nu.* 8. *&* 9.

AD CAP. 152. lib. 1. Statutorum Vrbis. De contractibus prohibitis cum filijsfamilias.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias quando non possit iuuari hoc Statuto multis comprobatur.*

2 *in Filijs arrogatis habet locum Statutum de contractibus cum filijsfamilias. Hoc Statutum ampliat Macedonianum, & sicut Macedonianum locum habet in arrogato, ita etiam hoc statutum.*

3 *Filijfamilias contractus, nullus ex Statuti dispositione, quomodo possit validari.*

4 *Filijfamilias contractum prætendens validum duo debet probare copulatiuè, quod habitauerit seorsum à patre, & quod pro patrefamilias fuerit communiter reputatus.*

5 *Et ad probandum hanc publicam reputationem, quid requiratur.*

6 *Pater cum filio contrahens non habet locum Statutum de contractibus cum filijsfamiliàs.*

7 *Donatio facta à filiofamiliàs coniunctæ personæ non valet sine consensu patris.*

1 Statutum hoc. De contractibus † prohibitis, cum filijsfamiliàs. Vltrà limitationes in dicto cap. allatas excipiuntur reliqui omnes casus, qui de iure Cæsareo filiosfamiliàs impediunt, quò minus vigore Senatuscons. Macedoniani actiones creditorum elidere possint, vt expresse sonant postrema verba dicti capit.

Vnde resolutum fuit *in Romana nullitatis contractus. Mercur.* 20. *Nouembris* 1613. *coràm Dunozetto. est decis.* 529. *part.* 1. *in Recent.* Filiumfamiliàs Martinum nomine non gaudere posse regula dicti Statuti, cum à patria potestate absolutus probaretur, & sic intrant limitationes dictæ regulæ. Contraxerat enim ipse cum patre, vt ex pluribus probabatur instrumentis, cum durante patria potestate nulla inter patrem, & filium oriatur obligatio. *Cuiac. ad Afric. in l. frater à fratre. tract.* 9. *col.* 3.

Eoquè magis, quia posset dici tacitum patris interuenisse consensum, quo casu cessaret dispositio dicti Statuti, vt in eò legitur. Quia ex testibus constabat patrem fuisse certioratum de mutuo de quo controuertebatur, ex quo tacitus resultat consensus, nisi appareat expressa cōtradictio. *l. bonoris. §. fin. de decurion. l.* 2. *ff. ad Senat. Maced. Aretin. in §. penult. instit. quod cum eo. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 29. Vltrà quod aliqua pars pecuniarum probabatur mutuata dum in castris militiæ nomen dedisset, quo casu arcetur à Senatuscōsulti beneficio. *l. vlt. C. ad Senatuscōs. Maced.* Necnō alia pars dictarū pecu-

pecuniarum probabatur expensa in necessarios vsus dicti Martini, ex quo etiam cessat remedium dicti Senatusconsulti. *l. in pupillo. in fin. ff. de solut.*

Nec obstare decisionem *eorâm Sanctiss. Ludouisio in alia Romana nullitatis contractus sub die Lunæ 21. Iunij 1604. est decis. 182. in eius manuscript.* in qua dicitur, requiri cumulatiuè, vt seorsum à patre filius habitet, & habeatur loco patrisfamiliàs ad effectum validandi contractus huiusmodi. Quia Statutum præter has duas limitationes excludit omnes casus à iure comprehensos, vt patet ex fine dicti Statuti, quæ duo etiam in præsenti casu concurrebant. Nam quoad primum, licet Martinus semper in domo paterna habitasset, tamen cum assignata fuissent ei alimenta separatim, nec fuerit patris commensalis, semper dicetur seorsim à patre vixisse, ex doctr. *Bald. in l. 1. num. 10. C. de legat.* quem sequuntur *Angel. & Imol. in ead. l.* nisi ei ergo eadem cum patre mensa vsus fuit, non dicitur simul cum patre habitasse. *Imol. in l. si quis ita. ff. de condit. & demonstr.* Quoad secundum non est dubium, quod gesserit se tamquam paterfamiliàs talisque habitus, quia & ab ipso patre fuit constitutus in quasi possessione sui iuris, dum ei proprium peculium assignauit, eique eius liberam administrationem concessit, potuit illud itaquè inscio patre ad instar fetui obligare. *l. 4. in princip. ff. de pecul. l. per seruum. §. 1. de acquir. rer. dom.*

Nec similiter obstare doctr. *Alciat. in tractat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 2. nu. 2. vers. tu salua.* quod requiratur, vt per decennium quis fit habitus, vt paterfamiliàs. Quia hoc procederet in simplici præsumptione, secus quando adest ipsius patris confessio, qui cum filio tamquàm cum extraneo contraxit, cuius exemplum alij creduli creditores sequuti sunt, tunc enim frustrà ad coniecturas recurritur vbi claræ suppetunt probationes. Immò sufficit simplex habitatio seorsum à patre, etsi non sit confirmata longo tempore. *Vrsill. ad Afflict. decis. 300. num. 19. Gugliel. de Benedict.* loquens de Statuto Tholosano *in cap. 209. Raynutius. in verb. matrem insuper Cleram. nu. 25. de testam.* quem referendo sequitur *Cassan. ad consuetud. Burgund. Rubr. 6. §. 6. in verb. emancipe.* vbi ex multis doctrinis concludit, filium à patre ad vnum actum emancipatum, censeri quoad omnes actus solutum patria potestate.

2 Statutum istud annullans † obligationem filij familiàs habet locum, etiã in arrogatis. *Rota in Romana arrogationis, seu societatis officij 14. Aprilis 1600. coràm Card. Seraphino. Est decis. 1350. Dubitatũ fuit.*

Et in eadem causa coràm eodem *decis. 1286. Illustrissimus Dominus. nu. 3.* fuit dictum, quod hoc Statutum ad hoc fuit editum, vt ampliet, & extendat dispositionem Macedoniani, quæ loquitur in mutuo; ita vt complectatur reliquos contractus. Vnde sicut Macedonianum procedit in arrogato, ita etiam hoc Statutum illius extensiuum, quia Statutum amplians ius commune assumit illius qualitatem, cum posteriores leges à prioribus sumant interpretationem. *l. sed, & posteriores. & l. si de interpretatione. de leg.*

3 Aduerte tamen, quod licet filijfamiliàs † contractus ex hoc statuto numquàm ex tractu temporis ratificari, nec conualescere possit, tamen si sui iuris effectus filius familiàs, puta quia denuò ex eadem causa se obligauit potest contractum ratum habere, qui contractus à die ratificationis ad instar Macedoniani valebit. *Rota in d. Romana arrogationis, seu societatis officij 14. Aprilis 1600. coràm Card. Seraphino.*

4 Quando autem quis † prætendit contractum filijfamiliàs esse sub exceptione statuti, quod scilicet communiter reputatus fuerit pro patrefamiliàs, & consequenter probare duo copulatiuè tenetur, nẽpè, quod talis filiusfamiliàs habitauerit seorsum à patre, & quod pro patrefamiliàs reputatus fuerit communiter. *Rota coràm Sanctiss. Ludouisio in Romana nullitatis contractus 21. Iunij 1604.*

5 Et isto casu ad iustificandum istam † publicam reputationem requiritur probatio plurium actuum cum pluribus, & diuersis personis, qui negotiationibus addicti sint celebratorum, insuper requiritur, etiam longi temporis cursus. *Rota coram Sanctiss. Ludouisio in d. Romana nullitatis contractus 21. Iunij 1604.*

6 Non habet locum si pater † contrahat cum filio fuit resolutum *eoràm Seraphino in vna Romana Casalis longhezze 21. Maij 1593.*

7 Procedit hoc Statutum, etiam in donatione † facta coniunctæ personæ, vt requiratur etiam in ea patris consensus, cum loquatur Statutum generaliter, vel vniuersaliter, vt post *Gabr. de Statut. conclus. 2. nu. 8. & Dec. in l. pactũ, quod dotali. in fin. C. de collat.* dixit Rota *eorâm Card. Caualerio decis. 442. Pronunciauerat in hac causa. nu. 7.* vbi etiam allegatur *decis. coram Buratto in Romana hæreditatis, & Paragij 22. Iunij 1615.*

Plura circa hoc Statutum, vide *in causa Romana nullitatis obligationis. Veneris 16. Ianuarij 1626. coram R.P.D. Vrgellen.*

AD CAP. 153. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De contractibus illicitis, & ciauantijs nuncupatis.

S V M M A R I V M.

1 *Vsura, & contractus illiciti concludenter probari debent.*

1 VSuræ prohibitæ, & contractus illiciti damnati in hoc capit. cum necessariò dolum, & delictum creditoris inferant debent cõcludenter probari. *Rota in Romana nullitatis contractus. Mercurij 20. Nouembris 1613. nu. 12. coram Dunozetto. est decis. 527. in Recent. part. 1.*

AD CAP. 154. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De Læsione.

S V M M A R I V M.

1 *Læsio vt detegatur in venditione, habenda est ratio canonis, seu responsionis, quæ diminuit pretium. Item census, & emphyteosis.*

2 *Item habenda est ratio pacti de non alienando sine expressa licentia directi dominij, posita in contractu emphyteosis.*

3 *Et ista duo onera debent quodlibet de per se æstimari. Amplia, vt num. 4.*

IN hoc Statuto disponente, quod in omnibus contractibus læsus vltrà tertiam partem, possit agere
1 ad rescissionem, est animaduertendum, † quod si fuit facta venditio alicuius fundi grauati aliquo canone, seu responsione, tunc habẽda est ratio illius in læsione inten-

intentata, & canon dicitur pretium diminuere. *Rota in Romana domus de Manellis 24. Nouembris 1593. coràm Gypsio*.

Item si adsit super re vendita census. Item si à peritis fuit æstimata vti libera cum esset emphyteotica, quæ omnia deduci debent ad effectum cognoscendi de læsione. *Rota in Romana domus de Manellis. Luna 2. Iunij 1586. & Ven. 15. Ianuarij 1588. coràm Orano*.

2 Habenda quoq; erit † ratio pacti de non alienando sine licentia expressa directi domini apposita in contractu emphyteotico. *Rota corã Gypsio in d. Romana de Manellis 24. Nouembris 1593*.

3 Et quando fundus reperitur † grauatus canone, & pacto de non alienando, duo considerantur onera, ita vt vnum quodquè de per se sit æstimandum. *Rota in d. Romana de Manellis 24. Nouembris 1593. coràm Gypsio*.

4 Amplia hoc in tantum verum, † vt testibus dicentibus sub æstimatione canones venire, etiam caducitatem, & pactũ de non alienando, nõ sit danda fides. *Rota in d. Romana de Manellis*, vbi dicitur hoc euenire, quia testes non deponunt de his, quæ sunt de iure, in quibus testes non habent deponere.

AD CAP. 157. lib. 1. Statutorum Vrbis.

Vt fideiussor petere possit se à fideiussione eximi.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor census potest petere se à fideiussione eximi.*

1 HAbet locum hoc Statutum, etiam † in fideiussore census. *Rota in Romana, seu Bononien. census 7. Maij 1601. coràm Corduba, & in Bononien. census 16. Decembris 1602. coràm* Reuerendiss. *Ortembergo*.

Vide, quæ diximus suprà ad Cap. 94.

AD CAP. 158. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De Præscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *de Præscriptionibus Statutorum Vrbis procedit, etiam in contractu iurato.*
Sed contrà. num. 3.
A priori opinione non recedendum. num. 4.

2 *propter iuramenti religionem facilius quis præsumitur satisfecisse debito iurato, quàm non iurato, & hoc in odium præscriptionis statutariæ.*

5 *Præscriptio statutaria fundata est in præsumptione solutionis, quæ præsumptio facit cessare malam fidem debitoris, & hæc præsumptio cessat, quotiescumquè probari potest non solutio crediti, & cessat Statuti dispositio.*

6 *Census non comprehendantur in hoc Statuto de præscriptionibus, & tot debent esse præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes ratione fructuum, qui non continentur sub hoc capitulo, sed in sequenti. Et quando in fructibus census non procedat dicta præscriptio statutaria.*

7 *in Præscriptione statutaria continentur debita ex quasi contractu, non solum ex contractu propter generalitatem in eo appositam, & sic habet locum in redditione rationis. num. 9.*
Et in intentato iudicis officio, vt num. 8.

10 *Præscriptio statutaria habet locum in deposito non conditionali.*

11 *Præscriptio statutaria potest opponi ab eo, qui debitum negauit.*

12 *Præscriptio statutaria quando locum habeat, & quando non.*

13 *Præscriptio statutaria comqrehendit forenses, & quando non.*

14 *Præscriptio statutaria non habet locum in actione reali.*

15 *Statutaria præscriptio non comprehendit ius agnoscendi fideicommissum, maximè quia competit ius reale.*

16 *Præscriptio statutaria non comprehendit actionem realem, quæ competit pro legato.*

17 *Præscriptio statutaria non comprehendit actionem mixtam.*

18 *Statutaria præscriptio semel interrupta iudicialiter per litis contestationem, nõ amplius statutaria, sed iuris communis præscriptio currere incipit. Si verò extraiudicialiter fuit interrupta, tunc incipit currere noua statutaria præscriptio.*

19 *Præscriptio statutaria habet locum post relaxationem mandati si sexdecim effluant anni.*

20 *aduersus Præscriptionem statutariam datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, etiam ex clausula generali si qua mihi, &c.*
Intellige de ignorantia probabili. num. 21.
Quæ consideratur in hærede. num. 22.

23 *Præscriptio statutaria non habet locum contrà hæredem.*

24 *Præscriptio statutaria à qua quis excusatur propter ignorantiam, tunc ignorantia probatur per iuramentum.*

25 *aduersus Præscriptionem statutariam restitutio in integrum ex capite ignorantiæ competit tàm minori, quàm maiori.*
Tàm agenti, quàm excipienti. nu. 26.

27 *Dos cum sit excepta à statutaria Vrb. præscript. an sint excepti fructus. Et suprà. nu. 6.*

29 *Præscriptio statutaria excipitur à donatione propter nuptias.*

30 *Statutum nouum quando trahatur ad præterita.*

31 *Præscriptio statutaria non habet locum contrà fideiussorem, qui soluit principali, & obtinuit sibi solui iura.*
Præscriptio statutaria cessat stante interpellatione.

32 *Præscriptio statutaria non habet locum contrà Ecclesiam.*

33 *Præscriptio statutaria non habet locum in actione, quæ competit pro supplemento legitimæ.*

34 *Statutum Vrbis de præscriptionibus est decisorium.*

1 HOc Statutum habet locum in cõtractu † iurato, quia vlterius procedit adimendo fidem instrumentis, & scripturis, Rota ita declarauit in terminis Statuti antiqui *coràm Marsicano in vna Romana dotis die 29. Aprilis 1546.* vt attestatur *Mohed. decis. 5. de præscript. Fab. decis. 9. lib. 1. Put. decis. 116. lib. 1. Caputaq. decis. 413. lib. 1.* & in terminis huius noui *in vna Romana pensionis domus die 16. Ianuarij 1598. coràm Card. Lancellotto Iunior. & coràm Card. Lancellotto Senior. in Ciuitatis Castelli bonorũ 14. Ianuarij 1572. est decis. 178. inter eius select. in manuscrip. aliàs 1. tit.*

de

de Statut. incip. Circa Statutum Vrbis. vbi quod aliàs Rota resoluit sub isto statuto, quod in antiquis erat *cap.* 101. *lib.* 1. comprehendi concordiam iuratam. *& in Romana fructuum census* 23. *Iunij* 1603. *coràm Card. Millino, & in vna Romana pecuniaria* 20. *Februarij* 1609. *coràm Card. Sacrato.* vbi dicitur, quod
2 propter Religionem † iuramenti facilius præsumitur quis satis fecisse debito iurato, quam nòn iurato.
3 Contrarium tamen † tenet *Caputaq. decis.* 417. *in manuscript.* ea præsertim ratione, quia cum iuramentum habeat vim litis contestationis præscriptionem interrumpit.
4 Tu verò ne recedas à præcedenti † opinione tamquàm magis tuta, & communi secundum prætatas decisiones, quæ respondent obiectioni *Caputaq.*
5 Notandum est tamen singulariter, † quod tota vis huius statuti est fundata in præsumptione solutionis, quæ quidem præsumptio facit cessare malam fidem debitoris, *Rota in præallegata decisione coràm Card. Sacrato*, & propterea quotiescunquè probari potest de non solutione crediti, cessat talis præsumptio, & consequenter cessare debet etiam illius dispositio, & sic locum non habebit talis præscriptio. *Rota in Ianuen. pecuniaria* 10. *Iunij* 1580. *corã Card. Lancellotto Sen. Et coràm Card. Mantica decis.* 151. *Decisum fuit. nu.* 4. *&* 5. vbi de fructibus dotis.
6 Est benè aduertendum, quod hoc † capitulum excipit expressè census debitos tam Cameræ Vrbis debitis, quàm quibuscunquè alijs priuatis personis, ibi, *exceptis censibus Cameræ Vrbis debitis, ac censibus quibuscunquè alijs personis, &c.* in quibus quidem censibus tot requiruntur præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes. *Rota in Romana census de Caffarellis* 9. *Nouembris* 1587. *coràm Gypsio. & in Romana dotis* 23. *Iunij* 1600. *coràm Iusto.* vbi attestatur de antiqua Rotæ opinione, *& in Romana fructuũ* 13. *Iunij* 1603. *coràm Card. Millino,* in qua pariter affirmatur, Rotã huiusmodi sẽtẽtiam sequi solitam fuisse, & cõcludit in fructibus census nõ intrare hoc statutum, quia excipit census, sed intrare aliud subsequens, quia non comprehendit obligationẽ iuratam.

Fructus dotis solutio non cadit sub præscriptione statutaria, quando præscriptio fuit inchoata in vita patris, qui censum emerat, quando non potuit perfici pòst eius mortem durante pupillari ætate filij. *l. sicut. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* quicquid sit de alijs præscriptionibus, hæc contra pupillum non currit, sed dormit, vt testatur *Balb. de præscript. p.* 6. *princ. in* 23. *casu nu.* 34. *ante fin.* & voluit Rota *in Romana de Magdalenis* 9. *Iunij* 1587. *coràm Blanchetto*. & habetur *in d. Romana de Caffarellis coràm Gypsio.*
7 Et hæc statutaria præscriptio † habet locum in debitis, quæ veniunt ex quasi contractu, quia militat eadem ratio, & appellatione contractus largo modo venit, etiam quasi contractus, Rota in terminis statuti antiqui *in Romana tutelæ de Fabijs* 17. *Martij* 1586. *coràm Seraphino.* vbi de redditione rationis tutelaris, & de intentato iudicis officio, & fuit ita decisum propter illam generalitatem appositam in illo statuto antiquo, nempè creditor ex causa cuiuscumquè contractus, quæ quidem generalis nota cum reperiatur etiam apposita in isto nouo statuto, vt apparet in ipso principio merito applicatur, & habet etiam locum præallegata decisio in prætensi statuto nouo, de quo agimus.
8 Habebit pariter sibi locum dispositio † huius capituli, etiam in officio iudicis, quia stante ista præsumptione solutionis introducta à statuto, cessat æquitas illa, super qua fundatur iudicis officium. *Rota in præallegata decisione Romana tutelæ coràm Seraphino*, quæ vt dixi suprà, licet loquatur in statuto antiquo, nihilominus quia statutum istud nouum est fundatum etiam in tali præsumptione solutionis, applicatur quoquè casui nostro.
9 Prout etiam comprehendit ius, † seu actionem redditionis rationis, quæ similiter præscribitur spatio 16. annorum ex dicto statuto. *Seraphin. decis.* 692. 718. *&* 730.
10 In deposito † etiam habet locum præsens Statutum de præscriptionibus, quia verba sunt clara, & depositarius sit debitor deponentis, cum teneatur ex causa depositi, quia est contractus celebratus, & tenetur restituere deponenti. Dummodo depositum non sit conditionale, vt deponens excusetur à negligentia, *iuxtà l. acceptã. C. de vsur. Tiraq. de retract. conuent. §.* 4. *glos.* 8. *&* 9. *Ita Rota coràm Rubeo in Perusina prætensi depositi. Lunæ* 7. *Februarij* 1569. *incip. Stante instrumento. Est decis.* 489. *in eius lib. in manuscript.*
11 Poterit quoquè huiusmodi statutaria † præscriptio per eum opponi, qui debitũ negauit. *Rota in Ianuen. seu Romana pecuniaria coràm Card. Lancellotto Sen.* 20. *Nouembris* 1581.

Sed ne in hoc decipiaris, conclusionem prædictam
12 intelligas † cum grano salis, & cum hac distinctione, aut enim de debito aliunde non constat, & tunc procedit opinio supradicta, aut verò constat, & hoc casu, cum statutum sit fundatum in præsumptione solutionis, si adducatur præponderãs, & fortior præsumptio non solutionis, quæ vincat, & superet præsumptam illam solutionem, tunc certè talis statutaria præscriptio præsumpta non releuabit, sed erit probanda, *Rota in præallegata decisione corã Card. Lancellotto,* quæ ad hoc mouetur, quia statutum admittebat istam contrariam præsumptionem non solutionis, & quamuis ista quoque decisio emanauerit ad interpretationem antiqui statuti, attamen quia in isto nouo reperitur admissa similiter hæc contraria præsumptio ibi, nisi contraria præsumptio præponderans, videtur etiam fuisse, ita esse in præsenti capitulo dicendum.
13 Comprehendit ista præscriptio, † etiam forenses. *Rota coràm Bubalo in Romana mercedis* 17. *Martij* 1578. *& coràm Cardin. Lancellotto Sen.* 20. *Nouembris* 1580. vbi confirmatur decisio Bubali, & declaratur illam procedere in his, quæ oriuntur ex post facto propter moram, vel negligentiam, cum aliàs forenses dicto statuto non ligarentur, & idem *in decisione Ianuen. seu Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1580. *coràm eodem Card. Lancellotto Sen.*

☞ Et vide, quæ diximus *Part.* 3. *circa Doct. ad Bart. in l. cunctos populus.* 1. *C. de summ. Trinit. ad nu.* 13. *&* 19.

Quàndo etiam solutio nòn est destinata ad Vrbem, sed ad alium locum, tunc illius loci statutum est seruandum, non Vrbis. *Rota in Ciuitatis Castelli bonorũ* 27. *Iunij* 1572. *coràm Card. Lancellotto Seniore. est decis.* 179. *in manuscript.*
14 Quæ quidem statutaria † præscriptio non vendicabit sibi locum in actione reali. *Rota in Romana vineæ* 26. *Octobris* 1576. *coràm Rubeo, & in alia* ex-

extinctionis census 22. *Octobris* 1582. *coràm Lauretano, & in Romana census de Caffarellis* 9. *Decembris* 1587. *coràm Gypsio.*

15 Prout pariter non comprehendit † ius agnoscendi fideicommissum. *Rota in vna Romana de Magdalenis* 27. *Aprilis* 1583. *coràm Blanchetto.* in terminis antiqui statuti, ita declarauit, ea potissimum ratione, quia statutum illud loquebatur solum de creditoribus instrumentarijs, prout loquitur nouum istud, inter quę statuta nulla penitus super hoc est differentia, mouebatur, etiam etiam decisio alia ratione, nempè quia pro fideicommissi restitutione competit ius reale, quod non comprehenditur per hoc statutum, vt dixi suprà per alias multas decisiónes, & præsertim per illam Romanam de Caffarellis.

16 Nec comprehendit † actionem realem, quæ competit pro legato, fuit resolutum *coràm D. de Rubeis in Romana vinea de Maximis* 1576. *& coràm Blanchetto in Romana de Parosijs* 20. *Nouembris* 1592.

Et vide in principio huius *Part. 6. Obseruat.* 10. *§.* 1.

17 Sed nequè comprehendit † actionem mixtam. *Ludouis. decis.* 498. *nu.* 16. *post Corn. cons.* 264. *nu.* 2. *lib.* 1. *Gabr. cons.* 8. *nu.* 14. *cum seq. lib.* 1.

An autem huiusmodi præscriptio statutaria semel
18 interupta incipiat † currere de nouo ista statutaria præscriptio, vel potius iuris communis.

In quo dubio plures adsunt Rotæ Romanæ decisiones, quæ videntur prima facie ad inuicem sibi contrariæ, & propterea ita distinguas, aut præscriptio fuit iudicialiter per litis contestationem interupta, & tunc non amplius statutaria, sed iuris communis præscriptio currere incipit. *Rota in Romana bonorũ de Prouanis* 14. *Iunij* 1575. *coràm Robusterio, qua est decis.* 86. *part.* 1. *diuers.*

Aut verò præscriptio fuit extraiudicialiter interupta, & tunc per talem interuptionem extraiuditialem noua statutaria præscriptio curret, non autem iuris communis, & quod dicitur de extraiuditiali interuptione intelligas statutariam præscriptionem, nõ solum habere locum pro prima, sed & pro secunda, & tertia, & pluribus vicibus. *Rota in Romana tutelæ de Fabijs* 29. *Ianuarij* 1588. *corã Orano. est decis.* 309. *in eius lib.* 1. *in manuscript. incip. Dubitaui.* in qua fit ista distinctio inter iudicialem, & extraiuditialem interuptionem, & datur intellectus ad decisionem Robusterij, quæ videbatur aliquantulum dubia, & obscura.

19 Quid enim si creditor † contra debitorem pro suo credito mandatum obtinuit, & post illius relaxationem effluxerint 16. anni, an censeatur renouata ista solutionis præsumptio, & videtur dicẽdum, quòd sic, ita in specie declarauit. *Rota in Romana pecuniaria* 20. *Februarij* 1604. *coràm Card. Sacrato.* vbi ad hoc allegatur singulariter alia decisio coràm Orano.

20 Omittendum tamen non est, † quod aduersus istam decursam 16. annorum præscriptionem, quæ succedit in locum præscriptionis 30. vel 40. annorum datur in integrum restitutio ex capite ignorantiæ. *Rota coràm Peregrino in vna Bononien. hæreditatis decis.* 43. *lib.* 2. *Chisanen. decis.* 153. *Caputaq. decis.* 207. *part.* 3. *coràm Rubeo in vna domus de Mononibus* 13. *Nouembris* 1579. *coràm Vice Comite in vna Tiburtina franeationis* 2. *Ianuarij* 1583. *coràm Orano in Romana redditionis rationis* 15. *Martij* 1599. in qua Orani decisione dicitur, quod non valenti agere non currit præscriptio, & si currit subuenitur propter iustum impedimentum per restitutionem, & deniquè. *Rota in Romana Quartar. Veneris* 16. *Martij* 1612. *coràm Cardin. Caualerio.* in qua decisione dicitur posse dari restitutionem ex capite ignorantiæ ex clausula generali, si qua mihi &c.

21 Quod declara, & intellige † de ignorantia probabili. *Rota coràm Orano in d. Romana redditionis rationis* 15. *Martij* 1599. & idem dixit nouissimè *in vna Romana pecuniaria* 30. *Ianuarij* 1634. *coràm* R.P.D. *Pirouano.*

22 Et probabilis ignorantia † dicitur illa, quæ consideratur in hærede. *Rota coram Orano in d. Romana redditionis rationis.*

23 Imò quod contrà † hæredem, quem non constat habuisse aliquam scientiam crediti, non habet locum huiusmodi præscriptio, velut fundata in præsumpta solutione contrà sciẽtẽ se esse creditorem, & negligentem prosequi ius suum, fuit dictum *in Romana computorum* 27. *Nouembris* 1619. *coràm* R.P.D. *Pirouano.*

24 Quando verò dubitatur † de ignorantia reuertitur ad iuramentum per quod optimè probatur. *Rota coràm Orano in d. Romana redditionis rationis.*

25 Amplia primò, vt dicta † restitutio in integrum ex capite ignorãtię competat tàm minori, quàm maiori. *Rota coram Orano in d. Romana redditionis rationis.*

26 Amplia secundò, vt competat † talis restitutio tàm agenti, quàm excipienti. *Rota coram Orano in d. Romana redditionis rationis.*

27 Sed quia in hoc statuto † excipitur dos, an censeantur excepti dotis fructus, responde, quod sic, prout facit. *Caputaq. decis.* 418. *lib.* 1. *in manuscript.* vbi dicitur, quod dispositio loquens de dote trahitur, etiam ad fructus.

28 Contrarium fuit resolutum, † *vt in decis. Putei* 88. *part.* 1. *secund. nou. impress. &* 93. secundum antiquam, *& coram Card. Mantica in Romana rescissionis laudi de Sacchettis. Veneris* 21. *Iunij* 1591. *est decis.* 151. *in impress. nu.* 9. *& in Romana dotis* 23. *Iunij* 1600. *coràm Iusto.* Vide suprà ad Statut. *cap.* 137. *num.* 22.

29 Vlterius censetur excepta, † etiam donatio propter nuptias. *Rota in illa Romana Quartarum* 16. *Martij* 1612. *coràm Card. Caualerio.*

30 Statutum istud nouum † trahitur ad præterita, quãdo præterita habẽt tractũ successiuum postquam nouum statutum superuenit. *Rota in Romana Saluiani interdicti* 11. *Maij* 1590. *coràm Seraphino*, prout fuit dictum in generalibus. *nu.* 11.

31 Non habet locum hæc † præscriptio statutaria contra fideiussorem, qui soluit creditori principali, & obtinuit sibi cedi iura. *Achill. decis.* 1. *tit. de præscrip.* *Rota in Romana pecuniaria coràm Dunozetto.*

Nec habet locum rigor huius statuti stante interpellatione, vt fuit firmatum *in vna Spoletana bonorum* 8. *Maij* 1590. *coràm Penia, & in Romana pecuniaria. Lunæ* 30. *Maij* 1634. *coram* R.P.D. *Pirouano.*

32 Nec contrà † Ecclesiam cui specialiter reperitur prouisum per ius commune de præscriptione 40. annorum. *Rota in Ferentina pecuniaria* 20. *Maij* 1609. *coram Reuerendiss. Ortembergo.*

33 Neque hoc † Statutum, quicquid dicat Bouius in dicti statuti declaratione, habet locum in actione,

quæ

quæ competit pro supplemento legitimæ, vt per Rotam *coràm Sanctiss. Ludouisio decis.498. à nu.15. & ibi Addit.nu.26. post Corn.consf.264.num.2.lib.1.* Quia cum pro ea competat petitio hæreditatis, quæ est mixta, non habet locum præscriptio statutaria, vt per *Corn.ibid.* Et statutum non habet locum in actionibus mixtis, latè per *Gabr. conf.8. num.14. & seqq. lib.1.* cum alijs rat onibus in dicta decis. adductis.

34 Decisiorum cum sit hoc † statutum seruatur in omnibus tribunalibus Vrbis. *Rota in Ianuen.seu Romana pecuniaria. Luna 10. Iunij 1580. est decis.3. de Statut. inter eius select. in manuscript. incip. In causa Ianuensi. coràm Cardin. Lancellotto Seniore. aliàs est decis.180.*

Ad Cap.159.Lib.1. Statutorum Vrbis. De præscriptione pensionum, Canonum, & censuum.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio locationum statutaria Vrbis non habet locum in contractu iurato.*
Ratio habetur nu.3.
2 *Statut. Vrb. lib.1. cap.158. est diuersum à Statut. cap.159.*
4 *Præscriptio Statut. Vrb. locationum non habet locum in fructibus dotis.*
5 *Neque in annuo legato.*

1 PRæsens Capitulum 159. locum † non habet in contractu locationis iurato. *Rota coram Cardin. Lancellotto in Romana pensionis domus 16. Ianuarij 1598. quæ decis. habetur apud Marchesan. tom.1. fol.857.col.1. & in Romana fructuum census 11.Iunij 1603. coram Card.Millino.*

2 Aduertendum tamen est, † quod huiusmodi capitulum est separatum, & diuersum à præcedenti 158. & propterea non coniungitur cum isto, *Rota in ead. Romana pensionis domus coram Card.Lancellotto.*

3 Et ratio quare in hoc capitulo † præscriptio non procedat in contractu iurato est, quia statutum non detrahit fidem scripturis, prout facit in antecedenti cap.158. vt habetur *in d. decisione Romana pensionis domus coram Card.Lancellotto16. Ianuarij 1598.*

4 Non procedit similiter † præscriptio, nec habebit sibi locum in fructibus dotis *Rota coram Iusto. in Romana dotis 23. Iunij 1600.*

5 Neque procedit in annuo legato, † cum hoc Statutum, vt dicitur in rubro, & in nigro procedat, prout est restrictum ad pensiones, canones, & census, & fundatur in præsumpta satisfactione, vt dicitur *in Romana annui legati. Veneris 4. Iulij 1614. coram Buratto. est decis.583. incip.Prætendente Ven. Societate. nu.6. in Recent.part.2.* vbi quod præsumpta satisfactio dicti annui legati excludebatur ex libris Societatis Sanctissimæ Annunciatæ, in quibus annotari solent omnes solutiones, ex quibus apparebat non fuisse per dicto tempore solutum.

Ad Cap.163.Lib.1.Statutorum Vrbis. De Pœnis conuentionalibus non exigendis.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna conuentionalis, quod non possit exigi vltrà interesse, habet locum etiam in contractibus iuratis.*
2 *Pœnas conuentionales non potest Ecclesia petere, etiam de iure communi.*
3 *Pœna conuentionalis statutum procedit etiam quãdo in locatione ob contrauentionem augetur pensio, etiam quod non fiat mentio pœnæ.*
4 *Et etiam quando ob contrauentionem agitur ad resolutionem contractus.*
5 *Pœnæ conuentionales in compromissi exiguntur, quando laudum est validum.*

1 HOc Statutum, quod pœnæ conuentionales non exigantur vltrà interesse, † habet etiam locum in contractibus iuratis, etiam vbi ex forma statuti, quale est præsens Statutum Vrbis, seruari debet ius ciuile, quod intelligitur, prout interpretes iuris ciuilis illud limitarunt, vt diximus superius ad cap.42.nu.2. Et sic stante hoc statuto, non debet pœna conuentionalis exigi vltrà interesse nõ obstante iuramẽto, quia *l. si quis maior. C.de transact.* cum sit valdè rigorosa, vt habeat locum requiritur, quod concurrat dolus manifestus contrauenientis, vt tradunt omnes, & in specie *Roland.consf.57.nu.6.& 46.lib.1.* Et cum dispositio statutaria sit conformis æquitati iuris Canonici, est seruãda, etiam in contractibus iuratis cum ista sint statuta Papalia, vt alias diximus in princip. Stat.Vrb. ad Rubric. num.1. Et ita ex hoc statuto dixit *Rota coram Card. Seraphin. in Romana Casalis Marsiliani. Veneris 19. Iunij 1587. & Luna 16. Maij 1588. Illa est decis.794. Reuerendi Fratres.nu.24. Ista est decis.919. Fuit dubitatum. num.7.*

2 Et quod de iure communi Ecclesia non possit † petere pœnas conuentionales vltrà interesse. *Hostien. in cap.dilecti.§.quia tamen.& ibi Doct.de arbitr.Soccin. consf.253.nu.13.lib.2.Gabr.de malef.conclus.34.nu.4. & 10. Seraphin. d.decis.794.nu.24.& decis.313. Fuit resolutum Alphonsum. num.5. & coram Oradino in Romana contrauentionis, seu pœnæ conuentionalis. Veneris 3. Martij 1570. incip. Fuit conclusum, quod Capitulum. Est decis.418. in eius lib.2. in manuscript. Et in eadem coràm eodem Oradino. Luna 11.Decembris 1570. incip. Conclusum fuit, quod Ecclesia. Est decis.483. in d. lib.2. eiusdem in manuscript.* vbi etiam declaratur doctr. *Host. in d. cap. cum dilecti.* Prout nos notauimus suprà *Part.I. ad vtramquè Oradini decisionem fol.381. col.2. & fol.383. etiam col.1. Et coram Orano in Senogallien. bonorum. Lunæ 2. Iunij 1597. Est decis.418. in eius lib.3. in manuscript. incip. Prætendebatur.*

3 Statutum hoc de pœna conuentionali habet, etiam locum in affictu, † seu locatione facta sub certo pretio, & conditionibus, si in casu contrauentionis pactorum fuit dictum soluantur scuta centum vltrà pretium, licet hoc augmẽtum videatur sonare in affictum, tamen verè in effectu est pœna, & est affictus pœnalis ob contrauentionem, etiam quod non fuerit facta pœnæ mentio. *Bald.in l.eum allegas. nu.10.C.de vsur. Aret. in l.4.§.Cato.nu.22.& ibi Ias.nu.3. Butigell.num.13.* qui testatur de communi. *ff. de verb. oblig.* cum alijs adductis per Rotam *coram Card.Seraphin.in Romana Casalis de Maximis.decis.809.Illustris Dominus.nu.4.*

4 Procedit etiam hoc † statutum, quando ob contrauentionem agitur ad resolutionem cõtractus, tunc enim dicitur agi ad pœnam, *vt post Bald. & Aret. in locis sup. citatis.* dixit Rota *coram Gypsio in Romana Casalis. Luna 19. Martij 1590. Est decis.214. incip. Admo-*

Admodum Reuerendum Capitulum. in eius lib.2. selectarum. in manuscript.

5 Limitatio, quæ hic ponitur à statuto, † quod pænæ conuentionales peti possint in compromissis, &c. intelligitur dummodo laudum sit validum. *Rota coràm Orano in Romana prætensa contrauentionis laudi, & inhibitionis. Luna 26. Octobris 1598. Est decis. 67. incip. Prætendebat Reuerendissimus. in eius lib. 3. in manuscript.*

Ad Cap. 164. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Obligatis ad factum.

SVMMARIVM.

1 *Ad Factum præcisè tenetur qui habet facultatem rei tradendæ tàm ex statuto, quàm de iure communi.*

ROTA *coràm Card. Seraph. decis. 805. Fuit dubitatum stante. num. 7.* dixit,† quod quando quis 1 habet facultatem rei tradendæ, obligatur præcisè ad factum, tàm ex hoc statuto, quàm etiam de iure, quia promissio habet annexam obligationem dandi, & hoc latè dicitur posse deduci ex Doctor. allegat per *Menoch. consil. 92. num. 6. & Bursatt. consil. 100. num. 36.*

Ad Cap. 176. Lib. 1. Statutorum Vrbis. De Appellatione, & reductione à sententia Arbitrorum, & Arbitramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de appellat. à statut. arbitr. lib. 1. cap. 176. est ordinatorium non decisorium.*

ROTA *coràm Card. Caualerio decis. 292. Instante D. Hieronyma. num. 7.* Dixit cum in hoc statuto caueatur, quod à sententia arbitrorum, & arbitramentorum appellari debeat intrà decem dies, & cum in eo præfigatur instantia trium mensium ad finiendum causam, quod videtur respicere ordinatoria, 1 † & sic habere locum tantum in foro Capitolino.

Ad Cap. 178. lib. 1. Statutorum Vrbis. Ne in vna eademquè causa secundò liceat prouocare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis, quod non liceat secundò prouocare est decisorium.*
2 *Statuta Vrbis sunt Papalia.*
3 *Ideò comprehendunt clericos.*
4 *Comprehendunt etiam causas spirituales, & matrimoniales.*
5 *Comprehendunt vlterius causas inter Collegium, & priuatas personas. Et etiam Collegium Societatis Iesu, & Conuentus Religiosorum, & Ciuitatem Tyburtinam.*
6 *Statutum Vrbis ne liceat secundò prouocare, vt procedat, sufficit quod concurrat altera ex dictis qualitatibus, quod sint vel ciuis, vel incola, vel districtualis.*
7 *Et non procedit hoc statutum in casu mixto. Et nequè quando vnus ex collitigantibus, qui non erat ciuis, & sic non subditus statuto appellauit.*
8 *Non habet locum inter Romanum, & hæredem eius qui fuit creatus ciuis per priuilegium.*
9 *Sententia duæ conformes de quibus in Statuto intelliguntur etiam quod non sint latæ successiuè, sed interpollatæ.*
10 *Et intelliguntur conformes, etiam quod differant in quantitate, dummodò non differant in substantia, & qualitate principali.*
11 *Nequè conformes dici poterunt si vna sit super negotio principali, alia super desertione.*
12 *Statutum quod non liceat secundò pronocare procedit in sententijs definitiuis non in interlocutorijs.*
13 *Ciues de quibus in Statut. Vrb. quod non liceat secundò prouocare intelliguntur, & originarij, & ex Priuilegio.*
13 *Etiam quod isti Ciues ex Priuilegio sint etiam Ciues aliarum Ciuitatum. sub nu. 13.*
14 *Etiam quod Ciues ex priuilegio non habeant domum, nec vineam in Vrbe.*
15 *Etiam ciues litigantes extrà districtum, vbi bona sunt sita.*
Intellige, vt num. 16.
17 *Comprehenduntur, etiam Hebrei.*
18 *Incola quis dicitur statim, atquè per decennium habitauerit in Vrbe, etiam absquè aliqua animi declaratione.*
19 *Maximè si vltrà decennalem habitationem familiam aluerunt, negotia exercuerunt in Vrbe, & vineam, & domum emerunt.*
20 *Etiamsi tales incolæ maiorem partem suarum fortunarum haberent extrà Vrbem, cum plura possint haberi domicilia.*
21 *Incolæ dicuntur, etiam officiales qui vocant negotijs concurrentibus requisitis ad incolatum.*
22 *Ciues dicuntur qui habuerunt officia in foro Capitolino, siue illius Senatu.*
23 *Item is qui tamquàm Ciuis fecit auocàre causam ad forum Capitolinum.*
24 *Item quando quis in instrumento Ciuem se fecit, & appellauit.*
25 *Districtuales indistinctè sunt intelligendi omnes, qui continentur intrà quadraginta milliaria.*
26 *Tyburtina Ciuitas, licet sit exempta à iurisdictione Populi Romani, tamen est in districtu Romano, & in ea locum habet statutum de duabus conformibus.*

HOc Statutum per quod in nulla causa inter ciues incolas, & districtuales agitata non licet secundò prouocare, sed duæ conformes habeant vim trium, & faciant rem iudicatam, videbatur primâ facie respicere ordinatoria, & sic extrà tribunal Capitolinum non seruandum, quia non simpliciter, & absolutè tollit appellationem, sed illam tãtummodò 1 minuit, † nihilominus quia in illo mãdatur expresè, quod in omnibus Curijs seruari debeat huiusmodi dispositio, contrarium resolutum fuit *in Rota in terminis statuti antiqui coràm Binarino in Romana medietatis domus de Grandis 12. Februarij 1571. & coram Cotta in Tyburtina Castri S. Poli 27. Februarij 1576. Est decis. 507. in eius lib. in manuscript. incip. An instantia. & coram fel. rec. Clemente VIII. in Romana de Comitibus 21. Iunij 1577.* vbi dictum fuit hoc statutũ seruandum esse in Rota ea præsertim ratione, quia 2 dicta statuta fuerunt condita de mandato Papæ, quo casu Papalia statuta dicũtur. *& coram Card. Caualer. decis. 387. Domini dixerunt constare. num. 2.* vbi allegantur aliæ similes decisiones.

3 Hinc propterea est, quod comprehendunt † etiam Clericos. *Rota in d. Romana de Comitibus 21. Iunij 1577. coram Clemente VIII. in Romana hæreditatis, seu census 8. Iunij 1588. coram Platto. in Romana separationis thori 2. Decembris 1605. & 16. Ianuarij 1606. coram M. Montio, & in Romana extensarum, & cultura 29. Aprilis 1591. coram Card. Pamphilio.*

4 Comprehendunt etiam † causas spirituales, & matrimoniales. *Rota coram M. Montio in d. Romana separationis thori 2. Decẽb. 1605. & 16. Ianuarij 1606.*

5 Et habet etiam locum † in Conuentibus Religiosorum, & Collegijs, quia Collegium reputatur ciuis illius Ciuitatis, vbi congregari consueuit, vt fuit discursum, & non resolutum ex hoc capite, quæ habetur apud *Marchesan. lib. 3. fol. 30. coram Card. Millino in vna Romana Secretariatus. Ven. 20. Nouembris 1552. Et de Fratribus SS. Apostolorum in Romana recorrentionis, seu census 12. Maij 1606. coram Litta.* Et de Collegio Societatis Iesu *Caualer. decis. 616. Causa hæc. nu. 3. & 4.* vbi quod hoc statutum iuxta opinionem, quam Rota seruat comprehendit Collegia, & Conuentus Religiosorum allegatur *decis. in Romana census 12. Maij 1606. coram Litta, & in Romana Salniani 10. Februarij 1612. coram R.P.D. Pirovano. Est decis. 380. part. 1. in Recent.* Statutum hoc procedit, & in Ciuitate Tyburtina, cum sit in districtu Vrbis, ve dicitur *in d. decis. coram Card. Caualer. 416. nu. 2. vers. nec visum fuit, post Seraph. decis. 1161. Nisi pro parte. & in Tyburtina administrationis tutelæ 17. Martij 1608. coram Reuerendiss. Manzanedo Patriar. Hierosolymitano.* Et quod hoc statutum procedat inter priuatam personam, & Communitatem. *Seraphin. decis. 1311.* fuit resolutum, vbi de Communitate Mazzani.

6 Et ad hoc, vt sit † locus huic statuto sufficit, quod concurrat altera ex dictis qualitatibus, nempe quod partes sint ciues, vel incolæ, vel districtuales, nec vtraque requiritur, ciuilitatis scilicet, & incolatus. *Rota in Romana tutelæ de Rufpolis 11. Ianuarij 1602. coram Card. Lancellotto. & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 14. Nouembris 1603. coram eodem.*

7 Quando autem lis est inter ciues, † & forenses, statutum non habebit sibi locum. *Rota coram Card. Millino in Romana pecuniaria 19. Ianuarij 1598.* habetur pud *Marches. lib. 2. nu. 29. fol. 228.* Quia statutum cum disponat in casu simplici, non habet locum in casu mixto, vbi etiam in fine habetur, quod impeditur executio duarum conformium, & sic non habet locum statutum, quando vnus ex pluribus collitigantibus, qui non erat ciuis, & sic non comprehensis à statuto, appellauit.

8 Non tamen habet † locum inter Romanum, & hæredem eius, qui creatus ciuis per priuilegium fuit resolutum *coram Card. Millino in vna Romana pecuniaria 4. Decembris 1592.*

9 Sententiæ istæ duæ conformes, † de quibus in statuto, intelliguntur etiam illæ, quæ non fuerint latæ successiuè, sed interpollatè. *Rota coram Comitulo in Romana Societatis Aromatariæ 1. Iunij 1590.*

10 Intelliguntur etiam † conformes, licet differant in quantitate, dummodo tamen non adsit differentia in substantia, & qualitate principali. *Rota coram Orano in Romana successionis de Iustis 23. Maij 1597.*

11 Non tamen poterunt † dici conformes sententiæ, si earum vna lata sit in negotio principali, altera verò super desertione, quia tunc tales sententiæ erunt inter se diuersæ in effectu, & substantia. *Rota coram Orano in d. Rom. successionis de Iustis 23. Maij 1597.* vbi decisum fuit statutum non intrare, quia sententia lata super desertione est interlocutoria.

12 Non habet locum hoc statutum † in interlocutorijs, sed in diffinitiuis. *Rota in Romana census 9. Maij 1594. coram Card. Blanchetto.*

☞ Aliqua circa conformitatem sententiarum, vide *in nostris Obseruat. ex Rota Romana in verb. Sententia. Obseruat. Circa sententias conformes.*

¶ Quia verò huius statuti occasione magna quotidie solet quæstio interuenire in declaratione istorũ ciuiũ incolarum, & districtualium, ideò non erit incongruũ separatim, & distinctè de singulis differere, & tres principales conclusiones constituere.

Prima Conclusio erit de Ciuibus. à num. 13.
Secunda de Incolis. à num. 18.
Tertia de Districtualibus. à num. 25.

13 Prima igitur Conclusio sit, quod † Ciues quos statutum comprehendit non solum sint originarij, sed etiam illi, qui sunt Ciues ex priuilegio. *Rota coram Card. Lancellotto in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 14. Nouembris 1603.*

Amplia primò, etiamsi † isti Ciues ex priuilegio sint etiam Ciues aliarum Ciuitatum, quia ciuilitas huiusmodi non potest stare exclusiuè ad ciuilitatem Romæ quæsitam. *Rota coràm Card. Lancellotto in d. Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 14. Nouembris 1603. in Perusina de Balleonibus 24. Nouembris 1597. coràm Gypsio, & 10. Ianuarij 1601. coràm Penia.*

14 Amplia secũdò, etiamsi tales † ex priuilegio ciues non habeant domum, & vineam in Vrbe, prout in suo loco dicitur *in cap. 57. lib. 3. Rota coràm Comitulo in Romana Societatis Aromatariæ 1. Iunij 1590. & coràm Card. Lancellotto in d. Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ.*

15 Amplia tertiò, † vt comprehendat etiam ciues litigantes extrà districtum, vbi bona sunt sita. *Rota coram fel. rec. Clemente VIII. in illa Romana de Comitibus 21. Iunij 1577. vt in decis. diuers. 452. p. 1.*

16 Declara tamen, & intellige † prædicta habere locum, dummodò non agatur de iure proficiscente ex re, quia tunc est attendendum statutum loci rei sitæ, sed benè de iure proficiscente, & ortum habente ab ipso iudicio, & postquàm iudicium cæptum est. *Rota in d. Romana de Comitibus,* vbi cum tractaretur de læsione proueniente ex ipso, vel in ipso iudicio, nempè de læsione per sententiam causata, fuit resolutum attendẽdum esse locum iudicij, & sic statutum hoc Romanum.

17 Statutum hoc comprehendit etiam † Hæbreos. *Card. Seraphin. decis. 988. nu. 1.*

☞ Quod spectat ad incolas, vide Annotationem ad *cap. 41. num. 2. huius lib. 1.*

18 Secunda Conclusio sit, quod † incolæ dicantur statim, atque per decennium habitauerint in Vrbe. *Rota coràm Comitulo in Romana Societatis Aromatariæ 1. Iunij 1590. & coràm eodem in Romana officij Scriptoriæ 21. Iunij 1591.* vbi decisum fuit hoc procedere, etiamsi non interuenerit aliqua animi declaratio ipsius habitantis.

19 Amplia primò huiusmodi Conclusionem † tanto magis procedere in illis qui vltrà decennalem habitatio-

tationem familiam aluerunt, negotia exercuerunt in Vrbe, & domum, & vineam emerunt. *Rota coràm Comitulo in allegatis decisionibus, & coram Platto in Romana hereditatis, seu censas* 8. *Iunij* 1588. quibus in locis fuit iudicatum animum perpetuò permanẽdi in Vrbe colligi ex huiusmodi signis.

20 Amplia secundò, etiamsi tales † incolæ maiorem suarum fortunarum partem habeant extrà Vrbis districtum. *Rota coram Comitulo in suprà allegatis.* vbi decisum fuit aliquem plura in diuersis locis habere posse domicilia.

21 Amplia tertiò, vt etiam officiales † qui vacant negotijs Curiæ dicantur Incolæ, dummodo concurrant requisita ad incolatum, prout suprà dictum fuit. *Rota coram Comitulo in d. Romana officij Scriptoria* 21. *Iunij* 1591.

22 Amplia quartò in illis qui habuerunt † officia in foro Capitolino, siue illius Senatu. *Rota in Romana Saluiani interdicti* 7. *Nouembris* 1602. *coram Litta.* vbi loquitur de officijs, quæ non dantur, nisi ciuibus.

23 Amplia quintò in eo, qui viti † ciuis fecit auocare causam ad forum Capitolinum. *Rota in d. Romana Saluiani interdicti coràm Litta.*

24 Amplia sextò, & quando in instrumento † quis se ciuem fecit, & appellauit. *Rota in citata Romana Saluiani interdicti coràm Litta.*

25 Tertia Conclusio sit, quod distrectuales † indistinctè intelligendi sunt omnes, qui continentur intrà 40. milliaria omni pœnitus sublata differentia solutionis salis focatici, de qua in antiquo statuto. *Rota in Balneoregien. terrarum* 30. *Octobris* 1589. *coràm Hieronymo Card. Pamphilio. habetur à D. Statilio. in fin. Tractat. de Saluiano decis.* 249. *incip. Fuit per Dominos resolutam, districtam Vrbis.* quæ etiam replicatur à *Marchesan. de commiss. part.* 2. *S.* 2. *fol.* 152. vbi in fine dictæ decis. exprimitur causa cur fuerit facta mentio Ciuitatis Tyburtinæ in Statuto Vrbis. *lib.* 3. *cap.* 56. *in princip.*

26 Et propterea Ciuitas Tyburtina, licet vtcumquè exempta à iurisdictione Populi Romani, vt fuit dictũ *in Tyburtina redditionis administrationis Tutelæ* 17. *Martij* 1608. *coram Reuerendiss. Manzanedo.* Tamen remanet in districtu Vrbis. *Rota in Recent. decis.* 346. *nu.* 5. *part.* 2. *Seraph. decis.* 1161. *nu.* 1. *quarum meminit D. Melchior Lotterius in suo Tractatu de Re Beneficiaria. lib.* 3. *q.* 18. *incip. Quatenus vacatio. nu.* 85. *&* 86.

Ad Cap. 185. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Consultore eligendo.

S V M M A R I V M.

1 *Instantia non currit quando est electus Consultor, nisi à die acceptationis.*

1 NOn currit instantia, † quando est electus Consultor, nisi à die acceptationis, vt fuit dictum super hoc statuto *in Romana Lapidicianorum* 12. *Iunij* 1579. *coràm Vicecomite.*

Ad Cap. 189. lib. 1. Statutorum Vrbis. De Causis nullitatem.

S V M M A R I V M.

1 *de Nullitate quod non possit post annum ex Statuto Vrbis agi facit illud fauorabile.*

2 *Decisorium est Statut. Vrb. quod non possit agi de nullitate post annum.*

3 *Nullitatem Statutum Vrbis comprehẽdit prouenientem, etiam ex eisdem actis, & defectu citationis.*

4 *Nullitas à statuto reiecta intelligi tàm de nullitate sententiæ definitiuæ, quàm interlocutoriæ.*
Sed contrà. nam. 5.

6 *de Nullitate Statutum Vrbis, procedit etiam quod captam sit dici de nullitate, & interim fuerit lapsus annus præfixus, quia tunc non potest opponi, nec per viam exceptionis.*

7 *Procedit etiam si principaliter nullitas petatur, & non simul cum appellatione.*

8 *Procedit etiam in replicante.*

9 *Nullitatem statutum comprehendit prouenientem ex eisdem statutis, & remedium contrà hoc statutum.*

10 *Nullitates prouenientes ex statutis sunt priuilegiatæ, cum non comprehendantur in Constit. Clementis Octaui tollente omnes nullitates præter illas tres.*

11 *Nullitatem Statut. Vrb. de nullitate non comprehendit admixtam cum spolio.*

12 *Item nequè nullitatem notoriam, & euidentem, & num.* 14.
Sed contrà. num. 13.

15 *Item nequè nullitatem executionis.*

16 *Item non procedit in excipiente.*
Sed contrà. num. 18.
Declara, vt num. 19. *&* 20.

17 *Statutum hoc Vrb. de nullit. tamquàm odiosum est restringendum, & sic non extendendum ad exceptionem.*

21 *Nullitates prouenientes ex defecta iurisdictionis non comprehenduntur à Statut. Vrb. de nullitatibus.*

22 *Nequè quando nullitas est commissio simul cum appellatione.*

STatutum nostrum in illis verbis, videlicet, de nullitate autem non possit agi, nec replicari post annum à die sententiæ numerandum dicitur fauorabile,
1 † quia non simpliciter tollit nullitatem, sed certum terminum præfigit, quod secus esset si tolleret simpliciter nullitatem tantum. *Rota coram Puteo decis.* 99. *num.* 4. *part.* 3.

2 Quod quidem statutum † dicitur decisorium, & propterea seruandum est in omnibus Vrbis Tribunalibus. *Achill. de Grass. in tit. de constit. decis.* 10. *Put. decis.* 22. *tit. de constit. & decis.* 416. (*vnde est desumpta*) *in causa Romana. nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2.

3 Comprehendit nullitatem † prouenientem, etiam ex eisdem actis, & ex defectu citationis. *Rota coram Put. decis.* 388. *part.* 1. *Achill. de Grass. decis.* 15. *in tit. de constit.* vbi dicitur hoc euenire, quia talis nullitas censetur reiecta à statuto præfigendo terminum ad dicendum de nullitate, licet reiectis similiter nullitatibus non censetur reiecta.

4 Amplia primò, vt habet locum † tàm in nullitate sententiæ diffinitiuæ, quàm interlocutoriæ. *Achill. decis.* 9. *in tit. de constit.* qui attestatur ita fuisse resolutum. *Put. decis.* 21. *tit. de constit. & decis.* 266. *incip. Die* 15. *lib.* 2.

5 Contrarium tamen † tenet, licet nihil alleget. *Capataq. in manuscript. decis.* 104. *lib.* 2. vbi dicit statutum habere locum in sententijs non autem in decretis datis.

6 Amplia secundò, vt habeat † locum, etiamsi quis inchoauerit dicere de nullitate, & interim labatur annus præfixus, quia tunc nec per viam exceptionis

potest opponi. *Achill. decis.11. d.tit.de constit. Put. decis.23. tit. de constit.*

7 Amplia tertiò, † vt statutum habeat locum, etiãsi principaliter nullitas petatur, & non simul cum appellatione. *Achill. decis.8. in tit. de constit.*

Vide *Put. decis.20. in tit. de constit. & decis.188. Decimaquinta Decembris. lib.2.*

8 Amplia quartò, vt statutum † comprehendat etiã in replicantem. *Achill. decis.7. de constit.*

9 Amplia quintò, vt statutum † comprehendat etiam nullitatem prouenientem ex eisdem statutis propter præfixionem termini, nempè anni. *Put. decis.407. num.5. lib.2. incip. In causa.* vbi quod nequè ex alio statuto. *Aut. Ang. in suo epit. in tit. de sent. nullis. nu.9.* vbi quod potest obtineri commissio cum derogatione statuti, & quod propterea nõ dicitur tolli ius, quęsitũ.

10 Licet aliàs dictæ nullitates † prouenientes ex dictis statutis, adeò sint priuilegiatæ, quod à Constitutione Clementis Octaui tollente omnes nullitates præter illas ex tribus non comprehendantur. *Rota coram Orano in Romana Alimentorum 4. Iunij 1593. Est decis.209. incip. Dñi concorditer. lib.2. in eius manuscrip.*

11 Limita primò, vt † statutum prædictum nõ comprehendat nullitatem admixtam cum spolio. *Cæsar de Graff. decis.1. num.1. & seq. in tit. de constit. Rota diuers. decis.215. nu.4. & 5. part.1. & coram Penia in Albanen. spolij 8. Februarij 1610. Et coram Card. Caualer. decis.524. Quamuis in hac causa. nu.8.*

12 Limita secundò † in nullitate notoria, & euidenti. *Rota coram Achill. de Graff. decis.6. in tit. de constit. Put. decis.13. tit. de constit. & decis.170. Fuit resolutum. lib.2.*

13 Contrariam tamen † opinionem nititur tenere *Cæsar de Graff. decis.1. num.5. in tit. de constit. Put. decis.417. nu.8. part.2.* ea quidem ratione, quia quando statutum præfigit terminum, quemadmodum facit istud, tunc tollit nullitatem, etiam notoriam, & euidentem, tamen *Cæsar de Graff. in fine d. decis.* nihil firmat, sed tantum dicit, quod quæstio huiusmodi est valdè difficilis per rationes, & decisiones ad inuicem repugnantes.

Caputaq. verò in decis.103. lib.2. in manuscript.
14 intrepidè dicit, † statutum hoc comprehendere nullitates etiã notorias, & euidẽtes ex defectu citationis.

15 Limita tertiò in nullitate executionis. *Rota coram Cæsar. de Graß. d. decis.1. nu.5. in tit. de constit.*

16 Limita quartò † in excipiente. *Rota coram Achill. decis.5. nu.6. in tit. de constit. Put. decis.174. part.1. & in diuers. decis.941. lib.3.* quibus in locis habetur, quod licet statutum tollat actionem post annum, non tamen tollit exceptionem, quam quidem opinionem sequitur etiam *Caputaq. decis.104. in manuscript.*
17 *lib.2.* dicens statutum † hoc tamquàm odiosum esse restringendũ, & sic ad exceptionem non extendendũ. *Put. decis.13. tit. de constit.*

18 Contrariam opinionem † tenet. *Put. decis.174. p.2. Achill. decis.16. in tit. de constit.*

19 Declara tamen, & † intellige nempè, vt prima opinio procedat, quando statutum loquitur per verbum agere, prout est hoc, de quo agimus, quemadmodum voluit Rota in locis infrascriptis.

20 Secunda verò, quãdo loquitur † per verbũ dicere, quia tunc huiusmodi verbum est aptum comprehendere, & actionem, & exceptionem. *Put. d. decis.174. part.2. vers. firm. Achill. d. decis.16. in tit. de constit.*

Rota diuers. d. decis.941. part.3. Caputaq. decis.104. in manuscript. lib.2.

21 Limita quintò, † vt statutum non comprehendat nullitates prouenientes ex defectu iurisdictionis. *Rota coram Fabio Accorambono 18. May 1554. & coram Penia in Romana census 5. Ianuary 1607. Caputaq. in manuscript. decis.103. lib.2.* quia sententia nulla ex defectu iurisdictionis non meretur sententiæ nomen, ex quo à priuato dicitur lata.

22 Limita sextò in appellatione, † & nullitate simul commissa. *Put. decis.20. tit. de constit. & decis.188. Decimaquinta. lib.2. vt suprà num.7. in 3. ampliat.* vbi etiam citatur *Achill. decis.8. de constit.*

Ad Cap.192. lib.1. Statutorum Vrbis.

De forma seruanda in pignore prætorio, vel etiam conuentionali mobili, vel immobili vendendo, & de nominibus debitorum.

SVMMARIVM.

1 *Peritorum, siue æstimatorum electio quando dicatur facta iuxtà formam Statuti.*

2 *Statutum quod debitor possit recuperare bona subhastata, & adiudicata, est ordinatoriũ non decisoriũ.*

3 *De euictione quando non tenetur debitor cuius bona sunt subhastata, vel insolutum data.*

1 QVod dicitur in hoc Statuto † in principio de electione peritorum, siue æstimatorum faciẽda, non potest dici, quod non sit seruata forma præsentis Statuti, stante receptione residui pretij scienter, & prudenter facta per tutorem, & curatorem debitoris, & præstatione fideiussionis pro euictione domus ad fauorem emptoris: Quia tunc inducta est ratificatio subhastationis, quæ retrotrahitur ad diem deliberationis, & saltem sufficit ad translationem possessionis. Maximè quando fit subhastatio ex causa necessaria. *Rota in Romana spolij. Veneris 9. May 1614. coram Baratto. num.7. & 8. est decis.545. incip. Magdalena prætendebat. in Recent. part.2. vbi nu.1. in fin. corrige cap.184. & pone cap.191. Statut. Vrb. lib.1.*

Statutum huiusmodi ibi. Possit tamen illa bona debitor, vel illius hæredes recuperare illa bona subhastata, & adiudicata creditori, si infrà sex menses à die dationis insolutum computandos quantitatem veram pecuniarum pro qua fuit facta missio soluerint
2 † est ordinatorium, & non seruandum extrà Tribunal Capitolinum. *Caputaq. in manuscript decis.57. lib.2.* qui dicit in hoc intrare conclusionem illam, quod in casu executionis debet attẽdi stylus Iudicis exequentis, & propterea, ita resolutum fuisse attestatur.

3 Statutum *in vers. Debitorem autem.* † cum disponit debitorem, & eius hæredes cuius bona venduntur, vel insolutum dantur teneri de euictione, sicut si à debitore essent vendita. *l. si prædium. C. de euict.* ita etiamsi à iudice vendantur, vel insolutum dentur. *Bart. Bald. Angel. & Salyc. in l. si ob causam. C. eod.* Ea ratione, quia factum iudicis censetur factum partis. Hæc tamen intelligitur quando iudex iustè, ac ritè processit, aliàs eius factum reputatur factum priuatum. *Rota coram Comitulo in Romana domus de Barbarellis. Veneris 16. Aprilis 1591. incip. Licet quemadmodum. Est decis.132. in eius lib. in manuscr.*

Ad

Ad Cap. 194. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De Expensis litis.

SVMMARIVM.

1 *Iusta causa litigandi quando prosit.*

2 *Expensæ litis quod victori debeantur ex Statuto Vrbis, hoc statutum est ordinatorium.*

1 SAltem iusta causa † litigandi in hoc statuto prodest, quando agitur de refectione expensarum ob mutationem iudicij, nempè quod tunc simultaneè procedi possit reseruatis expẽsis insimul cum negotio principali cognoscendum. *Put. decis. 373. lib. 3. secundum nouam impress.*

2 Hoc statutum est ordinatorium, † non autem decisorium, & propterea non seruandum, nisi in foro Capitolino. *Rota in Romana vineæ, seu Saluiani interdicti 1609. Veneris 12. Iunij coram Reuerendiss. Ortembergo. Est decis. 298. lib. 3. in meis manuscript.*

Ad Cap. 195. lib. 1. Statutorum Vrbis.

De Verborum, & rerum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Districtus Vrbis terminatur passibus quadraginta millibus circumquaquè.*

1 STatutum Vrbis lib. 1. cap. 195. † definiens districtum Vrbis finire passibus quadraginta millibus circumquaquè; Hoc idem importat, ac si dictum fuisset 40. milliaribus, sunt enim vnum & idem milliare, & mille passus, nisi quod illud est magis in ore vulgi, hoc verò frequentius apud latinos auctores, & etiam certum est istos passus esse geometricos non autem communes, & statutum debet intelligi secundum communem vsum loquendi.

Ex hoc infertur, quod si dubitetur, an aliquis locus, Ciuitas, siue Castrum, sit intrà districtum, & affirmatiuè fuerit per testes probatum ex communi vsu, tunc non erit locus mensurationi si pars eam prætendat, cum non sit hoc casu admittenda contraria probatio per mensurationem, ex eo quod non est releuans, cum in hac materia attendatur communis vsus, non autem ipsa veritas, vt tradit *Castr. in l. 1. num. 4. Angel. num. 2. Fulgos. num. 2. Alex. num. 6.* si quis cautionibus. *Innoc. in cap. nonnulli. num. 2. & ibi Abb.* testans de communi. *num. 6. de rescript. Alex. cons. 22. num. 6. lib. 4. Felin.* qui dicit probato communi vsu illi semper standum esse. *in cap. olim. sub nu. 4. vers. & sequitur Alex. de except. Feder. de Sen. cons. 201. nu. 7.* Quod etiam corroborari potest ex stylo Curię Capitolinæ, si dantur ad dicta loca citationes exequendæ, quod non fieret si essent extra districtum constituta. Et licet Doct. *in d. l. 1.* admittant mensurationem; id procedit quando nõ constat de distãtia secundum vulgarẽ vsum. Et tollitur quod dicitur probationẽ excludere probationẽ, quia intelligitur de probatione concludenti, non de ea, quæ facta non releuat.

Nec obstat *Bart. in tract. de testib. nu. 55.* vbi ait, si vulgi opinione, & fama inter loca certus milliariorum numerus nuncupatur, illi standum esse, nisi probetur contrarium, & postea subdit, est autem ei qui illud postulat mensurari suis expensis mos gerendas, &c. Nam si benè consideretur dictum Bart. dum ait, nisi contrarium probetur, ipse non dicit contrarium probetur per mẽsurationem, nec ita potest intelligi, quando eius dictum implicet contradictionem, postquàm vult vt stetur vulgi opinioni, & famæ. Ideò illud est intelligendum quando contraria vulgi opinio, & fama probaretur, cum soleat plerumquè euenire, vt per testes probentur famæ cõtrariæ. Et quod subdit morem gerendum ei, qui vult suis expensis mensurare; intelligendum est quando non constat, quænam sit vulgi opinio, & fama, vt benè explicat *Abb. vbi suprà.* dicens si non apparet quomodo vulgus accipit dietas, tunc in defectum vulgarium recurrendum est ad legales, & ita fuit dictum *in Balneoregien. bonorum 10. Aprilis 1595. coram Iusto. & confirmata 14. Iunij 1600. coram Seraphino.* vbi etiam fuit additum hanc opinionem esse amplectendam, quia alias daretur occasio multarum litium, si recederetur à communi opinione distantiæ locorum recurrendo ad mensurationem, & iterum confirmata 10. *Decembris 1603. coram eod. Seraphino.*

ANNOTATIO.

In materia computationis distantiarum loci, quod via visitatior considerari debeat. Item frequentior, & securior, qualis est terrestris, quàm ea, quę per mare fit. fusè *Matth. Coler. in cap. olim. nu. 17. de except. vt habentur in fin. sui tract. de process. execut. fol. mihi 9.*

AD LIBRVM SECVNDVM STATVTORVM ALMÆ VRBIS.

AD CAP. II.

De modo accusationis, & modo procedendi, ac custodia reorum.

SVMMARIVM.

1 *circa Contumaces qualiter procedendum.*

ROTA *coràm Orano in Romana Notariatus. Ven. 12. Februarij 1588. incip. Conclusum fuit. Est*
1 *decis. 320. in eius lib. 1. in manuscript.* † Dixit sententiam Senatoris quoad confiscationem non sustineri, quia non erat seruata forma huius statuti, & per consequens non affecisse contumacem, cum non præcessissent probationes, quæ in criminalibus sunt de substantia, nec indicia ad inquirendum, cum vnico contextu testes accusantis qui erant filij, & gener, essent examinati, qui tantum abest quod probent, quod nec indicium faciunt. *cap. venerabilis. vbi glos. & Felin. num. 3. de testib.* Et additur, quod nec erat seruatus modus citandi à statuto præfixus; Vbi etiam decla-

declaratur Constitutio Pij V. tribuens facultatē testatori, forma statutorum aliter non seruata, procedendi. Quia dicta facultas erat restricta circa modum procedendi circa carceratos, vt ex lectura dicitur apparere.

Ad Cap. 36. Lib. 2. Statutorum Vrbis. De Incendiarijs.

SVMMARIVM.

1 *de Incendio vbi non est particulare statutum, recurrendum est ad Statutum Ciuitatis dominantis.*

ROTA *coràm Card. Seraphin. decis. 1161. Nisi pro parte. est in Tyburtina incendij.* Dixit quod si
1 in materia † incendij non probaretur particularis consuetudo in Ciuitate Tyburtina, quod Domini inclinabant locum esse Statuto Vrbis, cum ista Ciuitas sit in districtu, & ibi nō adsit particulare statutum circa hanc rem, quod videtur requiri *in cap. 42. de seruandis statutis. lib. 1.* & ideò recurrendum ad Statutum Ciuitatis dominantis, quod etiam est de iure ciuili ex ibi allegatis.

AD LIBRVM TERTIVM STATVTORVM ALMÆ VRBIS.

AD CAP. LVI.

De Ciuium Romanorum immunitate.

SVMMARIVM.

1 *Tyburtina Ciuitas quare fuerit expressa in Stat. Vrb. lib. 3. cap. 56.*

1 QVare autem in hoc statuto fuerit † expressa Ciuitas Tyburtina, Rationem assignat Rota *coràm Card. Pamphilio Seniore in Balneoregien. bonorum. Die 30. Octobris 1589.* habetur apud *Marches. lib. 2. fol. 152.* Quia inquit expressa fuit Ciuitas Tyburtina ad tollendam dubitationem, quæ potuisset oriri ex antiquis decisionibus Antonij Augustini *in tit. de restit. §. 14. vt in decis. 77. lib. 3.* quæ dicunt Statuta Vrbis non ligare Tyburtinos.

Et quod Tyburtini sint in districtu Vrbis, *Seraph. decis. 1161. Nisi pro parte.* vbi quod in materia incendij recurrendum est ad Statut. Vrb. lib. 2. cap. 36. cum sit in districtu, nisi probaretur particularis consuetudo.

Ad Cap. 57. Lib. 3. Statutorum Vrbis.

Quando aduenæ Ciuium Romanorum Priuilegio vti possint.

SVMMARIVM.

1 *pro Ciuibus Romanis qui mercatores, & aduenæ habeantur, & ad quem effectum.*

CApitulum hoc Statuti declarantis illos merca-
1 tores, & aduenas, † intelligi Ciues Romanos, qui habent in Vrbe maiorem fortunarum suarum partem, & ita continuò habitant cum familia, disponit tantum ad effectum, vt aduenæ possint gaudere de priuilegijs Ciuium Romanorum quoad immunitatem, non autem ad effectum recedēdi à diffinitione iuris communis circa incolas tradita. *Rota coràm Card. Lancellotto in Ciuitatis Castelli supplemēti legitima 14. Nouemb. 1603. & coràm Comitulo in Romana Societatis Aromatariæ 1. Iunij 1590.* vbi dictum fuit in hunc sensum accipiendum esse. *Caputaq. p. 2. decis. 80.*

Vt etiam notauimus suprà *Part. I. ad Caputaquen. d. decis. 80. fol. 268. col. 1.*

Atque hæc circa Singularia ex Rotæ Romanæ Decisionibus Selecta dicta sufficiant, plura etiam notauimus in pluries citatis nostris Obseruationibus Practicarum Iuris Vtriusque Conclusionum à Rota receptarum, quæ à multis Decisionum millibus ad vngnem redactæ suis loco, & tempore Deo bene fauente lucem aspicient. His interim Benigne Lector fruere, & nostros qualescumque conatus ne despicias. Vale.

FINIS

Singularium ex Rota Romana Selectorum.

Laus DEO, Beatæquè Virgini MARIÆ, Angelo Custodi, & omnibus Sanctis.

AMEN.

INDEX

INDEX

CAPITVM, ET MATERIARVM PRÆCIPVARVM, in Quinque posterioribus Partibus Singularium Sacræ Rotæ Romanæ, quæ in hoc Volumine habentur.

Series Verborum sub quibus Conclusiones, & materiæ Styli, & Obseruantiæ Rotæ sunt extensæ in hac Secunda Singularium Parte.

Præ-

CATHALOGVS AVCTORVM
Quorum Doctrinæ in Tertia Parte examinantur.

ABBAS in Lecturis.

§. 1 ABB. in c. conquærente. nu. 13. de restit. spol. fol. 116.
2 Abb. in c. cum dilecta. fin. num. 8. de concess. præb. fol. 116.
3 Abb. in c. cum contingat. de for. compet. fol. 117.
4 Abb. in c. cum consuetudinis. 9. nu. 5. de consuetud. fol. 117.
5 Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 4. de caus. poss. & prop. fol. 117.
6 Abb. in c. cum Ecclesia Vulterrana. nu. 1. de elect. fol. 117.
7 Abb. in c. cum nobis. nu. 7. de elect. fol. 117.
8 Abb. in c. cum pridem. in fin. de pact. fol. 117.
9 Abb. in d. c. cum pridem. fol. 117.
10 Abb. in c. cum vniuersorum. nu. 8. de rer. permut. fol. 118.
11 Abb. in c. ex literis. de consuetud. fol. 118.
12 Abb. in c. in nostra. num. 6. de iniur. & damn. dat. fol. 118.
13 Abb. in c. inter dilectos. num. 10. de excess. prælat. fol. 118.
14 Abb. in c. licet. nu. 3. de restitut. spoliat. fol. 118.
Abb. in c. nullus. de pignor. Vide nu. 18.
15 Abb. in c. pastoralis. §. quia verò. de offic. delegat. fol. 118.
16 Abb. in c. per tuas. in secundò notabili. de pecul. cleric. fol. 118.
17 Abb. in c. sicut nostris. in 1. notabili. de iure iur. fol. 119.
18 Abb. in c. tua. nu. 4. de simon. fol. 119.
19 Abb. in c. nullus. in fin. de pignor. fol. 119.
20 Abb. in c. tuam. de ætat. & qualitat. fol. 119.

In Consilijs.

21 Abb. in cons. 21. Viso dubio. lib. 1. fol. 119.
22 Abb. in cons. 36. nu. 1. Videtur primò. lib. 1. f. 119.
23 Abb. in cons. 41. In causa, quæ vertitur. lib. 1. f. 120.
24 Abb. in cons. 62. in fin. Omnipotentis Dei. lib. 1. fol. 120.
25 Abb. in cons. 76. nu. 2. Plura sunt. lib. 2. fol. 120.
26 Abb. in cons. 101. Videtur primò. lib. 2. fol. 120.
27 Abb. in cons. 106. nu. 2. Quatuor. lib. 2. fol. 120.

AFFLICTVS in Feudalibus.

§. 1 Afflict. in c. Imperialem. §. prætereà. nu. 18. & seq. de prohibit. feud. alienat. per Federic. fol. 120.
2 Afflict. in d. c. Imperialem. §. prætereà Ducatus. nu. 24. vers. sed iuxta hoc. fol. 120.

In Decisionibus.

3 Afflict. decis. 28. Latæ fuerunt. fol. 120.
4 Afflict. decis. 62. Nardus Andreas. fol. 120.
5 Afflict. decis. 101. Archiepiscopus. fol. 120.
6 Afflict. decis. 129. Comes S. Angeli. num. 6. & 8. fol. 120.
7 Afflict. decis. 218. Petita fuit. nu. 3. & 4. fol. 121.
8 Afflict. decis. 220. In causa. fol. 121.
9 Afflict. decis. 223. In Ciuitate. fol. 121.
10 Afflict. decis. 229. Sæpè, & sæpius. num. 3. & 4. fol. 121.
11 Afflict. decis. 269. Indices inferiores. num. 1. & 2. fol. 121.
12 Afflict. decis. 280. Quidam Ioannes. nu. 3. fol. 121.
13 Afflict. decis. 291. Dicit consuetudo. fol. 121.
14 Afflict. decis. 348. Pater filiam. nu. 2. fol. 121.

AL-

3 Aym.

CAS-

7 Gabr.

STRAC-

INDEX
CONTENTORVM IN QVARTA PARTE SINGVLARIVM,
Quæ inscribitur circa Practicabilia Ecclesiastica.

INDEX QVINTÆ PARTIS SINGVLARIVM
Continens intellectus textuum, & Glosarum Iuris Canonici, necnon Legum, & Glosarum Iuris Ciuilis iuxtà mentem Sacræ Rotæ Romanæ.

c. Cum

EX CLEMENTINIS.

EX EXTRAVAGANTIBVS.

CON-

CONSTITVTIONES Diuersorum Pontificum.

EX GLOSIS IVRIS Canonici.

EX IVRE CIVILI Digestorum, & Codicis.

EX AVTHENTICIS IN CODICE.

EX AVTHENTICIS.

EX INSTITVTIONIBVS.

EX VSIBVS FEVDORVM.

EX GLOSIS IVRIS CIVILIS.

SEXTÆ,

INDEX STATVTORVM

SEXTÆ, ET VLTIMÆ PARTIS SINGVLARIVM,

Quæ eſt circa Statutorum Interpretationem, Indicem circa Statuta in genere. Et circa Statuta particularium Eccleſiarum & Religionum. Necnon circa Statuta Ciuitatum, & aliorum locorum habes fol. 587.

AD STATVTA VRBIS.

Circa verò Statuta Almæ Vrbis ROMÆ Capitula interpretata à Sacra Rota ab Auctore obſeruata, & aliqua etiam ipſi tradita ſunt, quæ ſequuntur.

Libri II. Statutorum Vrbis.

Libri III. Statutorum Vrbis.

FINIS

Omnium contentorum in quinquè poſterioribus Partibus Singularium ex Sacræ Rotæ Romanæ Deciſionibus Selectorum.

INDEX

Conclusionum, & Materiarum, quæ in hoc Secundo Singularium Volumine continentur ordine Alphabetico.

A

Appel-

B

in Be-

De Breuibus Obseruationes.

Ca-

C

in Car-

Causa

circa Clausulas in Breuibus positas Obseruationes.

Dispo-

Con-

D

Damna,

E

Electus

F

ad Ia-

Neque

Filij

Gratia

Insi-

Iuris-

L

L.Bar-

M

Minores

Mulier

Papa

Item

Pro-

Pro-

Q

R

per

S

Sta-

Sub-

T

Te-

de

V

in

FINIS.

ERRATORVM

Correctio.


fol.34.col.2. §.7. lege §.9.
fol.45.col.1.§.4. lege §.5.
fol. 97. col.1. vers.Et procedit dictæ stylus, lege, dictus stylus
fol. 108. col.2. §. 5. illam communionem, lege, illam communiorem
fol. 126. vbi in summario adest. §. 2. & 3. & sunt omissi in nigro. Ita repone.
§. 2. ANCHARAN. in cons.164. sub num.5. versic. nequè ex eo, quod Populus, Incip. De iuribus.
LIMITATVR à Rota, quæ diximus infrà in hac eadem Part.3. ad Bart. in §. 89. Bart. in l. studentibus. 1. C. de offic. Præfect. Vrb.
§.3. ANCHAR. & GEMIN.
Reprobantur à Rota coram Rubeo. Vide Part. 5. in c. licet pater. 4. de sepultur. in 6.
fol.285. col.1. in Clausula 36. Indignationem. cum allegatur in §.41. Bald. lege in §.43.
fol.300. col.2. in linea quarta. ibi dictam causam sublata. lege, dictam clausulam sublata.
fol.339. col.2. in Clausula 218. Contradiores, &c. lege, Clausula 218. Contradictores.
fol.504.col.1. circa medium. in summario, ibi, Testium examinem. lege, Testium examen.
fol.575.col 2.in princip. ibi,L.Viles,lege,Vtiles.
fol.587. col.2. ante fin. post Statutum Panormitanum, adde Statutum Parmense. §. 1.
fol.593. col. 2. post §. 10. ibi de Trinit. & fid. Cathol. lege. de Iustit. & Iur.

REGESTVM.

† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr.



Omnes ſunt Terniones.



ROMAE,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. XXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

